Digitized by Google

NAZIONALE
R. BIBLIOTECA CENTRALE V. E. II
M 8
43 D
5
ROMA

8. 43 D 5

In B. Pavli Apostoli Epistolam

AD ROMANOS

Abſolutiſſima Commentaria.

REVER.MI D. CORNELII MVSSI
Epiſcopi Bitũtini, Conuentualis
FRANCISCANI.

In quib. germana ac intima Apoſtoli ſenſa, mirificè explicãtur. Præcipua Chriſtianæ fidei Dogmata declarantur. Dubia diſoluũtur. Obſcura dilucidantur. Permultaq́; alia eruuntur; quæ hactenus, non ita paſſim ab alijs fuere animaduerſa.

AD ILLVST.MVM AC REVER.MVM PRINCIPEM,
& D. D. Aſcanium Columnam S. R. E.
Cardinalem Ampliſſimum.

VENETIIS EX IVNTARVM TYPOGRAPHIA,
M D LXXXVIII.
Cum Licentia Superiorum, & Priuilegijs.

ILLVSTR^{MO}. AC REVER^{MO}.
PRINCIPI,
ET D. D. ASCANIO COLVMNÆ
S. R. E.
CARDINALI AMPLISSIMO.

Ioſephus Muſſus addictiſſimus Seruus. S. P. D.

CV M *multi, qui amicitia, familiaritateq́; fuerunt cum Cornelio Muſſo Bituntinenſium Epiſcopo coniuncti, ijq́; Romani viri grauiſsimi, me non ſolum ſuaſiſſent, ſed etiam rogaſſent, pręcipue vero Illuſtriſ. et Reuerendiſsimus, ac in omnibus bonarum artium diſciplinis eruditiſsimus Cardinalis Syrlettus dum viueret, plurimum cohortatus eſſet; vt poſtquam ipſius Reuerendiſsimi D. mei Conciones Romę ab eo habitas, tanto ſtudio, tantaq́; pietate, edendas curaſſem, colligerem quoque ea omnia, quę in Epiſtolas ad Romanos, et ad Hębreos Romę pariter, idem ipſe elucubratus fuit. Tanto enim Eccleſię Dei ſplendore, tanta Apoſtoli maieſtate, & ſui admiratione, Anno Domini, M. D. X X X IX. dum Paulus tertius immortalitate dignus, ſumma cum gloria Eccleſię Romanę praeeſset, incredibili pręſtantiſsimorum virorum concurſu, huiuſmodi Epiſtolas, publicè docuit, ac explanauit, vt ex communi ſententia, ab eodem Apoſtolo, vix aliquid amplius potuerit deſiderari. Tunc in ancipiti meus verſabatur animus, Optabam enim viris ampliſsimis morem gerere, in re potiſsimum, quę gloriam Cornelio*

Muſſo, cui tantopere debeo, augere poſſet. Præterea ſuſpicabar, tot laboribus, auctorem, non extremam addidiſſe manum, vt in lucem meritò edi poſſent; Ob id præcipuos Theologos conſului, quibus hæc ipſa illius ſcripta examinanda tradidi, qui cum diligentiſsimè ea perpendiſsent, ac in optimam formam eſſe redacta inueniſſent, magnopere Catholicam fidem, Chriſtianamq; Religionem amplificatùrà eſſe, ſi in lucem darentur iudicarent, nec minus grata legentibus futura, quam tunc audientibus fuerint et iucunda. Eorum itaq; iudicio adductus, decreui ea edere, atque alicui ampliſsimò viro ex Romanorum Primoribus dicare, cuius auctoritatem ſubnixa, ac ſplendore illuſtrata, in manus hominum peruenirent. Cum igitur multum mecum ipſe cogitaſſem, Sapientum iudicio fretus, Te vnum Illuſtriſsime Aſcani, nedum dignum, cui hæc Cornelij Commentaria dicentur, ſed et à quo, lumen atq; ſplendorem, omni ex parte ipſa accipere poſsent, rectè iudicaſſe firmiſsimè credo. Nam cum tu Illuſtriſsimo & Clariſsimo longa maximorum Principum ſerie, Regio ac Imperatorio ſanguine ſis procreatus, in ſacrum purpuratorum Patrum Collegium, ob ſingularem illam tuam, eximiamq; Philoſophiæ, Theologiæ, ac Iuriſprudentiæ doctrinam, quam multis, iiſq; lectiſsimis eloquentiæ floribus, vndiq; exornas, innumerabiles etiam alias tuas virtutes, quæ in te, vt in firmamento lucidiſsimæ ſtellæ corruſcant, veluti firmiſsima Eccleſiæ Sanctæ Columna, à Sanctiſsimo D. Noſtro Sixto Quinto, incredibili omnium applauſu meritò fueris cooptatus. Siquidem, vt veram doctrinam, fidemq; Catholicam, & eam maxime, quæ à Summis illis Apoſtolorũ Principibus promanauit, ſuſtinendo defenderes, ac tuereris; Sic dubitandũ non eſt, quin hæc ipſa Commenta-

mentaria, in hac ita perexcelſa, perpolita, exornata, ac benè firmata Columna, altitudine ſublimi, nobilitate, ac dignitate. Illuſtriſs. et Excellētiſsima, ſplendorem maximum, ſummam gloriam, ingentemq; laudem, ac celebritatem, conſecutura non ſint. Accedit etiam, quod valde conſentaneum erat, parteſq; meæ poſtulabant, vt hæ ipſæ in S. Paulum lucubrationes, ac Commentationes Cornelianæ, dignitati tuæ potius quàm alteri Principi, dedicarentur. Tum quia, ille ipſe Reuerendiſsimus meus Dominus dum vixit, Illuſtriſsimæ domui tuæ Columnæ, addictiſsimus fuit ſemper, præſertim Illuſtriſs. & Eccellentiſsimo Patri tuo Marco Antonio Columnæ, Inuictiſsimo Principi, ac Imperatori, quondam Romani exercitus contra Turcas, eorumq; profligatori ac Triumphatori glorioſiſsimo, et immortali, quem ipſe, vt ab eo plurimum, ob ſingularem eius doctrinam et eloquentiam diligebatur, ſic ille vt par erat, tanquam Dominum ac patronum ſuum præcipuum obſeruabat, quam maximeq; colebat. Tum etiam, quia cum eas ſub Illuſtr. & ſplendidiſsimo tuo nomine diuulgaſſem, perinde fore cenſui, ac ſi Senatui, P. Q. R. dicauiſſem: præſertim, cum nulla alia de cauſa, hac tam magna, tamq; copioſa explanatio Epiſtolæ Beati Pauli ad Romanos, ſcripta fuerit, quam vt Populus Romanus, ab ipſo auctore, hoc beneficio afficeretur, ne ſcilicet more illorum Priſcorum, qui verum Deum ignorabant, & qui cum Gentes eſſent, vt ipſe S. Paulus ait, veluti belluæ, in peccatorum turpitudinibus viuebant: ipſi quoque viuerent; Sed potius: tanq; veri Chriſtiani, et vt primarij ac præcipui totius terrarum orbis hominum, omnem carnis immunditiam deteſtarentur, & omne ſcelus, omnes hæreſes ac diabolicas ſuperſtitiones, non ſolum abhorrerent, ſed etiam mirabilibus

 funda-

fundamentis, & argumentis, quæ in ipſis Commentarijs reperiuntur, hæreticorum figmenta, deijcere, atq; demoliri poſſent, qui ob verum, et germanũ Epiſtolæ ſenſum, ab eiſdem male, ac improbe intellectum, ſemper de præcipuis fidei dogmatibus, infinitas controuerſias concitare auſi, atque conati fuerint. Quare Cardinalis Ampliſsime, Princepſq; Illuſtriſsime te oro, atq; obſecro, vt benigno, & grato animo, hoc tibi conſecratum munus accipere ne graueris, neq; temeritati vnquam aſcribere velis, ego humilis ſeruus tuus, ſummi interdum huius noſtri Sanctiſsimi Pontificis prudẽtiam imitando, qui illic nuper in vrbe Roma, Sanctorum Apoſtolorum Principum, Petri & Pauli ſtatuas, atq; imagines, ſupra marmoreas illas antiquiſsimas Romanorum Imperatorum Columnas, tanta cum laude, ac totius populi admiratione erigendas curauit: Sic itidem ipſe, alterã eiuſdem Sancti Pauli Apoſtoli effigiem, quam Reuerendiſs. ipſe Dominus meus Cornelius Muſſus, in ijs ſuis Commẽtarijs expreſſit, longe illa fortaſſe veriorem, præſtantioremque, ſupra celſiſsimam ac Illuſtriſs. Columnam tuam, auſus fuerim collocare, ſed potius, ſummæ beneuolentiæ, vel vt melius dicam, obſeruantiæ erga te meæ tribuere, qua, & operis auctorem, & populum Romanum, & te in primis Illuſtriſsimorum Heroum Columnam, maximè proſequor. Cui tandem, omni qua poſſum, ac debeo humili reuerentia Illuſtriſsimas manus deoſculor, Deumq; Opt. Max. precor, vt te, diu, incolumen, florentemq; conſeruet. Vale.

Venetijs. XVII. *Kal. Octo.*

M D LXXXVIII.

IN

IN B. PAVLI APOSTOLI EPISTOLAM AD ROMANOS

PRÆFATIO.

REVER.[MI] P. F. CORNELII MVSSI *Placentini, Conuentualis Franciſcani, Epiſcopi Bituntini.*

REx ille ſummus, & omnipotens, qui triplicis mundi, mundus & ipſe habenas flectit; cui vario curſu parent ſidera, famulantur innumeræ legiones Olympi, omniſque natura militat, ignis, aer, vndaq; tellus; qui nullius boni indigus, in ſeipſo ſemper eſt felix; ſi vel vno duntaxat momento, à contemplatione ceſſaret, ſi actu mens illa, quæ omnium mentium mens eſt vnica, ab intelligendo deſiſteret; ſi inquam vel tantillum otioſus feriaretur, inſigne nihil, nihil honorabile eſſet in eo; qui felicitatis eſt pelagus, eſſet omnino felicitatis expers; qui nobiliſſima vita viuit, dormientis inſtar, qui mortui imaginem refert, miſeri inquam & infelicis ſe ſe haberet. Ita inquit ſummus ille Philoſophus, Philoſophorũ omnium citra controuerſiam & doctiſſimus, & eloquentiſſimus. Εἴτε γὰρ μηδὲν νοεῖ, τί ἂν εἴη τὸ σεμνὸν, Ἀλλ' ἔχει ὥσπερ ἂν εἴη ὁ καθεύδων. Propterea, dum de Dei Optimi Maximi, & hominũ felicitate diſſereret, Deũ (inquit) viuere cuncti exiſtimant, & operari, ergo illum ipſum dormire dicendum non eſt, quemadmodum Endymionem. Indignum nanque hoc eſſe videtur numine Deorum omnium. Hinc probauit Adagium illud ſapientis græciæ. Οὐδὲν διαφέρειν τὸ ἥμισυ τοῦ βίου τοὺς εὐδαίμονας τῶν ἀθλίων. Dimidio vite, eo ſcilicet tempore quo dormimus, non differre felices à miſeris. Et equidem magna ratione, quippe quoniam felicitas, cum ſit vita optima, & nobiliſſima, non poteſt non ex

diametro pugnare cum ſomno, quem τοῦ θανάτου ἀδελφὸν, hoc eſt mortis fratrem appellant. Ad diuinam itaque felicitatem nobis comparandam vigili contemplatione, meditatione aſſidua, indefeſſo ſtudio opus eſt, Viri, & nobilium ſtudioſiſſimi, & ſtudioſorum nobiliſſimi. Ita enim fiet, vt quam nobis breuem vitæ metam natura præſcripſit, temporis auara diſpenſatione, cuius vna parcitas, & vt græcè dicam φιλοχρηματοσύνη, laudabilis eſt, in illius iniuriam, quæ cornicibus, & coruis mater, nobis vnis nouercæ eſſe voluit, diuturnum, immenſumq́; vel ſaltem ſufficiens viuendi ſpatium faciamus. Qui nanq; in omni eorũ vita otio, luxui, voluptatibus, & ignauiæ ſe totos dedunt, etiam ſi Neſtora illum annoſum æmularentur, æquarent, attingerent, ſuperarent, mihi Cadmæos illos fratres, de quibus fabulantur Poetæ, viderentur imitari, qui qua hora nati vnâ fuere omnes, eadem ſinguli interierunt. Contrà verò, qui literarijs ſtudijs vacant, qui vt Deo ſimiles quoad poſſunt efficiantur, dormiunt modicè, vigilant immodicè, hi ſi etiam breuiſſimo viuant tempore, magnam felicitatem adepti, multarum ſcientiarum collectis diuitijs, ſe ſe diutiſſime vixiſſe re ipſa teſtantur. Nulla autem ſcientia eſt, pro qua comparanda, grauiores ſint ferendi labores, maiores ſubeundæ vigiliæ, quàm pro hac omnium longè diuiniſſima, celſiſſimaque & prima philoſophia, quæ cum ad ipſam veri eſſentiam, veritate duce ſuſtollat contemplandam, nõ ſecus cæteras hominum diſciplinas excellere videtur, quàm viuifica, & ſpiritifera lux veritatis, profundę ignorationis caliginem. Quamuis enim humani ingenij ſagacitas, pleraque attigerit, peruestigarit, enuclearit, quæ in ſacratiſſima hac ſapientia, diuino ſpiritu docentur, tam multis nihilominus difficultatibus, tantis nodis obuoluta eſt, vt ex vniuerſis hominum lucubrationibus, neſcire magis cogamur omnes, quàm ſcire quiuis poſſit. Quò placet vos vertite, & cernere licebit, varias opiniones, aduerſas ſententias, diſſidentia iudicia, indiſſolubiles controuerſias, repugnantes rationes, ambiguitates innumeras, inacceſſibiles veri latebras, quò fit, vt in tanta diuerſitate, quid potiſſimum credas, prorſus ignores: adeò nihil certi, nil ſolidi, nihil inconcuſſi, homines docuerunt, de primo rerum principio, de Deo inquam Optimo Maximo. Et quid mirum? ſi enim philoſophorum vertices, & coryphæi, in naturalibus rebus, quas viſus cernit, attrectat manus, digitus perſcrutatur, non ſemel allucinari ſunt; quomodo ſummam illam ſubſtantiam, quæ adeò à ſenſibus abeſt, vt plus abeſſe non poſsit, humana ratio inueſtigare ſufficiet? Illis præſertim aſſeuerantibus, ita ſe ſe habere noſtræ mentis aciem, ad ea quæ omnium naturę manifeſtiſsima ſunt, quemadmodum ſe ſe habet oculus noctuæ ad lucem ſolis. Oportuit itaq;, oportuit, mihi credite, vt Deus omnipotens, noſtras tenebras miſeratus, cęleſtem hanc huius

ſapientiæ

ſapientię lucem ad terras mitteret, qua & à philoſophis ignorata diſceremus, & quę illi attigerunt, abſolutius, verius, facilius, non modo magni ingenij homines, ſed cuiuſuis ordinis mares & fœminę excipere poſſent, & intelligere. Vnde illud eſt quod Eſaias cecinit, Ponam vniuerſos filios tuos doctos à domino. Quę enim Dei ſunt, nemo nouit, niſi ſpiritus Dei, inquit Paulus; nobis autem reuelauit Deus per ſpiritum ſuum. Tanta eſt autem hujus ſacrę ſcripturę maieſtas, & illius qui eam tradidit, vt nefas ſit, ad ea quę docet credenda, velle ſenſuum iudicio, probatione euidente, ſyllogiſmo demonſtratiuo, logicis argumentationibus vrgeri. Hic enim vnicè locum habere debet, quod Pythagorei de magiſtro reſpondere conſueuerant, Ipſe dixit. Nemo tamen veſtrum hinc arbitretur, minus certitudinis habere diuinam hanc ſapientiam, quod fidei inniti vos oporteat, non rationi. Quęſo enim, quod præcipuum habet vnaquęque ſcientia ſupra ipſum Credere? Creditur Grammatico, de verborum ſignificationibus. Credit Rhetor Dialectico, in argumentationum locis. Poeta menſuras, ſola fide mutuatur à Muſico. Geometra proportiones ſumit ad Arithmetico. Aſtrologus credit vtrique. Niſi Aſtrologo credat primus Philoſophus, nec numerum orbium, nec motorum, venari ritè poteſt. Vnde eſt illud peripateticorum prouerbium. Vnicuique perito in ſua arte credendum eſt. Naturalis principia quędam habet, quæ ſi quis pertinacius negare voluerit, non habet quo illa demonſtret, niſi coniecturas aliquas ſenſuum, qui & fallere, & falli poſſunt. Credit itaq; & naturalis, magè quàm ſciat. Veritatibus ergo iſtis, quas diuinus ſpiritus, non humanus edocuit, (eſt enim omnis homo mendax, Deus autem verax) longè magis, maioriq; ratione credendum eſt; quod qui facit, eſt melius diſpoſitus quàm ſi eſſet ſciens. Tantum abeſt, vt verum ſit, quod maledicus ille Porphyrius, & impijſſimus Auerroes, chriſtianis, & iudęis obijciunt; nudis Moſeos, Prophetarum, Chriſti, & Apoſtolorũ verbis, quibus humana ratio experimentum non præbet, credentes, leuitatis eſſe arguendos, quaſi indoctas fabulas, & anilia deliramenta ſequantur. Hæc enim diuinę ſapientię ſecreta, ipſa diuina ſapientia, quę quoniam Deus eſt, fallere, fallíue nequaquam poteſt, hominibus reuelauit: illorumq; veritatem, altioribus lõge argumentis quàm rationum oſtendit: dum ad confirmanda ea quæ ſunt ſupra hominis captum, & quæ naturalem cognitionem, excedunt, de quibus dicitur, Plurima ſupra ſenſum hominis oſtenſa ſunt tibi, opera mirabiliter fecit quę omnis naturę ſuperant poteſtatem, languores curans, ſuſcitans mortuos, cęcis viſum, ſurdis quoque auditum reſtituens; & quod mirabilius eſt idiotas & ſimplices, piſcatores, indoctiſſimos ſcilicet omnium viros, ſumma ſapientia, atque facundia repē-

Eſa. 54.
1. Cor. 2.
Rom. 3.
Eccl. 3.

te implens, quibus innumerabiles turbas, non ſimplicium modo, ſed Sapientum, ſed Regum, ſed Cęſarum; non armorum violentia, non carnalium voluptatum promiſſis illecebris, ſed totius mundi contēptu, inter perſecutorum etiam tyrānidem, quod mirabiliſſimum eſt, ad Chriſti Ieſu fidem conuocauit. Si hęc quę non niſi à Deo fieri poſſunt, qui falſitatis teſtis eſſe non poteſt, veritatem huius diuinę ſapientiæ non probant, non concludunt, non fidem aſtruunt, quę vnquam ratio probabit, aſtruet, concludet? Optimè & verè dicebat Anſelmus: Domine ſi eſt error, à te decepti ſumus. Tot enim & tantis ſignis confirmata ſunt hęc, quæ non niſi per te fieri poſſent.

2.Pet. 1. Hinc Petrus Apoſtolorum primus, Non indoctas (inquit) fabulas ſecuti, notam vobis fecimus Domini noſtrj Ieſu Chriſti virtutem, ſed ſpeculatores facti illius magnitudinis. Et chariſſimus frater ſuus Paulus. Quomodo (ait) effugiemus, ſi tantam neglexerimus ſalutem,

Heb. 2. quę cum initium accepiſſet enarrari per dominum, ab eis qui audierunt, in nos confirmata eſt, conteſtante Deo, ſignis, portentis, & varijs Spiritus ſancti diſtributionibus? Eia igitur, hæc ſacratiſſima Dei opera, has diuinas opes, has cœleſtes ambroſias, non quas fabuloſę fundit cornu Amaltheę, ſed quas voluit ſumma Dei benignitas, è ſummo illo promptuario, ad totius mundi vitam, noſtris inſtillare pectoribus, hauriamus, potemus. Hęc ſunt ſcripta, quę à cęteris mihi diſtare videntur, ęque ac viuentia à mortuis, cęleſtia ab infernis, & à caducis immortalia, aliquid viuificum, & ſupernæ lucis non parum in ſe ſeruantia. Verba quę loquor, (dicebat pręceptor noſter,)

Ioann. 6. Ibidem. ſpiritus, & vita ſunt. Et Petrus. Domine ad quem ibimus? verba enim vitę ęternę tu habes. Ob id liber vitę nuncupantur ſacri hi codices. Hęc omnia inquit Eccleſiaſticus, liber vitę; & Ioannes il-

Eccl. 24. le theologus. Hęc ſcripta ſunt, vt credatis & vitam habeatis. Hęc

Ioan. 20. eſt altiſſima illa ſapientia, è ſummi Iouis capite nata, citra quam nemo aliquid verè ſcire, cum qua nemo quicquam poteſt ignorare. Sophiſtę omnes, Poetę, Philoſophi, de ſacro huius ſapientię ſalutaris fonte potarunt. Si Tertulliano credimus, & inſigni, & vetuſtiſſimo, Numenius Philoſophus, Platonem, Moſen eſſe dicebat, attica lingua loquentem. Hermippus teſtatur, Pithagoram plurima de Moſeos libris in ſuam philoſophiam tranſtuliſſe. Clearcus Peripateticus, Ariſtotelem aſſerit pleraque à Iudeo quodam, diuinarum literarum locupletiſſimo didiciſſe. Quanquam hi omnes, diuinis aduerſus diuina, quod beatiſſimus pater Dionifius de Apollophane conqueſtus eſt ad Policarpum, nefariè vſi fuerint. Digniores profectò, qui ad Caucaſiam rupem relegati, à vulturibus roderētur, quàm fabuloſus ille Prometheus, quod ſacrum de cęlo ignē ſubiecta ferula ad terrena elicuiſſet. Profectò illud veriſſimum eſt, literas

teras neſcit,qui ſacras ignorat. Ob id enim tantis, totq; nominibus
celebrantur,nempe vt lucerna,qua in veritate dirigantur greſſus no
ſtri: vt gladius,quo fidei orthodoxæ hoſtes perimantur; vt clipeus i-
gnitus,quo nos tela,& ictus eorum declinare poſſimus; vt firma pe-
tra,ſupra quam ædificandum eſt: vt lapis lidius,quo omnia examinā
da dogmata. vt clauis,qua claudantur,recludanturque cęli: vt citha-
ra,qua tædia huius ſolemur exilij; vt Σλεξιφάρμακον,quo cunctis ani
morum ęgritudinibus medeamur: vt μῶλυ,quod à faſcinis reddat ſe
curos: vt reliquiæ Chriſti abſentis,quas religione maxima colere de
cet: vt vehiculum fidei, quo ad contemplandam diuinæ maieſtatis
ſpeciem perducamur: vt carbunculus accenſus,quo flammeſcāt pe-
ctora noſtra: vt aqua viua,qua concupiſcentiarum ignes extinguan
tur: vt panis viuus, quo confirmemur: vt meracum, quo continen-
ter gaudeamus: vt lac,quo paruuli in Chriſto adoleſcant: vt cibus ſo
lidus, quo perfectum Chriſti roborentur in virum: vt pecunia, qua
negotiemur donec veniat homo ille nobilis Chriſtus Ieſus. O bea-
tos itaque, & ter beatos illos, qui in huius altiſſimæ philoſophiæ li-
bris, die,noctuque verſari voluerint. Beatus (inquit Pſaltes) qui in le Pſal. 1.
ge Domini meditatur die ac nocte. Et Ioannes theologus. Beatus Apoc. 1.
qui legit,& qui audit verba hæc; & ſeruat ea quæ in eis ſcripta ſunt.
Et Chriſtus. Beati (inquit) qui audiunt verbum Dei,& cuſtodiunt Luc. 11.
illud. Quam proculdubio felicitatem, nullæ hominum diſciplinæ
niſi falsò promittere poſſunt. Sciant autem, vniuerſi omnis ordinis
homines,neminem eſſe,qui ad huius ſacratiſſimi verbi Dei cognitio
nem,non aliquo modo, pro data ſibi capacitatis gratia teneatur, nō
iuuenes,non ſenes,non mulieres,non paruulos,non indigenas, non
aduenas. Hinc olim præceptum fuit Dei viui. Erunt verba hæc in Deut. 6.
corde tuo, cunctis diebus vitæ tuæ,& narrabis, & mandabis,ea filijs
tuis;& nepotibus cuſtodire, & facere ea, meditaberis ea ſedens in
domo tua,& ambulans in itinere,dormiens & conſurgens,& ligabis
ea tanquam ſignum in manu tua,eruntque & mouebūtur inter ocu-
los tuos, ſcribesq; ea in limine & oſtijs domus tuę. Propterea Ieſus il Ioſ. 8.
le Naue, legit omnia verba legis coram omni multitudine, mulie-
rum, paruulorum, & aduenarum. Eſdras quoque, attulit librum le- 3. Eſdr.
gis in platea,& legit in eo coram omnibus qui poterant intelligere.
Ieſus quoque noſter,iuſſit prædicari Euangelium ſuum omnibus ho Mar. 16.
minibus,idque non in aurem, non clancularijs ſermonibus, non in
cubiculis,ſed palam,ſed in lumine,ſuper tecta,ad turbas omnes. Nō
omnia certè bibliorum myſteria, omnibus paſſim ſunt inuulganda:
Boni enim doctoris eſt,quod vnicuique confert, dignoſcere; & illi
quidem lactis præbere alimoniam,ſapientiam vero loqui inter per-
fectos, vt omnibus omnia factus eſſe videatur: quo omnes lucrari
poſſit.

poſſit. Veruntamen,tam neceſſariæ veritatis,& ſapientiæ paſtu,nemo defraudari debet. Hinc Nicena ſynodo cautum eſt, ne chriſtianorum aliquis, ſanctis Bibliorum voluminibus careret. Proh dolor, qua miſerabili, heu nimium miſerabili noſtri temporis infelicitate factum eſt,vt cuncti cunctos libros legant,relegant,exoſculētur,amplectantur,hic vnus negligatur,contemnatur, viliſſimus habeatur: fontem derelinquimus,vt lacunarum aquis potemur? Reginam mira varietate decoram abijcimus, vt cum ancillis fornicemur? Diuinas iuſtificationes poſthabemus, vt ſciolorum hominum adinuenta ſectemur? O nos miſellos Omne quod ex diuina ſapientia non eſt, mihi credite,error eſt.Deus enim ſolus fons eſt veritatis,à quo haurire neceſſe eſt,qui vera dogmata cupit: cum nulla ſit de ſecretis naturæ,deque ipſius auctore Deo ſcientia,ſine diuino numine.Diuina nanque humanis viribus non tanguntur,& naturalia quouis momēto ſenſum effugiunt.Quò fit,vt plerunq; quam nos de hiſce ſcientiā arbitramur,ſit error,& falſitas.Illis ergo mentem præcemur omnes, qui cum humanas diſciplinas apprime calluerint,tunc primum vidētur ſibi ipſis beatæ vitæ viam didiciſſe.Mentem enim prorſus exuerunt,qui hac diuina ſapientia ſpreta,humanis ſcientijs fidunt. Vnde
Eſa.47. Caldæorum philoſophi audiuerunt Eſaiam dicentem,& improperātem,Sapientia tua,& ſcientia tua,ea ipſa decepit te,defeciſti in multitudine adinuentionum tuarum. Niſi enim hæc ſacra adſit philoſophia,reliquas abeſſe omnes,vel incaſſum adeſſe ſingulas, nemo eſt tam ſtupidus,qui iam non perbelle intelligere poſſit.

Porrò diuinę huius ſapientiæ theſauri,nunquam oculis noſtris reſerabuntur,niſi adſit qui aperiat,ſacrumque inferat lumen. Nullum autem,ſacratiſſimo Paulo inuenire poterimus certiorem ducem; de quo nimium verè dicemus,nos nunquam illuſtriorem ſolem offendiſſe,cui infigere conaremur obtutus. Illum ipſum ergo itineris noſtri aurigam læti ſuſcipimus:tanquam vtriuſque inſtrumenti reſerationis auctorem: cuius ope,ad diuinarum opum,ſanctuarium ingre
2.Cor.2. di,admittique valeamus. Si enim ſapientiam ſpectes, eſt teſtimo-
Act.9. nium illud de eo, Et ſi imperitus ſermone,non tamen ſcientia.Si vir
Act.14. tutem, audis Dominum dicentem; Vas electionis eſt mihi iſte. Si
2.Tim.4. facundiam,Vocabant Barnabam Iouem, Paulum vero Mercurium;
2.Cor.2. Si fidem,Bonum certamen certaui,curſum cōſummaui;fidem ſerua-
1.Cor.15. ui.Si zelum,Quis infirmatur,& ego non infirmor? Quis ſcandaliza-
2.Cor.12. tur,& ego non vror?Si labores.Abundantius Apoſtolis omnibus la-
2.Cor 10. boraui. Si contemplationem;Raptus eſt vſque ad tertium cœlum &
1.Cor.15. vidit arcana quæ non licet homini loqui.Si ſollicitudinem, Inſtantia
Gal.1. mea,& ſollicitudo omnium eccleſiarum. Si gratiam,Gratia Dei ſum id quod ſum.Si dignitatem, Apoſtolus anthonomaſtice dicitur,non

ab hominibus,neque per hominem. Si miracula, in carcerem con- [illegible]
iectus eſt, clamauit voce magna, terremotus factus eſt, fundamenta Act.16.
carceris tremuerunt,aperta ſunt oſtia, vinculaque ſoluta Si charita- 2.Cor.12.
tem, Libenter impendam,& ſuper impendar ego ipſe pro animabus
veſtris. Si tollerantiam. In laboribus plurimis,in plagis ſupramo- 2.Cor.11.
dum,in mortibus frequenter. Si ſeueritatem. Abſens quidem cor- 1.Cor.5.
pore,præſens autem ſpiritu, iudicaui eum tradere ſathanæ. Si diui- 1.Cor.7.
num ſpiritum. Puto quod & ego ſpiritum Dei habeam. Si ſcriptura- 1.Cor.2.
rum ſenſa. Nos ſenſum Chriſti habemus. O rarum diuini verbi du-
cem,Deum magis dicam,an hominem? Deum dicam, & hominem, 1.Cor.6.
quoniam qui adhæret Deo, vnus ſpiritus efficitur cum illo. Propter Gal.1.
quod & ipſe dicebat, Viuo ego iam non ego, viuit autem in me Chri
ſtus. Quem itaque theologum ſequi poſſimus, doctiorem, vehe-
mentiorem, altiloquo hoc Apoſtolorum Apoſtolo, cui vni penè to-
tum orbem credidit vnigenitus Dei filius? Paulinis ſcriptis hoc eſt
peculiare, non mouent, non perſuadent,ſed cogunt, ſed agitant, ra-
piunt, vim inferunt, habet diuiniloqua hæc tuba, verba animata,
flammea,viua,aculeata,ad viuum vſque ſpiritum penetrantia, & to-
tum hominem mirabili quadam poteſtate transformantia, vt de illis
potiſſimè intelligatur illud, Viuus eſt ſermo Dei,& efficax, & pene- Heb.4.
trantior omni gladio ancipiti, pertingens vſque ad diuiſionem ani-
mæ, & ſpiritus, compagum quoque & medullarum. Et illud, Non- Hier.23.
ne verba mea quaſi ignis,& quaſi malleus conterens petras? Audeo
dicere, non poteſt Ieſum ignorare,qui Paulinas Epiſtolas, etiam ſi
alia non apprimè intelligat,meditatur frequenter.

Paulum autem interpretaturus,initio illud occurrit:cur poſt Eua-
gelium Chriſti Ieſu,de quo dicebat Ioannes. Si quis appoſuerit ad Apoc.22.
hæc, apponet illi Deus plagas, auſus eſt ipſe & ſcribere,& ſcripta ec
cleſijs deſtinare?proculdubio enim exempla & præcepta bene viuen
di, in euangelijs digeſta ſunt pleniſſimè,alioquin mancum ſit Dei ver
bum neceſſe eſt,ſuperflua itaque eſſe videtur Pauli doctrina. At ſi
ſuperuacanei non fuerunt Prophetarum labores,qui poſt Moſeos le
gem,de qua item dictum fuerat,Non addetis ad verbū, quod loquor Deut.4.
vobis,nec auferetis ex eo,tot volumina ediderunt,quoniam rediui-
ua facinora Iſraeliticæ gentis,operæ pretium erat, nouis comprime-
re clamoribus. Nec Paulus fruſtra docuit & prædicauit, quoniam
initia naſcentis Eccleſiæ, nouis cauſis vrgentibus inſtruere oporte-
bat: ſcribere autem,non modo verbo docere decuit, vt & poſt fu-
turas excluderet quæſtiones, & tantæ ſapientiæ exemplum ad poſte
ritatis vniuerſæ memoriam trāſmitteret. Neque hoc euangelio dero-
gat: eſt enim Euangelium totius Paulinæ ſapientiæ ſeminarium, vt
nequaquam verum ſit, Paulum ſuperaddere Euangelio,ſed interpre-

1.Cor.2. tari Euangelium. Nō enim iudicaui me aliud ſcire inter vos (ait ille,) niſi Ieſum Chriſtum, & hunc crucifixum. Sed ſi Chriſti interpretem agit Paulus, cur inqui es, vndique tot abſtruſis myſterijs, tantisq; diffi cultatibus ſcatet, vt de illo potiſſimum dicere valeamus, quod ſcripſe rit, & non ſcripſerit, ediderit, & non ediderit? Scribit enim de illo Pe-
2.Pet.3. trus Apoſtolus, chariſſimus frater noſter Paulus, ſecundum ſibi à Do mino datam ſapientiam ſcripſit vobis, in cuius Epiſtolis, ſunt multa intellectu difficilia, quæ indocti & inſtabiles deprauant ad eorum perditionem. Profecto, nihil difficilius in ſacris noui teſtamenti libris, Pauli doctrina. Hinc enim fit, vt in ea omnium hæreſum latibu la, & priſci, & recentiores hæretici, conſtituere moliuntur: quippe quia nihil minus quàm Paulum intelligunt. At hoc laudi dādum eſt, non vitio. Admirabilior enim redditur difficultate ſcientia, quæ facilitate vileſcit: indignæ mentes ab illis penetralibus arceantur, quæ non niſi triuialia quæque ſcrutari poſſunt. Neque enim ſordidis animorum vaſculis, nectar haurire fas eſt: ſuperba ingenia deprimuntur, quæ & orbem, & Deum ſuis ratiocinationibus metiri poſſe con fidunt; ſed hæc in vniuerſum docent, cur omnis ſcriptura ſacra ſcru pis & difficultatibus ſit obuoluta. Nunc ergo particulatim audite, cur peculiari quodam modo, labyrinthum quæſtionum, Paulus no ſter ſit ingreſſus, & quæſtionum quidem vix extricabilium, quæ omnis chriſtianæ fidei ſummam tangunt, de Chriſti gratia, de fide, de operibus, de merito, de libero arbitrio, de prædeſtinatione, de lege, de peccato Adæ, de ſauciata natura, quas & obſcuriſſimè pertractaſſe videtur, adeò vt, & poſt ſexcentos interpretes, quotidie nouis egere credatur interpretibus. Cauſa hæc eſt: Qui ex Iudæis crediderant in Chriſtum, partim zelum legis habentes, licet non ſcientiam, partim inanis gloriæ ſiti temulenti, dum ſibi cupiunt doctorum nomen, dignitatem, authoritatemque aucupari, docebant opus eſſe circuncifione, ſeruanda ſabbatha, nouilunia, nec tollerandum eſſe Paulum, qui harum rerum tolleret obſeruationes; ſimplicioresq; arte fallebant huiuſmodi ſermonibus: Paulus heri, vel nudius tertius exortus eſt, Petrus & qui cum illo ſunt, ſunt vertices Apoſtolorum: ille eorum diſcipulus fuit, iſti vero Chriſti Ieſu: ille ſolus eſt, iſti multi, non eſt ergo ferendus vnus ille Paulus, ſequamur oportet Petrum, Ioannem, Iacobum: Illi autem circuncifionem non abrogant, delectum ciborum obſeruant, eis credamus, tanquam Chriſti Apoſtolis, non Paulo. Propter hoſce ergo impoſtores, qui ipſius exiſtimationem ſubuertere conabantur, quò facile aduerſus eccleſiam incendium periculoſum excitari potuiſſet. magnifico ſenſu, ma gna myſteria, in omnibus ſuis Epiſtolis, inculcabat Sanctiſſimus hic Apoſtolus. Hac enim ratione, & pij confirmari poterant, & impoſtores

poſtores confundi, qui Pauli autoritatem deprimere ſatagebant. Nempè tam abdita arcana diſſerere non potuiſſet aliquis, niſi θεοδίδακτος, & cœlitus emiſſus. Potuiſſet diuina illa ſenſa, eloqui planius, potuiſſet, ſed & decuit ea velare ſchematibus, tropis, circunlocutiõnum ambagibus, æquiuocis vocibus, amphibologijs. Neque enim meruerant Paulum intelligere, qui Paulo detrahebant. Qui vero in obſequium Chriſti, quem Paulus prædicabat, in captiuitatem redigebãt intellectum, hos ſanè vnctio ſancti ſpiritus docebat de omnibus. Ob id ipſe dicebat. Si opertum eſt Euangelium noſtrum, in his qui pereunt eſt opertum. Chriſti enim bonus odor ſumus, alijs odor mortis in mortem, alijs odor vitæ in vitam, Diſcite vos hinc, quomodo ad ſacras haſce Epiſtolas tractandas accedere oporteat. In diuinis ſtudijs, pietas, religio, humilitas, oratio, deuotio, lõgè magis, quàm ingenium iuuant, mentemq; adaperiunt: & qui ad ea ſecus accedunt, non modò non proficiunt, ſed plerunque euadunt deteriores: errantes ipſi traditi in reprobum ſenſum, alioſque in errorem mittentes. Diuina enim & ſancta, ſanctè & purè tractanda ſunt. Contrà qui humili, proſtrata, prouolutaque mente, ſcientiæ inflanti, ędificantem charitatem adiungere enituntur, pijsq; precibus Deum optimum maximum continenter exorant, Reuela oculos meos, & conſiderabo mirabilia de lege tua: hi non modo Paulum peruium habent, ſed quę ſit longitudo, latitudo, profunditas, atque altitudo ſcientię Dei, compręhẽdere quàm facilè poſſunt. Scriptum eſt enim, abſcondita fuiſſe hæc à ſapientibus, & à prudentibus, itemque reuelata paruulis. Propter quod, & ſaluator dicebat, Niſi omnes efficiamur ſicut paruuli, ineptos eſſe ſingulos diuino regno.

2.Cor.10.
1.Ioan.2.
2.Cor.4.
Pſal.118
Matt.11.
Matt.18

Vniuerſum autem Pauli opus, de Diuina Gratia pertractat, in hoc vno laborat Apoſtolus, vt, incunctanter; & indefeſsè commendet donum Dei, quo vno ſalui fiunt filij promiſſionis, filij miſericordiæ, filij teſtamenti noui. Ideo autem hoc potiſſimum ipſe facit, ne diuinæ gratiæ videatur ingratus. In ipſo nanque ſuper omnes alios claruit diuina benignitas, qui citra omnem præparationem, ſine vllis meritis, quæ vel congrua, vel condigna vocant, immo cum multis & maximis demeritis, eo tempore, quo in Chriſti eccleſiam, maxima efferbuerat ira, ideoque ſummo ſupplicio dignus erat, pro damnatione conſequutus eſt miſericordiam, & pro pęna donum ſuſcepit. Scripſit autem omnibus, omnium idiomatum populis Apoſtolus, Hebræis, Græcis, & Latinis, vt omnibus hominibus nota fiat diuina Chriſti Ieſu gratia, & nullus excuſationem prætendere poſſit ignorationis: ſed omnis lingua confiteatur, quià dominus noſter Ieſus Chriſtus, in gloria eſt Dei patris. Neque enim gens vlla eſt, cui familiaris non ſit altera trium linguarum. Hi ſunt funes illi, ex quibus nodus ille contexitur,

Philip.2

texitur, qui frangi non poteſt; de quo dicitur, Funiculus triplex difficile rumpitur. Epiſtolæ illius ſunt bis ſeptem, vt ſanctiſſimum opus, geminato ſeptenario, qui numerorum omnium ſacerrimus eſt, abſolutum, apud omnes ſanctificetur. Septem eccleſijs ſcriptæ ſunt, Romanorum. Corinthiorum, Galatarum, Epheſiorum. Colloſenſium. Philippenſium, & Theſſalonicenſium, vt ad omnem Eccleſiam ſcripſiſſe intelligamus Apoſtolum, quemadmodum & Apocalypſim Ioannis, ad vniuerſos Chriſti fideles directam fuiſſe, ex eo conſtat, quod ſeptem Eccleſijs fuerit deſtinata. Eſt enim numerus ſeptenarius, vniuerſitatis ſacrum ſymbolum. Eam Epiſtolam quæ eſt ad Hebræos non recenſemus, licet enim indubiè Pauli fuerit, & ſit: non eſt tamen illa ad aliquam vnam Eccleſiam deſtinata, ſed ad omnes qui in diuerſis eccleſijs degebant Iudæos. Quæ verò ad Timotheum, ad Titum, ad Philemonem ſunt, alia ratione ſunt extra hunc catalogum poſitæ, quod quædam particularia negotia tractent, non omni Eccleſiæ communia, ſicut primæ ad Eccleſias. Modus quem tenet his in Epiſtolis Paulus, eſt modus ſcribentium Epiſtolas familiares. Primum enim hi ſalutem dicunt; quod expetunt narrant, perſuadent, probant, inſinuant negotium, præcantur ſi quid petant: addunt excuſationes in ſignum amoris, multa verba, cum in principio, tum in fine, admiſcent, beneuolentiam, & animi promptitudinem indicantia, ſe ſe offerunt, demum amicorum ſalutationibus concludunt Epiſtolas. Hæc omnia diligentiſſimus Apoſtolus vbique obſeruat.

Eccl. 4.

Apoc. 1.

Iam ergo ad primam Epiſtolam, quę ad Romanos inſcribitur, accedamus. Prima vero eſt, non ſcribendi tempore, ſed ordine doctrinæ: quam enim primo ſcripſerit, quam ſecundo, quam tertio, hoc nobis parum vtile eſt ſi ſciamus. Plurimum autem conferre poterit, ſi intellexerimus, quã primo adipiſci oporteat, quàm ſecundo, quàm tertio. Hæc itaque Romanorum Epiſtola, primum obtinet locum, quoniam alijs in Epiſtolis oſtenditur de diuina gratia, quàm ſit multiformis, quod ſe ſe communicet, & diffundat gratis, omnibus in Chriſtum credentibus. Declarantur illius proprietates, effectus, ſigna, adducuntur quæ eam impediant. Hæc autem vnicè contendit, quod omnibus ad benè, beateq; viuendum, neceſſaria ſit, ne vllo vnquam tempore Iudæorum vel Gentilium aliquis, quauis operatione, coram Deo iuſtus eſſe potuerit, licet ab hominibus gloriam, & laudem pleriq; egregijs facinoribus promeruiſſe videantur, niſi affuerit Chriſti gratia: quæ etiam ante temporis plenitudinem, cum nondum Dei filius deſcendiſſet ad terras, in ipſum venturum credentibus opitulabatur. Conſtat autem, quod in omnibus negotijs, ſermo an res aliqua ſit, ſermonem antecedit, quo quid illa ſit, & qualis, declaratur

ratur. Alia etiam ratione, cæteris Epiſtolis hæc ipſa præponitur quoniam cum diuina gratia vniuerſos egere demonſtret, caput omnium peccatorum conterit, quod ſuperbia eſt. Quis enim audeat ſuperbire, & in ſeipſo gloriari cum didicerit, nihil quempiam habere boni, quod nō à Deo Optimo Maximo gratis acceperit? Rurſus, quoniam gratiam hanc Dei, non niſi fidelibus condonari declaratur hac in Epiſtola. Indignus eſt enim Chriſti gratia, qui Chriſto non fidit. Iurè prima eſt. Eſt enim fides, radix & initium ſpiritalis vitæ, non ſecus, quàm altrix anima, quàm vegetatiuam vocant, corporalis. Vnde ſcriptum eſt, Iuſtus ex fide viuit. Sine fide enim impoſſibile eſt placere Deo. Cum etiam inter omnes Eccleſias, Romana diuino munere primatum obtinuerit. Eſt nanque Romæ thronus Apoſtolicæ, & ſupremæ poteſtatis, cui omnes mundi Primates, iure diuino caput inclinant, magna ratione, quæ ad Romanorum Eccleſiam eſt ſcripta Epiſtola, ſingulas antecedit. Tempore quoque Pauli, totus gentium orbis, Romanorum parebat imperio: inter Epiſtolas itaque eius, qui Doctor, Apoſtolus, & Magiſter gentium poſitus erat, illa pręfertur, quæ ad Principem vniuerſarum vrbium, vt illam inſtruat, & per eam orbem, directa fuit. Rom. 1. Heb. 11.

Rationem huius Epiſtolæ, breuibus verbis accipite. In vrbe Roma, publica omnium gentium fama, celebre factum erat Chriſti nomen: multiq; erant, & ciuiū Romanorum, & aduenarum, Iudæorumque qui hic degebant, in Chriſtum tanquam magnorum operum patratorem credentes. Porrò Diabolus, qui Chriſti gloriam, ſuæ tirannidis interitum, & pernitiem eſſe cognoſcebat, Romanorum quoque inuidebat ſaluti, ſeditionem excitauit inter eos, qui ex Iudæis, & qui ex Gentibus in Chriſtum credebant, vt multitudinis credentium pacem perturbaret, & Chriſti Eccleſiam diſcinderet: ſpe non dubia fretus, ſi Romæ vbi domicilium erat Imperij, res pro ſuo arbitrio perturbare potuiſſet, totum orbem illius exemplum facilè ſecuturum. Cœperunt itaque, inter promiſcuam multitudinem Iudæorum, & Gentium, paulatim ſuboriri alternæ, & mutuæ detractiones: dehinc aperta ferè diſſenſio, augebantur odia, vires creſcebant rumori: Gentiles aſpernebantur Iudæos, quod Chriſtum occidiſſent, quod dura ceruice, Prophetarum & filij Dei oraculis, tam pertinaciter reſtitiſſent, quod legi adhuc fiderent, quam ipſi detrectabant: quod Chriſti gratiam paruipendere, vel hac ratione viderentur, ſuperbiebant: ſibique ipſis blandiebantur, quod vix natum Ieſum ipſi adoraſſent, quod læti illius ſacrum ſuſcepiſſent Euangelium, quod tot Philoſophi, tanto ingenio pręditi, & omnis ſapientię parentes, ex Gentibus orti fuiſſent; ad extremum, quod toti orbi imperaſſent. Iudęi vetuſta ſuperbia turgidi, obijciebant Gentibus Idolorum culturam, quod

Deum

Deum verum nunquam antea agnouiſſent, quod ſine lege ἄθεοι, ſcilicet,& ἄνομοι, brutorum mage,quàm hominum more,ad illud vſq; tempus vixiſſent : gloriabantur de diuinis eloquijs , antiquę legis operibus, Euangelion , & gratiam Chriſti promeruiſſe contendebant:tanquam immundos deſpiciebant omnes,quotquot ex Gentibus ad fidem conuertebantur,quoniam ex circuncisione non eſſent expiati.Et quot Iudæorum erant,bone Deus , qui videntes Spiritus ſancti chariſmata, in Gẽtiles effundi latius,quàm conſentaneum ſuo ipſorum liuori crederetur,vt potè cogitantes quod illis vnis factę olim fuerant promiſſiones, Deum maledictis & iniurijs afficiebant? Res tota in fabulam verſa eſt,nobis Deus promiſit,ethnicis reddidit: ex nobis natus eſt,& gentes ſeruauit;noſtris parẽtibus pollicitus eſt, & filios pręteriens, alios qui nunquam illum cognouerant, in noſtra bona immiſit:nos legem exercentes,& prophetias legentes, laborauimus,hi qui ab aris & ſimulachris heri receſſerunt, in altiore gradu locati ſunt. Vbi nunc rerum prouidentia? Cur nobis crudelirer ſubtrahitur,quod Gentibus profanis indignè,& citra omne meritum largitur Deus? O Iudaicam perfidiam.Hic erat ſtatus chriſtianę fidei in vrbe Roma.Hęc erat ratio Eccleſię hic naſcentis,& coaleſcentis. Sic enim errores,atq; ſcandala,& hęreſes diſſeminare Sathanas conſueuit.

1.Cor.11 Deus item benedictus,ea nonnunquam patitur ſuboriri,quando vt Paulus noſter dicebat,Oportet hæreſes eſſe, vt qui probati ſunt, manifeſti fiant in nobis.Toti vrbi itaque, & per vrbem orbi conſulit & medetur Apoſtolus hac in Epiſtola.Ad quem enim negotium Romanorum pertinuiſſe magè credimus,quàm ad Paulũ ciuem Romanum?Notior eſt vobis vox illa Pauli, quàm vt hic referatur, Hominem Romanum,& indemnatum licet vobis flagellare? (Act. 22.) Hac enim de cauſa,veſtem conſularem circunferebat,tanquam Romanæ nobilitatis,& ciuilitatis inſigne,quod illius pater iam pridem à Romanis dono acceperat,& cum eam ſemel Troade reliquiſſet,apud Carpum,Timotheo chariſſimo ſcripſit,vt eam perferri iuberet, quo agnoſceretur,agnitusque inter barbaras gentes,tutius Euangelion Chriſti prędicare poſſet:Futurum enim erat,vt qui Dei Apoſtolum probris afficiebant,& iniurijs,ciuem alioquin Romanum vererentur.Poſtquam ergo Romam tunc primum venire non potuit, alijs ſanctę Eccleſiæ negotijs prępeditus,cum eſſet Athenis,Epiſtolam hanc incępit, quã deinde perfecit Corinthi,& ex Corintho Romam miſit. Scripſit autem illam Pauli nomine, Tertius quidam, vt interea quouſq; ad eos ipſe veniret,Romani hoc ſuę ſententię monumentum haberent, & quaſi teſtimonium ſuis literis conſignatum. O verè patriæ patrem. Scopus autem Epiſtolę huius eſt,neminem vllo vnquam tempore,penes Deum iuſtificatum iri,niſi Chriſti Ieſu fide & gratia; legis opera, & ſacrifi-

& ſacrificia, inutilia prorſus eſſe, & fuiſſe, niſi fides in Chriſtum pręceſſerit. Nec Iudæos, nec Gentiles quantalibet ſanctitate conſpicuos, Chriſti gratiam promeruiſſe, ſed omnibus citra meritum donatam eſſe: donatam inquam non redditam: quod enim redditur, non eſt donum, ſed debitum, merces non gratia. Gratia enim dicitur, quia gratis datur, non ex meritis: Chriſti promiſſiones nequaquam excidiſſe; Iſraelitis nanq; credita ſunt diuina eloquia, Iſraelitis item na- Rom.3.
tus eſt omnipotens Dei ſermo: at non omnes qui ex Iſrael ſunt, hi ſunt Iſraelitę, nihil in nobis verę virtutis eſſe poſſe, niſi à Deo datum Rom.9.
fuerit, & tributum: propterea quod in nobis eſt boni, id totum in Dei Optimi Maximi gloriam eſſe referendum. Iam ergo tubam hanc Pauli, attentius audiamus.

QVOMODO PRÆDICABVNT niſi mittantur?

ROM. 10.



Quæ & loquimur, non in doctis humanæ ſapientiæ verbis: ſed in doctrina ſpiritus; ſpiritualibus ſpiritualia comparantes.

1. COR. 2.

INDEX RERVM,

ET NOMINVM INSIGNIORVM,

huius operis copioſus. Primus numerus paginam, ſecundus columnam indicabit.

A

Aron, non perfectus Chriſti tipus. 599 col. 2
Aaron filij, in lege poterant tantummodo ſacrificia offerre. 534 col. 1.
Aaron & Moſen ſimul, Chriſtum referre. 569. col. 2
Abba, quid interpretetur. 390. 1
Ab actiua ad paſſiuam quomodo valet conſequentia. 238 2
Abacuch liber, duo præcipue continet. 48. 2
Abraham iuſtus erat, antequam illud legeretur. Credidit Abraham Deo &c. & quomodo: 197. 2
Dediſſe gloriam Deo, & quomodo. 215. 1
Vna vxore non contentum fuiſſe & quia. 217. 1
Perfecte diuinæ, pmiſſiõi crediſſe. 213. 1
Quomodo Deo crediderit in immolatione Iſaac. 215. 2
Riſiſſe tantũm, non irriſiſſe de Deo. 216. 2
In virtute, renouatum fuiſſe. 217. 1
Abrahæ, cur facta tãtæ promiſſiones. 134. 2
Non propter eius merita naſcitur Chriſtus. 134. 2
Primus fuit qui Deo crediderit. 201. 1
Pater circũciſorũ, et præputiatorũ. 201. 1
Quorum autem magis. ibid.
Illius paternitatem, non ex natura, ſed ex Dei dono proueniſſe. 207. 2
Cur multarum gentium pater, & non omnium. ibid.
Abſtinentiæ laus. 596. 1
Acies duas tantum, futuras eſſe in Iudicij die eſſe a dextris, & a ſiniſtris. 172. 1
Actionem & paſſionem, vnum motum eſſe. 238. 1
Secũdum naturam, paſſione priorem. ibi.
Non poſſe vnam, a duabus virtutibus prouenire. 312. 1
Actus fidei exterior, confeſſio eſt. 494. 2
Adam, cur fuerit extra Paradiſum creatus. 258. 2
factus inſipiens. 160 1
antequam cecidiſſet, Chriſtum Ieſum credidiſſe incarnandum. 58 2
Poſt peccatum, vero, etiam mortem Chriſti. & reſurrectionem credidiſſe. ibid.
Adam, iuſtificatum gratia, non etiam operibus fuiſſe. 166 1
Ex ligno vitæ, quomodo ei immortalitas. 259. 2
Eius peccatum, poſteritatem totam inquinaſſe. 243 2
Si non peccaſſet, omnia illa dona, hæreditaria ſucceſſione nobis conferenda fore. 248. 1
Inſignem virtutibus factum. 251. 1
In eo non fuiſſe paſſiones, quæ rationis iudicium præuenirent, impedirent ve. ibid.
Comediſſe pomum, fuiſſe malum, non ex genere, ſed quia prohibitum. ibid. 2
Tenebatur etiam pœna æterni ſupplicij: nos autem tantum diuina viſione priuamur. 252. 2
Non fuiſſe ab omni miſeria liberũ. 308. 2
Adamum, peccatum, & mortem, excellit Chriſtus, eius gratia, & vita. 260 2
Adoptiones duæ. 394 1
Aer, cur in crepuſculo frigidior ſit quam in media nocte. 329. 2
Aegyptiorum flamines, publico ærario vixiſſe. 637. 1
Aeternitas quæ ſit. 209 2
Non habere partes ſibi ſuccedentes. ibid.
Aeternitati omnia æque præſentia. 209. 2
In æternitate omnia eſſe. 209. 2
Affectus hominis ad amãda inuiſibilia, exterioribus actionibus, excitatur. 393. 2
Afflictionem, materiam patientiæ exercendæ, eſſe. 229 2
Agens, vt in aliquod paſſum agatur, quot requirantur. 267 1
Agi, quomodo omnia dicãtur a Deo. 386. 1
Agi dicimur aliquando, & quomodo. 387 1
Aliquos Chriſti dono, haud peccaſſe. 308. 2

Altiora quæ Deus occulta eſſe voluit, nullus ſcrutetur. 545 1
Ambulare in dilectione, quid ſit. 607. 1
Amen dictio, quid importet, 37. 2
Amicus amici, eſt ſemper indiuiduus comes. 242 2
Suapte natura maxime amabilis eſt. 562. 1
Amicis conuiuere, cur delectabiliſſimum 229 1
Amicos Dei, magis agi quam agere. 385. 1
Amor tunc moderatus, cum modum non habet. 447 2
Amor Dei ignis eſt. 447 2
Ex libertate naſcitur. 581 2
Amara omnia, dulcia facit. 242 2
Liberorum eſt, ſeruorum timor. 572 1
Amori proprium, liberè moueri. 391 2
Amor proprius, quomodo in homine dominetur. 346 2
Amorem ſequentia, ſpiritui ſancto adſcribi. 232 2
Anabaptiſtarum ſecta vnde orta. 502 1
Anathema quid. 445. 1
Quomodo Paulus eſſe voluerit. 446 2
Angelum, aliquando Deum dici. 136 1
Angelica ſalutatio, noſtræ felicitatis initium 642 2
Angelos vehementer expectare reuelationẽ gloriæ filiorum Dei. 397 1
Non deſiderare, & quomodo. 402 2
De Angelis, à Paulo fit mentio ſimul & tractatus. 397 2
Anima & caro, in ſcripturis, pro homine quandoque accipitur. 12 1
Animam hominis non eſſe in ſemine, niſi quia ex ſemine traducitur caro vel corpus. 250 2
Immortali anima, magis corpus immortale deberi. 258. 2
Cur oporteat induere carnem. 381 2
Non vniri corpori vt motorem mobili, niſi vt formam materiæ. 382 1
In baptiſmo fœcundari. 282 2
Portare in manibus, quid ſit. 438 1
Animæ nuncupatione, interdum totus homo accipitur. 541 1
Animas denuo corporibus vniri, deliramenta eſſe. 382 1
Anni nomine, virtutes cœleſtes intelligũtur 527 1
Ante diluuium, hominum cibaria. 595 1
Apes non habere iudicium niſi ad mella, & ſic de cæteris animalibus. 311 2
Apollinaris error, quod Chriſtus animam non habuerit. 32 1
Apollo de quo in Actis apoſtolicis, vir magnus. 523 1
Apoſtolus, miſſus interpretatur. 3 2
Apoſtoli primi prædicatores fuere qui pacem mundo prædicabant. 498 2
Apoſtolorum pedes, quales. 498 2
Apoſtolos & Martyres nunc in cœlo pro nobis orare. 405. 1. & 406 1
Apoſtolatus eſt gratia, ſed non gratifica, & vnicè gratis data. 499 1
Apoſtoli Pauli epiſtola ad Romanos cui ſit directa. 16 2
Apoſtolus Paulus cum legem æmulabatur, erat ſeruus Moſè, nũc vero Chriſti. 25. 1
Cur Miſſus ad Ananiam 27 2
Morem eius eſſe, præputium pro præputiato vſurpare. 128 1
Ab Apoſtolis quæ bona mundo annunciata. 499 1
Apprehẽſionis, & comprehenſionis differẽtia 136 1
Arborum metaphora, qua ratione vtatur Apoſtolus. 527 1
Arborem totam eſſe in ſemnie, at non ſecundum actum. 314 1
Architectus qui dicatur. 263 2
Ara cœli templi ædificatio, unde initium habuerit. 58 1
Arreptitij & Demoniaci, quomodo ſpiritui ſubijciantur. 389 1
Arrius hæreticus. 280 1
Artis facere, prudentiæ agere. 376 1
Aſtrologiæ, cœlorum, Abram operam dediſſe. 212 2
Auaritia, ſcelus deteſtabile. 64 1
Auaritia, & fornicatio concupiſcibilis crimina ſunt, ſed illa vtile, hæc delectabile 69. 2
Auditus qui, & quomodo ad fidem ſe habeat. 499 1
Auerrois error de intellectus aſſiſtentia. 235. 2

B.

BAbilonenſes, diuinatoriæ artis peritiſſimi. 57 2
Baptiſmus triplex, aqua, ſanguinis, & ſpũs ſancti 283. 1
Baptiſmus, proportione mortis Chriſti reſpondet. 280 2

Qui ficte ad eum accedit, tranſplantari dicitur. 281 2
Omnia peccata actualia, & originalia tollit 282 1
Baptiſmus unus. 502 1
Regeneratio ſpiritualis eſt. ibid.
Baptiſmum reiterare dementia eſt, 502 1
Ad baptiſmum primo venientes, ſola fide ſaluari 37 2
Per Baptiſmum Chriſti licet homo ſuſcipiat gratiam quoad mentē: remanere tamen in eo infectionem, & corruptionem quo ad carnem. 284 2
Nihil in eo agi quod tenella puerorum ætas refugiat. ibid. 1
Peccata non dimitti aſſerere, periculoſiſſimum. 363 2
Baptiſmum Ioanis præparatorium ad Chriſti baptiſmum fuiſſe. 282 1
In baptiſmo, nullus noſtros conatus, neceſſarios eſſe, 364 2
In Baptiſmo, crucis caractere conſignamur: vt carnis, & ſpiritus cupiditates crucifigendas eſſe intelligamus. 131 1
Sicut circuncisio carnis abſque circunciſione ſpiritus nihil prodeſt, ita baptiſmus ſine operibus non prodeſt. ibid.
Baptizandi qui veniunt ſat eſt Chriſto confidant ibid.
Baptizatus vtrum poſſit abſtinere ab omnibus peccatis mortalibus. 287 1
Baptizatos omnes habere potentiam perſeuerandi. 289 2
Non omnes tamen in bono ſine gratia perſeuerare poſſe. ibid.
Barbari qui ineptè dicantur 33. 1
Barbariem omnem Chriſtus a quibuſdam nationibus eiecit. ibid.
Beatitudines, cur ita dicantur. 160 2
Augeri bonis operibus 192 2
Eorum ſumma quæ ibidem.
Non in diuitijs, honoribus & huiuſmōi conſiſtere 403. 2
Bella corporalia, noſtra tempeſtate valde neceſſaria. 173 2
Belligerare, rem iniuſtam non eſſe. 295 1
ne ſentiendum de omnibus eſſe. 88 1
Benignitate nos ad proximum rectè ordinare. 337 1
Beſtia terribilis a Daniele viſa, quæ ſit. 523 1
Beſtiam fame mori ſi duo carnium fruſta adeſſent. 288 2
Beſtias innumeras in homine eſſe. 371 1
Binarius numerus apud Matematice quid importet 518 1
Bonum, non eſt per ſe cauſa mali, ſed per accidens. 335 1
Bonum eſt, quod perducit ad finem. 348 1
Boni an ſimus, ſcire non poſſumus 87 2
Bona innumera per ſpiritum ſanctum in nobis collata. 233 2
Bona quæ Deus promittit, raro non euenire 480. 2
Bonitatis diuinæ, theſauri immenſi. 83 2
Bonitatem, rationalem perficere. 337. 1
Brachium domini quid ſit. 500 2

C,

CAbalam, vmbram veritatis tantum habere. 120 1
Cabaliſtas, mēdaces eſſe. 519. 2
Cadere ex nobis poſſe. 432 2
Cantus in eccleſia, quos fructus pariat. 392 2
De cantu chriſtiano quid Pliniusnepos referat. 323 1
Caput non influere opera vitalia membris diuiſis, ſed coniunctis. 267 2
Caro ſpiritui contrariatur. 354 1
Caro ſenſuſque, quomodo Dei legi ſubiectus. 375 1
Carni, & vitæ noſtræ nocentia. 435 1
Carnis concupiſcentiam, aliquando bonam eſſe, & quomodo. 293 1
Carnem domare, vnuſquiſque poteſt, dei dono. 384 2
Carnis prudentiam, ſemper in malam partem a Chriſto & Paulo accipi. 376 2
Per carnem aliquando ceremonias intelligi. 362 2
Carnem malam, & à malo ortam, ſecundū Manicheos 376 1
Carnalem hominem, nullo modo in Dei Gratiam receptum eſſe, quomodo intelligatur 380 1
Carnium eſus abſtinentia, commendatur. 595 2
Cauſa nulla ſpectanda, in Iacob electione 105 1
Cauſale nil, reſpectu Dei 419 2
Cenſus quid ſit. 580 2
Ceremonialia, & iudicialia non neceſſaria, & quomodo. 114 1
Vnum mandatum eſſe. 334 1

Ceremonialia præcepta, & ſacramenta, ſancta & iuſta non niſi ex deuotione, & obedientia facientium eſſe. 128 2
Certandum eſſe vſque ad ſanguinem, vt peccata repellamus. 280 1
Certitudo quæ eſt cum alterius ſuppoſitione, non eſt certitudo abſolute, 142 1
Certitudinem maiorem de rebus eſſe, cum in facto eſſe ſunt, quàm in fieri. 208. 2
Charitas adiuncta fidei, purificat totum cor. 195. 1
Illud Pauli Dictum. Charitas Dei diffuſa eſt &c. quomodo intelligatur. 232 1
Charitatem & gaudium, concupiſcentiam perficere 336 2
Charitate peccatum tollitur. 439 1
Chriſtus, vnctus interpretatur. 3 1
Leo, & Leena vocatus. 530 1
Ex ſemine Dauid, cur factus eſſe dicitur.. 12 2
Primus Dei hæres. 394 1
Eſt illa virtus, quam Euangelium annunciat. 34 2
Non eſt Deus, tantum opinione noſtra vt gentium Dij, at re ipſa Deus. 444 2
Salutaris, & ſalutare nuncupatur. 643. 1
Quare venerit ad Iudæos. 522 2
Non tantum nobis meruit gratiam baptiſmalem, ſed etiam pœnitentialem. 95. 2
Cur multos cæcos & claudos &c. ſanauit. 363. 1
Veram carnem habuit. 368 1
Non tamen aſſumpſit carnem peccati. ibidem.
Similitudinem vero carnis peccati aſſumpſit ibid.
Chriſtus, cur orandi formam inſtituit. 432. 1
Quomodo morti eum Deus pater tradidit. 433 1
Poſt eum autem nos omnes merito clamare Abba pater. 392 1
Cur item ex Iudæis, & gentibus proceſſerit 522. 1
Chriſtus vnus fecit bonum. 161 2
Seipſum morti tradidit. 219 2
Quomodo ſanguine ſuo Deo ſatisfecerit. 175. 1
Quomodo peccato mortuus ſit. 291 1
Chriſtus, vel Spiritus ſanctus, fluuius violentus appellatur. 387 1
Chriſti myſteria, Philoſophis aliquando nota fuerunt. 57 1
Quibus vero ibid. 2
Sine Chriſti gratia, nullus poteſt eſſe ſine peccato. 369 1
Chriſti in genealogia, cur meretrices connumerentur 145 1
Chriſti meritum, obedientiaq;. 273 2
Auxilium ni adſit, nullo vſquã tempore quis pie, probeq́, viuere poteſt. 59 1
Chriſti mors, cur redemptio appelletur. 219. 1
Cur item ſatisfactio ibid.
Cur etiam ſacrificium vel hoſtia ibid.
Cur ſimiliter meritum ibid.
Niſi Chriſti merito cooperare voluerimus, nequaquam ſalutem æternam conſecuturi. 96. 2
Chriſti dono ſaluantur, qui ſaluantur. 269. 1
Chriſto Ieſu, fide nos adhærendum eſſe. 172 2
Chriſtum, ſecundum carnem, filium Dei eſſe, non meruiſſe. 147. 1
Dum ſanguinem ſuum fudit, iuſtum agnitum fuiſſe. 178 1
Propter eius fidem, vniuerſa impleta eſſe 183. 1
Renaſcentiam ſuam iure vocaſſe philoſophiam. 172 1
Non propter aliquorum, ſed omnium delicta mortuum fuiſſe. 219 1
Eius mortem noſtræ vitæ ſpiritualis cauſam prorſus extitiſſe. 220 2
A peccato originali nos cauſaliter liberaſſe. 264 2
Poſt etiam hominum mortem, diuina ope ſingulis præſto eſſe. 260 1
Blaſphemare, non eſſe leuius quàm idola colere. 550 2
Nunquam legi, eum carnes comediſſe. 595 1
Eo rurſus adueniente, cæremonias carnis ceſſaſſe. 130 2
Veram carnem habuiſſe. 368 1
Non ſolum pro Prædeſtinatis in mundum veniſſe. 265 2
Quomodo Deus tradiderit. 433 1
In Chriſtum peccat, qui proximũ parui facit. 607 1
Chriſto, liberati ſunt homines a dominio peccati. 367 2
De Chriſto quomodo Sybillæ prophetarunt. 57. 1

Qui

Qui eum præceſſerunt in gentibus, non omnes perditos eſſe. 58 1
Chriſtianus, amore non timore cogendus. 579 1
Malus an occidendus. 592 1
Chriſtiani, aliquando lapides appellari. 568 2
Illi vani ſunt qui fidei, & non operibus incumbentes, ſaluari arbitrantur. 32. 1
Chriſtiani nomen, ex Græcis primum in Antiochia ortum eſſe. 4 2
Chriſtiani, ex gentibus mortui, per Iudæos viuificandi erunt. 524 2
Chriſtiani, in iniurijs ferendis iudæis crudeliores. 560 2
Chriſtiano, nil deteſtabilius quàm homines in peccatorum ſententiam protrahere. 363 2
Chriſtiani, an teneantur obedire ſublimioribus poteſtatibus. 568 1
An etiam principibus infidelibus, 574 1
Debent in ſe conformari 425 2
Chriſtianos, meritò dominos, non ſolum eccleſiaſticos ſed ſeculares habere. 571. 2
Ciborum aliquorum in ſanctis, delectus, & obſeruatio. 595 1
Cibi nullius vſus, ſecundum ſe malus. 598. 2
Ciborum ex delectu, qualis inter Iudæos, & Gentiles fuerit orta ſeditio. 588 1
Ciborum delectus, laudabilis conſuetudo. 594 2
Ciborum ſumptione, multipliciter nos peccare. 598 2
Circa cibos cauenda quæ & quot. 593 1
Ciceroni omnes eſſe volunt, nemo Paulinus. 642 1
Circumciſio quid. 201 2
Quomodo abrogata fuerit. 123 1
Eſt antiquior lege. 121 2
Sicut hæc Iudæos potius perdit quàm ſaluet, ita fides quæ ſine operibus eſt. ibidem. 2
Quando Iudæis proderat ibid.
Obeſt potius poſt emulgatum euãgelium, etiam ſi totum Decalogum obſerues. 122 2
Non tantum eſt mortua, ſed mortifera 123. 1
Circumciſio, & omnes cæremoniæ antiquæ legis, erant quædam proteſtationes fidei. 123. 1
Signaculum iuſtitiæ. 128 1
Alia manifeſta, alia abſcondita. 129 2
Qui carne & non corde circumciſus eſt, ac ſi præputiatus eſſet. 129 2
Citra cordis circumciſionem, iuſtitiam non haberi ibid.
Circumciſioni ſucceſſit Baptiſmus. 124 1
Circumciſionem ardenter dominus Abrahamo præcepit, & quare. 130 1
Cur noluit dominus per dies octo differri. ibidem.
Niſi carne Iudæi circumciſi fuiſſent, non intellexiſſent cor circumcidendũ eſſe. ibid.
In circumciſione, cur Deus præceperit membri virilis, & non alterius, partem abſcindi. ibid.
Clamor cordis quid 392 1
Cogitationes factorum defendent factores. 115 2
Arguent item viciſſim auditores ibid.
Mentem, animumque noſtrum improuiſo confundunt. 290 1
Cognoſcere Deum per ſeptem gradus, neceſſe eſt, & qui. 23 2
Commercium inter dæmonem, & hominem. 338 1
Concilium concilio reformatur in agendis ſecundum exigentiam temporum. 125. 1
Concubitus hominum finis, non tantum eſt generatio, ſed educatio prolis. 69 2
Concupiſcentiam carnis repellere, virtus eſt. 293 1
Non niſi concupiſcenti nocere. 327 2
Vel boni vtilis, vel delectabilis illicitã eſſe. 328 1
Carnis, verè peccatum eſſe. ibid.
Quaſi ignis exardeſcere. 294 1
Sine concupiſcentia nullum peccatum committitur. ibid.
Coniugij reſtituendi rationem, prolem eſſe. 316. 2
Conſcientia mille teſtes. 442 2
Quandoque errat. ibid.
Conſcientia erronea, periculoſa. 605 2
An liget 605 1
Quomodo liget. 614 2
Conſcientiæ errores, & ſcrupuli quomodo tolli poſſunt. 605 2
Conſilium quorum ſit. 310 1
Cum conſenſu lethale quod. 293 1
Conſenſio fugienda. 70 1
Contentioſus qui & ſuperbus. 70 2
Cor pro anima intelligi. 235 1

Cordis

Cordis durities quæ, & vnde ſit dicta. 86. 2
Cor, in medio corporis eſt. 234 2
Hic quieſcit, cum habet quæcumque vult. 222 1
Cordis mollitiem ex Deo eſſe. 84 2
Cordis durities; quid ſit, 86 2
Corde q̃d credimus, ore fatendũ eſſe. 493. 2
Corporis nomine, vel carnis, quandoq; totus homo accipitur. 541 1
Corpus peccati, quid ſit. 318 1
Corpus cœleſte quomodo in hæc inferiora agat. 14 2
Non ſemper proprios effectus producit 139 1
Et vnde impedimentum, ibid.
Corpore concepto & organizato, a Deo glorioſo animam infundi. 251 1
Cornua in ſcriptura ſacras dignitate, ſignificare. 522 2
Quot in vtraque ſcriptura reperiantur. ibidem.
Credere quid oporteat. 38 1
Cur credere oporteat ibid.
Cur magis fidem quàm quod vis aliud, euangelium à nobis exigit. ibid.
Quid credendi, vel fidei nomine ſignificetur ibid.
Credere tria importat, credere Chriſtum, Chriſto, & in Chriſtum. 135 2
Credere in Chriſtum, non eſt implere cognitio intellectus ſicut credere Chriſto, & in Chriſtum. ibid.
Qui credat omnia. 40 2
Qui primo in Chriſtum. 42 1
Credere voluntariè, magnum eſſe donum 197. 1
Deo Moſes qui cum eo loquebatur magnum non fuiſſet credere. 198 1
Credendum eſſe ex auditu, nõ ex viſu. 501. 1
Cultus Dei. 542 4
Curſus, diuinæ legis obſeruationem ſignificare metaphoricè. 454 2

D.

Dauidis oratio in peccati ſui agnitione. 144 1
Datiuum pro ablatiuo ſæpe apud Græcos poni. 291 1
Deus præſcit. 416 2
Deus inſtar figuli multa operatus eſt. 466. 2
Non iraſcitur niſi iuſtè. 468 1
Nulli debet. 469 2
Nullum patitur ſine demeritis, indurari, ſeduci, perire. 469 2
Prouidẽtiã hẽt de iuſtis peculiarẽ. 412. 2
Potiſſimum de hominibus curam gerit. 418 1
Creaturarum, hominum, & iuſtorum, Deus eſt. 22 2
Quomodo dicitur odire peccatores. 241. 2
An magis nos quàm Chriſtum dilexerit. 433. 1
Eſt in omnibus creaturis per eſſentiam, per potentiam, & per præſentiam. 234. 2
Non eſt iniuſtus. 453 2
Non ideo hominem prædeſtinat, quia præ nouit illum bene operaturum. 414 2
Vaſa iræ ſuſtinet, non facit. 471 2
Pro ſuæ voluntatis tantum arbitrio, nimine indurat. 457 2
Nullum vltro relinquit aut deſpicit. 74. 1. & 2
Non ſaluat niſi volentes. 268 1
Dicitur excæcare, indurare, aggrauare, ſeducere, tradere. & quomodo. 61 1
Pro nobis ſaluandis, non facit omnia quæ poteſt, ſed quæ ſatis ſunt. 108 2
Solus glorificat, qui & iuſtificat. 424 2
Deus diligit omnes qui eum diligunt. 16 1
Licet autem generet Deum, non tamen ſunt duo Dij. 19 2
Non patitur quod impleant manus noſtræ quod ceperant. 31 2
Mouet omnia, ſed non eodem modo. 14. 2
Neque vt pater, neque vt filius, citra reuelationem agnoſci poteſt. 54 1
Qua ratione à cunctis agentibus naturalibus, & voluntarijs differat. ibid. 2
Intelligi voluit ex mundi fabrica, ordine, & ratione. 55 2
Non eſt author, cuius eſt vltor. 68 1
Quomodo hominem in ſecunda peccata labi permittat. ibid.
Et illi gratiæ lumen non largitur, & quomodo. ibid.
Quomodo vero dicatur dare reprobum ſenſum. ibid.
Semper cauſam in iudicio, non perſonam ſpectat. ibid.
Non adeò ouis, aut lupus ſeſe vere cognoſcit, ſicut Deus iudicat de ouibus & de lupis. 81. 2
Dicitur iraſci cum punit. 86 1
Punit autem citra condignum, & præmiat vltra condignum. 91 2

Index

In cordibus fidelium legem ſcribit digito ſuo. ſ. ſpiritu ſancto.113 2
Argui poſſet infidelitatis, ſi ingrato redderet quod gratis promiſit.141 1
Si iniquè iudicat non eſt Deus.148 1
Zelotes eſt.152 2
Miſericordiam omnibus, at non ſingulis impendit.153 2
Ex noſtris fœlicitatibus conglorificatur. 155 2
Proprio filio non pepercit, cum vidiſſet neminem alium explere poſſe. 178 1
Nihil ſuperuacanee agit.179 2
Non eſt Deus Iudæorum tantum, ſed etiã omnium.181 1
Id vero non dominio, & prouidentia ſed ſpetiali cultu.ibid. 2
Diligebat nos, vt nos faceret bonos, nunc autem factos bonos, vt glorificandos.41 2
Deus omnium peccata vertit in bonum. 412 1
Prouidet in iuſtis vt iumentis. ibid.
Quomodo diues.ibid.
Prophetas ditauit ibid.
Deum nos intelligere, & ſcire, non eſſe probatu difficile.415 2
Deum apprehendi poſſe, non comprehendi. 536 1
Omniũ menſurã eſſe, & quomodo. 519.1
Fidem creare immediate.503 2
In Deum animam reduci, & quomodo. 547 2
Deus illius dicitur cauſa, cuius oppoſitum non facit.459 2
Omnibus, ſufficiente gratia opitulatur. 460
Peccata vnice non fecit.ibid.
Quandoque Hipocritam regnare facit. 461 1
Sua voluntate, ſine cuiuſpiam demerito, poteſt velle, vt aliquis ſit ſeruus, pauper, ægrotus & ſimilia.461 1
Sine demeritis, non vult hominem derelinquere, vt anima pereat.461 2
Dei dona acceptari per fidem & charitatem.37 1
Ira eius quæ ſit. 86 1
Sapientiæ omnia ſubdi.152 2
Scientiam ita ſe habere ad ſcibilia, vt hæc ſcibilia ad ſcientiam noſtram. 208 2
Amicitia, non eſt dimidiata. 372 2
Dei filius, primogenitus in multis fratribus. 426 1
Quomodo clarificandus & glorificandus.621 2
Dei filium, hominem factum fuiſſe.9 1
Deum & hominem eſſe. 10 1
Dei dilectio, quàm potens & efficax in ſeruis ſuis.437 1
Eſt anima vita.438 2
Deo quo magis homo coniungitur, eo felicior. 114 2
Per accidens eo infelicior ibid.
Magis obediendum, quam hominibus. 143 2
Placere, qui ſibi diſplicet.192 2
Reconciliari nos ipſi, non ipſum nobis. 241. 1
In ſcripturis aliquando oĩa tribui.431.1
Omnia præſentia eſſe, ex° mathematico declaratur. 209 2
Nihil futurum 425 1
Deo charos, anguſtias magnas paſſos fuiſſe.230 1
De Deo non diffidandum.214 2
Deum habere in memoria.67 1
Habere in voluntate ibid.
Habere in notitia. ibid.
Magis animum quàm externa opera reſpicere.115 1
Semper comprobari iuſtum in ſermonibus ſuis.138 1
Semper vincere in iuſtitia, cum de iuſtitia ab hominibus iudicatur.138 1
Semper veracem ibid.
Permittere non bona ſed mala.143 2
Bona agere volentem, non permittentem tantum ibid.
An infideliter agere cum homini perſeueranti in bono, vitam æternam non largitur.145 2
Conditione ſtante promiſſa ſeruare: amota vero minimè.146 1
In eo adiuuare hominem, quod docendo ignorantiam auferat. 189 2
Magis dicendum prouidere: quàm præuidere.208 1
Nihil contra naturam facere.213 1
Cur inter Deum & hominem fœdus ſit initum, vt Deus fieret homo.219 1
Deum debere, nil aliud eſt niſi Deum decere.249 1
Nihil eſſe quod debeat agere ibid.
Eodem actu largiri gratiã, & tollere culpam. 228 1
Poſſe de potentia abſoluta beatos omnes

anni-

annihilare.314 1
Nos diligere,& quomodo.362 1
Hominis voluntatē, & præparat adiuuandam,& adiuuat præparatam.456 1
Quomodo peccatorem ad pœnitentiam inuitat.461 1
Noſtræ ſalutis adeo cupidus, vt ſuppeditet quod neſcimus 406. 1
Nihil de nouo ſcire ibid.
Vt eum diligamus, quomodo vocatio ſit cauſa.411 1
Deum nulli debere.306 1
Vocare omnes: vt ſint ſancti.17 1
Neminem abijcere.526 2
Non ſtatim punire.84 1
Indurare & excæcare.86 2
Coronare in nobis dona ſua.98 2
Deum nobis mori, quō intelligatur.394 2
Aliquando ſontes non vindicare.278 2
Non omnium miſereri.463 1
Omnia introſpicere.81 2
Omnia curare.83 1
Reſpicere opera in iudicio.101 1
Non citra cauſam reprobare.105 2
Iudæos tanquam rebelles de domo ſua abiciſſe.529 1
Delicti nomine, Iudæorum incredulitas.523. 2
Dæmones, cogitatus hominum proprie non cognoſcere.52 1
Derelicti a Deo qui fuerint.16 2
Deſtinatio quæ ſit.422 1
Dies non omnes, in negotijs mundanis expendendos.593 2
Dierum delectus.591.2.& 594 2
Dierum aliquorum obſeruantiæ, laudabilis defenſio.592 1
Dierum obſeruatio iudaica, arguitur.594,1
Differentia inter tempus ab Adam vſq; ad Moſen, & a Moſe vſque ad Chriſtum.257 2
Differentia inter peccare, & eſſe ſub peccato.297 2
Dignitate Apoſtolica, nulla maior in Eccleſia.498 1
Dilectio vocationem præcedit.16 2
Omnium bonorum fons eſt.16 1
Dilectio, qua Deus nos diligit, & qua nos Deum diligimus.232 1
Dilectio noſtra, primus fructus gratiæ.237. 1
Dilectiōis diuinæ cōditiones plurimæ.562.2
Diligens Deum, difficile non eſt in dilectione perſeuerare.435 2
Diligētibus Deum etiam peccata in bonum cooperari, & quomodo.411.2.& 412 2
Diligere Deum quam facile ſit.435. 1
Conſilium ſit, an præceptum.561 2
Diſtinctio non eſt apud Deum.495 2
Diuidit Deus dona ſua prout vult, non ſecundum virtutes noſtras.549 1
Diuinæ dilectionis conditiones. 562 2
Docere ad quos pertineat.550
Doctrina quid ibid.
Dominica dies, quare nobis ſolennis ſit.592 1
Dominica die ieiunandum non eſſe.596 2
Dominium an ſit contra naturam.566 2
Dona cum augentur, & donorum rationes augeri.156 2
Donorum ſuorum Deus non pœnitet.532.2
Dorſi curuitas, ſeruitutem exprimit.514.1
Duo Amores fecerunt duas ciuitates.433.1
Durities cordis ex nobis eſt.84 2
Dux eſt propter exercitū, non ecōtra.583.1

E,

ECcleſia monſtrum eſt, ſi niſi vnum caput habeat.548 1
Eccleſia vniuerſalis, errare nō poteſt.606 2
Eccleſia cur ſuſtineat in ieiunio quempiam vino vti.595 2
In ea omnes functionem aliquam habere.550 2
Vnum corpus eſt, cuius caput Chriſtus, oculi prælati, actiui manus, laici aures, prædicatores ora.252 1
In eius manu, non ſinagogæ, ſunt tabulæ fœderis.119 2
In eccleſia mira varietas,637 1
Eccleſiæ autoritas determinandi, quæ ad fidem ſpectent, in Pontifice reſidere.606.1
Eccleſiæ ſanctæ nihil hæreſibus pernicioſius.279 2
Eccleſiam quandoque rationabiliter leges mutare.597 2
Eccleſiam, quomodo depingant Petrus & Paulus.568 1
Eccleſiaſticum dominium non ſufficere.572 2
Ecſtaſis, ſiue raptus, quando in homine exiſtit.389 2
Ecſtaſim per paucos eſſe qui patiātur.389.2
In ecſtaſim rapi dupliciter. ibi.

Eſſe-

Effectus poſitiui priores ſunt priuatiuis,ſecũ dum intentionem: & ſecundum ordinem cauſa formalis.165 — 1
Electio non eſt firma,niſi ſurgat qui ceciderat.180 — 2
Eligere & velle,actus ſunt interiores in noſtra poteſtate:at exterius exequi,& efficere quod volumus,in manu Dei.30 — 1
Eligere,actum eſſe liberi arbitrij.342 — 2
Electio,Conſilium,& deliberationẽ rationis ſequi.ibidem.
Non poteſt eſſe circa ea quæ rationẽ ſubterfugiunt.ibid.
Eleemoſina, fructus appellantur & quare. 638 — 2
Eleemoſinam,miſericordiam dici.453 — 2
Emolumenta quædam Principibus danda. 580 — 2
Aemulari quid.551 — 2
Aemulari in bonam partem accipi.521 — 2
Epiſcopis exercitia bellica repugnare. 573. — 1
Epiſtolam Pauli,excedere aliarum epiſtolarum modum 626 — 1
Epiſtolæ totius ad Romanos,ſumma.646. — 1
Epicurij error,de diuina prouidentia.91 — 1
Error Pelagij, de legis obſeruatione abſque diuina gratia.110 — 2
Eſaiam clamare ſuper Iſrael quid importet. 475. — 2
A Iudæis ſerra ſectum.506 — 1
Euangelium,bona eſt annunciatio.5 — 1
Euangelium Dei ſacrificatur,dum diſſeminatur.628 — 1
Euangelium Matthæi, & epiſtola ad Hebræos,hebræa lingua conſcripta.42 — 2
Euangelium & lex Moſi, vna lex non duæ. 171. — 1
Euangelium in omnium linguas transfuſum eſſe, & quare.181 — 2
Dici lex fidei.186 — 1
Quinimo & fides. ibid.
Et cerimonialia, & iudicialia aboleuiſſe. 320. — 1
Euangelij author Deus.5 — 1
Euangelium diuinam virtutem annunciat, & eius eſt organum.34 — 2
Omnibus tradendum erat,vt omnes per ipſum ſaluarentur.36 — 1
Dono datum hominibus.37 — 1
Eius nomen, non meretur lex vetus.3 — 2
A Paulo decretum appellari.185 — 1
Tenebroſis Iudæorũ facibus,nõ egere.17. — 1
Euangelij,& legis differentia.ibid.
Euchariſtia ſacramentum, ipſa eſt gratia. 361. — 2
Euentus non eſt, niſi eius quod futurum eſt. 210 — 2
Exequimur nihil,quod exequendi ratio non præceſſerit.421 — 2
Excommunicationis gladius,raro euaginandus.618 — 1
Exhortatio quid.555 — 2
Experimentis nonnullis,conijcere quiſq; poteſt, ſe ſe in Dei gratiam receptum eſſe. 89. — 1

F,

FAcere quod in ſe eſt. 174.2. & 349 — 2
Facere alterũ quale ipſum,deſiderium naturaliſſimum eſt 196. — 2
Facinora,quæ Dijs ſuis tradidit antiquitas. 64. — 2
Facultatem proficiendi in melius,à Chriſto nobis præſtari.282 — 1
Falſitatem prædicare,nunquam licere propter ſcandala.611 — 1
Fame & ſiti omnem neceſſitatem intelligi. 559 — 2
Fatum quid.313 — 1
Fatum dici,quaſi quoddam effatum diuinæ prædeſtinationis.ibid.
Fœcunditas noſtra à Deo ſemper eſt.518. — 1
Fœminarum prima laus, pudor,& honeſtas 65 — 2
Aliquis vſus naturalis 66 — 1
Fœlicitas hominis, ſalus & ſaluatio dicitur. 643. — 1
Feſti dies non abutendi.593 — 1
Feſtos dies an Pauli tempore Eccleſia ſeruaſſet.592 — 1
Feſta Chriſti Ieſu, B.Virginis, ſanctorumq́; ſolennia ſemper fuiſſe. 592 — 2
Feſtiuitatum obſeruatio, vel ab Apoſtolis, vel a Conciliis ſtatuta fuiſſe.594 — 2
Fides Chriſtiana extollit hominem ſupra naturam.22 — 1
Ex fide,& contra fidem eſſe,differt.21 — 1
Iuſtitia pars eſt.137 — 2
Et ſi tendat in opera,manet tamen, & fit perfectior.46 — 1
Eſt operum grauida.46. — 2
Gratiam & gloriam largitur.43 — 1

Vnde ſit dicta.137 2
Chriſti quæ dicatur.169 2
Firma eſt, & nihil de his quæ ſunt natura conſiderat.215 1
Reſpicit Deum.137 1
Fidem Theologis veri ex operibus arguunt. 493 2
Fides, quomodo ſit ex auditu.501 2
Omnis virtutis fundamentum. 20 1
Si fidei noſtræ rationes indagare voluerimus, cito nos cadere oportere.214 2
Fidei omnia miracula adſcribuntur.37 1
Fidem reſpicit Deus primo non opera, pro expiandis peccatis.48 1
Informem, tantum intellectum purificare. 195. 1
Informem, citra gratiam gratificam eſſe. ibidem. 2
Præputij, antiquiorem fide circumciſionis. eſſe.252 1
Ad fidem catholicam pertinere, omnes homines neceſſitatem moriendi incurrere. 256. 1
Fides, pro fidelitate accipi poſſe. 204 1
Ex auditu eſt, at non tantum.503 1
Gratia eſt.223 2
Fidei initium ex Deo eſt.503 1
Fides Chriſti, non ſemper publicanda. 495. 1
Fide, non ſcientia, communiter viuere homines.360 2
Ex fide eſſe. & contra fidem, differunt. 20. 1
Fiducia in Chriſtum eſt, non vt peccemus, ſed vt coherceamus omnes noſtras cõcupiſcentias.41 1
Tunc primum ſibi quiſque moritur, cum ſibi fidit.47 1
Filius adoptiuus hæres poteſt eſſe.484 2
Filium Dei, vere Deum eſſe.7 2
Quot flagellis pater affecerit.435 2
Filius Dei eſt omnium ſcripturarum ſcopus.6 1
Eſt factus, non ſimpliciter ſed ſecundũ carnem.11 2
Finem legis Chriſtum fuiſſe, quomodo intelligatur.487 2
Fomitem, Deum non imputare.362 1
Relinqui in carne. ibid.
Viuere ad exercitium & coronam.292 2
Fornicatio crimen graue.69 1
Ea totum corpus noſtrum inficitur.66 2
Forma nulla excludit priuationem, niſi ſubiectum formando.165 1
Furti nomine, mala innumera intelligi poſſe. 119 2

G.

Gaudium quomodo perfectum. 400. 2
Gaudium plenum, quando erit. 400. 2
Gemendũ eſſe, & quare.400 1
Generationem in Deo eſſe.8 1
Generatio diuina qualis non ſit.8. 1 & 2
Generare, verè reperitur in diuinis.7 2
Generoſi ad virtutes, facilius exemplis quã verbis incitantur.635 1
Gentilis quid.128 1
Gentilis oleaſter nuncupatur.425 2
Gentiles excuſari non poſſe, ſi Deum verum non coluerunt.58 2
Meſſiæ adhæſuri erant, Zachariæ teſtimonio.473 2
Gentilium facinora innumera, immo & ſtultitia.64 1
Eorum ſimulachra. Ibidem. 2
Gentes & peccabant, & aliorum peccata probabant.91 2
Non omnes impias eſſe.115 2
Non ſeruabant omnia quæ lege Moſaica præcipiebantur. ibid.
Gentibus nõ fuiſſe neceſſariam omnium obſeruationem quæ lege præcipiebantur, ad iuſtificationem conſummatam. ibidem.
Gentes, ſecurius ſalutem conſequi ſub obſeruantijs legis quàm ſub ſola lege naturali. 115 1
Quæ legem obſeruabant, coram Deo iuſtificari ac ſi eſſent abſque præputio.129 1
Gentium & Iudæorum nomine, totum hominum genus exprimitur. 80 2
Cum gentibus in die iudicij mitius quàm cũ Iudæis agetur: & cum paganis mitius, quàm cum Chriſtianis 100. 1
Gentes nequaquam perijſſent, etiam ſi iudæi non peccaſſent. 122 1
Gẽtiũ multos, multis iudæis ꝑlatos eẽ.100.2
Gentibus etiam, non iudæis tantum, fuiſſe Meſſiæ gratiam promiſſam.473 1
Gentibus quibuſdam, magis ſubeſſe expedit, quàm præeſſe. 581. 1
Gloria Dei quæ.228 1
Gloriam Dei qui prædicat, cõſentaneum eſt vt & ipſe ſit glorioſus.194 1

Virtuti-

Virtutibus deberi tamq; mercedem.ibid.
Gloriatur Paulus, in gratijs ſibi a domino datis.629 1
*Gratia,meritorum oĩum principium.235.*1
Gratia tribus noĩbus appellatur. Gratia,donum,& iuſtitia.262 2
Gratia diuina,ſine mediatore Chriſto haberi non poteſt.491 1
Poſſe nos abuti.426 2
Gratia pœnitentialis gratia eſt oĩno.511 2
Gratia dignus fit homo,ex hoc quod datur illi gratia,nec aliter.238 1
Sine gratia penes Deum,nihil mereri poſſe.512 1
Gratia quot ſignificet.19 1
Gratiarum actio & promiſſio quomodo differant. 20 2
Gratia iuſtificans,ex Iudæis tranſiuit ad gẽtes.50 1
Non debet excludi à natura.212 2
*Nulla eſt,q̃ & ſimul merces non ſit. 146.*2
Cur operans dicatur.263 1
Gratia gratis data qd,& cur ita dicatur.ib.
Gratia pœnitentialis vix gratia eſt.511 2
Gratificantis effectus gratiæ.260 1
Gratiam non tantum recipimus, ſed & illi coagimus.91 2
Ex operibus legis non conferri. 160 1
Dici mercedẽ quã Deus nobis dat.188. 2
Vocari legem & quomodo.184 1
Gratiam diuinam cur abundare oportuerit. 245. 1
Tripliciter accipi.302 1
Gratiam Chriſtianorum non eſſe vnam,ſed multas & varias.261 2
Per gratiam non poteſt fieri ablatio priuationis quin fiat aliquid poſitiuum.165 1
Poſt acceptam gratiam gratificantem diuino indigemus auxilio.18 2
Ex gratia promiſſionem factam.188 2
Gratia neceſſitas,pro Dei gloria conſequenda. 94 1
Gratia Chriſti cõuenit,vt ſit efficacior Adæ delicto.268 2
Gratiã,nulla noſtra merita p̃cedere.511. 1
Gratia gratifica,an idem ſit cum dilectione. 235 2
Gratiam gratificam habere, non eſſe in noſtra poteſtate.388 2
Gratia gratis data proprium.547 2
Gratia gratis data,etiam in primis hominibus.544 1
Gratuita Dei vocatio,initium ſalutis.15 2
Gratias Deo ſemper reddendas.19 1
Grauiſſime peccare,qui ignorat.60 2

H,

HAbitus virtutis non facit vt neceſſario quis agat in particulari. 342 1
Inclinat actum habitui cõformem in generali.ibid.
Quæ repẽtè fiunt,ſecundum habitum fiunt. ibidem. 2
Hebraiſmum eſſe, vno verbo duas ſignificare actiones.221 1
Truncatas locutiones vitare ſolitos.291 2
Helias q̃uo interpellet contra Iſrael.516 2
Quomodo ſolus relictus,qui Deum aptè coleret.517 1
Heliæ Prophetæ,præconia.510 2
Hæreſes magna ex parte religioſos adinuenere.115 1
Hæretici quomodo tollerandi.579 2
Hæreticorũ mos,ſcripturas torquere.194. 1
Hæreticos,& excommunicatos,non ſaluandos eſſe.642 2
Himenei & Phileti error, circa corporum reſurrectionem.403 1
Hipocritarum cultus.542 4
Holã apud Hebræos quid ſignificet.258 2
Homo,vt ſalutem conſequatur, deſtinari oportet.421 2
An poteſt non peccare.338 2
An neceſſario peccet. ibid.
A peccato ſine Dei gratia reſurgere non poteſt.339 1
Vti gratia, & non vti,poteſt ibidem.
Liberi arbitrij eſt.109 1
Eſt arbor euerſa. 132 1
Dignus non eſt dandis,qui non habet gratias de datis.138 2
Tribus ordinibus ſubiicitur.153 1
Quod agit ex habitu conuenienti ſuæ naturæ ex ſe agere dicitur.185 2
Inquantum homo,non inquantum Chriſtianus generare dicitur. 227 2
*Homo vel Deo amicus, vel inimicus. 339.*1
In peccato mortali exiſtens an ſuo libito peccata cauere poſſit.339 1
Ex ſcelere in ſcelus ſæpe declinat.340 1
Hominis anima in Deum vertitur vti ignis infernum: ſeruata tamen propria natura.371 2
Natura quotupliciter accipi poſſit.66 2

Liberum arbitrium quid.297 1
Virtutem aliquãdo deficere in bene agendo. 340 2
Hominem, impoſſibile eſſe in tanta vigilantia perſiſtere; quãta ad deteſtanda omnia peccata requiritur.343 1
Interiorem, eſſe verè hominem.354 1
Hominem contentionum, non virum de fide riorum reprehendit Paulus.467 1
Hominem laborare debere.419 1
Sine Dei gratia mereri non poſſe.348 1
Non repente peccare.445 1
Hominum curioſitatibus, quomodo ſatisfaciendum. 536 2
Homines, diuino ſemper indigere auxilio, ne a gratia excidant.17 2
Nequaquam fuiſſe pares.567 1
Homines in angelorum loca ſuffectos fuiſſe. 140 2
Honor Principibus debendus.581 1
Holocauſtum quale erat.541 1
Horarum, obſeruatio rationabilis.592 2
Hoſpitalitatis laus.557 1
Hoſtia pacifica quæ erat in ueteri lege.541 2
Hoſtem odire, naturæ an perſonæ uitium ſit. 561 1
Humilitas quæ.546 1
Humilitatis gradus.12.545 2

I.

Iacob myſterio, an dolo ſe eſſe Eſau dixerit.153. 2
Iacobi ſanctitas, Eſau ue impietas, non fuit cauſa, vt hic reprobaretur, ille eligeretur. 451. 2
Idumæi qui.449 1
Ieſus quid ſignificet
Carnem domuit vireſq; adauxit omnibus credentibus in eum.483 2
Ieiunium, cuiuſcunque ſcandali intuitu, non omittendum.608 1
Ieiunii modus.595 2
Obſeruatio, in ſanctis Dei.594 2
Obſeruatores & amici.595 2
Inclinatio ad malum, vere homo vetus dicitur.285 1
Inclinare ad malum quid ſit.77 2
Incarnatio eſt promiſſio ſine alterius ſuppoſitione.141 1
Vt promereri eam potuiſſet, humanam naturam nihil egiſſe.146 1
Cur abſoluta fuerit ibid.
Iudæorum ſanctitati adſcribenda non eſt. 145 1
Si Dauid non peccaſſet, Chriſtum incarnatum ex eius merito, opinari potuiſſet ſibi.
Præter iſtam, nullam aliam gratiam, meram gratiam eſſe.146 2
Cur Spiritui Sancto attribuatur. ibi.
Induere Chriſtum, quid ſit.587 2
Indurare pro demonſtrare aliquando intelligi.458 1
Indurationis cauſa, non eſt Deus.459 1
Ignis nomine quid intelligat Auguſtinus, dum loquitur de puerorum pœna.271 1
Ignorãtia duplex. Affectata, & voluntaria. 486 2
Affectata non excuſat, ſed potius peccatũ adauget.67 1
Illatis iniuriis ignoſcendum.558 1
Imago naturalis filii quæ.425 2
Imago creationis eſt omnis creatura, licet nõ æque.63 1
Imaginis & veſtigii differentia.426 1
Imagines tres, ſunt in homine.426 1
Imaginem neceſſario deficere ab eo cuius eſt imago.260 2
Impares eſſe, damnatorum & infantium pœnas.272 2
Impeccabile aliquem non fore, niſi ab eo tollatur omnium peccatorum origo.227 1
Impœnitentiam, ex nobis eſſe.85 1
Impietas Idololatriæ, è cœlo in terras deſcendit.50. 2
Eſt iniuſtitia, non è contra.52 1
Impietas in Deum, iram Dei concitat.99 2
Impios voluiſſe ſine fide viuere, vt potuiſſent ſine fine peccare.154 1
Poſſe agere interdum bonas actiones ex genere.160 2
Imprecationes, quæ ſunt in ſcriptura ſacra tripliciter, declarantur.515 2
Improperia quæ Chriſtus pro nobis libenter paſſus eſt.610 1
Imprudentia potius eſt carnis prudentia. 374 2
In compoſiti qui dicantur.71 1
Incredulitate, Deum quàm maximè exacerbari.216 1
Infantes in limbo, num priuationis pœna triſtentur.269 1
Neſcire ſe a gloria æterna vitæ eſclusos eſſe ibidem.
Meliorem notitiam quam omnes philoſophos

phos habere.ibid.
Præter dictam pœnam, nullam aliam habere.270 1
Non iudicandos, ſed iudicatos.271 2
Baptiſmo non in re, ſed voto tantum parentum, poſſe ſaluari, falſum.272 1
Infidelium, non omnia opera, peccata mortalia.21 1
Infirmis fratribus ſe accommodare quandoque neceſſe eſt. 618 1
Inimici nos Deo fuimus, nō ipſe nobis.241.1
Iniuriarum noſtrarum vindex Dominus. 559. 1
Iniuriarum nobile vincendi genus.560 1
Iniurias inferentiū, vindicta magna.559.1
Iniuſtitiæ arguí Deum non poſſe.47 1 1
Inuidi exprobratio.517 2
Inuocare, Credere, Audire, Prædicare, Mitti. quid ſint.497 2
Iouinianus, virginitati matrimonium æquauit.544 2
Inſiticius Chriſto, quis dicatur.281 2
Intellectus diuinus, nunquam noſceret me ſaluandum, niſi me ſaluatum iri decreuiſſet. 509. 2
Intellectus cum iuſtatus eſt, facile iuſtantur omnia 44 1
Ad intellectus cognitionem, maxime hi duo ſenſus deſeruiunt, viſus ſcilicet & auditus.87 1
Minus malum eſt, intellectum falli, quàm corrumpi affectum.88 2
Intellectus, vt intellectus, liber non eſt.311.1
Si intellectus iudicio tantum inniteremur nos minime agere.311 1
Intellectum a voluntate determinari.ibid. 2
Ab eo libertatis radicem eſſe.ibid.
Intellectum diuinum, diuinam non regulare voluntatem.465 1
Intellectum, noſtrum nihil magis quietare, quàm vt ſciamus nos neſcire quæ Dei ſunt.464 2
Intellectum myſteriorum, ſequi fidem, non præcedere.501 1
Inuocatio; ideſt ab ītus exiēs vocatio.496.2.
Ira eſt accenſio ſanguinis circa cor.80 1
Ira Dei, iuſtitia Dei eſt.468 1
Iſaac riſus interpretatur.216 2
Iſraeliticus popolus, Dei populus appellatus. 508. 1
Nunc vero minime repudiatus. ibidem.
Iſraelitæ qui dicantur 443 2
Iſraelitæ nomen vnde.444 1
Iudas Apoſtolus fuit, nec tamen Apoſtolatus illum Deo gratum reddidit.13 2
Iudaica ſuperbia latibula varia.202 1
Iudæa, a Deo repudiari omnino meruerat. 510 2
Iudæus olea dicitur.425 2
Iudæus ficus præfertur in pœna, ita et in præmio.100 2
Si Chriſtus non veniſſet de cœlo, excuſationem habuiſſet ſuæ infidelitatis. 92 2
Populus, a tribu Iudæ cognominatur.118.1
Confitens eſt ibid. 2
Iudæorum lex ceſſauit, tanquam in Chriſti figuram inſtituta.124 1
A iudæis tantum, obſeruanda fuiſſe præcepta cœremoniarum.115 2
Iudæi à peccatis, potius timore pœnæ, quàm amore abſtinebant.ibid.
Per legem & circuncisionem elati, vniuerſæ legis fuerunt præuaricatores.124.1
Iudæos omne meritum, & legis, & circuncisionis perdidiſſe.ibid.
Amaro paſci cortice, medullam vero penetrare non poſſe.132 a
Iudæi plura intenſiuè & extenſiuè beneficia à Deo, quam ethnici acceperunt.134 1
Quomodo Dei filii adoptiui dicātur.444.1
Culpa propria, a Deo reiecti.505 2
Iudæi, & filii, & ſerui appellati.390 2
Primi qui credidere.526 2
Ad retaliandum iniurias propenſi.558 1
Ante Chriſtum iuſtificabatur ex fide Chriſti venturi.ibid.
Magnis laudibus à Paulo extolluntur. 118 1
Quomodo in Chriſtum ex ignorantia peccauerunt.484 1
Iudæorū veteres patres, teſtantur meſſiam, etiam propter Gentiles veniſſe.474 1
Iudæorum populum, in duas diuidi partes. 513 1
Iudæorum magna pars excæcata eſt.513 1
Deſtructio, nihil Chriſto derogat.476 1
Caſus, non irreparabilis.245 1
Cæcitas, ad Gentium ſalutem quid contulerit.529. 1
Menſa, ſacra ſcriptura eſt.514 2
Caſus, quomodo vtilis.520 2
In eorum loca, ſubrogatas gentes.139 2
Obdurationi eſſet, quæ in euangelio ſunt, figmenta crederemus.129 2
Iudæis, non legem ſub fidei commiſſio traditam, ſed Euangelium ſub fide diuina promiſſum.

miſſum 135. 2
Ex Iudæis non omnes Chriſti morti conſenſiſſe,515 1
Iudæos cum degenerarunt ab Abraham, de ſiiſſe eius eſſe filios.139 2
Gentibus,profeciſſe,ſi ad ouile domini veniſſent.524 1
Primos Dei filios fuiſſe, gentiles ſecundos. 452 2
Recte a Chriſto adulteros appellari.120. 1
Nec miracula Chriſti vidiſſe, nec doctrinam audiuiſſe.514 1
Non cognouiſſe Chriſtum,eſſe Deum, neque Dei filium.484.1.& 485 1
Quam impenſe dilexerit Deus.521 1
Non peccaſſe ad mortem.483 1
In fine mundi ad Chriſtũ reuerſuros.476.1
Si in Iudæis carnalibus expletæ fuiſſent diuinæ promiſſionis, Deum facile reprehendi potuiſſe infidelitatis.140 1
Iudicare quid.148 1
Aliquando accipi per iuſtificare. 611 1
Iudicatur ſinguli homines cum anima eſt corporibus exeunt.116 2
Iudicium triplex,diſcretionis,& condemnationis.& approbationis.82 1
Iudicium,pro diſcretione accipi poſſe.602 2
Iudicium de occultis,de dubiis, & impertinentibus,nulli conceſſum.962 1
Iudicium, requirit omnis retributio,qua diuerſis diuerſa reddantur.116 2
In iudicio omni,adeſſe oportere iudicem,cauſidicum,teſtem,& reum.115 2
Deum iudicem, nos reos, cauſidicum noſtras fore cogitationes. ibid.
Iudicii dies,dies reuelationis dicitur,& quare.90 2
In iudicio fiet virtute diuina, vt mala in mẽtem noſtram reuocentur ibid. 1
Iudicium & iudicandorum in die iudicii diuerſitas.601 2
Iurauit Deus per ſemetipſum & quare, 3.1
Iuſiurandum,eſt alienæ ægritudinis antidotus ibid. 2
Iurationi aſſueſcere periculoſiſſimum ibid.
Iurare ſanctos,raro.ibid.
Iuraſſe Paulum,ter tantum.ibid.
Qui ex toto corde principi ſe addixit, nil magis cauet q̃ ne Domino mẽtiatur.24.1
Iureiurandi mos hebræis. 602 1
Ius paternum eſſe ,inter Deum & homines. 313. 1
Iuſtificatio quid.44 1
Iuſtificatio prima ideſt baptiſmalis, gratis condonatur a Deo.180 2
Iuſtificatio humana,quæ.48 1
Iuſtificatio nota fit ex Euangelio.170 2
Quid pariat.228 2
Iuſtificatio in primo homine fidem,ſpem,& charitatem præceſſit. 237 2
Iuſtificatio gratiæ attribuitur. 177 2
Aliquando fidei,aliquando operibus attribuitur, & conciliantur loca.198 2
Ex ſe facit ſpem viuam in iuſtificato. 229 1
In iuſtificatione,duo potiſſimum conſideranda.238 1
In iuſtificatione impii, cõtrahitur quoddam Spirituale matrimonium,inter Deum & hominem.225 1
Eſt etiam quidam ordo naturalis. ibidem.
Iuſtificationem nudæ fidei,perperam attribui.123 1
Iuſtificationis noſtræ inſtrumẽtum, Chriſtus & fides at diuerſimode.224 2
Iuſtificationis termini.220 1
Fructus quot,& qui.243 1
In iuſtificatione tria eſſe, & quo ordine 225 1
Quid ad eam conſequendã,agendũ.193.2
Si opera bona præcederent iuſtificationem, non haberet quis gloriam apud Deum. ibidem.
Iuſtificationis primus effectus pax,ſecundus perſeuerantia in gratia.226 2
Iuſtificationis finis,eſt remiſſio culpæ.238.2
Iuſtificationem impiorũ,Chriſti morti aſcribit apoſtolus, iuſtorum glorificationem, eius vita.240 1
Iuſtificare quid.424 1
Iuſtificare Dei & iuſtificare hominis.238.1
Iuſtificamur ante omnia opera initialiter, poſt vero perfectè.45 2
Iuſtificari qui ſe credit ſine fide, ſtultus eſt. 46. 1
Iuſtificari aliquando accipitur pro haberi pro iuſto.145 1
Iuſtificari gratis, & merito redemptionis Chriſti an repugnent. 123. 1
Per fidem donum Dei eſſe.144 2
Iuſtificari cupienti à Deo,quæ credere oportet.197 1
Iuſtificatur aliquis per fidem, cum Charitate,ſimul & ſpe.237 2
Iuſtificatus nunquam excidit a diuinà gratia qua iuſtus eſt.226 2

Iuſtificatus, peccare poteſt.227 2
Iuſtitia dicitur à iuſta 44 1
Iuſtitia duplex, baptiſmalis, & pœnitentia-
lis.494 1
Ciuilis, & humana.488 2
Iuſtitia Dei quæ.369 1
Ciuilis quæ.ibid.
Iuſtitia Dei, Deus eſt.387 1
Ex magna oritur miſericordia.468 2
Cur non à principio manifeſtata fuerit.
172 2
Iuſtitia Chriſti duplex.169 2
Iuſtitia omnis eſt per fidẽ in Chriſtum.48.1
Iuſtitia dicitur Dei aliquando, quandoque
noſtra.47 2
Differt a iuſtitia legis.489 1
Iuſtitia interior non habetur, ſi caro Spiritui
reluctatur.608 1
Iuſtitiæ partes duæ.205 1
Iuſtitiæ adeptio, ideſt iuſtificatio à lege mani
feſtata erat.129 1
Iuſtitia præſens parum prodeſt niſi finalis ad
ſit.424 2
Iuſtitiam Dei, iniuſtitia hominum non vin-
cit.137 2
Iuſtus eſt qui in principio ſermonis accuſator
eſt ſui.49 2
Legi ſubycitur non vt coactus, ſed volunta
riè.113 1
Ex ſe ipſo nemo eſſe poteſt.43 1
Iuſto legem non eſſe poſitam, quomodo intel-
ligatur.167.2.& 179 1
Iuſtus ſemꝑ gaudere, ſemperq; lætari.228.1
Iuſti quomodo ſumus.44 1
Iuſti qui.149 1
Quo officio legis fungantur ibid.
Iuuamur a Deo, vt agamus & nos.405 1

L,

LApis, Chriſtus.478 1
Lapſo poſt baptiſmum, pœnitẽ
tia omnino neceſſaria eſt.173.1
Latria quid ſit.542 2
Lenitate homo potius, quàm
ſeueritate trahitur.616 2
Lex quid ſit.180.1.& 356 2
Lex a Deo eſt, & licet mala, non tamen ma
lum a Deo eſt.357 1
Lex naturæ, peccata eſſe contra rationem do
cet.168 2
Lex diuina, docet quod peccatis Deus offen-
ditur.168 2
Lex Humana virtus hominis.35 1
Lex Moſi & Euangelium an vna lex tan-
tummodo.168 2
Neceſſaria fuit.355 1
Peccatum non eſt.337 1
Spiritualis eſt. ibid.
Mandatum dicitur.331 1
Lex mortis & interitus.35 2
Similis claudo.110 1
Si ad iuſtificationem non ſufficit, nec natu-
ra.112 1
In quo a fide Abrahae differat.205 1
Quomodo iuſtitiæ occaſio fuerit.162 2
Quomodo ſemper durabit.309. 2
Quamuis ſpiritualis ſit, qui ſubyciuntur ta
men, carnales ſunt.337 2
Eius intentio quæ fuerit.274 2
Vtilitas præcipua.288 1
Lex, Euangelium eſt & dicitur.5 1
Lex libertatis, 570.1.& 185 2
Lex Chriſti, Moſe legem, in quo potiſſimum
excedat.365 2
Lex auditores facit, gratia factores.111 1
Lex factorum iudæis. Lex fidei omnibus da-
ta eſt.181 2
Lex membrorum, & lex peccati eadem lex
eſt.357 1
Legis & gratiæ differentia.315 2
Legis nomen Euangelio conuenire.184 2
Opera, non iuſtificare, ad iuſtificationem
tamen prodeſſe.165 1
Mandata, an ſine gratia impleri poſſint.
196. 2
Legis plenitudo gratia eſt.184 1
Legis veteris præcepta, quot.359 2
Legis nouæ præcepta, quot.359 1
Legis mandata implens ſine gratia iuſtifi-
cãte, an coram Deo iuſtificabitur.166.2
Legis naturalis, iura admirabilia.56 2
In legis iniuriam a Paulo prolata.325 1
Legem commendat Spiritus ſanctus in ſcri
pturis.325 2
In æternum permanſuram.316 2
In ramis renouatam, in ſtipite firmam.
318. 1
Legem Moſi peccatum non eſſe.326 2
Iuſtam & bonam eſſe, non tamen culpa va
care, quomodo intelligatur.333 1
Legẽ Chriſti, Moſi lege, perfectiorẽ.328 2
Lege accepta, grauius eſſe peccare quàm ſi-
ne ea.331 1
In Moſi lege quinque præcipue contineri.
183. 2
Quomodo euacuata.ibidem.
Leges humanas non poſſe niſi praua opera
externa

externa prohibere.327 1
Legum latores a Diis ſe edoctos eſſe aſſerebant.35 1
Conſentaneum eſt, vt Deus legibus vniuerſis manum impoſuiſſet.136 1
Legalium obſeruatione, Petrus quomodo peccauerit.125 2
Modum ei licuiſſe ſed non fuiſſe conſentaneum.126 1
De huius increpatione à Paulo ibi. 2
Quid ei vitandum fuiſſet ibid.
Legem, qui mundi nationibus dederit.35.1
Vetuſtã præcepta legis naturæ manifeſtare, quæ Adæ peccato obliterata fuerãt.114.1
Niſi Iudæi obſeruaſſent, maledicti fuiſſent ibidem.
Legem veterẽ dici legem nõ gratiã.184.2
Sicut pedagogum fuiſſe.165 1
Peccato non caruiſſe.333 1
Suapte natura fomitem non augere.335.2
Dari hominibus lapſis, fuiſſe bonum. ibid.
Legem Nouam, Spiritus ſancti gratiam eſſe.184 2
Dici legem amoris.186 1
Veterem abrogaſſe.356 2
Liberum arbitrium nõ poteſt in bonum ſine Dei gratia. 349 2
Libero arbitrio, ſæpe in ſcripturis omnia tribui.431 1
Libertas multipliciter accipi.307 2
Libertas carnis pernicioſa.299 1
Licentiam accipi poſſe, in citandis verbis ſacris.514 1
Loca quibus oſtenditur, liberum arbitrium in homine eſſe.209 2
Locorum & temporum obſeruatio fienda. 592 2
Loth an peccauerit, ſodomitis adducens filias in deflorationem.152 1
Loth excuſari à tanto, ſed non à toto.ibid.
In luce eſſe. quid ſit.236 1
Luciferi ſuperbia, vnde orta, 329 1

M,

MAlitia dominante, niſi adſit gratia, cæci euadimus.72.1
Ex magiſtratibus quæ proueniant commoda.580 2
Maiora fuiſſe peccata ante legem, quàm poſt legem.350 2
Maiores, ſcandala non recipere.603 1
Maius eſſe impium iuſtificare, quàm iuſtũ glorificare, quomodo intelligatur.239 2
Malefici occidendi, non priuata authoritate.579 2
Malũ omne ex aliquo bono ſæpe oriri.35.1
Non eſt cauſa boni, niſi per accidẽs.524.2
Non eſſe ſcire malum.375 2
Ex malo, aliquando bonum ſuboriri.334.2
Mala culpæ non ſunt facienda, vt veniant bona.78 1
Mala q̃ perpetimur, quot & quanta.429.1
Mala imprecari his qui nos perſequuntur, licet quandoque.516 2
Mala, quod vertantur in bonum.429 2
Mala omnia non ſunt cõdigna ad futuram gloriam, & quare.395 1
A diuina prouidẽtia, in aliquod bonum ordinantur.144 2
Mala, quæ comminatur Deus, non ſemper accidere.480 2
Manes error de lege vetere.135 1
Manichei error, de gratia diuina.341 2
Manicheorum error de lege Moſi.325 1
Manichei, nuptias damnabiles, & cibos illicitos eſſe ſuapte natura autumabant. 598. 2
Manuum impoſitio, miniſterium eſt.553.2
Maria virgo, Ioſepho deſponſata fuit.483.1
Non legitur in ſcripturis Dei filia, ſed Dei mater.255 1
Mariam Magdalenam (fertur) prædicaſſe 641. 2
Mater eccleſiæ, ſinagoga.124 1
Materierum artificialium, & naturalium differentia.466 1
Matrimonium ex diuina ordinatione, indiuiſibile.322 2
Mediator Chriſtus, Dei & hominũ.224.1
Medicina inutilis quæ.1 8 1
Melius eſſe de omnibus benẽ ſentire, quàm deficere.627 1
Mendacium eſſe, fugiendum.145 2
Iocoſum, atque officioſum, peccatum mortale non eſſe, ibidem.
Mendicitas non abhorrenda.557 1
Menſuram non eandem omnium.380 2
Mentiendum non eſſe, etiam propter homicidium vitandum.151. 2
Mercedem peccato comparari.67 1
Mercurii dies, ieiunio celebrandus.596 1
Mereri, non eſt tam agere, quàm modus agendi.348 2
Meriti exhibitio, et mercedis redditio, æqui parari debere.312 2

Meritum

Meritum noſtrum eſt ex Dei gratia, & nõ e contra. 98 2
Sine alicuius præcepti obſeruantia, dignũ non eſſe. 250 1
Non ſumi a Theologis niſi reſpectu felicitatis æternæ. 312 2
Ad meritum quatuor concurrere. 312 2
Meſſias, eripiẽs dicitur in Prophetis. 530. 1
Quomodo ſaluare mundũ debuerat. 530. 2
Quomodo deſcendere potuit e cælo. 492. 1
Quomodoue, ab inferis aſcendere.
Meſſiæ duplex egreſſus. 9 1
Meſſiæ Euangeliũ perfectio legis eſt. 476. 2
Metaphoræ, quibus hortamur peccata relinquere, & virtutibus vacare. 586 1
Miracula ſupra naturam, & præter naturam, non tamen contra naturã eſſe. 213. 2
Miſereri, magis actum interiorem quam exteriorem eſſe. 453 2
Miſereri omnium poteſt Deus, at non decet. 463. 2
Miſericordiam, nunquam iuſtitiam præcludere. 91 1
Non excludit iuſtitia. ibid.
Mitius agendum in iudicio, cum his qui ex infirmitate peccarunt. 109 1
Minora præcepta data fuiſſe Iudæis, quàm nobis, 359 1
In nobili ſubiecto prius eſſe oppoſitum quod abijcitur, & poſt quod motum aſſequitur. 226 2
Modeſtia eſt, vt homo ſeipsũ cõponat. 337. 1
Modus omnibus ſcientijs adhibendus. 63. 1
Monarchia Eccleſiaſtica. 568 2
Moralia quæ decalogo continebantur, neceſſaria eſſe. 114 1
Ad eorum obſeruationem, omnes tenentur ibidem.
Eorum tranſgreſſio, immundam animam facit. 128 2
Euangelium non aboleuit. 320 1
Morituros omnes qui nunc viuunt. 256 2
Mors vnde orta. 259 2
Quomodo regnaſſet in eos qui non peccauerunt. 260 2
Mors corporalis, quomodo peccati originalis pœna. 258 1
Mortis Chriſti ratio fuit, vt nos a peccatis in ſanguine ſuo lauaret. 291 1
Mortem Chriſti, fuiſſe cauſam mortis peccatorum noſtrorum. 218 2
Redemptionem, ſatisfactionem & Hoſtiã dici. 219 1
Mortem viuere, non tamen regnare. 257 2
Mortuus eſt Chriſtus propter omnia delicta abolenda, non aliquorum tantum. 219 1
Mortuus non eſt nobis Chriſtus, ſi peccato viuimus. 493 2
Moſes, an viderit Deum facie ad faciem. 136. 1
Licet mitiſſimus, aliquando tamen ſeuus extitit. 617 1
Manum cohibet, Chriſtus manum & animum. 326 1
Quomodo in monte tabor Chriſto affuerit. 321. 1
Motus hominis in Deũ primus, qs ſit. 45. 1
In omni motu tria reperiri. 225 1
Motus primos in noſtra non eſſe poteſtate. 293 1
Peccati rationem non habere. ibid.
Mulierem viro non mori: niſi mortuo viro. 319. 1
Duobus vinculis alligatam eſſe. 322 1
Virum ea ſuperiorem. 323 1
Mulieres, non omnibus communes eſſe debere. 323 2
Mundi nomine omnes gentes intelliguntur. 523 2
Mundi conſummatio quando erit. 504 2
Innouationẽ, multi inſciẽter irriſiſſe. 397. 1
Mundus pro homine aliquando accipitur. 159. 2
An diuina prouidentia regatur, vetus diſputatio. 517 1
Mundus hic corruptibilis eſt. 328 1
Mundus quiſquis extiterit, vas erit miſericordiæ ſanctificatum. 471 2
Miniſterium quid. 553 2
Myſterium incarnationis filij Dei, quando dæmonibus, quando vero hominibus innotuit. 484 2
Myſteria diuina nullus rectè loquitur, niſi a Deo miſſus. 497 1
Myſteria Chriſtianæ fidei, non poſſe ratione comprehendi. 14 1

N,

NAtura nulli deficit in neceſſarijs, nec Deus. 59 2
Si Deus defecerit, ars medica vana erit. 364 2
Natura omnis, aliquem finem habet. 236 2
Natura humana Chriſti, omnibus angelis melior eſt, 107 1
Natura omnis aliquẽ habet finem a diuina

prouidentia ſibi præſtitutum.236 2

Natura & Dei intentio, vt homo liber eſſet. 567 2

In naturæ ordine, omnia inferiora parent, ſuperiora regunt.244 2

In naturæ lege, ſacerdotes a tributis, & cenſibus liberos fuiſſe. 575 1

Naturam eſſe, vt non debeant habere homines gloriam Dei.271 2

Natura, quiſque gaudet libertate.567 1

Natura ab adoleſcentia ſua, vaga, imperita, & infirma ad efficiendum.290 2

A Natura innatum, vt corde, ore, geſtibus & vocibu. collaudetur Deus.393 2

Naturalia cum à debito ordine naturali ſecedunt, corrumpi.153 1

Naturas vniuerſales, Deo collatas, particulares eſſe.213 1

Contra naturam particularem aliquid virtute Dei fieri poſſe.ibid.

Non tamen contra naturam ſimpliciter.ibi.

Præter naturam quad, ibid.

Hæc pter naturã, æterna nõ poſſe eſſe.285.2

Neceſſarium eſſe, & neceſſario euenire, differunt.210 2

Nemo gratis à Deo derelinquitur, vel odio habetur.74 1

Nemo ab inferis ſe excitauit.321 1

Nemini eorum qui ante Chriſtum mortui ſunt, patebat aditus ad regna cœlorum. 95. 2

Nemo ſcit abſolute, an coronandus ſit vel non.509 1

Nemo vincit niſi hoſtem habeat.407 2

Nemo qui Chriſtum negauerit, ſaluabitur. 494 2

Neminem ſe innocentem probare debere coram Deo.90. 1

Neminem Deum reprobare.526 2

Neronis luxuria, atque crudelitas.582 2

Nihil melius fieri, aut cogitari quam Deo gratias referre. 19 2

Nihil habens aliquam formam poſſe agere ex vi illius in oppoſitum.227 2

Nõmen Dei, Chriſtus eſt.496 1

Nominis Dei inuocatione, omnia deſiderata obtineri.496 2

Nomina generalia peccatorum in proximos.68 2

Non omnis anima, omni poteſtati ſubdita eſt.578 1

Non omnis qui vocat, ſed qui inuocat Chriſtum, ſaluari poteſt.496 2

Noſtra ætate, nationes inuentas eſſe, veteribus ignotas. 504 2

Notitia Dei duplex, viſionis, & Approbationis.509 2

Nouati error, circa peccatorum remiſſionem.363 2

Nouit Deus ſaluandos 509. 2

Nouit Deus prædeſtinatum ſaluandum, poſſe tamen damnari.439 2

Nouitates plurimæ per Chriſtum acceptæ. 324. 2

Nullus licet bonus, quouſque viuit, adeo eſt confirmatus, vt peccare non poſſit.227. 1

Nullus populus putandus à Deo derelictus niſi per hyperbolas.75 2

Nullum ſine lege reperiri.109 2

Numeros in ſcripturis qui obſeruant, ineptire.518 2

Numeri quid ſint.519 1

Numerus binarius quomodo infeliciſſimus. ibidem.

Senarius perfectè primus & cur.ibid.

Numeris niti velle ſuperſtitioſum.520 1

Numerati ſunt, qui ſaluandi ſunt.428 1

O,

OBedientiam mandatum exigere.250 2

Pulchram non eſſe ſine certamine.280 1

Oblata cito veleſcere: dulcius vero accipi q̃ deſiderata petuntur.133. 1

Obſtetrices ægypti, quia mentitæ laudari. 143. 1

Occaſionem ad cauſam per accidẽs reduci. 335. 1

Omnis qui petit accipit, ſiue iuſtus, ſiue iniuſtus. 04. 2

Omnis infideliũ vita, peccatum eſſe.614. 2

Omnia quæ agimus cõtra id quod credimus agendum eſſe, peccata eſſe.613 1

Omnia quæ in nobis ſunt, in Deum reduci. 232. 2

Omnia ex Deo eſſe, in Deum, & per Deum. 537. 1

Omnia propter hominem facta 398 1

Omnia creata, à Creatore plurimum diſtare.518 2

Operari oportere, qui vult ſaluari.431 2

Opera, fidei adiuncta eſſe debere.14 1

Ad ſalutem neceſſaria eſſe.41 2

Opera quædam, fidem indicantia.93 1

Operum,

Operum, extrema Dei, medium Dei, & hominum eſſe.26 1
Noſtrorum genera tria.91 2
Actus quatrupliciter.92 1
Defectus vnde.127 2
Opera placere Deo, quia eius author primũ ei placet.194 2
Operatum eſſe Deum vniuerſa, quomodo. 155. 1
Operationẽ eo magis ab habitu eſſe, quo minus præmeditata ſit.342 2
Operantis benè, ſcopus.320 2
Oppoſitorum quot modis vnum dicitur, & reliquum.129 2
Olea inter arbores fœcundiſſima.527 2
Oues occiſionis quæ.436 1
Ouibus, Chriſti famuli comparantur. 436. 1
Orare pro ſe, neceſſitas cogit, pro alijs, charitas hortatur.482 1
Orandum, vtrum ſit, pro venialiter peccantibus.482 1
Eſſe pro regibus.581 2
Oratio impij vertitur in peccatum.413 2
Oratio impetrat, quod natura non obtinet. 621. 1
Oratione, & gratiarum actione, epiſtola hæc concludi.655 1
Oratione ad Deum concinna, author vniuerſam Epiſtolam comprehendit.655 1
Orationis virtus, & efficacia.639 2
Orationem fides innitit.404 2
Orandi modum nos neſcire.405 2
Cum noxia petimus quid agendum.18 2
Quomodo ardenter oremus.23 1
Ab orationi abſit multa loquutio, ſed non deſit multa precatio.404 2
Ordo quid ſit.567 1
Ordo in Eccleſia pulcherrimus.568 1
Ordinem in omnibus conſtituit Deus. 563. 2
Ordines varij, variaque poteſtatum nomina.578 2

P.

PAlleſtini, mortis reos, quomodo occidiſſent.604 2
Papa quid ſignificet.71 1
Dicitur iure ſanctiſſimus. 17. 2
Paruulus, ſcandalizatur.603 1
Paſcere gregem, regere eſt. 69 2
Pati, mortem eſſe.383 2
Pati aliud, & indurare.469 2
Patientia Dei & bonitas, alios ad pœnitentiam adducit, alios duriores facit.462 1
Patientia virum probat.231 1
Oritur ex ſpe.620 2
Plus egent boni quàm mali in hoc ſæculo. 97. 1
Sine ea non eſſe ſpem.230 1
Non eſſe ſine maximis afflictionibus.ibid.
Iraſcibilem perficere.337 1
Pauciſſimi qui ſemper in bono perſeuerauerint.290 1
Pauciſſimi Iudæi, per Meſſiã ſaluandi erãt. 475.1.& 477 1
Pax quid ſit.222 1
Omnem diſſenſionem tollit.ibid.
In quo concordiam excedat.ibid.
Oritur ex iuſtitia.608 2
Omnia bona complectitur.22. 1
Perfecta, non niſi in alia vita haberi poteſt. 222. 1
Pacem, quæ tollant.222 2
Qui habet cum Deo, pacatiſſimus eſt. 223. 1
Apoſtolus tribuit iuſtitiæ, Dauid charitati. 223. 2
Pacem hominis, intus & foris perturbantia.222 2
Paulus binomius erat.1 1
Quid ſignificet. ibid.
Paulus id eſt operatus vel actus.1 2
Paulus id eſt quietus.1 2
Cur ſe Ieſu Chriſti ſeruum nominet, & non Dei.2 2
Tripliciter Chriſti ſeruus fuit.3 1
In ſalutãdo omnibus in epiſtolis ſemper ſtudioſus.64 1
Cur Petrum hac in epiſtola non ſalutauerit. 644.1 1
Seipſum totondit.125 2
Cur Petrum reprehenderit.Ibidem.
Piſcatorem agit.507 1
Non omnia edocuit ſcriptis.379 2
Quomodo a corpore diſſolui cupiat. 378. 1
Charitatis flamma ardens totus.437 2
Cur ad Cæſarem appellarit.574 2
Imitandus.631 2
Pauli Apoſtoli Zelus.445 2
Patientia ſingularis. 1
Præconia.629 1
Signa innumera.629 2

Linguæ, & verborũ pclara facinora.629.2
Mortis cauſa fuſè narratur.640 1
Paulo apoſtolo notam fuiſſe ſui ipſius prædeſtinationem.508 1
Paulus, vniuerſam Chriſtianorũ legem hac in epiſtola edocuiſſe.646 1
Peccans ex ignorantia, non peccat ad mortẽ. 482. 1
Peccandi occaſionem ex aliquo, ſumi dupliciter.603 1
Peccare in Spiritũ ſanctum, quid ſit.483 1
Peccatum originale, radix omnium delictorum.273 1
Potentias omnes inficere.615 1
Quomodo erat in mundo, ab Adam, vſque ad Moſen, ablatum vero per Chriſtum. 263. 2
Peccatum Adæ, fuit peccatum non tantum perſonæ ſed naturæ.273 1
Inobedientia fuit.263 2
Peccatum rationem naturalem excæcare à Prophetis perhibetur.88 1
Peccatum nullum grauius quam peccata defendere.120 2
Omne, ſua natura malum, 151 1
Poſt peccatum manere reatum.153 1
An Deo parere gloriam poſſit.ibid.
Tantum noſtrum, non Dei opus.155 1
Facere ad Dei gloriam, per accidens.ibid.
Cur Deus in lege naturæ, & lege ſcripta ſubſtinuiſſet.178 1
Adeo eſt voluntarium, vt ſi voluntarium non eſt, peccatum non ſit.352 1
Multis dici modis.252 2
Peccatũ Originale, Philoſophiam non agnoſcere.244 2
Quid ſit.ibid.
Vnde dictum. ibid.
Vnum eſſe propter vnitatem principij Adæ in quo omnes homines erant.253 2
Beatam virginem non contraxiſſe.254 1
An fuerit deletum vſque ad legem.257 1
Peccatum, & ordinatum a Deo, pugnare. 279. 2
In armis non eſſe, & quomodo.294. 1
Quomodo ſub ſtatu legis regnaſſet ſecundum Apoſtolum.296 2
In obedientiam parere.302 1
Mercedem eſſe debitam peccato. 305 2
Per legem cognoſci, minime tamen auferri. 327. 2
Peccatum primum, eſſe agnitum per legem Moſi.65 2
Nemo abijcit niſi agnoſcat. 332 1
Supra modum eſſe quod poſt legem ſcienter admittatur.336 1
Plus eſt quàm querela.369 1
Deum vertere in ſacrificium pro peccato. 367 1
Meruiſſe aduerſa.395 2
Peccatum & diuinam electionem pugnare. 439.
Peccatum ex electione, ſecundum Philoſophos.483 2
Peccatum ad mortem quid ſit.482 1
Peccatum mortuum eſſe, quomodo intelligatur.330 2
Peccatum, cur mortale dicatur.483 2
Peccatum quod fit ex induſtria, per ſe irremediabile.483 1
Peccatum blaſphemiæ, quomodo olim puniebatur.150 2
Schiſmatis, acriter mulctatum. ibid.
Peccatum, defectum ſignificat.412 1
Funis eſt quo circumligamur.65 2
Animam pudefacit.495 2
Eſt pœna peccati.66 2
Peccatum ſequens, pœnam eſſe præcedentis.79 2
Peccato mortali detentus, abſtinere non debet ab operibus bonis.87 2
Peccata abundant quandoque, & non abundat gratia.278 2
A peccatis Iudæi, timore non amore abſtinebant.115 2
Qui timore abſtinet, animum habet non abſtinendi.ibid.
Peccatis homines, quomodo Dei gloriam adaugent.ibid.
De peccatis an ſint gratiæ agendæ.306 2
Peccati reatum poſt peccatũ manere.153. 1
Origo vnde. 227 1
Corpus, delictorum vniuerſitatem efficit. 286. 2
Peccati nomine, intelligendas eſſe peccati reliquias.292 2
Occaſionem eſſe vitandam. 602 2
A peccato ſurgere non eſſe tantum à peccato ceſſare.300 1
Peccatorum ſordibus obuoluti, ſpiritum quidem habent, at non ſuum.24 1
Peccato peruertitur omnis ordo, vt ancilletur Dominus.44 2
Quis ſit eius terminus à quo, & ad quem. 41. 1
Peccatorum generalia nomina quæ.68 2

Poteſt

Poteſt peccator alium peccatorem corrigere.87 2

Peccatorum omnium origo.356 2

Peccata mortalia, non omnia, ex ſui natura, eſſe ad mortem.482 2

Peccatis abundantibus, aliquando abundat Chriſti gratia.280 1

Peccatis interdum peccata mederi.265 2

Peccator nunquam caret omni Dei gratia. 345. 2

Peccatorem, vnum velle ſecundum mẽtem, & contrarium ſecundum carnem.353. 1

Peccatores, Deum non exaudire, non vndequaque verum.404 2

Pelagij error de libero arbitrio.341 2

Pelagij, et Iuliani hæreſis, circa paruulorum peccatum originale.272 1

Pœnitere Deũ aliquãdo, & quomodo in ſcripturis accipiatur.532 2

Periurantes non iurantes, deteſtandi.23 1

Pentecoſtes diei obſeruatio, Origene adhuc viuente.592 1

Perſeuerantia petitur a Deo tanquam Dei donum.97 2

Perſonam excipere quid ſit.103 1

Perſonarũ nullus apud Deũ delectus.101. 2

Petrus Romæ cruci affixus.34 1

Petrus & Paulus non fuere condiſcipuli. 644. 2

Eodem tempore prædicabant. ibid.

Idem omnino. ibidem.

Petrum fuiſſe Romæ.29.2.& 633. 2

Petri ſucceſſor, quomodo ſit epiſcopus Romanus.33 1

Quomodo vniuerſalis eccleſiæ Paſtor. ibid.

Petrus in quo peccauerit, in obſeruatione legalium.125 1

Petrum niſi Dominus reſpexiſſet, nunquam fleuiſſet amare.414 1

Cur a Paulo increpatus.612 2

Petrum non miſiſſe manum in meſſem aliorum.524 1

Pharnes quid ſignificet.636 1

Pharao, propria malitia diuinam iram ſibi theſaurizauit.457 2

Cor ſuum aggrauauit.458 1

Non iniuſte damnatus.463 1

Pharaoni, nõ defuiſſe miſericordiam.462. 1

Pium eſſe in hæreticos ſeuire.579 2

Phœbes mulier nobilis, immo virago. 641. 2

Philoſophorum principes, aut male, aut non exacte de hominis felicitate loquuti ſunt. 493. 2

Philoſophorum etiam ſententia, vna dies in hebdomada Deo dicanda.592 1

Philoſophis aliquibus, nota fuiſſe Chriſti myſteria.57 1

Pœnas huius ſæculi, medicinas potius, quam pœnas eſſe.154 1

Poſt remiſſionem, quomodo ſint iuſtorum certamina.254 1

Pœna damnatorum, electorum gloriam reddit illuſtrem.468 2

Pœnitentes, innocentibus quomodo magis dilecti a Deo dicantur.107 2

Platonis idololatria.64 2

Pleni gratia dicuntur, Chriſtus, virgo, Apoſtoli, & Chriſtiani, diuerſa tamen ratione.627 1

Pleraque doceri poſſe, quæ tamen non expediunt.406 2

Plus eſt inchoare quod non habemus, quàm augere quod iam habemus.103 1

Plurimi trahuntur ad Chriſtum, qui non accedunt ad Chriſtum.22 1

Plurimi eſt momenti initium eius quod non erat: quàm incrementum eius quod iam erat.20 1

Pontifex, vt ſingularis perſona, poteſt errare.606 2

Vt Pontifex & eccleſiæ caput, errare non poteſt. ibidem.

An obligare poſſit ad peccatum mortale. 577. 1

Pontifex, Petri ſucceſſor.570 2

Populi non credunt, niſi a Prædicatoribus edocti.502 2

Populos primũ fuiſſe, quã Principes. 583. 1

Poſſe peccare non eſt pars libertatis.209 1

Poteſtas Dei eſt virtus in ſalutem, non in interitum.35 2

Poſſe homini non peccare, donatum, quomodo. 352 1

Poteſtates cœleſtes fœlices, & cur.243. 1

Poteſtatibus ſemper obediendum.576 2

Præceptore, quantum omnes indigeamus. 499. 2

Præceptum legis, coactiuam vim habere. 166. 2

Præceptum illud. Diliges dominum Deum tuum, ex toto corde tuo. &c. in hac vita nõ plene compleri.402 1

Præcepta moralia, an ex nobis impleri poſſint.491 1

Præcepta Euangelica, minima appellari, & quare.299 1

Prædi-

Prædicare Euangelium vbique, quid ſit. 504 2
Prædicare de iure nemo poteſt niſi miſſus. 498. 1
Prædicatores mittuntur, vel mediate vel immediate. 497 2
Prædeſtinationis myſterium, vere profundum. 409 1
Prædeſtinatio non tranſit in præteritum. 439 2
Prædeſtinatio, ſtat cum libero arbitrio. 430. 2
Prædeſtinationis meritum non inueniri, reprobationis autem vtique. 463 2
Ad prædeſtinationis effectum conſequendum, orationes plurimum valere. 30 2
Prædeſtinationis ordinem eſſe cum præſuppoſitione cauſæ ſecundæ. 141 2
Effectum, multis ſalutem ibid.
Prædeſtinationis nomen, à Paulo primum inuentum. 421 1
Non eſt niſi reſpectu bonarum rerum. 422. 1
Multis cauſam eſſe ſtandi, nemini verò labendi. ibid. 2
Prædeſtinationis, & prouidentiæ differentia. 421 1
Prædeſtinatorum, & reprobatorum differentia. 470 1
Cognitio an neceſſaria. 508 2
Prædeſtinatio, amorem arctat ad æternam vitam. 509. 2
Eſt in prædeſtinãte non in prædeſtinato. 512. 1
Præſcit Deus mala, licet non faciat. 416 2
Prædeſtinatus, aliquando peccat mortaliter.
Præſcitus, quandoque meretur. 106 2
Prædeſtinatus, eſt qui in Chriſto Ieſu eſt, & ſecundum ſpiritum ambulat. 509 2
Erit, qui perſeuerauerit vſque in finem ibi.
Prædeſtinatis non omnibus, eorum prædeſtinatio reuelatur. 508 1
Præſcire, & prauidere quid ſint. 416 1
Præſidentium neceſſitas. 567 2
Prænouit Deus propria voluntate peccãtes, at non prædeſtinat. 422 2
Primam gratiam, Chriſtum promeruiſſe. 147. 1
Princeps vnus in Eccleſia. 568 2
Principia ſcientiarum humanarum ſi qui non acceperint, philoſophorum iudicio puniendos eſſe. 471 2
Principis benigni eſt, vitare mala omnia quæ poteſt. 461 2
Principes ad puniendos improbos, quorundam ſæuitia, ſæpe vtuntur. 461 2
Principum honos quis. 582 2
Regimina, quomodo Deus approbet. 576. 1
Onera plurima. 581 2
Dignitas præclara. 583 1
Leges iniuſtæ eſſe poſſunt multipliciter. 578. 1
Principibus malis, an ſemper & vbique parendum. 576 2
Principibus ſubiectio debetur, Honor, Timor, & alia. 583 1
Priuilegium ſingulare filii Dei plus potuiſſe quàm peccatũ primorũ parentum. 255. 2
Priſca, & Aquila iudæi. 645 1
Profundum quid ſit. 535 1
Propheta cur ſemper nouis reuelationibus indigeant. 388 2
In prophetis duo eſſe. ibid.
Prophetam mendacem eſſe non agnoſci. 488. 2
Ad prophetandum maxima mentis elatio requiritur. 550 2
Prophetas per raro vxoratos legi. ibid.
Prophetia quid ſit. 551 2
Ad cognitionem quomodo pertineat. ibidem.
Quorum ſit cognitio. ibid.
Prophetæ, quaſi prophetantes. ibid.
Prophetia naturalis de quibus eſt. 552 1
Prophetiæ diffinitio. 553 1
Prophetia quomodo donum ſit. ibid.
Prophetabant in primitiua eccleſia credentes. ibidem.
Prophetiam naturalem nihil proportionis cum noſtra fide habere. ibid.
Prophetæ, qui Dei, qui cœli, qui diaboli dicãtur. 6 1
Ad prophetiæ vſum, prophetæ bona diſpoſitio requiritur. 550 1
Promiſſionem diuinam nũquam propter noſtra peccata irritam. 141 1
Promiſſiones Iudæis factas, omnibus factas non fuiſſe. 449 1
Propitiatorium in lege vetere. 175 1
Chriſtum præfiguraſſe. Ibidem.
Propter Eccleſiam ſuam, quanta fecerit Deus. 568 1
Proportio quid. 261 1
Proſperitatibus quomodo boni, & mali afficiantur. 91 1
Prouidentia, pars prudentiæ eſt. 417. 2

Prouidentia hominis, ſub Dei prouidentia continetur.418 2
Prouidentiæ & prædeſtinationis differentia. 421. 1
Prouidentia diuina non omnia committenda, citra opera noſtra.419 1
Prouidentiam non poſſe eſſe incertam: 420 1
Prouidentia diuina ordinatum, non poſſe aliter euenire. ibid.
Totum mundum regi.417 1
Non eſſe notitia quæ in ſpeculatione conſiſtat.ibid.
Prouidētia alicuius, quot modis effectum nō ſortiatur.4:0 1
Prouidentiæ diuinæ executionem, non poſſe propter eius prouidentiæ mutationem impediri. ibidem.
Proximi dilectione, legis præcepta adimpleri.583 2
In proximi actionibus dubia in meliorem partem ſunt interpretanda.88 1
Proximi peccatum eſſe corrigendum, at proprium minime negligendum. ibidem.
Proximi ſcandalum fugiendum.502 2
Prudentiam magis quam ſapientiam operationem reſpicere.373 1
Carnis, naturæ inclinationem ad virtutem prorſus corrumpere.379 1
Prudentiam carnis diuinis non parere mandatis.375 1
Prudens non poteſt eſſe quis in malo niſi malum approbet.375 2
Puerorum locus.272 2
Puerorum pœnam mitiſſimam eſſe, qui cum peccato originali decedunt 269 1

Q.

QVadragenarij numeri, obſeruatio ſacra.596 2
Quadrageſimæ ritus & obſeruatio, merito in vere celebranda.597 1
Quadrageſimale ieiunium inſtitutum vetus 596. 2
Quare tot iudæos & gentiles perire nunc patitur Deus.534 1
Quæ ſparſim ſunt in inferioribus, in ſuperioribus colligata inueniuntur. 569 2
Quærenda diuina conſilia, à pontificibus & ſacerdotibus.606 1
Quæſtiones duas, chriſtianos omnes ſcire oportere, quid credere, & quid agere. 646. 1
Qui abſque præceptore, literas diuinas didicerint, & prædicarint.27 1
Qui Deo non placet, nullo externo opere promereri poteſt ut placeat.50 1
Qui Euangelium annunciant, de Euangelio viuere debere.635 2
Quies perfecta, quomodo acquirenda ſit. 400. 2
Quis iuſtificatur, per accidens eſt quòd ſit in peccato.137 1
Quod filij Dei ſimus, dono ſpetiali cognoſcere poſſe.394 2
Quod melius eſt ratione & conſilio, Deus eſt.386 1
Quod praui ſimus, Deo imputandum non eſt.467 2
Quomodo intelligatur dictum illud. Reliqui mihi ſeptem millia &c. 517 2

R.

RAbbi Alchuſi, probat Dei incarnationem.445 1
Radix meriti, amor Dei eſt. 347. 2
Recti nomine quid intelligatur 251. 1
Reddere rationem pro alijs, quomodo intelligatur.601 1
Redemptio, duo præcipue requirit.176 1
Redemptio corporis noſtri, quæ. 400 1
Regis Regum filij, Pontifices ſunt, epiſcopi, & ſacerdotes.575 1
Regem non habere hominē ſupra ſe qui eius facta diudicet. 144 1
Minima per ſe operari, maieſtatem non decere.563 2
Reges duos eſſe, Deum & peccatum.294.2
Reges, paſtores dici.569 2
Regum veneratio quot bona exhibeat. 581. 1
Regnum Dei factum eſſe venale non gratia, ſed merito.39 2
In Regeneratione, omnia quæ Deus condidit, illuſtriora erunt.397 1
Relatiua nunquam eſſe talia niſi ad correlatiua comparentur.419 2
Religioſi an ſint exempti à laicorum obediētia.575 1
Sunt mundo mortui, & quomodo.322 1

Religioſorum mendicitas, nec aſpernenda neque delenda.635 2
Renaſci dicimur, cum baptizamur.282 1
Renouatio ad baptiſmum ſpectat.364 1
Repudium nunquam licuiſſe; neque in lege veteri.1;2 1
Res ex cauſis cognoſci.227 1
Rerum innouatione nihil peſtilētius.565. 1
Reſpondere Deo, illumque arguere nullus poteſt.464 2
Reſurrectio quid ſit.321 1
Reſurrectio Chriſti, non eſt cauſa tota & adequata noſtræ reſurrectionis.383 1
Reſurrectio Chriſti cauſa noſtræ reſurrectionis corporalis.266 2
Reſurrectio mortuorum oſtenditur.381 2
Reuelationem gloriæ filiorum Dei vniuerſa natura expectat.396 2
Roma, chriſtianæ eccleſiæ caput.28 2
Romam à Petro Babilonem nuncupatam fuiſſe, & quare.29 2
Petrus cur Romam ardenter ire appetijſſet.30 1
Romano pontifici, omnes ſubditos eſſe.271. 1
Romanorum mirificæ virtutes, & laudes.20. 2
Inſignis nobilitas.25 1
Maxima dignitas.28 1
Romani, piſcatoriam artem in magno pretio habuerant, magno honore habere.507. 1
Romanorum & græcorum olim ſcelera turpiſſima.66 2

S.

SAbbathi ieiunium vnde ortum.596. 1
Sacerdotes, an à cæteris diſtincti ſint.539 1
Sacerdotes legales, quomodo hoc nomen retinuiſſent.ibid. 2
Sacerdotes non omnes omnibus.547 1
Sacerdotes a mulieribus ſemper abſtinendos 544 1
Sacerdotes ægypti carnibus & vino abſtinuiſſe.595 1
Sacerdotum, immunitas.575 1
Sacerdotibus indignū eſt, a ſecularibus velle iudicari.574 2
Non tantum ſacra facere cōuenire.573. 2
Sacra ſcriptura olim neglectus.279 2
Sacramenta veteris legis, elementa dici egena.122 1
Sacrificium pro peccàto quale erat in vetere lege.541 1
Sacrificiorum genus.&c.541 1
Saluari omnes per miſericordiā Dei.533. 2
Saluamur ſecurius in religione quàm in ſæculo.115 1
Salutare, etiam citra epiſtolam, charitatis indicium.642
Salutationes ceremonioſas, ꝓhibet Chriſtus, & Heliſeus.43 1
Sancta Paula, beati Hieronimi teſtimonio, aſpera ieiunia.595 1
Sancti viri, quot & quanta propter Dei amorem ſuperarunt.437 1
Sanctificatio, eſt iuſtitia conſummata.304. 1
Sanctos, non eleemoſinas, ſed erogātium animum ſpectare.639 2
Pro nobis interpellare.433 2
Sāctos Dei filios, agi à diuino ſpiritu.386. 1
Sanctorum vita omnis, martyriū eſt.437. 2
Sanctum eſſe, rebellare tiranno.296 1
Sanctum quid apud latinos ſignificet.17 2
Quid communiter.ibid.
Sanctis, quomodo optet Paulus.18 1
Sanctos iniuriam propriam nunquam vltos eſſe.501 1
Miracula impetrare, non facere.405 1
Sanguinem effundens, irregularis efficitur.573. 1
Sapientia quæ ſit.535 2
Ligno vitæ comparatur.258 2
Intellectum format, & inflammat affectum.71 1
Sapientia Chriſtiana, cum ſit fides, non ſciētia, non eſt in ea quærenda ratio.472 2
Sarram Angelum irriſiſſe.216 2
Contra naturam concepiſſe 208 1
Saulus (qui poſtea paulus) Sauli Regis, nomine & crudelitate hæres.1 1
Propter ſcandalum euitandum puſillorum, differenda eſſe doctrinæ veritas.127 1
Scandalum Petri, quomodo in obſeruatione legalium fuerit.ibid.
Scādalum præbet, qui vel eſt malus, vel mali ſpeciem habet. ibid. 2
Scandalum quid ibid.
Cur diffiniatur dictum vel factum minus rectè præbens occaſionem ruinæ ibid.
Scandalū duplex, actiuū, & paſſiuū.603. 1
Scandala, vel euitanda, vel tollenda.603 2
Scandalizari ſemper, peccatum eſſe.604 1
Scitu quinque neceſſaria ad ſalutem.627 1
Scientiam noſtram ex affectiuam, vel operatiuam.

ratiuam.405 2
Scire rem oportet cum humilitate, non cum tumore.63 1
Scriptura ſacra, de bonis & malis loquitur tanquam de vno ſolo.531 2
Seraphici ſpiritus, cur Angelos, & Archãlos excedant.243 1
Secundũ, accipi aliquãdo, vt propter.187. 2
Seculum quot annis conſtet. 543 1
Semen ad peccatum originale remote agere. 251. 1
Separari Domino Deo, quid ſit.4 2
Sermones ex dicendi cauſa, librandos eſſe. 270. 2
Intelligendos, ſecundum id quod per ſe eſt non per accidens.482 2
Ex ſermone, prophetia, & miniſterio, & doctrina, gratias omnes pendere.ibid. 2
Serpens æneus verè ſerpens dicebatur: ita Chriſtus verè homo erat.367 2
Seuire quandoq;, in homines improbos, oportere.617 1
Seruiendum Deo, ſine intuitu præmij.97 2
Seruire ſuos valuit dominus, non imperare.2. 1
Seruus ciuiliter quid habeat.2 1
Seruum illius, aliquem eſſe, cui ad ſeruiendũ ſe tradit.299 2
Serui quo vtiles & inutiles efficimur.2. 1
Seruorum timere eſt.309 2
Puſillanimes eſſe.ibidem.
Seruientium peccato, ignominiam & verecundiam fructum eſſe.305 1
Seruitus, non eſt contra naturam.567 2
Quæ exprobranda.2 1
Seruitus Chriſti a nobis quid exigat.3 2
Seruitutis titulus, non exprobrandus.2 1
Premium.299 2
Seruitutem peccati: tria afferre.303 1
Ad ſeruitutem diuinam, libere accedendũ. 300. 1
Sibillæ, Deo plenæ.57 2
Signa vetera ceſſauiſſe, & innouata eſſe per Chriſtum.201 1
Similitudo inter Chriſtum mortuum, & reſurgentem, & inter nos baptizatos.284 1
Similitudines variæ, inter Chriſtum & Adam.260 1
Sinagoga Moſy, miro ordine ĩſtituta.568. 2
Sion pro Iudæa intelligi, 530 1
Sion, arx Hieroſolymæ.530 1
Societatibus malis, omnes hõmines non corrumpi.352 1
Socratis idololatria.64 2
Socrates vnde ſapiens 61 1
Animarum medicus appellatus.404 1
A dijs quid petendum conſuiſſet.ibid.
Sodoma quid interpretetur.477 2
Solet homo quomodo hominem generent. 251. 2
Soni nomine in ſcriptura, quid intelligatur. 504. 1
Speciem aliquando in ſcripturis, vſurpari p genere, & e contra.271 1
Spes, quid ſit.401 2
Non eſt in beatis.402 1
Spe omnia ſubſtinere.229 2
Spe ſalui facti ſumus.403 1
Spei iungendum timorem.430 1
Spiritus quid.369 1
Pro toto homine aliquando accipitur ſecundum ſuperiorem partem.336 2
Spiritus Sanctus quid ſit.378 1
Spiritum ſi quis Chriſti non habet, hic non eſt eius, quomodo intelligatur.378 2
Spiritum profanum qui habent, Deo ſunt odioſi.344 1
A ſpiritu Dei an dicamur agi, vel duci. 387. 2
Agi à ſpiritu quid.388 1
Spiritũ Chriſtianorum illo Iudæorum efficaciorem.390 1
Spiritum totum, debere occupari in ſola religioſa cogitatione 392 1
Spiritus ſancti vnctionem, docere ſanctos de his quæ ſunt ad ſalutem. 508 2
Spiritus, vnicus et multiplex.391 1
Spiritus ſanctus a patre & a filio eſt realiter diſtinctus.232 1
Spiritus ſanctus, amor eſt.625 2
Spiritus ſanctus dicitur dari & eſſe in nobis & quomodo.234 1
Spiritus ſancti dona multiplicari.391 1
Spiritus ſanctus, in huius ſeculi rebus, maximam oſtendit eſſe infelicitatem.404 1
Spiritus Chriſti, amoris ſpiritus eſt.378 1
Spiritum prohibere, non eſſe in noſtra poteſtate.389 1
Spiritum in bonam partem ſemper a Chriſto & a Paulo, accipi.376 2
Spiritu ſancto, renouantur homines, purgantur, lauantur. &c.233 2
Sanctificari homines.628 1
Spirituales homines, quandoque peccare. 379. 2
Stoicorum opinio de orationibus.20 1

Index

T,

TAlenti nomine, quid intelligatur.149 2
Tacianorum, & Manitheorum error, de ciborum delectu.125 1
Tempora tria, ante legẽ, ſub lege, & ſub gratia 274 1
Tenebrarum opera. 587 1
In tentationem, quomodo Deus dicatur inducere.61 2
Teſtamentum vetus, lex eſt.5 2
Teſtamentum nouum Euangelium.ibid.
Teſtimonia ſcripturarum, pro meritis æternæ vitæ defendendis.94 2
Teſtimonia in ſcripturis ſacris, patrem & filium in diuinis conteſtantia.6 2
Timendũ eſt homini ſemp̱, ne pereat.481.1
Timor, corda hominum inquietare.221 1
Timotheum, cur Paulus Apoſtolus circunciderit.125 1
Tirannorum ſtatus infelix.582 2
Tolli culpam, non tolli reatum, ex ſcripturis ſacris inueniri.265 1
Torpeſcere non debere chriſtianos, ſpe fretos diuinæ prædeſtinationis 472 2
Tradere plus eſt quàm permittere.67 2
Tradere in reprobum ſenſum quid.67 2
Trahit Deus neminem violenter.387 2
Tria peccatũ quodlibet ſecum defert.192.1
Tribulatio eſt materia exercendæ patientiæ. 229. 2
Tribulationem eſſe cum fine; mercedem vero ſine fine.395 2
Tributum quid ſit.580 1
Tributum & cenſus differre.ibi.
Tributum dare, ſubiectionis eſſe ſignũ.581.1
Triplici incommodo laborat peccator cum peccat.349 1
Turbam laicos: ſeptuaginta ſacerdotes: duodecim Apoſtolos; Petrum Pontificem referre. 69 2
Turpiſſimum à re viliſſima vinci.560 2

V,

VAſa miſericordiæ, electi ſunt. 470. 2
Vaſorum honoris & contumeliæ ſimilitudinem, quoad omnia non quadrare.467 2
Velle ſecundum ſpiritum quid ſit.353 1
Veneris dies, quare ieiunio penè dicatus. 596. 1
Verba illa Gen. Sub te erit appetitus tuus, declarantur.350 1
Verba illa Exo. Ego indurabo cor pharaonis, varie interpretantur.458 1
Verba illa Eſaiæ. Excæcator populi huius interpretantur.278 2
Verba illa. Eſaiæ. Ducam cæcos in viam quam non nouerunt, declarantur.532.1
Verba illa Dauidis Non reſurgent impij in iudicio exponuntur.601 2
Verba illa Dauidis. Oẽs declinauerunt. &c. interpretantur.157 2
Verba illa Dauidis. Omnis homo mendax, interpretantur.142 2
Verba illa Prophetæ. Quoniam Zelus domus tuæ. &c. Exponuntur.619 2
Verba illa. Cant. Nigra ſum ſed formoſa, interpretantur.531 2
Verba illa CHRISTI. Nõ quod intrat in os. &c. declarantur. 597 2
Verba illa Chriſti. Multi ſunt vocati, pauci vero electi, interpretantur.428 1
Verba illa Saluatoris, Quoties volui congregare filios tuos. &c. interpretantur.530.1
Verba illa Chriſti Non omnis qui dicit mihi Domine, domine, declarantur.361 2
Verba illa Domini noſtri. Neceſſe eſt vt veniant ſcandala. Exponuntur.604 1
Verba illa Chriſti Ieſu. Quicunque dimiſerit vxorem ſuã excepta cauſa fornicationis, declarantur.323 2
Verba illa Lucæ. Duo erãt in lecto vno. &c. interpretantur.106 1
Verba illa Domini noſtri. Neminem per viam ſalutaueritis exponuntur.643. 1.2
Verba illa Chriſti Ieſu. Manducate quæ apponuntur vobis, exponuntur.598 1
Verba illa Chriſti, Si oculus tuus ſimplex fuerit. &c. exponuntur.152 2
Verba illa Chriſti Ieſu. Qui credit, non iudicatur, interpretantur.92 2
Verba illa Trahi. Agi, vrgeri, declarantur. 228. 1
Verba illa Pauli. Nox receſſit. Dies autem appropinquauit, declarantur. &c.236 1
Verba illa Pauli. Charitas nõ quærit quæ ſua ſunt, interpretantur.446 1
Verba illa Apoſtoli, Charitas Chriſti vrget nos, quõ intelligantur.337.1.& 387 1
Verba illa Pauli. Nemo poteſt dicere Ieſus, niſi in Spiritu ſancto, exponuntur.496 2

Verba

Index

Verba illa Apoſtoli. Omnia munda mundis, declarantur.347 1
Verba illa Ioannis Apoſtoli: Eſt peccatum ad mortem. &c. exponuntur.483 1
Verba illa Ioannis. Qui nocet noceat adhuc. Exponuntur.278 1
Veritas intellectus, duplex.89 1
Veritates multas tacere aliquando vtile, & neceſſarium.319 1
Veſtigia Dei, creaturæ.536 1
Vetus homo, fomes peccati eſt.285 1
Vetera dogmata ſemper ſectanda, noua abycienda.302 2
Vincere quem dicamus.339 2
Vincere tormenta quando dicimur.435 2
Vinci a re vili, turpe eſſe.560 2
Vincentius, Chriſti athleta inuictiſſimus. 435. 2
Vindicta Dei maxima, in improbos eſt, ſero vindicare,458 2
Violentiã a Spiritu ſancto non inferri.337.1
Viſio diuina, eſt bonum ſupernaturale.271.1
Omnia penetrat.210 2
Vnum verbum, hæbreorum more, duas ſignificat actiones.231 1
Virtus omnis, diſpoſitio perfecti eſt.236 1
Virtutes, arma dici.586 2
Virtutes ſine Dei amore, bonas eſſe, ſecundũ quid.348 2
Vita cælebs, coniugio purior.544 1
Vita Chriſti, alia poſt triumphum, alia ante mortem.281 1
Vitam omnem, & mortem ſimiliter, ad Dei laudem chriſtiano, dirigere.600 1
Vitam corporalem, præcepta legis, vt legis cuſtodientibus, promiſſam eſſe. 489 1
Vita æterna, gratia nuncupatur.189 2
Vita æterna, Deus eſt.98 1
Vita æterna, credentibus & operantibus promiſſa.494 1
Ad vitam æternam, quomodo quiſque perueniat.181 1
Vocatio duplex, æterna & temporalis.4 1
Vocatio duplex, altera ſecundum propoſitum, altera non.411 2
Vocationis diuinæ gradus. 15 2
Vocari ſecundum propoſitum, & ex operum prænotione, pugnat.411 2
Vocat Deus hominem dupliciter.423 2
Vocati Chriſti Ieſu qui ſint.15 2
Vocatorũ numerus, ſoli Deo cognitus. 428.2
Vox hæc Homo, quomodo infamis apud Paulum.148 1
Vox interior, maximè ad ſalutem neceſſaria.423 2
Vnio, effectus proprius charitatis.223 1
Voluntas Dei multiplex.543 2
Voluntas quandoque ſeducitur.343 2
Vltionem Dei nemo effugere poteſt.59 2
Vrbis Romæ præconia.570 2
Vtitur Deus malorum cordibus ad laudem bonorum.76 1

Indicis finis.

Typographus Lectori.

CVM planè nouerim, quàm grata, quamque accepta Reuerendiſſimi D. Patris Cornelij Muſsi Epiſcopi Bituntini opera, vniuerſo terrarum orbi ſemper extiterint. Nõ ſolum ex eo, quod multos annos, et ipſo viuente, ac eodem mortuo, in lucem prodita fuere, verum etiam, cum ex concionibus, quas cum Dei laude, & Eccleſiæ ſanctæ ornamento, ac ingenti ipſius gloria, varijs in locis publicè habuit: tum ex tribus de Diuina Hiſtoria libris, anno præterito in noſtra Typographia impreſſis: æquè ex fructu, & vtilitate, quam ex eorundem lectione fideles omnes percipiunt. Hinc, cum ab admodum Reuerendo D. Ioſepho Muſſo, illius celeberrimi Præſulis (cuius memoria nunquam erit intermoritura) diſciplinæ alumno, ſcriptorumque ſuorum electiſſimorum bene merenti hærede, eius Commentaria ſuper Epiſtola B. Pauli Apoſtoli ad Romanos, latino ſermone conſcripta, & miro artificio elucubrata acceperim, nulli quidem ſumptui patiens, maiore qua potui diligentia, curaui in publicum eſſe proferenda. Cum ex communi doctiſſimorum Theologorum ſententia, in dictis Commentarijs, placita enucleata, ac præcipuè noſtræ fidei dogmata, in hæreticorum confuſionem, & catholicorum confirmationem, apertè tractata fuerint, & explicata. Omitto germanum Apoſtoli ſenſum, in profundiſſimis atque altiſſimis ſententijs explanatum: & ſi non meliorem, fortaſſe nihilominus alteri non ſecundum, neque inferiorem eorum, qui hactenus ſcripſerunt. Quapropter, non ſolum debere omnes, Reuerendo P. Magiſtro Marino Mauro Veneto, Conuentuali Franciſcano, inter Theologos & Concionatores noſtra ætate non vulgari, ſed etiam ita deuinctos eſſe arbitror, quàm cui maxime. Quippe qui gratus, atque memor effectus, amoris in eum Reuerendiſsimi illius Antiſtitis Bituntini, nulli, etiam grauiſſimo labori pepercit, quem ipſe ob maximam difficultatem in legendo archetypo ſuſcepit, quam ſanè plurimam, atque ingentem tulit, & cui, procul omni dubio facilè ſuccubuiſſet, niſi tanti viri memoria, atque grata animi recordatio, opem ſibi non tuliſſent. Namque ipſe, penè è puluere, a quo diu obruta fuerunt, & a tenebris in quibus iam pridem latuere, ad lucem eripuit fulgentiſſimam: atq; hoc opus, tanto viro dignum, tam mira celeritate ac ſolicitudine perluſtrauit, quanta neſcio an potuiſſet aliquis. Qui demum, nullo defeſſus labore, adhuc mihi pollicetur, (Deo ſibi vitam prorogante,) quædam alia eiuſdem authoris ſuper Epiſtola ad Hæbreos Commentaria, Latinè itidem exarata. Quæ ego eo libentius prælo ſubijciam, quò hæc opera non ingrata videbo, immo libenter accepta, ſicuti dum a viua authoris voce pendebant, chara atque iucunda omnibus eſſe ſolebant.

IN D. PAVLI APOSTOLI EPISTOLAM AD ROMANOS Commentaria.

CAPVT PRIMVM.

Rom. 1. PAVLVS *ſeruus Ieſu*
Chriſti, vocatus Apoſto-
lus, ſegregatus in Euan-
gelium Dei, quod an-
te promiſerat per Prophe
tas ſuos in ſcripturis ſan
ctis de filio ſuo; qui fa-
ctus eſt ei ex ſemine Dauid ſecundum car-
nem, qui prædeſtinatus eſt filius Dei in vir-
tute, ſecundum Spiritum ſanctificationis ex
reſurrectione mortuorum Ieſu Chriſti. Om-
nibus qui ſunt Romæ dilectis Dei, vocatis
ſanctis. Gratia vobis, & pax à Deo Patre,
& Domino noſtro Ieſu Chriſto. O ſaluta-
tionem numeris omnibus abſolutiſſi-
mam, & innumeris bonis refertam.
Nomen ſalutantis primum attendite.
Paulus. Saulus antea erat, Sauli regis no
mine ex crudelitate hæres, cum Chri-
ſtum iniquiſsimè non minus quàm Da
uidem Saul ille perſequeretur. Idcirco
de vtroque puto dictum fuiſſe olim,
en 49. Beniamin lupus rapax. Ambo enim Be
niamin contribules erant; nunc ergo
mutatus in virum alterum, chriſtianam
modicitatem, & humilitatem Saulea
illa tumiditate depoſita, eſt amplexus.
Binomius erat, & Saulus, & Paulus di-
cebatur. Ita enim legimus in Actis Apo
13. ſtolicis. Saulus qui & Paulus. Sed ſu-
perbum illud Sauli nomen ſponte re-
iecit, hoc humile Pauli retinet, quo-
niam reipſa in oculis ſuis verè Paulus
erat, paruulus ſcilicet humilis, & mo-
dicus. Ego enim ſum minimus om- 1. Cor. 15
nium Apoſtolorum, (inquit,) & non
ſum dignus vocari Apoſtolus. Vnde & Ibidem.
ſeſe abortiuum Chriſti diſcipulum vo-
citabat. Verè Paulus, hoc eſt hebraicè
Paul, quod ſonat operatus, vel actus.
Neque enim ipſe ſe ſe ad tantam eue-
xit celſitudinem, ſed magis actus eſt
totus, vrgenti ſtimulo illo, cui relucta-
ri durum erat. Ob id verè clamat, Gra- Ibidem.
tia Dei ſum, id quod ſum. Hęc enim mu Pſal. 76.
tatio Pauli, fuit dexteræ excelſi. O quan
tum præmij ex hac nominis mutatione
conſequutus eſt Apoſtolus. Verè enim
Paulus effectus eſt, quod os tubæ inter
prtat, & quietus, απο του παυεσται. Cū
primū Saulus, id eſt abutēs cōſilio, atq;
tentatio, & diceretur, & eſſet. Nanque
malè cōſultus, Chriſtum ſequentibus,
perſecutiones, tentationes, minas, &
cędes inferebat, & alios inſequens,
angebatur in ſeipſo, vitamque degebat
inquietiſſimam. In Chriſto itaque, cum
primum illi humiliter hæſit, inuenit
requiem, eo dicente, Omnia arbitra- Philip. 3.
tus ſum vt ſtercora, vt Chriſtum lucri-
faciam, & inueniam in eo requiem:
& tanquàm tuba, ab Hieruſalem vſque
ad Illyricum repleuit omnia Euangelio
Chriſti. Vnde & verè dicebat. Abun-

dantius apoſtolis omnibus laboraui.
Seruus Ieſu Chriſti. Nemo titulum ſerui-
tutis exprobret. Illa ſola eſt inſuperabi-
lis ſeruitus, cui exectandum iniquita-
tis dominium reſpondet, de quo Pſal-
tes. Non dominetur mei omnis iniu-
ſtitia. Ab huius autem execrandæ do-
minationis liberati, nonne ſerui eſſe
Pſal.118. debent illius à quo liberantur? At Chri
ſtus eſt qui liberauit, qui dedit eum re-
cipientibus poteſtatẽ vt filij Dei fiant:
illius ergo ſerui ſunt. Et quia ſerui eius,
ideo maximè & verè liberi, iuxta illud.
Si filius Dei vos liberauerit, verò liberi
eritis. At non tàm liberi, quàm libe-
Ioan.8. rati. Chriſtus liber, ſerui eius liberati.

Verum ſeruire ſuos voluit dominus
Ieſus Chriſtus, non imperare, mini-
ſtrare, non miniſtrari, prodeſſe, non
Matt.20. præeſſe. Vnde, qui maior eſt, ſit ſicut
miniſter veſter. Nam & filius hominis
eſt in medio, ſicut qui miniſtrat, non ſi-
cut qui recumbit. Ciuiliter tamen in-
telligitur hoc in loco, ratio, nomenque
ſeruitutis. Seruus enim ciuiliter, nulla
ratione habet vnde in ſeipſo poſſit glo-
riari. Omnia enim quæ ſeruus habet,
domini ſunt, maxime ſi ſit ſeruus empti-
tius. Iccirco Paulus ſe Chriſti Ieſu ſer-
uum appellat, vt iam ſuo ipſius exem-
plo diſcant Romani, omnia merita, ac-
cepta ferre Deo optimo maximo Chri-
1.Cor.4. ſto Ieſu. Quid habes ò Iudeæ, quid ha-
bes ò Gentilis, quod non accepiſti à
1.Cor.10. Chriſto Ieſu? Et ſi accepiſti, quid glo-
riaris quaſi non acceperis? Vt quid am-
bo contenditis? Omnia in Dei gloriam
facite, Chriſti enim eſtis, non veſtri. Hu
miliamini omnes, putate ſinguli vos
Paulum quid eſſe, vel potius nihil, vt
diuinæ gratię nõ ingrati, inueniatis du
ce Chriſto, requiem animabus veſtris.
Luc 17. Cum feceritis omnia quæ præcepta ſũt
vobis, dicite ſerui inutiles ſumus, quod
debuimus facere, fecimus. Verè non
eritis inutiles ſerui, ſi bonis operibus
pro virili veſtra inſudaueritis. Deo e-
nim ſine prẽmio nequaquàm ſeruiri po
Gen 14. teſt, qui Abrahamo pollicitus fuit. Ego
ero merces tua. At vos ipſi, ratum ha-
bentes quod & veſtra opera operetur
in nobis Deus, iuxta Eſaiam dicentem.
Eſa.26. Omnia opera noſtra operatus eſt in no
bis domine: dicite etiam vſque ad hy-
perbolas, ſerui inutiles ſumus; Dei mi-
ſericordiam agnoſcite, non exaltate ve-
ſtram iuſtitiam. Omnes enim iuſtitiæ Eſa.64.
noſtræ, tanquàm noſtræ exiſtimari de-
bent, quaſi pannus menſtruatę, vt ne-
quaquàm illis fidamus, vel tantillum,
ſed diuinæ gratiæ. Ipſe enim Deus, Ephe.5.
prius dilexit nos, & tradidit ſemetip-
ſum pro nobis expiandis & abluendis.
Quis ante dedit illi, & retribuetur ei? Rom.11.
Non ex operibus iuſtitiæ quæ fecimus Tit.3.
nos, ſed ſecundum ſuã miſericordiam
ſaluos nos fecit. Pijs operibus Deum
colentes, proculdubio vitam meremur
æternam. Scriptum eſt enim: Reddet Matt.16.
Deus vnicuique, ſecundum opera ſua.
Sed nihilominus diuinam liberalitatẽ
cognoſcere oportet, quæ primum nos
omnes, ex diabolica ſubſtulit poteſtate:
ſub cuius degentes imperio, velut eius
mancipia, incaſſum vnuſquiſq; pro con
ſequenda gloria illa laboraſſet. Deinde
pepigit nobiſcũ, vt ſi diligenter vineam
dominicam exercuerimus, ampliſſimo
illo præmio ſcimus locupletandi. Hæc
omnia Romani, quòd fœdus nobiſcum
inierit omnipotens, quod nos tam ma-
gno & incõparabili prætio redemerit,
diuinæ gratiæ munera ſunt: qui ergo 1.Cor.1.
gloriatur, non iam in ſeipſo, ſed in do-
mino glorietur. Fauorabilis nãque ad- 1.Cor.6.
modum eſt hæc ſententia, vt quoniam
empti ſumus prætio magno, glorifice-
mus Deum in cunctis cogitatibus no-
ſtris: ipſi gloria, nihil nobis ex nobis
adſcribentes. Qui enim ſe exiſtimat ali- Gala.6.
quid eſſe cum nihil ſit, ipſe ſe ſeducit,
quod etiam hyperbolicè dicitur.

Non incaſſum autẽ Ieſum Chriſtum
nominat, non item Deum. *Seruus* (in-
quit) *Ieſu Chriſti.* Ieſus enim ſaluator in-
terpretatur. Ipſe eſt ergo qui ſaluat, vult
dicere Apoſtolus. Vt quid Iudæus in le
ge, Gentilis in ſapientia gloriatur? Ne-
que lege tu Iudeæ, neque ſapientia tu
Ethnicè ſaluatus es. Nanq; & Iudęi à le
ge, & Gentiles à ſapientia exorbitaue-
runt; vnus Ieſus ſaluauit omnes. Om-
nes enim peccauerunt, & eguerunt
gloria Dei. Ille ergo vnus mundi per- Rom.3.
diti ſaluator, colatur, adoretur, illi fi-
dant omnes, non legi, non ſapientiæ.

CHRI-

CHRISTVS autem, vnctus interpræ-
tatur, quod reges, ſacerdotes, & pro-
phetæ, qui Chriſti dicebantur cõmuni
nomine, oleo ſacro inungerentur. No-
men autem iſtud, ſaluatori noſtro factũ
Pſal. 58. eſt proprium & principale, non adie-
Hebr. 1. ctiuũ: ob id quod inuiſibilis gratię oleo,
pręomnibus participib⁹ ſuis, iuxta Da
uidis oraculum inunctus fuerit; adeo
vt & nos de eius plenitudine accepeti-
Ioan. 1. mus omnes, iuxta Euangelium Ioan-
nis. Vnde & Chriſti nomine, illuſtres
euaſimus; cum primum ſanctiſſimo il-
lo oleo omnium noſtrum ſordes terſit,
& fœtorem expurgauit. A Chriſto ita-
que, cuius vnguentis delibuti, tam pul
chri, & decori redditi eſtis, ò Iudæi, ò
Gentiles, toto corde pendete ſuſpenſi:
illum recognoſcite dominũ, à quo tan-
tæ gratiæ felicitatem, tamque multo-
rum chariſmatum vnctionem in vos ip
ſos, effuſam eſſe, certiſſime ſcitis, cum
chriſtiani nominis incomparabili di-
gnitate. Huius ergo Chr̃i Ieſu, ſeruus,
ſum ego Paulus, inquit Apoſtolus. Et
Rom. 6. magna quidẽ ratione, ſeruus illius fue-
rat. Primum enim, ſi verum illud eſt,
Serui facti eſtis cui obediſtis, quomodo
Paulus non eſt Ieſu Chriſti ſeruus, qui
vnicè ei placere & parere adeò cupie-
Galat. 1. bat, vt & cunctos hoĩes nihili faceret,
dicens. Si hominibus placerem, Chriſti
2. Pet. 1. ſeruus nõ eſſem? Amplius, ſi non men-
titur Spiritus ſanctus, qui dixit. A quo
quis victus eſt, illius & ſeruus eſt, iure
optimo Paulus Ieſu Chriſti primum ho
Act. 9. ſtis acerrimus, poſt, diuina illius virtute
captus, & ſuperatus, cũ audiuit, Durũ
eſt tibi contra ſtimulum calcitrare, eius
ſeruus, & captiuus effectus eſt. Nam &
Rom. 6. bello capti, victorum mancipia fiunt.
Tertio, cum exhibuiſſet membra ſua
ſeruire immunditiæ, & iniquitati, nu-
per autem diuina ope factus eſſet ſer-
uus iuſtitiæ, ob id quod iuſtitia noſtra
Pſal 70. Chriſtus eſt, quemadmodum Prophe-
1. Cor. 1. ta canit, Tu es domine patientia mea:
inquit enim Paulus, Factus eſt nobis
Chriſtus Ieſus iuſtitia, ſapientia, ſancti-
ficatio, & redemptio; non potuit con-
uenientiore titulo ſe ſe appellare quàm
Act. 14. ſeruum Chriſti Ieſu. Importabile iugũ
eſt ſeruire tyrannis, ò gentes, neque
nos, neque patres noſtri portare potui-
mus onus antiquæ legis ò Iudæi: at ſer-
uitus Chriſti Ieſu, ſumma libertate li-
berior, Iugum meum ſuaue eſt, (inquit Matt. 11.
ipſe) & onus meum leue. Vos in liber-
tatẽ vocati eſtis. Cur ergo iterum con- Galat. 4.
uertimini ad elementa legis? State, ſta-
te, & nolite ruſus iugo ſeruitutis con-
tineri. Confidite Gentiles, eratis enim Ibidem.
ancillæ filij; ſed nunc liberæ filij eſtis,
qua libertate Chriſtus vos liberauit: tã- Galat. 5.
tum ne libertatem in occaſionem detis
carnis, ſed per charitatem Spiritus ſer-
uite inuicem: quod ſi inuicem morde-
tis & comeditis, videte ne ab inuicem
conſumamini. Hoc præcipuum libera
Chriſti Ieſu ſeruitus, à ſeruis eum piè
colentibus exigit, candorem animi, &
mutuum inter eos amorem. Ne ſint
quæſo inter vos contentiones & ſchiſ-
mata, Idipſum ſapiatis, & dicatis om- 1. Cor. 1.
nes: Vt quid Iudæi aliena torquemini
felicitate, & ex alterius bono veſtrum
malum conficitis? Vt quid Gentes ad-
uerſus Iudæos gloriamini? Salus enim Ioan 4.
ex Iudæis eſt: ſic inuicem alter alteri
occaſio perditionis exiſtit, quando vos
meliores alterutrum iudicatis, quando
inuicem maledictis vlciſci putatis.

Vocatus Apoſtolus. κλητός, habetur
Græcè, non λεγόμενος, Παῦλος δοῦλος
Ἰησοῦ Χριστοῦ, κλητὸς ἀπόστολος. Et ſen-
ſus eſt, non dictus, vel appellatus Apo-
ſtolus, ſed à Deo accitus, accerſitus, e-
uocatus ad munus apoſtolicum, ad ſa-
cram hanc legationem. *Apoſtolus* nan-
que eſt Miſſus, ſiue legatus, ἀπὸ τοῦ
Ἀποστέλλω, qđ eſt mitto. Vnde Abdias,
Chriſtum legatum vocauit. Legatum Abdias.
(inquit) miſit ad gentes. Et Paulus ap- Hebr 3.
pellauit eum Apoſtolum ad Hebræos,
ob id quod à patre de cœlo ſit miſſus ad
terras, ipſo dicente. A me ipſo non ve- Ioan. 8.
ni, ſed eſt verus qui miſit me quem vos
neſcitis. Senſus itaque Pauli hic eſt,
quemadmodũ è tenebris meis in qui-
bus iacui, non mea virtute, ſed vocan-
te Deo ad Euangelicam hanc lucem
exurrexi, ita Chriſti fidelis effectus, nõ
me ipſum ad ſummum hanc apoſtola-
tus apicem ingeſſi, pſeudoapoſtolorũ
more, ſed me ad fidem vocauit Deus,
ille ipſe, nullis meritis id exigentibus,

pro beneplacito ſuæ voluntatis, hanc prouinciam mihi demandauit, pro quo
2.Cor. 5. legatione fungor in cathena. Vocauit me tanquàm Aaron per gratiam ſuam,
Galat 1. vt reuelaret filium ſuum in me. O qui vocati eſtis, vocantis donum cognoſcite; Tua hic merita ſuperbe conticeſcãt, vna Dei Optimi Maximi gratia regnet: neque enim gratia ex merito, ſed meritum ex gratia. Eſt autem diuina vocatio duplex, qua ſe ſe vocatum fuiſſe profitetur Apoſtolus, Altera æterna, de qua
Rom 4. dicitur, Vocat ea quæ non ſunt, tanquàm ea quæ ſunt. Nempe Deus, cum ſit ipſiſſima (vt ita dixerim) æternitas, non aliter nouit facta, quàm fienda. Nihil enim illi fiendum eſt, ſed omnia iam facta ſunt. Propter quod & Eſaias dicebat. Qui fecit quæ futura ſunt, tãquàm iam ea omnia fecerit Deus, quæ vt fie-
Rom. 8. rẽt, in ipſa æternitate diſpoſuit. Et Paulus noſter dicebat, Quos prædeſtinauit, hos vocauit, hos iuſtificauit, hos magnificauit; quaſi iam omnes prædeſtinati ſint, & iuſtificati, & magnificati. Cum tamen adhuc vſque in finem ſæculi, prædeſtinatorũ multi ſint iuſtificãdi, & magnificandi. Verba enim præteriti temporis, poſuit de rebus etiam futuris, quod futura omnia in diuinam æternitatem relata, tantam ſubeant certitudinem atque neceſſitatem, vt præteriſſe ea dicendum ſit: neque enim poteſt præteritum non præteriſſe. Habetis ergo Vocationem æternã. Nondum enim natos vocat Deus, ſicut & prænoſcit, & prædeſtinat, & iuſtificat, & ma-
Hier. 1. gnificat. Vnde eſt illud. Priuſquàm te formarẽ in vtero noui te, & antequàm exires de vulua, ſanctificaui te, & prophetam in gentibus dedi te. Eſt & Vocatio temporalis, cum qui ab æterno vocati ſunt & electi, antequàm nati eſsẽt, demum vel ſigno, vel uoce, vel inſpiratione ad id muneris inuitãtur, quo digni habiti ſunt, non inuenti. Qualis eſt illa Simonis, & Andreæ, quos vocauit
Matth. 4 dominus ad mare dicens. Venite poſt me, faciam vos fieri piſcatores homi-
Act. 9. num. Et illa Pauli, Saule, Saule, quid me perſequeris? Cum nondum eſſent in mundo, vocarat eos de mundo; vocauit ergo & tunc, à mundo. Sic autem vocati & ante ſæcula, & in ſæculo, acriter pro Chriſto laborauerunt, vt diuinam illius gratiam non in vacuum recepiſſe viderentur. Quò fit, vt ſumma quidem omnis eorũ opere, Deo vocanti debeatur. Sed & illi nequaquàm ſua laude penitus ſint defraudandi, quoniam ſcriptum eſt, Gloria & honor omni operanti bonum. Potuiſſent nanque Rom. 2.
Deum vocantem non audire, & cum illum audiſſent, & exaudiſſent, pigreſcere. Neque enim Deus hominũ mentem, quam vtrinque liberam fecit, cogere conſueuit, ſed neque neceſſitatem inferre, quoniam diſponit omnia ſuauiter, monens cauſas ſecundas ſecun- Sap. 8.
dum quod ſuapte natura ſunt natæ moueri. At non modo illum audiuerunt, ſed & ſtrenuiſſime, totis (vt aiunt) neruis, munus illud ad quod euocati fuerant, obierunt; non illis defuit diuina opis, ſed nec ipſi diuinæ opi defuerũt. Vnde Paulus dixit. Gratia Dei in me 1.Cor. 15.
vacua non fuit.

Segregatus in Euangelium Dei. Nunc tandem magna emphaſe Apoſtolus, ſe ſe à ſanctitate commendat: In nomine Pauli, miraculum: in miniſterio & ſeruitute, autoritas: in apoſtolatu, ſcientia inſinuata eſt, hic modo, ſanctitas indicatur. Eſt enim ſeparari dño Deo, dedicare, ſanctificare, tollereq; à prophanis vſibus, & mancipare diuinis. Vnde illud, Separa mihi omne quod aperit vuluam. Et illud, Sancti eſtote, quia ego Exod. 13.
ſanctus ſum: & Separaui vos à cæteris Leuit. 19. & 20.
populis, vt eſſetis mei. Hunc in modũ Leuit. 20.
ergo ſeparatus erat Paulus. Ecce. *Segregatus in Euangelium Dei*. Iã pridẽ ad pe- Act. 22.
des Gamalielis edoctus, iuxta veritatẽ Galat. 1.
paternæ legis, ſuper omnes coetaneos meos, proficiebam in Iudaiſmo, Cum ergo placuit altiſſimo, ſegregauit me à Phariſæis, & Apoſtolis aggregauit, à lege literę tanquàm occidente, & mortificante me ſeparauit, & addixit Euangelio. Vnde illud eſt quod dicebat, Segregauit me ex vtero matris meæ. Synagoga nanq; mater illius intelligitur, in qua natus & educatus eſt; vterus eius, Phariſæorum ſecta, è quorum numero vnus ille fuit. Neque enim Eſſenus, ſed nec Saducæus, at Phariſæus,

Paulus

Paulus erat, ipſo teſtante, Phariſæus ex
Act. 23. Phariſæis, de tribu Beniamin. Vide autem quantum extollit Chriſti Ieſu legē, cum illam tam pulchro nomine, & titulo reddit illuſtrem, nempè Euangelij. Procul dubio enim lex vetus, nō meretur nomē Euāgelij. Euangelium enim, bonam & fauſtā annunciationem ſignificat. Quomodo ergo Euangelium erat
Ezec. 20. lex illa Moſeos, de qua ſcriptū eſt. Dedi
Hebr. 10. eis præcepta nō bona? Et iterum. Vmbram habens futurorum bonorum, nō ipſam imaginem rerum. Quomodo eſt euangelica, ſi timorem ſemper incutit & terrorem? At noua lex, Euangelion, & eſt & dicitur, cuius latore naſcente, tunc primum pax annūciata eſt ab An-
Luc 2. gelis vniuerſo orbi. Euangelion autem Dei, quoniam tam noua, mirificaq; pacis annunciatio, non niſi diuino numine, cōtigit hominibus. Deus quoque hanc legem, quæ tàm expectata noua continet, ipſe condidit, & inuulgauit: non Angelus euangelium ſcripſit, vti
Galat 3. legem Moſe. Lex enim per tranſgreſſionem poſita eſt, ordinata per angelos. At Euangelij autor eſt Deus. Hic eſt
Baruch 3. Deus noſter (inquit Baruch) & nō æſtimabitur alius aduerſus eum, hic adinuenit omnem viam diſciplinę, & tradidit illam Iacob puero ſuo, & Iſrael dilecto ſuo. Poteſt & alius ſenſus eſſe verbi huius, *Segregatus in Euangelium Dei.* Fortaſſe enim indicare voluit, peculiare ſuę apoſtolicę legationis munꝰ: Nāque alij Apoſtoli miſſi ſunt, vt & docerent, & baptizarent. Ita enim dixit illis
Marc. 6. Chriſtus Ieſus. Ite in vniuerſum mundum, docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti. At Pauli, & comitis indefeſſi Barnabæ, hoc vnum erat negotiū, hoc proprium munus, vnicè illis diuino ſpiritu commiſſum atque concreditum, vt diuino Euangelio propagando, tanquàm verè Epiſcopi ſuperintenderent. Ieiunantibus nanque Apoſto-
Act. 13. lis, & ſacra facientibus, vox de cœlo facta eſt, Separate, mihi Saulum & Barnabam in opus, ad quod aſſumpſi eos; anno tertiodecimo poſt Chriſti necem.
1. Cor. 1. Propter quod Paulus dicebat. Non miſit me dominus baptizare, ſed prædicare. Et veh mihi ſi non euangelizauero, neceſſitas enim mihi incumbit. 1. Cor. 9.
Segregatos quoque fuiſſe intelligi poteſt, hoſce diuinos pręcones, quoniam cum cæterorum apoſtolorum vnicuiq; pars aliqua orbis credita eſſet, his duobus mundus ipſe totus, demandatus eſt. Tunc autem demulcet Iudæos: Quos enim primū exacerbauit, Euangelion legi præponens, fas fuit lenire, quod optimè agit, declarans Euangelium in ſacris Prophetarum libris Iudæis, non ſemel fuiſſe promiſſum. Hac enī rōne, Gētes iudaicæ familiæ cedant oportet. Neque enim profana Philoſophorum volumina, neque Gentilium libri, pauciſſimis exceptis, de ſacro hoc Euangelio meminerunt, ſed vni Iudeorum codices, qui & meritò ſancti dicuntur, quod ſanctificent homines. Sāctificare autem non poſſent, niſi à ſpiritu ſanctitatis, à diuino ſcilicet ſpiritu conditi eſſent. Vnde inquit. *Segregatus in Euangelium Dei, quod ante promiſerat in ſcripturis ſanctis per Prophetas ſuos.* Vno autem Euangelij nomine, omnia includūtur, iuxta verbum Lucæ; Oportebat pati Luc. 24.
Chriſtum, & prædicari in nomine eius pœnitentiam, & remiſſionem peccatorum in omnes gentes. Cum enim non ſit homo particeps euangelij, nec dignus euangelio ſine pœnitētia, & alijs. Omnia illa iuberi intelligitur prædicanda, vt prædicatio Euangelij non ſit inanis. Sed nominatur Euangelium, vt diſtinguatur noua lex à vetere, quæ etiā pœnitentiam prædicauit, & vt magis alliciantur gētes, Euangelij dulciſſimo nomine. In teſtamento veteri, promiſſio facta eſt, ecce ἐπαγγελία: in nouo redditur quod promiſſū eſt, ecce Euangelium. Non ergo totum Teſtamētum vetus, lex eſt, ſed habet etiam promiſſiones. Teſtamentum nouum, totū eſt Euangelium. *In ſcripturis ſanctis.* Verè *Sanctis.* Nam à Spiritu ſancto conditæ; à ſanctis Dei hominibus ſcriptæ, finem ſanctum ſctōrum habentes, & quę vniuerſos homines ſanctificant. Quæ veritatem docent, arguunt falſitatem, auocant à malo, inducunt ad bonum, & ad perfectam æternitatem perducunt, iuxta Paulum. Omnis ſcriptura diuini- 2. Tim. 3.
tus

tus inſpirata, vtilis eſt ad docendum, ad
arguendũ, ad corripiendũ, ad erudien-
dum in iuſtitia: vt perfectus ſit homo
Dei ad omne opus bonum inſtructus.

Per Prophetas ſuos. Philoſophorum
plerique, fuerant prophetæ cœli, vt
Aſtrologi. Alij prophetę Diaboli, vt Ca-
comagi. Nonnulli prophetæ mundi, vt
diuturna experientia, futurorum præ-
ſcij. Nullis horum prophetarũ, promi-
ſit omnipotens ſacrum Euangelion,
ſed Prophetis ſuis. Suo ſcilicet ſpiritu
plenis, Eſaiæ, Hieremiæ, Dauidi, cæ-
terisque veteris inſtrumenti patribus,
quaſi terrenis deis, magáque homini-
Pſal. 81. bus. Iuxta illud. Ego dixi Dij eſtis. Hi
enim ſunt, de quorum vaticinijs dici-
2. *Petr.* 1. tur. Non enim voluntate humana alla-
ta eſt aliquando prophetia, ſed Spiritu
ſancto inſpirati locuti ſunt sãcti Dei ho
mines. Hoc autem Euãgelium Dei eſt,
De filio ſuo. Tanquàm de ſubiecto vt
aiunt, quod rectius, ſcopum dixeris.
Dei nanque filius, omnium ſcriptura-
rũ ſcopus eſt, propter quod Iudæis di-
cebat, in tam magni ſplendoris luce ca-
Ioan. 5. ligantibus. Scrutamini ſcripturas, quo-
niam illæ ſunt quæ teſtimonium perhi-
Rom. 10. bent de me. Et Paulus. Finis legis Chri-
ſtus eſt. Legitur autem hęc litera, vt hoc
totum ſit parentheſis, (quod ante pro-
miſerat in ſcripturis ſanctis.) Quis verò
ſit iſte Dei optimi maximi filius, ſubin
dicat dicens adhuc poſt longam paren-
theſim. (*qui genitus eſt ex ſemine Dauid
ſecundum carnẽ: Qui definitus eſt filius Dei
in virtute, ſecundum ſpiritum ſanctitatis ex
reſurrectione mortuorum*) *Ieſu Chriſto domi-
no noſtro*. Ieſus Chriſtus itaque eſt ille
Dei filius, de quo Euangelium vnicè
diſſerit, & omnis ſacra Scriptura, cui &
teſtimonium perhibet, quod filius Dei
Galat. 4. ſit, vniuerſus Prophetarum chorus; qui
Philip 2. tandem, cum veniſſet plenitudo tempo
ris, exinaniuit ſemetipſum formam ſer-
ui accipiens, & habitu inuentus vt ho-
mo, natus ex Maria Virgine, de domo
& familia Dauid. Magna autẽ & inac-
ceſſa ſunt hæc tria myſteria, quæ tangit
Apoſtolus. Primum quidem, quod ſum
mus ille omnium rerum parens, filium
habeat, non adoptione tantũ, ſcriptum
Pſal 81. eſt enim. Ego dixi Dij eſtis, & filij ex-
celſi omnes. Et iterum. Dedit eis pote- *Ioan* 1.
ſtatem filios Dei fieri. Non accepiſtis *Rom* 8.
ſpiritum ſeruitutis iterum in timore,
ſed accepiſtis ſpiritum adoptionis filio-
rum Dei, in quo clamamus Abba pa-
ter; ſed natura. Secundum, quod ille
ipſe Dei filius, homo factus ſit. Hoc
enim mẽs humana capere nequaquàm
poteſt. Tertiũ, quod Deus iſte de Deo,
natus, & incarnatus, ſit Ieſus Chriſtus
dominus noſter. O magnum & ineffa-
bile ſacramentum. Rei maieſtate pro-
culdubio deterremur, ſed diuini ſpiri-
tus bonitate confidimus. Nota eſt no-
bis proprij ingenij tenuitas, at notior
eſt Dei optimi maximi virtus, quæ irra-
tionale animal, tam breui momẽto im-
buere poterit, vt magno orbis miracu-
lo Prophetam erudierit. Ad horum ita-
que interpretationem, & declarationẽ
audenter accedimus. Quid enim hoc
ſacratius ſacramento? Quid hac ſacra-
mẽti huius voluptate iucundius? Qui
vbi, quæ mella dulciora? Eſtote quæ-
ſo attentiſſimi.

In primis, innumera ſunt ſacrarum
Scripturarum loca, quæ in diuina illa &
ſuperſubſtantiali eſſentia, patrem con-
teſtantur, & filium. Nemo nouit filium *Matt.* 11
niſi pater. Et Patrem nemo nouit niſi
filius. Pater diligit filium, & omnia de- *Ioan.* 13.
dit ei in manus. Sicut ſuſcitat pater mor *&* 17.
tuos, & viuificat, ſic & filius quos vult *Ioan.* 5.
viuificat. Qui credit in filium Dei, ha- 1. *Ioan.* 5.
bet vitam æternam. Multifariam mul- *Hebr.* 1.
tisque modis olim Deus loquens patri-
bus in prophetis, nouiſſimè locutus eſt
nobis in filio. Veteris etiam inſtrumen
ti codices, hoc non tacuerunt. Primum
enim in Prouerbijs legimus quæſiuiſſe *Prou* 30.
illum. Quod nomen eſt eius? & quod
nomen filij eius ſi noſti? In Pſalmis, Do-
minus dixit ad me, filius meus es tu. *Pſal.* 2.
Quod & ſi Iudaica perfidia ad Dauidẽ
referat, quem Dei filium loco iſto cre-
didit appellari, facilè refellitur. Nam
addit Deus omnipotens, Ego hodie ge
nui te. Poſtula à me, & dabo tibi gentes *Ibidem.*
hæreditatem tuã, & poſſeſſionem tuam
terminos terræ. Vt enim hinc incipia-
mus. Neque hodie genitus eſt Dauid,
in ipſa ſcilicet æternitate, cui nihil vn-
quàm præterijt, nihil etiam futurũ eſt,

niſi eo modo quo omnia in æternitate diſpoſita ſunt, vt fierent in tempore. Sed neque ad vſque terræ limites, Dauidis imperium dilatatū fuit, vel propagatum, ſi regnorum libris credimus. Ad filium ergo Deo patri coeternum, cuius ditionis omnis terra ſubiecta fuerit, Dauidis verbum referatur, neceſsū eſt. Alio quoque in Pſalmo legimus, Ipſe inuocauit me, pater meus es tu. Quę verba ad Salomonem referunt cæci Iudæi, cum tamen velint nolint, ex his quæ ſequuntur, alio tēdant. Confeſtim enim ſubditur, Ponam in ſæculū ſæculi ſemen eius, & thronum eius ſicut dies cœli. Quod ſi de Salomone, vel apparenter intelligi poteſt, vos ipſi iudicate. Fateamur oportet mihi credite, hæc omnia de Dauide, & Salomone dici quidem, ſed in alterius figuram, cuius ipſi typum geſſere. Nunquàm enim aliter poterunt in eis hæc vniuerſa cōpleri, quæ ſcriptura complenda teſtatur. Filium ergo Deus habet, quem ipſe genuit ante luciferum, & tamen hodie. Ante luciferum inquit, genui te, & hodie genui te. In tempore enim genitus eſt lucifer, at in æternitate Dei filius: æternitate autem nulla dies vnquàm non eſt hodierna. Vnde & ipſe filius inquit. Ante omnes colles generauit me dominus. Et equidem mea ſententia, nemo mirari debet, quod Deus generet: mirandum potius eſſet, ſi non generaret. Ita enim ipſe dicit per Eſaiā. Nunquid ego qui alios parere facio, ipſe non pariam? Ego qui generationem cæteris tribuo, ſterilis ero? quæ verba, etſi ad multiplicationē filiorum Iſrael de captiuitate reuertentium in terram ſuam referantur, rationem nihilominus efficiunt firmā, & ſtabilem, vt ſi ipſe alijs generationem tribuat, ſterilis non ſit. Neque fingi poteſt, vt ſimilitudine quadam duntaxat generare dicatur, cum in adoptionem nos ſuſcipit. Efficaciſſimè enim illa ex Dei ore prolata ſentētia probare & demonſtrare videtur, vt qui alios verè generare facit, & ipſe non modo ſimilitudinariè, ſed verè gignat. Oportet nanque cauſam non ignobiliorem eſſe cauſatis his, quæ ab ea dependent, vt ſcimus.

Pſal. 88.

Eſa. 66

Quia tamen nonnunquàm generationis vocem, creationem ipſam ſignificare perhibetur in ſacris literis: ſcribitur enim in libro Iob. Quis eſt pluuiæ pater? vel quis genuit ſtillas roris? de cuius vtero egreſſa eſt glacies? & gelu de cœlo quis genuit? Idcirco ne tale quid putares ex paternitatis, filiationis, atque generationis nominibus intelligi, Deum ſcilicet eſſe genitorē duntaxat, & patrē creaturæ cuiuſpiam, quod Arrium alioquin acerrimi ingenij virum decœpit, additum eſt in ſacris eloquijs, filiū Dei, à Deo genitū, eſſe verè Deū. Dicitur enim in Euangelio Ioannis. In principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbū. Verbi enim nomine, filium Dei ſignificari nemo eſt qui neſciat. Ob id quod ſubinfertur, Verbum caro factum eſt, & habitauit in nobis, & vidimus gloriam eius, gloriam quaſi vnigeniti à patre. Hic eſt enim vnigenitus ille, de quo iterum dicitur. Vnigenitus filius qui eſt in ſinu patris, ipſe enarrauit. Cuius & Paulus meminit ad Hebræos. Et cum iterum introducit primogenitū in orbem terrę dicit. Et adorent eum omnes angeli Dei. Neque enim creaturam, ſed Deum creatorem angeli adorāt atque venerantur. Sunt & alia loca, quibus filium Dei verè Deum eſſe conuincitur. Primum quidem, quoniam omnia per ipſum facta ſunt, ergo ipſe factus non eſt. Secundo, quoniam nulla creatura quid ſit Deus ſecundum ſubſtantiam, demonſtrare poteſt. Omnia nanque, quæ à Deo ſunt condita, & creata, à Dei perfectione longè deficiunt: at Dei filius eſt imago inuiſibilis Dei: ſplendor gloriæ, & figura ſubſtantiæ eius: Deus itaque ſit, neceſſe eſt. Tertio, quæcunque pater facit, hæc & filius ſimiliter facit. Dicit enim de ſeipſo. Cum eo eram cuncta componens. Et Apoſtolus. In ipſo condita ſunt vniuerſa, ſiue in cœlo, ſiue in terra, ſiue Throni, ſiue Dominationes, ſiue Principatus, ſiue Poteſtates, omnia per ipſum, & in ipſo creata ſunt, & omnia in ipſo conſtant. Amplius. Portat omnia verbo virtutis ſuę, purgationem peccatorum faciens. Deus ergo, eſt Dei

Iob 38.

Ioan. 1.

Ibidem.

Heb 1.

Ioan 1.

Heb 1.

Ioan. 5.

Prou. 8.

Coloſſ 1.

Hebr 1.

filius, & non creatura Dei. Hæc enim
nulli creaturæ poſſunt conuenire, ſed
creatori tantum. Non tacuit hanc veri-
tatem, veteris teſtamenti ſcriptura.
Nanque de Dei filio loquens, quem &
Pſal 44. verbum nominat. Eructauit cor meum
Sap 18. verbum bonum. Omnipotens ſermo
Pſal.44. tuus domine, à regalibus ſedibus ve-
nit. Sic inquit. Sedes tua Deus in ſæcu-
lum ſæculi, virga directionis, virga re-
gni tui, dilexiſti iuſtitiam, & odiſti ini-
quitaté, propterea vnxit te Deus, Deus
tuus, oleo lætitiæ præ conſortibus tuis.
Quid enim his verbis apertius, ad oſté-
dendum filium Dei, Deum eſſe? Deum
inquam verè, non ſimilitudinariè ſolú,
non adoptione modo, ſed natura. Ita
enim interpretatus eſt Ioannes in alte-
1.Ioan.5. ra Canonica. Vt ſcimus in vero filio
eius: hic eſt verus Deus, & vita æterna.
Iam ergo primam partem abſoluimus,
Deum genuiſſe filium quempiam, qui
& Deus eſt, & continenter generare.
Filium item Dei genitum eſſe, & gene-
rari ſemper, vt nullo vnquàm tempo-
re non ſit verum quod dicitur à Patre,
Pſal.2. Ego hodie genui te. Quo autem modo
generetur, à me non expectate quæſo.
Eſa.53. Scriptum eſt enim, Generationé eius
quis enarrabit? Quod itaque Propheta
impoſſibile dixit affatu, quis narrare
incipiet? Beatiſſimus pater Dionyſius,
omniú poſt Apoſtolus theologorum, &
primus, & maximus, quanquàm theo-
logi nomen nunquàm ſibi ipſe vendi-
cauit, nec alijs tribuit, præterquàm
Apoſtolis, & Prophetis; de diuinis no-
minibus inſcripſit ſuam theologiam,
velut qui optimè noſcet, nos quidé no
mina Dei tractare, rem autem ipſam at-
que naturam prorſus nobis incomprę-
henſam, & ineffabilem eſſe. Scimus
itaque quod in Deo eſt generatio. Scri-
pturæ ſacræ hac voce vtuntur, at rem
ipſam, generationis illius vim, modú,
nos neſcimus; nomen patet, latet quod
nomine ſignificatur. De creatis hiſce re
bus agentes, melius intelligimus quàm
exprimamus: in diuinis è contra, longe
melius nominamus, quàm quiſq; poſ-
ſit mente concipere. Dicam ergo tibi,
qualis non ſit diuina generatio; qualis
ſit, tu precibus impetrare forſan pote-
ris: ſtudio certè ſciri nequaquàm po-
teſt. Nó generat Deus filium, quemad-
modum ignis ignem. Ab igne enim li-
gnum calore alteratur, & ad qualitaté,
& ſpecié ignis corpus illud extraneum,
tranſmutatione ſucceſſiua producitur.
Deitas autem, non eſt forma materiem
exigens, nec apud eam eſt tranſmuta-
tio, aut viciſſitudinis obumbratio. Non
ité generat Deus Deum, quemadmo-
dum planta plantá: plantarum nanque
humor qui intra eas eſt, in ſemen con-
uertitur, & extra tandem emiſſus cre-
ſcit in plantá: qualis modus eſt & ani-
malium, quæ plantis in generando fi-
nitima ſunt: ob id quod generare,
non animalibus vt animalia, ſed quate-
nus viuentia ſunt, quod & ſtirpibus
commune eſt, conuenire ſapientes tra-
dunt. Nanque in his genitum eſt extra
generantem, Dei verò filius nó eſt ex-
tra patré. Vnus enim eſt Deus noſter:
Deus autem non extra Deum. Non po-
teſt etiam diuina generatio intelligi, vt
ſit ſimilis emanationi quam in ſenſi-
bus experimur. Neque enim à ſenſu
gignitur ſentiendi actus, niſi re ſenſi-
bili mouente ſenſum. Deus autem ab
exteriori nó mouetur. Neque enim eſ-
ſet primum agens. Corporeis etiam or- Ioan.4.
ganis egent ſenſitiuæ vires, Deus au- Luc 24.
tem ſpiritus eſt, ſpiritus carnem & oſſa
non habet. Si verò intellectuales nr̄os
fœtus ſpectare volueris, nó talis eſt ge-
neratio illa, qualis hominum. Accidit
enim in tempore intellectui humano,
verbum quod interius mente concipi-
mus, quod intentioné intellectam Phi-
loſophi vocant: At Dei verbum, à patre
genitum, Deo gignente coęternum eſ-
ſe perhibetur, Ioanne dicente, In prin- Ioan.1.
cipio erat verbú. Sed nec talis eſt, qualis
Angelorum. Accidit enim intelligere
Angelis. Nam nó eſt idem in eis quod-
libet intelligere & eſſe: ob id quod po-
tentiæ rationem, ſummis etiam Philo-
ſophis id aſſeuerantibus, citra contro-
uerſiam prorſus exuerunt. Non eſt ita-
que ſubſtantia intelligentis cóceptum
verbum: at Dei filius, idem numero
Deus, eſt cum gignente patre. Ioannes Ibidem.
enim clamat, Et Deus erat verbum. En
habes negantem theologiam de gene-
ratióne

ratione filij Dei, illa tibi ſufficiat: affir-
2. Cor. 12 mantem nouit ille qui raptus eſt ad ter
tium cœlum, ſed non licuit illam homi
nibus loqui: cum iam non homines eri
mus, ſed ſicut angeli Dei in cœlo, tunc
videntes Deum facie ad faciem, omnia
hæc arcana intuebimur. Quid enim
eſt quod non videant, qui videntem
omnia vident?

Secundum quod videndum propo-
ſuimus, erat Dei filium, hominem fa-
ctum fuiſſe. Hoc enim inter diuina
opera, maximè rationem excedit, ni-
hil ſiquidem mirabilius excogitari po-
teſt diuinitus factum, quàm quod ve-
rus Deus, Dei filius, fieret homo ve-
rus. ita vt eadem perſona, verè diui-
nam, vereq; humanam haberet in ſe-
ipſam naturam. Vnde non modo Iu-
dæi, ſed & Chriſtianorum plurimi, He
bion, Cherintus, & poſtea Paulus Sa-
moſitanus, atque Fotinus grauiſſimè
hac in luce ſunt hallucinati. Quo factũ
eſt, vt à veritate recedentes, diuerſas hę
reſes ipſi condiderint. Hoc ergo eſt no-
ſtræ ſalutis myſterium, quod diuina au-
toritate tradente confitemur. Verbum
caro factum eſt, & habitauit in nobis.
Philip. 2. Hoc docet Apoſtolica tuba. Cum in
forma Dei eſſet, non rapinam arbitra-
tus eſt ſe eſſe æqualem Deo, ſed ſeme-
tipſum exinaniuit, formam ſerui acci-
Gal. 4. piens. Et iterum, Miſit Deus filium
ſuum factum ex muliere. Prophetæ itẽ
id apertiſſimis verbis docuerunt, quan
quam vſque in hodiernum diem, vela-
men poſitum ſit ſuper cor iudæorum.
In primis nanq; Eſaias, duas vnius ho-
minis naturas breuiſſimo ſermone cõ-
Eſa. 9. plexus eſt, dicens. Paruulus datus eſt
nobis, & filius natus eſt nobis, & fa-
ctus eſt principatus ſuper humerum
eius, & vocabitur nomen eius admi-
rabilis, conſiliarius, Deus fortis, pa-
Mich. 5. ter futuri ſeculi, princeps pacis. Mi-
cheas item, cuius teſtimonio nullum
eſt clarius, inquit. Et tu Bethleem ef-
frata, paruulus es in millibus Iuda, ex
te enim exiet dux, qui regat populum
meum Iſrael, & egreſſus eius ab initio,
à diebus æternitatis. Duplicem namq;
egreſſum Meſſiæ aſtruit verbis iſtis, Al
terum ex Bethleem, alterum à diebus
æternitatis. Primus naturam oſtendit
humanam. Secundus diuinam inuin-
cibili argumento declarat. Eſt & teſti- Baruch. 3.
monium Baruch. Hic eſt Deus noſter,
& non æſtimabitur alius aduerſus eũ,
hic adinuenit omnem viam diſciplinæ,
& tradidit illam Iacob puero ſuo, & Iſ-
rael dilecto ſuo: Poſthæc in terris viſus
eſt, & cum hominibus conuerſatus eſt. Eſa. 7.
Vaticinium quoque illud. Ecce virgo
concipiet, & pariet filium, & vocabi-
tur nomen eius Emmanuel. Oſtendit
duas haſce naturas, nanque, non niſi
hominem mulier, non niſi Deum vir-
go concipere poteſt, quia partus, &
conceptus, homo eſt: quia à virgine,
Deus. Quis hiſce teſtimonijs audeat
refragari? Hæc eſt ergo catholica fides,
vt credamus haſce duas naturas vnitas
eſſe, non accidentali modo, quo pacto
homo vnitur veſtimento, ſed ſecundũ
vnã hipoſtaſim, & ſuppoſitum vnum.
Adeò vt noſtra ſuſceperit Deus, ſed ta-
men propria non amiſerit: in homine
hominem renouauit, ſed in ſeipſo im-
mutabiliter perſeuerauit: nec inferio-
rem naturam conſumpſit glorificatio,
nec ſuperiorem diminuere potuit aſ-
ſumptio. Tam magna nihilominus eſt
vnio, tantumq; fędus vtriuſquę natu-
ræ, vt totum dicatur Deus, totum di-
catur homo, totum viciſſim Deus ho-
mo, & totum homo Deus. Ita vt quæ
Dei ſunt, homini illi attribuantur, &
Deo quæ ſunt illius hominis: quoniam
vnus & idem eſt filius Dei, & filius ho-
minis, de quo vtraque dicuntur. At di-
uinina prędicantur de eo ſecundum di
uinam naturam, humana ſecundum
humanam. Quæ hoc ſacramentum
mens compræhendere, quæ hanc gra-
tiam lingua valet enarrare? Non ſum
ego tam hebetis ingenij, vt ſcrutari, in-
dagare, metiri, finireq; præſumam,
modum quo diuinum illud, & ſacrum
connubium diuinæ, & humanæ natu-
ræ celebratum eſt. Mihi ſat erit, ſi ma-
gna ratione illud factum fuiſſe vobis
omnibus demoſtrauero. Sed neque im-
modicè laborandum erit, ſi diligenter
audire volueritis. Proculdubio nanq;
myſteria quę ſunt ſupra hominis ca-
ptum, quæ pro hominum ſalute expli-
canda

canda fuerant, ſi alius quiſpiam, vel angelus, vel homo docuiſſet, quoniam non modo hominum, ſed & angelorum nonnulli apoſtatarunt. Scriptum
Iob. 4. eſt enim. Ecce qui ſeruiunt ei non ſunt ſtabiles, & in angelis ſuis repperit prauitatem. Neque angelis, neque hominibus indubiè credidiſſent homines: omnibus enim vel hac ſaltem ratione, vt potè eiuſdem naturæ exiſtentibus, fidem imminuerunt hi, qui non ſtete-
Ioan. 8. runt, in veritate. Oportebat autem nos certiorari de veritate docentis. Conueniens itaque erat, vt hominum magi-
1. Tim. 6. ſter, Deus eſſet. Ad Deum autem, ſi in ſua permanſiſſet inuiſibili maieſtate, quoniam lucem habitat inacceſſibilē, nemo hominum aſcendere potuiſſet, vnis illis demptis, quos equus amauit Iupiter, qui & in carne præter carnem viuentes, Deum videre potuerunt. Oportuit ergo Deum eſſe, pariter, & hominem, vt de veritate nulli poſſet dubitatio contingere quia Deus: excuſationem nemo prætendere poſſet ignorationis, quia Homo.

Hunc itaque Dei filium, Deum, & Hominem, Ieſum Chriſtum fuiſſe, tertio loco declarandum eſt. Id enim molitur in præſentiarum Apoſtolus. Sed nulla vnquam (vt verum fatear) aſſertio, dilucidior fuit iſta. Niſi enim is fuerit Deus & homo, quis vnquam alius fuit auterit? Mitto penè innumera ſuæ diuinitatis argumenta, quæ nequaquam mundus ſi ſingula ſcriberentur, capere poſſet. Hoc vnice fidem facit indubiam, quod ad extremum in ligno crucis, vt nos à morte redimeret interemptus, dum qui eum cruci affixerant, extinctum illum putarent, diceretq; in opprobrium & deriſionem,
Pſal. 40. Nunquid qui dormit adijciet, vt reſurgat? Ipſe ſeipſum deuicta morte ſuſcitauit, & mors illi vltra non dominabi-
Rom 6. tur Quid faciet viuus, ſi mortuus mortem vicit? Ex hac tàm admirabili, tam glorioſa, tam ſubita reſurrectione, maximè obſtruuntur ora loquentium, & Chriſti Ieſu gloria augeſcit: non quod in ſeipſa incrementum ſuſcipiat, quæ decrementa non patitur, ſed quod magis apud homines innoteſcat, efficiaturq; clarior & manifeſtior: quod ipſe petere videbatur, dum Patrem rogaret hunc in modum. Pater, clarifica filium Ioan. 17.
tuum, vt & filius clarificet te. Mortem nterimere, Dei ſolius eſt proprium, qui eſt fons vitæ, id moriens Chriſtus abſoluit, primus immortalis à morte reſurgens, cui nimium verè conuenit
verbū illud. Ego ero mors tua ò mors, Oſee. 13.
morſus tuus ero ò inferne. Quomodo itaq; non eſt Deus? Hominem eum fuiſſe nemo ambigit, quoniam paſſus eſt, mortuus eſt, ſepultus eſt. Inuincibili itaq; argumento colligimus, quod Deus & homo ipſe fuerit, & hoc eſt quod Paulus inquit. Qui, Ieſus Chriſtus dominus noſter, *Dentus eſt*, hoc eſt agnitus, declaratus, *filius Dei*, non adoptione modo, ſed natura, *In virtute*. Hebraiſmus eſt. Vbi enim latini ablatiuis vtuntur, hebræi addunt præpoſi-
tionem in, vnde illud eſt. In princi- Gen. 1.
pio fecit cœlum, & terram. Omnia in Pſal. 76.
ſapientia feciſti. Deduxiſti populum tuum in manu Moyſi, & Aaron.

Senſus itaque huius eſt, agnitum eſſe Chriſtum in virtute. id eſt virtute, vel à virtute quam oſtendit ex reſurrectione mortuorum. Non quia is alios
ſuſcitauerit. Heliſeus enim homo erat, 4. Reg. 4.
qui tamen mortuus mortuum ſuſcitauit: mortuos ergo ſuſcitare non concludit Chriſtum Ieſum fuiſſe Deum, niſi ad modum ſuſcitandi recurras, quia ſcilicet propria virtute, in imperantis modum hæc mira patrabat: at quod is à mortuis ſe ſe excitarit ad vitam, hoc modum ſuæ virtutis probat in reliquis operibus, quod ſcilicet verè virtute propria, non alterius ope egens, ea faciebat, quæ tam mirabilia videbantur. Cauillari poſſent qui Chriſti oderunt gloriam reliqua omnia, quę ipſe geſſit, at rediuiua illius vita, cauillum omnem tollit, excludit omnia dubia, probat ſingula eſſe vera, quæ niſi reſurrexiſſet, à perfidis & obſtinati animi viris, in dubium reuocari facilè potuiſſent. Adeò vt baſis, & columna chriſtianæ religionis, ſit glorioſus ille Chriſti Ieſu triumphus, qua nulla ſolidior, & fortior: propter quod cōſtanter Pau
lus dicebat. Si Chriſtus non reſurrexit, 1. Cor. 15
inanis

inanis eſt omnis fides noſtra. Non ab re etiam videmus Chriſtum Ieſum, tot argumentis veritatem ſuæ reſurrectionis probari voluiſſe, nō ſemel neq; bis, non vno argumēti genere, quoniā ex hoc miſterio totum negotium pendet. Vides autem, quomodo litera textus optimè his noſtris expoſitionibus reſpondet per ſingula. Neque enim eſt hic ſermo de prædeſtinatione, quod prędeſtinatus ſit homo ille, vniri Deo, hoc eſt natura illa diuino verbo, ſed ſermo Pauli eſt, quod hominē illum agnitum eſt, eſſe deum definitum eſt, determinatum, demonſtratum, indubitanter aſſertum citra controuerſiam, omniumque calculo comprobatum: ex hoc ipſo quod mortuus, in ſeipſo effecerit, quod i alijs toties egerat viuus. Pertinacis nāque & perfrictæ frontis eſt, negare hoc tam admirabile opus, eſſe certiſſimum diuinæ virtutis argumentum. Quod vero interponitur. *Secundum ſpiritum ſanctitatis.* in hunc modum exponitur, vt ſit antitheſis illius quod dictū eſt ſecundum carnem, & planiſſimus eſt ſenſus: ſecundum carnem eſt filius Dauid: quod vero ſecundum ſpiritum, non ſanctificatum vt filij adoptionis, ſed ſanctificantē filius Dei uerè fuerit. Agnitum eſt ex hoc, quod à mortuis ipſe mortuus reſurrexit: hoc enim manifeſtè arguit, quod fuerit naturalis ille fili⁹ Dei ſanctiſſimus, qui & alios ſanctificare poſſet & expiare, vt pote Deo æqualis. Hic eſt verus ſenſus. Poteſt tñ & aliter exponi, vt ſit ſenſus, *definitus eſt.* ideſt agnitus, iudicatusque & creditus eſſe filius Dei, ſecundum ſpiritum ſanctificantem, hoc eſt per ſpiritum ſanctitatis, ab his ſcilicet qui non ſpiritu nequam, ſed ſancto ducuntur & loquuntur. Vel dici poteſt tertio, quod ille homo Ieſus Chriſtus fuit Deus, per operationem ſpiritus ſancti, vnientis duas hoſce naturas: ſecundum quod & de ſpiritu ſancto conceptus eſſe in ſimbolo apoſtolico prædicatur: iuxta verbum angeli ad virginem. Spiritus ſanctus ſuperueniet in te. Diuini ergo ſpiritus opere, Dei verbum aſſumpſit hominem, & ho mo erectus eſt in Deum: Deus erat, ſed homo factus eſt, & manſit Deus: ſuſcepit humanitatem, non amiſit diuinitatem: factus eſt humilis, manſit ſublimis: natus de patre dei verbū, natus de matre verbum caro factum: Veritatem carnis, cum conciperetur accepit ex virgine, & cum naſceretur, integritatem virginis ſeruauit in matre: omniū naturarum creator et dñs, creauit virginē, in tempore tamen ſecundum carnem, generandus à virgine. & hoc eſt quod dicit Paulus;

Luc. 1.

Qui factus eſt ex ſemine Dauid ſecūdum carnem. Nō enim ſimpliciter factus eſt, quoniā & per eum ſecundum ſpiritum ſanctitatis facta ſunt omnia, at ſecundū carnem factus eſt. Quod arcanum, qm̄ phariſei qui ſe ſe legis peritiſſimos arbitrabantur, ignorabāt. Dicebat enim, Quid vobis videtur de Chriſto? cuius ſilius eſt? Reſponderūt, Dauidis. Ait ergo illis. Quomodo ergo Dauid vocat eum in ſpiritu dominum dicens. Dixit dominus domino meo, ſede à dextris meis? ſi enim Dauid vocat eum dominum, quō filius illius eſt? Et nemo poterat ei reſpondere verbum. O ſi euangelicæ lampadi, oculos mentis non occluſos habuiſſent, quàm facilè reſpondiſſent. En Paulus noſter. Secundū carnem eſt filius Dauidis, at ſm alteram naturam, videlicet ſecundum ſpiritum ſanctitatis, ſecundum diuinam maieſtatem, Dauidis dominus. Per ipſum enim Dei verbum condita (inquit) ſunt ſęcula. Dicens ergo. *Secundum carnem*, ſeruauit verbo ſuam dignitatem, qua pręcedit omnis, & omnibus dominatur. Par etenim fuit, vt et nobis humanitate congrueret, et omnes diuinitate pręcelleret. Niſi enī fuiſſet verus Deus, nō attuliſſet remediū, niſi fuiſſet verus homo, nō præbuiſſet exemplum. Hanc autem vnitatem, qua creatura creatori cōſeritur, intelligentiæ oculis, nec Manichæorum, nec Arij cæcitas videre potuit. Illi enim Chriſtū aſſerunt uequaq̄ corporaliter natum vel factum: hi autem contendunt, eum minimè fuiſſe Deum. Nos fidem catholicam prædicamus, apoſtolici ſimboli regulam confitemur. Quod uere Deus, et uerè homo factus ex muliere fuerit Chriſtus Ieſus. Ob id enim ipſe ſe ſe dicebat patrem minorem

Matt. 22

Pſ. 109.

Ioan.14 norem. Pater maior me eſt: cui tamen ſeſe confitebatur æqualem. Ego & pater vnum ſumus. Nāq; humanam na-
Ioan.10. turam probat imparilitas, & diuinam declarat æqualitas. Fortaſſe autem vltra ea quæ dicta ſunt, Paulum interpretari poſſumus, vt Christum Dei filium fuiſſe, non vnico, ſed triplici argumento declaret. *Virtute: ſecundum ſpiritum ſanctitatis: & ex reſurrectione à mortuis.*

Vt virtus, ad miracula referatur, quę viuens effecit: de quibus dicebant. Vn-
Mar.6. de huic hęc oīa: & virtutes tales, quæ p manus eius efficiuntur. Virtus enim de illo exibat, & ſanabat omnes. Spiri-
Luc.6. tus ſanctitatis, referatur ad mortē, qua nos omnes expiauit, & ſanctificauit. Reſurrectio à mortuis, ad triumphum gloriæ ſuæ: ita vt & vita, & mors, & reſurrectio, teſtimonium perhibeant deitati Chriſti Ieſu. Vel virtus, quidem ad miracula. Spūs ſanctitatis ad vitam ſanctiſſimam Chriſti referenda eſt, quę ſine peccato vixit, & peccata etiam peccatoribus dimiſit. Tertiū, ad mortem & reſurrectionem ſimul.

Quod vero diuinam duntaxat naturam, & carnem Chriſti commemoret Apoſtolus, non vos moueat. Fortaſſe enim hinc Apollinaris permotus eſt, vt in Chriſto animam eſſe negarit. Videre tamen debuerat Chriſtū ipſum aſſe-
Mar.14. rentem, Triſtis eſt anima mea. Et nunc
Pſ.6. anima mea turbata eſt. Cui non contradiceret Apoſtolus, cū dicat. Poteſta-
2.Cor.10 tem non habemus in deſtructionem euangelij, ſed in ſanctificationem. Dicendum itaque morem eſſe ſcripturarum frequentiſſime, & animam & carnem pro homine toto accipere, Scriptū eſt enim, Et videbit omnis caro ſalutare
Luc 3. dei. Animæ egreſſæ de femore Iacob ſe
Gen 46. ptuaginta. Et nemo neſcit carnis & animæ vocibus, vniuerſum hominē ſignificari: nempe & totum pro parte, & partem pro toto vſurpari, elegans eſt locutionis tropus. Quod ſpiritū ſanctum reformationis humanæ ſacramētū operatū fuiſſe dixerit, non eò tēdit, vt tres illas diuinas perſonas ſeparatim agere itelligam⁹, ſed vt admirabilē hāc diuini verbi incarnationem, non alia ratione, quàm inæſtimabili charitate dei factam fuiſſe pro explorato habeatur. Ob id enim diuino ſpiritui eam adſcribit, cui amorem theologi appropriatè competere docent, quemadmodum potentiam patri, filio ſapientiam. Vocat autem ſpiritum ſanctum, *Spiritum ſanctitatis*, Hebraiſmo quodam, quē tamen ſequūtur ſapientes omnes. Quę enim eminenter aliquid habent, ſi ab eo denominari illa liceat, non ſignificātur nomine diminutiuo, ſed principali. Vnde linguam Hebraicam, quia excellenter ſanctum eſſe putant, non uocāt linguam ſanctam, ſed ſanctitatis. Hinc Heb.1.
legimus oleum exultationis, uirgam directionis, aquā refectionis, quod oleū Pſ.44. Pſ.22.
valde exhilaret, aqua reficiat, virga dirigat, Spiritus diuinus itaq;, ſpiritus ſanctitatis maximo iure dicitur, quoniam eſt ipſa ſanctitas ſanctiſſima, ſanctificatque omnes in Chriſtum Ieſum credentes.

Quod tertio aſſerit. *Ieſum Chriſtum factum eſſe ſecundum carnem ex ſemine Dauid.* Cautè intelligi oportet. Semen nāque matris eſt, non famellæ: Conſtat autem Ioſippum nequaquam agnouiſſe Mariam, quæ & virgo concepit, & virgo peperit. Primus nanque Adamus ille, ſine viro & ſine muliere plaſmatus eſt. Nos omnes, ex viro & muliere in lucem edimur. Eua ſine muliere ex viro cū ſopore ſe ſe dediſſet, miro quodā modo prodijt: conſentaneum fuit itaq;, vt ſine viro ex muliere naſceretur nou⁹ iſte Ἀνδρώπος, qui in cœlis patrem habet ſine matre, & in terris matrem ſine patre. Hac itaque ratione duntaxat. Ex ſemine factum, vel genitum fuiſſe Chriſtum Ieſum putate omnes: quoniā ex ſanguinibus virginis conceptus eſt, & his quidem puriſſimis. Hos autem ſanguines, & omnē carnem virginis ex ſemine parentum traxiſſe modo humano originem nemo dubitat. Vnde hoc eſt quod ſcholaſtici non aſpernandi dicunt. Ex ſemine genitum eſſe Chriſtū, non ſecundum rationem ſeminalem, ſed ſecundum corpulētam ſubſtantiā. Ex ſemine autem Dauid, quoniam Virgo erat de domo & familia Dauidica. Neq;.n. Ioſippo nupſiſſet, niſi fuiſſent ambo contribules, quoniam iuſti erāt.

Sequitur.

Sequitur. *Per quem accepimus gratiam & apoſtolatum, vt obediatur fidei in omnibus gentibus pro nomine eius*. Poſtquam enim Euangelium commendauit ab antiquitate, quia olim promiſſum, à cõditore, nempe quia illud & edidit, & in uulgauit Deus, non angelus, non homo; A ſubiecto, quoniã de filio Dei diſſerit. Nunc alia ratione ipſum extollit, quòd videlicet vbiq; terrarũ diſſeminandum, annunciandumque fuit: Lex vetus, vni tãtum populo conceſſa fuerat, Iudæę fines non exceſſit, at fauſtũ hoc euangelium, quoniam optimum, omnibus populis, & Scithis, & Thracibus prędicandum erat apoſtolorum voce, vt in fines orbis terræ potentiſſimum Chriſti Ieſu nomẽ propagaretur, quò vniuerſi homines ſalui fierent. Neq;
Act.4. enim eſt aliud nomen ſub cœlo, in quo oporteat nos ſaluos fieri, niſi nomen Ieſu, inquit Diuus Petrus. Hoc nanq; eſt, quod Dauid ille uatum eximius, di-
Pſ.18. xerat, In omnem terram exiuit ſonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum. Præteritum ponens vice futuri, prophetarum more, quod in Deo ipſo fienda iam facta ſint. Et tanquam facta conſpiciuntur, vt ſupra annotauimus ex Iſaia. Hoc itaque loco Paulus, non Euangelium modo, ſed & Chriſtum cõmendat à munificentia, quoniã omnibus gentibus, ditiſſimos ipſius ſui Euãgelij theſauros effundit quàm liberaliſſimè: nulli parcus eſt, omnibus benefi-
Rom.3. cus. An Iudæorum Deus tantum? non-
Rom.10. ne & Gẽtium? Idem enim eſt dominus
Rom.10. omnium, diues in omnes qui inuocãt illum. Quomodo autem inuocabunt, in quem non crediderunt? Quomodo autem credent, ſine prædicante? Fides enim ex auditu eſt. Quomodo autem prædicabunt niſi mittantur? Propterea ergo miſit apoſtolos ſuos in vniuerſum orbem, vt docerent omnes gentes obedire fidei, credere: quò credentes illũ inuocare, id eſt intus vocare poſſent, &
Ioel.2. inuocando ſaluari. Omnis enim qui inuocauerit nomen domini, ſaluus erit. Hoc eſt ergo quod tãgit Apoſtolus, fortaſſe non ſui ipſius tm̃, ſed omniũ apoſtolorum, qui Euangelium annunciarunt, vice loquens. *Per quem*, ſcilicet Ieſum Chriſtum, Dei & hominis filium. *Accepimus gratiam*. Vt crederemus ipſi, vt iuſtificaremur, vt gratificaremur. Ephe.1. Gratificauit enim nos in dilecto filio ſuo Deus omnipotens. *Et apoſtolatum*, vt alijs prædicaremus. Recte autem dicit *accepimus*, non ipſi comparauimus, accepimus tantum, dono dedit Deus omnipotens per Ieſum Chriſtum. *Et gratiam, & apoſtolatum*. Sed nonne & apoſtolatꝰ gratia eſt: ſanè gratia eſt, ſed non gratifica, & vnicè gratis data. Iudas nanque apoſtolus fuit, nec tamen apoſtolatus illum Deo gratum efficere potuit. Quo noui iſti Theologi perbelle refelluntur, qui ſummas hoſce ſanctæ eccleſiæ dignitates, peccatis letalibus prorſus ammitti exiſtimant. Is nanque verè apoſtolus fuit. Ego vos elegi Ioan.6. duodecim, (dicebat Chrs) & vnus ex vobis diabolus eſt. Vnde & Petrus illum fuiſſe Epiſcopũ ea concione, quam habuit coram omni eccleſia, pro deligendo altero, qui in illius album ſcri- Act.1. & beretur, teſtatus eſt. Oportet (inquit) Pſ.108. vt impleatur ſcriptura. Epiſcopatũ eius accipiat alter. Quem tamen perditiſſimæ vitæ fuiſſe nemo neſcit. Grãs ſiquidem gratis datas, non fugunt crimina, quoniam criminibus nõ aduerſantur, vti gratificæ. Cur antem, & quo fine Paulum, apoſtolico munere fecit Chrs inſignem, reliquos quoq; duo denarij 2.Cor.10 chori apoſtolos? *Vt obediatur fidei*. Hoc eſt quod alibi dicebat. In captiuitatem redigentes omnem intellectum in obſequium Chriſti, & in promptu habentes vlciſci omnem inobedientiam, cũ impleta fuerit veſtra obedientia. Propoſitum Chriſti, Pauli, & Apoſtolorũ erat, vt munitiones Græcorum, ſophiſmata, ſillogiſmi: Turres Iudæorum, animi peruicatiæ, atq; duritiæ prędicationum tubis corruerẽt, ſponteque Iudæi & Græci colla chr̃ianę fidei ſubijcerẽt; Non illi rationes, argumenta, ſapientiã quærerent: non hi ſigna de cœlo efflagitarent: vtriq; mox audito Euangelio obedirent, & crederent, & credentes iuncta fidei charitate operarentur. Neque enim obedimus Chriſtianæ fidei, ſi nuda tantum credulitate Chriſto inhęreamus. At ſi iacto fidei fundamento

ſuper-

ſuperedificemus aurum, argentum, & lapides pretioſos, propterea non dixit Paulus vt credat, *Sed vt obediatur fidei.* Fides autem vtrumque præcipit, vt credamus primum corde, oreque confiteamur, & deinde vt operemur. Ob id Paulus alibi inquit, In Chriſto Ieſu, neque
Gal.6. Circuncisio aliquid valet, neque præputium, ſed fides, non nuda, atque per charitatem operatur. Quo quid apertius ad illos conuellendos, qui vnam fidem extollunt, omnibus operibus reiectis? Non iã ergo inquit Apoſtolus, obediendum eſt legi o Iudęi: non Romanorum idololatriæ, o gentes, obediendum eſt fidei Ieſu Chri. Iam implendũ
Zach. 14. illud eſt, Ecce dominus vnus, & nomẽ eius vnum. Vnde ſubdit. *In omnibus gentibus.* Quod & fortaſſe addidit Paulus, vt Iudæos pungeret, ſi hac voce gẽtium, non etiam Iſrahelitę populi intelligantur. Sed hi tantũ, quos cõmuni vocabulo gentiles appellare conſueuim⁹; Inſinuans, longe maiorem vberioreq; fructum allaturas gẽtes quàm Iudęos. Ob idq; illos abijciendos, illas vero in Chriſti eccleſiam recipiendos. De Iudæis enim ſcriptum eſt. Tota die expãdi manus meas, ad populum non credẽ
Eſa.65. tem, ſed contradicentem mihi: De Gen
Ibidem. tibus autem. Inuentus ſum à non quęrentibus me, palam apparui his qui me non interrogabant. Quod vero dicit, *Pro nomine eius.* Ad illud refertur, Accepimus gratiam & apoſtolatum. Et ſenſus eſt, Vice Chri Ieſu munere fungimur apoſtolico. Aſcendens nanque
Ioan.20. ſuper cœlos Chriſtus Ieſus, apoſtolis vices ſuas commiſit, dicens. Sicut miſit me pater, & ego mitto vos. De Paulo
Act.9. quoque dixit Ananiæ: Vas electionis eſt mihi iſte, vt portet nomen meum coram regibus, & gẽtibus, & filijs Iſrael. Ob id quę Apoſtoli docuerũt, quaſi ab ipſo Chriſto Ieſu, cuius legatione fungebantur, non quaſi ab eis dicta & aſſerta ſint, nõ debeat ab auditoribus in dubium arguta curioſitate, vel irreligioſa temeritate reuocari, ſed pia mente credi atque ſuſcipi. Neque enim myſteria Chriſtianæ fidei cõpræhendi poſſunt ratione, ſed fide ſimplici tenenda ſunt; defendi poſſunt, quoniam demõ-

ſtrationis vim habere nequaquam valent. Argumentationes vniuerſæ, quæ contra ea à mundi ſapientibus adducũtur, vel topicæ ſunt, vel ſophiſticæ omnes, quoniam falſum demonſtrari non poteſt: verum ſiquidem eſſe oportet quod ſcit. Attamen rõnis humanę capacitatem excedunt, quæ diuina reuelatione docentur; propterea quia rationem ſuperant, demonſtrari non poſſunt: adeò vt à nonnullis credantur eſſe naturali cognitioni contraria, quod eſſe penitus impoſſibile, ipſa ratio naturalis oſtendit, quoniam uerum vero contrariari nequit. Quod optimè meditatus Paulus dicebat. Prope eſt verbum in corde tuo, hoc eſt verbum fidei Rom. 10.
quod prædicamus. Illa ergo particula, interpoſita eſt per parentheſim. (*Vt obediatur fidei in omnibus gentibus.*) vt litera ſic legatur. Per quẽ accepimus gratiã, & apoſtolatũ pro nomine eius, vt obediatur fidei in omnibus gentibus.

In quibus eſtis & vos vocati Ieſu Chriſti.

Quod verbum magna ratione adiectum eſt, ne tantum apoſtolum Romani arguerẽt temeritatis, quod ſuæ ipſorum vrbi, vbi iam Petrus apoſtolorum Princeps prædicaret, literas ipſe daret pro eis cõfirmandis, quos ſanctiſſimus ille, & conſtantiſſimus ſenex, Chri nomine & dignitate hęres, inſtituerat. Videbatur ſiquidẽ primo aſpectu, falcem in alienam meſſem mittere, & ĩ alterius labores introire. Nõ ita eſt Romani, nõ ita eſt. Apoſtolus ſum ego Rom. 10.
omnium gentium, inquit Paulus, qui operatus eſt Petro in apoſtolatu circuncisionis, operatus eſt & mihi inter gentes. Ille dignitate maior eſt, omnis apoſtolici collegij vertex; at euangelizandi munere, par eſt mihi: Et Roma vrã vrbs eſt gentium: ne quęſo itaque miremini, quod ad vos ipſe ſcribam, & quod alij tanto labore ſeminarunt, ipſe mettere velle videar. Qui ſub Moſeos pedagogia, inſtituti non fuere, apud eos omnes, Euangelicę prædicationis munus à Chro, non cum in terris moriturus viueret, ſed poſtquam ad cęlos triumphaturus, perhẽnĩ erq; regnaturus aſcendiſſet, eſt mihi demandatũ. In his, vel inter vos eſtis & uos.

Non

Non dicit, horum principes eſtis vos, ne Romanorum foueat inſolentiam, ſed inter hos eſtis & vos, nè cæteri inflato animo dominari deſiderent, tanquam qui cæteris ſint pares naturæ, non ſuperiores.

Eſtis autem vocati Ieſu Chriſti. O gratiã ſingularem. Non aſpernatus eſt veſtram tyrannidem: non idolorum cultum: non veri dei ignorationem, non ſceua bella, nec mores impudicos: non prophanos ritus. Vos quoque, vos inquam, qui omnium gentium ſeruiebatis erroribus, ad diſciplinã veritatis immẽſa ſua liberalitate vocauit. Quò eras Roma per diabolum tenacius illigata, eò per Chrm̃ es mirabilius abſoluta. Te, quę barbaras domuiſti nationes, indomita, iugo ſuauiſſimo dei filius edomuit. Altiſſimis Philoſophorũ, & Oratorum ſectis intumueras, ad humilẽ Chri Ieſu doctrinam es euocata. Gratiam, gratiam vocantis agnoſce Roma, qua de profundiſſimis errorum tenebris, ad euangelicam lucem conuerſa fuiſti. Nullo tuo opere id meruiſti Roma, sũmo ſupplicio digna eras, ſed miſericordiam conſequuta es. Non vltrò adijſti Chrm̃, ipſe te acciuit; nihil eſt tua virtute actum: gratis te euocauit Deus, donum eſt, non merces, gratia non præmium hæc diuina vocatio. Vocauit autem, non modo per Iudęos illos, qui ad vrbem vrãm prædicaturi acceſſerant, atque per Petrum Apoſtolorum principem, ſed & vocauit ipſe: interius vris ſpiritalibus auribus neſcio quid inſuſurrans. Neque enim prę conum voces quicquam efficiunt, quãtumuis viuę, & efficaces, niſi cordibus inſonet diuinum ſuſurrium, de quo di-

Iob 4. citur. Quaſi furtiuè ſuſcepit auris mea venas ſuſurrij eius. Nrm̃ eſt circumuagari, & euangelium prædicare, at Dei audientibus perſuadere. Hac ergo duplici vocatione vocati eſtis. ò Romani, interiore, ſcilicet & exteriore. Notandus eſt autem loquutionis modus.

Eſtis vocati Ieſu Chriſti Sicut enim inclitæ Venetiarum vrbis, patres illi primores, Rogati, ſine vllo appoſito dicũtur, quo etiam modo qui ad auxillum Rei bellicę tanquam amici acceſſebantur, à Romanis, euocati dicebantur; ita qui ad Rempublicam Chriſtianam vocantur, vt illius ſint membra, ſine adiecto alio, *Vocati Chriſti Ieſu*, ab Apoſtolo appellantur.

Vide autem quàm aſſidue inculcat vocationis nomen; Paulus ſeruus Ieſu Chri, vocatus apoſtolus. Eſtis & vos vocati: Et infra. Vocatis ſanctis, volẽs ſcilicet nos admonere diuinæ beneficẽtiæ. Neque enim ad Chrm̃ accedere poſſet quis, niſi vocatus, non modo exterius, ſed interius à Chro. Solem ſine ſole non videmus, ad Chrm̃ ſine Chro non accedimus. Non vos (inquit) me elegi- Ioan. 15.

ſtis, ſed ego elegi vos. Vnde hi ſunt gradus, quibus ad ſupernam illam Hieruſalem aſcendimus. Primus eſt, diuina vocatio, quæ eſt ſignum æternum Eph. 1.

illius electionis, de quo dicitur, Elegit nos in ipſo ante mundi cõſtitutionem. Secundus eſt, nræ mentis ſpontaneus aſſenſus, atque fides. Qua vocanti liberè credimus. Tertius, Charitas, quę eſt fidei forma. Quartus eſt, bona voluntas, atq. propoſitum bene opandi ſi tẽpus adſit. Quintus, ~~eſt bene opari~~: Sextus eſt perſeuerantia. Quj hos ſex gradus ſcandere poteſt, & ſeptimum facilè conſcendet æternæ felicitatis. Initiũ ergo ſalutis eſt, gratuita dei vocatio: Nimirum itaq;, ſi ab illa magè penes Paulum hunc diuinæ gratiæ præconem uocaliſſimum, chriſticolę nomẽ accipiũt. Hactenus perſonam ſalutantem, illius munera, munerũq; dignitatem, habetis. Audite nunc quibus ſalutem dicit. & quam ſalutem præcatur illis.

Omnibus qui ſunt Romæ, Dilectis Dei vocatis ſanctis. Gratia vobis & pax à Deo patre noſtro, & domino Ieſu Chriſto. O quàm alienus eſt ab omni aſſentatione Paulus apoſtolus. Non patritijs primum, & viris conſularibus ſalutem dicit, poſtea plebeculæ & pauperibus, promiſcuè reiecta omnium graduum differẽtia, *Omnibus* (inquit.) *Qui ſunt Romæ*, dilectis à Deo. *Vocatisque ſanctis*, omnibus inquam Chriſti Ieſu fidelibus. (neque enim ad infideles qui Romæ erant, hęc ipſa Epiſtola dirigitur. Quid enim mihi de his qui foris ſunt iudicare?) gratiam 1.Cor.5.

opto, pariter atque pacem. Apud Deũ nanque,

Gal 3. namque non eſt perſonarum, horum
ſcilicet graduum temporaliũ reſpectus
vel exceptio. Non eſt apud Deum ſer-
uus & liber, mas vel fœmina, idiota
vel nobilis, Iudæus vel gentilis, barba-
rus vel ſcitha, diues vel pauper, ille gra
tior, qui melior, non qui potentior.
Terrenas haſce conditiones non aſpi-
cit omnipotens, omnes ipſe paris fecit
Sap. 6. honoris, nihil ſerui ex ſeruitute, damni
expectent, nihil lucri nobiles ex in-
genuitate, paruum & magnum ipſe fe-
cit, & æqualiter eſt illi cura de omni-
bus. Extremæ ergo impietatis fuerit,
ob res terrenas, in cæleſtibus diſcerne-
re homines, quos Deus voluit eſſe
pares. Vnã itaque merito Apoſtolus,
omnium prædicatorum magiſter, ęquã
& parem omnibus ſalutationem trãſ-
mittit. Attende autem Apoſtolica ver-
ba. *Omnibus dilectis Dei.* Qui Chriſtia-
1. Ioan. 4. no nomine cenſentur, omnes, vocat di-
lectos Dei: Cur? vt ad diligendũ Deũ
prouocentur. Diligatis dominum, qm̃
ipſe prior dilexit nos. Cur? Non enim
eſt certum, an omnes Deum diligant,
qui Chriſtiani ſunt, ſed certũ eſt quod
omnes diliguntur à Deo. Non autem
exiguum dilectionis ſignum eſt, quod
fecerit nos naſci ex Chriſtianis, nõ ex
Turcis, aut Iudæis. Cur? Vt intelligãt
omnes, hunc eſſe omnium bonorum
fontem, diuinam ſcilicet dilectionem,
non qua Deum diligimus, ſed qua à
Deo diligimur. Non eſt magna felici-
tas amare principem, ſed amari à prin-
cipe; vt ergo feliciſſimos ſignificet eſſe
Chr̃m colentes, appellat eos dilectos
dei. Quid enim mali euenire poteſt his
qui à Deo diliguntur, cum ille etiã ma-
la omnia vertat in bonũ? At principes
diliguntur quandoque, non diligunt,
Ibidem. Deus diligit omnes qui eum diligunt.
Neque enim diligimus, niſi primum
Sap. 2. dilecti. In hoc inquit eſt charitas Dei,
non quod nos dilexerimus Deum, ſed
quoniam ipſe prior dilexit nos. Ne au-
tem generale quidpiã intelligeres hoc
ipſa dilectionis voce, qua de ſcribitur,
Diligit omnia quæ ſunt, & nihil odit eo
rum quæ fecit. Neque enim odit Deus
Mauros, Teucros, aut Iudęos, quod ip
ſe in eis non fecit, odio habet, nempè
impietatem: at ipſos quos fecit, qua ra-
tione fieri poteſt, vt non diligat modo,
ſed amet? Propterea addit. *Dilectis Dei
vocatis ſanctis.* Hæc ipſa eſt dilectionis
ratio, qua Chr̃m Ieſum piè colentes
proſequitur Deus; nempè ita diligit
ſingulos, vt omnes velit eſſe ſanctos: ne
mini quoque deeſt, quò minus vnuſ-
quisque iuſtus efficiatur, & ſanctus,
modo ipſi diuinæ opi deeſſe nõ volue-
rint. Eorum culpa eſt, ſi ſancti nõ eua-
dunt, quoniam diuinæ gratiæ pertina-
ciſſimo reſiſtunt liberæ voluntatis arbi
trio. Ipſe enim quos ad Chr̃i Ieſu Euan
gelion euocat, vocat vt ſint ſancti, non
quia ſancti eſſent vocantur à Deo, ſed
nec, quia ſancti futuri eſſent: at ideo vo
cantur, vt ſancti euadant. Dilectio ita-
que vocationem præcedit, & uocatio
ſanctitatem. Non vocantur niſi dilecti,
non ſunt ſancti niſi vocati, quoniam vo
catio initium eſt ſanctificationis, & dile
ctio cauſa vocationis. Nemo verò di-
cat, hæc verba *Dilectis Dei vocatis ſan-
ctis*, contrahere ly omnibus, vt ſenſus
ſit, non omnibus Chr̃ianis, ſed tantum
prædeſtinatis directam eſſe epiſtolam:
Nam quis ſcit ſe eſſe prædeſtinatum?
Nemo, nemo igitur eam legiſſet. Dicen
dum ergo eſt, quod omnibus Chr̃ianis
directa fuit, & omnes ille pro prædeſti
natis habuerit, & omnes item præde-
ſtinatos eſſe piè diuina gratia credebat,
vt verè credere quisque oportet.

Attendite queſo pręterea hoc in loco
piam tanti Apoſtoli mentem, ſciebat
ex Chr̃ianis qui Romę erant, plerosq;
in agro dominico, inter ſanctas segetes
ſeminaſſe Zizania, & anſam dediſſe tã-
tæ ſeditioni, quæ in animarum multa-
rum pernitiem, heù nimium increue-
rat: omnes tamen Chr̃ianos indiſcrimi
natim, pius Apoſtolus exiſtimat eſſe à
Deo dilectos, vocatos, vt ſint ſancti,
hoc nimirum eſt, prædeſtinatos. Diſci-
te, diſcite à Paulo piè de omnibus iudi
care, neminem putate à Deo derelictũ,
præter paucos illos quos ſcriptura ſa- *Eccl. 7.*
cra commemorat, Pharaonem, Eſau,
de quibus illud nimium verè dicitur.
Conſidera & vide opera Dei, quia ne-
mo poteſt corrigere, quem ille deſpexe
rit. Adeſte, adeſte omnes qui doceris,

aſciuiſſe

aſciuiſſe ſibi paucos quoſdam Deum, q
prædeſtinati dicuntur: illosq́; ſaluatos
iri, cæteros omnes reprobatos eſſe, &
æterno interitui emancipatos, etiam
citra eorum culpam, vna duntaxat Dei
voluntate & placito. En noſter Paulus,
omnes qui Chr̄o credunt, arbitratur
vocatos eſſe vt ſint ſancti. Hæc autem
vocatio, prædeſtinationis diuinæ effe-
ctus eſt: neminem itaque credit diuina
ope deſtitutum. Quos enim reproba-
uit, non vocat vt ſint ſancti: ad gratias
gratis datas vocat quidē & promouet,
ſed ad ſanctitatem abſit vt quempiam
vocet quem odio habuerit. Putate,
putate ergo Deum velle omnium & ſin
gulorum qui ſacro Chr̄i Ieſu lauacro
ſunt regenerati, ſalutem & gloriam: Et
propterea vocare omnes vt ſint ſancti:
ſed eorum vitio euenire, vt quemad-
modum ſunt vocati; non ſint etiam &
electi: Multi (inquit Chr̄s) ſunt vocati,
Matt. 20. pauci autem electi: Quod vocati ſint
multi, diuinæ eſt gratiæ, quod non om
nes vocati ſint electi, humanæ liberta-
tis; quoniam diuinam vocem plerique
Pſ. 57. obaudiunt, volūtaria ſurditate, de qui-
bus dicitur. Furor illis ſecundum ſimi-
litudinem ſerpentis, ſicut aſpidis ſurdę
obturantis aures ſuas, quæ non exau-
Eph. 4. diet vocem incantantium, & venefici
incantantis ſapienter. Ob id non citra
myſterium hortatur Apoſtolus, Ambu-
Pſ. 94. letis dignè in vocatione qua vocauit
vos Deus; Et Pſaltes. Si vocem eius au
Pro. 1. dieritis, nolite obdurare corda veſtra.
Neque gratis conqueritur omnipotēs,
Vocaui & renuiſtis, extendi manum
meam, & non fuit qui aſpiceret me. Et
Eſa. 65. Dei verbum caro factum. Tota die ex-
pandi manus meas, ad populum non
credentem, ſed contradicentem mihi.
O vtinam, non plerique Deum obau-
Apo. 3. dirent. Ego ſto inqt dominus ad oſtiū,
nempe cordis interius, nobis neſcio
quid inſuſurrans, & pulſo, non ſemel,
neque bis tantum. Aperi mihi, ſiquis
aperuerit, & audierit vocem meam,
intrabo ad illum, & cenabo cum illo, &
ipſe mecum. O ampla præmia. O opi-
param cęnam, quæ proculdubio citra
rationē promitteretur, niſi nos à Deo
vocante, noſtro libero arbitrio, (heu ni-

mium libero) reſilire poſſemus. Quid
enim præmij promęremur, ſi neceſſi-
tāte Deo paremus, non voluntate? Au-
di, Audi quid dicat Iobus ille de quibuſ
dam. Dixerunt Deo, recede à nobis, viā *Iob. 21.*
ſcientiarum tuarum nolumus. Hi ergo
vocantur quidem, & vocantur vt ſint
ſancti: Sed id ad quod vocati ſunt, ſuo
ipſorum vitio non aſſequuntur. Vnde *Matt. 23.*
illud, Volui congregare filios tuos ſub
alas & noluiſti. Magna itaque ratione
Apoſtolus; vocatos omnes chriſticolas
inquit fuiſſe, vt ſint ſancti. Hic enim eſt
ſenſus verbi illius. *Vocatis ſanctis.* Poſ-
ſunt tamen & ſeparatim legi. *Vocatis,*
ſanctis. Mos nanque eſt ſcripturæ ſa-
crę, & pręcipuus apoſtoli huius, fideles
omnes, ſanctos appellare, etiam viuen-
tes. Cum homine ſancto aſſiduus eſto. *Eccl. 37.*
Ora pro nobis, quia mulier ſancta es. *Iudith. 8.*
Paulus apoſtolus Eccleſię quæ eſt Co- *1. Cor 1.*
rinthi, cum omnibus ſanctis, qui ſunt *Ad Philemonem.*
in vniuerſa Achaia. Paulus & Timo-
thęus omnibus ſanctis qui ſunt ī Chr̄o
Ieſu, cū Epiſcopis & Diaconibus. Pau- *Coloſſ. 1.*
lus apoſtolus his, qui ſunt Coloſſis ſan
ctis & fidelibus. Mihi omnium ſancto- *Eph. 3.*
rum minimo. Sanctum latinis quādo-
que ſonat execrabile, neq; procul à ſcri
ptura ſacra. Nā Geneſis trigeſimo octa- *Gen 38.*
uo, meretrix appellatur ſancta, vt ſcili-
cet ſit locutio per antiphraſim Ita quo-
que ſacrum accipitur pro immundo &
contaminato, vt Auri ſacra fames. Sed
communiter ſanctum, purum dicitur
& immaculatū αγιον, vel αγιους. Itē et
inuiolabilia, veneranda, & firma, dicū
tur ſancta. Vnde populus Iſrael dicitur
ſanctus, ſacerdotes, templa, vaſa, quia
dedicata Deo, & quaſi participantia di
uinos honores, quæ violare, aut tange-
re nefas erat. Vnde mirandum eſt,
& valde mirandum, cur qui ſacrā ſcri-
pturam, & præcipuè Paulinam theo-
logiam profitentur, & Paulum om-
nium errorum aſylum conſtituūt, tam
vehementer detractent ſanctiſſimum
ſummi ſacerdotis nr̄i Romani Pontifi-
cis nomen. Si nanque Paulus fideles
omnes, ſanctos appellat. Cur non Epi-
ſcopi qui præſunt ſanctiores? Summus
Pontifex, qui & Epiſcopis eminet, ſan-
ctiſſimus dici debet? Hinc Leoni Pa-

pæ Primo, in Concilio acclamatũ eſt, Viuat Leo Sanctiſſimus & Oecumenicus. Diuus ille Hieronimus, ab omni adulatione prorſus alieniſſimus, cum ad Damaſum Põtificem ſcriberet. Beatiſſimo (inquit) Papæ Damaſo. &c. Hac autem ſanctitatis appellatione, vtuntur ſacræ literę, quod præter Chriſtianos, Euangelion gentes omnes appellet immundas: Et in teſtamento veteri, præter Iudęos, quibus vnis data lex fuerat, idola colerent, vniuerſi populi, dicerenturque ob id in opprobrium, canes, & incircuncisi.

Sed ſi Romanos omnes, Apoſtolus arbitratur eſſe abs Deo dilectos, & vocatos, atque ſanctos, quomodo illis gratiã optat? Iam in diuina gratia conſtituti ſunt, qui à Deo diliguntur. Præcatur eis gratiam ſubſequentẽ, atque cooperantem. Oportet enim ſemper orare, *Luc.18.* Ne proiicias nos in tempore ſenectu- *Pſ.70.* tis. Cum defecerit virtus mea, ne dere- *Pſ.58.* linquas nos domine. Miſericordia dñi *Matt.6.* præueniet me, & ſubſequatur me omnibus diebus vitæ meæ. Et ne nos inducas in tentationem. Idcirco Eccleſia orat. Tua nos domine gratia præueniat, & ſequatur. Actiones noſtras quę ſumus domine aſpirando præueni, & adiuuando proſequere, vt cuncta noſtra oratio & operatio, à te ſemper incipiat, & per te cępta finiatur. Sicut enĩ non niſi Deo ſpirante bene volumus, ita non niſi ipſo adiuuante perficim^9^. Deus enim (inquit) operatur in nobis *Philip.2.* & velle & perficere, non tamen ſine *1.Cor.15* nobis. Gratia Dei mecum, dicit Apoſtolus: & iterum. Veſtram ſalutem operamini. Ob id præcabatur Pſaltes. Fiat *Philip.2.* manus tua ſuper virum dexteræ tuę, & *Pſ.79.* ſuper filium hominis quem confirmaſti tibi, & non diſcedimus à te: ne 'des fruſtra in commotionem pedem meũ. Non tradas me à deſiderio meo pecca- *Pſal 139.* tori. Multis enim data eſt gratia, quibus non data eſt perſeuerantia. Hoc ergo optat Romanis Paulus, vt quemadmodum Deus fecerat vt increduli crederent, ageret vt credentes, perſeuerarent, qui præuenerat vt conuerterentur ad Chriſtum. Subſequeretur, ne auerterentur à Chriſto. Nanq; & poſt acceptam gratiam gratificantem, nos Deo patri per Ieſum Chriſtum, indigemus adhuc diuino auxilio, quò continenter regamur & protegamur, ne à ſemel accepta gratia, malè viuentes excidamus. Cuius ratio eſt duplex, & generalis, & particularis. Generalis, quidem, quoniam nulla creatura, in quem uis actum, niſi à Deo moueantur omnes, ob id quod prima omnium cauſa eſt prodire, valet: neque enim ſecundæ cauſæ mouent, niſi à prima mouerantur. Particularis vero, quoniam natura hominis, licet gratia gratifica ſanetur quo ad mentem, nihil minus in huius vitæ ſtatu, eſt ſemper in homine corrũptio & infectio quædam: quo ad carnem, fomes illi & lex membrorum per quam ſeruit legi peccati, & quod non vult malum agit, vt dicit Apoſtolus. Remanet etiam in intellectu quę- *Rom.7.* dam obſcuritas ignorationis, ſecundũ quam dicitur, Quid oremus, ſicut oportet, neſcimus. Pleruṁque enim expe- *Rom.8.* dientia nobis, nos ipſi declinamus, petimusq; noxia. Cum enim nec nos ipſos pfectè cognoſcere valeamus, ni mirum, ſi quid nobis conducat, ignoramus. Vnde illud eſt, Cogitationes mortalium timidę, & incertæ prouidentiæ *Sap.9.* noſtræ. Propter hæc itaque opus eſt, vt in cunctis ad Deum recurramus, qui nos ſua manu ſuſtentet & dirigat, ac protegat, quoniã omnia ipſe nouit, & poteſt: aliter enim, liberum noſtrum arbitrium, inter tot impedimenta occurrentia, infirmitatem carnis, obſcuritatem intellectus, abduceret à gratia, tollẽdo ſcilicet vſum gratiæ, & trahẽdo ad infirma carnis. Facilis nanq, deſcẽſus auerni, ſed reuocare gradum, ſuperasque euadere ad auras, hoc opus, hic labor eſt. Quia ergo ſicut non aſcendimus, niſi Deo nos ſurſum agente, ita nõ diſcedimus, niſi permittente Deo. Orãdum eſt, ne permittat. Ita enim fit, vt nemo audeat ſibi quicquam arrogare. Ob id Paulus dicit. Qui ſe exiſti- *1.Cor.10* mat ſtare, videat ne cadat. Noli extol- *Rom.11.* li ſed time. Ex Deo enim eſt quod ſta- *Rom 14.* mus, ex nobis quod cadimus. Ita nãq; *Ibidem.* dicit Paulus, Voluntati enim Dei ſtat q ſtat; & iterum. Potens eſt Deus ſtatuere illum;

Illum; Et Deus optimus maximus per
Hier.32. prophetam. Timorem meum dabo in
corde eorum, ne recedant à me.
Non modo autem gratiam præcatur
Romanis, ſed & pacem. *Gratia* (inquit)
& pax. Maximè enim pace indigebant
Romani, quorum ſeditiones & odia,
iam iam formidabile bellum excitarāt.
Fortaſſis autem, pacem illam Romanis
exoptat, cuius intuitu bellamur omnes
hoc in agone conſtituti. Pacem ſcilicet
illam perhennē ſupernę patriæ, de qua
Eſa.32. dicit. Sedebit populus meus in pulchri
tudine pacis, & in requie opulenta.
Gratia & Pax. Gratia ſecundum com-
munem loquendi modum, tria ſignifi-
care ſolet & tripliciter ſumi. Primo enī,
ſignificat fauorē, vel dilectionem tantū
alicuius, vt cum dicimus, hic habet gra
tiam Cæſaris, ideſt Cæſar diligit eum.
Secundo, ſumitur pro dono aliquo gra-
tis donato, vt cum dicimus, facio tibi
hanc gratiam. Tertio, pro recompenſa
tione beneficij accepti, ſecūdum quod
dicimus agere gratias. Secundum pen
det ex primo, tertium ex ſecundo. Nam
ex amore donamus, ex donis autem
gratiarum actio naſcitur. *Gratia & Pax.*
Primum autem gratiam, deinde pacē,
quoniā qui in Dei gratiam receptus nō
fuerit, pace vera nequaquam frui po-
Eſa.48. teſt. Non enim eſt pax impijs, inquit
Hier.6. Dn̄s. Dicebant pax pax, ait Vates il-
le egregius Hieremias, & non eſt pax.
Cum dixerint gaudium, & pax, & ſecu
ritas, inquit Paulus. repentinus eis ſu-
1.Theſ.5. perueniet interitus. Quo pacto bone
Deus, in pace degere poſſunt impij, q̄
cum conſcientia ſemper bella gerunt;
& cum hoſtes non habeant, ſecum
certant?
*A Deo patre noſtro, & domino Ieſu Chri-
ſto.* O miram verborum energiam. Si
Deus eſt, ſcit. ſi Pater eſt, vult. Si Do-
minus eſt, poteſt. Si Noſter eſt, omnino
efficiet, vt gratiæ compotes, pace ſpiri-
tali, & hic & in futurum perfruamur,
modo nos illi non videat pertinaciter
aduerſantes. Si Ieſus eſt, ideſt Saluator,
gratiam quomodo non elargietur vt
ſaluari valeamus? Si Chr̄s eſt, ideſt ſi
unctus eſt, quomodo non effundet in
nos omnes oleum miſericordiæ & pa-
cis, cuius ſymbolum eſt olea? Quem er
go ſupra, filium Dei appellauit ſecūdū
ſpūm ſanctitatis, Ieſum Chriſtū, nunc
eundem dicit, deum patrem, & domi-
num. Vt intelligas, quoniam non eſt
niſi vnus Deus. Licet nanque Deus
generet Deum, non ſunt tamen duo
Dij, duo Diui, duæ perſonæ diuinæ
vtique vnus tamen, & non plures Dij.
Non incaſſum autem tot nominibus ap
pellat *Chriſtum Ieſum, Deum, Patrem,
Dominum, & Noſtrum.* Vt diſcas eum re
uereri tanquam Deum, metuere tanq̄
dominum, diligere tanquam patrem,
zelare tanquam nr̄m. O quantum inua
luit diuinæ gratia charitatis, nos homū
tiones, Deum verum & viuum, ſumus
in dominum & patrem nacti: non id
vmquam merueramus antequā fieret,
diuina charitate factum eſt. Dilectio
enim gratiam; gratia pacem diuinam
nobis eſt elargita. Vnde cum primum
cœli aperti ſunt, & diluuium illud ſa-
crum factum eſt, quo ad nos gratiarū
imbres ruere cęperunt, cecinerūt ange
lorum chori, In terra pax. Luc.2.
*Primum quidem gratias ago deo meo per
Ieſum Chriſtum pro omnibus vobis; quoniā
fides veſtra annunciatur in vniuerſo mūdo.*
O fœlix exordiū, verè beatiſſimo huic
Apoſtolo conueniens & decorū, quo
docemur omnium bonorum decimas,
hoc eſt ſummam omnem, quam in no-
bis, vel in alijs virtutum & gratiarum eſ
ſe cognoſcimus, Deo optimo maximo
perſoluere & referre. Quid melius,
aut corde gerimus; aut promimus ore
quàm Deo gratias? Hinc Eccleſia om-
nia officia complet in hanc vocem, Deo
gratias. Nihil eſt, quod illi diſpliceat ma
gis, īgratis animis. Nihil item eſt, quod
illum oblectet æque, ac hominum grati
tudo. Hinc Apoſtolus hortatur. In om-
nibus gratias agite. Propter quod pius
ille & ſanctiſſimus pater Auguſtinus. 1.Theſ.5.
Gratias (inquit) tibi in omnibus agere
debeo domine, in proſperis, quia con-
ſolaſti: in aduerſis, quia caſtigaſti: anteq̄
eſſem, quia me feciſti: cum eſſem, quia
ſalutem dediſti: cum peccaſſem, quia
indulſiſti: cum in periculo eſſem, quia
adiuuiſti, cum perſeueraſſem, quia co-
ronaſti. A gratiarum actione ergo, bo-

nus magiſter;qui primũ facit quod do-
cuit, Epiſtolæ ſeriem & tractatum eſt
exorſus, vtpotè qui primitias Deo offe
rendas eſſe frugum omnium, apprimè
nouiſſet legem edoctus. Captat itaque
hac gratiarum actione, beneuolentiam
Romanorũ. Sed quid eſt hoc, pro quo
gratias agit? Magnum profectũ & ad-
mirabile donum, ingens & memorabi-
lis gratia, communi omnium Chriſtia-
norum exultatione veneranda. Quæ
nam? Roma, vniuerſi ordinis Impera-
trix & domina, cuius nomen vbiq; ter
rarum latiſſimè, & magna cum gloria
celebrabatur, quæ multis aucta victo-
rijs imperij ſui iura, terra, marique di-
ſtenderat, olim furebat in Chriſtianos
omnes, nunc chriſtianam fidem profi-
tetur, & colit, prędicante Petro, qui ma
gna ratione apoſtolici ordinis ſenato-
rum primus, ad arcem fuerat deſtinat⁹
imperii, inuictæ crucis tropheum, ſup-
plicium miſerorũ olim, modo nobile
ſignum imperij amplectitur, adorat,
Chr̃ianiq; nominis ſuſcipit dignitatẽ.
Quo fit, vt crucifixi virtute, in dei gra-
tiam recipiatur, quam olim infamis
ſculptilium Deorum cultus, reddide-
rat inimicam. Vniuerſas demum om-
nis orbis regiones, tantæ mutationis,
quam fecit dextera excelſi, publica fa-
ma peruolat, quæ etiam vires acquirit
eundo, placet compluribus Romano-
rum exempla ſectari, quorum antea, vt
parerent imperio, in Chr̃i aſſeclas tan-
to furore graſſabantur. O magna ergo
exultationis materies, & quod Chr̃i iu
go Roma colla ſubdiderit, & quod ad
extremas & barbaras nationes, cum tã
ta Chr̃i gloria iam hæc fama peruene-
rit. Hęc itaque duo ſunt, pro quibus ſe
ſe continenter, Romanorum vice, Deo
gratias agere dicit Apoſtolus, quibus
Romanos omnes ſibi maxime conci-
liat, redditque in rethoris modum be-
neuolos cæleſti illa, & melliflua lingua:
ſignificans velle ſe ſe Deo optimo maxi
mo præcipua hac ratione perpetuo te-
neri: quod tantam vrbem, in orbis ver
tice ſitam, ad extremũ miſeratus, ſum-
ma illa bonitate, de tenebris ad hanc lu
cem deduxerit, & ex maxima peccato-
rum colluuie, ad tantæ dignitatis faſti-
gium inſperato prouexerit.

Fides veſtra annunciatur. Olim prenũ
ciata, nunc autem annunciatur. Cum
Chr̃s venturus eſſet, prænunciabatur,
cum venit, annunciatur. Prædixerunt
Prophetæ fidem gentium. Apoſtoli
gratulantur impletum: de futuro eſt ꝓ-
miſſio, de præterito gratiarum actio.
Eſt autem hiperbola in apoſtolicis ver-
bis. *Fides* (inquit) *veſtra annunciatur in
vniuerſo mundo*. Cuiuſmodi & in loco
illo Euangelij. Et videbit omnis caro, *Eſa.40.*
quod os domini locutum eſt. Et alibi,
Exibat ad Ioannem omnis Hieroſoly- *Marc. 6.*
ma, & omnis Iudea. Et iterũ, Totus mũ
dus vadit poſt ipſum. Per hiperbolem
dicitur, Romam toti orbi imperaſſe. *Ioan.12.*
Eſt ergo & hiperbola, cum dicitur, eo-
rum fidem fama omnes peruaſiſſe ter-
ras & regiones. Magno autem myſte-
rio diuiniloquus hic apoſtolus, Roma-
nos demulcet laudib⁹ hiſce, ut quę gra
uia mox illis obiecerit, leuius ferãt. Fer
ro enim rigidæ increpationis vulnus &
plaga tumens, reſecanda erant, vt cõua
leſcerent. Debuit ergo ſapientiſſimus
hic medicus, eos antea leuiſſima manu
palpare, & oleo inungere lenitatis.
Attende autem, quod non Romanorũ
virtutibus, iuſtitiæ, prudentiæ, religio
ni, magnanimitati gratulatur, ſed vni-
cæ fidei, quoniam omne quod non *Rom. 14.*
eſt ex fide, peccatum eſt. Multæ procul
dubio fuerunt Romanorum virtutes,
quibus orbis imperium promeruere
præceteris, quamuis ſupra hominum
vires ſit certo examine, merita iudica-
re. Rregnorũ Deorũ reuerentia in pri-
mis. Qui enim ad templa confugiſ-
ſent, ipſis vrbes debellantibus ſeruabã
tur illeſi. O ſæcula noſtra. O mores ꝑ-
ditiſſimos. O neglectam religionem.
Clementia & benignitas animorum:
accepta enim iniuria ignoſcere male-
bant, quàm perſequi. Vnde illud in
Prouerbio erat. Parcere ſubiectis, &
debellare ſupbos. Iuſiurãdi inuiolabi-
lis religio. Notiſſimũ enim eſt exemplũ
Marci Reguli, qui ne fedifragus habe
retur, ad hoſtes reuerſus eſt, & occiſus
ab eis. Equitas incorrupta iudiciorũ.
Non enim ab re Paulus Apoſtolus Ro
mam appellauit, dicens, Ad Cæſarem

Act.25. ſto. Ibi oportet me iudicari: non enim
eſt conſuetudo Romanis, damnare ali-
quem hominem inauditũ. Amor Rei-
publicæ, quo etiam permoti primores
illi, qui de tot gentibus triumpharunt,
tanquam ciues priuati ſe ſe gerentes,
nullus eorum purpura induebatur, nec
2.Mach.2 diademate inſignis erat. Ob id enim
Iudas Machabæus, ſi ſacris literis cre-
dit pōt, Romanis voluit ſacro fędere
colligari. Veruntamen ad cæleſtem il-
lam gloriam conſequendam, inania
erant hæc omnia, quoniam ſuper are-
nam, & non ſuper petram Chrianæ ſo-
liditatis initebatur omnis eorum ſtru-
ctura. Fidem itaque Apoſtolus dunta-
xat extollit hoc in loco, quod illa ſit ba-
ſis omnis uerę uirtutis. Cum enim uir
tutibus boni fiamus, boni vero Deo
nō placere non poſſint, qui eſt verè bo
nus, quo pacto fieri pōt, vt ſine fide ſi-
mus veris, perfectisq; præditi virtuti-
bus? Si ſcriptum eſt, Sine fide impoſſibi
Heb.1. le eſt placere Deo? Non fuerunt pecca-
ta mortalia fateor præclara illa Roma-
norum quæ celebrantur facinora, neq;
peccata mortalia ſunt omnium infide-
lium omnia opera: hoc enim eſt in quo
potiſſimè, à nouis iſtis Theologis diſſi-
demus: at omnino à vera virtute aliquo
modo deficiunt cuncta, quorum fun-
damentum non eſt Chri fides. Quæ ta
men ex infidelitate, tanquam ex radi-
ce proficiſcuntur, non defectus modo,
Tit.1. ſed peccata letalia ſunt. Coinquina-
tis enim & infidelibus, nihil eſt mun-
dum, ſed inquinatæ ſunt eorum mens
& conſcientia: vt intelligas differẽ
hęc. Non eſſe ex fide, & eſſe contra fi-
dem. In his quæ non ſunt ex fide, defi
cimus: in his quæ contra fidem, verè
peccamus, in illis non meremur niſi tē
poralia quæquæ, in his verè demere-
mur. Magna ergo ratione gratulandū
Romanis erat, poſtquam in Chriſtum
Dei filium credidiſſent, quoniam qui
vmbras virtutum hactenus habuerūt,
veris virtutibus de cætero, ſi vellent,
facilè illuſtrari poſſent. Nimirum autē,
Eph.2. ſi gratias agit Deo Apoſtolus, quoniam
Dei donum eſt fides, & non ex no-
bis, ne quis glorietur: niſi enim Chrs
ad nos cōmigraſſet, niſi ad nos habuiſ-
ſet ſermonem, uocaſſetque, nunquam
ipſi paruiſſet quiſpiam. Qui enim ſunt
credituri, niſi qui audiunt? Qui etiam
audiunt exterius, niſi interius mouean
tur, aduocenturq; à Deo vt fidei myſte
ria diuino munere intelligant & cre-
dant, nequaquam credent. De quibus
dicitur. Quis ſuſcitauit ab oriente iu- Eſa.46.
ſtum, & vocauit eum ut ſequeretur ſe?
De his nanque quæ myſteria fidei tan-
gunt, verum eſt quod Apoſtolus dixit.
Non ſumus ſufficientes cogitare aliqd
ex nobis, tanquam ex nobis, ſed ſuffi-
cientia nra ex Deo eſt. Non incaſſum 2.Cor.3.
autem addidit, à nobis quaſi, ex no-
bis, ne libertatem arbitrij tollere vide-
retur. Perinde enim eſt, ac ſi diceret,
nrum eſt credere. Quis enim ad fidē
quempiam nolētem cogit, vel inuitū?
Eſt enim libera hominum voluntas, vt
credere poſſint & non credere. Aliqd
ergo agimus cum credimus: libere enī
myſterijs fidei aſſentimur, ſed & hoc ip
ſum quod facimus, nō eſt ex nobis, ſed
à Deo, qui hoc ipſum poſſe, uocādo, tra
hendoque confert hominibus, de qui-
bus dicitur. Nemo venit ad me, niſi pa
ter meus traxerit eum. Libertatem er Ioan.6.
go arbitrij defendit cum dicit, à nobis,
diuinam quoque gratiam commēdat,
cum addit, non quaſi ex nobis: Quod
& perbellè inſinuauit Chrs Ieſus. Cū
enim dixiſſet, Nemo venit ad me, niſi
pater meus traxerit eum, confeſtim ſub
didit. Omnis qui audiuit à pre meo, &
didicit, venit ad me. Notate verba.
Non dicit. Omnis qui audiuit a pre
meo, uenit. O ſcripturarum mutilato-
res, ſed omnis qui audiuit, & didicit, ve
nit ad me. Non ſat eſt ergo trahi, quod
ex Deo tantum eſt, oportet & addiſce-
re, quod Dei, & nrum eſt. Quò fit, vt
omnes quidem, qui ad Chrm veniunt,
ſint tracti, & vocati: at non omnis qui
trahitur, venit. Si enim non ita eſt, cur
Chrs non dicit. Omnis qui audiuit, di-
dicit, & venit ad me, ſed omnis qui au-
diuit & didicit? quaſi non ſat ſit audire,
niſi & nos diſcere vltrò velimus. Pluri
mi ergo trahuntur mihi credite, & vo-
cantur à Chro, qui non accedunt ad
Chrm, quia non addiſcunt, nō perſua-
dentur, non conſentiunt vocanti, à

trahente reſiliunt. Neque enim trahēs
Oſee.11. vim infert, ſed timorem. In funiculis
(inquit) Adam traham vos, in funicu-
lis charitatis. Gratias itaque (vt aliquan
do finiam) agit Deo Apoſtolus, ob id
quod Roma ad Chriſti fidem conuerſa
ſit. Quoniā hæc ipſa conuerſio, initiū
habuit à diuino munere, quo Pelagia-
ni maximè repelluntur, qui augmentū
quidem fidei putabant à Deo eſſe, at
ex nobis ipſis initium. Pluris enim
eſt momenti, initium eius quod non
erat, quàm incrementum eius quod
iam erat. Vnde ergo nobis ipſis, qđ
plus eſt tribuemus? & quod min⁹ Deo?
Certe chr̄iana fides ſuſtollit hominem
ſupra propriam naturam, nempè ad cō
munionem diuinæ naturæ, iuxta Petri
Apôſtoli verbū, Magna & prætioſa pro
miſſa donauit vobis Deus, vt per hoc
efficiamini conſortes diuinæ naturæ.
Nihil autem proprijs viribus ſupra ꝓ-
priam naturam extollitur, ſed virtute
ſuperioris. Neque enim aqua aſcendit
in aera, niſi virtute aeris: neque aer in
ethera, ſine vi etherea. Quomodo ergo
fieri poteſt, vt homo propria vi ſe ſe ra-
piat in fidem Chr̄i, ſine Chriſto? Tra-
hat ergo Chr̄s neceſſe eſt; immittendo
cogitatus, & infundendo gratiam, qua
ad eum accedere valeamus. Quoniam
tamē motus in re mota recipitur, vnū-
quodque autem recipitur ſecundum
naturam & modum recipientis, ideo
cum recipiētium noſtrum, vnuſquiſq;
ab initio libera ſit præditus facultate,
nemo eſt qui non liberè & contingen-
ter moueatur, trahente Deo, etiam ſi ef
ficaciſſimè trahat. Quem enim efficaci⁹
Act.9. traxit Paulo Deus omnipotens? Certe
neminem, & tamen ipſe non audiuit,
Impoſſibile eſt tibi cōtra ſtimulum cal-
citrare, ſed duntaxat, Durum eſt tibi cō-
tra ſtimulum calcitrare. Reſilire ergo
poſſumus vniuerſi, vt potè qui agimur
quidem, ſed & agimus. Vnde Paulus
dixit. Quid me vis facere? & non di-
xit, quid in me vis facere? Quid ſcilicet
vis vt faciam ego? Non agimus tamē,
niſi primum à diuina gratia acti: Ergo
inquis, non vnicè Deo gratias agere o-
portuit Apoſtolum pro fide Romano-
rum, ſed partim Deo, partim Romanis.
Immo vnicè Deo, quoniam quod nos
agimus, tenemur agere, at Deus gra-
tis nos agit, & mouet. Magna ſunt no
bis parata præmia ſi agimus, nēpè ęter
na felicitas. At Deus quid inde mer-
cedis vel lucri expectare poteſt, ſi etiā
ſuæ vocationi pareamus? Scriptum
eſt enim, Deus non indiget aliquo, cū
ipſe det omnibus vitam, inſpirationē,
& omnia. Quid prodeſt Deo ſi iuſtus Iob 22.
fueris. aut quid ei conferes ſi immacu-
lata fuerit vita tua? Si peccaueris, quid
ei nocebis? Et ſi multiplicatæ fuerint
iniquitates tuæ, quid facis contra eum?
Conſidera autem, quod Apoſtolus
cōmunem omnium Deum, Deum
ſuum appellat. *Gratias* (inquit) *ago Deo
meo*. Et quid mirum, quando Deus ip
ſe ſe ſe Abraham, Iſaac, & Iacob Deum
appellare voluit? Ego inquit ſum De⁹
Abraham, Iſaac, & Iacob. Eſt enī Deus Exo 3.
omnium creaturarum iure dominij. 1. Paralip.
Omnia tibi ſeruiunt, inquit Propheta. 29.
Eſt Deus hominum, peculiari quadam
prouidentia. Nunquid Deo eſt cura
de bobus? Eſt Deus iuſtorum vehemen 1. Cor. 8.
tiore charitatis affectu. Vos amici mei
eſtis, ſi feceritis ea quæ præcepta ſunt Ioan. 15.
vobis. Gratias autem agit Deo ſuo per
Ieſum Chriſtum. Neque enim ſibi ip-
ſi fidit, adeò vt credat Deo placita eſ-
ſe vel futura eſſe quæ illi obtulerit. Ni-
hil (inquit) mihi conſcius ſum, ſed non 1. Cor 4.
in hoc iuſtificatus ſum. Fidit autem Ie-
ſu Chr̄o, qui vnus eſt Dei & hominum 1. Tim. 2.
mediator conſtitutus: cuius interuen
tu, hoſtię omnes, & ſacrificia laudis, nō
poſſunt Deo glorioſo non placere. Ipſe
enim eſt Angelus ille, de cuius manu Apo. 8.
aſcendit fumus incenſorum in odorē
ſuauitatis coram domino. Ob id ſacro
ſancta Eccleſia, in vniuerſis præcationi
bus, id inuiolata conſuetudine obſer-
uat, vt nunquā mediatoris nomen ſi-
lentio prætereatur, nempè ſpū ſancto
edocta, nihil diuinæ maieſtati poſſe eſ-
ſe acceptum, quod ſummus ille ſacer- 2. Petr. 1.
dos Deo coniunctiſſimus Chr̄s Ieſus,
per quem nobis maxima & prætioſa
donauit, ipſe non offerat. Dignè enim
eodem ordine & medio in Deū recur-
rere oportet omnia & ſingula, quo abs
Deo nobis ſunt liberaliſſimè cōdonata,

vt nō ſecus charitū maria refluāt, q̄ flu-
xerint. *Teſtis n. eſt mihi Deus, cui ſeruio in*
ſpū meo, in Euangelio filij eius, quod ſine in-
termiſſione memoriam veſtri facio ſemper
in orationibus meis. Quibus verbis com-
probat quod dixit, ſe ſe lætitia magna
affici, & gratias Deo agere cum audit,
tam inclitam vrbem, quam vniuerſus
ſuſpicit orbis, Romam, in Dei gratiam
receptam fuiſſe. Probat autem hoc ar-
gumento, quoniam indeſinenter orat
pro Romanis, vt ad cumulatiora dona
prouehantur. Neque enim ardenter
oramus vllo vnquam tēpore, niſi cum
id obtentum fuerit quod optabatur, lę-
titiam pariat & gaudium. Rurſus, quo-
niam eos viſere non leuiter cupit. Ter-
tio, quia vehementer optat coram eis
habere ſermonem, quo poſſit Roma-
nis omnibus aliquid vtilitatis afferre.
Vnde ſubdit. *Deſidero enim videre vos,*
vt aliquod vobis impartiar donum ſpirituale
quo confirmemini.

Quoniam autē de affectu cordis erat
illi ſermo, Deum qui corda hominum
rimatur & penetrat, iureiurando ad-
ducit in teſtem. Neque enim facile cre-
di poſſet, tam pia viſcera geſtare Paulū
erga Romanos, quos ipſe nunquam
viderat, citra iuſiurandum: Nemo autē
veſtrum admiretur, cum auditis iuran-
Hebr. 6. tem Apoſtolum. Omnis enim contro
uerſiæ finis, ad confirmationem eſt iu-
ramentum, inquit idem ipſe Paulus.
Hinc Pſaltes, non iurātes, ſed periuran-
Pſal. 14. tes deteſtatus eſt. Domine, quis habi-
tabit in tabernaculo tuo, aut quis re-
quieſcet in monte ſancto tuo? Qui iurat
Apo. 10. proximo ſuo, & non decipit. Angelū
Exo. 2. illum qui ſtabat ſuper petram & ſuper
Ioſ. 2. mare, iuraſſe per viuētem in ſęcula ſę-
1. Reg. 20 culorum, legimus in Apocalypſi. Iura-
Ioan. 8. uit Moſes, Ioſue, Dauid. Iurauit non ſe
mel Chriſtus. Iurauit ſummus Rex om.
Pſ. 109. nium pater. Iurauit dominus, & non
Pſal. 94. pœnitebit eum. Quibus iuraui in ira
mea. Per memetipſum iuraui dicit
dominus, quia feciſti rem hanc, & non
pepercisti filio tuo vnigenito propter
Gen. 22. me. Qm̄ enim neminem habuit per
quem iuraret maiorem ſe, iurauit per
ſemetipſum: homines enim per maio
Heb. 6. rem ſui iurant, dixit Apoſtolus, locum

illum Geneſeos enatrans. Haud tamē
ſilendum eſt, iuſiurandum eſſe alienæ
ęgritudinis antidotum & medelam.
Neque enim iurandi nobis eſſet vlla ne
ceſſitas, ſi quę ſimpliciter verè aſſerun-
tur, fidem facerent in illorum animis
qui audiunt. Hoc eſt dubio procul,
quod voluit intelligi ſaluator noſter cū
dixit. Sit ſermo veſter, eſt eſt, non non. Matt. 5.
Quod enim plus eſt, à malo eſt. Non
dixit, quod plus eſt, malum eſt: nō eſt
enim malum ſuapte natura Iuramen-
tum, quod iuramentum dicitur, quo-
niam quaſi pro iure introductum eſt,
vt pro vero & rato habeatur ab omni-
bus, quod ſub diuini nominis inuoca-
tione dicitur, ſed tamen à malo eſt. Ab
infirmitate enim eorum quibus iura-
mus, naſcitur iuſiurandi neceſſitas: qn̄-
quidem hac via credimus eorum mor
bis adhibere remedium. Quemadmo-
dum ergo medicinas frequentare, nulli
medici, imperitis, & auaris exceptis,
quos participes lucri pharmacopola cō
mendat, præ cæteris, ægrotantibus con
ſulerēt: (medicinæ nanque omnes in-
ueterant, & nulla eſt quæ plurimum
proſit, & non obſit in aliquo, ſi Galeno
credimus.) ita iurationi aſſueſcere, peri
culoſiſſimū duco; quod difficile ſit ad-
modum, qui iuramentis delectatur, nō
facillimè peierare. Adde, quod qui iuſ-
iurandis aſſueſiunt, pro qualibet leui
cauſa, nomen diuinum aſſumūt, quod
alioquin nō decet, præterquam in ma-
ximis rebus ob illius admirabilem, tre-
mendamque maieſtatem nominare.
Ob id præcepit ſpūs ſanctus, Iurationi Eccl. 23.
non aſſueſcat os tuum, multi enim ca-
ſus in illa. Et iterum, Vir multum iu- Ibidem.
rans, replebitur iniquitate, & non di-
ſcedit plaga à domo illius. Idcirco rarē
ter pios illos, & ſanctos patres, cęlicolas
potius quàm terrigenas iuraſſe legimꝰ:
& Paulus noſter, (vt de illo dicamus)
vix ter iurauit in omni vita, vt ex Epi-
ſtolis eius colligi poteſt. Nunc ergo
iurat. *teſtis eſt mihi Deus.* Non exe-
cratur, ſimpliciſſimè Deum aſſumit in
teſtem. *teſtis* (inquit) *eſt mihi Deus.*
qui ſcilicet falſum teſtari non poteſt,
quique omnia nouit. Verè teſtem Pau
li Deum eſſe, dignum erat, quoniam

& Paulus Dei primum teſtis fuerat. Ita enim dixit Chriſtus. Qui confitebitur me, confitebor & ego eum. Perinde enim eſt ac ſi dixiſſet. Qui mihi teſtis fuerit, ero & illi teſtis ego. *Cui ſeruio.* Quis tam imprudens ſummi Pontificis ſeruus, qui ille in teſtimonium falſitatis quam ipſe agnoſceret, non vereretur adducere? Fingi ergo non poteſt, vt Paulus ſibi ipſi conſcius, Deum omnium Pontificum & Cęſarum potentiſſimum atque ſanctiſſimum, cuius ipſe ſeruum ſe eſſe prædicat, aſſumens in teſtem, ſub illius nomine falſum dicat, & mentiatur. Ob id ergo adiecit. *Cui ſeruio.* Non incaſſum verò, & addidit. *In ſpiritu.* Qui domini alicuius præpotentis adulatione, ſeruos ſe eſſe iactitant, ſuntque aſſentatores non ſerui, vt aliorum rubore ſuas aſtruant impudentias, non verentur principem ſuis ipſorum technis & artibus, in teſtem cuiuſuis fucati mendacij adducere. Immo nullum eſt hominum genus, hiſce adulatoribus impudentius. At qui verè ex toto corde ſe ſe principi addixit & emancipauit, & non in hipocriſi, nihil cauet magis, quàm ne domino mētiri videatur. O hipocritas ergo, nequiſſimum hominum genus, quouſque patietur vos diuina ira? Hi ſunt Romani, qui hac ipſa hipocritiæ ſeruitutis ſpetie, dum peruerſam & infamem eorum vitam, pietatis fuco obliniunt, dominū ipſum & verbo & opere (quod magis eſt), in mentitæ iniquitatis teſtē non verentur adducere: adulatores Dei, non adoratores vel cultores. De quibus dictum eſt. Hipocritæ, Populus hic labijs me honorat, cor autem eorū longe eſt à me. Paulus itaque noſter, vt eum non hipocritam, quin potius hipocritarum omnium hoſtem acerrimū Roma agnoſceret, dixit. *Seruio in ſpiritu,* Non genibus tantum, non labijs, non cantionibus; non pſalmodijs, non pectoris tunſionibus, nō manuum eleuationibus, non vltroneis ſuſpirijs, hoc enim omnia ni pietas interior adſit, inania, Deoque ingratiſſima ſunt. Tantum abeſt vt placeant. Mihi ergo credite Romani, poſtquam teſtem inuoco Deum viuum. *Cui ſeruio in ſpiritu meo.*

Matt. 10.

Matt. 15.

In homine interiori, & non in hipocriſi: prōpta deuotione, & uera pietate, ex toto corde ſeruio, vt illi tantum obediam, non ad quæſtum, non ad aucupādam inanis plebeculæ gloriolam, vt falſi quidam apoſtoli, qui propterea veram ſpiritus pietatem, pro externa & frigida ſuperſtitione, ne dicam religione, poſthabent. Quod corpore ſeruio, cōmune eſt & illis, qui pleraq; mētiuntur: at ergo non corpore modo, ſed & in ſpū ſeruio, quod ab illis eſt quàm remotiſſimum. Qui ſeruit Deo in ſpiritu, ideſt ex animo, fieri nequit, vt mentiatur, quoniam qui facit mendacium, filius eſt Diaboli, tantum abeſt, vt ſit verè ſeruus Dei. Hebraiſmus autem eſt, *in ſpiritu*, pro ſpiritu, vt ſuper notauimus. Addit autem *In ſpiritu meo.* Peccatorum ſordibus obuoluti, ſpiritum quidem habēt: at nō ſuū: immo vt veri' dicamus, ſpm̄ nō habēt, nec cor. Vbi.n. eſt theſaur' tuus, ibi eſt & cor tuum, inquit Chr̄s. At ſancti, ſpiritum habent, & ſuum, quandoquidē & Deum in ſeipſis habent, cuius ſunt ipſi, ipſarūq; omnia. Qui enim adhęret Deo, vnus ſpiritus eſt. Quò fit, vt & vere dicere poſſint ſinguli, quod voce Dei dicitur. Mea ſunt omnia. Quoniam autem, nemo poteſt duobus dominis ſeruire, quod veritas ipſa teſtata eſt. Si Paulus ſe ſe Deo ſeruire dicit, & non mentitur, cum ſuperius tanquā honorificentiſſimum titulum ſibi adſcripſerit. Seruus Ieſu Chriſti, confeſtim ſequitur, vt Deus, ſit Ieſus Chr̄s. Quod & alia ratione inſinuat Apoſtol', nempe ſubdit. *Seruio in ſpiritu meo, in Euangelio filij eius.* Supra enim, Euangelium Dei, patris eſſe dixit, hic autē aſſerit quod ſit filij Dei. Filius ergo Dei Deus, idem autem Deus; vnde quod patris eſt, datum eſt filio. Pater omnia dedit mihi in manus, dicebat Chriſtus Ieſus. Et pater ille, æterni patris ſimbolum. Fili, omnia mea tua ſunt. Idem ergo Euangelium, eadem lex, doctrina eadem, Dei patris & filij: Quod ſi dixit Chr̄s Ieſus, Mea doctrina non eſt mea, & non de eo, ratione alterius tantum naturæ, id dictum fuiſſe putatis, ſed & vtriuſq;: Hic ſit ſenſus, ne Arriani triū-

Ioan. 8.

Mat. ib. 6.

1. Cor. 6

Eſa. 66.

Matt. 6.

Ioan. 13.

Luc. 15.

Ioan. 7.

phent

phent, Doctrina mei non eſt à me: quẽadmodum enim datur filio vt ſit, ita & datur vt noſcat. Neque enim aliud eſt eſſe Dei, aliud ſapientia, qm̃ ſumma illa ſimplicitas, rerũ plura litatẽ nõpatif.

Non vacat autem miſterio, quod dixit, ſe ſeruire Deo in Euangelio filij ei⁹. Hac enim particula, ſibi magnam comparauit autoritatem. Moyſes qui legem tulit, erat famulus Dei. Moyſes famulus meus, ait dominus. At qui Euãgelium edidit & prædicauit, filius Dei. Hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui, ipſum audite. De ſeruo igitur famuli, Paulus, factus eſt ſeruus filij; cum legem æmulabatur, erat ſeruus Moſe, nunc poſtquam Euãgelium prædicat, eſt ſeruus Chrĩ. Quãtum putas ſit charior principi, qui filio famulatur, quàm qui curiali alicui quãtumuis nobiliſſimo? Ipſe ergo Deus, q̃ me ſua gratia delegit, vt illi non iam in lege quæ antiquatur & ſeneſcit, ſed in euangelio, quod nunc recens prodit in lucem, deſeruiã, ipſe mihi teſtis eſt, quod non mentior: inuoco eum in animam meam, quod *ſine intermiſſione* (per hiperbolam eſt dictum, ſi habitualiter intelligi velis.) *Memoriã veſtri facio.* Non dicit habeo, ſenſus ergo eſt, Deum indeſinẽter inducere enitor, vt ipſe veſtrum omnium meminerit. Illi ergo memoriam facio. Neque enĩ ab re oramus, Memento noſtri dñe in beneplacito populi tui: Noſtrum ſiquidem meminiſſe dicitur, cum indulget, obliuiſci cum flagellat. Vel modus loquendi eſt, *Memoriam veſtri facio.* id eſt veſtrum recordor ſemper in orationib⁹ meis, quoties ſcilicet oro, toties de vr̃o profectu ſollicitor. Et quid mirum? Pauli nepotes ſpiritales erant Romani, qui Petrum chariſſimum eius fratrem in patrem ſortiti fuerant, quo pacto fieri poterat, vt illorum obliuiſceretur? Conciuis erat ipſe Romanorum, non ſe ſe geſſiſſet Romanum ciuem, niſi patriæ continenter meminiſſet. Romanorum enim hæc erat inſignis nobilitas, hæc gloria, vt priuata abiecta publica charitate inducerẽtur. Pro orbe omni præcabatur indeſinenter Paulus: Inſtãtia mea quotidiana omnium eccleſiarum; nulla itaque ratione orbis princeps Roma, illi è memoria excidere potuiſſet: ex qua diſſeminabatur verbum Dei in omnes gentes, vt fidei Chriãnæ præconium, & Ieſu Chrĩ nomen glorioſiſſimum nuſquam poſt Romæ receptum Euangelium reſideret, ſed iam omni igne vehementius, breuiſſimo temporis interuallo, totum orbem inuaderet.

Eze. & Ioſ. 1. — Mat. 17. — Heb. 1. — Pſal. 105.

Tu hic conſidera apoſtolica viſcera, & paternæ charitatis exemplar. *Obſecrans*, adiurans, obteſtans per ſaxa, p crucem, per clauos, per ſacra myſteria Chrĩ Ieſu. *Si quo modo*, vel etiam occaſione martirij. Impatiens enim & exeſtuans amor, modum non habet: Quocunque modo meum erga vos amorẽ oſtendero. is ſi etiam animam meam pro vobis efflare cõtigerit, gratiſſimus fuerit. *Iam aliquando*, poſt longa ſcilicet deſideria fatigatus, vel ſemel ſaltem antequam moriar. O ſi mihi det Deus, vt aliquando vos uideam, certè illud cum Simeone concinam. Nunc dimittis ſeruum tuum domine, ſecundũ verbum tuum in pace. Iam incolatus me⁹, nanque nimium, heu nimium prolongatus eſt. Nihil eſt quod cupiam magis, quàm vt *Proſperum iter habeam*, non opinione mundi. Mundus enim proſperã, aduerſa plerunq; putat, itemque aduerſa proſpera: Quippe quia neſcimus quid petamus. Terrena quæq; & caduca, vehemẽter deſideramus, frigidiſſime inhiamus ad cæleſtia: vtinã non tepidè. At Paulus, cæleſtia & ſpiritalia tantum efflagitat; proſpero itinere me ad vos veniſſe putauero Romani, ſi vos in fide, quam à Petro didiciſtis, quæ communis eſt & mihi, uidero ſtabiles, & vnanimes. Ita enim fiet, vt vos de mea, ego de veſtra fide inuicem in domino conſolemur. Ad illud ergo refertur proſperitas itineris, quã cupit, quod infra dicit poſt multa; hoc eſt vt mutuam conſolationem capiam in vobis, per eam quæ eſt fidem veſtram atque meam. Quamuis tamen ardentiſſime Romam petere deſideraret. Vide quod ſequitur.

Luc. 2.

In voluntate Dei. O felix deſideriorũ menſura. Cupit vehementer Romanos

nos inuiſere : amat eos vt viſcera ſua, nec tamen eos videre vult niſi diuinæ voluntati id ſatisfaciat. Illa eſt regula ſui amoris: nulli cedebat Paulus amore, vincebat, & non vincebatur, nec tamen menſuram limitemque tranſgreditur ſanctæ & perfectæ charitatis. Patiar libenti animo etiam mori, anteq̃ vos videam, quamquam id alto iam diu inſederit animo, niſi Deo placuerit, vt deſiderio meo tam ingenti ſit factũ ſatis, iam omnem meam voluntatem diuinæ ſubieci voluntati: Omnia &
Philip. 3. meipſum arbitratus ſum vt ſtercora,
Gal. 2. vt Chriſtum lucrifaciam. Viuo ego iã non ego, viuit autem in me Chriſtus.
Veniendo ad vos, vel *veniendi*: deſidero *enim* & deſiderio deſideraui iam diu, *videre vos*, oculis carnis, quos omni hora pręſentes habeo oculis mentis & ſpiritus. Parentheſis autem eſt iſta particula (*deſidero enim videre vos.*) vſque ibi, Hoc autem, eſt, excluſiuè. Diſcant hinc omnes paulinam modeſtiam, qua tam ſanctæ charitatis, tam pium deſiderium Dei arbitrio ſubiecit benedictus Apoſtolus. Quo circa, & qui præcationibus etiam aſſiduis Deum exorant, nihilque conſequuntur, incipiunt non ęgræferre. Quis enim quæſo hominũ, noſtris temporibus, Paulo noſtro po-
2. Cor. 12 tior eſt? qui tamen libidinum incentiuis extimulatus, cum non ſemel domino ſupplicaſſet, voti compos eſſe nõ potuit. Ratum habeamus omnes cum Paulo, id totum nobis conducere, id totum nobis eſſe proſperum quod diuinæ voluntati placuerit. Scriptum eſt
Rom. 8. enim. Quid oremus neſciamus, ſed ſpiritus poſtulat pro nobis gemitibus inenarrabilibꝰ. Hoc ergo eſt quod his verbis ſignificatur. *Obſecrans ſi quo modo iam aliquando proſpero itinere me ad uos in voluntate Dei venire contingat.* Hæc eſt enim planior literæ verſio. Sequitur deinde parentheſis illa. (*Deſidero enim videre vos, vt aliquod donum ſpiritale vobis tranſmittam; vel in vos, ad vos confirmandos.*) Quam non citra myſterium interpoſuit Apoſtolus. Inſignis enim, & conſpicua erat eo tempore Romanorũ ciuitas, adeò vt ex vltimis Hiſpaniarum, Galliarum finibus homines, illius admirabilis gloria, quæ omnem circumuolabat orbem, Romę viſendæ gratia perduceret. Ne ergo crederes hac curioſitate vrbis teneri Apoſtolum qua cæteri, addidit. *Deſidero videre vos*, hac tantum ratione, *vt aliquid vobis impartiar donorum ſpiritalium.* quę mihi gratis contulit omnipotens, quo vos ipſi confirmemini in fide, quam à Petro didiciſtis. Vide autem quanta eſt Pauli modeſtia. Nihil in me eſt (inquit) ex me ipſo, quod uobis proficere
poſſit. Ex Deo omnia ſunt, quæ bona Iac. 1.
ſunt. Ideo donum nominat χαρισμα. Omne datum optimum, & omne donum perfectum deſurſum eſt, deſcendens à patre luminum. Rurſus, nõ magna ſibi tributa eſſe dona commemorat, ſed paruum quid exiguum, non ad ingratitudinem, ſed ad humilitatem, ne grandia de ſeipſo prædicare videaẽ. Paulus ſum ego. paruulus, minimus inter apoſtolos, mihi grandia dona nõ congruunt, ſed perexigua. Ideo non χαρίσματα ſed χαρίσμα expreſſit. Item non dicit, Romanos eſſe pet ipſum confirmãdos, ſed grã illa ſpiritali Dei, vel dono, vt aliquid inquit paruum, mihi paruulo conueniens donũ, ad vos trãſmittam, vt illo vos confirmemini.
Notiſſimum enim illi, & perſpectum Pſal. 67.
erat Dauidis carmen. Confirma hoc Deus quod operatus es in nobis. Cum enim in quolibet bono opere tria ſint, initiũ, progreſſus, & ſumma, extrema vnicè diuini muneris ſunt; mediũ dei & hominum. Dei itaque eſt, confirmare, perficere, atque cõſumare in nobis fidem, quam donare dignatus eſt; & proculdubio hoc, oratione illa moliebatur Pſaltes. Opus tuũ domine fuit, vt cæca gentilitas lumine veritatis afflata, verum Deum ſaluatorem agnoſcere potuerit: Confirma igitur quod feciſti. Nec tamen admiretur quiſpiam, ſi Paulus ſibi adſcribit gratiæ collationem.
Non eſt enim hæc gratia gratifica, de Pſal. 83.
qua ſcriptum eſt, gratiam & gloriam dabis dominus. Vnus Deus infundere poteſt gratiam hominibus, & vnus Ieſus Chr̃s illam promeruit. Gratia per Ie-
ſum Chr̃m (inquit Ioannes) facta eſt. Ioan. 1.
At gratia hæc ſpiritalis, eſt doctrina

euangelica

euangelica, in qua tam ſubito eruditus fuit Apoſtolus ab eo qui non indiget tēporum interuallis vt doceat. Lex vetus gratia fuit, at gratia carnalis magis quàm ſpūs: vnde & caro nominatur frequentiſſimè. Euangelion autem eſt ſpūs, & ſpiritalis doctrina, quæ non in litera occidente, ſed in viuificante ſpū
Ioan. 6. gloriatur. Caro non prodeſt quicquā,
Ibidem. ſpūs eſt qui viuificat, docebat Chr̄s. Et iterum, Verba quæ ego loquor, ſpiritus, & vita ſunt. Huius ergo gratiæ, aliquid pro virili communicare Romanis deſiderabat Apoſtolus. Hac enim ratione dicebat de ſeipſo & coapoſto-
1. Cor. 3. lis, Dei enim adiutores ſumus. Poteſt & intelligi, quod intenderet Romanos ad vnitatem & vnanimitatem reducere. Hoc enim potiſſimum fidem con-
Act. 4. firmat. Multitudinis credentium cor vnum, & anima vna. Cuiuſmodi nihil eſt, quod infirmet magis quàm diuiſiones & ſchiſmata. Hæc autem vnitas, & pax, verè eſt gratia, & ſpiritalis gratia Dei, quam tanto deſiderio præca
Ioan. 17. batur Ieſus Chr̄s. Pater rogo, vt illi ſint vnum, ſicut & nos vnum ſumus. Quomodo enim non eſt donū Dei, ſi à Deo petitur? Proculdubio autem præco iſte vocaliſſimus, ad hanc gratiam coopera ri poterat, tanquam Dei & Chr̄i Ieſu miniſter, quanquàm non compareretur ab hominibus, ſed dono habeatur à
1. Cor. 4. Deo. Dicebat enim, Sic nos exiſtimet homo, vt miniſtros Chr̄i, & diſpenſatores myſteriorum Dei. Qua ratione & ipſi ab eo confirmari poterant, quorū fides ſeditionibus, & diſſenſionibus iā iam labefactari incipiebat. Et quid mirum ſi Apoſtol[9] dicit, Romanos p eum confirmandos eſſe, cum & Corinthijs dicat ſe ſe dediſſe illis fundamentum
2. Cor. 3. ſpiritalis edificij? Tanquam ſapiens architetus (inquit) fundamentum poſui. Fundamentum autem eſſe Chriſti fidē nemo neſcit, quam & donari à Deo demonſtratum eſt. Eadem ergo ratione intelligendum eſt, Romanos à Paulo confirmatos iri, qua intelligitur Corinthios per eum initiandos. Ex Deo nāque initium & ſumma, at & ad initium & ad ſummā, vtitur opera hominum. Organa enim ſunt homines dei optimi maximi, at organa viua, non qualia ſunt ſerra, & malleus fabri: ſed quomodo philoſophi omnes ſecundas cauſas aſſerere non dubitant eſſe organa primæ: neque enim aguntur tantum, ſed & actæ agunt: Quemadmodum enim ſummus ille rerum opifex, licet ſibi ſufficiat, nec alicuius virtutis ſit indignus, mauult tamē ſecundas cauſas, Solem, Lunam coagere ad effectus hoſce naturales, quàm ſolus illos producere, Ita Ieſus Chriſtus quanquam nullius opera egeat ad erudiendos homines, quod innumera exempla demonſtrāt. Antonius enim ille heremi cultor, ſine vlla præceptorum ope, ſcripturas diuinas memoriter tenuiſſe, & credendo pia illa ſimplicitate intellexiſſe prędicatur. Seruus etiam ille Barbarus Chriſtianus, nullo docente homine, orando triduanis pręcibus impetrauit plenam diuinarum literarum notitiam, ita vt oblatum codicem, ſtupentibus qui aderant, legendo percurrerit. Paulus apo- Gala. 1.
ſtolus, neq; ab homine, neque per hominem, vas electionis abs Deo ſolo effectus eſt, & omni ſapientia pleniſſimus. Attamen, communiter pro hominum gloria conſueuit, de noſtris pectoribus tāquam de diuinis templis reſponſa dare, & ea quę nobis conducūt, viuis oraculis edocere. Quomodo nanque Dei templa homines eſſent, ſi per homines hominibus verbum ſuum mi niſtrare nolle videretur? Hinc Paulus Act. 9.
miſſus eſt ad Ananiam, vt per eum ſacramenta perciperet, fieretque Eccleſiæ commembrū. Spado ille ad Philip- Act. 8.
pū, à quo & baptizatus & erudit[9] fuit. Cornelius ille, Centurio ad Petrum Apoſtolorum principem, à quo quid Act. 8.
credere, quid ſperare, quid agere, eum oportebat; poſtquā regeneratus eſt baptiſmalibus vndis, audiuit. Ni mirum itaque, ſi & Romanos à Paulo erudiendos atque confirmandos eſſe audimus. Fluctuabant enim, & circunferebātur, quamquam optimè eos inſtituiſſet Petrus: conſolidandi ergo erant, & ſtabiliendi in Dei timore, Pauli prædicationibus. Ipſe enim erat dux verbi: ita vt omnes illi in euangelizādi munere, primas darent. O ſi Romæ, ſua illa tuba perſonuiſſet,

ſonuiſſet, & Iudæorum, & Gentilium corda flexiſſet, terruiſſet, conciliaſſet: Placabat feras, viperea venena tollebat. Quid putas feciſſet de hominibus: Græcos ſapia, Iudæos ſignis, Romanos lepore, Barbaros humanitate confirmaſſet. Ob id ergo deſiderabat Romam properare. *Hoc autem eſt ſimul conſolatum iri in vobis, per eã quæ inuicẽ eſt fidem veſtram atque meam.* Exponit, poſt parentheſim proſperitatẽ itineris, quã optabat. Mille me aggrediantur pericula, latronum, marium, fluminum, modo cum ad vos ipſe venero, neminẽ veſtrum reperiam à fide Petri deſciuiſſe, cum quo omnia mihi cõmunia ſunt dogmata: Me ſummam itineris proſperitatem nactum fuiſſe arbitrabor. Hoc vnicè cupio. vt uos. mihi; ego uobis inuicem conſentientes, obmuteſcere faciamus hominum imprudentiũ ignorantiam. Varius rumor quem audio, mea viſcera pungit, & angit. Si itaque me veniente Romã, alternis colloquijs didicero, eandem eſſe fidem veſtrã atque meam, vos à me ipſo, me à vobis in his quæ fidei Chriſtianæ myſteria tangunt, non differre, magnum inde ſolatium accipiam: vobis gratulabor & mihi: vos itidem mihi & vobis congaudebitis, cum non ſecus vos credere ꝙ ego doceam, qui Apoſtolus ſum Gentium: nec me aliter docere quam Roma veſtra: Petri diſcipula crediderit, intelligetis. Sunt plerique impoſtores, qui me non ferendum putant, quod illis à Petro inter Apoſtolos primæ dignitatis diſſentire exiſtimer, meam deprimere ſtudent autoritatem: aliorum Apoſtolorum gloriam attollunt, non vt illos laudibus ornent, ſed vt ſimplices ſeducant, perſuadeantq; illis à me deſciſcere. O quàm ergo mihi gratũ fuerit, cum re ipſa comprobabitur, me eã fidem tenere, quàm princeps Apoſtoli ci chori principem vrbium Romã edocuit: hic eſt ſenſus Apoſtoli. Quod pręconium quęſo (Roma, audi & confide ta) quod inquam præconium hoc ipſo excelſius? Hæc eſt ſumma tuarum laudum: hæc incomparabilis gloria: hæc omnium veterum ſemper recens & maxima dignitas, neminem eſſe catholicum, niſi Romanæ Eccleſiæ fidem, quã Petrus plantauit, corde & ore teneat, atque profiteatur. Vides Paulum angi, excruciari quouſq; appareat illius Euãgelium, Romanorum fidei cõcordare, tunc conſolatione non modica perfruetur, cum Romam ab ipſo, itemque viciſſim ipſum à Roma non deuiare, cõpertum fuerit, & perſpectum. Sciebat beata hæc anima, Petri fidem à ſua nõ eſſe vel tantillum alienam: attamen ijs qui ipſum accuſabant, hoc perſuaſum iri, ne in vacuum cucurriſſe crederet. Cupiebat, quod fieri quàm facilè potuiſſet, ſi dediſſet illi Deus Romã, vbi Petrus ſedem ſanctam erexerat, appellere. Hoc deſiderium adeo Paulum vrgebat, vt ex Damaſco Petrum adiuerit, futurum vrbis Romæ Epiſcopum. Veni (inquit) Hieroſolimam videre Petrum, & deinde poſt annos quatuordecim contuli cum eo, cum Ioanne, & Iacobo qui videbantur collumnæ eſſe, euangelium quod prędico in Gẽtibus. Gala. 2. Vbi. Vbi ſunt qui ſanctæ Romanæ Eccleſiæ detrahere non verentur? Audiãt Hieronymum ad ſummum illum Romæ Pontificem Damaſum. Hæc eſt fides Papa Beatiſſimè, quam in catholica didicimus Eccleſia: in qua ſi minus perite, aut parum cautè forte aliquid poſitum eſt, emendari cupimus à te, qui Petri fidem, & ſedem tenes. Si autem hęc noſtra confeſſio apoſtolatus tui iudicio comprobabitur, quicunque me culpare voluerit, ſe imperitũ, vel maleuolũ, vel etiam non catholicum comprobabit. O verba clariſſima. Rurſus ad eũdem. Beatitudini tuæ Petri cõmunione conſortior, ſuper illam petram ſcio ædificatam eſſe eccleſiam. Et alibi. Vitalem neſcio. Miletum reſpuo. Paulinum ignoro, quippe quia ſedis huius fuerunt aduerſarij: qui cathedræ Petri iungitur, meus eſt. Vides, vides, quantum Hieronymus tribuat ſanctæ huic cathedræ Petri Romanæ Eccleſiæ? Tribuit & tantundem Auguſtinus, cathedram peſtilentiæ vocans eos, qui vel extra, vel contra Eccleſiam Romanam, ſedes ſibi inſtituerunt. Sedem (inquit) vſurpant Petri, cuius tamen traditionem corrumpunt: ordinem ſibi ſine

origine

origine vendicantes, corpus ſine capi-
te profitentes. Quid clarius pro veri-
tate iſta aſſeuerāda, quod totius Chri-
ſtianæ Eccleſiæ Roma ſit verè Cephas,
caput: & priceps? Ambroſius vbiq; ma-
giſtrā ſe profitet ſequi Romanā Eccle-
ſiā. Athanaſius ex græcis, ad Marcū Ro
manę vrbis Epm. Mirū pfectò, mi rū,
quæ, quot, & quanta in huius rei teſti-
moniū protulit. Pr̄ Beatiſſimè, & oīno
Sanĉte, optam⁹ à veſtrę ſanĉtę ſedis Ec
cleſiæ autoritate, quæ eſt mater & ca-
put omnium eccleſiarum: Niceni Cō
cilij exemplaria ad correctionem &
recreationem fidelium orthodoxorum
recipere. &c. Diſpergit, (mihi credi-
te) cum hęreticis, & cum ſchiſmati-
cis, qui cum Petro & Petri ſucceſſore,
cum Eccleſia Romana non colligit.
Nemo autem admiretur, quod Chri-
ſtus hanc vrbem ſibi delegerit ſuę ſan-
ctæ eccleſiæ caput. Vbi ſummus totius
orbis paſtor, & Pontifex, cui omnifa-
ria facultas, diuino munere tributa eſt,
reſideret. Conueniens enim fuit, vt
vbi erat caput ſuperſtitionis, illic ca-
put quieſceret ſanctitatis. Vbi genti-
lium principes habitabant, ibi Eccle-
ſiarum proceres morarentur. Vbi e-
rat magiſterium erroris, inde diſcipli-
nā propagaretur veritatis. Vbi ſolium
erat Imperatorum, ibi erigeretur thro-
nus regis regum. Propterea Petrus, cui
iam demandata fuerat totius Eccle-
ſiæ cura, Chriſto dicente ei, Paſce
oues meas. Ποιμαίνειν enim verbum Grę
Ioan. 21. cum, regere ſignificat. Vnde Reges
vocantur Ποιμαίνες λαῶν, paſtores po-
pulorum, cum quatuor annis in par-
tibus Hieroſolimitanis degens, Eccle-
ſiam rexiſſet, ſeptemque annis in
Antiochia, vbi primum orta eſt Chri
ſtiani nominis dignitas: Ibi enim in-
cęperūt nominari Chriſtiani, ſi in actis
apoſtolicis legimus, relicta Hieroſoly-
ma atque Antiochia, Romam venit,
Act. 2. hicque ſedem tenuit, vt Antiochiæ di-
gnitatem, hæc ipſa Roma reciperet.
Paulus quoq; Petri frater chariſſimus,
cum omnem ferè orbem peragraſſet,
hac demum, diuino eum agente ſpiri-
tu, venit, vt ſacrum hoc miſtici corporis
Chriſti caput, ambo quaſi duo oculi,
viuifico lumine decorarent. Nemo mi-
hi dicat, Petrum non fuiſſe Romæ. Mar
cus Euangeliſta, vbi ſcripſit Euangeliū?
certe Romæ, vt Clemens inquit. Scri-
pſit autem ſub Petro, vt Hieronymus
in libro illuſtrium virorū teſtatur. Vn-
de & Petrus illum filium appellat. Mar-
cus (inquit) filius meus. Quis ergo eſt
tam perfrictę frontis, vt Petrum dicat Act. 12.
nunquam fuiſſe Romæ? Rogo doctio-
res, quæ eſt illa Babilon de qua Petrus
inquit. Salutat vos Eccleſia quæ eſt in
Babilone collecta. Si non eſt Roma,
quam ab idolorum errorumque con- 1. Pet. 5.
fuſione, & à captiuitate populi Chriſtia-
ni noīauit Babilonē? Quærite oēs inter
prętes. ſcrutamini, cōſiderate, & iuenie
tis de Roma dictū fuiſſe & impletū va-
ticiniū illud Eſaię, Ciuitatē ſublimē hu Eſa. 26.
miliabit, calcabit eā pes paupis, ſcilicet
Chr̄i, & greſſus egenorū, Petri & Pauli.
Athanaſius id teſtatiſſimū habet. Philo
ille doctiſſimus aſſerit, ſe ſe cum Petro
Romæ loquutum fuiſſę. Clemens apo
ſtolorū contéporaneus. Euſebius Cro-
nographus. Auguſtinus. Hieronymus.
omnis patrum conſenſus, cōmunis ho
minum fama, tota prorſus Eccleſia, nul
lo reclamante, qui catholicus cenſeat,
hoc credit, hoc prædicat. Quis id in
dubium audeat reuocare? Dic tu anti-
chriſte. Vbi occubuit Petrus? Quo mar
tirij genere? Quo imperante? Si nō Ro-
mæ, non ſub Neronæ, non crucis pati-
bulo interfectus eſt? O hęreticorū pu-
dendam impudentiam. Ex Petro ita-
que, qui non ſine numine Diuum, Ro-
mā ſibi delegerat, ſortiti eſtis, ò Roma
ni hanc dignitatem, vt non ſit Chriſti fi
des, quæ Romanæ vr̄æ Eccleſiæ non cō
cordat. Ob id Paulus, exoptat fidem
ſuam conferre cum Romanis. Sicut &
cum Petro contulerat Euāgelium. idq;
prolixis orōnibus impetrare ſatagebat.

*Nolo autem vos ignorare, fratres, quia
ſæpe propoſui venire ad uos, (Sed prohibitus
ſum vſque adhuc) ut aliquem fructum habeā
in uobis, ſicut & in cæteris gentibus.* Ne pu
tarent Romani, Paulum frigidè deſide
raſſe Romā petere. hęc addidit verba,
quibus & ſeipſum à negligentia & tor
pore excuſauit. Nihil non egi, vt vos
conuenirem Romani, nō ſemel, neque
bis,

bis, ſed perſæpe propoſitum mihi fuit
illò venire, vt fructum aliquem ex agris
illis ueſtris feraciſſimis, in horreum di-
uinum congregarem, cum vobis, tum
Hebr. 6. mihi; Nanq; non modo terra ſuper ſe
venientem ſæpe bibens imbrem, & ger
minans herbam oportunam, benedi-
ctionem accipit à Deo, ſed & agricolæ
qui eam exercuerunt, ampliſſimis pręmijs
locupletantur, vt verum omnino
Ioan 4. ſit quod dominus dixit, Qui metit, mer
cedem accipit, & fructum ſibi congre-
gat in æternam vitam. Et quod Dauid
cecinit. Labores manuũ tuarum, quia
Pſal. 127. mãducabis, beatus es, & bene tibi erit.
Ob id ergo Paulus dicit, ſe ſe fructũ ha
biturum in Romanis, *ſicut & in cæteris
Gentibus, Græcis, & Barbaris* habuerat.
Omnes ergo gentes, exprimuntur tri-
bus hiſce vocib⁹, Gręcorũ, Barbarorũ,
& Romanorum. Iudęos tacet, quoniã
Act 13. à Iudęis repulſus cum Barnaba, migra-
rat ad gentes, dicens. Vobis quidem
oportebat primũ prædicari verbũ dei,
ſed quia repuliſtis illud, ecce conuerti-
mur ad gentes. Vnde modicum quid
fructuum colligere potuit ex Iudæis.
Quamuis autem hac ſpe, hocquè deſi-
derio vehementi permotus, propoſitũ
illi fuerit viſendę Romę, prohibitus ta-
men eſt multoties, vt hucuſq; nunquã
fuerit, nec eſſe potuerit voti compos.
Prohibitus ſum (inqnit) *vſque adhuc*. Et
eſt parentheſis. Non eum vetuere pe-
ricula, non maria, non impediuit eum
ſathanas, vt de alio quodam negocio di
cit, vetuit eum ſpũs ſanctus, ni fallor,
quomodo & legimus in Actis apoſtoli-
Act. 16. cis. Tranſeuntes Paulus & Timothęus
Phrigiam, & Galatiæ regionem, veta-
ti ſunt à ſpũ ſctõ loqui verbum Dei in
Aſia. Cum perueniſſent autem in Mi-
ſiam, tentabant ire in Bithiniam, & per
miſit eos ſpiritus Ieſu Chr̃i. O magnã,
& imperſcrutabilem abiſſum iuditio-
rum dei. Semper quidem iuſtorũ, ſed
ſemper ſecretorũ. Attendite quæſo rẽ
Act. 23. miram. Apparuerat dominus Paulo
nocte quadam, & dixerat illi, Conſtans
eſto Paule, ſicut enim teſtificatus es de
me in Hieruſalem, ita oportet te & Ro-
mæ teſtificari. Cur ergo eſt quod Pau-
lus id tam ardenter deſiderat, nec ta-
men aſſequitur, profectò cũ dixerit ver
ba illa Chr̃s Ieſus? Indicant ita pręſcitũ,
p̃deſtinatumq; eſſe diuina mẽte & uo-
luntate, vt Paulus Romã adiret nec ta-
men illò iuit, niſi poſt lunga deſideria,
poſt magnas diuturnasq; pręcationes:
Quod teſtimoniũ exquiri põt euiden-
tius, ad hãc veritatem aſtruendã, pręde-
ſtinatiõis effectũ, nõ ſine nr̃is orationi
bus adimpleri? Pręnotionẽ, prędeſtina
tionemq; dei, fateor æternam eſſe, quis
id ignoret? pręces itaq; cũ temporariæ
ſint, illam iuuare non poſſunt: Et ſi quo-
que illę ab ęterno p̃cognoſcantur, nulla
mediorũ pręnotio, eſt prędeſtinationis
cauſa: Nẽpe finis, media oĩa antecedit,
etiã in mente, non modo, in volũtate;
At ad conſequendũ p̃deſtinationis effe
ctũ, plurimũ faciũt orõnes. Abſint nr̃i
tẽporis hęretici, qui oĩa immobiliter ve
nire dicunt, & mira neceſſitate, Epicu-
reorũ nõ longe diſſimiles, qui orõnes,
& ſacrificia nullo pacto prodeſſe pu-
tabãt, rati ex diſpoſitione corporũ ſupe
riorũ q̃ Deos uocabãt, & ex fato quod
gręce εἱμαρμενη, dr̃, omnia neceſſario &
immobiliter euenire. Abſint & Stoici,
qui orõnib⁹, mutari Deos exiſtimabãt,
vt modo vnũ vellent irati, modo aliud
eorũ aĩs placatis. Altera opinio, certitu
dinẽ tollit diuinæ p̃notionis, & p̃deſti-
nationis. Altera prorſus nr̃i arbitrij ex-
pugnat, & abrogat libertatẽ. Sctã fides
Ieſu Chr̃i aſſerit, Deũ falli, mutarivè,
nõ poſſe, attamẽ effectũ illũ, qui eſt p̃-
deſtinationis finis, nõ modo à Deo ip-
ſo pẽdere, ſed & à nobis. Attẽdere itaq;
oportet, non modo ordinẽ Dei ad effe-
ctũ, ſed & ordinẽ volũtatis nr̃ę, ſecũda
rũ ſcilicet cauſarũ ad eundẽ, & ordinẽ
etiã cauſæ primæ, Dei uidelicet ad no-
ſtrã voluntatẽ. Nã cauſa ſecunda, nõ or-
dinat̃ ad effectũ eius, niſi ex ordinatio-
ne cauſæ primę. Deus aũt benedictus,
dat nobis ipſis, vt & nos influamus ad
effectũ illum. Nõ ergo poſſunt eſſe inu-
tiles p̃ces nr̃æ ad id cõſequendũ, quod
Deus p̃deſtinauit his medijs fieri, & q̃
ſancti viri orãdo efficiũt, Ita p̃deſtinata
ſunt, vt p̃cib⁹ obtineant̃. Inquit Grego-
rius. Pręces cũ rectę ſunt, inefficaces eſ
ſe non p̃nt, inquit Boetius. Sicut enim
prædeſtinationis diuinæ effectus eſt

vt hoc

vt hoc fiat, ita quod precibus fiat. Propterea legimus, datã eſſe Iſaac vxorem ſterilem, ex qua tamẽ illi promiſſum fuerat & prædeſtinatum, multipli-
Gen. 26. candum eſſe ſemen eius, ſicut ſtellas cęli, & arenam maris. Cur? vt rogaret dominum qui daret cõceptum Rebeccæ, rogauit & exauditus eſt, nec vnquam fuiſſet prædeſtinationis effectus adimpletus, niſi ipſe viſcera domini propulſaſſet. Legimus quoque in ſermonibus Diui Stephani Prothomartiris. Si Stephanus non oraſſet, Paulũ eccleſia non haberet, cum tamen Paulum ante ſecula prædeſtinaſſet omnipotens. Tale q́d eſt hoc quod de Paulo legimus. Statuerat omnipotens, vt ipſe Romæ teſtificaret Chriſtum: Sanguine ſubſcriberet, & morte iuuaret, tamen exorari voluit, & frequentiſſimè, multoq́; tempore eũ prohibuit, ne optatiſſimo itinere frui poſſet, quo ardentius orans id tandem impetraret, quod non niſi precibus obtinẽdum, prædeſtinatum fuerat. Quod vero dicitur, Paulum voluiſſe Romam accedere, vetuiſſeq́; illi acceſſum Deũ glorioſum, neminem moueat contra noſtrarum voluntatum efficaciam & libertatem. Quis enim tã impiè doceat, homines adeò liberos eſſe, vt dominũ non habeant? Non audis increpitos
Pſal. 11. fuiſſe illos, qui dixerant, labia noſtra à nobis ſunt, quis noſter dominus eſt? Liberi ſumus proculdubio, & hominem exuit, qui ſe ſe cum cæteris hominibus nõ liberum eſſe profitetur. At dominũ habemus, Deum videlicet, cui dicitur.
Pſal. 118. Tibi domine omnia ſeruiunt. Neque enim dictum eſt, omnia tibi domine ſeruiunt, dempto homine, ſed omnia citra exceptionem. Num ergo qui prohibet ignem ne vrat, aquam ne dilabatur, prohibere non poterit hominem, ne exequatur quod mẽte concepit? Caue, ne dum putas hominem facere liberum, facias ſacrilegum. Eligere, velle, actus hi interiores ſunt, in noſtra poteſtate, at exterius exequi, efficere quod volumus, quod eligimus, in manu Dei eſt,
Num. 22. non noſtra. Voluit Balaam maledicere populũ Dei, ſed tamen linguam illius mouit Deus, vt maledic⁹ benediceret.
Ioan. 11. Quid apertius? Meditabat Caiphas Ieſu Chriſti necem, attamen admonuit illi ora Deus, vt de humani generis ſalute
Prou. 16. prophetaret. Hoc eſt quod dixit ſapiẽs, Hominis eſt pręparare animam, ſed do-
Ibidem. mini gubernare linguam. Propterea adhortatur demum, Reuela domino opera tua, & dirigentur cogitationes tuæ. Significans, cum cogitamus conſilia, & non per ſpiritum domini, nos vtique cogitare, conſulere, deliberare, etiã diuinæ voluntati reluctantes, at irritos eſſe & inanes omnes conatus noſtros, quippe quia non patitur Deus omnipotens, vt impleant manus noſtræ quod
Pſal. 32. cęperant. Scriptum eſt enim, Dominus diſſipat cogitationes populorum, & reprobat cõſilia principum. Et alibi. Veh
Eſa. 30.
Eſa. 47. vobis, vt faceretis conſilium, & nõ ex me, vt ordiremini telam, & non per ſpiritum meum: Nunc ſtent, & ſaluent te ſi poſſunt conſilia tua. Eſt itaque noſtra voluntas, plerunque contraria diuinæ volũtati. Ecce noſtra libertas. Volumus enim quod Deus non vult nos velle, videlicet fornicari, cõcupiſcere, torpere.
Mat. 23. Volui (inquit) & noluiſtis. Motus ergo liberi arbitrij noſtri, heu nimium liberi, reluctatur diuino beneplacito. Quæ maior libertas iſta? poſſe reſilire ab omnipotentiſſimo omnium domino? At quantum ad exitum, vel euentum, ſem per id ſequitur, vt de noſtra mala voluntate, ſuam adimpleat Deus bonam voluntatem. Ecce exemplum apertiſſimũ Iudæorum. Mala voluntate Chriſtum Dei filium perdiderũt, at ipſis male volentibus, bene vſus eſt Deus omnipotens, vt diuinam voluntatem omnino perfecerint vel nolẽtes. De quibus ſcri-
Act. 4. ptum eſt, Conuenerunt verè in ciuitate iſta, aduerſum ſanctum puerũ tuum Ieſum quem vnxiſti; Herodes & Pilatus cum gentibus & populis Iſrael facere; quæ manus tua & conſilium tuum decreuerũt fieri. Reſilire ergo poſſumus à diuina volũtate, ſed ipſa voluntas vinci non poteſt. Semper enim manet inui-
Gen. 50. cta. Propter quod Ioſeph⁹ ille, malo fratrum conſilio venundatus, ſed optimo Dei conſilio, Aegypti Saluator effectus, & dominus, illis dixit. Vos cogitaſtis de me malum, ſed Deus vertit illud in bonum. Ita ergo noſtra libertas defendatur,

tur, vt diuinæ omnipotentiæ non contradicat. De qua ſcriptū eſt, Omnia quę cunque voluit fecit: ſiue in cœlo, ſiue in terra, Non enim dicitur. Eorum quę voluit quædam fecit, & quædam non. Sed omnia quæ facere voluit, fecit. Quod ſi vrgeas, Voluit ſaluare Iudæos, nec tamen ſaluauit, vincitur ergo diuina voluntas, illis ſaluari nolentibus. Nullum argumentum eſt fortius pro his, qui aſtruunt, quos Deus efficaciter ſaluare voluerit, neceſſario ſaluatos iri, quoniā diuina voluntas non vincitur, vinci autem poſſet, ſi illi poſſent non ſaluari, at veritas eſt inconcuſſa, quantumcunq; efficaciſſimè velit me ſaluare Deus, poſſe me non ſaluari: quo enim eſt efficacior ſua voluntas, eo poſſum magis nō ſaluari. Vis rationem? Ecce. Si diuina voluntas eſt efficax, ergo non tātum id fiet quod vult fieri, ſed eo modo fiet, quo vult fieri. Vult autem me ſaluari contingēter, quia diſponit omnia ſuauiter, mouēdo res ſecundū quod ſunt natæ moueri, ergo contingenter ſaluabor, poteroque non ſaluari. Nec obſtat argumentum illud, quod vinci non poteſt diuina voluntas: neq; enim vincitur, nec vinci poteſt, & tamen non ſequitur inde, vt neceſſario ſaluemur. Quod quomodo ſit, breuiter tibi id aperiam. Et quia de iudęis peculiariter adducebatur difficultas, de illis loquens & ego, hoc pacto tibi reſponſum velim. Refugientes diuinam bonitatem, qua beati fuiſſent, non potuerunt effugere ſeueritatem, qua miſerrimi effecti ſunt, diuinam ergo uoluntatem omnino nō uicerunt. Si Herus dicat, Volo ut omnes ſerui mei laborent in uinea, poſt modum epulentur, qui uero non laborauerit, in piſtrino ſemper molat: qui laborare contempſerit, certe contra uoluntatem domini facit, at illius uoluntatem tunc uinceret, quando piſtrinum etiam cō temnens, fugeret. Hoc autem fieri nullo modo poteſt ſub diuina poteſtate. Contra uoluntatem ergo Dei facimus plerūque, at ipſa nunquam uincitur. Vinceretur autem, ſi ipſa non inueniret quid de illius contemptoribus faceret, adeo ut hi qui miſericordiam in donis contempſerunt, & in ſuppli-

Pſal. 113.

cijs poteſtatem atque iuſtitiam euaderent. Sed id impoſſibile eſſe nemo ambigit, quoniam ſcriptum eſt. Si uolueritis, & audieritis me, bona terrę comedetis; ſi autem nolueritis, gladius deuorabit uos. Euade gladium, & diuinam uiciſti uolūtatem, ſed illum non euades, ſi Deo uolueris obedire: Manet ergo diuina uoluntas inuicta. Quo ad hoc autem ſatis ſit dictum hic. Sequitur. *Græcis quoque & Barbaris, ſapientibus, & inſipientibus debitor ſum.* Quia enim tantam charitatem oſtenderat erga Romanos, ne crederet eum uoluiſſe ſibi uerbis tā dulcibus deuincere urbem hanc omnium primam: Idcirco adiecit, Nihil eſt quod mihi debeatis, ego omnibus debeo. Nec fœlix Gretia, nec extrema barbaries mihi quicquam debet, nec tu alma Roma. Irrecuſabile onꝰ habeo ego prædicandi omnibus, & ſapientibus & inſipientibus. Veh mihi ſi non euangelizauero, neceſſitas enim mihi incumbit, ut omnibus quo ad poſſum, proficere ſtudeam. Omnia autem poſſum in eo qui me cōfortat. Nihil ergo a me putate amplius habere, quo uobis gratificari cuperem, iuſſa Dei duntaxat completurus aduenio. Gratias omnes date Deo ſoli, qui tantam lucem omnibꝰ uoluit eſſe communem. Græci autem & barbari nomine, omnes comprehendit populos, ni fallor Apoſtolus, in hoc græcos ſequutus, qui omnes populos barbaros uocabant, qui græcè non loquebantur. Vnde & in opprobrium græcè linguæ expertes ab eis dicebant ἄγλωσσοι, hoc eſt elingues. Forte tamen alia ratione, græcos & barbaros tantum nominat, Romanos ſubticens & Iudæos, ut barbari intelligantur Scithæ, Thraces, cæterique tales, feris moribus, inculta barba, & rura atque nemora cum feris incolentes, quos nec ſapientia gręci, nec Romani urbanitate, neque Iudæi ſanctimonia, uel ceremonijs expolitos reddidiſſent. His ergo potiſſimum prædicaturus erat apoſtolus, quo tuba illa admoniti, diſcerent barbaros mores in ſanctos commutare. Nanque ex munere apoſtolatus Iudæi euangelizare non tenebatur. Petro enim circunciſio credita erat. Paulo præputium, ut ad

Eſa. 1.

1. Cor. 9.
Philipp. 4

Gal. 2.

ad Galatas apparet. Vnde ſi Paulus Iudæis prædicabat, erat ſupererogatio miniſterij huius, ipſo dicente.
Rom. 11. Quandiu quidem ego ſum Gentium Apoſtolus, miniſterium meum honorificabo. Sed quid de Roma? Romę primum tenebatur. At poſtquam Petrus ex Antiochia Romam tranſtulit ſedem, ipſi Petro attinebat Romanos erudire, qui licet vniuerſalis Eccleſiæ caput eſſet Romæ, tamen erat proprius Epiſcopus. Neque enim par erat, vt reſidente Petro Romæ, alius quiſpiam Romanos inſtrueret, propterea, & ſeruatum eſt, vt ſucceſſor Petri, ſit & Epiſcopus Romanus, & vniuerſalis Eccleſiæ paſtor. Abſolutus fuerat ergo Paulus à debito, cum Petrus Romā venit, ipſo iure principatus Petri. Græcis ergo tantum, & barbaris ex munere vel ex officio debebat, non alijs: licet ex charitate omnibus, ſecundum quam dicitur. Nemini quicquam de-
Rom. 13. beatis, niſi vt inuicem diligatis. Barbariem autem omnem Ieſu Chriſti beneficio, ab omnibus nationibus exulaſſe, poſtquam ſanctiſſimis illius inſtitutis, mores barbaros cum honeſtiſſimis commutarunt, nemo neſcit, vt iam chriſtianorum nemo barbarus, dicendus ſit, quanquam ignarum vulgus Alpiū interuallo, barbaros homines à cultis & politioribus ſe iungi imprudenter exiſtimet. Et ſcioli quidam, nonnullarum nationum homines, barbaros vocent, quod inconcinnè, & illepide loquantur. Quod ſi ita eſt, & Italos in medio Latio, & græcos in medijs Athenis, quàm plurimos eſſe barbaros aſſeuerare cogemur. Illud autem verbum *ſapientibus, & inſipientibus*. Ita intelligatur, vt *ſapientis* nomine docti, de
1. Cor. 2. quibus ipſe dicit. Sapiētiam loquimur inter perfectos. *Inſipientis* vero, rudes, paruuli, qui ſapientia carēt, ſignificent,
1. Cor. 3. de quibus dicitur. Etenim non potui loqui vobis tanquam ſpiritalibus, ſed tanquam carnalibus, tanquam paruulis in Chriſto lac potum dedi vobis. Omnibus ergo debebat Apoſtolus, qui ſpiritu Dei plenus, & lacte, hos alere, illos ſolido confortare cibo apprimè nouerat, omniumque linguis loquebatur, vt & Græci, & Barbari cum poſſent intelligere prædicantem. Neq; n. incaſſum tantis gratijs, Paulum Deus reddiderat inſignem atque admirabilem, ſed vt vniuerſam terram prædicando luſtraret, & non modo conſularibus viris, patricijs, philoſophis, eruditis, ſed & rudibus, & mulieribus, & pueris, tam vtile & ſaluberrimum Euangelium apertum redderet, atque omnibus captu facillimum. Quemadmodum. Solem, Lunam, Maria diuitibus, pauperibus, ſatrapis, & ſeruis communia fecit diuina prouidentia, quod communi hominum vitæ neceſſaria ſint hæc omnia, propterea omnibus concedenda, eadem & maiore ratione, Euangelium Chriſti, quod vitam animarū præbeat, omnibus vniuerſi orbis hominibus, inuulgandum erat, & declarandum, non magis principibus, quàm pauperibus. Id autem præſtitit Paulus noſter: Ob id ergo dicit. *Sapientibus, & inſipientibus debitor ſum.* Quaſi velit dicere Apoſtolus. Scio in vobis pleroſque ſapientes eſſe, viros ſublimes, nobiles, literaros, rudes item, & pauperes, omnibus in commune, propoſitum eſt veritatis Chriſti præconium. Non nouit dignitatis diſcrimen, non gradus præſtantiā, omnibus ego æquè debeo prædicare: propter omnes Romam deſidero conuenire, non quod diuinæ voluntati repugnam, quæ aliò ſemper me ducit, ad vos venire feſtinantem: ne quidem quęro, cur me prohibeat vos adire, tantum abeſt, vt reſiliam, pareo incomprænhenſæ illi prouidentiæ, & nullam ſuæ voluntatis rationem expoſcens. Id enim dedecet morigerū ſeruū: quò me dirigit, rendo: ſępenitor videre Romā, qd à vr̄o amore nunquā deſiſtere poſſim. O rarum Apoſtolū: qd nitebat͛ eos videre, ſuum erga Romanos declarat amoré, qd vetabat͛ nec cōtra ibat, perfectā Dei obedientiam teſtat͛, & probat. *Ita quantum in me eſt, promptus ſum, & vobis qui Romæ eſtis Euangelizare.* Non enim me pudet euāgelij Chr̄i. Ne putate id quod Barbaris & indoctis gētibus prędicaui erubeſcā prædicare vobis, qui & ſapiētia, &

tia, & dominio cunctas orbis nationes excellitis: & conſulibus, & rethoribus, & poetis, & plebeiolis, minutuliſque hominibus, indiſcriminatim promptus ſum prædicare.

1.Cor.2. Non iudico me aliquid ſcire inter uos, niſi Ieſum Chriſtum. Omnis mea gloriatio ex Chriſto eſt, tantum abeſt vt erubeſcam de Euangelio eius. Erubeſcendum eſt ueſtris ſapientibus, qui cœlos hominibus repleuerunt, & inceſtatorem Iouem Deum putauerunt, & coluerunt. Mihi non eſt erubeſcendum, qui Chriſtum filium Dei prædico, & omnes alios Deos falſos reſpuendos eſſe declaro. Non in ſublimitate ſermonis, ſed in oſtenſione ſpiritus virtutis, hoc & vobis prædicabo, ſi Deus dederit. O animam generoſam, quæ tanta alacritate hanc prouinciam prædicandi Romanis ſuſcipere parata eſt; prouinciam mille periculis plenam. Non ignorabat maritimas peregrinationes, tentamenta, inſidias, vexationes, labores, ſeditiones, tirannidem impietatis, Cæſarum crudelitatem, ſciebat quæ ſibi impendebant omnia: attamen non modo nõ ſegnior effectus eſt, ſed & ardentior, & vehementior. Quo factum eſt, vt tandem Romam peruenerit, illicque à Nerone, qui tunc imperabat, eodem die, eadéque hora qua Petrus cruci affixus eſt, capite cæſus uitam finierit. O beatiſſimum Paulum. Cui & poſt tot coronas, aureola martirij non defuit.

Virtus enim Dei, vel poteſtas *eſt in ſalutem omni credenti.* O vere Euangelium, fauſta ſcilicet & felix annunciatio diuinæ virtutis non humanæ, quæ potens eſt præſtare ſolidam, veráque ſalutem omnibus hominibus, mo-
Prou.25. do credere velint. Aqua frigida animæ ſitienti; & nuncius bonus de terra longinqua. Quàm charius ergo nobis eſſe debet Chriſti Euangelium, quod de cœlo nouitatem hanc omniũ nouitatum gratiſſimam annunciat? Non humanum quid fragile, vel infirmum, ſed diuinum & omnipotens robur præſtitum eſſe omnibus ad ſalutem, non temporalem ſed æternam.

Virtus enim Dei eſt. dicit Apoſtolus. Pulchra antitheſis. Virtus peccati lex: Virtus Dei Euangelium: per illum abundauit delictum, per hoc ſuperabundauit & gratia. Vt ſalua nauis dicitur cũ ad portum peruenit, & non ante, ſic nemo noſtrum ſaluus dicitur, niſi cum ad regnum cœlorum peruenit: Tunc enim extra pericula erimus, quod propriæ ſignificat vox iſta ſaluationis, vel ſalutis. Porrò, vt nauis in ſinu maris, etiam ſalua dici poteſt, ſic qui habet fidem qua iuſtus eſt coram Deo, ſaluus dicitur, tametſi quo ad viuit, ſemper illi bella, periculaque immineant. Vnde Rom.8.
illud, Spe ſalui facti ſumus. Et illud. Gra- Ephe.2.
tia dei ſaluati eſtis per fidem. Quoniam hæc ſunt in electis certiſſima ſalutis pignora. Hæc ergo eſt huius Romanorum Epiſtolę negotium. Hæc eſt aſſertio, quam vnicè molitur Apoſtolus, & declarare, & probare, quod Iudæis ſcandalum eſt, atq; gentibus ſtultitia. Hoc ipſum omnibus credentibus eſſe Dei virtutem, qua ſaluari poſſint vniuerſi, nempe, Chriſtum, Chriſtique ſacrum Euangelium. De vtroque enim id verè dicitur à Paulo quamuis alia ratione. Euangelium nanque diuinam virtutem annunciat, eſtque organum diuinæ virtutis, verba habens ignita, mirabili quadam poteſtate totum hominem transformantia. At Chriſtus ipſe, illa ipſa eſt Dei virtus, quam Euangelium euangelizando annunciat. Cuius ope, euangelicis verbis, rapimur, viuificamur, abſtergimur, expiamur, ſanctificamur, & ſaluamur. Qui enim ſe ſe totum Chriſto crediderit, omnino ſaluabitur. Om- Pſal.24.
nis enim qui credit in illum, non confundetur, vt inquit Propheta. Hoc itaque, videlicet quod *Euangelium*, (ratione ſcilicet rei euangelizatæ, quæ Chriſtus eſt, non ratione verborum euangelizantium,) ſit.

Virtus Dei in ſalutem omni credenti. Rom.1.
Et id quod aſſerit Apoſtolus, declarabitur ſtatim verbis illis. Reuelatur enim iuſtitia Dei de cœlo ſuper omnem impietatem, & iniuſtitiam. &c. Hic tantum ponitur, & aſſeritur tanquam *θέσις* huius negotij, immo tanquam

quam

quam fundamentum omnis chriſtianæ ſtructuræ. Hoc autem verbo ſimul redditur ratio, cur Paulum pudere non oporteat Euangelij ab eo prædicandi, quoniam, ſcilicet ipſum Euangelium. *Virtus Dei eſt in ſalutem omni credenti.* Quis diuinam virtutem annuncians, quæ perditum genus hominum ſaluari poſſit, potius non glorietur quàm erubeſcat? Plebiſcita veſtra Romani. Senatuſconſulta, Vis magiſtratuum, & conſuetudinis, Curiatæ Romuli, Ius Papirianum, leges Numæ Pompilij, duodecim illę tabellæ, omnia hæc, ò gentes, virtutes hominum ſunt, & propterea imbecillæ, nec ſaluant, nec interimunt animas hominum, quare nec illarum obſeruatio neceſſaria eſt ad ſalutem. Ea facilitate refelli poſſunt, qua receptæ fuerant. Neque enim humanæ hee leges, alia ratione ligant, niſi quoniam populi iudicio qui communi conſenſu omne imperium atque poteſtatem in principem contulit, receptæ ſunt: Quanquam legum latores, vt decretis ſuis vulgi authoritatem conciliarét, ſe à Dijs edoctos illis præſcribere confinxerint. Oſyris apud Ægyptios à Mercurio. Solon apud Athenienſes à Minerua. Minos apud Cretenſes à Ioue. Licurgus apud Lacedemonas ab Apolline. Numa apud Romanos à Nimpha Aegenia. Euangelium autem Chriſti, inquit Apoſtolus noſter. *Eſt virtus Dei.* Non humanum quid annunciat, ſed diuinum: non eſt doctrina hominum, eſt doctrina diuina, & propterea inuiolabiliter obſeruanda, adeò vt qui in vno mandato offen- *Iac. 2.* derit, factus ſit omnium reus. Hinc mittens Chriſtus Apoſtolos, vt Euangelium diſſeminarent vbiq; terrarum, dixit eis. Euntes docete omnes gen- *Matt 28.* tes, ſeruare omnia quæcunque mandaui vobis: Tantumq; oſtendit eſſe Euangelij virtutem, vt & dixerit, qui illius præcones contempſerit, Deum ipſum contemnere: Qui vos ſpernit, *Luc 10.* me ſpernit, & qui me ſpernit, ſpernit eum, qui me miſit. Eſt itaque virtus Dei. Quantus ergo & qualis putas ſit iſte orator cælitus miſſus Paulus, ad annunciandum hanc diuinam virtutem vel poteſtatem? Non vacat autem myſterio illud verbum. *Eſt*, præſentis temporis. Indicatur nanque, quemadmodum Chriſtus credi voluit de ſeipſo quod eſt, quo ſua æternitas declaratur, Deo dicente Moſe, Ego ſum, qui ſum. Sic dices fi- *Exo. 3.* lijs Iſrael, qui eſt miſit me ad vos. Vn- *Ioan. 7.* de in Euangelio legimus. Si non credideritis, quia ego ſum. Antequam Abra- *Ioan. 8.* ham fieret ego ſum. Ita Chriſti Euangelium, non modo virtus fuit, vel erit Dei, ſed eſt, omni ſcilicet tempore. Citra euangelium nanque, nulli vmquam contigit ſalus, nec continget. Vnde propterea Euangelium, nouum & æternum teſtamentum *Mat. 26.* appellatum fuit à Chriſto in cœna illa ſanctiſſima. Habetis ergo, quod virtus Dei eſt Euangelium.

Virtus autem Dei in ſalutem. Amanda eſt ergo hæc diuina poteſtas, longe magiſquam timenda, quoniam non eſt virtus in interitum, ſed in ſalutem. Lex Moſi, Iudæę, erat virtus Dei, ſed *Rom 7.* non in ſalutẽ. Scriptum eſt enim de ea, Occaſione accepta, peccatum per mandatum, operatum eſt in me omnem concupiſcentiam, & per illud occidit: Quod ergo bonum erat, mihi factum eſt mors. Erat lex mortis & interitus, tantum abeſt, vt vllo vmquam tempore fuerit lex ſalutis, vel virtus in ſalutem. Propterea timendum ſemper erat Iudæis, nobis non eſt timendum, quibus Euangelium ſalutem pollicetur æternam. Sperandum eſt nobis & amandum, vt hanc ſalutem conſequamur. Breuis differentia legis & Euangelij, Amor & Timor. Erat vtique lex illa Iudæis neceſſaria ad ſalutem olim, ſed tamen non ſufficiebat ad ſalutem, quia vt verè dicam, reos homines conſtituebat potius quam ſaluaret: Cõminabatur enim, & nõ opitulabat᷑: iubebat, non ſanabat, languorem oſtẽdebat, nõ auferebat. Nemo aũt ignorat illud, Nitimur in vetitum, qm̃ & quod concupiſcitur, neſcio quodã modo dulcius fieri, cũ vetat᷑. Euangeliũ aũt Chr̃i, quo ad rem euangelizatã maximè quę Chriſtus eſt, nõ modo neceſſaria, ſed &

 ſufficiens

ſufficiens eſt ad ſalutem. Quoniam Chriſtus Ieſus nouitate ſpiritus quam largitur, vetuſtate ablata, hominem denuo natum ſaluat & ſanat. Filius hominis non venit mactare, ſed ſaluare, dicebat ipſe de ſeipſo. Et iterum. Non miſit Deus filium ſuum in mundum, vt iudicet mundum, ſed vt ſaluetur mundus per ipſum. Qui ſaluantur, inde ſaluantur, qui non ſaluantur, aliunde non ſaluantur. Perditio noſtra, ex noſtra eſt poteſtate. Salus autem ex virtute Chriſti, vt omnino verùm ſit quod dicitur per Oſeam. Perditio tua ex te Iſrael eſt, tantùmmodo in me auxilium tuum: Et quod Paulus hic dicit, ſe ſe annunciare potentiam Dei in ſalutem. Eſt enim Chriſtus tantum virtus ſaluans, non perdens, tendensque ad ſalutem, non ad perditionem: ſi quæris virtutem perdentem, humanam imbecillitatem agnoſce tantum; ſi ſaluantem, virtus effectrix ſalutis noſtræ Deus eſt: formalis; gratia, cooperatrix, & ſine qua, neminem ſaluari contingit, conſenſus vltroneus liberi arbitrij: Inſtrumentalis, Euangelium quod prædicatur. Meritoria Chriſtus, de quo diſſerit Euangelium. *Omni.* O verbum dulciſſimum. Nemo deſperet: nemo dicat. Sum ne ego prædeſtinatus? Omnes, omnes venit ſaluare Chriſtus, non modo eos qui ſaluantur, ſed & qui pereunt. Pro omnibus venit Chriſtus, non pro paucis. Cur plorat Chriſt⁹ ſuper Hieroſolimitanos ciues, niſi quia ipſe volebat ſaluare eos, & ipſi noluerunt? Si diuinus Chriſti fauor, vrbem illam dereliquerat prorſus, & nolebat eam ſaluare, nonne merito illi deploranti reſpondere potuiſſent: Cur inanibus lachrymis te maceras? noli nobis imputare quod noſtra culpa non commiſimus, noſtra improbitate, & noſtra voluntate factum eſt, quod factum eſt. Omnibus ergo, omnibus (mihi credite) affuit virtus Chriſti, vt ſaluentur. Ideo leges gentium gentibus, lex moyſi hebreis duntaxat data fuit. Euangelium autem, omnis generis hominibus tradendum fuerat, vt omnes ſaluarentur per ipſum. Eſt enim virtus Dei in ſalutem omnium.

Luc 9. *Ioan 3.* *Oſe. 13.* *Luc 19.*

Idcirco præceptum fuit Apoſtolis, *Mar. vlt.* prædicate euangelium omni creaturæ; quamuis Chriſtus ipſe Iudæis vnis prædicauerit, & nunquam Gentibus. Quoniam enim Meſſias erat, Meſſias autem iudæis tantum videbatur eſſe promiſſus in lege, non item gentibus, ne ab eo Iudæi occaſione accepta auerterentur. Qui gentes, canes, incircuncisos, peccatores, in deſpectum vocabant. Conſentaneum fuit, vt Iudææ limites ipſe non excederet, quò & factum fuit, vt ſi quando gentilibus aliqua ſalutis beneficia impendebat, quo omnem gratiam haberent, Iudæis notumque fieret, quod Iudæi tantum illi curæ erant, (O diuinam & admirabilem ſapientiam) vellet à Iudæis exorari, id Centurionis hiſtoria, atque Chananeæ latiſſime oſtendit, Propterea & dicebat. Non ſum miſſus, niſi ad oues quæ perierunt domus Iſrael. *Matt. 15.* Vnde & cum vinceret, Apoſtolis prohibuit, In viam gentium ne abieritis, quaſi Euangelium illo tempore, Iudæis tantum propagandum eſſet. *Matt. 10.* Eo autem à mortuis reſurgente, morte deuicta, incredibilis illa virtus diffundenda fuit ad omnes gentes, vt omnes qui ſub mortis Imperio primum detinebantur, ſcirent rediuiuæ Chriſti vitæ glorioſo triumpho, eſſe ſe reuocatos ad vitam, & ad ſalutem. Parum eſt enim mihi (dicebat Vates ille,) vt ſuſcites feces Iſrael, dedi te *Eſa. 49.* in lucem gentium, vt ſis ſalus mea vſque ad extremum terræ. Propter quod Petrus Apoſtolici collegij princeps, in Concilio Hieroſolymitano hũc in modum primus, tanquam verè cęterorũ caput, & Iacobo ẽt maior qui Epiſcopus vrbis Hieroſolymæ erat, fari cępit. Viri fratres. Deus, qui corda nouit, teſtimonium perhibuit, dans gentibus ſpiritum ſanctum, ſicut & nobis, & nihil diſcernit inter nos & illos, fide purificans corda eorum. *Act. 15.* Quo fortaſſe permoti Iudæi, cœperunt indignari chriſtianis, vt potè qui

iudaica

iudaica ſuperbia, & neſcio quo liuo-
re ſingularitatis pluſquam par ſit, &
decent auidi, diuinas gratias ethnicis
qui idola coluerant, non eſſe vllo pa-
cto profundendas. Indicabant, fere-
bantque ęgerrimè, quod in eos om-
nes ſine delectu, æque ac in ipſos, de
quibus olim Pſaltes cecinerat, Non
Pſ.147. fecit taliter omni nationi, ſpiritus ſan-
cti chariſmata diffunderentur, ſacrum-
que Euangelion ad totius mundi ſa-
lutem inuulgaretur. O noxium in-
uidiæ virus. Hinc & Paulum fer-
re non poterant, quoniam chriſtiana
exeſtuans charitate, gentes omnes
amplectebatur adeò & fouebat, vt
non modo eas Iudæis exequaret, ſed
& præferre videretur: tatus omnem
Iudæorum ſanctimoniam, ob phari-
ſaicum illum tumorem, quo propriis
meritis fræti, Diuinæ gratiæ pluri-
mum derogabant, Deo ingratiſſimam
eſſe; gentium vero quæuis magna
facinora, ingenti illa humilitate,
qua Deo, omnem illorum ſalutem
Deo optimo maximo acceptam fere-
bant, aboleri, non imputari à diuina
miſericordia.

Credenti, Donum nō eſt donum, ni-
ſi acceptetur. Requiritur enim quod
donetur, & quod acceptetur.
Euangelium igitur dono datum eſt
hominibus vniuerſis à Deo: porrò ſi
non acceptatur, non erit donum, qua-
re nec ſaluabit: acceptatur ergo per
fidem: quotquot credunt, acceptant:
qui non credit, non acceptat, nec
ſaluatur. Quare Dei dona debent
acceptari, & chara haberi, atque
in magno prætio: illud fit per fidem.
Hoc per charitatem. Tanto autem
hoc excellit illud, quanto qui frigide
dona acceptant & vilipendunt,
habentur pro ingratis. Ergo conſu-
matio eſt in charitate, non in fide,
vt intelligamus, tunc haberi apud
Deum iuſtos, cum amamus, non
cum credimus. Adde, quod dona
Dei debent expendi, exercitarique,
non cuſtodi, vt ex parabola talento-
rum habemus: Exercetur autem euan-
gelium per charitatem, quæ eſt radix
Gala.6. operum, dicente Paulo, Quod fides

Ep. ad Rom.

per charitatem operatur: non ſola,
ergo multo plus facit charitas, quàm
fides, quia illa non operatur ſine cha-
ritate, atque ideo donum Dei langue-
ſceret. Radix peccati Adæ fuit, quia
non credidit Deo comminanti: radix
noſtræ ſalutis eſt credere Deo promit-
tenti, ſed ille ſuæ incredulitati adiun-
xit peccata alia, comedit pomum, ex-
cuſauit, ſe abſcondit. &c. Nos ergo fi-
dei iungamus alia opera vt ſaluemur.
Vnicè autem de fide mentionem facit
Paulus, quia fidem Chriſti plantare
cupiebat. Romani eximijs virtuti-
bus pollebant, iuſtitia, clementia,
fortitudine, non oportebat igitur
multum laborare, vt commendaret
eis mores bonos: in vna fide laboran-
dum erat. Ideo igitur vbique illam
extollit. Sed & illud obſeruandum eſt,
quod de illis qui primo ad Chriſtum
veniunt & ex Iudaiſmo, & ex
gentilitate loquitur. Illi autem ſola fi-
de ſaluantur: at poſt baptiſmum rela-
pſi in peccatum, ſi iuſtificari cupiunt
ſecunda iuſtificatione, oportet o-
peribus illam ſibi comparent. De
his in hac Epiſtola non eſt ſermo: Qua-
re nimirum, ſi de vna fide ſermo ha-
betur, non de operibus. Mira profe-
ctò eſt fidei virtus, quæ illi tribuitur,
& à Theologis, & à Magis. Omnia
nanque miracula fidei adſcribuntur.
Fide euaſit Daniel pericula leonum.
Emorroiſſe ait Chriſtus. Fides tua te Matt.15.
ſaluam fecit. Centurioni, ſicut cre- Matt.8.
didiſti fiat tibi: Pallas apud Home-
rum his verbis conſolatur Achillem,
Veni ego pacificaturus tuam iracun-
diam, modo credideris. Medicorum
eſt aphoriſmus, Ille plures ſanat, in
quem plures confidunt. Idcirco Li-
nus Poeta dixit, Dijs omnia credenda
eſſe. Cuius rationem videtur reddi-
diſſe Chriſtus. Nam credenti (in- Mar.9.
quit) in Deum, omnia poſſibilia ſunt.
Nihil autem incredibile, niſi im-
poſſibile: ſi ergo nihil impoſſibile,
nihil incredibile. *Euangelium* ergo
Chriſti, inquit Apoſtolus, *virtus qui-
dem Dei eſt in ſalutem* omnibus cu-
iuſuis gentis hominibus, Græcis, Bar-
baris, ſapientibus, inſipientibus.

At hoc vnicè requiritur, vt credant
1.Ioan.5. in Chriſtum. Vnde illud eſt. Qui cre
Ioan 3. dit in filium Dei, habet vitam ęternam:
Act.16. Qui non credit, ira Dei manet ſuper
Ioan.2. illum. Et illud, Crede, & ſaluus eris.
Rom. 10 Qui credit in me, non morietur. Qui
Ioan.3. credit in eum, non confundetur. Illud
quoque. Sic Deus dilexit mundum,
vt filium ſuum vnigenitum daret, vt
Eccl.2. omnis qui credit in illum, nō pereat,
ſed habeat vitam æternam. Veh illis,
qui non credunt. Inde enim mors na-
2.Cor.2. ſcitur, vnde vita naſci debuerat. Chri
ſti bonus odor (inquit idem ipſe Pau-
lus noſter,) alijs eſt odor vitæ in vitam,
alijs odor mortis in mortem. Creden-
tibus in Chriſtum odor in vitam, non
credentibus, odor in mortem. At qui
non credit, ex ſeipſo non credit: Qui
ergo intereunt, ex ſeipſis intereunt, nō
ex Chriſto. Intereunt autem dubio pro
cul omnes non credentes. Inditium
eius eſt quod legimus in actis apoſtoli-
cis. Exorciſtæ nanque nonnulli, cum
nec tantillum in Chriſtum Ieſum crede
rēt, tentauerunt inuocare nomē eius,
vt dæmoniacum quendam liberarēt.
Act.19. Adiuro (inquiunt) te per Ieſum, quem
Paulus prædicat. O rem miram, &
prodigioſam, reſpondens ſpūs nequā
dixit illis. Ieſum noui, & Paulum ſcio,
vos autem qui eſtis? Et inſiliens in eos
homo qui habebat demonium, & do-
minatus amborum, inualuit cōtra eos,
ita vt nudi & vulnerati effugerent
de domo illa. Credere ergo oportet
in Chriſtum, eos qui ſaluādi ſunt Chri-
ſti virtute. Sed operę pretium fuerit
videre tria hæc. Quid oportet crede-
re. Secundum. Cur credere oporteat.
Tertium. Qua ratione fidem magis q̄
quodlibet aliud opus exigit à nobis
Euangelium Chriſti. *Virtus Dei eſt*
Rom.1. (inquit Paulus) *in ſalutem omni cre-*
Ioan. 6. *denti*: Et Chriſtus Ieſus. Hoc (inquit)
eſt opus Dei, vt credatis in eum quem
miſit ille. Hoc enim non modo hu-
ius Epiſtolæ baſis, ſed & ſcopus eſt
Paulinæ om nis philoſophiæ. Magnus
ergo ſermo nobis hoc in principio ha
bendus eſt, ne demum cum progreſſi
fuerimus, accidat nos tota aberra-
re via. Paruus enim error in princi-
pio, eſt maximus in fine.

Principio autem ante omnia intelli-
gendum eſt, quid fidei vel credendi
nomine, ſignificetur in omnibus hiſce
ſcripturæ locis. Neque enim ſignifica-
tur nuda & ſimplex illa credulitas,
quæ eſt operatio quædam intellectus,
ſed & omnis animi fiducia vel con-
fidentia. Nuda enim credulitas quę
cogitatione completur, eſt infra ſcien-
tiam, vt Proclus inquit. At hæc fi-
des, quam græci πίστιν vocant, conſtās
ſcilicet & firma omnis animi per-
ſuaſio, qua nos ipſos concredimus il-
li, cui fidem adhibemus, perſuaſum
habentes id omnino fiēdum eſſe quod
credimus, eſt ſupra ſcientiam omnem
& intellectum. Hanc autem fidem,
quemadmodum in Chriſtum Ieſum
quiſque, ita nemo in alium quempiam
nec in ſeipſum habere debet. Scri-
ptum eſt enim. Maledictus qui confi- Hier. 17.
dit in homine, & qui firmat carnem
brachij ſui. En itaque quid credere
oporteat. Hoc videlicet, quod Chri- Rom.1.
ſtus Ieſus Dei virtus ſit in ſalutem om-
nibus credentibus. Quoniam ipſe vl-
tro ingenti victus charitate, ſe ſe pro
omnibus obtulit Deo patri in ara cru-
cis, vt omnes ſaluarentur. Hoc credi-
dere tria comprehenduntur. Crede-
re Chriſtum, Credere Chriſto, & Matt.8.
Credere in Chriſtum. Chriſtum cre-
didere demones. Tu es Chriſtus filius
Dei viui, quid veniſti ante tempus tor-
quere nos? Nanque illis perſpectum
erat, vehemente ſaltem opinione, Ie-
ſum Chriſtum eſſe. Chriſto credide- Matt 7.
runt quotquot dicebant: In nomine
tuo demonia eiecimus, prophetauimꝰ,
virtutes fecimus. Credebant enim illi
aſſerenti, quod ſuo nomine demones
fugarentur, & curarentur morbi.
At in Chriſtum non credunt, niſi ve-
ri filij Dei, vnde demones perdidit
Deus, nec illos ſaluauit eorum inanis
fides. Illi autem audient Chriſtum
dicentem. Diſcedite à me omnes qui Matt. Ibi.
operamini iniquitatem, nunquam
noui vos. De his autem qui in Chri-
ſtum credunt, de quibus eſt illud
Ioannis verbum. Dedit eis poteſta-
tem filios dei fieri, his qui credunt

Ioan. 1. in noĩe eius ſcribit, Omnis qui credit
Rom. 10. in illũ nõ confundet. Qui credit in filiũ
Ioan. 3. Dei, habet vitam æternam: Et alia
plura, quæ adducta ſunt ſuperius.
Credere ergo in Chriſtum, non eſt ſim-
plex cogitatio intellectus, ſicut crede-
re Chriſto, & Chriſtum: Sed &
operationem voluntatis includit, qua
in Chriſtum imus, eundo confidimus,
& ſperamus, ſperando diligimus,
diligendo propter eum operamur, ſi
poſſumus. Neque enim fiducia eſſe
poteſt, niſi vana ſine amore, nuſquam
vero amor eſt ſine opere. Quis non
incaſſum fidit principi, quem non a-
mat? Mihi crede, amor, eſt radix fidu-
ciæ omnis. Rurſus, quis interius di-
ligit ardenter, qui exterius ocietur &
torpeſcat? Amor otioſus eſſe non po-
teſt. Operatur magna ſi eſt, ſi vero
operari renuit, amor non eſt. Quo
manifeſte colligitur, inanem eſſe fi-
duciam in Chriſtum ſine bonis ope-
ribus. Incaſſum nanque fidis Deo, ſi
Deum non diligis. non diligis autem,
ſi non operaris. Quàm vani ergo ſunt
Chriſtiani illi, qui fidunt ſe ſe per Chri-
ſtum ſaluatos iri, nec tamen operibus
bonis incumbunt. O miſellos. Si
1.Cor.13 habuero omnem fidem (inquit Apo-
ſtolus.) ita vt montes transferam, cha-
ritatem autem non habuero, nihil mi-
hi prodeſt. Iacobus tam vehementer
infeſtus eſt his qui docent, nudam
fidem ſine operibus ad ſalutem con-
ducere, vt etiam illos demonibus
comparet. Et demones inquit cre-
Iac. 1. dunt, & contremiſcunt. Quid
verius? Quid breuius? Quid vehe-
mentius dici potuit? Et de fiducia
Iac. 2. quoque concludit. Quid proderit
fratres mei, ſi fidem quiſque ſe habere
dicat, opera autem non habeat?
Nunquid poterit fides ſaluare illum?
Fides, ſine operibus mortua eſt. En
1. Ioan. 4. ad extremum. Qui non diligit, ma-
net in morte, inquit Ioannes. Vides
ergo quid credere oporteat, & quę
ſit fides de qua dicitur. *Virtus Dei
Chriſtus eſt in ſalutem omni credenti.*
Hæc enim eſt, vt credamus idip-
ſum. Videlicet, quod Chriſtus, Dei
virtus eſt in ſalutem omni credenti,
Credenti inquam ipſi, ipſum, &
in ipſum. Et hęc eſt fides de qua ad
Galatas dicitur. In Chriſto Ieſu, Gal. 5.
neque circuncíſio aliquid valet, ne-
que præputium, ſed fides quæ per cha-
ritatem operatur: Fiducia ſcilicet in
Chriſtum Ieſum, qua ratum nobis
eſſe debet, neminem perdendum qui
in illum credere voluerit. Quæ ne-
quaquam nuda eſt, vel informis, ſed
charitate formata. Cur credere
oporteat, nunc dicendum. Equidem
Deus noſtra ope non eget, vt ab il-
lo ſaluemur. Scriptum eſt enim. Quis Eſa. 45.
adiuuit Spiritum domini? Et iterum. Iob. 26.
Cuius adiutor es? Nunquid imbecil-
lis, & ſuſtentas brachium eius qui
non eſt fortis? Proculdubio itaque
poſſet Deus citra omnia opera noſtra
nos ſaluare. Qui enim fecit te, ſi-
ne te, non nè poſſet ſaluare te, ſine
te? Verum, pro hominum gloria,
vt aliqua ſaltem ratione promærea-
mur ſalutem noſtram, cum nos ſine
nobis creauerit, nos ſaluare ſine no-
bis non voluit. Exigit ergo à nobis,
vt credamus, quo non citra omne
meritum, tantam felicitatem conſe-
quamur. Glorioſius nanque eſt, ali-
quem ſuis meritis exaltari, quàm pror-
ſus gratuito dono. Quò fit, vt & ſum-
mus pater filium ſuum hominem fa-
ctum, promereri voluerit glorioſum
illum triumphum, vltronea obedien-
tia quam exhibuit vſque ad mortem
crucis. Propter hoc enim inquit Apo-
ſtolus, exaltauit illum Deus, & dedit Philip. 2.
illi nomen ſuper omne nomen. Vn-
de hinc conijcere licet, quam grauiter
halucinentur noſtri temporis Matheo-
logi, qui putant nos diuinæ gratiæ de-
rogare, qui merita prædicamus; Ip-
ſi ipſi extollimus diuinam gratiam, non
illi. Longè enim eſt maior nobis col-
lata gratia, ſi mereamur æternam vi-
tam, quam ſi ſecus: nanque, & quod
mereamur, eſt gratiæ: Gratia hoc nobis
contulit, non ipſi comparauimus, vt
immenſum illud premium promere-
re valeamus. Gratia. Gratia non me-
rito, venale factum eſt regnum Dei, vt
iam illud emere poſſint ſinguli, quan-
tumuis pauperes, modo in Chriſtum
credant.

credant. O maria gratiarum; anguſta admodum & auara eſt hereticis diuina gratia, quæ totum ſibi retinet nihil nobis impartitur, niſi quantum faber ferræ, vel Figulus luto. At nobis eſt quàm latiſſima, quæ nos ſibi coniungit mira ſocietate, vt illa nobiſcum & nos ſecum agentes, & gratiam agnoſcamus, & præmium. Ob id Paulus ad Epheſios vtrunque complectitur. Gratia (inquit) ſaluati eſtis, per fidem; Explicat quod Dei eſt, cum inquit, nos gratia Dei ſalutem fuiſſe adeptos? adiecit demum quod noſtrum intereſt, fide videlicet nos ſaluos eſſe effectos, ne liberum tollatur arbitrium: Ita inquit magnus Athanaſius. Subdidit autem, & hoc non ex vobis, Dei enim donum eſt. Quod dupliciter exponi poſſe litera ipſa oſtendit. Primo quidem: Et hoc, videlicet fides, non ex nobis, ipſa enim eſt Dei donum, & non per nos comparatum. Secundo vero. Et hoc, videlicet, ſaluari per fidem, Dei donum eſt, non ex nobis: Non enim ſuapte natura fides meretur æternam ſalutem, ſed hac tantum ratione, quia Deo fuit placitum, vt nos per fidem exciperet, ne ſcilicet prorſus videremur ignaui, & aliquid ad noſtram ſalutem ipſimet cõferreremus. Nemo itaque nobis obijciat, quod diuinæ gratiæ ſimus ingrati: Nam catholicorum nullus, de meritis ſibi adblanditur, nullus in ſeipſo gloriatur, omnes docent, quod merita ſunt ex gratia, non gratia ex meritis: gratis enim datur gratia. Cum ergo audis gratis, tace de meritis. Ex hoc autem dilucidum eſſe poteſt, quod tertio loco proponebatur, Cur Euangelica, apoſtolicaque doctrina maximè exigit fidem, Immo vt verius loquamur, nihil aliud exquirere videtur ab homine, quam vt Chriſto fidat? adeo vt & Chriſtiana lex dicatur tota lex fidei: in hoc potiſſimum à lege veteri diſcreta, quod illa appelletur lex operum vel factorum. Huius inquam tota ratio eſt, quoniam hoc ipſo fidei nomine, totum adſcribitur gratiæ Chriſti, & nihil in homine remanet, vnde poſſit gloriari. Qui enim ſe totum alicui committit, illi innititur non ſibi, nec alteri. Qui itaque Chriſto fidit, credens quod ſaluare poſſit, quod velit, & quod ſaluaturus ſit, nullo pacto in ſeipſo gloriatur, nec in alio, ſed in domino dũtaxat. Qui nanque in ſeipſo gloriatur vel tãtillum, non prorſus fidit Chriſto, fidit & ſibi, Propterea itaque vnicè quidem fidem expetit Euangelium Chriſti, vt omne os obſtruatur eorum qui ignorantes iuſtitiam Dei, & ſuam quęrentes ſtatuere, phariſæum illum, imitantes qui iactabat opera ſua, iuſtitiæ Dei nequaquam ſubiecti fuerunt. Qui verè fidit Chriſto, & virtuti ac gratiæ, atque merito Chriſti, vt per eum ſit ſaluandus, credit omnia quę ad ſalutem neceſſaria ſunt: illi omnino per Chriſtum eſſe condonanda. Hanc autem fiduciam ſcit eſſe neceſſariam. Credit itaque & ipſam eius fiduciam, non modo alia dona & gratias, à Chriſto ſibi eſſe datam, nõ ſuo merito cõparatam, dicens cũ Paulo vere fideliũ fide liſſimo. Miam conſequutus ſum, vt fidelis eſſem: Nihil ergo eſt boni quod ſibi arroget, omnia Deò accepta refert. Quid hac humilitate ſanctius? Hanc autem humilitatem venit edocturus Chriſtus Ieſus, vt qui gloriabatur, in domino gloriaretur. Iam enim omnem patris gloriam abſtuliſſe videbantur, & Iudæi & gentes. Cum hi ex legis obſeruantia, hæ ex ſapientia naturali inaniter, & impudenter tumeſcerent, & euaneſcerent. Magna ergo ratione vnam fidem extulit, ipſe & omnis Apoſtolorum chorus, qua ſoli Deo innitimur, ſoli Deo inhæremus, ex ſolo Deo pendemus, ipſe ſolus exaltatur, illi ſoli tribuitur omnis honor & gloria. Nemo tamen vehementior in fide iſta commendanda, cœleſti, & diuinilo quo Paulo noſtro, qui omnis ſuperbiæ domitor, ſuis in epiſtolis adeò hãc in Chriſtum fidem extulit, vt plerique de ſubobſcuris eius ſententijs, occaſionem acceperint, & credendi & docendi his, qui Chriſto fidunt tanquam de ſalute ſecuris, non eſſe in alio

Ephes. 2. — Rom. 3. — Rom. 10. — Luc. 10. — 1. Tim. 1. — 1. Cor. 1

alio opere laborandum; quaſi qui Chri
ſto fidat, omnia impleuerit quæ ad ſal-
uandos nos præſcribuntur. Cum ta-
men Apoſtolus, de pijs operibus ſuper
fidei fundamentum ædificandis, idem
ſenſerit quod cæteri. Cur enim quem-
admodum loca perquirunt, vbi fides
extollitur, non ita curioſe veſtigant
teſtimonia, quibus opera commen-
Galat. 6. dantur? Dum tempus habemus, ope
Rom. 13. remur bonum. Abijciamus opera tene
brarum, & induamur arma lucis.
Reddet Deus mercedem laborum ſan-
Sap. 10. ctorum ſuorum. Reddet Deus vnicui-
Matt 16. que, ſecundum opera ſua. Cum metu
Philip. 2. & timore, ſalutem veſtram operami-
Rom. 2. ni. Gloria, honor, & pax omni operan-
Galat. 6. ti bonum. In Chriſto Ieſu neque cir-
cumciſio aliquid valet, neque præpu-
tium, ſed fides quæ per charitatem ope
Hebr. 13. ratur. Fornicatores, auari, adulteri, re-
gnum Dei non poſſidebunt? Cur
non legunt Chriſtum dicentem. *Si*
Mat. 19. vis ad vitam ingredi ſerua mandata?
quemadmodum legunt, qui crediderit
Mar. vlt. ſaluabitur; qui non crediderit condem-
nabitur. Cur non audiunt Petrum cũ
2. Petr. 1. dicit. Satagite vt per bona opera ve-
ſtra certam faciatis vocationem noſtrã,
quemadmodum audiunt, In virtute
2. Petr. 1. Dei cuſtodimini per fidem in ſalute?
O homines iniquiſſimos, errantes, &
in errorem mittentes. Cōferamus, con
feramus nos loca hæc omnia, & intel-
ligamus cum ſanctiſſimis noſtræ ortho
doxæ Eccleſiæ patribus, fiduciam in
Chriſtum non ideo prædicari, vt cum
ſecuritate peccemus, immo vt creden-
tibus cohercentes omnes concupiſcen
tias, bonis operibus inſudemus, & no-
bis ipſis vim ad bene, beateque viuen
dum inferamus, quo magnam hanc fi-
duciam habere valeamus. Quo pacto
enim male viuentes fidere poſſumus,
vt Chriſtus omnis ſanctitatis fons &
magiſter nos diligat, iuuet, & foueat?
Vana eſſet fiducia mea in principem,
quem continenter verbis, cogitatibus,
& factis laceſſerem, modo ipſi nota
eſſet animi mei in eum obſtinata per-
uerſitas: Deus omnia nouit, qua ra-
tionē ergo fieri poteſt, vt tibi proficiat
in eum fides, ſi malis operibus illum

continenter inhonoras? Rurſus, & ſi
quandoque peccamus, propter illum 1. Ioan. 2.
aduocatum quem habemus apud pa-
trem qui ſemper interpellat pro nobis,
quem infideles non habent, minime
de diuina indulgentia atque miſeri-
cordia deſperemus, dicentes non
temeraria illa & pniţioſa ſed pia & hu- Sap. 15.
mili ſecuritate. Et ſi etiã peccauerimus
dñe, tui ſumus. Qui ergo potes perma
nentes in malignitate diſperdere, ve-
lis quæſumus, pœnitentium peccata ſa
nare: quod dicere non poſſunt qui in
peccatis perſeuerant, emortua illa fi-
de fræti. Hac itaque declaratione, &
liberum arbitrium ſtatuimus, cuius
eſt vltronea hæc fides: nemo enim in-
uitus cogi poteſt ad fidem. Opera
quoque ad ſalutem neceſſaria eſſe do-
cemus, vt pote ſine quibus inanis ſit
hæc in Chriſtum fides. Et nihilominus,
gloriam Chriſti confitemur, extolli-
mus, & prædicamus, dicentes quod
ipſe ſolus eſt *virtus Dei in ſalutem omni
credenti:* non liberum arbitrium,
non opera: quoniam niſi Chriſtus ipſe
nobis gratiam promeritus fuiſſet, nec
liberum arbitrium, nec opera poſſent
nos ſaluare, ſed nec noſtra fides. Hæc
nanque eſt Chriſti gloria, vt non tu te
ipſum ſalues, ſed Chriſtus ſaluet om-
nes. Vniuerſique hac Chriſti gloria Rom. 7.
egemus, clamante Apoſtolo, Infelix
ego homo, quis me liberabit de corpo-
re mortis huius? Gratia Dei per Ieſum
Chriſtum dominum noſtrum.

Sequitur Paulus. *Iudæoque primum & Græco.* Nemo veſtrum admiretur ver-
bo illo primum. Neque enim Paulus
mollitur principalius Chriſtum, Chri-
ſtique Euangelium ſaluare Iudeos quã
gentes, græcos, vel barbaros. Oppoſi-
tum nanque aſſeuerare contendit hac
in epiſtola, non magis partam eſſe ſalu-
tem Iudæis, quàm gentibus, ſed omni-
bus æque. Quippe quia Deus, cum ſit
omnium conditor, ad præſtandam vni
uerſis populis ſolidam, perpetuamq;
ſalutem, filium ſuum vnigenitum è cę-
lo deſtinauit ad terras. Neque enim ali
ter dirimere potuiſſet ſubortas Iudæo-
rum, gentiumque in vrbe Roma con
tentiones. Illud ergo *primum* non prin

cipa-

cipalitatem ſignificat, ſed temporis ordinem duntaxat, non principalitatem ſcilicet in ſalute, ſed in neceſſitate ſalutis. *Primum*, neceſſitate Iudæis, ſecundo gentibus, quia Iudæi magis rei, erant coram Deo, ergo magis indiguerant Euangelio vt ſaluarentur. *Primum* quidem, in intentione Dei fuit propter ſalutem Iudęorum, ſecundo gentium, quia Iudæis repellẽtibus, Apoſtoli iuerunt ad gentes. Nominauit gręcos non gentes abſolutè, quia gentiles primo ſaluati ſunt quàm Iudæi. Nam Iudæi ex gentibus, non ex Iudæis gentes. Abraham enim in gentilitate ſaluatus eſt, non in pręputio. At græci omnino poſt Iudæos. Peperit (in ſumma) Chriſtus omnibus hominibus ſalutem, quãtum in ſe fuit, inquit Paulus. primo tamen Iudæis, quàm alijs populis. Quippe quoniam, & primo fuit Iudæis Euangelium annunciatum: Vnde & qui primo crediderunt in Chriſtum fuere Iudæi: Nec eſt vt Magos obijcias, qui vix natum Chriſtum adorauerunt. Eum enim præceſſere paſtores, qui Iudæi erant. Maria quoque & ſponſus eius Ioſippus. Rei geſtę ergo ordinem attendentes, cernimus Chriſtum prius fuiſſe in Iudæorum ſalutem, quam gentium. Quo verbo extimulantur Iudæi, nempe quoniam ob eorum magnam ingratitudinem, tantam ſalutem negligentes, indigni effecti ſunt diuinarum gratiarum, quam illis olim gratis ante omnes nationes ſe ſe abundantiſſimè diffuderant. Translata ſiquidem fuere poſtmodum primogenituræ iura, ex iudæis in gentes, ex Eſau in

Rom. 11. Iacob, Paulo dicente. Cæcitas contingit in Iſrael, donec plenitudo gentium intraret. Cum autem omnis plenitudo gentium intrauerit, tunc omnis Iſrael ſaluus fiet. Gręcorum ergo appellatione hoc loco, gentes omnes intelligi poſſunt; vt græci tanquàm omnis ipſius Philoſophię parentes, nomen dent cęteris: vel quoniam maior chriſtianorum multitudo eo tempore, erãt græci. Græcis enim poſt iudæos primũ prędicatum eſt, Euangelium, quàm cæteris gentibus. Iudęi ergo græcos, græci alias gentes præceſſerunt in audi tu euangelij. Vnde & ex græcis ortum eſt chriſtianum nomen in vrbe Antiochia. Et hæc eſt cauſa (ni fallor), qua ferè omnis doctrina euangelica & apoſtolica, ſcripta eſt græco idiomate, non latino, quod pleroſque mouet, potiſſimum autem & maiore ratione de hac Pauli epiſtola, cũ ad Romanos deſtinata ſit: illa q̃ eſt ad Hæbreos, nã ſcripta eſt hebraicè, videtur ergo quod ſatius fuiſſet & latinis, latinè ſcribere, cum apoſtoli omnes, omnium linguis loquerentur; Huius ergo hæc eſt ratio, quoniã ſcilicet primi chriſtiani, iudęis exceptis, græci erant, & numero plures etiam in vrbe Roma. Adde quod & lingua græca valde felicior eſt, & aptior ad ſacra myſteria exprimenda, quàm latina. Rurſus, felici illa ætate, ſapientes vbique terrarum græcanicam linguã callebant, latina ſiquidem Romæ, erat lingua popularis, vulgi, & materna ferè; oportebat autem vti ſecretiore idiomate, quò non omnibus paſſim communia fierent Chriſti myſteria.

Scriptum eſt enim. Nolite ſanctum dare canibus, nec mittatis margaritas ante porcos: ideo græce ſcripſerunt Apoſtoli omnes & Paulus. Cum ergo apoſtolus latine non ſcripſerit latinis; ſed græcè, ne paſſim omnibus inuulgarentur margaritæ iſtæ, mirum profectò, mirum, quomodo noſtrates in maternam linguam vertant omnia, vt etiam deliræ anus hęc myſteria pertractent. Matt. 8.

Cur vero Apoſtoli non hebraicè ſcripſerint, puto in cauſa id fuiſſe, quoniam licet lingua illa ſacratiſſima ſit, & ſacris ſermonibus atque myſterijs aptiſſima, non erat tamen adeo communis toti orbi vti græca: Oportebat autem omnibus nationibus inuulgare euangelium Chriſti. Vtendum ergo fuit græco ſermone, tanquam communiore. Poteſt & ratio alia aſſignari, quoniam Chriſti Ieſu & apoſtolorum perſecutione, indignos ſe ſe effecerant Iudæi myſteriorum chriſtianæ religionis: nequaquam ergo fas erat hebræo idiomate illa conſcribere, vtpote ab eis conculcanda & ridenda. Cur autem Euangelium Matthæi & epi-

ſtola

ſtola ad Hebræos ſcripta ſint eorum lin
gua: In cauſa eſt, quoniam hæc duo,
vnicè ex veteris teſtamenti vaticinijs
contendunt contra hebræos iam adue-
niſſe Meſſiam, ceſſaſſeque legem. Fas
ergo fuit, vt eorum armis cōfoderen-
tur, quo vel crederent vincenti, vel
omnino inexcuſabiles eſſent.

*Iuſtitia enim Dei reuelatur in eo ex fide in
fidem, ſicut ſcriptum eſt. Iuſtus autem ex fide
viuet.* His verbis probatur duplex illa
aſſertio, quæ ſupra propoſita fuit. Vide-
licet Euangelium Chriſti eſſe Dei virtu-
tem in ſalutem omni credenti. Sed pri-
mum Iudęo quam Gentili. Probationis
verò virtus & ſumma hęc eſt. Cre-
dentes omnes iuſtificantur per fidem
in Chriſtum, primum tamen Iudæi
quàm Gentiles, hanc ipſam aſſequun-
tur iuſtificationem, ergo & ſalutem
omnes credentes per fidem in Chri-
ſtum conſequuntur: antecedunt ta-
men Iudęi gentes. Ex iuſtificatione er-
go per fidem in Chriſtum, probatur ſa-
lus æternæ gloriæ per fidem in Chri-
ſtum; & ex ordine iuſtificationis, or
do glorificationis. Quæ vt clariora ſint,
altius repetenda res eſt. Nemo veſtrum
ignorat, iuſtificationem eſſe medium
ad gloriam paradiſi, dicente Apoſtolo,
Rom. 8. Quos iuſtificauit, hos glorificauit: non
glorificantur niſi primum iuſtificati,
nam in ciuitatem illam ſupernam Hie-
Apo. 21. ruſalem, non ingreditur quicquam im
mundum aut coinquinatum. Iuſtos
ergo eſſe oportet omnes; & ab omni
prorſus labe expiatos, quotquot illuc
ingredi voluerint, vt regnent cum
Chriſto. Nemo autem ex ſe ipſo iu-
ſtus eſſe poteſt: quandoquidem &
protoplaſtus noſter, antequam etiam
cecidiſſet, originalem illam iuſtitiā do-
no accepit à creatore: non illam ipſe
Eph. 2. ſibi comparauit. Nos itaque qui in ip-
ſo peccauimus omnes, & facti ſu-
mus filij irę, multo magis oportet vt iu
ſtificemur, ideſt iuſti fiamus, non ex
Rom. 8. nobis, ſed dono Dei, propterea & iu-
ſtitiā noſtram, Dei donum eſſe, teſtan-
Pſal. 16. tur ſacri omnes diuinarum ſcriptura-
rum codices. Quos iuſtificauit (inquit
Paulus.) Notate verbum, non quos
iuſtos inuenit, ſed quos iuſtos ipſe fe-
cit, hos demum glorificauit. Exaudi Pſal. 142.
me domine in tua iuſtitia, inquit Pſal-
tes, non inquit in mea iuſtitia; ſed in
tua: mea eſt iniquitas & impietas. Si Pſa. 64.
iuſtus ſum, tuo dono iuſtus ſum, tu
me iuſtum effeciſti, non ego meipſum. Exod 34.
Non intres in iudicium cum ſeruo tuo, Iob 9.
quia non iuſtificabitur in cōſpectu tuo Ibidem.
omnis viuens. Si qua eſt noſtra iuſti-
tia, ex nobis ipſis tanquam ex nobis
comparata, audi qualis nam ſit. Omnes
iuſtitię noſtræ inquit Eſaias, quaſi pan- Pſa. 64.
nus menſtruatæ. Nullus apud te per ſe
innocens eſt, inquit Moiſes. Verebar Exo. 34.
omnia opera mea, ſciens quod non
parceres delinquenti, inquit Iobus. Et Iob 9.
iterū. Nunquid iuſtificari poteſt homo Iob. 25.
comparatus Deo, aut apparere mun-
dus natus de muliere? Nemo enim
eſt mundus à ſorde, neque infans cu-
ius eſt vita vnius diei ſuper terram.
Quo Pelagianorum error conuincitur
manifeſtiſſimè, qui peccatum Adę tran
ſijſſe in poſteros tam impudenter nega
re ſunt auſi, præterquam imitatione:
Et propterea ſauciatam naturam ſu-
perbi agnoſcere nolentes, liberum no
ſtrum arbitrium præcipitare magiſ-
quam exaltare moliebantur, docētes,
quemlibet ex ſe ipſo poſſe de impio
iuſtum fieri, proprijsque meritis ſur-
gere à peccatis, Deoque ſine eius gratia
reconciliari, quod impijſſimum eſſe,
chriſtianorum nemo non confitetur.
Si enim per naturam iuſtitia eſſe pote-
rat, ergo gratis Chriſtus mortuus eſt.
Ideo enim mortuus eſt, vt nos ſancti-
ficaret atque iuſtificaret. Clamandum
eſt ergo cum Paulo, Quis me liberabit Rom. 7.
de carcere mortis huius? de peccato?
Gratia Dei per Ieſum Chriſtum domi-
num noſtrum. Propter quod Paulus Rom 3.
idem concludit, Deus eſt qui iuſtifi- Ibidem.
cat impium. Omnes enim peccaue- Ibidem.
runt, & egent gratia Dei: vt non iu-
ſtificetur omnis caro in cōſpectu eius.
Sed iuſtificati ſim⁹ gratis p grām ipſius.
Quid autem ſit hæc ipſa impij iuſtifica-
tio, optimè intelligemus ſi primum
quid iuſtitia ſit, illa dico, de qua ſcri-
pturæ ſacræ, iura Cæſarum, atque Pon-
tificum, ſermonem faciunt, dilucidum
fuerit. Motus nanque ex terminis ad
quos

quos ſunt, dignoſci ſolent. Attendite, iuſtitiæ ſacrum, illibatumque nomen. Iuſtitia quaſi dicitã iuxta: quod enim eſt iuxta regulam, rectum dicitur, & iuſtum: & quod non eſt iuxta, non iuſtum, neque rectum: vt patet ex communi vſu loquendi in artibus, & in ædificationibus, maximè vbi eſt perpẽdiculum, iuxta quod (vt ita dicam) iuſtantur omnia. Regula itaque iuxta quam debet iuſtari homo eſt Deus, & lex eius, quæ exigit, vt ſuperius in homine dominetur, inferius ſubijciatur: Cum homo ſe habet iuxta hanc regulam, eſt, iuſtus cum non iuxta, iniuſtus; quia obliquus, non rectus. Quoniam itaque operationum humanarũ, hoc eſt quæ ſunt propriè hominis inquantum homo, primum principium [2. Cor. 10] proximum eſt intellectus & ratio; primum principium quo intellectus in captiuitatem redigitur in obſequium Chriſti: Cum autem intellectus eſt iuſtatus, facilè iuſtantur omnia. Nimirum igitur, ſi radix iuſtitiæ tribuatur fidei. Nam & principium iniuſtitiæ & obliquitatis eſt, quod intellectus nõ credat Deo, ſed complementum deinde iuſtitiæ eſt in voluntate, quæ per charitatem plenè iuſtatur, vt homo nõ velit, niſi quod vult Deus, non odiat niſi quod odit Deus. Et hæc eſt conſumatio iuſtitiæ. Charitas enim maior eſt fide, & ita conſumat quod illa incepit. [Gal. 6.] Tribuitur tamen totum fidei, quia eſt principium. Nam principium eſt totum. Hinc Paulus vtrunque coniunxit, Fides quæ per charitatem operatur. Iuſtitia itaque de ſui ratione, quandam rectitudinem ordinis importare videtur, apud omnes. Chriſtiana ergo interioris hominis iuſtitia eſt, cum ſupremum in homine ſubditur Deo, & animæ vires inferiores, ſupremæ ſcilicet rationi obſequuntur atque parent. Magna enim iniuſtitia eſt, creaturam non ſubijci creatori, & in creaturis, inferiorem non ſuperiori. Cum ergo totus homo Deo ſubijcitur, & in homine caro ſpiritui, ſenſus rationi, iuſti ſumus. Iuſtificatio itaque quid aliud eſt, quã motus quo homo mouetur à Deo glorioſo, à ſtatu peccati ad ſtatum prædictæ iuſtitiæ per gratiam gratificam? Peccato ſiquidem peruertitur omnis ordo, cum ancilletur domina, & dominetur ancilla. Mouet autem Deus hominem conuertendo illum ad ſe ipſum, qui primum auerſus fuerat ab eo, [Pſal. 84.] ſecundum quod dicitur, Deus tu conuertens viuificabis nos. [Pſal. ibid.] Conuerte nos Deus ſalutaris noſter. Cum itaque homo ſit libero præditus arbitrio, requiritur, quod Deo hominem primo mouente, & ipſe ſeipſum motu moueat, & conuertat ad Deum; ſi vſum habeat liberi arbitrij. Quod dico propter pueros, qui cum non ſint compotes rationis, & motus liberæ voluntatis, mouentur abs Deo ad iuſtitiam per ſolam gratiam, quæ eorum animulas perficit atque format; citra omnem eorum operam. Neque ſine myſterio. Sicut enim culpa illa originalis a qua expiantur, non propria voluntate, ſed carnali origine ipſos inficit, & Deo reddit inimicos: ita par eſt, vt ſpirituali duntaxat regeneratione quæ fit baptiſmalibus vndis, quanquam nullus adſit propriæ voluntatis motus, Dei gratia iuſtificentur. Qui ergo iam adoleuerunt, Deo eos conuertẽte per gratiam, neceſſe eſt, vt & ipſi libere conuertantur ad illam accep tandam. Vnde Propheta dixit. Conuerte nos domine, & conuertemur. [Hier. 31.] Neque enim proficeret conuertere Deum, niſi & tu conuerti velles. [Hebr. 12.] Propterea Paulus hortatur. Videte [1. Cor. 6.] fratres, ne quis deſit gratiæ Dei. Iterũque. Hortamur vos, ne in vacuum gratiam Dei recipiatis. Notate verba. Deus quidem mouet omnia, ſed non eodem modo. Aliter namque; & aliter mouentur ab eo, etiam naturales res, ob diuerſas earum naturas aliter grauia, aliter leuia. Hominem ergo ad iuſtitiam mouet, trahit, & vocat ſecundum conditionem naturæ humanæ. Hæc autem eſt hominis conditio, vt non agatur tantum, ſed & agat ipſe ſeipſum, diuina gratia primum actus. Impoſſibile eſt itaque vt iuſtificetur a Deo quiſquam (infantibus, & his, qui vſum non habent liberi arbitrij demptis,) niſi qui iuſtificatur, aliquo modo ſeipſum admoueat, diuina gratia præuentus.

De qua dicitur. Miſericordia domini
Pſal. 58. præueniet me. Et iterum. Prçueniſti
Pſal. eum in benedictionibus dulcedinis.
Ioan. 6. Propterea dicitur. Omnis qui audie-
rit à patre meo, & didicit, venit ad me.
Diſcere enim, non eſt ſine motu liberi
arbitrij. Prima autem conuerſio, pri-
musq́ue motus hominis in Deum, eſt
motꝰ fidei, de quo dixit Paulus noſter,
Accedentem ad Deum oportet crede-
Heb. 11. re. Ad iuſtificationem ergo impij, quod
de noſtro primum afferre oportet, eſt
fidere, quod Deus ſit per Chriſtum Ie-
ſum omnium impiorum iuſtificator,
atque credentibus in eum remunera-
tor. O beata fides. Hæc eſt vera pie-
tas, Docti, verus Dei cultus, quo ani-
ma ſoli Deo inhæret atque innititur.
Fidens ſcilicet ipſi tantum, & gratiæ
eius per Chriſtum, non ſibi. Confeſtim
autem ſequitur, immo ſimul eſt motus
ad deteſtandum perpetrata facinora.
Mobile enim cum mouetur, ſimul re-
cedit à termino à quo, & accedit ad
terminum ad quem. Terminus à quo,
eſt peccatum in iuſtificatione. Termi-
nus ad quem, eſt gratia diuina & iuſti
tia. Accedens ergo fide ad diuinam
gratiam, recedit à peccato: non recedit
autem nec accedit anima niſi deſide-
rio, & deteſtatione, vel fuga. Hi
enim affectus ſunt pedes animæ. Ac-
cedit ergo per deſiderium & vnio-
nem ad Deum, cum fidit illi, & eius iu
ſtitiæ, & recedit à peccato vel ab iniuſti
tia, per deteſtationem. Vnde hoc eſt qđ
pœnitens ille dicebat, Dixi confi-
Pſal. 31. tebor aduerſum me iniuſtitiam meam
dño. Ecce terminus à quo recedit. Et
tu remiſiſti impietatem peccati mei. Ec
ce terminus ad quẽ accedit. Qui enim
verè ad Deum accedit deſiderio vehe-
menti, & amore, & illi fidit, nihil hæ-
ſitans de diuina eius gratia conſequen
da, ne vana ſit fiducia eiꝰ, quomodo nõ
vniuerſos greſſus abhominabitur ma-
læ actæ vitæ: quomodo rurſus non pro
ponet eniti, vt in poſterum Deum non
offendat, ſed illi ſatisfaciat potius bonis
operibus, quo illi valeat reconciliari?
Quanquam neq; huic propoſito fidat,
ſed diuinæ gratię duntaxat, quam Chri
ſtus ipſe promeritus eſt. Sic itaq; cum
impius primum eſſet, fit pius, & de
iniuſto iuſtus per fidem in Chriſtum.
Si accedunt deinde bona opera, iuſti-
tia eius auctior fit & conſumatior.
Ita enim dicitur in Apocalypſi; Qui iu- Apoc. 22.
ſtus eſt, iuſtificetur adhuc. Neq; enim
fieri poſſe crediderim, vt credentes me
rito Chriſti Ieſu, nos ſaluatos iri, adiun-
gentes bona opera quoad poſſumus,
non magis fidamus & confidamus,
Chriſti gratiam nobis eſſe profuturam,
quæ ſi inimicos reconciliat, multo ma-
gis eos, qui pro virili conantur illi place
re. Nequaquam ergo fidimus operi-
bus, ſed fidimus continenter Chriſto
pollicenti. At primum citra opera fides
eſt perexigua: Cum operati fuerimus,
augeſcit fides, fitq́ue immotum & ſta-
bile firmamentum, quo omnino ſine
hæſitatione confidimus diuina nos gra Tit. 3.
tia ſaluatos iri: Clamantes nihilominus
cum Paulo, Non ex operibus iuſtitiæ
quæ fecimus nos. Ex fide ergo imperfe
cta operantes, in fidem, tendimus per-
fectiorem & fortiorem. Sicque pri-
mum initium habentes iuſtificationis,
nanciſcimur complementum & con-
ſumationem. *Iuſtitia ergo Dei ex fide in
fidem* tendit, ex fide imperfecta, in fi-
dem perfectiſſimam. Perficitur enim fi
ducia ex operibus. Quis enim neſciat,
habitum creſcere ex actibus? Vnde &
charitas inchoata meretur augeri, vt au
cta mereatur perfici. Nunquam ergo
operibus tribuimus iuſtificationem, ni
ſi quoniam operibus conſumatur &
augetur fides qua iuſtificamur: Ante
opera quidem initialiter, perfectè ve-
rò poſt opera. Ecce Iacobus Apoſto-
lus, & Chriſti germanus, quomodo
hæc omnia tetigit in epiſtola ſua. Ex Iac. 2.
operibus (inquit) iuſtificatur homo, &
non ex fide tantum. Vnde & ſubdit,
Abraham pater noſter, nonne ex operi
bus iuſtificatus eſt, offerẽs Iſaac filium
ſuum ſuper altare? (intelligatis poſt-
quam credidit. primum enim credi-
dit, quàm obtulerit filium,) vides quo-
niam fides cooperabatur operibus il-
lis, & ex operibus fides conſumata eſt?
Quanquam tamen initium iuſtificatio-
nis eius fuerit fides, Moſe dicente, Gen. 15.
Credidit Abraham Deo, & reputatum
eſt

eſt illi ad iuſtitiam. Nullo nanque pacto prodeſſe illi profuerunt ad iuſtificationem, opera quæ fidem præceſſerunt, quantumuis moraliter (vt aiunt) bona: Et hoc eſt, quod vnice molitur Apoſtolus hac in Epiſtola, vt videbitis, quo optimè tollitur controuerſia Iacobi & Pauli, dum alter plurimum tribuere videtur operibus, alter nihil. Iam enim patet, quomodo intelligendus ſit vterque. Quæ enim opera præcedunt fidem, nec poſſunt iuſtificare: quæ vero ſequuntur, augent fidem atque iu-

Rom. 8. ſtitiam. Vnde Paulus dicit. Nos ſpiritu ex fide, ſpem iuſtitiæ expectamus. Quod intelligi non poteſt, niſi de iuſtitia conſumata: cum ex fide ſit iam iuſtitia initiata. Spes ergo eſt conſumatæ iuſtitiæ. Ita ergo tendit Iuſtificatio ex fide in fidem. Notate autem hunc modum loquēdi Apoſtoli. Quia enim *Ex*, notat terminum à quo, vt cū dicimus, ex albo fit nigrum, ex aqua aer, ne crederes, quod fides eſſet terminus à quo iuſtificationis, qui ſemper eſt oppoſitus termino ad quem, & corrumpitur illo adueniente, propterea addidit *Ex fide in fidem.* Vt intelligas, & ſi fides tendat in opera, manere tamen fidem, ſed fieri perfectiorem: Quemadmodum cum dicimus ex autora fit dies, manet aurora, ſed perficitur. Ita ex pueris tendimus in viros, at puer non corrumpitur, efficitur perfectior. Fides ergo ſemper manet, & cum perditur fides, perditur iuſtificatio omnis. Quj enim per opera credit iuſtificari & ſaluari ſine fide Chriſti, ſtultus eſt, & meritò iam iudicatus. Si vero iuſtus effectus, non addit iuſtitiæ opera, cum alioquin poſſit, deperditur hæc ipſa iuſtitia, atque langueſcit. Cum enim iuſtus iuſta agere teneatur, & ipſe fide in Chriſtum fretus torpeſcat, quomodo fingi poteſt, quin ommiſſione ſaltem peccet? Quoniam ſterilis eſt, nec

Matt. 3. affert fructum iuſtitiæ domino. Scriptum eſt autem, Omnis arbor quę nō facit fructum bonum, excidetur & in ignem mittetur. Notate verbum. Non modo arbor quæ facit fructum malum, ſed quę non facit fructum bonum excidetur à gratia, & ī ignē mittet' æterni ſupplicij. Quomodo ergo iuſtus eſt qui nō operatur? Quin potius, quomodo non iniuſtus, quamuis Chriſto fidat? Hæc enim fides inualida eſt, quam non opera comitātur, vt inutilia opera, quæ hęc ipſa fides non antecedit. Ipſa eſt enim petra illa, ſuper quam ædificanda eſt operum omnium ſtructura: quæ ſi nō adſit, ædificamus ſuper arenam: ſi vero iacto illius fundamento, non ſuperædificamus aurum, argentum, lapideſque pretioſos, opera bona & pia, pro eorum gradibus & differentijs, hiſce

diſtincta nominibus, incaſſum iecim' fundamentum, irridemurque à domino, Ecce qui cępit ędificare, & non conſumauit. Et profectò mirum quo non pacto fide mortua nonnulli ſibi vitam perpetuam pollicentur. Non enim Luc. 14.

incaſſum dixit Petrus. Miniſtrate in fide veſtra virtutem, in virtute, in virtute ſcientiam, in ſcientia abſtinentiam, in abſtinentia patientiam, in patientia pietatem, in pietate amorem fraternitatis, in amore fraternitatis charitatē: apertè inſinuans, fidem non eſſe ſatis. Vnde concludit, Cui hæc præſto non ſunt, cæcus eſt & manu tentans, cui non datur tempus operandi; Modo in Chriſto fidat iuſtificationem aſſequitur per diuinam gratiam, quæ nullas patitur venire moras. Sed qui operari poteſt, oportet eum operari, vt initium nouæ illius creaturæ Dei, iuſtitia illa conſumetur. Dices, immo videtur quod nullo pacto fides ſine operibus quicquàm valeat ex apoſtolico verbo 2. Petr. 1.

ad Galatas, Fides quæ per dilectionem operatur. Quæ ergo non operatur, nequaquàm prodeſt. At hoc vos non moueat. Palam enim videretur Deo tribuere crudelitatem atque iniuſtitiam, hæc ipſa ſententia. Modo ergo adſit propoſitum operādi, id ſatis eſt, dicēte Propheta. Si auerterit ſe impius ab im Gal. 6.

pietate ſua, omnium iniquitatum eius quas operatus eſt, non recordabor amplius. Tunc enim fides operatur habitu, Si non actu. Eſt nanque operum grauida, nihil præter tēpus partus expectans. At ſi tempus adſit, & non pariat, iam non erat grauida, ſed ſterilis: ſterilitatem autem omnium maledictā Ezec. 33.

eſſe

eſſe in Iſrael certò ſcimus. Vnde & in
paradiſo illa amœniſſima, quæ typũ geſ-
ſit Eccleſiæ, nulla arbor ſterilis erat.
Ex his habes quantum ſit tribuendum
fidei, quantumque operibus pro iuſti-
ficatione impiorum. Tota enim radix
eſt à fide in Chriſtum, cum gratia præ-
uenimur. Finis etiam eſt in fidem per
mediã operationum. Fidimus enim
antequam operemur Deo per Chrm:
operantibus nobis, augetur fides. Sic-
que per fidem, initiata iuſtitia cõſuma-
tur, & per fidem auctiorem factam
non ſine operibus. Propterea in Euã-
Luc.17. gelio petimus augmentum fidei. Do-
mine, adauge nobis fidem: vt & iuſtitia
noſtra augeatur. Probatum eſt ergo,
quod iuſtificatio fit per fidem. Proban
dus eſt modo ordo Iuſtificatiõis, quod
primò Iudæi ſint iuſtificati quàm gen-
tiles. Probatur ſic. Hanc fidem primo
habuere Iudæi, quàm gentes, quippe
quoniam gentes paucis patribus exce-
ptis, Iobo, Balaam, & alijs nõnullis, nõ
crediderũt in Chriſtum niſi poſtquàm
natus eſt. Iudæi vero, etiam in teſtamen
to veteri crediderunt in Chriſtum uen
turum, ergo primo iuſtificati ſunt Iu-
dæi quàm gentes. Iuſtificabantur enĩ il
li ex fide in Chrm venturum, qui pro-
miſſus fuerat, & expectabatur à Iudęis
omnibus, quam fidem niſi habuiſſent,
nullo pacto quibuſuis eorũ operibus,
nec morum, nec cerimoniarum, nec ſa
crificiorum, iuſtificari potuiſſent corã
Deo, licet ab hominibus laudem pro-
merere potuiſſent, qui corda hominũ
non nouerunt, ſed attendunt tantum
opera, vnde pleriq; hipocritiſijs ope-
ribus decipiuntur. Gentes vero iuſti-
ficantur ex fide in Chriſtum, qui iam
venit. Si ergo longè prior eſt iuſtifica-
tio iudęorum quàm gentium, etiã &
ſalus. Ni mirum ergo (vult dicere
Apoſtolus) ſi prius fuit prædicandum
euangelium Iudęis quàm gẽtibus: fuit
nanque primum annuncianda ſalus iu
ſtis, quàm iniuſtis. Iuſti erant Iudæi,
cum Chrs venit, ex hoc quod in eum
credebant naſciturum, ratum haberes,
non ſuis operibus ſed mediatoris gra-
tia ſaluatos iri. Iniuſti autem erant gẽ-
tiles, quoniam ſuis operibus fidentes,
gratiam venturi mediatoris non agno-
ſcebant, quam alioquin cognouerunt
poſtmodum cum venit. Primum ergo
Iudæis prædicandum fuit, ſecundo gẽ-
tibus. Sicut ergo iuſtitia ex Iudæis de-
uenit ad gentes, ex fide in Chrm ven-
turum, quæ erat fides propria Iudæo-
rum, in fidem in Chrm qui iam venit,
quæ eſt fides propria gentium: ita ſalus
ex fide in fidem eodem modo dimana-
re cognoſcitur à Iudęa in gentes. Pro- Ioan.4.
pter quod dicebat Chrs. Salus ex Iu-
dæis eſt. Illa erat fides veteris teſtamẽ-
ti, hæc noui: illa ſinagogę, hæc Eccleſię:
illa legis, hęc Euangelij. illa propheta-
rum, hæc apoſtolorum. Nam quod illi 1.Ioan.1.
promittebant tanquam à longe uiden-
tes, iſti exhibuerunt, manibus proprijs
contrectantes. Vnde & illorum vnus
inquit. Quod vidimus oculis noſtris,
quod audiuimus, quod perſpeximus,
quod manus nrę contrectauerunt de
verbo vitæ, teſtamur & annunciamus
vobis. O beatos viros. Iure magno di- Matt.13.
cebat illis Ieſus. Beati oculi qui vident
quæ uos uidetis. Multi Reges & Pro-
phetæ voluerunt videre quæ vos vide-
tis, & non viderunt, & audire quæ au
ditis, & non audierunt. Hoc itaq; eſt,
quod dicit Apoſtolus noſter, *Iuſtitia Dei*
Non iuſtitia hominum. Sicut enim di-
citur Domini eſt ſalus, quia ſcilicet ſal- Pſal 3.
uat: ipſe non homo, Ego (inquit) ſum
dominus, & non eſt abſque me ſalua-
tor. Ita dicitur, Iuſtitia Dei, quia ho-
mines ipſe iuſtos facit. Quod ſi quan-
doque dicitur iuſtitiam eſſe nrãm, vt in
pſalmo illo, Iudica me domine ſecun- Pſ17.
dum iuſtitiam meam. Et alibi. Retri- Pſ Ibidẽ.
buet mihi dominus ſecundum iuſtitiã
meam, & ſecundum puritatem manuũ Ioan.10.
mearum retribuet mihi, id non aliter
intelligatur, quàm locus ille, Nonne
ſcriptum eſt in lege veſtra. Ego dixi dij
eſtis? Nullus enim ignorat legẽ à Deo
eſſe, & tamen Chrs legem hębręorum
appellauit, quia data Iudęis, ſimile qd
eſt in oratione dñica, Panem noſtrum Matt 6.
quotidianum da nobis hodie. Si no-
ſter eſt, cur à Deo illũ dari expoſcimus?
Dei eſt haud dubię, quia à Deo datur,
ſed nr fit diuino munere. Iuſtitia ergo
qua iuſti ſumus, Dei eſt, quia à Deo no
bis

bis gratis condonat: nr̃a eſt: eſt quia in nobis recipitur. Iuſtitia ergo Dei eſt. Quædã iuſtificatio humana eſt, de qua dicitur, Iuſtificatis impium propter munera. Hæc non fiunt homines iuſti, ſed iudicantur tantum iuſti. Et plerunq; temerè, adeo eſt fallax humanum iudicium: At Deus ipſe iuſtificando, verè iuſtos facit. Hæc ipſa ergo iuſtitia Dei, non qua ipſe Deus iuſte iudicat, de qua dicitur, Iuſtus dominus & iuſtitiam dilexit, ſed qua iuſtos facit, *Reuelatur ex fide in fidem.* Declaratur ſcilicet, quod deſcendat ex fide iudęorum in Chr̃m venturum, in fidem gentium, in Chr̃m, qui iam venit. Ita interpretatus eſt ſeipſum Apoſtolus ad Galatas capite tertio. Priuſquam (inquit) veniret fides, ſub lege cuſtodiebamur, cõcluſi in eam fidem quæ reuelanda erat. Oſtendit enim patres veteres, vixiſſe in fide quadam velata, donec veniret fides quam expectabant reuelandam. Fides patrum, fuit fides in Chr̃m Ieſum venturum: Ea quæ reuelanda expectabatur, erat fides in eum, cum iam veniſſet. Ex fide ergo, quam gentes nõ habebant, tranſierunt in fidem ipſis communem, & gentibus omnibus. Et ita eodem verbo Pauli. *Iuſtitia Dei reuelatur ex fide in fidem.* Secundum duas nr̃as expoſitiones, probata fuit duplex illa aſſertio, Iuſtificari hominem per fidẽ, & iuſtificatos eſſe primum Iudæos quã gentes. Non itaque lege iuſtificati ſunt Iudęi, vult dicere Apoſtolus. Omnis iuſtitia, tam in veteri, quàm in nouo teſtamẽto, eſt per fidem in Chr̃m mediatorem Dei & hominum: per legem nulla, niſi forte coram hominibus. Si enim ex lege, vel per legem diuina iuſtitia, ergo gratis Chr̃s mortuus eſt. Propterea in Epiſtola ad Hębręos latiſſimo ſermone oſtenditur, neque Abraham, neque Iſaac, alioſque coram Deo iuſtificatos eſſe, niſi ex fide in Chr̃m. Sed & hoc inquit hic Apoſtolus reuelatur in Euangelio, ideſt expreſsè declaratur. Pluribus enim in locis Euangelij arcanum iſtud reſeratur, Deum non reſpicere opera pro expiandis peccatis, ſed fidem in Chr̃m, pijs tamen operibus grauidam. Mulieri nanque illi peccatrici quæ pia opportunitate importuna, in domum phariſei acceſſit, lachrymiſque cępit rigare pedes domini, dictum eſt, Vade in pace fides tua te ſaluam fecit. In vrbe Capharnaum legimus, oblato quodam paralitico ad pedes ſaluatoris, quod uidens ipſe fidem illorum, dixit, Fili, remittuntur tibi peccata tua. Quid amplius quęrimus, cum non modo fide propria in Chriſtum, ſed & aliena audimus expiari, purificari, abſolui, iuſtificariq; peccatorem, ſanariq; non corpore modo, ſed anima? Velatum autem erat myſterium iſtud (inquit) Apoſtolus, in teſtamento veteri, & uerum dicit. Velamẽ autem eſt in verbis illis Abacuch prophetæ. *Iuſtus ex fide viuit.* Quibus verbis, molitur Apoſtolus, hæc duo intellexiſſe Prophetam, Primum, ex fide in Chr̃m mediatorem & redemptorem, hominẽ eſſe iuſtum coram Deo. Secundum, ex fide in Chr̃m conſequenter acquirere vitam æternam. Hoc autem ſatis difficile erit deducere, & declarare, niſi altius ſpeculemur. Scito ergo, librum illum Abacuh duo duntaxat continere, Regnum Babylonis, quo poteſtas diaboli ſignificatur, deſtruendum. Filios Iſrael, qui Chr̃iani populi typum geſſere, è captiuitate illa liberandos. Contenditque Vates ille, omnino hæc duo fienda eſſe. Ita enim poſt longas diſputationes, pollicitus fuerat illi Deus, qui mentiri non poteſt. Dicit itaque, Ecce, qui incredulus eſt, non erit recta anima eius in ſemetipſa. Iuſtus autem, in fide ſua viuet. Arguamus nos hunc in modũ. Recta aĩa, & iuſta aĩa idẽ ſunt. Similiter nõ recta aĩa, & non iuſta anima idem ſunt. Iuſtus itaq; ex illo eſt iuſtus, ex cuius oppoſito non recta anima, eſt non recta anima. Eſt autẽ non recta anima, ex hoc quod non credit Babylonem deſtruendam, filioſque Iſrael liberandos. Ita enim inquit Propheta, Qui incredulus eſt, non erit recta anima eius in ſemetipſa. ergo iuſtus eſt iuſtus, ex hoc quod credit hæc duo omnino fienda. Hæc autem duo, illis verborum inuolucris figuratè, ſignificabant, euertendam eſſe diaboli poteſtatem, redimendoſque chriſticolas, q ſunt

Marginal notes: *Eſa. 5.* — *Pſ. 10.* — *Gal. 3.* — *Hebr.* — *Luc. 7.* — *Matt. 9.* — *Abac. 2.* — *Ibidem.*

ſunt veri Iſraelitæ à captiuitate peccati. Ergo intentio Prophetæ eſt, iuſtos illos patres, fuiſſe iuſtos ex hac fide in Chriſtum. Ecce primum. Addit autē, quod talis iuſtus ex fide viuet, in futuro. Nō itaque intelligit de vita gratię. Illa enim iam viuit actu, quia iuſtus. Iuſtitia enī Dei eſt animæ vita; ergo intelligit de uita glorię, Ecce ſecundum. Fides ergo largitur gratiam & gloriam, hoc eſt iuſtitiam & ſalutem, adeo vt & qui tunc credidit hoc fiedum eſſe omnino Chrī gratia, & qui nunc credit id iam eſſe factum, nequaquam poſſint non placere Deo, & non conſequi vitam æternam, quod propoſitum fuerat. Perbelle ergo dictum eſt, Chriſtum eſſe Dei virtutem, in ſalutem omni credenti, atq; in iuſtitiam: ne crederes ex fide ſalutem haberi, at ex operibus iuſtitiam, vel è contra: Totum ex fide habetur modo dicto. nequaquā ſcilicet nobis ipſis, ſed diuinæ gratiæ, per Chrm̄ fidentibus. Quod vtiq; eſt veriſſima pietas, vnus Dei cultus, vt omnia ipſi ferantur accepta. Legatur ergo Prophetæ verbū illud hunc in modum. *Iuſtus ex fide viuet*. Iuſtus ex operibus: qui ſcilicet ex
Luc. 15. operibus ſuis credit ſe ſe iuſtificatum iri, eſtque de numero illorum nonaginta nouem iuſtorum, quos parabolicè extimulauit Chriſtus, qui non indigēt, ideſt non indigere ſeſe exiſtimant pœ-
Rom. 10. nitentia, nec gratia Chriſti. Ignorantes ſcilicet iuſtitiam Dei, & ſuam quærētes ſtatuere, ille nequaquam viuet, immo nec viuit. Tunc enim primum quiſque moritur, cum ſibi fidit. Ægro perſimilis, qui magnis febribus exæſtuat, & ſe ſe valere optime credit. Fit enim, vt citiſſimè emoriatur miſer, quoniā ſibi ipſi de valetudine inaniter adblandiens, medicum non quærit. Quis aūt ſine medico conualuit vnquam? Sine illo inquam medico, de quo ſcribitur.
Eccl. 38. Honora medicum, propter neceſſitatē enim creauit eum altiſſimus. Suſpicor etiam hoc verbo, *Iuſtus ex fide viuet*, probare Paulum quod dixit, Græco etiam eſſe in ſalutem Euangelium Chrī, quia dicitur *Viuet*, non viuit, Iudæus prorſus iam tunc viuebat in fide vēturi, & qui non viuebat, in illa fide, nō erat iuſtus coram Deo Iudæus: licet corā hominibus: ſed gentilis non viuebat, at victurus erat, ergo Propheta dicens *Viuet*, intelligit quod non tātum Iudęo, ſed Gręco erat futurum Euangelium in ſalutē. Dicamus tandem, *Iuſtus ex fide viuit*, Eſt iuſtus, qui in principio ſermonis accuſator eſt ſui: Eſt iuſtus, qui ex fide viuit. *Prou. 18.*
Eſt iuſtus, qui eſt abſq; terrore. Primus quidem bonus & laudabilis, quia accedit ad viam. Secundus melior, quia currit per viam. Tertius optimus, quia iā appropinquat ad finem vię. Primus. n. pęnitentiam agit. Secundus iā egit, & gratiam conſequutus eſt. Tertius eſt ꝓpe gloriam. Illum reducit dn̄s. Secundū deducit, Tertiū educit. Sequit̄ modo.

Reuelatur enim ira Dei de cælo in omnem impietatem, & iniuſtitiam hominum. Impietas propriè eſt peccatum quo Deū colere dedignantur impij, non credētes ei, non timentes eum, non fidentes in eo: Hæc eſt peruerſa opinio de Deo, dictis verbis, & operibus, vt Baſilius dixit. Iam vero quidā ſunt manifeſtè impij, qui contemnunt Deum, & pro talibus haberi inter homines non erubeſcunt. Alij vero quadam hipocriſi, hāc impietatem ſuam occultāt hominibus, & vſq; adeo etiam tendunt in deterius, vt cum pij exiſtimentur ab alijs, ſibi ipſis quoq; volunt videri pij, & iuſti, fucantes & palliantes alta quadam carnis ſapientia, quæ inimica eſt Deo, *Rom. 8.*
ſuam impietatem, vt Dioniſius tirannus, qui ſpoliauit Iouem amictu illo aureo: Hi palam perditi ſunt, quod contemnunt Deum, prorſus temerarij homines, audaceſque, & ſecuri in peccatis, Contra vtroſque loquitur Paulus. Idcirco dicit, *Omnem impietatem*. Contrariorum contrarias eſſe cauſas manifeſtum eſt. Impietas in Deum, ideſt infidelitas, iram Dei concitat. Quid mirum ergo ſi pietas, ideſt fides, diuinam gratiam adducit hominibus? Prima ratio ex teſtimonio Prophetæ, demonſtrauit Iudæis. Iudæis inquā ad Chriſtum conuerſis, qui non literæ occidenti, ſed ſpiritui viuificanti innituntur. Hæc ad Gentiles dirigitur, ad Gentiles inquam Chriſtianos effectos. In pietate veſtra ò Gentes, Deum ad iracun-

diam prouocaſtis, pietate ergo, fide in
illum, eiuſque filium putate vos eſſe
conciliatos, in diuinamque gratiam re-
ceptos, abſque meritis. Primum quod
in vobis ex vobis, Deo diſplicuit olim
cum innumeris obruti facinoribus eſ-
ſetis, non fuit fornicatio, non dolus,
non innaturalis naturæ vſus, fuit infi-
delitas, ad infidelitatem ſecutæ ſunt
vniuerſæ iniuſtitiæ veſtræ, omnia ſci-
licet peccata, & in proximos veſtros,
& in vos ipſos, quę turpe eſt etiam fari,
ergo primum quod in vobis Deo placi-
tum eſt, eſt fides. Habitat enim Chriſt'
per fidem in cordibus vr̄is. Putate er-
go cuncta inutilia eſſe ad iuſtificationé
coram Deo, niſi adſit pietas. Hæc eſt ba
Heb 12. ſis fidei. Sine fide enim impoſſibile eſt
placere Deo. Qui autem Deo non pla-
cet, nullo quouis. externo ope vt Deo
placeat, poteſt promereri, quandoqui-
dem primum oportet, vt placeat ipſe,
Gen 4. deinde opera. Scriptum eſt enim, Re
ſpexit Deus ad Abel, & ad munera,
primum ad Abel, deinde ad munera.
Fide autem placemus Deo tantum, er-
go opera ex impietate naſcentia, Deo
Ioan 1. ĩgrata ſunt. Filij diaboli ſunt, qnotquot
non credunt. Dedit autem poteſtatem
filios Dei fieri, his qui credunt in nomi
ne eius. Iudęi itaque primum placuere
fidei pietate, uos ĩpietate diſplicuiſtis.
Nimirum ergo ſi illis primum promul
gatum eſt Euangelium. Potuiſſent au-
tem reſpondere Apoſtolo, gentium no
mine, ſapiétes illi, & Gręcorũ, & Roma
Act. 26. norum, Vt quid Paule, Deo diſplicuit
noſtra infidelitas? Vide ne multæ te li-
teræ ad inſaniam vertant. Iudæi in Dei
filium venturum credere potuerunt,
quoniam illis factæ fuerant promiſſio-
Pſal. 147. nes. Nõ fecit taliter omninationi: Nos,
non niſi natum cognouimus, vix agni
tum coluimus, adorauimus, in eũ cre-
didimus: non ergo noſtra culpa factum
eſt, vt in Chriſtum antea non credere-
mus. Non id, non id ò gentes, vos
adeò exoſas reddidit Deo patri, inquit
Apoſtolus, quod in Chriſtum venturũ
non credideritis, Sed quod & in diui-
nam illam maieſtatem, quam apprime
cognouiſtis, nnlla illius habita ratione,
omnifariè fuiſtis impijſſimi. Iudęis o-
lim præceptum erat, vt vnuſquiſque
crederet in Chriſtum, expectaretque
aduentum illius, tam mirificis, tanque
multis præconijs annunciatum patri-
bus: Vobis ſat fuiſſet', ſi Deum ſum-
mnm omnium opificem, vniuerſi mo-
deratoré perpetuum, vltorem ſcelerũ,
bonorumque remuneratoré, piè (vt
par eſt) coluiſſetis, non veſtrę, ſed diui-
næ illi virtuti fidentes in omnibus. At
vos, cum optimè naturali lumine, quiſ
que veſtrum agnoſcere poſſet ſummam
illam, & omni cultu digniſſimam at-
que admirabilem maieſtatem, omnes
nihilominus ad creaturas cõuerſi, auer
ſi eſtis à creatore. Hinc irritatus &
exacerbatus eſt Deus, vt vos pro vr̄is
meritis dereliquerit. De cęlo reuela-
tur hæc ira Dei in veſtras impietates, in
quit Paulus. In cœlo nanque nata eſt
impietas, cum Lucifer ille plenus ſapié Ezech. 28
tia & decore, tanquam verè φίλαυτος in
Deum inſurrexit, cui piè ſubeſſe debue
rat, optauitque ram impudenter vt
Deus adorari, dicens. In cęlum conſcé
dam, ſuper aſtra exaltabo ſolium meũ, Eſa. 14
& ero ſimilis altiſſimo. O ſummam im
pietatem. E cœlo autem deſcendit ad
terras in homines, hæc ipſa impietas.
gentes enim creaturas pro creatore co-
luerunt, creatore ſpreto quem alioquin
cognoſcebant. Et quod longe magis do
lendum eſt, in terris incremétum ſuſce
pit. Nempe non angelos modo, non ho
mines duntaxat, pro Deo vero adora-
bant, ſed & cęlos, & ſtellas, plantas, ani-
malia, ceſpites, porrũ, cepę, reptilia quæ
que: & quod oẽm impietatem ſuperat,
ſolis & ſtellarum, brutorum atq; plan-
tarum emortua ſimulachra, imagines
& figuras. Altius itaq; demerſi ſunt in
terris, viles homuntiones q̄ in cęlis ſu-
pernæ illæ mentes. Quomodo ergo tã-
tis impietatibus gentiũ parcendũ fuit?
Quę nullum non attigerunt impieta-
tis gradum? Hoc eſt. n. quod Apoſtolus
inſinuat dicens, *Omnem impietatem.* Si
vnã illã impietaté angelorũ, tam acerri
mè vindicauit op̄s, reuelatur ergo hac
ratione, & declaratur ex ipſo cęlo deſcé
diſſe iram dei merito in hominũ impie
tates. Si angelis peccantibus non peper 2 Pet. 2
cit, ſed rudentibus inferni detractos in
tartarum

tartarum tradidit cruciãdos in iudiciũ reſeruari, quo iram dei homunculos ef fugere iuſtum erat, qui Deo prorſus ne glecto ad viliſſima queq;, & ad viliſſima rum rerum viliores imagines conuerſi ſunt? Propterea & in Euãgelio perhibe tur, iudicio illo Dei extremo; ĩpijs de monibus aſſociãdos eſſe impios hoĩes, vt in æternum vno eodemq; ſupplicio torqueantur, qui vnius & eiuſdẽ culpę fuere participes. Ita ergo diuina grã iuſtificans (vt ſummam perſtringam⁹ rationis huius) ex Iudęis trãſiuit ad gẽ tes, qm̃ & fides, qua iuſtificamur primũ, ex vno populo dimanauit ad alterum, ſicut diuina ira deſcendit ẽ cęlo in homines, quoniã & ipſa impietas, qua nobis iraſci conſueuit ops̃, ex cęlo deſcẽdit ad terras. Et ẽ pulchra antitheſis, Gratia ex fide in fidem: Ira ex impietate in impietatẽ, ex cęlo in homines. Grã ex Iudęis in Gẽtes. Ira ex angelis in ter rigenas. Nemo itaq; vr̃m, O Gentiles, cauſetur, primo pr̨edicatum eſſe Euãge lion Iudęis q̃ vobis, neq; dicatis Deum glorioſum vobis non affuiſſe, vt Chr̃m Ieſum agnoſcere antea potuiſſetis, quẽadmodum Iudęis datum fuit priuſquã veniret, vos ipſi Deo defuiſtis, non vobis Deus. Si enim ad primam cauſam conuerſi, quam alioquin cognoſcebatis, illi exhibuiſſetis famulatum, fortaſſe, qui dederat vobis tot dona naturalia atq; gratuita, dediſſet & gratifica. Sed vr̃a impietate factum eſt, vt & quæ condonauerat gratis, abſtulerit ingratis. Spreuiſſe vos viſus eſt Deus, qm̃ ip ſi primo ſpreuiſtis eum. Inſipientia vi ri violat vias ſuas, Deũ autem cauſat̃ in corde ſuo. Sed. O, q̃ acriter pungit Iudęos hoc ſermone Paulus. Si ſcires Iudęę, ſi ſcires Apoſtoli ſenſũ. Primũ ipſi pij dei cultores eratis Gentiles impij, ſed demũ eò impudẽtius prolapſi eſtis, quò familiarib⁹ dilexerat & edocuerat vos diuina gratia. Contra, gentes relicta impietate, pietatem ſuſcipiunt. Nũc ergo vice uerſa iraſcitur vobis Deus ob vr̃as impietates, gẽtes aũt amplectitur & fouet, quæ ingenti pietate Chriſtum eius filium, & ſacrũ Euangelion qđ vos ipſi reijcitis, profitent̃, & colunt. Pietas vr̃a in gentes tranſlata eſt, & impietas gentium in vos ipſos. Sicut ergo gratia Dei & ſalus ex Iudęa migrauit ad gentes, ita ira dei relictis gentibus, ueniet ſuper uos. O filij diffidentiæ. Lucẽ ipſi euangelicę lampadis primũ uidiſtis, cũ gentiles cęci eſſent, nunc ipſi diuino iudicio cęci eſtis, illi uero oculis undequaque pleniſſimi. In iudicium uenit Chriſtus, quò factũ eſt, vt qui uidebant cęci fierent, & qui non uidebant, illuſtrarent̃. Hęc eſt mens Apoſtoli. Tanq̃ medius enim & ſequeſter à ſpũ ſancto conſtitutus in hoc negotio, pro dirimẽ dis litibus Iudęorũ & Gentium, modo hos arguit, modo illos, modo hos demulcet, modo illos, cunctis equus, nemini blandus. *Eorum, qui veritatem in iniuſtitia detinent.* Ideſt, qui ueram cognitionem, quam de Deo habent, non habere ſimulant, & non eſſe verum volebant, vt licentius contra illã leuare poſſent. Gentium philoſophos itaq; hic arguit Apoſtolus. Hi enim ſunt qui verã, quã de Deo, non ſine Deo conſequuti fuerant ſciam, diſſimulantes, uel etiam negantes, rationibus naturalibus magẽ, & ſibi ipſis cõtradicere uoluerũt, q̃ Deũ adorare ut par erat. Hac ſaltẽ rõne in ſpũm ſctm̃ peccantes, quod agnitam ueritatẽ, idolorũ infando cultu & ſuppreſſerũt, & opere, ſi non uerbis impugnarunt. O philoſophis indigniſſimũ facinus. In perfectũ Dei amorẽ, atq; ob ſequiũ cognitio erupiſſet illius exquiſi ta cognitio, quã ipſi abs Deo habuerãt. At illis erat mala mens, malusq; aĩus. Summa enim cũ diuinitatis iniuria, ueritatem illam, quaſi in carcere relegatã, maxima irreuerentia, & uiolẽtia detinebant, ut iam non poſſent ab ipſa bonarũ operationum fructus prodire, ſed ſterilis & infęcunda maneret in eorũ pectoribus. Adde, quod cũ uulgus per deuia queq; diuagaret̃, ſi ipſi metu poſt habito, quẽ alioquin in ſapientẽ cadere nõ oportere, ſciebãt, reiectis ꝓfanę illius religionis erroribus, uerã Dei pietatẽ atq; cultũ (ut par erat) philoſophica conſtãtia, & ſeria grauitate docuiſſent, vel ẽ medio ſublata eſſet idololatrię im pietas, uel docuiſſent, non tã latẽ propa gata ubiq; terrarũ. At nulla dei habita rõne, cuius gloriã ingrati ſitire debue-

 rant,

rant, qui eos ad tantam prouexerat ſa-
1. Cor. 8. pientiam, ut iam pro Dijs habetentur.
Pſal. 95. Quanq̃ ſcirent, idolũ nihil eſſe, quãq̃
pro explorato haberẽt, oẽs Deos gẽtiũ
eſſe dęmonia, ne uulgo diſplicerẽt, ma-
luerunt externis obſequijs, & ipſi idola
colere cũ populis illis, litare, & offerre
thura, & conſcĩa eos extimulãte, q̃ veri
tatẽ agnitam inuulgare mũdo. Notiſſi-
mũ eſt illud Philoſophi verbũ, quod fu
giens pauidus, & pallidus protulit. quo
frigida illa aſtutia, ſe ſe excuſari putauit
ab ignauia. Nolo eos ſecundo in phi-
loſophiã peccare. Exẽplo itaq; coge-
bant Idiotas ſummi illi magiſtri Gentiũ
ad idololatriã, qm̃ falſos Deos & ipſi co
lebant, & ueritatem Dei uiui magna in
iuſtitia detinebant in ſeipſis, nec alios
inſtruebant. Quid.n. iniuſtius, quã
contra conſcientiã agere? Omne enim
Rom. 14. quod eſt contra conſcientiã, peccatum
eſt. Quid iniuſtius, q̃ formidare ho-
mines, negligere Deum? Et eſt hebraiſ-
mus. *veritatẽ in iniuſtitia detinent*. pro ve
ritatem iniuſtitia detinent. ideſt iniu-
ſtè, immò & impiè. Omnis nãq; impie-
tas eſt iniuſtitia, non è contra, quanquã
propriè impietas ſit in ſuperos, iniuſti-
tia in proximos. Declarat aũt Apoſto-
lus, quõ veram Dei notionem fuerint
conſequuti Philoſophi. *Quia quod notum
eſt Dei, manifeſtum eſt in illis*. Eſt aũt mo-
dus loquẽdi Philoſophorũ, quo dicũt,
Prima principia eſſe per ſe nota, quod
habitualiter nihilominus, non actuali-
ter intelligẽdũ eſt. Ita ergo. *Quod notum
eſt Dei*, ideſt quod noſci põt lumine na
turalis rõnis de Deo, citra oracula ua-
tũ, ut Deũ eſſe, eſſe primã oĩum cauſã,
oĩum rerũ curã gerere, nullis cõcludi
potentiæ, ſapiẽtię, bonitatiſue limiti-
bus, remunerare bonos, improbos atq;
ſontes vlciſci, quanquam tardiuſculè:
Oĩa prorſus hæc & talia pleraq;, uiua-
ciſſimis illis & pſpicaciſſimis ingenijs,
quibus à Deo ipſo donati fuerãt, cogno
uerunt. Adeò, ut & uniuerſę gentes,
ex philoſophis ſe ſe omnia hæc ſcire
profiteantur. Vnde hebraiſmus eſt ni
fallor, *In illis*, pro *Ex illis*. Conſueue-
runt.n. hebrei *in* pro *Ex* frequẽter uſur
pare. Quod ergo *Notum eſt* naturali-
ter *Dei*, de Deo, apud nationes, quas
iubar diuinæ legis & reuelationis nõ
illuſtrauit: *manifeſtum eſt in illis*, ideſt
ex illis, qui (ut dicebatur) veritatem
in iniuſtitia detinebant, quaſi ſopitã,
conſepultamq́; nè alios irradiaret ſuis
igniculis atq; fulgorib⁹. *Deus.n. illis ma
nifeſtauit*. Et tũc interponit̃ parẽtheſis,
qua modus aperit̃ & declarat̃. (*Inuiſiblia
enim Dei a creatione mundi, ex his quæ facta
ſunt, intellecta conſpiciuntur: ſempiterna quo
que virtus eius, & diuinitas.*) O ſummã er
go Philoſophorum ingratitudinẽ. Non
enim illis verus Deus innotuit tantũ,
cum euangelium mundo illuxit, non
eo tempore primum, quo Iudęis legẽ
tulit in Sina, ſed ab orbe condito, ante
omnem legem, ipſe ſeipſum illis prodi
dit, & manifeſtauit. Vt intelligas, nõ
modo Iudęos placuiſſe Deo, ſed & Gẽ-
tes, immo prius valde Gentes. Cum
enim nondum Iudęi eſſent, erant gen-
tes. Vnde & primi qui ſanctitate Deo
chari fuerunt, ex gentibus erant, præ-
putiati ſcilicet non circunciſi: Propter
hos ergo inquit Apoſtolus, qm̃ natura
Deus inuiſibilis erat, & naturale lumẽ
intellectus non fuiſſet ſatis ad erigen-
dos illos in Dei notitiã, uniuerſum hoc
fecit, quod cũ uideretur ab omnibus,
opificem omnibus manifeſtaret. Sicq́;
per ea quæ uidentur, inuiſibilia oculis
mente conſpici poſſent, & ille eſſe om-
niũ Deus crederetur, qui hoc tantę mo
lis opus effeciſſet, quod à ſeipſo fieri
impoſſibile Gẽtiũ ſapiẽtes iudicaſſent.
Et proculdubio, nullo uel fidei, uel le-
gis adiuti lumine, ſi naturali tantum ra
tione diligenter creaturas perſcrutari
voluerimus, tam multiplicis formę, eſ-
ſentiæ, uirtutis, in mundo hoc magno,
quaſi in libro Dei legentes, uel quaſi de
Deo, muto quodã eloquio, naturas ha-
ſce rerũ interrogantes, omniumq́; ſpe
modo, diſpoſitione, pondere, menſura,
quaſi aperta uoce rñdentibus, ex effe-
ctibus cauſam, ex figmento figulum, ex
arte artificem, qualis, quantuſq́; ſit, co-
gnoſcere poterimus. & admirari. A ma Sap. 13.
gnitudine ſpeciei & creaturę (dicebat
Sapẽs) poterit cognoſcibiliter creator
horũ uideri. Quoniã enim nemini du-
biũ eſt, quin Deus omnia quę ſunt, ſa-
pientiſſimè cõdiderit: ſicut ſcriptũ eſt
Omnia

Pſ.103. Omnia in ſapientia feciſti. Relinquitur, vt diuinam ſapientiam,quaſi modo quodam admirabili, ſingulis illius operibus impræſſam, ſecundum illud,
Eccl.1. Effudit ſapientiam ſuper omnia opera ſua, cõſpicere valeamus. Ruſſus, quia nihil de numero eſt eorum quæ ſunt, quod bonum non ſit. Vidit enim Deus
Gen 1. cuncta quæ fecerat, & erant valde bona; nulla res autem eſt bona niſi diuina bonitate, ad fontem illum bonitatis cognoſcendum, manuducimur, & rapimur. Quo contra illi arguuntur à Sa-
Sap 13. lomone, Ex his quæ videntur bona, nõ potuerunt intelligere eum, qui verè eſt bonus. Poſtremo, quoniam virtus facientis, rebus factis eminentior eſſe cõ uincitur: Ex poteſtate rerum creatarũ, quis eſt qui citra reuelationes, e mundi fabrica, non poſſit intelligere modo velit, diuinę maieſtatis celſitudinem, vim,
Ibidem. atque potentiam? Propterea dicitur: Si virtutem, & opera mirati ſunt eorũ, intelligant quoniam qui fecit hæc, fortior eſt illis. Cæcus eſt, mihi credite, q̃ huius mundi ſplendoribus, nõ illuſtratur. Surdus eſt, qui tot omnium rerũ clamoribus non excitatur. Stultus eſt, qui tantis inditijs, ad Deum cognoſcẽ-
Eccl.42. dum, non eleuatur. Gloria enim domini plenum eſt opus eius, inquit Propheta. Et equidem, vt verum fatear, dixerim ego aberrare à creaturis, qui à creatore aberrant. Quod & Pſaltes cecinit. Non intellexerunt (inquit)
Pſ.27. opera domini, & in opera manuum illorum diſperdes eos, & nõ edificabis eos. Et iterum Hæc cogitauerunt, &
Pſ.72. errauerunt. Qui enim ignem, aut ſpiritum, aut citatum aerem, aut girũ ſtellarum, aut nimiam aquam, aut ſolem,
Sap.13. & lunam Deos putauerunt, vt in libro Sapientię dicitur, quomodo ignis, aeris, aquę, ſolis, & lunæ naturas apprimè veſtigarunt? Quandoquidem quæ non niſi ab alio eſſe poſſunt, primam cauſam exiſtimauerunt. Quod enim alicuius rei natura non patitur, nulla ratione, niſi ignorationis illi aſcribi põt. Qui ergo creaturas apprimę cognoſcere põt, & creatorem facilè contemplatur. Propterea Dauid, cum in diuinam ſuſtolli cognitionẽ eò minus poſ-

Bit.ad Rom.

ſet, quò magis deſiderabat, clamaretque, Mirabilis facta eſt ſcientia tua ex Pſ.138. me: confortata eſt, & non potero ad eã. Se ſe quàm maximè fuiſſe adiutum ex creaturarum contemplatione cõfeſſus eſt, dicens. Mirabilia opera tua, & aĩa Ibidem. mea cognoſcet nimis. Idcircoque dice Pſ.142. bat. Meditatus ſum in omnibus operibus tuis, & in factis manuum tuarũ meditabar. Et certè, nec Plato, nec Ariſtoteles, omnis philoſophiæ parentes, alia inceſſere via ad ſummum rerũ opificem, niſi ſacram hanc mundi. Scalã aſcendentes. Septem autem ſunt illi⁹ gradus, Origo rerũ, Magnitudo, Multitudo, Pulchritudo, Operatio. Plenitudo, atque Ordo. Quas qui ſcandit, nõ põt Deum glorioſum non intueri, vel inuitus. Origo enim, ſecundum productionem, ſecundum diſtinctionem, & ſecundum ornatum. Magnitudo, ſecundum molem dimenſionis, ſecundum virtutis excellentiam, & ſecundũ efficaciam actionis. Multitudo, ſecundum diuerſitatem generum, ſpecierũ, atque indiuiduorum, in ſubſtantia, in forma, atque in figura. Pulchritudo, ſecundum varietatem luminum, cęlorum, & figurarum. Plenitudo, rationũ ſeminalium in materia, virtutum actiuarum in formis, effectuumque in uirtutibus. Operatio, naturæ, artis. motũ, Ordo, durationis per prius & poſteri⁹: Situs, per ſuperius & inferius: Influentiæ, per nobilius & ignobilius. Omnia hæc ergo, quo pacto cognoſci poſſunt, vel ſuperficietenus, quin feneſtram nobis longè lateque patentem efficiant, ad diuinam illam maieſtatem contemplandam? Sicut enim ex motibus & adminiſtratione corporis, animã quam non vides intelligis, ſic ex adminiſtratione, regimine, ordine, magnitudine, pulchritudine vniuerſi, intelligimus Deum eſſe, qui omnia hæc fecerit. Magnitudo rerum, origo, poteſtas, atque motus, diuinam potentiam; Ordo, diſpoſitio, multitudo, pulchritudo, ſapientiam: præſertim cum in tanta varietate & antitheſi rerum, ſeruatur inuariatus orbis, iuſto omnium fœdere, & perpetua pace colligatus: Vſus autem, operatio, atque plenitudo, declarat procul-

dubio bonitatem. Optime ergo dicit
ſummus iſte Philoſophus. *Inuiſibilia*
Dei. potentiam, ſapientiam, bonitatē.
A creatione mundi, à mundo ſcilicet cō-
dito. *Ex his quæ facta ſunt, intellecta vide-*
ri. ideſt cognoſci intellectu. Intellect⁹
enim oculus animæ metaphora quadā
à ſapientibus dicitur, hæbreis, græcis,
& latinis. Quod ſi dicas, Deus nihil
eſt horum quæ facta ſunt, neque alicui
eorum ſimile, quomodo ergo ex his
Deus noſci poteſt? uam cognitio fit per
ſimilia queque, vt philoſophi tradunt,
ad quos nunc ſermo iſte dirigitur. Bre-
uiter tibi ſum reſponſurus. Et ſi, quid
De⁹ ſit, ex creaturis ignorare cogamur,
non eſt tamen exiguum quid, ſi quid
Deus ipſe non ſit, inuenire poſſemus.
Hoc autem nobis præſtant creaturæ,
quandoquidem earum uouitas, quod
ipſe non ſit nouus: mutabilitas, quod
non mutetur: compoſitio, quod non
componatur, oſtendit. Non enim pōt
eſſe nouus, qui innouat omnia, nō po-
teſt mutari, qui ſingula mutat, non pōt
componi à quo cuncta compouuntur.
Hæc eſt docta illa ignorātia, qua ad imē
ſum illud iubar caligantes, quò magis
nos ipſos caligare cognoſcimus, eo mi
nus caligamus. Nox illuminatio mea,
inquit Vates. Tuuc enim maximè Deū
Pſal. 138. cognoſcimus, cum miuimè eum co-
gnoſci poſſe cognoſcimus: Quàm enī
ſit incomprehenſibilis, comprehenden
tes, iuxta Dioniſiacam theologiam, uō
modicam incomprehenſibilitatis par-
tem compræhendimus. Si iterum obij
Mat. 11. cias. Nemo nouit patrem uiſi filius, &
cui uoluerit filius reuelare. Gentiles
ergo quibus non eſt reuelatum, uequa
quam potuerunt ad Deum cognoſcen
dum perduci lumine naturalis ratio-
nis. Illud fatebor, Deum vt patrem ne-
quaquam citra reuelationem agnoſci
poſſe, neque vt filium. Planè enim cō-
ſtat, generationem filij Dei, trinitatem
perſonarum diuinarum, non poſſe
naturaliter ſciri (quanquā enim Philo-
ſophi quidam dixerint. Monas gignit
Diadem: hi miſcuerunt legalia phiſicis,
vt & quidam Philoſophus dixit. Vel
forte alio tendebant verbis illis quàm
ad perſouas diuinas aſſeuerandas.)
Deum tamen abſolutè, citra reuelatio-
nem noſci poſſe, manifeſtum eſt. Quā-
doquidem Deum eſſe, eſt de eorum uu
mero, quæ per ſe nota dicuntur: adeo,
vt non niſi inſipientes id negare poſ-
ſint: De quibus pſaltes. Dixit inſipiēs in
corde ſuo, uon eſt Deus. Hoc itaq; di- Pſ. 13.
cit Paulus uoſter, non aliud.

Addit autem, *ſempiterna quoque virtus*
eius & diuinitas. Virtutis nomine intel-
ligite vim, cuncta de nihilo producen-
tem. Vno enim Ariſtotile excepto, phi-
loſophi omnes cognouerunt Deū creaſ
ſe cęlos, atque terras, maria, omniaque
quæ in eis ſunt. Totus enim mūdus,
ſua immutabili mutabilitate, ſe ſe factū
eſſe, & nequaquam ſemper fuiſſe, pro-
clamat. Per diuinitatem vero, mira,
ineffabiliſq; omnium rerum cura, ſol-
licitudoque & prouidentia intelli-
genda eſt. Deum enim græci θεὸν ap-
pellant ἀπὸ τοῦ θεεῖν hoc eſt à curren-
do, quod vbique dum opus eſt, tanquā
prouidus accurrat, adſit, opemq; ferat.
Vnde cum Deum nominari audis, ni-
hil magis tibi in mentem veniat, quàm
fons omnis boni, liberalis vero, ac
minimè auſterus, & inexorabilis,
ſed ſic largus & prodigus in vſum ſe
fruentium, vt ab omnibus auferri, te-
neri, poſſiderique gaudeat: ad opitulā-
dumque adeò ſit accinctus, vt nuſquā
cunctetur, vel remoretur. Non vacat
autem myſterio verbum illud *ſempiter-*
na. Quod & ad virtutem, & ad diuini-
tatem refertur. Difert enim Deus à
cunctis agentibus, & naturalibus &
voluntarijs hac ratione. Ignis enim
vſtione creſcit, fitque ardentior, & po-
tentior, propriumq; eſt omnibus agē-
tibus quæ naturalia ſunt, vt actionibus
creſcant. Homo item particularibus
prouidentijs, fit & prouidentior & pru
deutior: Si quidem habitus omnes ac-
ceſſione actuum confirmantur & augē
tur. Longè diuerſus eſt diuinarū actio
num modus: non eſt ipſe creando fa-
ctus potentior, neque indies fit proui-
dentia diligentior: agnoſcitur magis ab
hominib⁹ quàm prius agnitus fuerat.
At nihil illi prorſus augetur, ſiquidem
ante ſęcula potentiſſimus, ſapientiſſi-
mus, optimus, maximuſq; fuit Deus:
adeò

adeò vt vniuerſum, & conditor uniuerſi, non melius maiuſque ſint, quàm cōditor ille vnus, qui in ſeipſo ſempiterna maieſtate, cui nulla acceſſio fieri poteſt, habet, & pręhabet, ambit & pręambit omnium rerum perfectiones. Propterea ergo dictum eſt *Sempiterna*, Nō diſtinguuntur autem in Deo re ipſa, ſapientia, potentia, bonitas, prouidētia. Quemadmodum enim calor & ſiccitas in igne diſtinctę ſunt qualitates, in ſole tamen vnica eſt virtus, quæ & exſiccat & calet, quæ non eſt calor, nec ſiccitas, ſed altius quid & melius. Homo etiam quinque ſenſibus diſtinctis, ſenſiles res percipit, quas tamen vnica intellectus functione complectitur, & regia poteſtas, vel pōtificia vna eſt, qua militibus, ciuibus, agricolis, cōſulibus imperatur, cum tamen ſuper hos omnes, varia ſint conſtituta munera magiſtratuum. Semper enim quæ in inferioribus ſparſa inueniuntur, in ſuperioribus cernimus eſſe collecta. Ita diuina illa & ſuperſubſtantialis eſſentia, vnicè vnica eſt, & (vt verius dicam,) vnitas ipſa. Nihil tamen eſt, quod ꝑfectionem ſapiat in hiſce rebus quas ipſe condidit, quin miro & inſtabili modo in ipſa eſſe dicere debeamus. Tum quia cauſa omnium, tum quia omnia intelligit. Nam & effectus in cauſa, & intellectilia ſunt in intelligente: Omnia tamen in eo vnum ſunt, non plura: ſicut & ipſe in omnibus vnus, non plures. Pluribus autem nominibus hac tantum ratione, exprimitur bonus, ſapiens, potens, pater, refugium, vita, ſaluator, fons, lux, eſſe; quod res per quas eum intelligimus, plures ſunt, pluresq; rationes habent. Non enim vniuerſas perfectiones vna habet, ſed ſparſę ſunt in omnibus. Neque autem aliter Deū intelligimus, quàm aggregando, colligendoq; in vnum Deum ſingula quæque, quæ in Dei operibus diſperſa con-
1.Ioan 3. ſpicimus. Cum autem uidebimus Deū
2.Cor.5 ſicuti eſt, quod fieri nequaquam poteſt quouſq; peregrinamur à domino, tunc tantum vnum videbimus, vnoq; nomine omnia quæ in Deo ſunt, quæ uerè vnum ſunt, exprimemus. De quo tem-
Zach.14. pore dixit Zacharias, In die illa, erit dominus vnus, & nomen eius vnum. Hoc dictum ſit, ne tibi offendiculum pariat verbum illud *Inuiſibilia, virtus, & diuinitas*. Cum idem ſint omnino omnia, quæ Dei ſunt. Hic enim eſt modus, quo nos cognoſcimus Deum, cōponendo ſcilicet & aggregando plura, ac ſi Deus compoſitus eſſet ex pluribꝰ: cum alioquin ſimpliciſſimus ſit. Propterea Paulus nunquam dixit, nos cognoſcere Deum, ſed inuiſibilia Dei, & quod notum eſt Dei. Quod obſerua. Plerunq; enim quę Deo conueniunt, cognoſcimus, at Deum ipſum minimè cognoſcimus. Hæc ergo omnia quo ad poſſibile eſt homini, naturali duntaxat lumine fulti, gētium philoſophi apprimè cognouerunt. Non enim inuidit illis Deus ſuam inuiſibilem naturam, ſed ſicut Phidiæ opera, ex commenſione quadam & proportione membrorum, Phidiam abſentem indicabant: Ita ex mūdi fabrica, ordine, & ratione,
Deus intelligi voluit, quanquam oculis Ioan.1.
corporeis Deum nemo vidit vnquam. *Ita vt ſint inexcuſabiles. Quia cum Deum cognouiſſent, non tanquam Deum glorificauerunt, aut illi gratias egerunt.* Fateamur illos, de infidelitate in Chriſtum Ieſum hac ratione excuſari poſſe, quoniam illis, tantum, taleq; myſterium ad quod citra reuelationem mens humana pertingere nequaquam pōt, non fuit agnitum. Sed hinc omnino inexcuſabiles ſunt, quoniam quē mirandis operibus Deum eſſe cognouerant, nepharijs flagitijs, irritauerunt, & offenderunt. Quo clipeo vos tutari poſſum ò philoſophi? Quid pro vobis excuſandis fingi, excogitariue poteſt? Immo quę ratio non contra vos eſt, qui neglectui Deū habentes, quem laudant & glorificant aſtra matutina, ab ipſo auerſi, in vos (ò impudentes) conuerſi eſtis? Vos ar-
guit cęlum, quoniam Cęli enarrant glo Pſal.18.
riam Dei: Omnis mundus vos accuſat, deteſtatur, quoniam creaturę vniuerſæ, oſtendunt ſe non eſſe Deum, ſed eſſe alium quempiam qui eas fecerit: cuius laudi ſemper ſit inſiſtendum: cui parere neceſſe ſit. Interroga iumenta, O philoſophe, & docebunt te: volatilia cęli, & indicabunt tibi: loquere

terræ & reſpondebit: narrabunt quoq;
Deut. 32. piſces maris. Quis ignorat quod om-
Pſal. 99. nia hæc manus domini fecerit? Ipſe
fecit nos, & non ipſi nos. Tu tamen,
ſolus iumentis peior, ſcientia inflante,
& perdente, malitia plenus, illum non
glorificaſti tanquam Deum. Vidiſti tol-
li gloriam Dei, darique creaturis, nec
tamen excanduiſti: paſſus es inuideri
Deum, & coli idola. Cur Deum verum
& viuum, in conſpectu gentium non
glorificaſti, non exaltaſti, non prædica-
ſti, ſed nec in corde tuo illum adoraſti?
Mitto, quod vt perditi hominis, redem
ptorem illum non colueris, neq; enim
vitiatę radicis maculā propaginis tradu
cæ per generationis ſarmenta, ad om-
nes humanæ arboris ramos diffuſam,
agnouiſti, primam ſcilicet primi homi-
nis præuaricationem, per quam pecca-
tum in hunc mundum intrauit, & per
Rom. 5. peccatum mors. Quare ni mirum, ſi
redemptoris opem non deſideraſti. In-
firmus eras tibi, tamen velut maniam
paſſus, de ſanitate blādiebaris. Sint hęc
miſſa omnia; At quo quæſito colore ex-
cuſari potes? curre, recurre, quęre, re-
quire, gira, regira, quod adminus deū
quem nouiſti, non colueris vt Deum,
vt conditorem, vt omnium rerum cu-
ram gerentem? Num illi ſacrifica-
ſti ſacrificium cordis? Audi, audi Phi-
loſophe, & erubeſce. Vix cęcucien-
tibus noſtri animi oculis, culicem exa-
ctè poſſumus contemplari. Deus autē,
vt magnes calibem trahit, ad tantam te
euexit dignitatem, vt non modo om-
nium rerum, ſed & creatoris rerum ma
gnalia, ex his quę videntur, facilè poſſes
introſpicere & penetrare. Quas illi
gratias pro tanto munere retuliſti, ope
ribus, vel verbis dixiſti, vel ſaltem egi-
ſti animo, O ſuperbe? Merito factum
eſt, vt qui pridem Deo plenus eras,
(Deum.n. nō ſine Deo agnoſcere potuiſ
ſes,) tua ingratitudine, Deo vacuꝰ pror
ſus remaneres, atque in ſimilitudinem
dolij, quod niſi optimè ſpiranti, reſpi-
rantique aeri ſit occluſum, euaneſcit.
Quoniam ventus ſuperbiæ, tua corda
perflare cœpit, quæ ingratitudinis fons
eſt, Deo à te recedente, vel potius te
Deum deſerente, (ne quid grauius di-
cam,) expellente atque reijciente, om-
nino euaneſceres. Tibi ipſe nanque fi-
debas: qui, (dicas) quid q̄ſo es quā mera
bulla, niſi te impleat Deus, qui omnia
implet? Vere ergo bulla effectus es, quę
nihil aliud habet quàm tumorem, ina-
niſque eſt admodum, quanquā magnū
quid extrinſecus videatur. Vniuerſi ho
mines vanitas ſunt. Qui itaque Deo
vacuus eſt, quo fulciri poſſunt omnia,
& in ſeipſo elatus, nonne eſt vaniſſima
vanitas? Cogitationes hominum vanæ Sap. 7.
ſunt (inquit Salomon,) & vani ſunt om
nes homines, quibus non ſubeſt ſcien-
tia Dei ſui. Fumus quo aſcendit altius,
tanto amplius euaneſcit, ita vt tandem
in nihil redigatur. Tu ergo Philoſophe,
qui arrogantiæ fumo efferebaris, tibi
ipſi adſcribens, tuo ingenio, quia lucu-
brationibus tuis, vigilijs, tantarum re-
rum peritiam, volens à cæteris homi-
nibus vocari magiſter, cum magiſtrū
cognoſcere debuiſſes Deum optimum
maximum, quò grādiora tibi de te pol-
licebaris, eò vanior mundo effectus es
& agnitus. O beatos illos, qui non ac-
ceperunt in vano animam ſuam, qui
ſcilicet inutilem, vaniſſimamque de ſe
ipſis fiduciam cognoſcentes, ſoli Deo
fidunt, & innituntur. Hæc eſt fides, Act. 15.
quæ purificat corda hominum. Filij
hominum, vſquequo graui corde? vt Pſ. 4.
quid diligitis vanitatem, & quæritis
mendacium? Hoc eſt quod dicit hic
Apoſtolus.

Sed euanuerunt in cogitationibus ſuis. Se-
quitur autē. *Et obſcuratum eſt inſipiens cor
eorum. Dicentes enim ſe eſſe ſapientes, ſtulti
facti ſunt.*

At primum ſcrupi quidam ſunt euel
lendi, ne angatur puſillus. Videri ſiqui-
dem poteſt alicui, prorſus inculpatos eſ
ſe Gentium Philoſophos omnes, quan
quam ad Deum puro corde & pio non
acceſſerint: Quandoquidem dixit Chri
ſtus Ieſus. Nemo venit ad patrem, ni-
ſi per me. Si ipſe eſt via, veritas, & vi Ioan. 14.
ta, & illis non affuit, quo poterāt ire ni-
ſi in deuia, in errores, in mortem? Vide
tur quod neceſſario aberrauerint, nec
ſint ulla ratione culpandi: Iudęi culpan
di ſunt, quibus omnia hæc agnita &
perſpecta fuere. Gentes excuſari iure
poſſe

poſſe videntur: quod ſi nec pro genti-
bus vlla eſt excuſatio impietatis, ergo
pie viui poteſt citra Chriſti opem: qd
ſi eſt, mentitur Chriſtus qui dixit, Om
Ioan 10. nes quotquot venerunt præter me, fu-
Rom. 1. res fuerunt, & latrones. Mentitur Pau
lus, qui Chriſtum dixit eſſe virtutem
Dei in ſalutem: Neque enim eſt vir-
tus in ſalutem, ſi ſine illius adiutorio,
aliqui probi viuere & ſaluari poſſunt,
vel aliquo tempore potuerunt. Am-
plius. Durus eſt Apoſtolicus ſermo,
quo dicit Deum ſe ſe philoſophis è mũ
di fabrica manifeſtaſſe, ita vt ìexcuſabi-
les eſſent. Cum enim inexcuſabiles ef-
fecti ſunt, ipſa Dei veri notione, tũc ma
ximè excuſandi fuiſſe videtur, quoniã
ſcilicet eos Deus tam magna illuſtrauit
ſapientia, vt inexcuſabiles eſſent. Me-
lius cum eis actum fuiſſe putauerit for
taſſis puſillus, ſi tanta non fuiſſent præ-
diti ſapientia, quoniam excuſari potuiſ
ſent. Et ſi eos tandem damnatos iri cõ-
tigiſſet, mitius egiſſet & vltor & tortor,
Luc. 12. quoniam ſcriptum eſt. Seruus ſciens
voluntatem domini ſui & non faciẽs,
plagis vapulabit multis: ſeruus autem
non ſciens, vapulabit quidem, ſed pau-
cis. Hoc demum petitur. Cũ philoſo
phi illi ad Deũ aſcenderint ex his quæ
videntur, ſi illorum aliquibus fuit reue
latum Ieſu Chriſti myſteriũ, quo agni-
to potuerint in Deum pio affectu ire,
atque ſanctis operibus inſudantes, pro
virili ſalutem æternam conſequi: Mirũ
enim videtur, & diuina pietate indi-
gnum, vt tot clari gentium heroes, vni
uerſi, ſuo fine, diuina ſcilicet viſione,
fruſtrentur perpetuo.

Ordinem autẽ in reſpondendo ſer-
uabimus præpoſterum, quo facilius ſa
tisfieri poſſit ſingulis quę adducuntur.
In primis itaque. Abſit, vt dicamus,
Philoſophorum nulli nota fuiſſe Chri-
ſti myſteria. Philoſophia nanq; à Cal-
dęis incepit, ex Caldęis ad Ægyptios, ex
Ægyptijs ad Græcos. Quomodo ergo
credi poteſt, vt Abraham qui Caldęus
erat & gentilis, & in gentilitate, vt
græce dicam θεῷ πολυεσὲς, & Deo cha-
riſſimus, non memoriam aliquam reli-
querit Chriſti venturi, quæ deinde ſe-
minarium fuerit compluribus, huius
pernoſcendæ veritatis? Scriptura ſa- Num. 22.
cra teſtatur, Balaam Magum & Ario-
lum, aſtrorum ſpeculatorẽ, hanc ipſam
veritatem agnouiſſe. Iobumq; Vſiti- Iob. 19.
dam. Docti Athene, aram illam erexe
rant ſacratam Ignoto Deo: quam cum
vidiſſet Paulus, per ignotum Deum di
xit ſignificatum eſſe Chriſti myſteriũ,
ſubobſcure ab his qui inſcribi iuſſerãt
agnitum. Vnde ait. Quem ignorã- Act. 17.
tes colitis, hunc ego annuntio vobis.
Scimus Sibillas, pleraque Chriſti arca-
na cecinisse. Mercurium illum ter ma-
ximum. Platonem quoque, qui in Egy
pto ſub Prophetarum diſciplina erudi-
ri voluit. Legimus de diuino verbo,
tam altè philoſophatos eſſe, vt incun-
ctanter credi poſſit illos de vero verbo
De, iquod filium dicimus, licet à lõgè,
non nihil olfeciſſe. Vt Sibillis nota
facta ſunt Chriſti myſteria, hoc eſt mu-
lieribus, cur non veris philoſophis, Ba
bilonenſibus ſcilicet, qui diuinatoriæ
artis peritiſſimi fuiſſe traditur, quos re
ges gentium in dubijs velut oracula cõ
ſulere conſueuerant? At ſecretorum
Dei rationem reddere nemo poteſt, ni
ſi is cui ille reuelare voluerit. Dici ta 1. Cor. 1.
men poteſt hunc eſſe Dei morem, vt
infirma eligat, quò fortia quęque con-
fundat. Illi enim philoſophia inflati,
obicem ſuperbiæ diuinis fauoribus
opponentes, inepti erant ad diuinas il-
las immiſſiones recipiendas. Finxerũt
tamen & illi, & cæteri ſapientes Ethni
corum pleraquę, quæ Chriſti myſteriũ
concernebant. Quamquam aliò mẽs
eorũ verſabatur. Vnde velut Caiphas,
neſcientes quid dicerent, prophetabãt.
At ſibillæ Deo plenę. (moribus enim
ſanctiſſimæ erant) perinde vaticinatæ Ioan. 11.
ſunt de Chro, ac Prophetę ſancti apud
hebręos. Vnde & addi poteſt, quod ad
confuſionem ſuperborum illorum phi
loſophorum, Deus ſuſcitauerit ſpiritũ
mulierum, vti & ad confuſionem ſe-
niorum, ſuſcitauit ſpiritum Danielis. Dan. 13.
In hiſtorijs veſtris ò Romani, Diuus
Thomas ſe legiſſe teſtatur. Conſtanti-
ni, & Helenę matris temporibus, cum
ſepulchrum quoddam foderetur, inuẽ
tum eſſe hominem multis antea ſecu-
lis vita functum, qui auream laminam
habe-at

habebat in pectore, hæc verba continẽtem, Chriſtus naſcetur ex Virgine, & ego credo in eum. O Sol, ſub Helenæ & Conſtantini temporibus iterum me videbis. Eſt & teſtimonium illud notiſſimum Octauiani, qui cum puerum illum in cęlo ex virgine naſciturum vidiſſet, aram illam, quam & hodierna die dicitis Aram cęli ædificauit. Tantum hæc omnia fidem faciũt indubiã, quod & pleriſque alijs Philoſophis, & Regibus, & humilioribus viris atque mulieribus, notum fuerit magnũ hoc noſtræ ſalutis myſterium. Et propterea, non omnes qui Chriſtum præceſſerũt in gentibus, perditos eſſe. Idque (vt rẽ aperiam) Dioniſius Pauli nr̃i diſcipulus, aſſeuerat indubiè, pleroſq; ſcilicet gentiles ſalutem æternam fuiſſe ante Chriſtum, ope angelorum qui eos cuſtodiebant, aſſecutos. Dioniſio autem quis audeat reluctari? potiſſimum cum neque ratione efficaci, neque ſcripturę ſacræ teſtimonio, neq; Eccleſiæ authoritate, neque doctorum conſenſu, poſſit improbari, quod ipſe theologorum, primus poſt Apoſtolus edocuit: cui omnes reliqui caput inclinant? Indubie itaque dicendum, reuelationem pleriſq; factam eſſe Gentilium: Et ita pleroſque credidiſſe in Chriſtum Dei, & hoĩum mediatorem, paruulos (vt aiunt) explicitè, multos tamen implicitè. Nouerant quidam filium Dei incarnandũ ex Virgine, vocandumque Ieſum, qm̃ ſaluaturus erat populum è peccatis. At magna pars credebat hoc vnicè, Deum prouidere omnibus hominibus, propterea confidebant illum aliquo tempore humanum genus liberaturum, modo quem ipſe conuenientiorem iudicaret: Quem & credebant nonnullis pij animi viris, à diuino numine reuelatum fuiſſe: licet ipſi illum prorſus
Iob. 35. ignorarent. Dicitur enim in Iob. Qui
Iob 1. docet nos ſuper iumenta terræ. Vnde & illud. Boues arabant, & aſinę paſcebantur, Diuus Gregorius hunc in modum interpręatus eſt: Vt ſapientiores & meliores, boum nomine ſignificentur: rudes vero, & craſſioris mineruæ viri, per aſinos. Vnde illud eſt *ὄνος ἄγων μυςῆρια*. Sitque ſenſus, hos illis coherere, vt quæ illi ruminant & triturãt veſtigãtes, exactiusq; intelligẽtes, ſimplici paſtu hi accipiant. Nequaquam ergo gentiles, vllo pacto poſſunt excuſari, ſi Deum verũ non vt par erat, adorauerunt. Neq; enim illis defuit Chriſti opes, quominus potuerint piè ſanctéque viuere, atque demum ſaluari. Quoniam gentibus ſat erat implicita hæc in mediatorem fides: quę vti omnibus ſemper neceſſaria fuit, ita nulli vmquam deeſſe potuit, adeò ingens eſt diuina gratia in homines. Si dicas, defuit alicui. Reſpondeo, culpa eius defuit, qui cum naturali lumine abuſus impietatem exercuerit in Deum, indignus fuit, vt gratia maiore illuſtraretur. ne & peccaret in Dei filium, grauiuſque torqueretur. Non fuit autem
culpa Dei glorioſi: nã Deus omnes ho- *1. Tim. 2.*
mines vult ſaluos fieri: & quantum in
ſe eſt, vult ſaluare. Non eſt aũt aliud *Act. 4.*
nomen ſub cœlo, nec fuit vmquam, aut erit, in quo oporteat nos ſaluos fieri, q̃ nomen Chriſti Ieſu. Oportuit itaque, oportuit mihi credite, ſacramẽtũ iſtud Incarnationis filij Dei, omni tempore ab omnibus populis credi: quare & cognoſci, quamquàm non eodem modo, ſed alio & alio, ſecundum diuerſitatem temporum atque perſonarum. Addamus enim, antequam cecidiſſet, credidit Chriſtum Ieſum incarnandum, non vt redemptorem. Tolle nanque morbum, & non erit medicina: ſed vt glorificatorem. Omnino enim incarnatus fuiſſet Dei filius, quãuis ille non peccaſſet, at gloriam conſumaturus hominis, nõ redemptionem. Id ergo ſciuit fide protoplaſtus. Vnde
& dixit. Relinquet homo patrem & *Gen. 2.*
matrem, & adhęrebit vxori ſuæ, & erũt duo in carne vna. Chriſtum & Eccle-
ſiam apertè ſignificans, vt Paulus dixit. *Eph. 5.*
Sacramentum (inquit) hoc, magnum eſt, ego autem dico hoc eſſe in Chriſto, & in Eccleſia. Poſt peccatum vero credidit, & incarnationem, & mortẽ Chriſti, atque reſurrectionem. Non enim ſine his omnibus liberatum fuit hominum genus. Hæc omnia Abel, cæterique gẽtiles omnes, Noe, Loth, Melchiſedech. (erat enim populus vnus) credidere.

credidere. Neque enim aliter ſacrificia illa obtuliſſent victimarum. Illis enī omnibus, Chriſti mors figurabatur. Maioribus quidem figuræ notæ erant, at rudibus ſufficiebat, quod crederent ea eſſe diſpoſita diuinitus, quod erat implicitè, credere in Chriſtum, credendo ſcilicet maioribus, quibus putabant ſacramentorum illorum, notam eſſe rationem. Poſt peccatum ergo protoplaſtus hæc omnia nouit. Cur vero anteq̃ peccaret, non illi ea nota fuerint, hæc eſt ratio. Quoniam ipſe neſciuit ſe peccaturū, ac iccirco neſciuit ſe ſe agni immaculati oblationem in ara crucis, eſſe ſanandum. Lege vero Iudæis lata, quæ populum Dei à gentibus ſegregauit, Iudæos omnes credere oportuit explicitè hæc omnia, quāquam modum quo hæc complenda eſſent, non niſi doctiores ſcire tenerentur. Gentibus ſat fuit implicita illa fides. Promulgato euangelio, abſolutè omnes gentes pro miſcui ſexus, citra omnem delectum, maiores & minores, rudes & docti, tenentur explicitè credere & ſcire Chriſtum, eſſe incarnatum, natum, paſſum, mortuumque pro nobis, & omnia ea quæ in Apoſtolico ſymbolo continentur. Subtilia tamen myſteria, quæ in his tanguntur, aliqui magis, aliqui minus, ſecundum quod ſtatui & officio conuenit vniuſcuiuſque. Fateor ergo (vt aliquando finiam) quod niſi adſit Chriſti opes, nullo vnquam tempore quiſquam, piè probeque viuere poteſt, adeò vt ſalutem conſequatur æternam: nec potuit, nec poterit. Ab origine mundi, ſemper homo indiguit mediatore. Hoc enim in cauſa eſt, cur Chriſti Euangelium dicatur æternum
Apo. 13. in Apocalipſi: Et Chriſtus occiſus ab origine mundi, vt neminem ſine illius fide, ſaluari vnquam potuiſſe vel poſſe intelligas. Verum hæc ipſa Chriſti cognitio, nulli vel Iudæo, vel Græco, vel Barbaro defuit, niſi qui indigniſſimus fuerit. Quo fit, vt conſtantiſſimè credam, ſi quis de eſtremis Garamātibus, aut in Libiæ nemoribus, ſeu inter Scithas & Traces ab incunabulis aleret, adoleſcenteque ætate Deum coleret. (Deum enim & nemora ipſa clamant, & laudāt, atque laudandum docent) rurſus adniteretur pro virili, naturalis legis iura ſeruare, vt quod ſibi vellet fieri, alijs deſideraret: iteq; quod nollet, caueret ne alijs concupiſceret. (hæc.n. omnibus ſunt indita, vt iam nemo dicere poſſit, quis oſtendit nobis bona? Pſal. 4.
Signatum enim eſt ſuper nos lumē vultus tui domine, (inquit propheta:) dubio procul miſericors & piiſſimus omnium hominū pater, qui homines omnes condidit vt nemo pereat, illum altiori lumine illuſtraret, quò vel iterius afflatus, vel edoctus exterius, angelorū vel hominum ope, è nemore egrederetur, viamque quæreret, qua Chriſtum, Chriſtique ſacramenta percipere poſſet; quāquam nec ipſe Deus alligatus ſit ſacramentis, vt præter communē ordinem, non aliquos ſaluare poſſit citra ſacramenta. Nulli rei natura deficit in neceſſarijs, & putamus auctorem naturæ defuturum animabus, pro quibus voluit horrendæ crucis ſubire patibulum? Non deeſſet corpori Deus, vt viuere poſſet. Ratum enim eſt, vniuerſis ſapientibus, quod puer iſte inter ſyluas natus & alitus, nullam edoctus linguam, (neque enim loqui natura, ſed arte addiſcimus, cum anima noſtra ſit tabellæ nudæ perſimilis, in qua nihil eſt depictum,) Si è ſyluis ad vrbes egrederetur, quo poſſet ſibi parare alimoniam, & aliis conuiuere, vel voces naturales, animi affectus indicantes naturaliter emitteret, quemadmodū bruta, vel nutibus, quod muti faciunt, inſinuaret quid ipſi eſſet cordi. Qua ratiõe itaque fingi poteſt, vt qui animarum ſaluator eſt, animabus deficere velit, niſi ipſæ animæ primum ſibi deficiant? Abſit, Abſit, vt in hāc incidamus impietatem. Philoſophi ergo, qui auctorem naturæ dereliquerunt, naturaliaque iura omnia tranſgreſſi ſunt, vnde cauſentur non habent, ſi Chriſtus ab eis cognoſci non voluit. Seipſos inexcuſabiliter accuſent, nō ſe ſe excuſantes, de Deo conquerantur.

Ad illud autem quod quærebatur de verbo Apoſtoli: Deum ſe ſe gentib' manifeſtaſſe, ita vt eſſent inexcuſabiles, facilè eſt reſpondere. Simile eſt enim verbo

verbo illi Chriſti. In iudicium ego in hunc mundum veni, vt qui non vidēt, videant: & qui vident, cæci fiant. Neque enim ad hoc venit Chriſtus, vt videntes cæci fierent, cum ſcriptum ſit de illo. Ioan.1. Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Sed hoc omnino euenit Chriſto prædicante. Vt qui videre ſe ſe putabant, de legis lumine ſuperbiētes; medici cæleſtis gratiam illuminantem non quærerent. Sicque excæcarentur prorſus, cum alioquin ad eos illuminandos medicus è cœlo, ſe ſe demiſiſſet ad terras. Videm⁹ etenim phebea luce ita fieri, quamuis enim Sol omnia corporea illuminare ſoleat, in terris tamen fumoſis, lucem radiorum eius vapores eleuare, atq; terminari in deńſiſſimas nebularū caligines. Nemo neſcit, nō vt id fieret, ſol illuxit, ſed ſole illuminãte, id euenit. Imber etiā è cœlo ad terras inebriãdas atq; fęcūdãdas, quo fructū vberiorem pariãt, dimittiť, tellus tamen inculta, cuius glebas frequenter non proſcindit arator, quæ ſaxis eſt vndique oppleta, quo magis imbre pfunditur, eò magis vrticas, ſpinas, & tribulos luxuriando germinare conſueuit. Non vt id fieret deſcendit imber, ſed imbre deſcendente, terræ vitio id factū eſt. Quo fit, vt benedicatur imber, maledicatur terra. Ecce Paulus noſter ad Hebr.6. Hebræos. Terra enim ſæpe venientē ſuper ſe bibens imbrem, & germinãs herbam oportunam illis à quibus colitur, accipit benedictionem à Deo: proferens autem ſpinas ac tribulos, reproba eſt, & maledicto proxima. Medici quoque pharmaca, ęgrum deſperatum occidunt nonnunquam, quæ tamen ideo propinãtur, vt ſanitatem efficiãt. Mors ergo ſequitur ad medicinam, nō intenditur à medicina. Non itaque Deus ad tantam ſuſtulit ſapientiam gētes, vt fierent inexcuſabiles, ſed cum ipſe ingratiſſimæ Deo fuerint, neque ipſum vt par erat, coluerint, quem apprimè illius munere cognouerant, factum eſt, vt nulla ratione potuerint excuſari. Mos vſitatiſſimus eſt ſcripturarū, præpoſitionem hãc. *Vt*, non ſemper notare finem, vel cauſam finalem, ſed conſequutionem nonnunquam. Oportuit Matt.26. (inquiunt) Chriſtum pati, vt impleantur ſcripturæ. Tantum Chriſtus paſſus eſt, vt vaticinia implerentur? Minime. Neque enim quia Prophetæ prædixerunt, mortuus eſt Chriſtus, ſed quia moriturus erat, id Prophetæ prædixerunt. Illo tamen moriente euenit, vt & vaticinia, oraculaq; ſint conſummata, quæ niſi ipſe mortuus fuiſſet, conſumari non potuiſſent. Sedit ſuper aſinam, & ſuper pullum filium ſubiugalis, vt Zach.9.& impleretur quod dictum eſt, Ecce rex Matt.21. tuus venit tibi, manſuetus, iuſtus, & ſaluator, ſedens ſuper aſinam & pullū eius. Num ideo ſedit Chriſtus ſuper aſinam, vt vaticinium illud verificaret? Abſit. Sed ideo verificatum eſt, quia Chriſtus ſedit. Sedit autem, quia à patre decretum fuit ante ſæcula, vt ſederet; & ideo quia ſic infallibiliter fiēdum erat, Zacharias ante, illud cæcinit, Amos.3. quia, Non faciet Deus verbum, niſi reuelauerit ad ſeruos ſuos Prophetas. Innumera quoque talia loca ſunt in ſcripturis vtriuſque teſtamenti. Ita ergo intelligi debet & locus iſte: propterea non dicit Paulus, Deus ſe ſe illis manifeſtauit, vt eſſent inexcuſabiles, ſed *Deus ſe ſe illis manifeſtauit*: & punctetur litera. *Ita vt ſint modo*, ſcilicet ſuo ipſorum vitio *inexcuſabiles*: Indicat ergo clarè conſequutionem, non finalem cauſam. Vide Pauli mirum ingenium.

Quod vltimo obijciebatur: Melius cum philoſophis actum fuiſſe, ſi tantæ non fuiſſent præditi ſcientia: Negandū eſt omnino. Grauiſſimè enim peccas ſi ignoras, (inquit Diuus Ambroſius), id eſt periculoſiſſimè; quia cum neſcis te peccare, remedium non quæris. Ita fit, vt de peccato in peccatum præceps corruas. Abſit ergo à vobis vt dicatis, nollem ca ſcire quæ ſcio, vt de ignorantia poſſem excuſari coram Deo: quod illi di Iob.21. xerunt in Iob. Recede à nobis, viam ſcientiarum tuarum nolumus. Ex magna enim peccandi libidine cōtingere videtur, quod aliquis ignorare velit, vt ſcilicet liberè atque licenter poſſit inhærere peccatis. Quoniam ſicut ſciētia, cum ſciens ea abutitur illum inexcuſabilem reddit, ita cum rectè ea vtiť,

retrahit

tetrahit hominem à peccato, ne inexcuſabilis fiat, & durius torqueatur. Quo fit, vt hæc affectata ignoratio, nõ modo nõ excuſet, ſed augeat valde peccatum, ſitque ipſa peccatum ſimul atque pœna. Redeamus ergo unde digreſſi ſumus. Philoſophi Deo ſpreto, ad ſeipſos conuerſi, quod quidem eſt peccati ratio, conuerti ſcilicet ad commutabile bonum, & auerti ab incommutabili bono, *Euanuerunt*, fruſtrati ſunt, *in cogitationibus ſuis, & obſcuratum eſt inſipiens cor eorum.* Non Deus eorũ corda obſcurauit, Deus lux eſt, & in
1.Ioan.1. eo tenebræ, non ſunt vllæ: illuminat Deus, non obſcurat ſuapte natura. Ex ſeipſis ergo obſcuri, tenebricoſiq; effecti ſunt, à luce illa ſpiritali ſponte recedentes, & tenebras peccatorum ſup lucem diligentes. Ex Deo fuit, quod ui derent, ex ipſis, quod cęci eſſent. Sed
2. Cor. 4. dices. Paulus alibi dicit. Deus excęcauit mentes infidelium. Vide, uide quomodo inuertantur, & extorqueãtur omnia ab hæreticis. Deus huius ſęculi (inquit Paulus) excæcauit mentes infidelium. Sathanas ſcilicet, non
Ioan.14. Deus: Ille eſt princeps mundi huius, ſi Chriſto credimus. Ille eſt qui obtũdit, hebetat, & excæcat, (non tamen niſi te colente,) mentes & corda. Deus uero illuminat. Et ne euadere uidear difficultatem, aduerte doctrinam hanc, quomodo Deus excęcare dicitur, indurare, aggrauare, ſeducere, tradere: Hęc
Eſa.6. enim omnia in ſcripturis leguntur.
Exo.10. Excæca cor populi huius, & aures eius
Eſa.63. aggraua. Induraui cor Pharaonis. Induxiſti nos domine, ne timeremus te, & errare nos feciſti à vijs tuis. O vos felices, ſi huius doctrinę pietate incederé uolueritis, vobis polliceor cuncta erunt peruia, quæ magnis viris abſtruſa ſunt. Mos eſt peculiaris in ſacris literis, vt Deus dicatur id facere, cuius oppoſitum ipſe non facit. Ecce innu-
Mat.6. mera teſtimonia. Primum, in oratione dominica, petimus, Et ne nos indu-
Luc. 1. cas in tentationem. Num Deus inducit in tentationem, cum ſcriptũ ſit. Nemo cum tentatur dicat, qm̃ à Deo tentatur. Deus enim neminem tẽtat: Tentatione illa noxia dico, à quo petimus liberari. Certe enim tentat, &
Deus tentauit Abrahaam: ſed non Gen. 22.
eſt hæc tentatio, de qua oramus; Ne nos inducas intentationem. Et tamen de hac dicimus, ne nos inducas in tentationem: ipſe ergo inducit in tentationem? Abſit. Sed inducere dicitur: quando non compeſcit tentantem, aut tentatum non iuuat vt poſſit ſuſtinere. Adhuc orat Dauid. Elationẽ oculorum meorum ne dederis mihi.
Num ipſe dat elationem oculis, qui odit oculos ſublimes? Dat elationẽ, quãdo non dat humilitatem. In Euangelio legimus dixiſſe Chriſtum quibuſdã Pſ.130.
improbis. Fletus erit, & ſtridor dentiũ vobis, cum videritis uos expelli foris de regno Dei, vbi erũt Abraham, Iſaac, & Iacob. Quomodo expellentur foris, ſi nunquam fuerunt intus? Dicuntur expelli, quoniam non admittentur vt ingredi poſſint. O mirabile ſecretũ. Excæcat ergo cum nõ illuminat. indurat cum non emollit, tradit cum non ſuſtinet. Hæc eſt regula infallibilis. Alia, quæ in his occurrunt, dicentur alias. Hoc nunc ſit ſatis. Illorum mẽtes iam imbuerat diuina cognitio. Cũ ergo vana ipſorum exiſtimatione tumeſcentes, euanuerunt: cum primum eſſent Deo pleni, ignorantiæ tenebræ illos iam vacuos offundere cepit. Non ergo culpam retorqueamus in Deum, ſed in illos. Deus enim iam intellectũ illorum profecerat dono ſapiẽtię, emolliſſet, & affectum igne charitatis, niſi ipſi obſtaculum poſuiſſent: Cęperũt ſibi arrogare quod habebãt, à Deo auerſi ſunt pœnitus: ipſi ergo ſeipſos uolutarunt ad tenebras, vt iam inſipientes facti eſſent, cum tamen ſibi plurimum de ſapientia blandirentur. Hac enim ratione, potiſſimum ſuam ipſorum inſipientiam detegebãt, quod tumido corde, oreq; vaniloquo ſe ſe ſapientes eſſe iactitabant. Socrates enim ille mortalium ſapientiſſimus ex Ethnicis, hinc ſapiens appellatus eſt, quod dixerit ſe nihil ſcire. Hoc vnum (inquit) ſcio, quia nihil ſcio. O philoſophis ergo indecoram iactantiam. dicere ſe eſſe ſapiẽtes. Non poteſt non indoctus eſſe, qui ſe doctum credit. *Dicentes ergo ſe eſſe ſapientes,*

cum ſapere ſibi maximè viderentur, eo
ipſo quo deſipiebant maximè. (id enī
ignari omnes faciunt) ex ignorantia
in ſtultitiam ſunt prolapſi. O iuſta Dei
iudicia. Ecce ergo ſignum, ſtultitiæ at-
que dementiæ, idololatria. Impieta-
tis itaque, & idololatriæ primi magi-
ſtri fuere Philoſophi: at non quando ſa-
pientes erant, ſed quàm primum ſtulti
effecti ſunt. Stultitiæ autem cauſa ſu-
perbia fuit: ſuperbiæ occaſio ſcientia.
Hier.10. Hinc meritò Hieremias. Stultus (in-
quit) factus eſt omnis homo à ſcientia
Rom 5. ſua. Et lex tantū eſt occaſio peccato-
Rom.7. rum, teſte Paulo. Lex tamen ſancta:
Non itaque hinc ſcientiam culpate, ſed
abuſum eorum quibus eſt mala mens,
& malus animus. Hi enim ſunt qui
de medicinis venena conficiūt, quem-
admodum pij de uenenis antidota ſalu
Tit.1. taria. Omnia enim munda mūdis:
coinquinatis nihil eſt mundum.
*Mutauerunt ergo gloriam incorruptibilis
Dei.* Quod non habetur, non muta-
tur: habebant ergo incorruptibilis Dei
gloriam Philoſophi. Quid enim eſt glo
ria niſi clara cum laude notitia? Hanc
itaque Dei gloriam omnino habebāt.
Deo enim cedit ad gloriam cum noſcit
condidiſſe omnia, & omnibus pro-
ſpicere. Hoc fatebantur gentium
Philoſophi. Non enim ſine cauſa dictū
eſt, quod ueritatem Dei in iniuſtitia de-
tinebant. Sed illam permutauerunt.
Quod enim de Deo uero ſapiebant,
quod eſſet princeps orbis, pater, guber
nator, conditor, colendus, glorifican-
dus, id ad creaturas tranſtulerunt, quæ
ſunt imagines Dei. O permutationē
ridiculam. Id quod eſt exemplaris,
transferre in imaginem. Semper enim
imago, longè deficit ab exemplari: non
coluerunt autem imagines Dei incor-
ruptibiles, vt angelos, cœlos. Id enim
leuius crimen fuiſſet, ſed imagines cor
ruptibiles atq; caducas, homines, ma-
res, & fœminas, tauros, crocodillos,
anſeres, cignos, hæc omnia in Deorū
numerum retulit ſtulta gentilitas, & di
uinis honoribus eſt venerata. Et quod
grauiſſimum eſt, atque nulla venia di-
gnum, Mortuis hiſce Dijs atq; Deabus.
(Omnes enim natura experimēto pro-
didit eſſe mortales.) per immodicum
affectum atque lutum, ſimulachra ſcul-
pſere lapidibus, auro, ære, atque pinxe
re figuras: ſicque pictis ſimilitudinib⁹,
aut fictis immolauerunt: quos ſecuta
poſteritas coluit, vt Deos. Poſtremo,
quod omni admiratione & deteſtatio-
ne digniſſimum eſt, etiam illi qui apud
gentes ſapientiæ gloria excelluere, fi-
cta hæc ſimulachra adorauerunt. Quis
enim neſcit egregiam tot pihloſopho-
rum inſaniam? Pithagoras præ cæte-
ris venerandus, non ne circa ſimula-
chra mirificè delirabat? Socrates,
non ne moriens Gallum Eſculapio im-
molari præcepit? Aſtrologi. non ne in
cœlum tulere ſcorpiones, vrſas, can-
chros, piſces, vt ab eis noſtras actio-
nes, vitam, & mortem pendere cre-
deremus? Illum, quem Diuum appellāt
Platonem, non ne legimus cum Socra-
te deſcendiſſe in Pireum, effictam ho-
minis arte Dianam adoraturus? O ſce-
lus. Philoſophos, animata mactare ina-
nimis, & viua afferre mortuis. Quę nā
his ſpes, vel quæ erit uenia, qui mutis
& immobilibus fidunt. eaque pro ve-
ro Deo venerantur & colunt? Simula- Pſal.113.
chra gentium argentum & aurum, ope
ra manuum hominum. Os habent, &
non loquentur: oculos habent, & non
videbunt. Aures habent, & non au-
dient: Nares habent, & non odorabūt.
Manus habent, & non palpabunt, pe-
des habent, & non ambulabunt: non
clamabunt in gutture ſuo. Similes ergo
illis fiant, qui faciunt ea, & omnes qui
confidunt in eis. Confundentur (inqt Pſ.96.
Propheta alius,) omnes qui finxerunt
Deum, & ſculpunt omnia inania. Hoc
eſt ergo quod Paulus dixit.
Mutauerunt gloriam incorruptibilis dei.
Non reipſa. Gloria enim Dei nec tolli,
nec minui poteſt. Sed quantum in ſe-
ipſis fuit. *in ſimilitudinem imaginis corru-
ptibilis.* Non modo in imaginē corru-
ptibilem Dei in hominem, in taurum,
in leonem, in arietem. Taurum enim
pars una Ægypti: leonem alia, alia cro-
codillum, plurimę Antinoum Hadria-
num cinedum. Ciprij Venerem atque
Cupidinē. Libię. Arietem. Iouem La-
tiarium priſci Romani, hominem alio-
quin

quin impudiciſſimum, rapientem Ganimedem, furtiuaq; aucupantem adulteria, mactaus colebant hominibus: Iunonem, Mineruam, Dianam, Neptunum, alij adorabant. Ecce imagines Dei. Omnis enim creatura imago eſt creatoris, quanquàm nō æque omnes. Angelus enim & homo propriè dicuntur imagines: omnia alia ueſtigium magis, quàm imago. Sed mutauerūt Dei gloriā etiam in ſimilitudinē imaginis, in ſimulachrum ſcilicet, vel picturā hominis, Cigni, Aquilę, Tauri, Leonis, Veneris, Antinoi, Iunonis, Iouis, Dianæ, Palladis. Vnde ſequitur, Apoſtolus, *Hominis: & volucrum: & quadrupedum, & ſerpentium.* Vt eos ſemper in deterius lapſos eſſe, præcipites intelligamus. Peius eſt enim colere uolucrem quàm hominē, & quadrupedia quàm uolucres. & ſerpentes, quàm iumenta. Peius item ſimulachra horum adorare, quàm has ipſas res, quæ natura ſubſiſtunt. Nihil enim præſeferre videntur diuinitatis emortuæ iſtæ figuræ, quæ ſolum humanę artis induſtria id cōſequutę ſunt, vt non, nihil eſſe uideantur. Quò fit, vt longè magis Phidiæ, Liſippo, Praxiteli impendēdi ſint diuini iſti honores, quàm ſimulachris, quæ ipſi brachio uirtutis ſuæ, ferrò, & dolabra tam miro artificio ſabricarunt, vt Dij putari poſſent. O cæcas hominū mentes. Quid à religione, & ſapientia fingi poteſt alienius, quàm idola colere? Et tamen hi, qui primi huius ſuperſtitionis impiiſſimæ fuere autores, religioſiſſimi habiti ſunt, & ſapientiſſimi. vt Numa Pompilius apud uos Romani. Dolete, dolete patrum ueſtrorum cæcitatem, inſaniam. Gaudete, exultate, gratias agite Chriſto Ieſu, Petro & Paulo, quorū opera ſublata eſt prorſus hæc à diabolo excogitata impietas: ne quæſo redeatis ad Idololatriam. Auaritiam ergo procul, procul repellatis. Eſt enim auaritia
Col. 3. idolorum ſeruitus; & eò deteſtabilior, quo aureæ ſtatuæ nobiliores ſunt auri incompoſita maſſa. Vnde minus peccare uidetur, qui auream ſtatuam colit, quàm qui aurum. Fornicationē cauete. Fornicatio nanque idola fecit, & idololatriam auxit. Nota enim ſunt turpia facinora, quæ de Dijs ſuis ſcripſit antiquitas, amores impudici, ſtupratæ mulieres, adulterini filij, profani concubitus, violationes puerorum, anxiæ ſemper Zelotipię, & infanda Ludibria. O infames Deos, Deasque, ab omnibus hominibus execrandas. *Propter quod, tradidit illos Deus, in deſideria cordiū ſuorum, in immunditiam, vt contumelijs afficiant corpora ſua in ſemetipſis. Qui commutauerunt veritatem ipſius in mendacium, & coluerunt, & ſeruierunt creaturæ potius quā creatori, qui eſt benedictus in ſæcula. Amen.*

Hic duo admirare, pientiſſimi medici ſalubre conſilium: & gentium mirā ingratitudinem. Vidit Gentes graui hoc morbo impietatis laborare, Deus omnipotens: Quæ cum maximè laborarent, ſe ſe maximè valere inaniter exiſtimabant: Dei opem reijcientes, atque ipſum Deum pro manuum figmentis negligentes. O infeliciſſimos populos: Perdere eos Deus potuiſſet, noluit: at illarum ſalutis curioſus & anxius, quid egerit, audite. Medicus ſi ægrum incontinentem videat, & ſibi minus morigerum atq; obtemperantem, quo diſcat illi parere, & facilè conualeſcat, p̄mittit illum nonnunquam ſuopte vti arbitrio, laxat habenas regiminis vitæ. vnde magis ac magis affligatur ingraueſcente morbo. Ita fit, vt ille ſuam ægritudinem longe magis reformidare incipiat, medicique operam inſtantius efflagitet, illi in cunctis obſequatur, recuperandę valetudinis deſiderio, & demum ſanetur: Sic unde imprudens & crudelis iudicari potuerat, quod piiſſimus & ſapientiſſimus fuerit, felici exitu dignoſcitur. Hac arte cum Gentibus vſus eſt Deus: ſed ſua ipſarum ingratitudine, non ceſſit eis feliciter quo ſe ſe ęgrotare cognoſcerent, & medicū quærerent, permiſit eos aliquo tempore ſequi deſideria cordis ſui: Hoc eſt.n. quod dicitur. *Tradidit illos in deſideria cordis illorum.* Neque enim dicitur, Tradidit eis deſideria in corde eorum, ſed *tradidit eos in deſideria cordis eorum.* Habebant ergo deſideria, & in illa deſideria eos tradidit Deus. Quod intelligi non poteſt, niſi vt permiſerit eos relaxatis habenis, libero arbitrio ad malū ſuapte

Pſ.10. ſuapte natura prōptiſſimo. Dimiſi eos ſecundum deſideria cordis eorū, ibunt in adinuētionibus, vel in voluptatibus ſuis. Vides quomodo non dimittit gratis pro voluntate, ſed qui digni ſunt vt dimittantur. Ita ergo dimiſit Gentes. Cœpit ingraueſcere morbus, ex idolatris enim, omnifariȩ vitioſiſſimi atq; impuriſſimi effecti ſunt. Hæc enim erāt ſua deſideria, ſuæ ſcilicet concupiſcentiæ immundæ carnis voluptates brutales. Vnde exponere ſe ſe videtur Apoſtolus, cum dixit. In deſideria cordis il-

Sap.14. lorum. Addit, *In immunditiam*. Infandorum enim idolorum cultura omnis mali cauſa eſt, inquit ſapiens. Quæ ergo in alijs maximis digna vituperationibus iudicare debuerāt, in ſeipſis omni pudore poſthabito perpetrabant: palam fornicantes, caractereſq;, & vſtiones ſibi ipſi infligentes in idolorum cō ſecrationibus. O mortiferam ægritudinem animorum. Felices eos, ſi tunc tandem clamaſſent ad dominum. Miſe-

Pſal.4. rere mei, quoniam infirmus ſum: præſto illis affuiſſet, & conualuiſſent. At ipſi phreneticis longè deteriores, Deo illos pulſante, cum ipſi placuit, vt reſipiſcere vellent, *Commutauerunt veritatem Dei in mendacium*. Cognouerunt ſe ſe impietatis morbo laborare. Intellexerūt non alterius ope, quàm Dei poſſe conualeſcere. Probauerunt re ipſa à Deo edocti, quod eos ad tempus dereliquerat, Deos illos inanes eſſe, verumque & viuum Deum qui creauit cœlum & terram, colendum & adorandum: quippe qui ſolus poteſt ſaluare & perdere. Idola enim, nec bene poſſunt facere, nec male, nec ſanare, nec interficere. Hanc ergo ueritatem cognouerunt, ſed illam impudentiſſimè in mendacium commutauerunt. Non modo Deum non coluerunt, ſed in ſpiritum ſanctum peccantes, dixerunt, & reipſa docuerunt, Deum verum nō eſſe colendum; quaſi qui in cœlis habitat, & circa cardines cœli perambulet, humana negligat prorſus nec videat, ac ſi vileſceret ille, cum hæc minima attēdere vellet. His enim præſtigijs, illudebant ſimplicibus lauati illi Philoſophorum principes. Idola vero, opere do-

Epiſt.ad Rom.

cebant eſſe veros Deos, hominum rectores, quoniam illo prorſus neglecto, illis vnis ſacra fecerunt, & immolarūt. Ecce quomodo nunc grauius delinquere quam antea. Primum, ſtulti erant cum idolatrare cæperunt: ſed nunc veritatem actu cognoſcunt, & tamen negant, ſeruiunt *Creaturæ potius, quàm creatori*. Non quod utrique ſeruiant, ſed quod ſatius iudicent, ſeruire creaturæ creatore neglecto, quaſi creator ſuperiora curet, inferiora in idolorum manib⁹ dereliquerit. Quid mæreretur ęgrot⁹, ſi morbo, morbiq; grauitate perſpecta, pium diligentemque medicum, ſuæ illius ſaluti ſolicitè incumbentem ſperneret & negligeret denuo, illumq; pertinaciter & impudenter verbis & factis expellere niteretur, cum alioquin ipſe æger non eſſet extra mentem? Procul dubio rurſus laxandæ eſſent illi habenę, vt pro libidine viueret, quò grauius ægrotaret, ſuoque periculo factus cautior, diſceret quàm periculoſum ſit medicum inhonorare, atque contemnere tanta impudentia. Ita ergo fecit Deus cum Gentibus, propterea tradidit illos Deus in affectus ignominiæ. Non ipſe illis hos affectus immiſit, vel inſtillauit, ſed cum ex deſiderijs ſuis, quibus primum permiſſi ſunt, hos affectus etiā nolente Deo, qui malum uelle non poteſt, nec vult ipſi concepiſſent, in deterius ſemper procedentes, quoniā peccata funes quidam ſunt, quibus circūligamur, & captiuamur, vt ex vno in aliud eamus ſemper, ſecundum quod dicitur. Funes peccatorum circumplexi

ſunt me. Quoniam qui facit peccatū, Pſ.118.
ſeruus eſt peccati, Deus ipſe dimiſit Ioan.8.
eos iſtis prauis affectibus. Quò factum eſt, vt libidine eos exæſtuantes, ardor inſanus & cęcus, adeò amentes effecerit, vt omnia peruerterent naturæ iura. In Deum.n. ſcienter peruerſi, quō non omnia etiam ſcienter peruerterēt? Et qui naturæ fauorem dereliquerunt, quomodo naturæ ordinem ſeruare poſſent? Turpe eſt etiam fari: nam pudori parcendum eſt, nefaria, innaturaliaque Ethnicorum crimina. Nam *Fœminæ*, quarum prima laus pudor eſt, & honeſtas, *eorum* illorum immunditijs, tur-

E piſſima

piſſima quæ quæ edoctæ, *Immutauerunt naturalem vſum,in eum qui eſt contra naturam.Similiter autem & maſculi,relicto naturali vſu fœmina.* Quam homini ſotiam Deus dederat, ad prolis generationẽ: hoc enim vſu natura ſeruatur. *Exarſerunt in deſiderijs ſuis.* O iguem vrentem. Nota verbum *Exarſerunt*, non amarũt modo,non concupierunt, intemperatiſſima cupiditate acti, furentes *Exarſerunt*, ex eſtuarunt, intra proprios naturæ limites continere ſe ſe non potuerunt. Natura hoīs(ò doctiores)dupliciter accipi poteſt. Pro ea natura ꝓprio q̃ eſt propria hominis, & ſecundum hoc omnis inordinata libido, immo omne peccatum, eſt cõtra naturam hominis, quia eo ipſo quo eſt contra rationem, eſt contra naturam hominis: quia natura hominis eſt, vt viuat ſecundum rationem. Alio modo, pro ea natura quæ eſt communis ſibi & alijs animalibus. Et ſecundum hoc quædam ſpecialia peccata, non omnia ſunt contra naturam, vt concubitus maſculorum & fęminarum coitu maſculino, extra vas ſuum.Hoc eſt igitur quod dicit Paulus, *Relicto naturali vſu fœmina.* Indicat.n.eſſe aliquem vſum fęminæ naturalem, quare & bonum, contra hęreticos quoſdã prohibentes nubere, dicentes coniugalem concubitum eſſe peccatum, quia
1. Cor.7. ſcriptum eſt, Bonum eſt mulierem non tangere. Intelligitur enim ante contractum matrimoniũ hoc Apoſtoli verbum: at poſt, bonum eſt tangere: licet ſit melius abſtinere & permanere in virginitate. Amplius. *Relicto naturali vſu fœmina.* Rectus rerum vſus, hoc eſt rationi conſentaneus, temperantiæ parens; abuſus vero, hoc eſt non rectus & peruerſus, intemperantiæ fomes. Neque enim (vt exemplum afferam) cibi ſunt mali, ſed crapula: neque liberorũ procreatio, ſed ſcortatio: neq; opes, ſed immodica habendi libido: neque honor & gloria, ſed eiuſdem immoderatus ambitus, & affectatio. Quod cum ita ſit, manifeſtum eſt in rebus nihil mali eſſe, niſi abuſum, qui ſemper ſolet accidere ex mentis negligentia circa naturalem culturam agri noſtri, hoc eſt animæ noſtræ, & rerum quas Deus nobis contulit ad rectè vtendum. *Inuicem maſculi in maſculos turpitudinem operantes.* O Naturæ hoſtes perpetuos. O hominum omnium furore occidẽdos, per quos tam hoſtiliter agitur, vt perditum eat commune genus. O canibus impudentiores. O beſtis omnibus beſtialiores. Sed effrenata libido, modum ſeruare non nouit. Recordamini, recordamini delitioſæ illius Pẽtapoleos, quàm diuina fulmina, & cæleſtes ignes funditus euerterunt. Compulit, compulit Alma Roma crimen iſtud Sodomeorum, ante tempus gehenam patefieri, vt dum diuinam iram cogitamus, deteſtabile hoc ſcelus, quo anima & corpus polluitur, ab omnibus, & omni ex parte pellatur. Nemini autem videatur incongruum, ſi quæ geruntur turpiter, manifeſtius explicẽtur à Paulo Apoſtolo. Fit enim hoc in correctionem eorum, qui talia committere non erubeſcunt, quæ turpe eſt etiam dicere. Hi autem ſunt, qui miſtice carnẽ ſuillam comedunt, & omnia quæ lege prohibentur In tantum quidem Gręci & Romani hoc quondam vitio laborauerunt, vt & clariſſimi Philoſophorũ Græciæ, haberent publicè concubinas. & Hadrianus Philoſophiæ artibus eruditus, Antinoum conſecrauit in Deũ, templumq; ei, ac victimas, & ſacerdotes inſtituerit. Et ex eo Ægipti ciuitas, ac regio nomen acceperit. Sequitur. *Mercedem quam oportuit ſui erroris in ſemetipſis recipientes.* Par enim eſt, vt pœna peccato reſpondeat. Iudæi naturam, contra naturæ legem iniurioſi fuerunt & impij, creaturas adorantes neglecto creatore, in propriam ergo creaturam, contra naturæ iura grauiſſimè deliquerunt. Illud culpa. hoc pœna fuit: ſed & pœna, culpa eſt. Culpa ergo pœna culpæ: peccatum pœna peccati: En eorum ſtipendium, merces, & retributio, peccata omnia. Quantum in ipſis fuit, ſummo dedecore, & irreuerentia affecerunt creatorem, conſentaneum erat, vt hoc ſupplicio plecterentur, quo ſibi ipſis peccantes enormiſſimè, maximam vltro afferrent iniuriam atque pœnam, quàm à nullo quopiam pertuliſſent, irrogatam. O pœnam, omnium

nium acerbiſſimam. Certè nullę pœnæ, nulli labores, nullæ miſeriæ, peccatis poſſunt comparari: Quod ſi peccantes non ſentiunt, ſed potius oblectantur, ne tibi mirum videatur: hæc eſt maxima eorum miſeria: qui miſeri ſunt, & felices ſe eſſe putant: & phrenitici atq; furentes, ſibi ipſis multas inferāt iniurias, quæ ad lachrymas mouent alios, ipſi tamen interim rident, videnturq; epulari: Nec tamen eos à pęnis liberos eſſe dices; ſed magis eorum miſerebere, quod in tantis ſupplicijs verſantes, nullum ſupplicium ſentiant, ſuamq; miſeriam prorſus ignorent. Ita accidit illis qui computruerunt in cęno peccatorum. Hoc ergo eſt quod Apoſtolus dicit. *Et ſicut non probauerunt Deum habere in notitia, tradidit eos Deus in reprobum ſenſum, vt faciant quæ non conueniunt.*

Hoc enim verbo declaratur quomodo dignè merces peccato reſpondeat. Vnde illud, *Et*, ſtat expoſitiue, pro ideſt. Vide ergo quàm bellè eſt illis retributum. Deum habuerunt in notitia. Et eſt loquendi modus, pro Deum, cognouerunt. Habere enim in memoria, eſt recordari: habere in voluntate, eſt amare: habere in notitia, eſt cognoſcere. Quem & communiter vſurpāt Theologi. Deus habet res omnes in intelligentia: Re ipſa tamen non probarunt, non oſtenderunt Deum cognoſcere: id enim pijs operibus oſtenditur. Vnde Chriſtus dicebat. Dicitis patrē
Ioan. 8. habemus Deum, ſed vos non cognouiſtis eum: Ego autem ſcio eum, & ſi dixero, quia neſcio eum, ero ſimilis vobis mendax. Paulus quoque. Faten-
Tit. 1. tur ſe noſce Deum, factis autem negāt. Philoſophi ergo, quia Deum non colebant, vt par erat, non modo non probabant ſe ſe illum cognoſcere, ſed probabant nequaquam cognoſcere, quanquā re vera cognoſcerent. Id enim eſt, quo inexcuſabiles reddebantur. O puerſam mentem. Dignum ergo fuit, vt traderet illos Deus in reprobum ſenſum, vt bonum malum iudicarent, itēque malum bonum, lucē tenebras, & tenebras lucem: improbè acta, probè; & probè acta, improbè? Non illis tradidit Deus hunc ſenſum reprobum, ideſt iudicium deprauatum, rationem erroneam: ipſi ex ſe ipſis ſibi corrupetant intellectum: Cum ſcirent Deum maius quid eſſe omnibus creaturis, malignè tamen iudicabant creaturam eſſe colendam, non Deum. Dimiſit ergo Deus, vt hoc peruerſo eorum iudicio vterentur in omnibus pro libidine. Quò factum eſt, vt ipſi ex ſe ipſis quēadmodum creaturam iudicarunt eſſe creatorem, reprobo, erroneoque iudicio: ita bonum iudicarent eſſe malum, & malum bonum, virtutem vitium, & vitium uirtutem. Ea ergo quæ facere conueniebat, non fecerunt, fecerunt autem quę minimè conueniebant, ducti ſua illa reproba mente. Reprobam autem dicit, non reprobatam, vt intelligas non à Deo fuiſſe reprobatam, ſed ex ſe ipſis, ex malitia: cum ſcirent bonum eſſe, vt Deus coleretur, multo aliter iudicarunt. Hic itaque fuit eorum reprobꝰ ſenſus, cui merito dimiſſi ſūt.

Tradere in reprobum ſenſum (vt ſciatis) exponitur communiter à patribus orthodoxis, pro eo quod eſt pmittere: vt Deus neminem poſitiuè agendo tradat, ſed iuſtè ſubtrahendo gratiā permittat. At dubium eſt. Nam cum nihil mali homo faciat niſi deo permittente, igitur quoties peccamus, dicimur à Deo tradi: quod tamen non eſt conſentaneum ſcripturis ſacris. Plus igitur eſt tradere quàm permittere. Nam in primis peccatis permitti dicimur, non autem dicimur tradi, niſi poſt longam cathenam peccatorum: quando per abrupta uitiorum flagitia decliues nos ipſos in ingentia ſcelera præcipites dedimus. Hinc Paulus non dicit Gentium Philoſophos traditos eſſe, vt gloriam incorruptibilis Dei commutarent in ſimilitudinem imaginis corruptibilis hominis, volucrum, quadrupedum, & ſerpentum, quod primū peccatum eorum fuit, ſed cum deinceps pſeuerarent in huiuſmodi peccatis ait, *Tradidit eos Deus in deſideria cordis eorū, in immunditiam, & in paſſiones ignominiæ, & in reprobum ſenſum.* Ergo latius patet permittere q̄ tradere: vt omnis qui traditur permittatur quidē, ſed nō ē cōtra. Tunc enim tantum traditur, quādo lō-

ga cathena malorum in profundum tra
xir miſerum peccatorem, vt illud im-
Prou.18. pleatur. Impius, cum in profundum
peccatorum uenerit, contemnit, ſequi-
tur eum opprobrium, & ignominia. Et
reſponſio quidem eſt, totũ quod argué-
do concluditur, verum eſſe, neque ta-
men hoc ipſum quod eſt tradere, eſt p
ſe, & vere, & propriè intenta actione
facere, vt peccemus, quia peccati autor
Deus eſſe non poteſt. Eſt enim regula
illa Fulgentij celebratiſſima. Deus nõ
eſt autor illius rei, cuius eſt vltor.
Quod autem poſitiuo verbo exprima-
tur, tradendi, vel excæcandi, ſeu indu-
randi, hæc Dei permiſſio, nemini mirũ
eſſe debet. Ideo enim fit, vt intelliga-
mus, quod non ita eſt de Deo, & lu-
mine eius, quod eſt gratia, vt de ſole.
Sol enim vbi non illuminat, ideo non
illuminat, quia illuminare ob impedi-
mentum quod illi apponitur, non po-
teſt: At Deus, quando hominem in ſe-
cunda peccata labi permittit, & illi grãæ
lumen non largitur, non neceſſitate p-
mittit vt ſit in tenebris, ſed iudicio &
ſcientia. Volens enim, & ſciens, ac pru
dens, ſubtrahit illi grãm qui vult in pec
catis perſeuerare. Congruũ igitur eſt,
vt non illuminare ſolis, priuatiua actio
ne ſignificatur. Non enim dr̃ ſol ob-
ſcurare domum clauſam, vel excæcare
oculum ęgrum, ſed non illuminare, qa
vt dictum eſt, neceſſitate agit. At Deus,
qui ratione & iudicio dat lumen & tol
lit, dicitur illuminare, & excæcare,
quãquam excæcando nihil immittat te
nebrarum, ſed tantum tollat lumen.

Verum locus quidam eſt Pauli, quo
Deũ gloriosũ, non mõ dimittere repro
bo ſenſui homines aſſeritur, ſed dare re
probum ſenſum: quod quidem diffici-
2.Theſ.2. le eſt. Ecce verba eius. Reuelabitur il-
le iniquus, cuius eſt aduentus ſecundũ
operationem ſathanæ, in omni virtute,
ſignis, & prodigijs, mendacibus, & in
omni ſeductione iniquitatis, his qui pe
reunt, eo quod charitatem veritatis nõ
acceperunt vt ſalui fierent, ideo mittet
illis Deus operationem erroris, vt cre-
dant mendacio, vt iudicentur omnes
qui non crediderunt veritati, ſed con-
ſenſerunt iniquitati. Verum Athana-
ſius, operationem erroris interpretat
opera antichriſti, quæ moliturus eſt vt
alios circumueniat: Et exponit, mittet
illis operationé erroris, ideſt ſinet hunc
antichriſtum aduentare: non quod in
eorum animis immittat operationem
erroris. Si tamen hoc non placet, iam
ſupra dictum eſt, id Deum efficere, cu-
ius oppoſitum nõ facit: mittit ergo ope
rationem erroris, cum non mittit ope-
rationem veritatis. Neque enim fit, qđ
Deus non facit. Non poteſt ergo quis
habere operationem veritatis, niſi De⁹
illam mittat, & faciat. Cum ergo nõ
facit, ſi eſt operatio, eſt operatio erroris.
Ita ergo non fecit Deus, vt Gentes cohi
berentur à peccatis. Quo factum eſt,
vt mox ex impietate in Deum repletæ
fuerint omni iniquitate, in proximum,
& in ſeipſos. Indeq; in malitia gloria-
rentur, quaſi in virtutibus egregijs, &
præclaris facinoribus: vnde tamen eru
beſcere eos oportuerat.

Repletos, (inquit Apoſtolus) *Omni ini-
quitate, malitia*, Hęc.n. duo generalia sũt
nomina peccatorum in proximos. Ini-
quitas opus externum ſignificat, quo
contra æquitatem offenditur proxim⁹.
Malitia, peccatum cordis exprimit, ma-
lignam ſcilicet cogitationem, atq; affe-
ctum. Ex impietate ergo, tanquã ex ori-
gine iniqtas ſcaturiginé habet, & mali-
tia. Explicat aũt particulatim Apoſtolus
peccata oĩa. *Fornicatione, Auaritia, nequi-
tia, plenos inuidia, homicidio, cõtentione, do-
lo, malignitate, ſuſurrones, detractores, Deo
odibiles, cõtumelioſos, ſuperbos, elatos, inuēto
res malorum, parentibus non obedientes, in-
ſipientes, incompoſitos, ſine affectione, abſque
fœdere, ſine miſericordia.*

Vide aũt qũo à fornicatiõe ſumat ex-
ordiũ: adeò vt videat vexillifera pcõrũ
oĩm, vt cõfundat Gẽtes: Qm̃ Gẽtiles, ẽt
conuerſi ad Chrm̃, exiſtimabãt fornica
tioné ſimplicé nõ eſſe peccatũ. propter
qđ in Cõcilio Hieroſolymitano, neceſ-
ſe fuit Apoſtolos ſup hac re ferre ſñiam.
Diſſidiũ.n. magnũ ob id fiebat in Eccle
ſia, qm̃ qui ex Iudęis venerãt p legem
edocti, qua pcipit̃. Oino nõ erit ſcortũ Leuit.21.
inter vos, fornicari quouis modo pcm̃
lętale putabant, & verè. Scriptũ eſt.n.
Fornicatores & adulteros iudicabit de⁹. Hebr.13.

Fornicator

Fornicator non habet hæreditatem in
Eph. 5. regno Dei. Attende tibi fili mi ab om-
ni fornicatione, & præter vxorem tuā
Tob. 4. non patiaris crimen, ſcire. Quid cla-
rius? Contra; gentes communiter cre-
debant id ſine Dei offenſa licere, & fal-
sò. Ita quoque & ſchiſma faciebat ex
alio latere ciborum delectus. Gentes
enim, omni cibo indiſcriminatim chri-
ſtiana libertate gaudentes, vtebantur,
quod & licebat. Iudæi verò, id ma-
gna ſuperſtitione abhorrebant, ꝓpter
antiquæ legis conſuetudinem. Apo-
ſtoli itaq; fornicationem Gentibus pro
hibuerunt, vt ſcandalum vitaretur Iu-
dæorum. Et iudæis, idolotitis exceptis
& ſanguine, ciborum delectum, ne
Act. 15. daretur offendiculum gẽtibus. Viſum
eſt ſpiritui ſancto & nobis, nihil vltra
vobis imponere oneris, quàm hæc ne
ceſſaria, vt abſtineatis uos ab immola-
tis ſimulachrorum, & ſanguine, & ſuf-
focato, & à Fornicatione. Magna ita-
que ratione, & Apoſtolus noſter pec-
cata explicans Gentilium, particulatim
incipit à fornicatione, vt eos pungat.
Adde, quod & ſupra dixerat. Vſum
fęminæ naturalem eſſe: ne ergo tu oc-
caſione accepta, putares nullum cōcu-
bitum non licere, hoc cauillo, quoniā
naturalia peccata non ſunt, ſiquidem
peccatum omne, aliquo modo contra
naturam eſt: propterea principem fecit
peccatorum omnium, fornicationem.
Et tamen nondum potuit uobis perſua
dere. (O gentibus omnibus duriores)
vt credatis, ſcortationes peccata eſſe le
thalia. Heu, Heu. fabricaſtis lupanaria
in capite omnis viæ: abhominabilem
Ezech. 16 feciſtis decorem veſtrum. Chriſtiano
viro id ſatis ſit, quod Paulus ad Corin-
1. Cor. 6. thios dixit. An neſcitis, quod qui ad-
hęret meretrici unum corpus efficitur?
Fugite, fugite ergo fornicationē. Quod-
cunque enim peccatum fecerit homo,
Ibidem. extra corpus ſuum eſt. Qui autem for-
nicatur, in corpus ſuum peccat, inquit
Apoſtolus noſter. Vide quomodo au-
get, & exaggerat fornicationis crimen.
O pulcherrima ratio, ſed difficilis.
Quodcunque peccatum fecerit homo,
extra corpus ſuum eſt. Qui autem for-
nicatur, in corpus ſuum peccat. Et ſi

inquit, cum trucidamus hominem, cū
furamur, corpore hæc ſcelera commit-
tamus, nullum tamē ſcelus vniuerſum
corpus conſpurcare uidetur, æque ac
fornicatio. Extra nos agimus in vniuer
ſis alijs peccatis. At re venerea, ipſi to-
tum corpus inficimus. Ab homicidio
& auaritia nanque, nemo cum reuer-
titur, balnea adire contendit. At ſiqs
meretrici, ſe ſe commiſcuerit, tanquam
totus immundus, vt ſordes abſtergat,
ad ſe lauandum properat, adeo huma-
na mens peccati huius turpiorem quā-
dam habet opinionem. Eſt & alius
ſenſus. Poſſunt alia peccata patrari ſine
proprij corporis opera: molitur ille ho-
micidium, furtum, mente: quod alius
demum eo inſtigante, exequitur. Verū
non poteſt non commaculari propriū
corpus ex fornicatione: Neque enim
ſine corpore proprio licet quempiā for
nicari. O diuinum Apoſtolum. Philo
ſophos vero hæc ratio moueat. Nam
concubitus finis, nō eſt generatio pro-
lis duntaxat, ſed & educatio. Hac enim
ratione, maximè refellitur Socrates, q
omnia, & vxores volebat eſſe commu-
nia. Animalium vt animalia, finis eſt
generatio tantum, at hominum, vt ho
mines, hoc & illud. Præter rem vxoriā
ergo, quæ matrimonij lege ſola exclu-
dit vagos concubitus, omnis vſus fœ-
minæ innaturalis eſt homini vt homo:
quanquàm homini vt animal, nō ſit in-
naturale niſi crimen peſſimum, quod
turpe eſt etiam fari. Illud enim anima-
lia omnia abhorrent. Hinc fornicato-
rem ab omnibus hominibus, quin ve-
rò à cunctis prorſus animantibus, pel-
lendum intelligere poteſtis. Poſt forni-
cationem, *Auaritia*, Concupiſcibilis
vtrumque crimen eſt, ſed fornicatio
delectabile reſpicit, auaritia vtile. Cō-
cupiſcit autem vnuſquiſque, prius, &
magis delectabilia quàm utilia. propte
rea præpoſuit Apoſtolus fornicationē
auaritiæ. Inde autem auaritia naſcitur.
& fit inſatiabilis: quoniam Deum nō
habemus. Qui enim citra Dei opes, in-
numeros theſauros habet, parum ſem-
per habet. Capacem nanque Dei, ni
hil minus Deo ſatiare poteſt. *Nequitia*,
Fellitum cor & amarum, intentioq; ma

Matt. 10. ligna, de qua. An oculus tuus nequã
eſt, quia ego bonus ſum? Malus eſt ocu-
Eccl. 14. lus nequam, (inquit) Eccleſiaſticus.
Inuidia. Ex qua nequitia naſcitur, fo-
uetur, & augetur. Inuidia autem eſt
de proximi felicitate torqueri. At quæ-
ſo Pauli verba perpendite. *Plenos* (in-
quit) *inuidia*. Bene plenos, ita vt crepẽt.
Nulli profectò ſceleri tam appropriatè
conuenit implere, quàm Inuidiæ. Sunt
enim pleni inuidi in corde, in ore, in
opere: quare omnino pleni. Nihil enĩ
eſt quod non ſit plenum. In corde ple-
ni ſuperbia, vt veſica vento: auaritia,
vt camin⁹ igne: luxuria, vt lacuna luto.
In ore pleni inquietudine multiloquij,
ſicut muſtum abſq; ſpiraculo: amaritu-
dine detractionis, vt ſerpentis lingua
veneno: turpitudine vaniloquij, &
ſcurrilitatis, vt fluctus maris ſpuma.
In opere, pleni malis artibus, ſicut ven-
ter æructans plenus cibo: malis exem-
plis, ſicut corpus plenum lepra, quod
alios inficit: malis habitibus cum qui-
bus moritur, vt inueteratus homo ple
nus dierum. O peſſimum hominum
Sap. 2. genus. *Homicidijs*; quorum Inuidia eſt
prima materies. Inuidia diaboli, mors
introiuit in orbem terrarum. Cainq;
Gen. 4. cum Abeli inuideret, illum necauit, vt
intelligas animæ & corporis mortem
ex Inuidia dimanaſſe. *Contentione*. Ver
borum ſcilicet clamoſa altercatiõe, qua
non ratione, ſed animi pertinacia ali-
quid defenditur. Hæc enim nihil mi-
nus decet Chriſtianum, adeo vt Chrs
Matt. 5. dixerit. Si quis angariauerit te mille
paſſus, vade cum illo & alia duo. Qui
vult tecum in iudicio contendere, &
tunicam tuam tollere, da illi & pallium.
Propter quod Ciprianus inter mundi
abuſiones, hæc duo coniunxit, Paupe-
rem ſuperbum, Chriſtianum contẽtio
ſum. Et Paulus noſter. Siquis uidetur
1. Cor 11 eſſe contentioſus inter vos, nos talem
conſuetudinem non habemus, neque
Prou. 20. Eccleſia Chriſti. Honor enim illi eſt, q
ſe ſeparat à contentione. Inquit ſapiẽs.
Dolo. quo aliud foris oſtẽditur, & aliud
intus latet: quod ad hipocriſim ptinet.
Vnde doloſum Paulum illi appellabãt,
Dicentes eius perſonam induti: Cum
2. Cor. 12 eſſem aſtutus dolo, vos cepi. Cum ve-

rius dixiſſent, id quod de Nathanaele
dixit Chriſtus. Ecce verè iſraelita, in Ioan. 1.
quo dolus non eſt. *Malignitate*. malo
igne qui ſemper vrit, nunquam extin-
guitur, adeò vt continenter malignus
ſeipſum angat & excruciet, cogitãs in-
defeſſe die noctuq; ψιθυριστάς. Quomo
do alium inſequi poſſit. Qui enim aliũ
in corpore perſequitur, prius in ſeipſo
tribulationem habere cogitur. *Suſur-
rones*, Qui quaſi furtiuè ad aures ſibi-
lant: diſcordias inter amicos clancula-
riè ſeminantes. De quibus dicitur. Bi- Eccl. 28.
linguis & ſuſurro maledicetur in po-
pulis. *Detractores*. Qui abſentium fa-
mam imminuere ſatagunt, vel crimi-
na illis falsò impingẽtes, vel virtutem
gloriam alterius comparatione, aut pal-
lio aliquo obſcurantes. *Deo odibiles*.
θεοστυγεῖς, quod & Dei oſores ſignifi-
cat: quod ad ſuſurrones & detractores
refertur. Hi enim maximè odire Deũ
probatur, quoniam odiunt proximũ,
& fratrem ſuum. Qui enim non dili- 1. Ioan. 4.
git fratrem ſuum quẽ videt, Deum q̃m
non videt, quomodo poteſt diligere?
Hos etiam maximè odit Deus: immo
nõ tantum odit, ſed deteſtatur, quoniã
ſuſurrationibus, & detractationibus
maximè diſſoluitur ſacrum fraternæ
charitatis vinculum, quod tamen indiſ-
ſolubile eſſe voluit. Propterea dicitur. Prou. 6.
Sex ſunt quæ odit Deus, & ſeptimum
deteſtatur anima eius. Oculos ſubli-
mes: linguam mẽdacem: manus effun-
dentes innoxium ſanguinem: cor ma-
chinans cogitationes peſſimas: pedes
veloces ad currendum in malum: pro-
ferentem mendacia: teſtem fallacem: &
eũ qui ſeminat inter fratres diſcordias.
Contumelioſos. Hi ſunt, qui proximo co-
ram apertè irrogãt turpibus uerbis in-
iurias, qui & conuitioſi dicuntur. *Su-
perbos*. Ex effectu agnoſce cauſam. Nõ
eſt contumelioſus, niſi ſuperbus. Con-
uitia enim ex ſuperbia proficiſcũtur.
Superbi autem ſunt, qui omnibus præ-
eſſe, nemini ſubeſſe uolunt. *Elatos*,
gloriabundos, qui & ſuper ipſos, nedũ
ſupra alios efferuntur: magna & glo-
rioſa de ſeipſis ſentientes. Vnde ela-
tionem puto eſſe cauſam ſuperbię: quẽ
admodum ſuperbiam contumeliæ.

Neque

Neq; enim alijs præeſſe cupit, niſi qui
primum grandia de ſeipſo exiſtimauit
in corde, dicens. Quis ſum ego? Non
ſum ſicut cęteri homines. *Inuentores ma*
Luc. 18. *lorum.* Non eſſent iniquitate pleni, niſi
redundarent. Alueus enim, luminis
cum plenus eſt redundat: Vt ergo lice-
re credatur quod libet, hi qui iniquita-
te pleni ſunt, adinueniunt noua mala,
factiones, hęreſes, ſectas, vt iam eos pu
deat in vitijs eſſe ſecundos. Magnam
enim gloriam putant, ſi malorum, vel
hęreſum poſſint eſſe principes, quo no
men eorum in terris celebretur. Ero-
ſtratum illum ęmulantes, qui ne inno-
minatus moreretur, Dianæ templum
ſuccendit, cuius infamis gloria, in ſecu
la viuet. *Parentibus non obedientes.* Non
modo carnalibus, ſed etiam ſpirituali-
bus, quod hereticorum noſtri tempo-
ris peculiare eſt: qui orthodoxæ Eccle-
ſiæ patres, ſanctitate, doctrina, miracu-
lis illuſtriſſimos, prorſus nullipendunt
æque ac homunculos: & patrem patrũ,
ſummum ſanctæ Eccleſiæ Pontificem,
conuitijs continenter inſectantur: er-
rantes ipſi, & in errorem alios mitten-
tes. Super quos manet ira Dei atq; fu-
ror. *Inſipientes.* Neque enim in mali-
Sap. 1. uolam animam introibit ſapientia, nec
habitabit in corpore ſubdito peccatis.
Scientes eſſe, poſſunt mali, at minimè
ſapientes. Sapientia nanque intelle-
ctum format, & inflammat affectum.
Ob id enim ſapientia dicitur, quaſi ſa-
pida ſcientia. Omnis autem ſapiẽtia
à Domino Deo eſt. Qui ergo à fonte ſa-
pientię receſſerunt, inſipientes euadũt,
neceſſe eſt. Hinc diabolus, ſcientiam
quidem promiſit primis parentibus.
Gen. 3. Eritis ſicut Dij ſcientes bonum & bo-
num. Sapientiam polliceri non va-
luit. Ecce enim ſapientia ipſa eſt pietas,
inquit Iob. ideſt θεοσέβεια, Dei cultus.
Incompoſitos. Omnis enim inſipiens in
ordinatus eſt, habitu, inceſſu, riſu, cor-
pore, atq; affectu animi. *Sine affectione.*
Præterquam ad ſeipſos. Qui enim ſa-
pientia caret, & charitate careat, neceſ-
ſe eſt. Abundat enim in illo iniquitas,
quare refrigeſcit charitas. Eſt ergo. φι-
λαυτος, φιλαυτία autem omnium pec-
catorum eſt radix. Duo amores (inquit
Auguſtinus) fecerunt duas ciuitates,
Amor dei ciuitatem dei. Amor ſui ciui
tatem diaboli. *Abſq; fœdere.* ασπούδους,
hoc eſt immemores fœderis. O infidos.
Si non amore proximi, cur non veſtri
honoris intuitu, pacta ſeruatis, qui &
hoſtibus ſeruanda ſunt? Amor com-
modi excæcat oculos malignorum, mi-
hi credite, vt & honorem contemnãt,
quem alioquin tanti facere videntur.
Sine miſericordia, alienæ, propriæq; mi-
ſeriæ, vt iam & illi indigni ſint prorſus
diuina miſericordia. Quoniam nec
alijs, nec ſibi fuere vnquàm miſericor-
des. Viſcera enim impiorum crudelis. Prou. 12.
inquit ſapiens. Propter quod & ſcriptũ
eſt. Iudicium ſine miſericordia fiet illi, Iac 2.
qui non fecit miſericordiam. Ecce q̃
magna peccatorum colluuies, ſup vni-
uerſum genus ethnici populi, ex idolo-
latriæ impietate inundauit. vt nullum
ſit peccati genus, quod ipſi non attige-
rint: carnis, ſpiritus, in Deum, in ſeip-
ſos, in proximos, in pares, in ſuperio-
res, in inferiores, ex ignorantia, ex fra-
gilitate, ex malitia, ex diſpoſitione, ex
habitu. Aſpexit illos ad extremũ Deus,
ſuam ipſorum (heu nimium) morbo-
ſam ægritudinem miſeratus. Pulſauit,
eos vocauit, traxit, quo agnoſcerent ſe
ſe hoc ſupplitij genere, diuina iuſtitia
eſſe mulctatos: vt de peccato in pecca-
tum prolaberentur. Sicque ad illius
opem, iam vitijs ſaturi, confugerent.
Agnouerunt itaque ipſi hãc diuinam
iuſtitiam, qua mulctati ſunt: Simulq;
intellexerunt, niſi reſipiſcerent vitare
nequaquam poſſe, quin æternis cru-
ciatibus adijcerentur. O diuinam pie-
tatem, nullo vmquam tempore exhau-
riendam. Merito iam derelinquẽdi
prorſus fuerant: non eos tamen dereli-
quit, ſedtam magno lumine irradiauit,
vt adhuc poſſent, (modo diuino auxi-
lio uoluiſſent cooperari) reuocare gra-
dum ad ſupera. At ipſi quaſi deſperã-
tes, non poſſe reſiſtere petulantiæ car-
nis, adeo oppreſſi erant, ſemetipſos om
nifarie tradiderunt iniquitati, & in pec
catis perſeuerantes, contemnentes di-
uinam iuſtitiam atq; cognitionem, in
profundum obſtinationis deuenerũt:
& apertè mali effecti, nedum ea impu-

denter agebant, quæ alioquin turpiſſi-
ma eſſe cognoſcebant: ſed & quod vi-
tuperabilius eſt in ſapiente, aliorũ pec-
cata probabant. Peccare enim ſapien-
tem, ex fragilitate contingere poteſt, at
peccata probare, anteferreq́ue virtuti
bus, non niſi ex malitia venit, quæ nul
lam habet excuſationem. Hoc eſt er-
go quod vltimo exaggerat Apoſtolus.
Qui, gentium ſapientes, diuino afflati
lumine, quo primum ad tempus orba-
ti fuerant, *Cum iuſtitiam Dei cognouiſſent*,
non qua iuſtos facit, de qua ſupra fuit
ſermo, ſed qua iuſtus eſt, & iuſtè iudi-
cat atque percutit: Ex hoc ſcilicet quod
iuſtè eos tradiderat, vt peccatum ſe-
quens eſſet pœna præcedentis: quod
vtique illi cognoſcere ex ſe non potuiſ
ſent, ſi prorſus fuiſſent diuina ope de-
ſtituti. Dominante enim malitia, niſi
Sap.2. gratia effulſerit, vix cæcitatem exuere
poſſumus. Excæcauit enim eos malitia
Soph.1 eorum. Inquit Propheta vnus. Et alius.
Iob 24. Ambulabũt vt cęci, qui in domino pec
cauerunt. Et Iob. Ipſi fuerunt rebelles
Prou. 4 lumini, neſcierũt vias eius. Alius quo-
que. Via eorum tenebroſa, neſciunt
Matt. 15. vbi corruunt. Propter, quod Chriſtus.
Sinite (inquit) illos, cæci enim ſunt.
Cum ergo hanc diuinam iuſtitiam ad-
mirabilem, & tremẽdã, cognouiſſent,
ſciuiſſentq́ue ſe gehẽnæ emancipatos,
Rom.6. niſi reſipuiſſent, *Quoniam qui talia agunt*,
qualia de ipſis recenſita fuere, *digni ſunt
morte*, æterna. Stipendia enim pecca-
ti mors. *non ſolum qui ea faciunt*, perſe-
uerantes omnino, effręnati, & impu-
dentes. *Sed*, quod peius eſt, quoniam
illis ex munere ſapientiæ competit, vt
errantes arguant & emendent, appro-
bando illorum errata, vel adulationibus,
vel ſaltem diſſimulationibus & ſilẽtio.
Eſt enim conſentire, ſilere cum argue-
re poſſis. *Conſentiunt facientibus*. Cum
ipſi hæc faciunt, ipſi tantum peccant,
cum conſentiunt facientibus, ob illo-
rum autoritatem, & peccant ipſi, &
alios peccare quaſi compellunt. Qua
ratione Paulus increpuit Petrum. Cur
(inquit) cogis gentes iudaizare? In-
Galat 2. nuit etiam per hæc verba Apoſtolus,
quod quæcunque facinora perpetra-
runt, ſcientes, & prudentes fecerunt.

Nam qui ad mala facta conſentit, appro
bat etiam ea quæ non facit. atque ideo
Paulus loquitur de perfectis peccatis,
perfectis inquam conſenſu, voluntate,
ſcientia, vt ſint inexcuſabiles. O ma-
gnam ergo Gentium omnium impieta
tem. Putas ne itaque ò Gentilis, cum
toties in Deum pertinaciſſimo liberæ
tuæ uoluntatis arbitrio recalcitraueris,
euangelicę, lucis gratiam quæ tibi efful
ſit nuperimè, tuis operibus promeruiſ-
ſe? Quid promeruiſti niſi mortem? Sup
plicium, pœnam. Deus autẽ glorioſus,
qui eſt diues in miſericordia, pater mi
ſericordiarum, & Deus totius conſola-
tionis, citra omne meritum, immo
cum tot, tantiſq́ue demeritis, ingenti
hoc iubare Chriſti filij ſui, te illuſtrare
voluit. Gratiam, Gratiam ergo agno-
ſcite, ò Gentes, merita (ſuperbè) cõtice-
ſcant, gratia ſola regnet. In rebus om-
nibus per tempus exortis, hæc ſumma
gratia fuit, & meraciſſima gratia; à
nullo vmquam quauis ratione prome-
rita: ſed omnino à Deo gratis da-
ta. Hoc, hoc molitur Apoſtolus, primi
huius capitis fine.

Antequam tamen aggrediamur ſe-
cundum Caput, plurimum laboran-
dum eſt, ne quid diuina pietate indi-
gnum, in his quæ hactenus dicta ſunt,
intelligatis.

In primis enim, (vt omnia colli-
gantur) dictum eſt, Gentiles ſciẽtia in-
flatos, in ignorantiæ tenebras cecidiſ-
ſe, ac demum ſtultos effectos, idola co-
luiſſe. Ob id, ſecundo. Deum glorio
ſum tradidiſſe, hoc eſt dimiſiſſe eos in
deſiderijs cordis eorum, vt cõtumelijs
afficerent corpora ſua. Tertio. Eos
veritatem tandem diuina luce agnitã,
in mendacium commutaſſe ex propria
malitia, propter quod, Quarto, vt mer
ces operi reſponderet, illos traditos in
reprobum ſenſum, vt probitatem ſce-
lus iudicarent, omniaque naturæ iura
peruerterent, nefandiſſimiſq́ue vitijs
pollüerentur: Quos tandem miſeratus
Deus, aſpexit de excelſo ſancto ſuo, il-
luxitq́ue in cordibus eorum, vt diuinã
iuſtitiam cognoſcerent: nihilominus tã
quam prorſus deſperati, illi reuocare
pedem non modo noluerunt, ſed im-

pudentiſſimè

pudentiſſimè talia patrantes, qualia & brutis indigna ſunt, alijs quoque blan diebantur, ſimilia perpetrantibus. Magna ſunt hæc & mira, & omnium hominum fortaſſe ingenium ſuperantia: nihilominus quoniam noſtri tẽporis pſeudo Apoſtoli, omnia deprauãt, cauſamque hinc accipiunt, non tenuẽ ſeducendi puſilli gregis, non quod illos reuocare poſſe confidam. Qui enim bis commonitus non reſipuerit, ſubuerſus eſt, & ſuoptè iudicio damnatus. Paulo teſte. Sed ne ſimpliciũ animas, in parem trahant amentiam, ſuper his philoſophandum eſt ſubtiliore indagine. Tu Pater, pijs votis adeſto.

Tit 3.

Citra rationem in primis, videntur propter idololatriæ ſcelus, relicti fuiſſe Philoſophi & Gentiles abs Deo, quoniam non coluere idola niſi cum ſtulti effecti ſunt, parcendum fuit furori, atque ſtultitiæ.

Secundo. ſi eos dereliquit Deus in deſiderijs ſuis. homo peccator ſibi ipſi relictus, quem Deus deſerit ſua ope, non poteſt niſi peccare. Quam ergo iuſtè peccata ſequentia imputantur Gentibus, quæ poſtquàm relictæ ſunt, omnino non peccare non potuerunt?

Tertio, tradidit eos, vt contumelijs afficiant corpora, vt faciant quæ non conueniunt: Si ergo id effecerũt, quod vt fieret, voluit Deus: Et ob id eos tradidit: ſi inquam fecerunt quæ fieri minus decebat. Si in naturam, & in ſeipſos iniurioſi fuerunt, dininum benepla citum compleuerunt. Cur ergo puniuntur? cur item arguuntur?

Quarto. Neque directè, neque indirectè, Deus eſt alicuius peccati cauſa. Si tradidit eos, vt faciant quæ non conueniunt, vitari non poteſt, quin ſit peccatorum ſequentium aliqua ratione, cauſa.

Quinto. Quomodo hæc ſimul ſtãt, traditi ſunt, vt ingraueſcẽte morbo medicum quærant, & vt faciant quæ non conueniunt? Videntur hæc pugnare inuicem. Quomodo etiam deſerit iuſtè medicus ægrum, vt agnoſcens ſe ſe ęgrotare, pareat medico, & ſanetur? Nam non ſunt facienda mala, vt veniãt bona. Malum eſt hominem derelinqui, non ergo id debuit facere Deus, vt reſipiſcant qui peccauerunt. *Rom. 3.*

Sexto. Quomodo derelinquuntur Gentes vt conuertantur, cum derelictus conuerti nequaquam poſſit? Conuerſio enim hominis ad Deum, eam quæ eſt Dei ad hominem ſequitur, non præcedit: vt Prophetæ & Euãgelia vno ore teſtantur. Quomodo ergo etiam dicitur, quod veritatem diuina luce tãdem agnouerunt, atq; Dei iuſtitiam, ſi erant prorſus ſuo arbitrio libero traditi, & à Deo derelicti? Non intelligũtur hæc. Dimitti enim ſuæ voluntati peccatorem, effectus eſt diuinæ reprobationis, ordinatus ad æternam damnationem. Quomodo ergo derelictus, peccatum ſuum agnoſcit? Diuino lumine adiutus, non eſt derelictus, ſi adiutus.

Septimo. Peccatum vnum eſſe alterius pœnam, non videtur rectè dici ab Apoſtolo, mercedem quã oportuit ſui erroris. &c. Quoniã omnis pœna à Deo eſt; Non eſt enim malum in ciuitate quod non faciat dominus. Et loquitur de malo pęnæ Amos loco illo. Peccatum ergo, vel non eſt pœna, vel à Deo eſt: Eſſe à Deo non poteſt, quoniam Deus eſt peccati vltor, non eſt autem eiuſdem rei actor & vltor. Item, Deus peccatum odit. Odio ſunt Deo impius & impietas eius. Diligit autem omnia quæ ſunt, & nihil odit eorum quæ fecit. Non ergo ipſe peccatum facit. Adhuc. Vidit cuncta, quæ fecerar, & erant valde bona. Peccatum non eſt bonum, quoniam naturam non ſeruat, ſed vitiat ac corrumpit, ergo non eſt à Deo factum. Quomodo ergo pœna? Adde. Deo autore non fit homo deterior. Peccatis quibus ſuis fit homo deterior. Sauciatus ille declarat, de quo legitur. Plagis impoſitis, abierunt eo ſemiuiuo relicto. ergo Deo autore homo non peccat. Non itaque peccatum ſequens, pœna eſt alterius peccati præcedentis. Hæc ſunt quæ hoc in loco angere & excruciare conſueuerunt. Hinc itaq; principium eſto. *Amos. 3* *Sap. 14.* *Sap. 11.* *Gen. 2.* *Luc. 10.*

Negari non poteſt, quin Deus glorioſus

ſus aliquos hòmines prorſus deſpiciat,
reprobet, odiat, derelinquat. Id enim
apertiſſima ipſius eloquia teſtantur.
Heb. 12. Non inuenit pœnitentiæ locum, quã-
quàm cum lachrymis inquiſiſſet eam.
Eccl. 7. Conſidera opera Dei, & vide, quia ne-
mo poteſt corrigere, quem ille deſpe-
1 *Re.* 16. xerit. Samuel. Quid oras pro Saule,
cum ego proiecerim eum? Eſau odio
habui. Idcirco Dauid præcabatur. Ne
Rom. 9. *Pſal.* 50. proijcias me à faciè tua, & ſpiritum ſan
ctum tuum ne auferas à me. Verun-
tamen hæc duo ſint tibi certiſſima.
Primum, neminem gratis à Deo dere-
linqui, vel habere odio. Impiè, impiè
aſſeritur, pro ipſiſſima (vt aiunt) volun-
tate diuina, quoſdam deſpici & dere-
Ephe. 1. linqui. Deus operatur omnia (inquit
Paulus,) ſecundum conſilium uolunta-
tis ſuæ. Non dicit. Secundum volũ-
tatem, (notate) neque enim citra myſte
rium, cõſilium adiecit voluntati Apo-
ſtolus. Sed vt intelligas rationem ali-
quam eſſe, cur Deus aliquos derelin-
quat. Quæ autem eſt ratio? Venit ex
occultiſſimis demeritis, inquit ſanctus
Eſa. 59. Auguſtinus. Ipſe, ipſe primum derelin-
1. *Reg* 15. quitur ab eis. Peccata ueſtra, diuiſerũt
2. *Para.* 15 inter uos & Deum veſtrum, dixit Eſa-
ias. Quia proiecisti me, proijciant te,
inquit Dominus. Si dereliqueritis do-
minum, derelinquet vos, inquit Pro-
pheta. In Oſea autem legimus. Obli-
Oſee. 8. tus es legis Dei tui, & ego obliuiſcar
tui. Huc tendunt omnia iſta ſacrarum
ſcripturarum teſtimonia. Nolo mor-
Exo. 18. tem peccatoris, ſed ut conuertatur &
viuat. Non uult aliquem perire, ſed
2 *Pet.* 3. omnes ad pœnitẽtiam reuerti: Hæc eſt
voluntas Dei, ſanctificatio ueſtra. Nõ
1. *Theſ.* 4. vocauit nos Deus in immunditiam,
ſed in ſanctificationem. Deus mor-
Sap. 1. tem non fecit: ſed impij manibus &
Oſee 13. verbis accerſierunt illam. Perditio tua
ex te Iſrael eſt, tantummodo in me au-
1. *Tim.* 2. xilium tuum. Deus uult omnes ho-
2 *Pet* 3. mines ſaluos fieri. Patienter agit pro-
2. *Reg* 14. pter nos, nolens aliquem perire. Non
vult Deus perire animam, ſed retra-
ctans cogitat, ne pereat penitus qui ab-
Eſa. 21. iectus eſt. Conuertimini & viuite.
O magnæ ſpei verba. Tenuerunt
hanc ſententiam patres omnes. Augu-
ſtinus de correctione & gratia. De
prædeſtinatione Sanctorum. De vera
& falſa pœnitentia. De gratia & libe
ro arbitrio. Ambroſius, de vocatione
gentium. Chriſoſtomus, ſuper Ioan-
nem, & ſup Paulũ. Gregorius, ſuper
Ezechielem. Athanaſius, in Epiſtola
hac ad Romanos. Origenes περὶ ἀρχῶν
tertio. Vt recentiores prætercam. Ma-
giſtrum ſententiarum, & Diuum Tho-
mam, illum labore, hunc eruditione &
doctrina omni exceptione maiores. Et
profectò aduerſa ſententia, pálàm vi-
detur Deo ttibuere crudelitaté, à quo
ſermone vehementer abhorrent reli-
gioſæ aures. Abſit ergo, abſit à nobis.
Fecit Deus vniuerſos homines ad ima-
ginem & ſimilitudinem ſuam, non pro
pterea vt aliquos puniret vel dãnaret,
ſed vt vniuerſi æternis illis diuitijs frue
rentur. Neque verum eſt quòd Pau-
lus dicat, protuliſſe Deum ad oſtenden
das diuitias gloriæ ſuæ, vaſa quædã iræ:
Pertulit inquit Paulus, non protulit, *Rom.* 9.
ſubſtinuit, prorſus, tollerauit, non
fecit. O nebulones impudentiſſimi.
Non ſunt neceſſarij ei homines impij, *Eccl.* 15.
inquit Salomon. Nemini mandauit *Ibidem.*
impiè, agere, & nemini dedit ſpatium
peccandi. Non ergo dicas, ille me im- *Eccl.* 15.
planauit, inquit Spiritus ſanctus. Nan-
que cum ſuæ iuſtitiæ æquitate cõpel-
litur, vt aliquos perdat, inuitus ferè id
facit. Heu inquit (dolentis affectu,) *Eſa.* 1.
conſolabor de hoſtibus meìs? Tantum
abeſt, vt vltro deſeuire velit in aliqué,
vltro fauet aliquibus: nullum vltro
deſpicit vel relinquit. Quod ſi ſcri-
ptum eſt. Cuius vult miſeretur, & *Rom.* 9.
quem vult indurat. Audite Augu-
ſtinum, quem alioquin ſuarum impie-
tatum patrocinatoré conſtituere Neo-
terici moliuntur, interprætantem, in
libro octuaginta trium quæſtionum, &
de Gratia & libero arbitrio. Quod ait
Apoſtolus. Cuius vult miſeretur, &
quem vult indurat: In eo qué indurari
vel ſeduci permittit, mala eius meri-
ta credite: In eo cuius miſeretur, gra-
tiam Dei non reddentis mala pro ma-
lis, ſed bona pro malis, & fideliter, &
indubitanter agnoſcite. Pharaonem
enim indurauit Deus, per iuſtum iudi-
cium,

cium, quoniam ipſe indurauit ſeipſum per liberum arbitrium. Quid clarius? O veram. O piam aſſertionem. Ita fit, vt nemo deſperet, nemo concidat animo, nemo culpam in Deum retorqueat: Ex ſe ſe perdi qui perditur, certo ſciat.

Alterum, quod firmiſſime tenere quiſque debet, id eſt, vt nullum unum populum abſolute, à Deo prorſus derelictum putandum ſit, niſi per hyperbolas. Non omnes Iudæos, non omnes paganos, non omnes Reges, non omnes priuatos, non omnes nobiles, non omnes ignobiles, non omnes ſublimes, non omnes humiles, non omnes doctos, non omnes illiteratos, in quibuſcunque differentijs hominum, linguarum, profeſſionum, morum, ætatum, voluntatum, conſcientiarum, putare eſſe aliquos prędeſtinatos: neque enim
1. Tim. 2. de voluntate efficaci. Illud Pauli verbũ, Deus vult omnes homines ſaluos fieri, vnquam erit uerum, vt diuino illo ingenio, quo ĩ alijs vtitur Auguſtinus, perbelle annotauit: Niſi hoc ſtatuamus inconcuſſa ſententia, pro generibus ſingulorum illud intelligi oportere: fateamurq; in omnibus differentijs, eſſe aliquos prædeſtinatos, quos Deus minimè dereliquit, nec derelinquet, niſi forre ad modicum tempus. Cum ergo audis Deum dereliquiſſe Gentes, duo tibi in mentem neniant. Primum, quod nõ citra earum culpam derelicti fuerint. Audiſti enim eos primum dereliquiſſe dominum. Secundum. Quod nec prorſus omnes ſunt derelictæ. Cernis enim quot ad Chriſti fidem cõuerſi fuerint, qui primum erant impijſſimi. Cum itaque Paulus contra omnes inuehatur, vel hiperbola eſt, vel niſi adſit hiperbola, declaratione eget, quam tu accipe breuibus. Non fuerunt omnino traditi deſtitutiq; Gentiles, ſed auxilium efficax Dei quod electis, prędeſtinatiſque conferre ſolet, ſubtraxit, alioquin eos ope ſufficiente iuuans & ſubſtinens: non tamen etiam deſtinens eos in ęternum auxilio illo efficaci. Neque enim fuiſſent è prædeſtinatorum numero eorum aliqui, ſi ſic in æternum deſtituiſſet eos omnes Deus benedictus.

Ad tempus ergo duntaxat tradidit eos Deus, quos deinde reuocauit, & amplexus eſt. Vocabo non plebem meã, *Oſe. 2.* plebem meam, & non dilectam dilectã, & non miſericordiam conſequutam, miſericordiam conſequutam. Iuxta illud Eſaiæ. Vt mulierem derelictam, & *Eſa. 54.* mœrentem ſpiritu uocauit te dominus, & vxorem ab adoleſcentia abiectam. Dixit enim Deus tuus. Ad punctum *Ibidem.* in modico dereliqui te, & in miſerationibus magnis congregabo te. In momento indignationis abſcondi faciem meam parumperà te, & in miſericordia ſempiterna miſertus ſum tui. Et hic eſt modus, quo frequenter nonnullos etiam prędeſtinatos, ad tempus derelinquit, inſtar pij medici, ſicut ſupra dicebamus, ſubtrahẽs ſcilicet auxilia illa efficacia, quibus communiter abundant electi, quæ tria ſunt. Primum enim De' in electis cohibere, vel reprimere ſolet concupiſcentias inclinantes cor ad malum, ne nimium eos alliciant & perturbent. Secundo, arcet demonem & miniſtros eius, ne fortius illos aggrediantur quàm illi poſſint ſubſtinere. Tertio, gratia quadam peculiari eos manu tenet, vt nullo etiam impetu facto demonum, quantumuis magno, aut vi concupiſcentiarum, cadant. Sicut ſcriptum eſt dixiſſe illum Paulo tot oranti, vt ſtimulus carnis auffereretur ab eo. Sufficit tibi gratia mea. *2. Cor. 12* Quandoq; ergo noſtris demeritis efficitur, vt Deus tria hęc auxilia, aliquo tempore à nobis auferat, quæ gratis dediſſet: licet auxilium ſufficiens nequaquam negetur alicui, niſi pauciſſimi illis quos pertinaciſſimo proprię volũtatis arbitrio, reſtitiſſe Deo ſcriptura ſacra commemorat. Primum, nõ cohibet ignem concupiſcentiarum. Secundo, non comprimit demonem. Tertio, non manutenet in tentationibus. Exemplum primi eſſet. Si quis in domo tua, ſuccenſum ignem extinguere adniteretur, & tua ingratitudine victus, ab opere deſiſteret. Exemplum ſecundi. Si quis Leonem rabidum te aggredientem, cathena ferrea ligaret, & re illius ingenuo animo abutente, non ſemel, is recederet pauliſper, & pateretur vt inſiliret Leo aduerſum te. Exemplum

plum

plum tertij. Si in magnam aquarũ gurgitem, cadente viro quopiam, alius omni vtetur opera ne ſuffocaretur. is auté liberatorem percutiens calcibus, pugnis, dentibusq́ue dilacerans, ſibi ipſi tandem dimitteretur ab eo. Ne ergo Deus nos vnquam deſerat, ſemper præ oculis habeamus Dei timorem & amorem.

Accedamus modo ad diſſoluendas illas dubitationes. Prima facile diluitur. Haud dubiè enim, gloriam Dei ad creaturas non tranſtulere Gentes, niſi cum euanuiſſent & inſaniſſent. At quod euanuerint, & inſanierint, ſuo ipſarum vitio euenit. Qua ratione ergo fingi poteſt, vt ſint inculpatæ? Num temulentum virum excuſabis, ſi uirũ in ipſa temulentia occiderit? Si mulierem violarit? ſi principem inuaſerit? Duplici pœna mulctandus eſt potius, & quia ebrioſus factus eſt, & quia inuaſit. Vtrumque enim culpa eſt. Stultitiam Gentes ſibi magno prætio compararũt, ſuperbiæ ſcilicet luciferinæ: Sibi ipſis ſapientię donum adſcribentes, quã dono Dei acceperant. Cumque ergo ſtulti effecti, idola coluerint, & ſtultitiæ & idololatriæ pœnas luant, neceſſe eſt. Tantum abeſt, vt ſtultitia poſſit impietaté excuſare. Secundæ ſatisfacimus hũc in modum. Tradere in deſideria cordis, excæcare, deſpicere, indurare ſimpliciter, & ſimilia, ex ſua natura ordinãtur ad damnationem eius qui traditur, qui excęcatur, qui deſpicitur. Propter hoc enim ponuntur eſſe effectus diuinę reprobationis. Propterea, ſic abſolutè traditus, relictus, excæcatus, vt ſic, non poteſt cauere peccata, quamuis tamen libero arbitrio nequaquam careat. Veruntamen tradere, uel excæcare, vel deſpicere, ad tempus ex diuina ordinatur miſericordia, medicinaliter ad ſalutem eorum, qui traduntur & excæcãtur, vt ſcilicet peccata ſua agnoſcentes, humilientur coram Deo, & cõuertantur. Neque enim ſimpliciter omni ope ſunt deſtituti, ſicut illi quos abſolute deſeruit Deus, Sacrarũ ſcripturarum teſtimonio. Neminem enim alium debemus credere prorſus derelictum, præter eos, quos ſpiritus ſanctus docet. Et propterea non eſt verũ, quod hi ad tempus derelicti, non poſſint niſi peccare. Conuerti poſſunt, Deo tamen primum eos conuertente, qui miſericordiam etiam illis hoc modo traditis & excæcatis impendit, cum illi placet. De numero nanque illorum ſunt, Rom. 8. quibus omnia cooperantur in bonum, etiam peccata ipſa, per accidens tamé, quia ſcilicet humiliores reſurgunt, & cautiores. Quantum ergo ad quoſdam, Tradere in deſideria cordis, ordinatur ad ſalutem: quantum ad alios, ad damnationem, vt dixit Diuus Auguſtinus. Tertio de quæſtionibus Euangelij. Ex natura ſua tamen, quo ad omnes, ordinatur ad damnationem. Ex diuina miſericordia tantum & gratia quo ad aliquos, ad ſalutem. Ita tamen, vt intelligas, ex diuina miſericordia etiam cum qui excęcantur, pereunt, ruentes de ſcelere in ſcelus, illa eorum peccata atque pœnas alijs proficere, licet non eis. Plerique enim vidẽtes eos præcipites ruere & perdi, reformidant magis peccata, cautioresq́; euadunt, ne à Deo derelicti & ipſi dilabantur in turpiſſima quæque facinora, & cum eis pereant. Deus autem glorioſus hoc vnice intendit: Nã non lætatur in perditione uiuorum, ſed Sap. 1. lætatur in ædificatione aliorum, & in oſtenſione ſuæ glorię & virtutis. Tantum hac cauſa paſſus eſt, Pharaonẽ indurari, ſicut infra dicetur, non ut ipſe periret, ſed vt ipſo periente, annunciaretur nomen eius in vniuerſa terra: eſſetq́ue ipſe cæteris in exemplum. Ad Tertiam, reſponſum velim ex dictis ſuperius, de modo loquendi ſcripturarum, quæ nonnunquam propoſitionẽ illam *vt* conſueuerunt vſurpare, non vt ſignificet cauſam finalem, ſed cõſequutionem. Non itaque tradidit gentes Deus hoc fine, vt contumelijs afficerent corpora, vt amplius peccarent, vt perirent. Abſit, ſed ideo tradidit, vt traditæ cognoſcerent, quàm malũ fuerat eas receſſiſſe à Domino. Quemadmodum neque medicus ægrotum incontinentem deſerit, vt moriatur, ſed vt morbi grauitate perſpecta, medici operam inſtantius efflagitet, ipſi morẽ gerat, & conualeſcat. Inde tamen ſe-

quutum

quutum eſt, vt traditę Gẽtes in deterius
proceſſerint, nec Dei tradentis culpa,
ſed ipſarum vitio. Hoc autem ex exẽ-
plis quæ ſupra adduximus facilè intel-
ligi poteſt. Pius ille amicus, qui ignem
extinguere, compeſcere leonem, eripe
re te de aquis multis adnititur, tuaque
ingratitudine recedit, nequaquã inten-
dit, vt ignibus conſumaris, occidaris à
belua, mergaris flumine, minimè: Intẽ-
dit hoc vnicè, nolle te tunc iuuare, eo ta
men te non adiuuante conſequitur, vt
pereas, niſi ille te rurſum adiuuet. Ita
ergo Deus, vult tantum derelinquere
ingrati animi virum: hæc eſt pœna, quã
intendit Deus: ad hoc tamen tanquam
pęnæ comes ſequitur, vt amplius pec-
cet & pereat tandem, niſi ipſe denuo
opem ferat, quod & facit, ingẽti illa ui-
Ie. 54. ctus pietate, poſt modicum tempus, vt
dictum eſt. Ex his dilucidum fit, quod
quartò obijciebatur. Deus enim nõ eſt
cauſa peccati, quamuis tradat Gentes,
in deſideria cordis earum. Qm̃ nõ ideo
tradit vt peccent, licet ipſo cas tradẽte,
ſequatur vt peccent ex natura traditio-
nis illius, niſi diuina mĩa ſuccurrat. At
huic declarationi, duo obſtare videnť.
Primum, uerbum Auguſtini de Gratia
& libero arbitrio. Manifeſtum eſt (in-
quit) Deum operari in cordibus homi-
num, inclinando voluntates eorum in
quodcunque voluerit, ſiue in bonum,
ſiue in malum. Intelligis? Inclinat in bo
num & in malum, ergo non tantum
conſequitur peccatũ, Deo derelinquen
te hoĩem, ſed intenditur ex hoc, quod
homo derelinquitur. Iuſſit nanq; Deus
2. Reg. 16 Semei vt malediceret Dauid, qđ vtiq;
peccatum fuit, & à Deo mulctatum.
Quid apertius? Secundo. Si Deo dere-
linquente hominem, ſequitur vt homo
amplius peccet: etiam ſi Deus nõ ideo
derelinquat vt peccet, non videtur ſo-
luta difficultas, qm̃ qui occaſionem dã
ni dat, damnum dediſſe uidetur, dat oc
caſionem amplius peccandi, ergo opti-
me, hominum culpa, in Deum poteſt re
torqueri. His tñ nemo moueatur ne
tantillum. In primis enim, quod nup
dr̃ de occaſione, nullius eſt roboris. Si
enim concludit quicquã, arguo tibi ſic.
Ergo peccauit Deus, cum legem tulit in
Sina. Immo & omnia peccata poſſunt
in Deum retorqueri, qm̃ niſi eſſet lex,
non eſſet peccatum: Quoniam lex eſt
occaſio mortis & peccati, teſte Paulo. Rom. 3.
Reſpondeatur itaque. Occaſionẽ quan
dam dari, quandam accipi tantum. Tũc
datur occaſio, cum aliquid agitur min⁹
rectè quàm par ſit: vnde alij prouocan-
tur ad peccandum malo illius exẽplo.
Tunc accipitur, cum ex opere quantũ-
uis bono, aliqui offenduntur vnde edi
ficari debuerant. Quomodo phariſei Matt. 15.
audito Chriſti verbo, alioquin ſanctiſſi-
mo, ſcandalizati ſunt: quos dimittẽdos
eſſe iuſſit Chriſtus, quod cæci eſſent, du
ceſque cæcorum. Cum Deus hominẽ
derelinquit ad tempus, non dat occaſio
nem peccandi, quin potius (vt Diuus
Hieronymus annotauit ſuper pſalmo
octuageſimo, loco illo. Et dimiſi eos ſe- Pſal. 80.
cundum deſideria cordis eorũ) dat oc-
caſionem pœnitentiam agendi, de prę-
teritis malæ actæ vitæ ſceleribus, quo-
niam ſcilicet ſaturati, nauſeatiq́, vitiorũ
deformitate, vel ſic agere deberent pœ
nitentiam, & diuinam miſericordiã im
plorantes, reſurgerent. Homo tamen
accipit occaſionem inde peccati, vnde
ſanari debuerat. Oĩs itaq; culpa ho-
minis eſt. Ita quoq; de lege dicendum.
Non dedit Deus per legem occaſionem
peccati, ſed homo accepit ex lege. Pro-
pterea Apoſtolus, magno myſterio dixit.
Occaſione accepta, peccatum per man Rom. 7.
datum operatum eſt oẽm concupiſcen
tiam: vt tolleret hunc cauillum, quãuis
nec tollere poterit. Non defuerunt. n.
qui ob id legem veterem malam eſſe,
& à malo Deo conditam nõ veriti ſunt
aſſeuerare. Illud Auguſtini verbũ, qđ
adeò magnificant noſtri temporis luci-
fugę, vobis omnibus vt puto perſpicuũ
eſt, quomodo intelligi debeat, ex his q̃
ſupra annotata ſunt, de modo quo De⁹
in ſacris literis excæcare, indurareq́ue
dr̃. Sicut enim excęcare dr̃, quando nõ
illuminat, indurare cum non mollit, in-
ducere in tentationẽ, cum non liberat:
ita dr̃ inclinare ad malum, qñ non incli
nat ad bonum. Horũ autem oĩum hæc
eſt rõ, qm̃ ſicut viſum quidem habem⁹,
& tñ lux interna pupillæ non ſatis eſt
nobis, vt in actum uidendi prodire
valeamus.

valeamus:ſed oportet adeſſe & lucẽ externam medij. Neq; enim colores uo ctè videmus, quamuis viſum tenebræ nequaq̃ tollant. Ita liberum arbitrium habem⁹, at niſi primus ille motor ipſũ moueat, moueri ex ſe ipſo tanq̃ ex ſeip ſo, nequaquam p̃t, niſi forte vt cadat & dilabatur, contra Pelagium. Deo ergo non emolliente dureſcit, non illuminã te obſcuratur, non inclinante ad bonũ præcipiti lapſu ad malum fluit. Verũ neminem non inclinat Deus ad bonũ, niſi ipſe id promereatur. Hoc.n. perpul chrè docet ibi Auguſtinus, quod nobis mirum in modũ patrocinatur. Tantũ abeſt vt contradicat. Hæc enim ſunt il lius uerba, capite vigeſimo primo. Sed mutilant ab his qui uolunt ſapere pluſ quã oportet, nec ſapiunt ad ſobrietatẽ. Satis quantum exiſtimo, manifeſtatur operari Deum in cordibus hominum, ad inclinandas eorum voluntates quo cunque uoluerit, ſiue ad bona pro ſua miſericordia, ſiue ad mala pro meritis eorum. Ac per hoc qñ legitur in literis veritatis, à Deo ſeduci hoĩes, aut obtũ di, vel obdurari corda eorum, vt iuſte iſta paterent, ne incurratis in illud pro uerbium, Inſipiẽtia viri violat vias ei⁹: Deum autem cauſatur in corde ſuo. Quod adducebatur de Semei. Auguſti nus illud expoſuit, capite uigeſimo. vt intelligat vade ex quo Semei maleuo lus erat, & homo improbus, proprio vi tio ſuo. ita inquit ille. Iudicio iuſtiſſimo dimiſiſſe Deum maledicere Dauid, quo notior fieret virtus Dauidis, & inde am pliora p̃mia promereretur, quo tollerã tius perferret canis illius impias bla ſphemias. Vtitur enim inquit Auguſti nus, cordibus etiam malorum ad lau dẽ atq; adiumentum bonorũ. Sic uſus eſt Iuda tradente Chr̃m. Sic iudęis illũ crucifigentibus. Quanta.n. inde bona præſtitit populis credituris Deus bene dictus, qui & ipſo diabolo utitur, peſſi mo quidem, ſed optimè ad exercendã fidem, probandamq; pietatem bono rũ. Non ſibi, qui omnia nouit antequã fiant, ſed nobis, quibus erat neceſſariũ, vt eo modo ageretur nobiſcum. Quin ta difficultas, vnico uerbo enodatur, & ſoluitur. Mala culpæ non ſunt faciẽda vt ueniant bona. Sed cui dubium pę nas eſſe inferendas, vt qui non amore virtutis peccata oderunt, oderint ſaltẽ formidine pęnæ? Hic eſt finis cuius gra tia, Deus inſtar medici, vt dictũ eſt, ple roſque derelinquit ad modicum: quod contumelijs autẽ afficiant illi corpora ſua, terminus eſt, finis vero minimè. Omnis enim finis bonum eſt. Hinc ir ridebat Philoſophus ille Poetã dicẽtem Mortem eſſe finem. Non enim oẽ vl timum finis, ſed ultimum optimum. Sextã, euacuauimus paulò ſupra dicen tes, nequaquam ſimpliciter derelictas fuiſſe Gentes, ſed ad tempus.

Remanet ſeptima, quæ duo petit. Pri mum. Num Deus ſit peccatorũ nr̃orũ cauſa. Secundum. Si non. Quomodo vnum peccatũ ſit pęna alterius, cũ oĩs pęna ſit à Deo illata. Ad Primum, in dubiè dicendum eſt quod non. Nam peccatum eſt auerti à Deo, & conuerti ad creaturam. Deus autẽ oĩa ad ſe cõ uertit. Vniuerſa propter ſemetipſum operatus eſt dominus, inquit ſcriptura ſacra. Ob id dicitur. A. & O. Quoniã principium eſt, & finis rerũ omnium. Trahit itaq; oĩa in ſeipſum, quod & omnes cauſæ quoad poſſunt efficere, nituntur, Deum ipſum imitantes. Qua rõne fingi poteſt, vt Deus ſit cauſa pec cati, quo homo auerſus ab incõmutabi li illo bono, conuertitur ad hęc cõmuta bilia bona? Actio peccati eſt à Deo. Deus enim eſt cauſa omnium ſpecie rũ, & oĩum motionum, vt dicit Augu ſtinus tertio de Trinitate. At deformi tas illa quæ eſt peccati rõ, prorſus in ho minem redditur, non in Deum vllo pa cto. Quod & Philoſophi faterentur de peccatis naturæ, q̃ monſtra dicunt. Hæc enim in ſecundas cauſas reduci di cunt, in Deum minimè. Quod ſi ſolus ageret, omnia perfectiſſimè ageret. In hoĩem itaq; reflectantur peccata oĩa malorum. Neque in hoĩem, vt mouen tem & agentem, ſed vt deficientem ab ordine primi mouentis & agentis, qd Deus eſt. Neque enim peccat homo ut agens, ſed vt deficiens: cum nec pecca tum effectus uerè ſit, ſed defectus ma gis & nihil potius cenſeatur q̃ aliquid. Quemadmodum.n. qui claudicat mo uetur,

Prouer 16.

Apo 1.

getur, & mouetur inconcinne, ſecun-
dum quod tibia deficit in virtute moti-
ua: ita qui peccat, agit: & agit perpe-
ram. Motus claudicationis ſecundum
quod motus eſt, cauſatur à virtute mo-
tiua hominis, vel animalis, quæ tibiam
mouet, ſed ſecũdum quod claudicatio
eſt, obliquitas ſcilicet illa, inceſſus, vel
progreſſus, nõ eſt à virtute motiua, ſed
à tibia quatenus deficit, nec ſuſcipit p-
fectè influxum motiuæ virtutis. Ita er-
go peccatũ, ſecundum quod actio eſt,
eſt à Deo mouente hoĩem, & ab homi-
ne: At vt inordinatio eſt, & deformitas.
illius cauſa homo eſt, ſecundum quod
deficit in agendo; cũ non eo modo mo
uet, quõ mouetur à Deo. Suopte enim
libero arbitrio, non modo agitur, vti
naturalia quæquę, ſed & agit. Hincq;
naſcitur, vt longè plura ſint hominum
errata, quàm in alijs rebus conſpician-
tur: plura item & maiora ſapientium
hoĩum, qui ſibi, ſuoq́ue ingenio fidũt,
quàm ſimplicium, qui ſe ſe diuinæ vo-
luntati cõmittunt in omnibus: iactant-
q́ue in Deum optimum maximũ vni-
uerſos cogitatus. Hi enim ſunt quos
bene ſortunatos eſſe videmus, qui à prĩ
cipio illo dirigunt in actibus ſuis, quod
eſt melius ratione & conſilio. Quid au
tẽ melius ratione & conſilio, niſi Deus?
Pſal 54. Iacta, Iacta ò Homo cogitatum tuum in
domino, & ipſe te enutriet. Ad ſecũ-
dam partem dubij: Quomodo vnùm
peccatum eſt pœna alterius. Reſpõde-
te, quod propriè & per ſe cum pecca-
to conueniat, vt ſit actio voluntaria:
Tolle enim uoluntarium, tollis pecca-
tum: pœnæ vero, quod ſit paſſio inuolũ
taria: Si enim uoluntaria eſt, iam nõ eſt
pęna. Peccato hac ratione, repugnat
adeò eſſe pęnam; & pęnæ eſſe peccatũ,
vt plus repugnare non poſſit. Per acci-
dẽs itaq; duntaxat, hęc ſimul coincide
re. peccatum, & pęnam intelligendum
eſt hoc modo, qm̃ actio peccati, vel ſit
interior, vt inuidia & ira, vel ſit exte-
rior, vt ſornicatio, homicidium, & alia,
magnum eſt peccantis tormentum, ma
gna afflictio, & magnus cruciatus, ſe-
cundum quod damnati dicunt pęnitẽ-
tiam agentes. Laſſati ſumus in via iniq-
tatis, ambulauimus vias difficiles. Et Sap. 5.
hac ratione, non modo vnum peccatũ
eſt pęna alterius, ſed etiam ſui ipſius.
Iuſiſti domine, & ita eſt, (dicebat Diuus
Auguſtinus) vt omnis inordinatus ani-
mus, ſit ſibi vitium & pęna. Poteſt &
alio modo intelligi, peccatum ſequens
eſſe pœnam præcedentis. Quoniã ſci-
licet Deus omnipotens, qui tibi primũ
peccanti facilè pepercifſet, te in alia pec
cata dilabentem, grauiſſimè demum
percutit, vt vſque ad nouiſſimum qua-
drantem, rationem reddas omnis vitæ
poſtquàm ab initio noluiſti reſipiſcere,
ſed crimen adhens crimini, theſauriza-
ſti tibi iram in die iræ; diuitias patien-
tiæ & longanimitatis Dei contemnẽs, Rom. 2.
qua te ad pœnitentiam ſemper inuita-
uit, traxit, adduxit. Dicamus itaque ad
difficultatis ſcopum. Omnis pœna,
quatenus pęna eſt, à Deo infligitur.
Peccatum, pęna quidẽ eſt, ſed non qua-
tenus peccatum, at per accidens, Duo-
bus hiſce modis declaratis. Quare non
inde ſequitur, à Deo eſſe peccata homĩ
num. Ex nobis itaque ſunt, tanquam
ex nobis: quare & interitus noſter, atq;
perditio ex nobis eſt, non ex Deo. Hinc
Deus damnatis dicet iuxta prophetam. Eſa 50.
Ambulate in flammis, quas ipſi ſuccen
diſtis vobis: non ego ſuccendi, ſed vos
ſuccendiſtis: Ego mortem non feci, ſed
vos manibus, & uerbis accerſiſtis illã, Sap. 1.
me etiam nolente. Quod & apud
Homerũ Iupiter cecinit, chorum Deo-
rum alloquens:

ὢ πόποι οἷον δὴ νὺ θεοὺς βροτοὶ αἰτιόωνται
ἐξ ἡμέων γάρ φασὶ κάκ' ἔμμεναι οἱ δὲ καὶ
αὐτοὶ
σφῇσιν ἀτασθαλίῃσιν ὑπὲρ μόρον ἄλγε'
ἔχουσιν.

CAPVT SECVNDVM.

P*Ropterea inexcuſabilis es ò homo omnis qui iudicas. In quo enim alterum iudicas, teipſum condemnas. eadẽ enim agis quæ iudicas.* vel q iudicas. ὁ κρίνων.

Durioribus verbis, Iudæorum partes agens Apoſtolus, hoc primo capite Gẽtes omnes, & philoſophos Gentiũ inſectatus eſt, turpiſſimam infamemque illorum uitam & detegens & exaggerans. Nunc ergo pro Gentibus pugnaturus, ad Iudęos ſeſe conuertit, qui antiqua ſuperbia turgidi, Gentes omnes detrectare atque deſpicere non erubeſcebant: cum alioquin ipſi, paribus, ne grauioribus dicam facinoribus, etiam lege lata obruti fuiſſent. Eoſque arguit, tanquam nulla venia dignos, qui cum innumeris Prophetarum oraculis, non lumine naturali duntaxat, de diuina iuſtitia edocti eſſent, quod Gentibus datum nequaquam fuit, impunitatis nihil minus ſpę concepta, eadem ipſi impudenter agebant, quæ in Gẽtibus alto ſupercilio morte digna iudicabant. Ita fit, vt vulneribus Gentiũ, Iudæorum vulnere medeatur Paulus, quæ alioquin incrudeſcere, & inſanabilia fieri potuiſſent. O languentis Eccleſiæ medicum, verè cęlitus emiſsũ; qui prudenti ſimplicitate, omnibus om- (1. Cor. 9.) nia factus eſt, vt omnes lucrifaciat: vt nemo pereat, vt cuncti ſalutem conſequantur: vt omnes erigat in ſpem viuã. Vide autem quanto ingenio præcedentibus ſermonibus contexitur hæc rõ. *Propterea*, inquit Apoſtolus, quia ſcilicet diuinam iuſtitiam, & tu agnouiſti contra qui idola colunt, qui naturæ puertunt iura, qui carnis immunditiam ſectantur, qui Dei nullam habent rationem, digni ſunt morte. Id enim lex vbique clamat. *Inexcuſabilis es*, coram diuino iudicio: Quanquam apud homines ſanctiſſimus tua hipocriſi uideare. *O Homo omnis*. Quod Gentiles ſint inexcuſabiles dictum eſt, & demonſtratum. Additur ergo. *Omnis*, vt Iudæos intelligas eſſe inexcuſabiles, & conſequenter omnes homines inexcuſabiles erunt. Gentium enim & Iudæorum nomine, totum hoĩum genus exprimitur. *Homo* autem dicit Apoſtolus, non vir, quaſi carnalis: ſpiritualis nanque, vir dicendus eſt potius quàm homo, Paulo dicente. Cum ſit inter (1. Cor. 3.) vos Zelus & contentio, nonne carnales eſtis, & ſecundum hominem ambulatis? *Qui iudicas*, qui ſcilicet tota temeritate, & grandiloquis correctionibus repræhendis & condemnas aliorum errata. *In quo* enim crimine *alium* Gentilem populum *iudicas*, repræhendis, damnaſq;, etiã *teipſum condemnas*, quãuis nullus homo aduerſum te ſentẽtiã ferat. Et eſt hebraiſmus. *In quo alium iudicas*, ideſt, de quo, vel quo, ſine propoſitione. Potiſſimum autem hac ratione in Iudæos inuehitur Apoſtolus, quoniam his ſemper fuerat eorum proprius, incurabiliſque morbus, vt magna ſuperſtitione, & auſteritate peccantes omnes, & obſeruarent, & explorarent, atque redarguerent: propria uero flagitia, itemque maiora prorſus, negligerent. Quibus perbellè dictum eſt. (Mat. 7.) Nolite iudicare, & non iudicabimini. (Matt. 23.) Duces cęci excolantes culicem, camelũ autem glutientes. Quid uides feſtucã (Luc. 6.) in oculo fratris tui, trabem autem in oculo tuo non conſideras? Vnde, quãuis hoc in loco nomen, non exprimatur Iudęorum, ſcelus tamen ipſos pdit. *Eadem enim agis.* clam. *Quæ*, apertè *Iudicas* digna morte, & condemnatione. Eadem itaque ratione, qua in alios excandeſcis, in teipſum excandeſcere debueras.

1. Cor. 11 debueras. Si enim noſmetipſos iudicaremus, non vtiq; iudicaremur. At id nō effeciſti o Iudeæ. Pare ergo ſupplicio,
Luc. 19. tua ipſius ſnīa multabere: Ex ore tuo te iudico ſerue nequā: iudicaſti innocētiam p̄miſs, malitiā dignam eſſe ſupplicijs. Qua frōte ergo defendi potes, tuorū ſcelerū conſcius, q̄ eadē ſunt cū criminibus gentiū? Nāq; & tu Iudęe creaturas pro creatore, creaturas itē corruptibiles, & illarū ſimulacra, vel idola coluiſti: En Ezechielē, Dn̄s dixit ad me. Fi
Ezech. 8. li hoīs, putas nè uides abhominatiōes peſſimas, quas domus Iſrael facit, vt p̄cul recedā à ſanctuario meo? Ingredere & videbis. Et ingreſſus, vidi, & ecce omnis ſimilitudo reptiliū, & animaliū abhominatio, & vniuerſa idola dom' Iſrael depicta erant in pariete in circuitu per totum. Cur ergo tāta auſteritate gētiū idololatriā abhominaris ò Iudęe, qui vniuerſæ eorum impietatis, & iniquitatis es particeps? Deum dices, docuerunt philoſophi gentiū, humana nō curare. Videnť ergo ex malitia ipſi peccaſſe: At nos ex fragilitate quidē peccauimus, ſed nihil tale de Deo ipſo cogitauimus vnq̄. Immo & cogitaſtis &
Ezec. 9. dixiſtis, Dereliquit dn̄s terrā, & in cęlis habitat. Philoſophi illi ſe ſe ſapiētes eſſe iactabāt: nōne & vos ſuperbia inaniq; gloria pares fuiſtis eis: dicētes, Sapiētes
Hier. 8. nos ſumus, & lex dn̄i nobiſcū eſt? Reli-
Rom. 1. cto naturę vſu, illi exarſerūt in cōcupi-
Tren. 4. ſcētijs ſuis. Vnde & de vobis non uerè dixit Hieremias, Maior effecta eſt iniq-
Ezec. 16. tas filiæ populi mei pcō Sodomę? Fabricaſtis. n. lupanaria in capite oīs viæ, abhominabilē feciſti decorē vr̄m, viciſtis Sodomā ſceleratius agentes. Quid itaq; eſt facinoris, quod æque ac Gētes vos ipſi, quos Deus populū ſibi fecerat peculiarē, nō p̄petraueritis? Hoc tm̄ diſcriminis inter Gentes & uos eſſe videť, quod Gētes apertè & palā, & peccabāt, & aliorum pcā probabant: Vos hipocri
Mat. 13. tę, ſanctitatis fuco, enormia queq; facinora palliare conſueuiſtis, tanq̄ ſepulchra dealbata, quę foris quidē pulchra videnť, intus aūt plena ſunt fętorib' & ſpurcitijs vniuerſis. Gētes apparent qd ſunt, ſuntq; quod apparēt. Iudęi mōſtris oībus monſtruoſiores, nec ſunt quod apparent, nec apparent quod ſunt. Gētiles cum mali & ſint, & videanť, uitari poſſunt: At Iudęi qui virus impietatis & iniquitatis, virtutis, & pietatis ſpecie, contegere ſtudent, quippe quos pl' angit inanis gloriæ cupido, q̄ odium pctōrum, & hoīum laus, q̄ Dei amor, eò pernitioſiores ſunt, quo plus piculi habet venenum q̄ gladius. Cū ergo Gētes excuſationem prætendere nequaq̄ valeant, ſi iudei clipeo aliquo ſe ſe tutari poſſunt, tu ipſe iudicato. Sequitur.

Scimus. n. quoniam iudicium Dei eſt ſecūdum veritatem in eos, qui talia agunt. Quo verbo rō reddiť, cur defendi nequaq̄ poſſint Iudęi coram Deo: quia ſcilicet Deus glorioſus, ſm̄ veritatem iudicat oēs homines. Diuinum nanq; iudiciū falli non poteſt, quo boni diſcernūtur à malis. oues abhedis, pie colētes ab hipocritis. Hoīum iudiciū non eſt ſecundum veritatē, quippe quia Homo uidet 1. Reg. 16
quæ foris patent, Deus aūt intueť cor. Poteſt ergo hipocrita fallere hoīem aliquoto tēpore, at Deum qui ſcrutať corda, & renes, non fallit, vel ſemel: Spiri- 1. Para 28
tuum. n. ponderator eſt dn̄s, inquit ſcri Prou. 16.
ptura ſacra. Nulla eſt larua quæ hoīem perſonare poſſit coram Deo. Veſtimenta ouium vident hoīes, plerumq; lupinam rabiē non vident. At Deus utrūq, videt: quin vt maius dicā, nō adeò ouis lupuſue, ſe ſe exactè cognoſcit & diiudicat, ſicut Deus uerè iudicium affert & de ouibus & de lupis. Oēs. n. motus, cogitationesq́ue mentium atque affectus cordium, & voluntatum cognoſcit apprimè, vt potè, quia intimior eſt cordibus nr̄is, q̄ noſipſi, & operatur in nobis cogitationes nr̄as, affectus nr̄os, omnesq́; motus, magis & immediatius, immediatione (vt aiunt) virtutis, q̄ nos ipſi. Si ergo nos ipſi eas cognoſcim', mul Ioan. 16.
to magis Deus. Vnde illud eſt, Opus ei Ioan. 2.
nō erat, vt quis teſtimoniū phiberet de Prou. 15.
hoīe. Ipſe. n. ſciebat quid eſſet in hoīe. Et in Prouerbijs. Infernus & pditio coram Deo, quanto magis corda filiorum hominum? Hinc quęrenti Prophetæ,
Prauum eſt cor hominis, & inſcrutabi- Hier. 17.
le, quis cognoſcet illud? Reſpōſum eſt. Ego dominus ſcrutans corda, & renes. Cuius rationem videť reddidiſſe

Pſaltes cū diceret. Qui finxit ſigillatim corda eorū, intelligit oīa opera eorum. Quo uerbo oſtēdit, proprium eſſe Dei, vt cogitatus nr̄os cognoſcat. Quare dęmonib⁹ nequaq̄ cōueniet: & ſi cū ſigna q̄dā ex aīo exprimunt̄ ī corpore, hoīm diſpoſitiones ēt voce non prolatas, ſed cogitatione tm̄ conceptas, tota facilitate perdiſcant, ſicut annotauit Auguſtinus in libro De Diuinatione demonū. Iā ergo habes, quid ſignificet ſm̄ veritatem iudicare Deū: Poteſt & fortaſſe intelligi *Secundum veritatem*. id eſt ſm̄ æquitatem. Hoīes nanq; in cauſis ēt optimè agnitis & perſpectis, interdum deficiūt ab æqtate iudicij, timore, amore, odio, muneribuſq; corrupti nōnunq̄, & miſericordia flectuntur à rigore iuſtitiæ. Frequēter punitur unus, alius euadit indemnis eiuſdem criminis conſors. Lōge ergo aliter tractantur res apud Deū q̄ apud mortales: non luditur cū Deo ſicut cum mundi huius hoībus. Deus iudicat ſicut eſt iudicandum, ſine vlla pſonarū exceptione, non neq; angelis
2. Pet. 2. pepercit, neq; hoībus parcet: Nemo itaque quātalibet dignitate ꝓpolleat, Rex, Cæſar, Pontifex, ſibi de impunitate blādiatur, humana iu dicia ſummę iſtę poteſtates non ſubeunt. Subibunt oēs vel inuitè iudiciū Dei. Ex dictis patet, q̄d Iudicium, vel iudicare hoc in loco, pōt & diſcretionē ſignificare, & condēnationem. Deus. n. uerè iudicat & diſcernit, & ſecundum æquitatem iudicat, id-
Pſ. 52. eſt condēnat. De iudicio diſcretionis & illud eſt. Iudica me de⁹, & diſcerne cām
Ioan. 3. meam. De iudicio condēnationis illud. Qui non credit, iam iudicatus eſt. Non
Ibidem. miſit Deus filium ſuū, vt iudicet mundum. Præter iudicium tn̄ diſcretionis, & cōdemnationis, eſt iudiciū approbationis. Sic. n. intelligit̄ Apoſtolos iudica
Matt. 19. turos eſſe orbē. Sedebitis ſuper ſedes duodecim, iudicātes duodecim tribus Iſrael. Eſt iudicium conparationis, q̄uo Niniuitę iudicabūt iudęos, & Sabęi. Iudæi nanq; illis cōparati, deteriores ap-
Matt. 12. parebūt. Viri Niniuitę, ſurgent in iudicio cū generatione iſta, & cōdēnabunt eā. Eſt & iudiciū diſceptationis & examinationis, quale erit iudiciū Dei vniuerſale, cum his qui Chr̄i fidē profeſſi fuerint, opera tn̄ non habuerint Chriſtianæ profeſſionis. Conſurgent gentes Ioel. 3.
in vallē Ioſaphat, & ibi ſedebo, vt iudicē gentes. Impij nanq; infideles *alibi*, non examinabunt̄. Vnde illud eſt. Nō Pſal. 1.
reſurgent impij in iudicio. Eſt, & iudicium diſcuſſionis proprię cōſcientiæ. Si noſmetipſos iudicaremus, nō utiq; 1. Cor. 11
iudicaremur. Poſtremo & temeritatis. Ioan. 7.
Nolite iudicare ſm̄ faciem. Itemq; cor Rom. 2.
rectionis. Tu quis es, q̄ iudicas alienū ſeruum? Inexcuſabilis es o homo oīs, qui iudicas. Puto ergo vos mentē Apoſtoli habere his in verbis. *Scimus, quoniā iudicium Dei eſt ſecundum veritatē in eos, qui talia agunt.* Si tu peccator, peccatorē tui ſimilē iudicas, quāto magis Deus iuſtus te iniuſtum diiudicabit, o ſatrapa? Opera non genus, diſquirit ops. Ne puta Iudęe propter genus Abrahami, tibi eſſe parcendum. Propterea addit.

Exiſtimas autem hoc o homo, qui iudicas eos, qui talia agunt & facis eadē. Quia tu effugies iudicium Dei? Id aūt molitur Paulus loco iſto. Gentilis ò Iudęe, tuū iudiciū effugere nō potuit, tu ne ergo diuinum effugies? Ille iniquus abs te iniquo eſt iudicatus, non ne iniqu ambo ab æquiſſimo iudice iudicabimini? Tu ex iniquitate illū iudicaſti, Deus qui iu Pſal. 9.
dicat orbē terræ in iuſtitia & æquitate, te non iudicabit? Tu Gentilē iudicans, teipſum cōdēnas vel inuitus. In aliū. n. calculum ferēs tuę ſn̄iæ & iudicij, tibi ipſi neſcius defenſionē oēm ꝑcidis. Vnde Deus, cuius oculis oīa nuda ſunt & Heb. 4.
aperta, te tuo iudicio diuini iudicij reū, abſoluet, probabit, collaudabit? O q̄ vana ſpe tibi adblādiris miſelle, ſi hoc exiſtimas. An quia dictū eſt, Beata gēs, cu- Pſal. 32.
ius eſt dn̄s Deus eius, arbitraris iudęorū, ſontes & inſontes pro immēſa illius mīa fore abſoluēdos; Gētes, *alibi* vnice condēnandas quas repudiaſſe tot ſeculis videbat̄ ob idololatriā? Nos, nos q̄ ſpūm Dei habemus. (puto. n. quod & 1. Cor. 7.
ego ſpm̄ Dei habeā,) ſcimus, citra oēm 1 Tim. 1.
dubitationē. (Noſtra. n. fides, oī ſciētia certior eſt. Scio cui credidi & cert⁹ ſū,) q̄m iudicabit Deus oēs qui malē fu erit operati, vel Iudęos, vel Gētiles. nulla habita pſonarū rōne. Nemo eſt, qui de ma Iob. 10.
nu ſua poſſit eruere. Nō ne auditis Da- Pſ. 138.
uidem.

2.Cor.5. uidem? Quo ibo à ſpũ tuo? & quo a facie tua fugiã? Oẽs, oẽs nos manifeſtari oportet ante tribunal Dei, vt recipiat vnuſquiſq; prout geſſit, ſiue bonũ, ſiue malũ. *An diuitias illas bonitatis eius & patientiæ, & longanimitatis contẽnis?* Vnde qa vides hoc in ſeculo neq̃, impios aduerſus iuſtos pualere, augeri potẽtia, honoribus affici, opinaris Deũ nõ curare res humanas, oĩa caſu euenire, fato regi or bẽ non prouidẽtia, nulla hoĩm culpa irritari aut exacerbari Deũ? Curat, curat humana queque Deus, de quo ſcriptũ
Luc.12. eſt. Nõne quinq; paſſeres ueneũt dipõdio, & unus illorũ non eſt in obliuione corã Deo? Odit Deus pcã hoĩm improborũ, & nunq̃ dimittit ea impunita: At diſſimulat interdũ ꝑpter pnĩam, adeò, vt dormire videat, ſed vigili cura patiẽ-
2. Petr.3. ter agit, nolens aliquẽ perire, ſed oẽs ad pnĩam reuerti, vt inquit Petrus. Differt pœnas, non prorſus donat, expectat inſtar agricolę (inquit Iacobus) patienter
Iac 5. ferẽs, vt accipiat fructũ temporaneũ & ſerotinũ. At vti bonus eſt in expectãdo, ita & iuſtus eſt in puniendo. Noli adeò diuinæ mĩæ fidere, vt iuſtitiã nõ interdum conſideres. Diuina patiẽtia mẽſuram habet, tranſacta illa, non prorogat, ſed grauiſſimè leſę maieſtatis reus, qui tanta longanimitate patiẽtia & bonita-
Pſ.74. te abuſus fuerit, mulctabit. Cum accepero tempus, (inquit) ego iuſtitias iudicabo: qui ampliſſimo illo theſauro, opulẽtijs illis inenarrabilibus diuinę mĩæ, locupletari noluerit. (Diues eſt.n. Deus in mia, ſuper oẽs qui inuocant illum.) De theſauro alio iræ & furoris ſtipẽdia pcõrũ accipiet, æternã mortẽ. Ita fit, ut
Rom 10 illud impleat. Impius, cum in profun-
Prou 18. dum peccatorũ venerit, Deo illum diutius q̃ ip'e mereat expectante, accepta occaſione contemnit; ſeducit per Dei patientiã, improbi ſerui inſtar, qui ſi nõ aſſiduè pungit & percutitur, inſoleſcit, ſecundũ quod ſcribit. Dedi illi tempus
Apo.2. vt pęniteret, & noluit pęnitere à forni-
Iob.24. catione ſua. Et alibi. Dedit ei Deus locũ pęnitentiæ, & ille abutit eo in ſuperbiã: ſequitur tãdem eum opprobriũ, & ignominia. Quantũ.n. in delitijs fuit, &
Apoc.18. quantum glorificauit ſe, tm̃ date ei tormentũ & luctũ. Vt tandem dicere cõpellat atrocitate pęnarũ. Mutatus es mihi in crudelẽ, & in duritia manus tuæ Iob 30.
aduerſaris mihi. Rectè aũt *diuitias* nominat, *& illas diuitias* per ἐμφασιν, *diuinæ bonitatis.* Rogo.n. quę opes maiores, quis theſaurus æque immẽſius, ac ille nunq̃ exhauriẽdus? Primo.n. doctrinæ rorem. Pluit ſup iuſtos & iniuſtos. Matt.5.
& ſolẽ ſuę grãæ oriri facit, ſup bonos & Ioel.2.
malos. Secundo. Hortat, vt reſipiſcant oẽs. Conuertimini ad me in toto corde vřo. Reuertere, reuertere ſunami- Cant.6.
tis, & ego ſuſcipiã te. Tertio, tẽpus elar- Apoc.2.
git ad pęnitentiam. Dedi illi tẽps, vt Eſa.30.
pnĩam ageret. Quarto, diutius expectat vt pęniteam. Expectat dñs, vt miſereatur nři. Quinto, ne grauius dilabamur, Pſ.117.
manu tenet. Impulſus euerſus ſum, vt caderẽ, & dñs ſuſcepit me. Sexto. Nos quaſi dormiẽtes luce ſua excitat, & expergiſci facit. Deus illuxit in cordibus Ibidem.
nřis. Surge q dormis, & illuminabit te Eph.5.
Chřs. Septimo. Cõtinenter pulſat aĩæ Apo.3.
nřæ fores. Ego ſto ad oſtium & pulſo. Octauo. dęmonis arcet rabiẽ & ĩpetũ, ne dicere poſſit, Prçualui aduerſus eos. Pſ.12.
Nocte & die ſeruo eam, ne forte uiſitet Eſa.17.
contra eam. Nono. Eos qui grauiſſimẽ deliquerunt reu ertentes, demum inter ampliſſimos miſericordiæ ſinus amplectitur & ſuſcipit. Vulgo dr. Si dimiſerit Hier.3.
vir vxorem ſuam, & recedẽs ab eo duxerit virũ alterũ, nunquid reuertet ad eam vltra? Tu aũt fornicata es cũ amatoribus multis, tñ reuertere ad me dicit dñs, & egõ ſuſcipiã te. O incomparabilẽ ergo theſaurũ diuinę bonitatis. Sed, ò ingratiſſimos, qui tãta abutunt bonitate. *Ignorans quoniã benignitas Dei ad pœnitentiam te adducit?* O improbẽ, vt peccare aliquãdo, turpitudine peccati nauſeatus, deſiſtas, diutius te expectat, & diſſimulat peccata tua Deus optimus maximus: at tu liberius peccas: Ex medicina ergo tibi morbũ cõficis: erit.n. vindicta crudelior, quò ingratè & impiè tanta benignitate abuſus fueris. Ita diuina patientia atque benignitas, ſuapte natura eſt cauſa ſalutis, abutentib⁹ atque ſpernentibus, occaſio eſt maioris ſupplicij. Si enim & hoĩes qui in ſublimẽ ſunt conſtituti, aliquoto tẽpore, ſubditos ſolent expectare peccantes, quo

ipſi ſua eorũ patientia, quaſi muto eloquio intelligat ſe ſe ad reſipiſcentiã vocari. Humanũ nanq; eſt peccare, & humanum item pro erratis qñq; pœnitere: Quid mirũ ſi & Deus, qui nemini ſalutẽ inuidit vnq̃, ſed oẽs vult ſaluatos fieri, ſpatiũ tẽporis indulget, quo pctõres poſſint pñiam agere & expiari? Si.n. ſtatim puniret, nemo hacten⁹ remãſiſſet, nec Petrũ, nec Paulũ, Apoſtolorũ coripheos & vertices, eccleſia haberet. Et
Pſa. 24. cũ ſcriptũ ſit. Septies in die cadit iuſtus, nemo ex iniuſto iuſtus fieret, ſi nõ aliquoto tẽpore vellet ſubſtinere peccantes. Sed nimis valde expectat, dicetis. Vobis lõgior hæc mora vr̃ q̃ diuinã vr̃o iudicio deceat æquitatem, quia breues
Iob. 14. admodũ dies hoĩs ſunt. Vnde ſi expectet improbũ decem annis, exiſtimatis infinito tẽpore illius improbã vitã tolle-
Pſ. 89. rari abs Deo. At apud Deũ mille anni tanq̃ dies heſterna q̃ preterijt. Illi ergo parũ, eſt ſi ẽt in oĩ vita, ad horã vſq; efflandæ animæ, differat improbi alicui⁹ flagellum, atq; vltionẽ. Ne ergo culpate Dei patientiã, culpate hoĩum in uerecundiam atq; impœnitentiã. Cur homũtio hac diuina patiẽtia inuitatus, teipſum non corrigis, negligis aũt qm̃ non ſtatim pro meritis dediſti pœnas? Hinc maximè trepidare oportet, nõ confidere: qm̃ poſt dilationem ſupplicij, niſi reſipueris, non modo dilatio illa diuinæ tollerantiæ, tibi ad irã Dei euadendam non conducet, ſed maioribus atq; atrocioribus tormẽtis eius occaſione, iuſtiſſimo illo itemq; tremendo Dei iudicio mulctabere. Nullã.n. ignorationis excuſationem adducere poteris, quippe q̃a optimè noſti, tẽpus hoc vitæ non prorogari, vt pecces magis, ac magis, ſed vt reſipiſcas, & cõuertaris ad dñm. Contẽptor es itaq; nõ ignorans: durus es, nõ inſcius: obſtinatus nõ cæcus. O Iudei, uos conuenio: Vos ipſi filium Dei pro vobis incarnatum occidiſtis. Quę culpa grauior excogitari põt? Pijſſimus tñ omnium pater, cum vos exterminare, ad nihilum redigere poſſet, tanta nihilominus miſericordia vos ſubſtinet, tolleratq;. Ne quæſo diuinã illam bonitatem contẽnite. Manet enim vobis ira maior. Te tarditas ſupplicij grauitate compenſabitur, niſi reſipueritis. Ecce quod ſequitur.

Secundũ duritiam aũt tuam, & impœnitens cor, theſaurizas tibi iram. Sic apud Eſaiam legimus, morã.n. faciente domino, increduli & illuſores inſultabant nuncijs, qui eum cito venturum, dicebant, Manda, remanda, expecta, reexpecta, modicum ibi, modicum ibi. Quę aũt pœna improbos hoſce incredulos, & contumaces ſequuta ſit, non tacuit Dei Vates. Erit (inquit) verbum domini, vt vadant & cadant retrorſum, & Eſa. 28.
conterant, & illaqueantur, & capiant. Vadũt enim retrorſum huiuſmodi impœnitentes, & duri corde ad credendum iudicium domini venturi in maieſtate, quia apoſtatant à fide. Cadunt in ſexcentã flagitia: illaqueantur mortiferis ſcelerum delectationibus, vel quadã penè inextricabili peccandi neceſſitate, vt nec velint, nec poſſint pœnitere, alligati cathena ferrea cõſuetudinis vitioſæ. capiuntur morte improuiſa & ſubitanea, conteruntúrque demum æterna damnatione. Pulchrè enim Eccl. 9.
ſcriptum eſt, Neſcit homo finem ſuũ, ſed ſicut piſces capiũtur hamo, & aues laqueis, ſic homines in tempore malo, cum eis ex templo ſuperuenerit. Expectemus igitur omnes dominum, quaſi citiſſimè venturum ad iudicium: & quamuis non feſtinet, ſed differat aduentum ſuum, pro dilatione huius aduentus, nõ tepeſcat fides, nec eſtuat patiẽtia. Verũ in Iudęos hęc verba aptius dici pñt, *Secundũ duritiam tuam, & impœnitens cor tuum, theſaurizas tibi iram.* Ipſorum enim eſt, propria cordis duri- Exo. 34.
ties. Vnde Deus toties dicebat. Populus hic, eſt dura ceruice. Intelligis autem verba Pauli *ſecundum duritiam tuam?* Cordis mollities ex Deo eſt. Deus emolliuit cor meum, inquit Pſaltes. Et Dominus. Auferam ab Pſ. 21.
eis cor lapideum, & dabo eis cor carneum: At durities eſt ex nobis. Ezech. 36
Legimus enim in Euangelio. Appa- Mar. 16.
ruit Ieſus vndecim diſcipulis recumbentibus, & exprobrauit incredulitatem eorum & duritiam cordis. Vt quid homini, exprobraſſet quod non feciſſet homo, Sed Deus? Noſtra, noſtra

Hier. 5. ſtra eſt, & ex nobis ipſa durities. In-
durauerunt (inquit) facies ſuas ſupra
petram, & noluerunt reuerti. Nota ver
bum, noluerunt. Hinc Propheta. No-
Pſ. 94. lite obdurare corda vr̃a. Propterea &
Stephanus, verè martirum ςεφανος, hoc
Act. 7. eſt corona, cõſtanter arguebat Iudęos,
quod duræ ceruicis eſſent, ſpũiq; ſan-
cto obſtinato corde reſtitiſſent. Ipſe
Eſa. 48. quoq; Deus. Scio quia durus es tu, &
neruus ferreus ceruix tua. De Pharao-
xod. 8. ne quoq; legimus. Aggrauauit Pharao
cor ſuum. O uerbũ apertiſſimũ. Non
citra myſterium itaq; ait Paulus. *Secun-*
Eccl. 3. *dum duritiam tuam*. Cor durum nanq;,
malè habebit in nouiſſimo, inquit Sa-
piens. Quod haud dubiè indignum di
uina iuſtitia uideretur, ſi à Deo eſſet, &
non ab hoïe hęc ipſa cordis pernicacia,
atque durities. Addit aũt, *Et impœni-*
2. Tim. 2. *tens cor tuum*. Pęnitentia à Deo eſt. Ne
q̃n det illis Deus pęnitentiam, & reſipi
ſcant à diaboli laqueis, à quo captiui te
Hier. 31. nentur. Poſtq̃ conuertiſti me, egi pęni
tentiam, & percuſſi fęmur meũ. At im-
Apoc 2. pœnitentia ex nobis eſt. Noluit (inqt)
Iob. 24. pœnitere à fornicatione ſua. Dedit il-
li Deus locum pęnitentię, & ille abuti-
tur eo in ſuperbiam. *Theſaurizas tibi*
iram. ideſt accumulas, coaceruas. Non
ergo Deus nos fecit vaſa iræ, ex nobis
ipſis, nos ipſi efficimur diuina vltione,
atq; ira digniſſimi: adeò vt idem noſter
2. Tim. 2. Apoſtolus dixerit. Si quis emũdauerit
ſe à vitijs, erit uas ſanctificatum dño,
vtile ad omne opus bonum paratum.
Ex Deo eſt, vt ſimus uaſa honoris: at ex
nobis, vt ſimus vaſa contumeliæ. Siqui-
Pſ. 83. dem gratia ex Deo eſt. Grãm & gloriã
dabit dñs. At ira & vltio prouocatur à
nobis. Propterea dicit dñs improbis in
Eſa. 50. Eſaia. Ambulate in flammis, quas ipſi
ſuccendiſtis vobis. At hic eſt ſolennis
difficultas. Quãquam durities ex Deo
non ſit, neque impęnitentia, neque ira:
ſi pęnitẽtia, mollities, gratia, ex Deo eſt,
ſequitur, vt nequaquã homini ſit impu
tandum, ſi mollitiem cordis non habet;
ſi non pęnitet peccatorum. Nanq; hęc
ſunt dona Dei, nulli autem de iure im-
putari poteſt, ſi id non habet, quod ha
bere ex ſe nequaquã potuit. Quid ad
Ephe. 2 hoc? Immo debet imputari. Nanq; &
Bit. ad Rom.

fides dei donum eſt, inquit Paulus. &
tñ imputatur ad culpam non habenti:
Qui incredulus eſt filio, non videbit ui Ioan. 3.
tam, ſed ira dei manet ſuper eũ. Id eſt,
quod ego impugno, dices: Nam neque
hoc vr̃ iuſtè imputari, q̃m nõ ex nobis,
ſed ex Deo dependet. Cauſam q̃ro, cur
iuſtè imputatᷣ? Reſpondeo itaq;, & aſſi-
gno cauſam. Licet nos gratiã mollificã
tem, conuertentemq; ad pęnitentiam
ſalutarem, ex nobis habere nequaquã
poſſimus, nr̃o tñ libero arbitrio, poſſu-
mus nos ipſos impedire, quin eam reci
piamus, ſi illam Deus dare voluerit. Dr̃
enim de quibuſdam in libro Iobi. Dixe
runt Deo, recede à nobis, viam ſcientia Iob. 21.
rum tuarũ nolumus. Et iterum. Ipſi Iob. 24.
fuerũt rebelles lumini. Magna ergo ra
tione, nobis imputatur, ſi nõ conuerti-
mur, ſi non emollimur, qui cõuertenti,
emollientiq; Deo, impedimenta præſta
mus. Nemo. n. eſt, quem Deus auerſum
non cõuertat, quem non emolliat du-
rũ, niſi ipſe pertinaciſſimè, ſuo libero ar
bitrio reſiſtat. Nullus eſt hic excuſatio-
nis locus. Sole. n. mundum illuminan-
te, meritò imputatᷣ illi, qui claudit ocu-
los ſi nõ uideat, & nõ uidẽdo in foueã
cadat, uel demergatᷣ, q̃q̃ videre nõ poſ-
ſet, niſi lumine ſolari p̃uentus. Tale q̃d
hic eſt. Et ſi. n. à deo ſit mollities cordiũ,
ex Deo tñ non eſt, quin illã oẽs habeãt,
ſed ex eorum vitio, qui uolũtariè reſi-
ſtũt, conantes in contrariũ. Ne ergo di-
cas, molleſcere nequeo, tm̃ ne dureſcas,
& emollieris: Si obduruiſti, nõ dico ti-
bi, age vt emolliaris: ſed ne agas, ne relu
cteris, ne reſiſtas, patere, vt ĩ te agat deꝰ,
& emolliet te, operabitᷣ in te velle & p̃fi
cere: auferet duritiã oẽm, modo nõ eiꝰ
actioni, reſiſtere adnitaris pro virili. Ne-
dũ. n. paratus eſt Deꝰ, tibi ſua dona elar-
giri, ſed & ad ea accipiẽda inſtigat, mo-
uet, pulſat: tm̃ ne ſpernas, ne repudies,
ne agas in diuersũ, ne diſſentias, ne no
uo pcõ illũ irritare uelis, q̃eſce agere p̃-
uersè, & eris particeps grẽ eius. Hic aũt
anteq̃ ulterius p̃grediamur, multa ope
prætiũ eſt declarare. Primũ, quid ſit ira
Dei. Secundũ, quid cordis durities. Et
q̃m de Iudicio hoĩm, pleraq; dixit Apo-
ſtolus in eos ĩuectus, qui cũ eadẽ agant
quę iudicãt, à iudicio tñ non deſiſtunt.

Tertio loco videndũ eſt, q̃uo ſe ipſos illi
condẽnent, qui vitium arguũt quo pol-
luti ſunt. Nanq; cum ad fraternæ cor-
rectionis præceptum ſinguli teneãtur,
condemnet autem ſeipſum, & peccet,
qui peccatum aliquod repræhenſurus,
illo ipſo non careat: videtur homo
peccator pplexus eſſe, adeo vt neſciat,
quid eum agere oporteat, quoniã com-
mittit ſi corrigat, ſi non corrigat ommit
tit, peccatum ergo cauere non poteſt:
Anguſtiæ ſunt illi vndiq;. Eademq; diffi
cultas vrgere videtur de his, quibus ex
munere iudicare conuenit, punire, at-
que corrigere delinquentes, Principi-
bus, Epiſcopis, patribus, iudicibus om-
nibus. Eſt & quarto videndum. Num
aliquis de ſeipſo, poſſit exacto iudicio
veram proferre ſententiam, an bonus
ſit, vel malus: quoniam dictum eſt, diui
num iudicium duntaxat, eſſe ſecundũ
veritatem: quia etiam additum fuit Iu
dicium hominum fallax eſſe, hac ratio-
1.Re.16. ne, quia homo videt tantum quæ foris
patent. Queri poteſt quinto loco, Nũ
dubia quæ ex exterioribus contingere
poſſunt, quę ſcilicet non conſtat, an bo-
no, vel malo modo fiant, ſemper in me-
liorem partem hominum iudicio ſint
Mich.7. interpretanda? Quo ad Primum, Deũ
Exo.15. iraſci, tropus eſt, & in ſacris literis cre-
berrimus. Iram domini portabo, quo-
niam peccaui ei. Miſiſti iram tuã quæ
deuorauit eos ſicut ſtipulam. Domine
ne in furore tuo arguas me, neque in
Pſal.6. ira tua corripias me. Fundamenta mõ
Pſal 17. tium conturbata ſunt, commota ſunt,
quoniam iratus eſt eis. Deus enim glo-
rioſus, nec fuerit, nec iraſcit, quoniã cũ
Sap.12. tranquillitate iudicat, vt dicitur in ſa-
cris literis. Vnde in libro Iudith legi-
mus. Deus ſicut homo non mutabitur,
Iudith.8. nec ſicut filius hominis ad iracundiam
concitabitur. At iraſci dicitur cũ pu-
nit, cum vlciſcitur, cum caſtigat, meta-
phora quadam, quod qui iraſcitur, vin-
dictam ſitiat. Eſt enim ira, ſanguinis ac-
cenſio ex appetitu vindictæ. Omnes.n.
transferentes, ſecundum aliquam ſimi-
litudinem transferunt. Nimirum au
tem, ſi in ſacra ſcriptura tropi iſti & me-
taphoræ vſitantur, vt dicatur Deum ira
ſci, dolere, pęnitere, miſereri, gaudere:
cum tamen adeo hi affectus abſint à di-
uina illa maieſtate, vt plus abeſſe non
poſſint. Quoniam hiſce vocibus per-
terrentur reprobæ mentes, & pia cor-
da compunguntur. Quo ad ſecundũ.
Durum & molle proprietates ſunt, cor-
porum. Durities nanque eſt potẽtia
non bene patiendi: mollities contra,
bene patiendi poteſtas eſt. Transferũ-
tur autem ad animam, quæ nomine cor
dis exprimitur, tropo quodam. Sicut
enim durum eſſe ferrum dicimus, quia
non cedit agenti, vel non facilè cedit,
contra, ceram mollem, quia cedit & fa-
cilè, ita animam illam duram dicimus,
quæ Dei bonitate ducta non lenitur,
nec pœnæ formidine cõcuſſa flectitur.
Ita cor durum propriè, eſt animus ere-
ctus, ſuperbus, ſecurus, qui audaciſſi-
mè omnia præſumit, neque iram, neq;
iudicium Dei metuit, vt à malo propo-
ſito dimoueatur. Quid durius dicite
excogitari poteſt? Vis enim illa diuina
omni malleo potentior, tangit, percu-
tit animam, & tamen anima non ce-
dit. Sed ſicut incus reſiſtit malleatori.
Contra mollis eſt anima, quæ diuinis
imprẹſſionibus facile cedit, & quo deo
placet, vertitur vltrò: Vnde & transferẽ
tes, duram animam, lapideam appella-
mus, & mollem carneam: quod lapis
inflexibilis ſit, caro verò facilè pro libi-
to huc illucque uertatur. Quod ſi ita
eſt, optimè liquet, duritiem ex nobis eſ-
ſe non ex Deo, quoniam Deus omnia
trahit & conuertit ad ſeipſum, vt ſu-
pra dicebamus: duritiæ autem auerti-
mur abs Deo, & peccatis inhæremus.
Non infitior tamen, quin deſerendo,
vel non impediendo, iuſto ſuo iudicio
indurare dicatur, ſicut & excæcarẽ &
obſcurare, quãquam ipſe ſit lux illa vera
quæ illuminat omnem hominem ve- Ioan.1.
nientem in hunc mundum: ſicut Sol eſt
cauſa illuminationis oĩum corporum.
Debes enim ſcire, quod Sol naturali
quadam neceſſitate lucet & illuminat,
At Deus benedictus, Sol ille ſpiritua-
lis, neceſſario quidem ſibi ipſi lucet, at
voluntariè nos illuminat, ſecundum
ordinem ſuæ ſapientiè. Omnia enim
in ſapientia fecit. Vnde ſcribitur. Pſal.103.
Deus operatur omnia ſecundum conſi
lium

filium voluntatis ſuæ. Sol itaque non ſuo iudicio agit, vt lumen interius nō immittat, cum feneſtræ domus occluſæ fuerint, neceſſario id accidit, vt nō immittat, nec uolente, nec nolente, nec non volente, nec non nolente Sole, nō immittit quidem, at nec poteſt immittere. Non itaque ſol dici poteſt obſcurare domum illam, ſed cauſa obſcuritatis ſolus ille eſt, qui feneſtras occluſit. Deus autem proprio iudicio in eas animas, in quibus obſtaculum reperit, lumen gratiæ, non immittit. Nedū ergo ille, qui obicem poſuit diuino lumini, ſe ſe luce priuauit, ſed & Deus, qui obicem ponenti illi gratiam elargiri noluit, pro ſua ipſius culpa dici poteſt, illnm in tenebris reliquiſſe, & gratiam ſubtraxiſſe, quia poterat etiam rebellē commutare voluntatem, & emollire cor durū. Et hic eſt modus, quo Deus excæcationis intellect⁹, duritiei cordis, & ſurditatis aurium cauſa eſt. Hæc em̄ diſtinguuntur ſecundum multiplices effectus, qui ex diuina gratia proficiſcūtur. Nam dono ſapientiæ intellectum illuſtrat, igneque charitatis ſanctiſſimæ emollit affectum. Ad cognitionem autem intellectus, maximè duo hi ſenſus deſeruire uidentur, viſus, & auditus. Viſus quidem, quo ad inuentionem. Is enim plures rerum differentias demonſtrat, & certius. Auditus, quo ad diſciplinam, quia verbis nr̄i conceptus indicantur. Propterea quo ad viſum, dicitur excæcare, quo ad auditum, aggrauare, quo ad affectum, indurare: vt intelligas ſemper motum animi noſtri, peccato q̄ pertinaciter inhærentis, & à Deo auerſi, iram Dei præcedere: quaſit, vt ſubtracta gratia pro demeritis, mens non illuminetur diuinitus ad rectè videndum, nec cor emolliatur ad piè, ſanctèque viuendum. Quo ad hoc autem, dicta ſufficiant.

Ad difficultatem tertiam, reſpondēdum eſt, hoc pacto. Neſcio enim ego uidere, cur perplexus ſit, qui aliū eſt correcturus, ſi eodem et crimine ipſe fuerit illigatus. Debet enim peccatū proprium dimittere, atq; pęnitere primū, & deinde alienū corrigere, iuxta Chri- ſti verbum. Eijce primum trabem de oculo tuo, & tunc videbis eijcere feſtucam de oculo fratris tui. (Mat. 7.) Quo ad mentem Apoſtoli tamen, & veritatem, caue ne credas, corrigentem alium atq; iudicantem, eademque agentem quæ iudicat & corrigit, peccare ſemper: Cum enim ſcriptum ſit. Si dixerimus quia peccatum non habemus, ipſi nos ſeducimus, & veritas in nobis non eſt: (1. Ioan. 1.) Nemo eſſet ferè, qui citra culpam poſſet corrigere delinquentem. Adde, quod qui peccato mortali tenetur, abſtinere non debet ab eleemoſina, propter peccatum: neque enim peccat erogando pauperibus, licet in peccato exiſtat, quicquid hæretici dicant, aſſerētes, omnia peccatoris opera, peccata eſſe. Eò ergo minus videtur peccare corrigendo, quò plus vtilitatis & neceſſitatis habet ſpiritualis eleęmoſina, quàm corporalis. Nō ergo id molitur Paulus cum dicit. *In quo alterum iudicas, teipſum condemnas.* Vt ſit ſenſus. Tibi ipſi damnationem acquiris, vel accumulas. Nam non ſibi damnationem acquirit, ſi eſt in minori peccato, & arguit de maiori: ſi eſt in occulto & arguit de publico. Neque etiam (vt maius dicam) ſi eſt in publico, & arguat non contemnens, aut obiurgans, ſed ſimul congemiſcens, hortanſque, vt cum eo pęnitere uelit. Sicut optime tetigit diuus Auguſtinus, in libro de ſermone domini in monte. Nanque, cum homo diligere teneatur proximum ſicut ſeipſum, ita tenetur aliena peccata corrigere, & contra ea iraſci, atque excandeſcere, ac ſi ſua eſſent, vt docuit Diu⁹ Gregorius, in quinto Moralium. Cum ergo peccatum non tollat omnino iudicium rationis rectum, licet diminuat, poteſt peccator alium peccatorem corrigere. Nam correctio delinquentis, attinet nobis quatenus uiget aliquomodo rectū rationis iudicium in intellectu. Apoſtolus ergo hoc vnicè aſtruere intēdit. In quo alterum iudicamus, eadem tamen agentes, nos ipſos condemnare. ideſt nos ipſos condemnatione dignos pronunciare, & contra nos ipſos ſententiam ferre. Propria enim conſciētia oſtendit nos condemnabiles eſſe, atque reos & inexcuſabiles à licentia

peccandi, cum peccatum proximi corripimus, proprium negligentes, vel diſſimulantes: & ſi corripientis culpa illi qui corripitur innotuit, etiam in conſcientia illius, corripiens condemnatione dignus cenſetur, atque meritò iudicatur. Quare, & ſcandalum illi parit ipſa eius correctio: quandoquidem occaſionem præbet, vt credat non ex charitate illum arguere, ne pereat. (Veriſimile ſiquidem eſt, vt primum propriæ ſalutis quiſque ſit ſtudioſus quàm alienæ) ſed ex oſtentatione tantum, vt laudes aucupetur ab hominibus: & ꝑpter hoc indigna, & indebita videtur eſſe publici peccatoris correctio, atque etiã prædicatio. Cuius enim uita deſpicitur, reſtat vt eius prædicatio contemnatur. Addo tamen. Quod ſi auſtera ſeueritate peccator, aliena peccata diiudicet, quaſi ſua facinora non recognoſcens, quibus pollutus eſt, velitq; teneri iuſtus, & in corde ſuo ſe ſe proximo præferat, nedum damnationis ſententiam contra ſeipſum pronunciat, ſed etiam nouo peccato, æternum ſibi acquirit interitũ, atque iudicium.

Vtrum verò in actionibus proximi, dubia in meliorem partem ſint interꝑtanda, quod vltimo quærebatur, ſolutio huius clara eſt ex Apoſtolo infra. Is qui manducat, non manducantem non ſpernat: Et qui non manducat, manducantem non iudicet. Nemo enim debet alium contemnere: male autẽ opinari de aliquo citra cogentem cauſam, eſt contemnere illum. Niſi ergo manifeſta adſint iudicia, quæ nos in diuerſum trahant, debemus de omnibus bene ſentire. Et proculdubio mihi uidetur, quod facile interprætari in malum ea quæ bono animo fieri poſſunt & malo, vel ex nobis eſt, quia mali ſumus, & noſtræ malitiæ conſcij, alios omnes exiſtimamus malos eſſe: Iuxta illud. In via ſtultus ambulans, cum ipſe ſit inſipiẽs, omnes exiſtimat ſtultos: Aut quia male afficimur proximis noſtris. Qui enim aliquẽ odit, quicquid ille agat, torquebit in ſiniſtram partem. Tantum abeſt, vt dubia interprætentur in melius. Chriſtiana ergo charitas exigit, vt ambigua omnia in meliorem partem interprætemur, ſaltem negatiuẽ, hoc eſt non in deteriorem. Ita enim loqui uidetur Apoſtolus. Non dicit, Is qui non manducat, manducantem laudet, qui manducat non manducantem extollat. Sed non ſpernat, non iudicet, ſententiã ſuſpendat, ne ſit præceps in iudicando, O temerarij audite ſi qui eſtis. Itaquoq; chriſtiana lex exigit, vt ſaltem negatiuẽ omnes homines iudicem9 eſſe bonos, niſi in contrarium manifeſtiſſima euidentique ratione trahamur. Tunc. n. honorabiles nobis habent, cum iudicantur boni, contemptibiles cũ ſecus. Quod ſi dicas. Proni ſunt ſenſus hominis ad malum ab adoleſcentia ſua. vt dr̃ in libro Geneſeos. ergo potius in malam partem, interpretari debemus, quæ dubia ſunt, vt rarius in iudicando fallamur. Stultorum enim infinitus eſt numerus. Hoc clipeo muniunt ſe ſe ſuſpitioſi, qui leuiſſimis quibuſque inditijs, male ſentiunt de omnibus: ſenes potiſſimum, qui longa experiẽtia, multorum hominum agnouerunt defect9, adeò vt vix benè ſentiant de aliquo. Sed ego dico tibi, multo melius eſſe, vt aliquis frequenter fallatur, bene ſentiens etiam de improbis hominibus, quàm rarius malè ſentiens de vno tantum homine. Nam qui bene ſentit de omnibus, nemini eſt iniurioſus: At qui de vno duntaxat temere male opinatur, illi vni iniuriam iam fecit in corde ſuo. Dices fortè, ſibi iniurioſus eſt qui frequenter bene opinatur, quoniam ſeipſum fallit in iudicando: Peius eſt autẽ nocere ſibi quàm alteri. O pium errorem. O ſacram iniuriam. Melius eſt habere affectum rectum, quàm intellectum verum. Minus ergo malũ eſt falli intellectum, quàm corrumpi affectum. Non poſſum male opinari de aliquo citra cauſam, niſi affectu corrupto: ſi ergo ſit falſitas in intellectu, modo non ſit obliquitas in affectu, parum refert chriſtiano viro. Sed & hoc ſcias (Docte) neque in intellectu eſſe falſitatem, dum bene iudicamus de improbo quopiam, q̃n non planè conſtat illum eſſe improbũ, verus eſt intellectus non falſus, dum rectus affectus eſt: At non verus vt ſpeculatiuus, ſed vt operatiu9:

non

[Margin notes: Gen. 8. — Eccl. 2. — Rom. 14. — Eccl. 10.]

non vt cognoſcens, ſed ut dirigens in
operationem. Nam cum cognoſcit,
& iudicat illum eſſe bonum qui reuera
malus eſt, falſa quidem eſt cognitio, fal-
ſumque iudicium. At cognitio hæc, iu-
dicium hoc, facit intellectum dirigere
in opus conformiter ad appetitum re-
ctum: atque propterea vt dirigentur eſ-
ſe verum. Alia eſt enim veritas intel-
lectus, vt cognoſcat ex conformitate, ſci
licet ad rem cognitam: Ab eo quod res
eſt vel non eſt, oratio dicitur uera vel
falſa. Et alia, vt dirigit per conformitatē
ad appetitum rectum, ſicut in Ethicis
declaratur. In moralibus autē, quam
quæſo ueritatem requirere oportet in-
tellectus, niſi vt practicus eſt, & diri-
git in operationem? Vt ergo verus ſit,
bene de omnibus ſentiamus, & iudice-
mus modo dicto, negatiuè. Neq; enim
tenemur ad iudicium ſemper, dum oc-
currit ambiguum quid in bonū; quan-
doquidem nec ad iudicandum ſuſpen-
dere poſſumus iudicium: at ſi iudican-
dum eſt poſitiue, in bonam partē dubia
omnia interpretāda ſunt. Hac regula,
nec obliquitas erit in affectu, nec falſi-
tas in intellectu.

Ad illud autē quod quærebamus de
fallaci hominum iudicio. Certè illud
mihi placet, vt dicatur, neminem poſſe
de ſeipſo ratum afferre iudicium: quo-
niam tota hominis, vita mutationi ſub-
iacet: cadit ille, ſurgit iſte. Iacob fit Eſau.
Eſau Iacob, olea in oleaſtrum mutatur:
migrat ouis in lupum, lupus in ouē.
O quāta uarietas. Quis ergo etiam de ſe
Eccl. 9. ipſo poteſt rectè iudicare? Neſcit ho-
mo, (inquit Salomon) vtrum amore vel
odio dignus ſit, ſed omnia in futurum
ſeruantur incerta. At Deus glorioſus,
mutationes omnes immutabiliter vi-
det: quippe quia illi præſentiſſima ſunt
omnia. Ille ego ſolus iudicare poteſt
ſecundū veritatem. Sed ne videamur
euadere, dico quod neque ſecundum
præſentem iuſtitiæ ſtatum, homo de ſe
ipſo poteſt rectè iudicare quod bonus
ſit. Nonnullis experimentis, vtiq; cō-
ijcere quiſq; poteſt, ſe ſe in Dei gratiam
receptum eſſe, vt potè cum letalis cul-
pæ non eſt conſcius ſibi ipſi, cum perci
pit diuinas delectationes, contemnitq;

terrenas, cum nihil ſupra, nihil contra,
nihil item æque ac Deum cognoſcit ſe
ſe diligere. Hæc enim diuina dilectio, *Apo. 2.*
eſt manna illud abſconditum, quod ne-
mo nouit, niſi qui accipit, iuxta Apoca-
lipſim Ioannis. Attamen, cum omni-
bus etiam hiſce coniecturis, exactè, &
certè; citrā reuelationē, nullus vnquā
ſciuit, ſcireue potuit, ſe ſe eſſe Deo cha-
rum, iuſtum, pium, bonum, quantacun
que diligentia rimulas proprij cordis
peruestigarit. Audi Dauidem clamā-
tem. Delicta quis intelligit? ab occul- *Pſ. 18.*
tis meis munda me domine. Et tamē
de ſeipſo dixerat. Tota nocte exerci-
tabar, & ſcopebam ſpiritum meum. *Pſ. 76.*
Audi & Paulum. Nihil mihi conſcius *1. Cor. 4.*
ſum. Sed non in hoc iuſtificatus ſum.
Qui autem iudicat me, dñs eſt. Audi *Iob. 14.*
Iobum. Neque reprehendit me cor
meum in omni vita mea. Si tamē iu-
ſtificare me voluero, os meum condē-
nabit me. Si innocentem me oſtende-
ro, prauum me comprobabit. Et alibi:
Verebar opera mea, ſciens quod non *Iob 9.*
parceres delinquenti. Et iterum. Si ſim *Ibidem.*
plex fuero, hoc ipſum ignorabit anima
mea. Tam multæ ſunt cordis hoīum
latebrę, tot antra inſcrutabilia, vt niſi
Deus illius intima introſpiciat, de quo
ſcribitur, Diſcretor eſt cogitationum & *Heb. 4.*
intentionum cordis; Et pertingit vſque *Ibidem.*
ad diuiſionem animæ & ſpūs, compa-
gum quoque & medullarum, à nemi-
ne poſſit vſque ad profunda penetrari.
An mali ſimus, vtique ſciri poteſt. Nā
peccatum, bonum commutabile reſpi-
cit, quod vtique ipſi cognoſcimus: at
vera virtus, & perfecta bonitas, nemi-
nem inhabitat ſine diuina gr̄a, & ſine
ſpū ſancto. Quis aūt eſt adeò acuti, cla-
rique intuitus, vt diuinum illud lumē
tanti ſplendoris, quo anima perpendit,
videre poſſit? Diuinam gratiam nemo
exactè nouit participare ſe ſe, qui &
Deum non magna ex parte cognoſcat,
gratiæ largitorem: qui & cum ipſa gr̄a
hominem replet, illo dicente. Ad eū
veniemus, & manſionem apud eum *Ioan 14.*
faciemus. Scriptum eſt autem de Deo. *1. Tim.*
Lucem habitat inacceſſibilem. Et ite-
rum. Ecce Deus magnus, vincēs ſcien *Iob. 36.*
tiam noſtrā. Quis eſt ergo ille, qui glo-
riari

riari(niſi temere)poſſit de diuina gratia?
Iob.9. Audite Iobum. Si venerit ad me, non uidebo eum, & ſi abierit, non intelligam. Adde, quod bonarum mentium eſt, agnoſcere culpam, vbi non eſt culpa. Vnde ſi citra reuelationem quiſpiam aſſerat, ſe ſe nullo peccato mortali teneri, credo ego, quod iam incurrit peccatum ſuperbiæ, atque iactantiæ, & etiam falſi, aſſerendo quod neſcit. Et hoc ni fallor, intellexit Ioannes dicens.
1.Ioan.1. Si dixerimus, quia peccatum non habemus, ipſi nos ſeducimus. Neque enim de peccato quod ueniale vocat, ſermo eſt loco illo, ſed de peccato mortali. Poteſt eſſe, vt aliquis diuina gratia, nullo peccato mortali teneatur: At nemo id debet aſſeuerare, niſi & illi Deus id reuelarit, quoniam aliter ſciri non poteſt. Nemo itaque ſe ſe probet, & innocentem exiſtimet coram Deo, ſed potius
Iob.13. quiſque dicat. Vias meas in conſpectu eius arguam, ponam coram eo iudicium meum, & os meum replebo increpationibus. Verſetur ante oculos noſtros imago futuri iudicij, & aſcendat homo aduerſum ſe ante faciem ſuã, atque conſtituto in corde iudicio, adſit accuſans cogitatio, teſtis conſcientia, & carnifex cor: inde ſanguis animi confitentis per lachrymas profluat, poſtremo, ab ipſa mente talis ſententia proferatur, vt indignum ſe ſe quiſque exiſtimet gratiæ Chriſti Ieſu. Hac enim cautela nulla ſecurior. Vnde cum & proximis remedia ſpiritalia adhibere curamus, ſecuriore via & modo id fiat, morbum peſtilentiorem eſſe quàm ſit, ſupponendum eſt. Siquidem quod grauiori ęgritudini opitulatur, & leuiori multo magis proficit ad medelam: quãquàm in iudicando atque diffiniendo, ſecus ſit agendum, vt dictum eſt paulò ſuperius. Reuertamur modo vnde diuertimus. *Theſaurizas tibi iram, in die iræ, & reuelationis, & iuſti iudicij Dei.* Deus tibi ò Iudeę omnia præſtitit, inquit Paulus, quæcunque ad ſalutẽ vel neceſſaria, vel expedientia fuerant, bonorum atque malorum notitiam tradidit, tulit legem, tantam exhibuit tollerãtiam, inuitauit ſępiſſimè ad reſipiſcentiam, diem quoque terribilem extremi iudicij comminatus eſt per Prophetas,
Non fecit taliter omni nationi: neq; .n. Pſ.147.
iudicandos eſſe omnes homines, nouerunt Gentium Philoſophi, quorum magna pars animorum immortalitatem, ne dicam corporum rediuiuam uitam, ignorauit. At tibi omnia hæc agnita ſunt, vt ad meliorem frugem poſſes reuocari. Quoniam ergo contumax eſſe perſeueras, coaceruas tibi iram in die illa diuini furoris, ſuper te effundendam. Non meminit diuini iudicij, cum Gentes alloqueretur Apoſtolus, turpitudine vitij illas vnicè, tanquàm generoſi animi abſterrere voluit à vitio. At Iudæos timore pęnæ coheret vt duros & improbos, propterea diem irę uo-
cat, vt terreantur. Eſtque uox prophe- Soph.1.
tæ, Dies, iræ, dies illa, dies calamitatis, & miſeriæ. Diem uero reuelationis, vt intelligant, turpiſſima eorum facinora fuco hipocriſis tecta, velataque omnia omnibus Gentibus, quò confundãtur atque erubeſcant, eſſe reuelanda, atque
palàm manifeſtanda. Illuminabit abſcõ 1.Cor.4.
dita tenebrarum, & reuelabit conſilia cordium, inquit alibi Paulus. Et Da-
niel. Iudicium ſedit, & libri apti ſunt. Dan 7.
Ioannes quoque. Iudicati ſunt mortui
ex his, quæ ſcripta erant in libris ſecun- Apoc.20.
dum opera ipſorum. Hinc Dies appellatur, non pro temporis qualitate, ſed
pro occultorum manifeſtatione. Iu- Pſ.36.
dicium dñi ſicut meridies, dixit Propheta. Æquum enim erit, vt vniuſcuiuſque acta coram tribunali diuinæ iuſtitiæ publicè diſcutiantur, quò uniuerſo orbi innoteſcat, quàm iuſtè & clementer Deus ipſe iudicabit probos, & improbos. *Diem* poſtremo *iuſti iudicij* Dei appellat Apoſtolus, vt ſciant, tunc nullatenus illis eſſe parcendum.
Horrendum enim eſt die illa, incidere Hebr.10.
in manus dei viuẽtis. Proculdubio om̃ Pſ.84.
nes viæ dñi miſericordia & ueritas. Iuſtitia enim & pax oſculatæ ſunt. inqt
Pſaltes. Vnde in vniuerſis Dei optimi Pſal.24.
maximi operationibus, continenter inueniuntur hęc duo, mĩa, & iuſtitia. Nãque cum impium iuſtificat, quod diuinæ gratię tm̃, vel mĩæ videtur adſcribi
poſſe, iuxta illud. Iuſtificati gratis ꝑ gra- Rom.3.
tiam ipſius, & iuſtitia ipſa apparet, qm̃ Rom.3.
promiſſa

Pſ. 50. promiſſa ſeruat, iuxta illud. Vt iuſtifice-
ris in ſermonibus tuis. Et deinde rela-
Luc. 7. xat facinora propter dilectionem. Di-
miſſa ſunt ei peccata multa, quoniã di-
lexit multum. Cum damnat reprobũ,
quod diuinæ iuſtitiæ tantum adſcribẽ-
dum cenſeretur, iuxta illud. Iudicium
Iac. 2. ſine miſericordia fiet: Et mĩa eſt, qm̃ pu
Pſal. 102. nit citra condignum. Pſalte dicente.
Non ſecundum peccata noſtra fecit no
bis, neque ſecundum iniquitates nr̃as
retribuit nobis. Et Hieremia. Miſeri-
Tren. 3. cordiæ domini, quia non ſumus cõſum
pti. Nunq̃ ergo miſericordia iuſtitiam
præcludit, neq; iuſtitia excludit mĩam.
Veruntamen, appropriatè quędam mi
ſericordiæ magis, quædam magis iuſti-
tiæ adſcribuntur. Iuſtificatio miſericor
diæ. Condemnatio iuſtitiæ. Hoc ſecu-
lum mĩæ, extremum iudicium iuſtitię.
Hoc itaque eſt illud, quod Paulus diẽ
illam appellat diem *iuſti iudicij Dei*,
Qui reddet vnicuique, ſecundum opera ſua.
Nunc, non redditur vnicuiq; ſc̃m ope-
Hier. 12. ra ſua. Via enim impiorum purgatur
in hoc ſeculo. Bene eſt omnibus, qui
præuaricantur & inique agunt, quod
admirabatur indignabundus ille &
Abac. 1. querulus Abacuh cum Hieremia. Qua
re reſpicis contemptores & taces, deuo
rante impio iuſtiorem ſe? Lacerata eſt
lex, & non peruenit vſque ad finem iu-
dicium. Vnde demum Tragediam il-
lam Epicurus excitauit, vt Deum negli
gere res humanas cõcluderet: quæ in-
numeri philoſophaſtri (abſit .n. vt phi-
loſophos appellem qui diuinam proui-
dentiam è medio tollere nõ erubeſcũt)
ſequuti fuere. Videbat enim Epicu-
rus, bonis aduerſa ſemper accidere, ma
los è contra beatos eſſe: Innocentiã mi-
nus tutam, ſcelera impunè committi:
Cumq; non intelligeret, proſperitati-
bus malos allici vt conuertantur, aduer
ſitatibus exerceri bonos, vt ad diuina
ardentius erigantur, iuxta illud. Multi-
Pſal. 15. plicatę ſunt infirmitates eorum, poſtea
accelerauerunt: Et mala quæ in hoc mũ
do nos præmunt, ad Deum nos ire cõ-
pellunt, immatura nece rapi bonos, ne
malitia immutet intellectum eorum:
diu uiuere improbos, quo uitijs tandẽ
ſaturi, faſtidio ſaltem reſipiſcant. O craſ-
ſam ignorationem. Hiſce rationibus er
go ἄθεος & ἄνομος, exiſtimauit nullam
eſſe prouidentiam. Tunc itaque inquit
Apoſtolus, cum aduenerit dies ille no-
uiſſimus, non erit, vt angatur quiſquã
de diuina prouidentia atque iuſtitia,
*Reddet enim Deus illa die ſecundum ope-
ra ſua.* Quod cum futurum crede- Pſa 72.
ret Pſaltes, cecinit. Mei autem penè
moti ſunt pedes. penè effuſi ſunt greſ-
ſus mei, quia zelaui ſuper iniquos, pa-
cem peccatorum videns. Hoc enim la- Pſ. 82.
bor eſt ante me, donec intrẽ in ſanctua
rium domini, & intelligam in nouiſſi
mis eorum. Multa ergo hic relinquũ-
tur à Deo impunita, in extremo iudicio
vſque ad nouiſſimum quadrantem iu-
dicanda. Bonis enim bona; melioribꝰ
meliora, malis mala, peioribus peiora
retribuentur: quod pollicitus olim Chri-
ſtus fuerat cum diceret. In qua men-
ſura menſi fueritis, remetietur uobis. Luc. 6.
Quod quidem intelligitur, non quo ad
æqualitatem menſuræ ſecundũ quanti-
tatem, quoniam vt dictum eſt, punit ci-
tra condignum, & præmiat vltra con-
dignum: Sed quo ad æqualitatem men
ſuræ, ſecundum proportionẽ, vel pro-
portionalitatem. Qui enim plus pec-
cauit, plus punietur, qui minus, minꝰ,
qui magis piè vixit, amplioribus p̃mijs
locupletabitur, & minoribus qui mi-
nus: ſcribitur enim. In domo prĩs mei, Ioan. 14.
manſiones multæ ſunt, Et ſtella differt 1 Cor. 15
à ſtella in claritate, pro his qui piè Deũ Apoc. 18.
coluerunt: Et pro reprobis. Quantũ glo Deut. 15.
rificauit ſe, & in delitijs fuit, tantum
date illi tormentum & luctum. Et ite-
rum. Secundum qualitatem delicti,
erit & plagarum modus. Hoc eſt quod
vult dicere Apoſtolus. Intelligis autem
Pauli verbum? *Reddet vnicuique, ſecun-
dum opera ſua.* Non tantum itaque reci-
pimus diuinam gratiam, ſed & illi coa-
gimus atque cooperamur. Opera bo-
na non tantum ſunt Dei, ſed & noſtra.
Si Dei non ſunt, vt quid illi gratias agi-
mus? Si noſtra non ſunt, vt quid pro il-
lis remuneramur? Tria ſunt operum
nr̃orum genera, cogitare, velle, perfice-
re. Cogitare, operatur Deus in nobis
ſine nobis. Immittendo .n. bonã cogi-
tationem nos præuenit. Velle, operatꝛ
in

in nobis, ſed nobiſcum: immutando.n.
malam voluntatem illam, ſibi vltro neo
noſtro, iungit conſenſu. Perficere ope-
ratur in nobis per nos; miniſtrando.n.
conſenſui facultate; m per apertũ opus,
internus opiſex innoteſcit. Ita inquit
Diuus Bernardus, de libero arbitrio, vt
à Deo ſit nr̃æ ſalutis exordium, non p
nos vtique, nec nobiſcum: At conſen-
ſus & opus, & ſi non ex nobis tanquam
ex nobis, non iam tamen ſine nobis.
Gratia Dei mecum. nõ dicit in me, ſed
1 Cor.15 mecum. Hinc hortatur Paulus. Dum
Gal. 6. tempus habemus, operemur bonũ. Et
in teſtamento veteri Spiritus ſanctus.
Eccl. 9. Quodcunque poteſt manus tua, inſtã-
ter operare. Diuus etiam Auguſtinus,
expreſſiſſimè de Eccleſiaſticis Dogma-
tibus, quatuor opera, uel actus poſuit.
Inuitare, acquieſcere, adipiſci, perſeue
rare. Primus eſt Dei tantum. Secun-
dus noſtrę poteſtatis, Tertius item eſt
Dei tantum. Quartus, Dei & homi-
nis, licet principalius Dei q̃ hominis.
Manet itaq; ad querendam ſalutẽ arbi-
trij nr̃i libertas, ſed admonente prius,
& inuitante Deo. Ecce primus actus.
Vt acquieſcamus autem ſalutari inſpi-
rationi, noſtræ poteſtatis eſt. Ecce ſecũ-
dus. Vt adipiſcamur quod cupimus, di-
uini eſt muneris. Ecce tertius. Vt non
labamur in adepto ſalutis munere, ſol-
licitudinis noſtræ eſt, & cęleſtis pari-
ter adiutorij. O catholicam declaratio-
nem. Rectè autem adiutorium nomi
nat, iuxta orationem Dauidis. Adiuua
Pſ. 78. nos Deus ſalutaris noſter. Qui.n. adiu-
uari poſtulat, per ſeipſum ſatetur aliq̃d
operari. Neque enim mortuus adiuua-
ri peteret: tamen in opere, primas tri-
buit adiuuanti: Diuinum ergo adiuto-
rium efflagitantes, nec ingrati ſumus
gratiæ à qua adiuuamur, nec liberũ ar-
bitrium mortuum dicimus, licet infir-
mum. Si enim mortuũ eſt, & nihil agi-
mus, quomodo dicit Ioannes, Omnis
qui habet hanc ſpem, ſanctificat ſe?
1. Ioan. 3. Quomodo dicit Paulus. Si quis emũ-
dauerit ſe à vitijs, erit uas utile, ſancti-
2. Tim. 2. ficatum dño? Audis? Sanctificauerit ſe.
Zach. 1. Emundauerit ſe. Quomodo toties
Matt 17. Chriſtus. Cõuertimini. Surgite. Accedi
Eſa 45. te. Agite. Venite. Pęnitemini? Hæc
Iud. 3.

intelligi non poſſunt, niſi non nihil &
nos operemur. Hoc ergo in cauſa eſt,
cur Apoſtolus dicat opera nr̃a. *Reddet* Mar. 1.
(inquit) *vnicuique ſecundum opera ſua.* Ioan. 6.
Opera autem dicit, nõ opus. Opus eſt,
credere in Chriſtum. Hoc eſt opus Dei
(dicit Chriſtus), vt credatis in eum quẽ
miſit ille. Non ergo ſat eſt hoc vnum
opus, fidere Chriſto, oportet & operari
alia opera. Fides ſine operibus, mor- Iac. 2.
tua eſt. Non omnis qui dicit mihi dñe Matt. 7.
domine, intrabit in regnum cęlorum.
Iniqui regnum Dei non poſſidebunt,
inquit Apoſtolus. Neque fornicarij, ne- 1. Cor 6.
que adulteri. At chriſtianorum pluri-
mi, qui Chriſto fidunt, iniqui ſunt, &
fornicarij, & adulteri. Illi itaq; regnum
Dei non ingredientur, ſed iudicabun-
tur ad gehennam. Immo eo grauius cę-
teris qui Chriſto non crediderunt; quo Luc. 12.
par eſt vt ſeruus ſciens uoluntatem dñi
ſui, & non faciẽs, plagis uapulet durio
ribus, Petro dicente. Melius erat eis, 2. Pet. 2.
viam veritatis non cognouiſſe, q̃ poſt
agnitam ueritatem retrorſum abire, ab
eo quod traditum eſt illis ſancto mãda-
to. Quod ſi dicas. Scriptum eſſe. Qui Ioan. 3.
credit, non iudicatur. Hic eſt illius uer
bi genuinus ſenſus. Non iudicabitur,
quaſi non crediderit. Profectò enim in-
fidelitatis non arguetur, qui in Chr̃m
crediderit, ſed ideo condemnabitur, q̃a
fidem non fuerint pia opera comitata.
Quomodo & illud intelligitur. Si nõ ve Ioan 16.
niſſem, & locutus non fuiſſem eis, pec
catum non haberent. Neq;.n. intelli-
gitur quod abſolutè peccatum non ha-
buiſſent Iudęi. Si Chriſtus non de cęlo
veniſſet ad terras, atq; coram illis non
tot ſigna feciſſet, ſed peccatum infideli-
tatis non habuiſſent, excuſationem.n.
prætendere potuiſſent ignorationis, ſi
non credidiſſent in eũ: non inde tamen
ſequitur, vt abſolutè de omnibus pecca
tis potuiſſent excuſari. Poteſt & ali-
ter verbum illud intelligi; Qui credit,
non iudicatur. Iudicio ſcilicet condẽ-
nationis, niſi præceſſerit iudicium exa-
minationis. Quo contra dr̃. Qui non Ioan. 3.
credit, iam iudicatus eſt. Neq; enim nõ
credentium cauſæ diſcutientur in iudi-
cio, vt Diuus Gregorius, inquit, Sed à
conſpectu iudicis iam præiudicati, oĩs
redargu-

redargutionis indigni, cum damnatione ſuæ infidelitatis abſcedent. At fidelium cauſæ, qui chriſtianæ fidei quã profeſſi ſunt, opera non adiunxerint,
Matt. 25. examinabuntur his verbis. Eſuriui em & non dediſtis mihi manducare. Sitiui, & non dediſtis mihi bibere. &c. Nota verbum illud enim, quò cauſæ redditur condemnationis. Non ergo quia Deus voluntate ſua te reprobarit, aut odio habuerit, condemnaberis. Quantum in medico eſt, ſanare venit ægro-
Ioan. 3. tum. Miſit Deus filium ſuum vt ſaluet mundum, non vt condemnet mundũ, ſed ipſe ſe interimit, quod præcepta me dici ſeruare non vult. Ex ipſo ſaluari nõ vis. Ex te ipſo iudicaberis. Hæc Augustinus ſuper Ioannem. Poteſt & ter-
Mar. 16. tio modo declarari. Qui credit, non iudicatur, eo modo quo & declaratur verbum illud. Qui crediderit, ſaluus erit. Fide ſcilicet formata, quæ charitatem complectitur, eſtq; ferax operum, quã
Gal. 5. Apoſtolus alibi expreſſit. Fides quæ per charitatem operatur. Huic autem fidei non opponitur tantum infidelitatis error, ſed quodlibet peccatum quod mortale appellant. Qui itaq; ſic crediderit, non iudicatur ad gehennam: ſaluabitur, aſcendetque cum benedictis, cœleſti gloria potiturus in euum. Omnino ergo verum eſt, quod Apoſtolus dicit, redditurum eſſe Deum vnicuique ſecundum opera ſua. Nanq; dicetur & his qui hac fide formata, operibꝰ ſ[?]cta fuerint conſpicui, & Deo chari, Ve
Mat. 25. nite benedicti patris mei, poſſidete regnum paratum uobis à conſtitutione mundi. Eſuriui enim, & dediſtis mihi manducare. &c. Ecce opera omnia fidem indicantia, de quibus Iacobus.
Iac. 2. Oſtende mihi fidem tuam ſine operibus, & ego oſtendam tibi fidem meam ex operibus. O quàm aptiſſimum flagellum ad illos cedendos, qui meritis operum detrahent impudentiſſimè, & impijſſimè. Venite benedicti: Eſuriui, & dediſtis mihi manducare. &c. Vita itaque æterna, non adeò donum eſt, quin ſit etiam noſtrorum operum merces, corona, & ſtipendium. Ecce iuſtum Chriſti iudicium, Poſſidete, paratum vobis regnum. Eſuriui enim & dediſtis mihi manducare. &c. Aſsignat cauſam. Non cur præparatum ſit regnum, aut prædeſtinatum ante ſæcula, illius enim æternæ prædeſtinationis, nulla eſt cauſa vt reor, niſi diuina voluntas, intelligite docti. at reddit cauſam cur admiſsi ſimus ad regni illius poſſeſsionẽ. Quia (inquit) Eſuriui, & dediſtis mihi mãducare. &c. Sed quis quærſo apertior Paulo noſtro? *Reddet* (inquit) *ſecundum opera ſua.* Non dicit dabit, donabit, reddet, retribuet, quaſi pro iam merito prẽmio. Parabola quoque illa vinitorum refert, dixiſſe patrẽfamilias procuratori. Voca Matt. 20.
operarios, & redde illis mercedem. Saluator etiam diſcipulos hortabatur, vt Matt. 5.
ſpe mercedis, ardentius operam nauarent diuinæ legis obſeruationi. Gaudete & exultate, quoniam merces veſtra copioſa eſt in cęlis. Quin & in teſtamẽto veteri, Deus ſe ſe mercedem appellauit fidei virtutumq; Abrahami. Ego ero Gen. 14.
protector tuus, & merces tua magna nimis. Vbi eſt merces, agnoſcitur debitum, non donum. Paulo dicente. Ei qui Rom. 4.
operatur, merces non imputatur ſecũdum gratiam, ſed ſecundum debitum. Quid eſt enim merces, niſi meriti merces? Quid meritum, niſi mercedis meritum? Eſt & locus ille apertiſſimus Pauli, qui de ſeipſo dicebat. Bonum certamen certaui, curſum conſumaui, fidem 2. Tim. 2
ſeruaui. in reliquo repoſita eſt mihi corona iuſtitiæ. Notate verbum, non dicit, corona, vel gratia miſericordiæ, quã reddet mihi, non dicit dabit: in illa die iuſtus iudex, non dicit miſericors pater. In Apocalypſi quoque legimus. Ambulabunt mecum in albis, quia digni ſũt. Apoc. 3.
Abſint ergo. abſint procul à nobis, qui nullo noſtro opere vitam æternam nos dignè promæreri poſſe contendunt. Diuina gratia eſt radix meriti. Nullus vnquam catholicus dubitauit de hac veritate. Ipſa eſt enim aqua illa de qua Ioan 4.
Samaritidi dixit Ieſus. Qui biberit ex aqua quam ego dabo ei, fiet in eo fons aquæ ſalientis in vitam æternam. Nanque diuina ſpiritus ſancti gratia, nõ noſtro merito in adoptionem filiorũ Dei recipimur. Paulo dicente. Qui ſpiritu aguntur, hi filij Dei ſunt. Et iterum. Rom. 8.
Accepiſtis ſpiritum adoptionis filiorũ Rom. 4.
Dei.

Dei. Ipſo autem iure adoptionis, hære-
des ſumus æternę vitæ. Eodem teſtan-
Galat.4. te. Si filij, & hæredes. Vnde hinc maxi-
mè Pelagium illum monachum dete-
ſtamur, qui exiſtimauit nos diuina gra-
tia non egere, vt vitam æternam prome
reamur. Nanque nulla natura inferior,
ad id quod eſt proprium ſuperioris, per
ſe ſcilicet, & per eſſentiam illi conue-
niēs, eleuatur propria virtute, ſed eget
virtute illius ſuperioris, quæ illam ad
ſe rapiat quoquomodo, & euehat~. Lu
na enim, quæ ex ſe opacum corpus eſt,
adeò ut dicta ſit à ſapientibus terra ma
gis, quàm cœlum, non ſit lucida virtute
ſua, ſed ui ſolis eam illuminantis: cui ſo
li natura conuenit lucere. Aqua itē,
cui ſuapte natura ineſt frigiditas, calo-
rem non ſuſcipit niſi vi ignis, cui ex na-
tura propria id competit, vt ſit princi-
pium calidarum rerum, ac iccirco cali-
diſſimus. Deo glorioſo, ſuapte natura
competit æterna vita, qui eſt fons uitæ,
& in ſeipſo ſemper ſua felicitate potitˊ,
vidēs ſeipſum, fruēsq; ſeipſo. Quomo
do ergo homo propria vi ad talem, tan-
tamq; gloriam eleuari poteſt, niſi Deus
illū ſuo auxilio ad ſe rapiat & aſſumat?
Hoc auxiliū, gratia eſt, q̄ nos illi charos
facit, æque ac filios, vt dictum eſt. Gra-
tia Dei itaque, eſt radix prima æternæ
gloriæ conſequendæ. At, & ipſa gratia
ſpiritꝰ ſancti, voluit nos eſſe συνεργοὺς,
hoc eſt cooperatores. Nos itaq; ſumus,
qui diuina præuenti gratia, gratia ipſa,
& noſtris operibus illam comitantibꝰ,
æternam vitam promeremur. Si valorē
operum attendas, quatenus ex nobis
Rom.8. ſunt, dic cum Paulo. Non ſunt cōdignę
paſſiones præſentis ſeculi, nec opera-
tiones ad futuram gloriam, quæ reuela
bitur in nobis. Poſſunt, (vt ſcholaſtico-
rum voce vtar,) congruè mereri æternā
gloriam, at minimè ex condigno. Si ta-
men illa conſi.:eres, vt ex virtute ſpiri-
tus ſancti, per graiiam nos mouentis at
que ſurſum agentis proficiſcuntur, &
Dei nanque ſunt, & noſtra indiuiduè
opera omnia. Dic cum Paulo. Non
1.Cor.15. iniuſtus eſt Deus, vt obliuiſcatur labo-
ris ueſtri. O verbum apertiſſimum.
Iniuſtus eſſet Deus, inquit Apoſtolus,
ſi obliuiſceretur laborum noſtrorum.

Obliuiſceretur autem, ſi non remune-
raret. Propterea addit~. Nolite am- Hebr 10.
mittere confidentiam veſtram, quæ ma
gnam habet remunerationē. Dic & cū
Hieremia. Eſt merces operi tuo. Innu Hier 31.
mera ſunt ſcripturarum teſtimonia ꝓ 2. Cor.5.
meritis æternæ vitæ defendendis. Salu
tem veſtram operamini, inquit Apoſto
lus. Inclinaui cor meum, ad faciēdas iu Pſ.118.
ſtificationes tuas, in æternum, ꝑꝑ retri
butionem, inquit Propheta. Domi-
nus quoque parabolicè operarium illū
alloquens, cum quo fœdus inierat de
denario diuturno, dixit ei. Tolle quod Matt.20.
tuum eſt. Denarium illum non ia ſuū
amplius eſſe dicens, ſed operarij: Quid
apertius? Cernere licet in Paulinis Epi
ſtolis, tot loquendi modos. Qui ſi meri-
ta dames, explicari, aut etiam intelligi
nequaquam poſſunt~. An neſcitis, q̄d 1.Cor 9.
hi qui in ſtadio ſunt currūt? oēs quidē
currunt, ſed vnus accipit brauiū. Om-
nis qui in agone contendit, ab omnibꝰ
ſe abſtinet, at illi quidem vt corruptibi-
lem coronam accipiant, nos autem in- 1.Tit.6.
corruptam. Certa bonum certamen, 2.Tim 2.
& apprahende æternam vitam. Non Ibidem.
coronabitur, niſi qui legitime certaue- Hebr. 12.
rit. Labora ſicut bonus miles. Cura-
mus ad propoſitum nobis certamen. Heb.11.
Aſpiciebat Moyſes in remunerationē.
Accedentem ad Deum, oportet crede- Ibidem.
re quia eſt, & inquirentibus ſe, remune
rator ſit~: Expone tu omnia hæc loca,
ſi nullum eſt meritum. Frigeut omnia
hæc Pauli uerba, niſi opera meriti ha-
beant rationem. Non intelligitur mi-
hi credite corona, brauium, merces, re
muneratio, certamen, militia, ſine meri
to, ſine ratione ſtipendij. Vanæ ſunt cō
parationes iſtæ, ſi uita æterna donatur,
ſine meritis non redditur~. Concluda- Coloſſ.1.
mus itaque cum Apoſtolo. Dignos nos
fecit, in partem ſortis ſanctorū in lumi-
ne, & tranſtulit in regnum filij, cuius
ſumus hęredes: natura digni non ſumꝰ.
Quis enim prior dedit illi, & retribuetˊ Rom. 11.
ei? at gratia digni efficimur. Quo per-
bellè conciliantur loca illa inter ſe, pri-
ma faciè tam aperte pugnantia. Coro- Pſal.102.
nat te in miſericordia & miſerationibꝰ. 2.Tim 4.
Repoſita eſt mihi corona iuſtitiæ. Reli-
quiæ per electionem gratiæ ſaluæ factę
ſunt.

Rom. 11. ſunt. Saluabitur innocens, ſaluabitur
Iob. 22. autem à munditia manuum ſuarum.
Tit. 3. Non ex operibus iuſtitiæ quæ fecimus
Pſal 17. nos, ſed ſecundum ſuam miſericordiã
Rom. 6. ſaluos nos fecit. Retribuet mihi domi-
Eccl. 16. nus, ſecundum iuſtitiam meam, & ſe-
cundum puritatem manuum mearum
retribuet mihi. Gratia dei uita æterna.
Pſal. 65. Miſericordia domini locum faciet vni-
cuique, ſecundum meritum operum
Rom. 9. ſuorum. Pro nihilo ſaluos facies illos.
2. Cor 9. Non eſt volentis neque currentis, ſed
Ioan. 6. miſerentis eſt Dei. Ego curro non qua-
ſi in incertum. Qui bona egerũt, ibũt
in vitam æternam. Cum feceritis om-
Luc. 17. nia quæ præcepta ſunt vobis, dicite ſer
Matt. 20 ui inutiles ſumus. Voca operarios, &
1. Ioan. 3. redde illis mercedem. Tranſlati ſumus
per Chriſtum de morte ad vitam. Si vis
Matt. 19. ad vitam ingredi, ſerua mandata. Ne
dicas ĩ corde tuo propter iuſtitias meas
introduxit me dominus, vt terram hãc
poſſiderem. Portio mea domine in ter
Pſal. 118. ra viuentium. Et alia quàm plurima.
Rogo enim quæ pugnãtia maior? Si er
go ſpiritus ſpiritui non contradicit.
concilianda ſunt omnia, vt nec gratia
meritum tollat, nec meritum gratiam,
modo prædicto. Non derogamus autẽ
Chriſti glorioſo triumpho atque meri-
to, noſtra prædicantes merita, vt blacte
rare ſolent in gratiam plebeculæ conci-
liandæ theologi iſti ſcripturarij. (Libet
enim noua monſtra nouo nomine ap-
pellare.) Fatemur Chriſtum, vnicè ſi-
ne nobis meruiſſe regni cęleſtis primũ
Heb. 9. occluſi reſerationem, pro omnibus ho-
minibus, tanquam ſummus ille Ponti-
fex, qui per proprium ſanguinẽ introi-
uit ſemel in ſancta, ęterna redemptione
inuenta, iuxta Paulum. At ianua apta,
& nobis contendendum eſt, vt illuc in-
grediamur. Mortis & inferni inuictus
ille triumphator, iter nobis omnibus
patefecit. Ad uitam notas mihi feci-
ſti vias uitæ. inquit Propheta. Et iterũ.
Pſal. 15. Aſcendit ante eos pandens iter, rom-
Mich. 2. pheam amouit: quæ nobis obſiſtere po
terant, ſuſtulit omnia: ex nobis erit ſi
non ingrediemur. Conatus ergo illi
noſtri, pro ingrediendo regno, merita
ſunt. At niſi ipſe fores aperuiſſet pri-
mum, nullus unquam quouis merito
illuc ingredi potuiſſet. Longè pluris
eſt, ianuam aperire, quàm ea aperta in-
gredi. Inditio ſunt patres illi ſanctiſſi-
mi, qui ante Chriſti Ieſu mortem, om-
nes uita functi, ad tenebras infernę re-
gionis deſcendebant: quoniam nemi-
ni eorum patebat aditus ad regnũ, nõ-
dum reſeratis paradiſi foribus, illucq;
ducis illius potentiſſimi aduentum prę
ſtolabantur; paſſione ſiquidem Chriſti
credita, atque pręuiſa, à peccatis omni-
bus ipſi expiati erant: quæ alioquin illis
fuiſſent impedimento perſonali ad in-
grediendum, etiam aperto oſtio. At nõ
potuit amoueri impedimentum natu-
re, totius omnium hominum, niſi iam
Chriſto paſſo. Illud autem erat ianuæ cę
leſtis clauſura: Iam itaque poſt Chriſti Mat. 11.
mortem, reſeratum regnum cęlorum,
vim patitur, & violenti rapiunt illud.
Illi ſcilicet, qui pijs, ſanctiſque opera-
tionibus, vim inferunt carni & concu-
piſcentiæ: Quæ uiolentia primum non
erat ſatis, cum clauſæ eſſent fores. Ecce
ergo noſtrum meritum. Addo tamen,
quod neque citra Chriſti meritum, no-
ſtra opera merita ſunt: quandoquidem
ſine pura in eum fide, (vt diximus) caſ-
ſa, vanaque ſunt vniuerſa hominũ ope-
ra: & omnis meriti gloria, illi adſcribẽ
da eſt, per quẽ gratis iuſtificati ſumus,
vt mereamur. Vnde cum Paulo dicit
vnuſquiſque noſtrum. Viuo ego iam Gal. 2.
non ego, viuit autem in me Chriſtus.
Mereor ego, iam non ego, meretur aũt
in me Chriſtus, vſque ad omnem hip-
bolam. Nanque non modo fatetur ec
cleſia orthodoxa, aperuiſſe cęlos Chri-
ſtum, ſed & illum vnicè meruiſſe nobis
omnibus ſine nobis, primam gratiam
Baptiſmalem, & remiſſionem omnium
peccatorum. Qua iam apertum cęlum,
ingredi poſſimus. Ipſe eſt propitiatio 1. Ioan. 2.
pro peccatis noſtris, dicebat Ioannes,
non pro noſtris autem tantum, ſed &
pro totius mundi: quo ad ſufficientiam
ſcilicet. Cum baptizamur, vnico Chri
ſti merito, deleantur peccata omnia: ni-
hil cooperatur noſtra voluntas, niſi in
adultis baptizatis: non modo etiã hãc
primam gratiam meruit Chriſtus, ſed
ad gratiam ſecundam, pęnitentialẽ ſci-
licet, quæ habetur poſt lapſum in pec-
catum

catum mortale. Licet enim operemur, nos ipſi recipientes ad impetrandã gratiam de congruo, meritum tamen Chriſti eſt totalis cauſa de condigno ad illã obtinendam. Primam gratiam nobis meretur ſine nobis, ſecundam non ſine nobis: nunquam ergo meremur ſine Chriſto. Chriſtus autem nobis meretur interdum, etiam ſine nobis. Tantũ abeſt, vt Chriſti gloriam imminuamus, vel tantillum. Neque enim verbum Eſaię
Eſa. 26. ignoramus, quo dicitur. Omnia opera noſtra operatus es in nobis domine: quandoquidem licet in operibus dux ſit Deus per Chriſtum Ieſum, homo, comes indiuiduus, ſumma tamen omniũ Deo adſcribi debet per Chriſtũ Ieſum:
1. Cor. 1. vt qui gloriatur, in domino glorietur. Sed nolumus homines pigritare, torpeſcere, vt de Chriſti merito ſecuri, ſibi adblandientes, negligant bona opera. Paulus enim Apoſtolus hortatur. Cum
2. Cor. 5 timore, & tremore ſalutem veſtram operamini. Cur cum timore & tremore? Cum ſecuritate dicendum fuerat. Si Chriſtus totum efficit quo ad meritum ſpectat: Si Chriſti merito ſaluantur omnes. Si nullatenus homo meretur, ſi nemini laborandum eſt. Si ſat ſit fidere Chriſti meritis? idcirco ergo cum timore, & tremore adiectum eſt: quoniam niſi merito Chriſti cooperare voluerimus, nequaquam ſalutem æternã conſequi poterimus: quo ad nos ſpectabit, incaſſum mortuus erit Chriſtus: neque enim ſui meriti erimus participes, nec eſſe poterimus: qua ratione etiam dicitur in Pſalmo. Seruite domino in
Pſal. 2. timore, & exultate ei cum tremore. Remiſſa enim ſecuritas, culpas fouet & auget: at timor delicta ſemper excludit. exultatio citra timorem negligens redditur, illi ſociata, cœleſtem reuerentiam atque obedientiam parit. O quantam feneſtram aperuit vulgo ad impietaté, hæc vox aquilonis, Chriſtus meruit pro nobis omnibus, fidamus illi & ſuo merito, atque ſalui erimus. Freno, freno opus erat non calcaribus: aqua, aqua ferre oportebat non oleum: ſunt nimis prona ad torporem omnium vulgariũ corda. Nimium, heu nimium de diuina miſericordia præſumimus omnes: Certè hæc non ignoraſtis, vt quid ergo in plebem veſtram irreuocabili prauitate ad omnia flagitia propenſam diſſeminaſtis, inanes eſſe conatus noſtros? una Chriſti ope omnes ſaluatos iri, qui miſericordiæ fons eſt, qui cognouit figmentum noſtrum, & recordatus eſt, quia puluis ſumus? Quem pietatis fructum, dicite quæſo, peperit hæc ueſtra tragędia, niſi ſegnitiem, relaxationem, licentiam peccandi, diuinæ iuſtitiæ cõtemptum, neglectum omnis ſanctæ ſollicitudinis? O peſtilentiſſimos antichriſtianæ theologiæ magiſtros. Reddet, reddet Deus vobis ſecundum opera ueſtra. Tunc iuſtitiam agnoſcetis, qui nunc non niſi miſericordiam agnoſcere voluiſtis, quo licenter viuere poſſetis pro libidine. Hoc eſt ergo quod Paulus edocuit, vt finiamus. *Reddet Deus vnicuique ſecundum opera ſua.* Explicat autem particulatim, & quibus reddet, & quæ. *His quidem qui ſecundum patientiam boni operis, gloriam & honorem, & incorruptionem quærunt. vitam æternam.* Poteſt duppliciter legi: Primo ſic. His quidem, qui per patientiam boni operis quærũt gloriam, honorem, & incorruptionem, æternam vitam, ſupplendum eſt, reddet. Secundo. His quidem, qui q̃runt æternam vitam, per patientiam boni operis, reddet gloriam, & honorem, & incorruptionem. Et hæc lectio placet magis. Sed prima planior eſt: O deſides & inertes: expergiſcimini, ne ſola fide putate uos iri ſaluatos: ne item ſolis opibus, cum fide patientia vobis neceſſaria eſt, vt promiſſiones hæreditare
valeatis. Ne fatigemini animis veſtris Heb. 10.
deficientes. In patientia veſtra, poſſide- Heb. 12.
bitis animas veſtras, dixit Chriſtus. Vn Luc. 21.
de & terræ feraci atque fertili, illos cõ- Luc. 8.
parauit, qui fructum afferunt in patientia. Vndique imminent piè Deum colentibus tentationes, perturbant aduerſitates, detractiones mouent, frangunt infirmitates: magna ergo patiẽtia opus eſt his, qui Deo ſeruire cupiunt: vt ſcilicet vſque in finem perſeuerent, vt non aſpiciant retrò ob difficultatem cępti itineris, vt non deſperent, quia illis merces in præſenti vita non redditur, vt patienter expectent coronam illam la-

pidum

pidum pretioſorum, vt fideles ſint vſ-
que ad mortem, & tūc dabitur eis coro-
na vitæ. Hoc eſt ergo quod Apoſtolus
dicit. *Secundum patientiā boni operis*. Plus
enim egent patientia boni quam mali
Heb.12. in hoc ſeculo neq;. Vnde Paulus horta-
batur, per patientiam curramus ad pro-
poſitum nobis certamen, aſpicientes
in autorem fidei, & conſummatorē Ie-
ſum. Non.n. qui inceperit, ſed qui per-
ſeuerauerit vſq; in finē, hic ſaluus erit.
Mat.24 Non incaſſum autem adiecit hanc par-
ticulam Paulus de patientia, & perſe-
uerantia, quod neceſſaria ſit, vt ſcilicet
Iudæos pungeret, qui de lege ſibi fru-
ſtra adblandiebantur. Lex.n. ſicut ad
ſalutem, ita eſt inefficax ad perſeueran-
tiam iſtam. Neminē ad perfectum ad-
Heb.7. duxit lex. Docet perſeuerātia opus eſſe.
ſed vires non largitur perſeuerandi:
aliūde petere eas oportet a gratia Chri-
ſti Ieſu. Neq;.n. nos ipſi ex nobis poſſu
mus perſeuerare in bono: liberum.n. ar
bitrium hominis ſuapte natura variabi
le eſt, de bono in malum, de malo in bo
num: quod ergo immobiliter adhæ-
reat bono, quod eſt perſeuerantiæ, opor
tet, quod ex immobili aliquo mouente
nanciſcatur, videlicet ex Deo. Omne
enim mobile variabile, ad hoc qd im-
mobiliter & inuariabiliter ſiſtat, figatur
que in vno, eget mouentis inuariabilis
ope. Hinc eſt quod perſeuerantia peti-
Pſ.16. tur à Deo, tanquam Dei donum. Per-
fice greſſus meos in ſemitis tuis, & non
Pſal.79. moueātur veſtigia mea. Fiat manus tua
Pſal.67. ſuper virum dexteræ tuæ, quem confir-
maſti tibi, & non diſcedimus à te. Con-
firma hoc De⁹ quod operatus es in no-
bis. Adulatio autē eſſet & irriſio, à Deo
2.Theſ.2. petere quod ipſe non daret. Paulus au-
tem dicit. Deus pater noſter exhortetur
corda veſtra, & confirmet in omni ope-
1.Petr.5. re & ſermone bono. Petrus quoq;, Deus
omnis gratiæ, qui vocauit vos in æternā
gloriam ſuam, ipſe perficiet, confirma-
bitq;, ſolidabit. Patientia ergo boni ope
ris, perſeuerantia eſt, quam quiſq; ſem-
per petere debet à Deo, vel peccator, vel
Mat.6. iuſtus. Nemo.n. eſt qui non dicere tenea
tur. Et ne nos inducas in tentationem.
Hac autē oratione petitur perſeueran-
tiæ donum, ſicut annotauit egregiæ ſan

Bit ad Rom.

ctiſſimus Ciprianus. Et poſt eum, Augu
ſtinus in libro de bono perſeuerantiæ.
Quod autem dicit hic Apoſtolus.
*Gloriā, honorē, & incorruptionē quærenti-
bus*. Adhuc Iudæos extimulat, qui oīa
opera ſua faciūt, vt uideant̄ ab hoībus.
Illi ergo iam receperunt mercedē ſuā; Matt.6.
ſed qui intuitu gloriæ illius nunquā in-
teriture, honorum illorū immortaliū
patienter, perſeueranterq; pijs operib⁹
incumbunt, his pro mercede retribuet̄
æterna vita. Tria aūt dicit, *Gloriam, ho-
norē, & immortalitatem*, vel incorruptio-
nem. Quæ gloria maior illa? Iuſti ful- Matt.13.
gebunt ſicut Sol. Poſuiſti in capite eius Pſa.20.
coronam de lapide pretioſo. Eſtis ciues
ſanctorū & domeſtici Dei: Venite bene Eph.2.
dicti pris mei, poſſidete paratū uobis
regnum. Quem honorē, ille honor nō Mat.25.
antecellit? Eritis ſicut angeli Dei in cę-
lo. Neſcitis qm̄ angelos iudicabim⁹? Et Mar.12.
tranſiens miniſtrabit illis. Statuet oues 1.Cor 6.
à dextris. Regnant ipſi cum agno, & Luc.12.
agnus cum illis. *Gloriam* autē, & *Hono-
rem* nominant ſcripturæ ſacræ, qm̄ hæc Mat.25.
bona præ cæteris ſunt curæ mortalib⁹, Apoc.22.
ſed bona illa, meliora incomparabiliter
erunt. At nomine præclariori non pote
rant ſignificari. Cum autem *Incorruptio-
nem* addit, corporum immortalitatem
intelligite, quam poſt reſurrectionem
ſcriptura ſancta beatis pollicetur.
Dubitabis fortaſſe propter uerbum
Pauli. *His qui per patientiam boni operis
gloriam, honoremque, & incorruptionem
quærunt, reddetur æterna vita.* Num Deo
non eſt ſeruiendum, abſque mercedis
intuitu? Num mercenarij non vitu- Ioan.10.
perantur in Euangelio Ioannis? Quo-
modo ergo illi remunerantur, qui pijs
operibus incumbunt hac intentione,
vt æternam vitam conſequantur? Sine
premio vtique Deo ſeruiri non poteſt:
at ſine intuitu pręmij ſeruiendum eſt.
Non id te perturbet, qui mercedis tē-
poralis deſiderio & ſpe, Deo famu-
latur, is mercenarius eſt, quem in
Euangelio Ioannis, vituperabilem con
demnabilemque oſtendit Chriſtus. At
ſpes æternæ vitæ conſequendæ, quo-
modo pōt nos efficere vituperabiles?
quandoquidem ſpes ipſa, quæ virtus
eſt, & anchora noſtræ ſalutis, vt dixit Heb.6.

Apoſto-

H b. 11. Apoſtolus, quid eſt aliud q̃ mercedis illius inuiſibilis expectatio? Moſes aſpiciebat in remunerationem, ut ſupra dicebamus. Dauid quoque dicebat. Inclinaui cor meum, ad faciendas iuſtificationes tuas in ęternum, ꝓpter retributionem. Quid immoror? Chriſtus Ieſus hortatus eſt, vt ſpe mercedis illius operaremur ardĕtius. Gaudete & exultate, quoniam merces veſtra copioſa eſt in cęlis. Et vt aliquando concludã, réque aperiam: Quid eſt æterna uita niſi Deus? Ille eſt noſtræ felicitatis obiectũ, immo ipſa felicitas, ipſa merces. Qui ergo ad mercedem illam reſpicit, ad Deũ ipſum inhiare uidetur. Amicorũ autem eſt, quod quærant inuicem vnus alio perfrui. Hinc Paulus, Cupio (inqt) diſſolui, & eſſe cum Chriſto. Et Dauid. Heu mihi, quia incolatus meus prolõgatus eſt. Quando veniam & apparebo ante faciem Dei? Qui ergo uerè Deum diligit, id præ oculis habet ſemper, vt illuc perueniat quò tendit. Non habemus autem hic ciuitatem permanentẽ, ſed futuram inquirimus. Futuræ ergo intuitu operatur, & per patientiam boni operis, beatitudinem illam expectat. Tantum abeſt, vt à charitate deficiat: deficeret ſiquidem, ſi mercedẽ poneret finem Dei quem amat: qm̃ amicus ſui gratia diligit, non alterius: At ſi merces finis ſtatuatur, ipſius eſt finis, non vltimus: vltimus.n. Deus eſt, cui felicitate illa coniungimur. Qũo deficit? quin potius, quomodo non perfectè Deũ amat? At nõne omnino mercenarij dicemur (quod utique eſt infame nomen) poſtquàm intuitu mercedis Deo famulamur? Cum de re conſtat, non eſt uis facienda de nominibus. Non enim res ſermone, ſed ſermo rei debet eſſe ſubiectus. At ſi noĩum tantam habes rationẽ, dic, nos nequaq̃ uerè eſſe mercenarios appellandos, qm̃ æterna uita non adeò merces eſt, quin ſit magè hæreditas. Filij ergo ſumus, non mercenarij. Hinc oramus. Pater nr̃ qui es in cælis, ſanctificetur nomen tuum. Adueniat regnum tuũ. Non dicimus merces tua. Nobis.n. iure adoptionis potius q̃ ſeruitutis, debet̃ regnum cęlorũ. Paulo dicẽte. Si filij & hæredes. Rõ quoq; prima debiti eſt diuina promiſſio. Propter q̃d & ipſe dicebat. Patientia uobis neceſſaria eſt, vt uoluntatẽ Dei faciẽtes, reportetis promiſſiones: non mercedẽ appellans, ſed promiſſionem, æternam illam vitam. Sicut & terram illam hebreorũ, noluit alio noĩe appellari Deus, q̃ terrã promiſſionis, vt non alio iure, non alio debito datam Iudęis fuiſſe intelligeres, niſi iure diuinæ promiſſionis. Eſt enim Deus uerax. & non põt ſemetipſum negare. Non debebat Iudęis Deus, etiã cum promiſiſſet: at ſibi debebat, quia promiſerat. Ita ergo vita æterna nobis debetur, non adeo tanquã merces ſeruis, quin & magè tanquam filijs prędeſtinata atque promiſſa hæreditas: Et cum piè Deum colimus, debet Deus ꝓmiſſa reddere. Non debet nobis, debet ſibi: propterea, vt vitam æternam cõſequamur, quàm promiſit, largitur & gratiam, ſine qua haberi ullo pacto nõ poſſet. Vnde & gratiam diuinã nos Deo gratificantem, Apoſtolus arram vocat, & pignus gloriç illius, & hæreditatis. Signati eſtis (inquit) Spũ ſancto promiſſionis, qui eſt pignus hæreditatis nr̃æ. Vt omnino uerum ſit, nec tamen merita tollat, quod Diuus Auguſtinus dixit, Deũ coronarę in nobis dona ſua. Contra Pelagium, qui merita humana ſic p̃dicabat, vt ea ex ſemetipſo habere homines diceret. Scriptum eſt.n. Quid habes homo quod non accepiſti? Et ſi accepiſti, quid gloriaris quaſi nõ acceperis? Et iterum. Oẽ datum optimũ, & oẽ donum perfectum, deſurſum eſt, deſcẽdens à patre luminum. Vnde & Ioãnes p̃curſor dñi dicebat. Non põt homo accipere quicq̃, niſi fuerit ei datum de cælo. Vtiq; de cęlo, vnde ẽt uenit ſpũs ſanctus, & Chr̃s Ieſus, qui & aſcendens in altum, captiuauit captiuitatem, & dedit dona hoibus. Nos.n. quamuis humana merita prædicemus, ipſa tñ Dei eſſe dona cognoſcimus & confitemur: qm̃ meritũ nr̃m ex Dei gr̃a, non gr̃a Dei ex merito nr̃o. Sed non ne debet̃ meritis nr̃is merces illa? Vtiq;. Verum enimuero, longè plus merita nr̃a debẽt Deo, q̃ niſi donaſſet, vt eſſent merita, nullo pacto fuiſſent niſi demerita. Coronat ergo dona ſua, quia coronat merita nr̃a, quæ

Marginal notes: Pſal. 118. — Matt. 5. — Pſ. 119. — Pſ. 41. — Heb 13. — Matt. 6. — Rom. 8. — Hebr. 10. — Rom. 3. — Eph. 1. — 1. Cor 4. — Iac. 1. — Ioan. 6. — Eph. 4

Dei vtiq; opera ſunt, & nſa. At ut meri ta ſint, dei dono factum eſt, non merito nro. Et ideo dicit Pr ille ſanctiſſimus, de Gra & libero arbitrio ca.6. Si merita nſa ſic intelligerent, vt etiã ipſa Dei dona eſſe cognoſcerent, non eſt reprobanda iſta ſnia: qm̃ uero humana merita ſic pdicãt, vt ea ex ſeipſo habere hoiem dicant prorſus talia cogitãti, veriſſimè dr, Dona ſua coronat Deus, nõ merita tua. Nota verbum, Talia cogitanti, Pelagio hoc dr, quo intelligat deprimendũ libe rum arbitrium, qui prorſus ipſum extol lere magna arrogãtia nitebať. Hac.n.ar te inceſſit ſemper ipſe cum hereticis, vt contra Pelagianos ad Manicheos declinare videretur, cõtra Manicheos item ad Pelagianos. Neq;.n.virgam, quã in vnam partem deflexeris, ad rectitudinẽ reduces, niſi in aliã primũ reflectať. Catholico ergo non dr. Dona ſua coronat Deus, non merita tua. Sed audi qd dr ab eodem Auguſtino.ca.7. Nõ Deus coronat merita tua tanq̃ merita tua, ſed tanq̃ dona ſua. Plurimũ.n. intereſt inter hæc. Fatemur.n.hoc ſermone, nſa eſſe atq; Dei opera, quæ merita dicuntur, & ſunt. Noſtra item merita coronari: verum addimus, quod ſumma & gloria meriti, atq; coronæ tribuenda eſt Deo: quod quis vnquam negauit catholicorũ? At primo illo loquendi modo, negabatur merita noſtra coronari. Ita ergo fit, vt uita æterna merces ſit & donũ, hæreditas & ſtipendium. Sequitur.

His autem qui ſunt ex contentione. Qui ſcilicet non ignorantia, aut fragilitate, ſed animi pertinacia contentioſè egerint contra Dominum, diuinæ eius gratiæ, obſtinato reſiſtẽtes arbitrio: quiq; iuſſa eius, quæ alioquin ſanctiſſima eſſe nouerant, tráſgreſſi fuerint propria malitia, contendentes ne vinceretur eorũ peruicacia à diuina bonitate. Cõtentio enim contra perſeuerantiam, de qua ſupra dictum eſt, opponitur. Eſt ergo pſeuerantia in bono, contentio pertinacia in malo. *Et qui non acquieſcunt veritati.* agnitæ, impunitatem ſuorum ſibi facinorum promittentes: cum optime ſciãt Deum iudicaturũ eſſe orbẽ terræ in iu-
Iocl.5. ſtitia. Contra quod dr. Ne dixeris in corde tuo peccaui, & quid mihi accidit triſte? *Credunt autem* vel obediunt *Iniquitati.* cuius ſunt ſerui: quæ eos ſuo pondere ad alia peccata trahit, & pertrahit. Nam qui facit peccatum, ſeruus eſt pec Ioan.8.
cati: His tanquã *Ira* retribuitur. hoc eſt vltio vel vindicta Dei: nimia eius patiẽtia & expectatione acerbior facta. *Indignatio.* ois orbis. Scriptum eſt.n. Pugna Sap.5.
bit orbis terræ contra inſenſatos. Vel ẽt ſui ipſorum: diſcrutiati.n. doloribus, angoribus oppreſſi, uexati ſollicitudini bus, indignè ferent, odioq; proſequentur omnia in quibus primũ oblectaban tur: atq; ſeipſos, dicẽtes intra ſe pniam inaniter agentes, quid nobis profuit ſu Ibidem.
perbia, aut diuitiarum iactantia? Quid contulit nobis? Laſſati ſumus in uia iniquitatis. *Tribulatio*, tã multiplex, tã grauis, vt cogantur deſiderare mortẽ, ſed mors fugiet ab eis, vt dr in Apocalypſi, Apoc.9.
quo in æternum crucienť. Hæc aũt potiſſimũ erit tribulatio, qm̃ miniſtris ſcelerũ, quibus ſe ſe circũdatos intus & foris conſpicient, adeò terrebunť, vt ſibi ipſis ſint pauori atq; formidini: & ſi mori eos non eſſe impoſſibile, facilè p dolore nimio redigerenť in nihil. *Et anguſtia.* Animi.ſ. anxietas, qua iteſtinis mœroribus afflicti deſperãtes prorſus, tabeſcent, grauiſſimè torquebunť. & oẽ deſideriũ eorum peribit. Hæc ergo oĩa pro delictorũ qualitate effundenť. *In omnẽ aĩam hoĩs operantis malum.* Quod additũ eſt, vt potentiſſimi quiq; terreanť. Neq; enim cõſules, neq; reges, neq;.n. Cæſares effugere poterint diuinã vltionem, ſi mali operati fuerint. Scriptũ eſt.n. de eo, Qui dicit regi apoſtata, qui uocat du Iob 34.
ces impios, non accipit perſonas principum, nec cognouit tirannũ cũ diſceptaret contra pauperẽ. Opus.n. manuũ Ibidem.
eius ſunt vniuerſi: Magnũ & puſillum ipſe fecit, & equaliter eſt illi cura de omnibus. Conſidera autẽ, quod cũ de his, qui bonis operib9 patiẽter inſudarint, ſermonẽ faceret, dixit. Deũ reddidutũ illis eſſe uitam æternam. Nunc vero de impijs loquens, non inquit Deus illis reddet irã, indignationem, tribulationẽ, & anguſtiã. Sed illis reddeť, ira, indignatio, tribulatio, & anguſtia. Cur hoc? Magno myſterio id factum eſt. Indignũ nanq; vr dicere, Deũ qui fons eſt pieta-

tis, vindicare, vlciſcinè. Indignū eſſet ni ſi mulctarentur improbi: at & indignū eſt dicere, quod Deus illos mulctet. Dicit ergo eos oīno mulctandos, nec oīno mulctabuntur niſi à Deo. At Dei optimi maximi, cui proprium eſt miſereri ſemper & parcere, voluit ſupprimere nomē: vt intelligas, ex te ipſonō ex Deo te perditum iri, Non te Deus creauit, vt damnareris, at tu teipſum damnaſti, vel perdidiſti: O improbè. Non Deus ex ſe excanduit in te, ſed ex te: Nam, & cum condemnat, dolere dr̄ Deus in ſacris li-

Eſa. 1. teris. Heu (inquit) conſolabor de hoſtibus meis. Tantum abeſt, vt ex diuina illa bonitate, prędeſtinatur aliquis ī interitum: præſcitur interitus, non prædeſtinatur à Deo. At ſalus vtiq; præſcitur & prædeſtinatur: & ſi dicere fas eſt, priꝰ prædeſtinat, q̄ prænoſcatur. Eſt ergo literæ ſenſus. *His qui ſunt ex contentione, & qui non acquieſcunt veritati, credunt autem iniquitati, ira, & indignatio, reddetur*, vel retribuetur. Non dicit iram, indignationem, tribulationem, & anguſtiam. Senſus enim eſſet. Deus reddet. Vnde ergo reddetur? Ex ſeipſis antecedenter, licet ex Deo conſequenter, vt ſcholaſtici dicunt. Quapropter

Pſa. 50. in Eſaia legitur dicturum eſſe Deum. Ambulate in flammis, quas ipſi ſuccēdiſtis vobis. Quia autem dixerat in diſcriminatim, effundendam eſſe iram Dei in omnem animam hominum, qui Deum neglexerint & iuſſa Dei, onerat iudæum in mulcta *Iudæique primum, & Græci*. Omnes certè nulla habita ratione præterquam meritorum mulctabuntur ſeueriſſimè, at primum Iudęus quàm Græcus. Græciq; nomine Gētes omnes intelligit præputiatas. Non intelligitur autem ordo iſte, quo ad tempus, ſicut ſupra cum Euangelium dicebatur eſſe in ſalutem omni credenti, Iudæo primum & deinde Græco. Sed ordo eſt pœnarum: mitius agetur cum Gentibus: grauioribus ſupplicijs torquebuntur Iudæi. quippe quia, & ſi vterque inexcuſabilis ſit, Iudæus & Græcus, vt oſtendimus, longè tamen magis caret defenſione Iudæus, quàm Ethnicus populus: ſicuti & nunc maxime Chriſtianus. Vnde eodem crimine grauius peccamus, nos omnes quibus euangelica lampas effulſit, q̄ paganorum omnis multitudo. Et propterea, magna ratione grauius à tortoribus affligemur. Quod ne nobis eueniat,

Deum continenter timeamus. Timor Eccl. 1.
enim dn̄i expellit omne peccatum: illique gratias agamus, qm̄ cum augentur dona, rationes creſcunt donorum.

Gloria vero & honor, & pax omni operanti bonum, Iudæoq; primum & Græco. Sicut præfertur Iudæus in pœna, ita præfertur in præmio. Qui enim copioſiores abs Deo accipit gratias, ſi non in eo vacuæ fuerunt, ampliora merita cumulauit: amplioribus itaque premijs locupletabitur in illa perhenni gloria: ſiquidem gloria, gratiæ reſpondet & merito. Cum autem iudæum excellere Græcum intelligis, populi ad populum comparantur: non ſinguli Iudęi ad ſingulos Gentiles. Semper enim Iudaici populi Deo curæ fuerant magè, quā gentes, & ante, & poſt Chriſti aduentum, quouſque in vnigenitum eius filium tanta impietate deſeuierunt. Vnde & abſolute in patria illa ſupercęleſti, qui maiore gloria potiunt, iudæi ſunt. Apoſtoli nanq; ex Iudęis erāt: & Deipara illa virgo ſanctiſſima, quam ſuper omnes Angelorum choros exaltatam eſſe certiſſimè ſcimus. Chriſtus quoq;, Dei & Virginis filius Iudæus eſſe voluit, & inter Iudæos vitam agere, atque mori. Verum non poteſt negari, Gētium multos, multis iudęis eſſe prę latos, quoniam & pleriſque Gentilium data ſunt ſpiritus ſancti chariſmata, ſuper multos iudęos, non dico tamen ſuper omnes. Quod ſi dicas, dixiſſe Chriſtum, cum populum populo conferri vellet, parabola quadam. Erunt pri-

mi nouiſſimi, & nouiſſimi primi, prophetia fuit. Mortuo Chriſto Ieſu primum conuertendas eſſe Gentes, quæ tamen eo viuente nouiſſimè conuerſæ fuerant. Migrauit enim ſalus ex Iudęa ad Gentes: Iudæos autem auertendos eſſe à fide: nouiſſimaque hora conuertendas denuo. Iuxta illud Apoſtoli: Cęcitas contingit in Iſrael, donec plenitu- Rom. 11.
do gentiū intraret: cum aūt plenitudo gentium intrauerit, tunc omnis Iſrael ſaluus

ſaluus fiet: Et in diebus illis ſaluabitur Iuda. Ordinem ergo temporis expreſſit Chriſti vaticinium: qui primi fuerũt tempore, erunt tẽpore nouiſſimi: Et q nouiſſimi tempore, primi itẽ tempore erunt. Pauli autem ſnia, ordinem exprimit hoc in loco principalitatis. Primus fuit in gratia Iudæus: erit ergo primus in gloria, ſi piè vixerit. Primus itẽ in pœna ſi ſecus, vt pote magis ingratus. Sic habetis ſenſum Pauli. Scis autẽ doctè, quid molitur Apoſtolus hiſce rationibus? Magnam & miram quamque vnicè, hac in Epiſtola intelligit diuinilo quus iſte præco concluſionem. Nihil habuiſſe Iudæum, vnde gloriari potuerit, præferriq; Gẽtibus, etiam cum nondũ illuxiſſet orbi lux illa magna euangelici verbi: quo potiſſimum tempore reiectæ videbantur Gẽtes omnes: nihil inquam penitus, niſi ipſe operationibus pijs ſe ſe effecerit ſuperiorem. Ne glorieris, ô Iudæe, quod lex Moſi, tibi vni tradita fuerit, & credita: quod ex genere Abrahami ſtirpe ſancta deſcenderis: quod de Ægypto liberatus, tantis prodigijs duct' fueris in terram lacte & melle manatẽ: Hæc omnia tuis patribus obfuiſſent, niſi toto corde, pijsque operibus Deum coluiſſent. arctius nanq; mulctaſſet eos Deus, quàm Gentes quibus minora, paucioraq; dona collata ſunt. Opera, opera reſpicit Deus in iudicio, non ſtirpem, non circumciſionem, nõ legem. Si enim Græcus excuſati non poteſt, quod naturæ lege & rõne ductus, non fuerit melior effectus, putas ne tui illi patres poterunt, vel potuiſſent aliquo prætextu defendi, qui tot tantaſq; gratias acceperunt? Æqua, æqua mihi crede fuit omnium hominũ ratio, non modo poſtquàm Dei filius Chriſtus Ieſus, pro omnibus ſe ſe demiſit ad terras: qui & pro omnibus mortu' eſt, Iudæis & Gentibus, ſed & antea, per ſecula omnia. Neq;.n. male operantem Iudæum ſaluauit vnquam Deus, aut ſaluabit: neque item piè Deum colentem Ethnicum repudiauit, aut repudiabit: affuit pijs omnibus ſufficiente ope, abfuit item ab impijs vniuerſis: Reddet Deus vnicuique ſecundum opera ei', bona bonis, mala malis indiſcrimina-

Bit. ad Rom.

tim: & meliora melioribus, peiora quoque peioribus. Non te præferet Deus in iudicio, quia iudæus ſis, niſi & melior fueris. Non abdicabit ethnicos, quia ethnici ſint, niſi & impij, prophanique extiterint. Si crimina paria fuerint, non grauius gentilem, ſed te grauius torquebit. Tantum ab eſt, vt illi officiat, quod gentilis ſit, tibi quoque proficiat, quod Iudæus ſis. Vnde ſequitur.

Non enim eſt perſonarum acceptio apud Deum. Ne ergo putes, fautorem habere Deum, quia illius primogenitus fueris, vocaritque te pupillam oculi ſui, niſi & tu pijs actionibus fauorem illum tibi conciliaris: nec vereatur ethnicus aſpernãda fore opera illius ſi pia fuerint. Deus optimus maximus, in iudicando non excipit perſonam hominum. Ex Euangelio id maximè liquet, quod omnibus eſt gentibus inuulgatũ: ſed & omni tempore ita fuit. Hoc eſt enim quod contendit Apoſtolus. Videlicet, vt nunquam apud Deum habitus fuerit perſonarum delectus. Quemadmodum enim gentes ſupra inſectabatur, quæ in legis naturæ ſtatu Deum neglexerant: ita Iudæos nunc alloquens, ad eos has rationes dirigit prudentiſſimus Apoſtolus, pro tempore legis ſcriptæ, quo maximè uideri credique poterant ethnicis ſuperiores, & meliores. Non adiecit autem hanc clauſulam, cum dixit puniendos eſſe græcos & iudæos: id enim probatione egere nõ videbatur. At præter Iudæorum opinionem erat, quod etiam græci, qui antequàm Chriſtus ſua luce eos illuminaſſet, neque legem, neque prophetas habuerant, honorarentur in regno cælorum. Temporibus nanque, quæ euangelicam noui teſtamenti gratiam præceſſerant, reiecti fuiſſe Gentiles omnes exiſtimabantur à Iudæis. Vt ergo id aſtruat, ſi Gentiles piè vixerint eſſe remunerandos gloria, honore, atque pace, protinus poſt illud uerbum, dicit.

Zach. 2.

Non eſt enim perſonarum exceptio apud Deum, apertiſſimè ſignificans, niſi ita fieret, uitari non poſſe, quin Deus eſſet perſonarum exceptor.

Omnibus ergo bonis, vel iudæis, vel ethnicis bona: omnibus malis item, vel iudæis, vel ethnicis mala, retribuet Deus ô Iudæe, vult dicere Apoſtolus. Quoniã abſurdiſſimum eſt, vt apud Deum ſit perſonarum exceptio. Nanque ex veteris inſtrumẽti libris, id maximè colligere potes. Scribitur enim in libro Paralipomenon. Non eſt apud Deum iniquitas, nec perſonarũ exceptio, quaſi finitimum ſit iniquitati, vel idẽ quod iniquitas, exceptio perſonarum. Moſes quoque dicebat. Deus magnus, potens, & terribilis, qui perſonam non accipit.

2.Para.19

Deut.10.

Sed hic ſunt magnæ difficultates. Prima quidem. Quoniam fratrum illorum quos vterus vnus, eodem concubitu concipit, eodemque momento in lucem ſimul effundit, eligit alterum, alterum reprobat atq; repudiat. Iuxta illud verbum Prophetæ. Iacob dilexi, Eſau autẽ odio habui. Quod & generalius expliciuiſſe viſus eſt Chriſtus dicẽs. Duo erunt in lecto, vnus aſſumetur, & alter relinquetur. Cum ergo paribus non paria reddat, quomodo non eſt perſonarum exceptor Deus?

Gen.25.

Malac.1.

Luc.17.

Secundo. Vinitores illos, qui pōdus diei & eſtus portarant, pares fecit illis in premio, qui aduesperaſcente die, vineam ingreſſi, vix vna hora laborauerunt, tantundem reddẽs mercedis his, qui vndecima hora cōducti fuerãt, quãtum reddiderat primis: qua rõne itaq; defendi poteſt, quin pro libito agat, pſo namque excipiat, quandoquidem facit quod vult: meritorum autẽ rationẽ nequaquam conſiderat?

Matt.20.

Tertio. Melior eſt iuſtus præſcitus vel reprobatus, quàm peccator prędeſtinatus. Deus autem plus diligit peccatorem prædeſtinatum, quoniam illi vult efficaciter vitam æternam, quàm non vult reprobo, meliora ergo minus diligit. Quo pacto ergo perſonam nō excipit? Sicut enim bonos diligit, ne ſit exceptor perſonarum, & malos odit: ita meliores plus diligere debet: Quod cũ non faciat, videtur difficile vitare exceptionem perſonarum.

Difficultatem vero iſtam, duo alia augent ex eodem capite. Quoniã Angelus eſt homine melior, dicente pſalte. Minuiſti eum paulominus ab Angelis. Plus tamen diligit hominem, quàm Angelum. Aſſumpſit nanque hominem, non Angelum. Nuſquam Angelos appræhendit (inquit Paulus) ſed ſemen Abrahæ appræhendit. Iuſtus etiã innocens eſt pęnitente melior: magis tñ diligit pœnitentem, quoniam plus gaudet de vno pœnitente, quàm de nonaginta nouem iuſtis, qui pœnitentia nō indigent: vt ſcribitur in Euangelio. Et inter pęnitẽtes etiam, qui amplius peccauit, plus diligit. Vbi enim abundauit delictum, ſuperabundauit & gratia, inquit Apoſtolus: cum tamẽ qui minus peccauit, ſit melior.

Pſ.8.

Heb.2.

Lu.15.

Rom.5.

Quarta difficultas eſt. Quoniam Sodomei. Tirij quoq;, & Sidonij, ſi miracula illa uidiſſent, quæ corã Iudęis facta ſunt ĩ Capharnaum, Corozaim, & Bethſaida, pęnitentiam egiſſent. Ipſo Chriſto Ieſu aſſeuerante in Euangelio. Veh tibi Corózaim. Veh tibi Bethſaida, quia ſi in Tiro & Sidone factæ eſſent virtutes, quæ factæ ſunt in te, olim in cinere, & cilitio, pœnitẽtiam egiſſent. Et tu Capharnaum, Nunquid vſque in cęlum exaltaberis? ad infernum deſcendes. Quia ſi in Sodomis factæ eſſent virtutes quæ factæ ſunt in te, manſiſſent in hanc vſque diem. Coram illis autem noluit Deus, vt fierent, quæ alioquin facta ſunt indigniſſimis illis populis, qui diuina bonitate abuſi: quo maiora ſigna videbant, eò duriores, & peruicatiores efficiebantur. Hinc potiſſimum oſtendi uidetur, quod partium fautor, perſonarumque exceptor ſit Deus omnipotens. quoniam dignos repellit, indignos excipit, & amplectatur, atque fouet.

Matt.11. & Luc.10

Quinta eſt. Quoniam in libro Sapiẽtiæ legimus. Exiguo conceditur miſericordia, potentes autem potẽter tormẽta patientur. Videtur ergo, quod ſi eodem crimine pauper & diues peccauerint, grauius ſit puniendus diues q̃ pauper. Hoc autem ad iniuſtitiã ſpectat, & ad acceptionem perſonarum. Nanque ſcribitur præceptum eſſe in lege. Pauperis non miſereberis in iudicio. Dicat ergo Deo. Patere legẽ, quam tu ipſe tuleris.

Sap.6.

Exo.23.

leris. Hæ ſunt difficultates, quæ hic
locum habent. Confidite tamen. Nul
læ enim argumentationum machinæ,
ſubruere poſſunt hanc ſolidam, inuictã
que diuinæ iuſtitiæ veritatem: ex qua
certè mille propugnacula pendent, &
innumeri clipei. Habetis Iobum dicé-
Iob. 34. tem. Qui dicit regi apoſtata, qui vocat
duces impios, qui non accipit perſonas
principum, nec cognouit tirannum cũ
diſceptaret contra pauperem. In libro
Sap 6. Sapientiæ legitur. Non excipiet cuiuſ
quam Deus, qui eſt omnium domina-
tor: nec verebitur magnitudinem cuiuſ
que. Puſillum & magnum ipſe fecit,
Eſa. 42. & æqualiter eſt illi cura de omnibus. In
Eſaia. Non clamabit, neque accipiet
perſonam. Paulus toties inculcat. Deus
perſonam hoĩs nõ excipit, ad Epheſios.
Ephe. 6 ad Galatas ad Coloſſenſes. Petr⁹ clamat
Gal. 2. magna voce. In veritate cõperi, quia nõ
Coloſſ 3. eſt perſonarum exceptor Deus, ſed in
omni gente, qui timet Deum, & opera-
Act. 10. tur iuſtitiam, acceptus eſt illi. Sunt alia
pleraque loca, ſed hæc ſatis ſunt, ſup-
que ſatis. Quis itaque munitiſſimam
hanc turem poterit ſubuertere? Initio
autem intelligere oportet, quid ſignifi-
cetur voce iſta, perſonam excipere, tũ
in ſacris literis, tum communi loquen-
tium vſu. Quamquam enim ſapien-
dum ſit, vt pauci, loquendum tamen
eſſe, vt plures, nemo neſcit veſtrum
qui adeſtis. Hic ergo principium eſto.
Volue, reuolue omnia Bibliorum volu
mina, nuſquam reperies, hãc vocé vſur
pari, niſi vt vitium eſt, & magnum vi-
tium. Interroga doctos, & indoctos,
omnes tibi dicent, exceptionem perſo-
narum, ſonare neſcio, quid iniquitatis.
Hinc Iudæi illi, quo Chriſto adularen-
tur, ſua illa aſtutia, qua in cunctis vtebã
tur permoti, alijs laudibus complurib⁹
quidem & egregijs, hanc addiderũt,
quod non reſpiceret perſonam hoĩum.
Matt. 12. Magiſter ſcimus, quia verax es, & uiam
Dei in veritate doces, & non eſt tibi
cura de aliquo: non enim reſpicis perſo
nam hominum. Ratum habentes, vi-
tio dari omnibus, ſi perſonam ſpectent,
contra, laudi ſi non ſpectent. Quæ
aures ergo adeò ſunt irreligioſæ, vt non
horreant vocem hanc infamen, ad Deũ
transferri, cui in omne euum eſt om-
nis honor tribuendus & gloria, nem-
pè perſonarũ exceptionem? Scio ego,
commentitijs, gloſematibus argutulos
homines interpretari poſſe, vt perſona
rum exceptio, minimè à virtutis orbita
declinet; ſed & mihi omnium doctorũ
minimo, qui docti, aut arguti nomen
nec vendico, nec arrogo, difficilè haud
fuerit, paradoxa quæque & impia vni
co adiecto verbulo adeò interpretari,
vt pia & ſancta credantur, & ſint.
Chriſtũ Ieſum haud eſſe vnquàm vita
functum: mundum æternum eſſe pror-
ſus. Mariam minimè fuiſſe θεοτόκον.
Omnia neceſſitate agi. Deum neſcire
quæ agimus, quæ unquam dogmata
peſtilentiora iſtis impietatibus? Adde
tamen verbum, & catholica cenſebun-
tur ab oĩbus Chriſti fidelibus, ea parte
qua Deus eſt. Viuit Chriſtus in æter-
num. In Idæa mundus æterno tépore
fuit. Ex ſe mulier haud potuit Deum
gignere. Neceſſitate infallibilitatis di
uinæ ſcientiæ aguntur omnia. Neſcit
Deus, quæ agimus ſicut nos. Num ergo
mihi liceret has impietates inuulgare
mundo? Mundus ſemper fuit. Nulla
eſt contingentia rerũ. Chriſtus nõ eſt
mortuus. Maria non eſt θεοτόκος. &
alias prædictas, contra ſcripturam ſa-
cram, contra communem vſum loquẽ-
di, ob id quod defendi tam facilè poſ-
ſunt? Diſperеam ſi id mihi licet. Quã-
quàm ergo ſi vocem torqueas, exceptio
perſonarum, poſſit ſeiũgi à vitio, poſt-
quam ſacra ſcriptura tota, & omnis
multitudinis vſus, illam ſecus accipit.
abſit, vt niſi magna impietate, vel chri-
ſtianus, vel ethnicus blaſphemare poſ-
ſit, dicens Deum perſonam excipere.
Clamemus ergo omnes. Non eſt, non
eſt perſonarum acceptio apud Deum.
Liberis uerbis loquuntur Philoſophi
inquit Diuus Auguſtinus, nec in rebus
ad intelligendum difficillimis, offenſio-
nem religioſarum aurium pertimeſcũt:
Nobis autem ad certam regulam loqui
fas eſt, ne verborum licentia, etiam de
rebus quæ his ſignificantur, impiam gi
gnat opinionem: Quod autem vitiũ
ſonat exceptio perſonarum? Vitium
quod iuſtitiæ iudicis, vel iudicij oppo-
G 4 nitur.

nitur. Quere, require ſacros codices,
vbi prohibetur exceptio perſonarum,
confeſtim vel anteceſſit, vel ſequitur
ſermo de iuſtitia, vel de æquitate iudi-
cij. In teſtamẽto veteri, vbi præcipitur,
ne perſonam iudices excipiant, ita legi
Deut. 1. mus dixiſſe Moſen, Quod iuſtum eſt, iu
dicate, ſiue ciuis ſit, ſiue peregrinus,
nulla erit diſtintio perſonarum. Ita
paruum audietis, vt magnum: nec ac-
cipietis cuiuſque perſonam. Rex ille
Ioſaphat, cum iudicibus perſuaderet,
vt rectè iudicarent. Sic exorſus eſt. Vi-
2. Para 19 dete quid agatis. non enim hominis,
ſed Dei exercetis iudicium: non eſt au-
tem apud Deũ iniquitas, nec exceptio
perſonarum. Paulus, cũ dominos ad-
hortaretur, ne ſeruos deſpiciant, aut af
fligant. Scitote (inquit) quia dominus,
Coloſſ 3. & illorum, & veſter in cęlis eſt, qui re-
ctè iudicat, & perſonarum exceptio nõ
eſt apud illum. Quàm ergo eſt egregia
virtus iuſtitia, atque æquitas iudicij, tã
turpe facinus eſt perſonam excipere,
vel ſpectare. Eſt enim iniquitas, atq;
iniuſtitia, partium fautores, exceptores
perſonarum dicuntur & ſunt. Et profe
ctò cum Apoſtolus, poſt magnum illud
myſterium Iſraelis & Edom, quod tam
obſcuro & altiloquo ſenſu attigerat. Cũ
Rom. 9. nondum nati eſſent, aut quicquàm bo
ni, vel mali egiſſent, vt ſecundũ electio-
nem propoſitum Dei maneret, non ex
operibus, ſed ex vocante dictum eſt, qa
maior ſeruiet minori. Cum inquã poſt
hoc tam magnum ſacramentum argu-
mentaretur, Quid ergo dicemus? Nun-
quid iniquitas apud Deum? Quid pu
tas iniquitatis nomine intellexerit, niſi
perſonarum exceptionem? Intelliga-
mus ergo primum, quid ſit iuſtitiæ ęq-
tas: Dehinc facilè, quid ſit perſonam
excipere, quod iniquitas eſt innoteſce-
re poterit vniuerſis. Iudices ęqui ſpe-
ctant cauſam, rationemque cauſæ, &
omnia ea quæ ad cauſam faciunt; quæ
ad cauſam non faciunt, non ſpectant
vllo pacto. Contra, ergo qui non ſpe-
ctat cauſam, vel rationem cauſæ, neq;
quæ ad cauſam faciunt, ſed ea tantum,
vel magis, quæ nullatenus faciunt ad
cauſam, is perſonam accipit, & eſt ini-
quus. Eſt ergo hæc diſtinctio in iudi-
cio, ſpectare cauſam, & expectare pſo-
nam. Omnia quæ ad cauſam non fa-
ciunt, ſed accidunt cauſæ, & extrinſeca
ſunt à cauſa, perſonæ dicuntur & ſunt:
Ad cauſam faciunt, quæ fauore vel mul
cta dignum, aut indignum hominem
reddunt: quæ nec dignũ, nec indignũ,
perſonæ ſunt, & extra cauſam. Summe
exemplum. Qui inſula magiſtrali do-
ctum, & eruditum virum coronaret,
cauſam ſpectare diceretur: qui affinem
quãtumuis ἀμουσον, perſonam. Doctri-
na ergo ad cauſam facit, & eſt cauſę ra
tio, quia digni reddimur inſula, cum do
cti ſumus: Affinitas minime ad cauſam
iſtam facit, ob id affinitas perſona eſt,
& dicitur. Opponuntur ergo hęc duo,
excipere cauſam, excipere perſonã: de-
betque iudex excipere cauſam, nõ ex-
cipere perſonam, ex ratione iuſtitię quã
ſeruare tenetur. E contra ſtatera. Cũ
perſonam excipit, à iudicij æquitate de-
clinat. Ecce modo veritas. Deus iu-
ſtus iudex cauſas diſcernit, reddens in
iudicio vnicuique pro meritis, vt dictũ
eſt, vitam æternam bonis, malis æternũ
ſupplicium, vel Iudæi ſint, vel Gẽtiles,
vel mares, vel fęminæ: vel ſerui, vel li-
beri. Hæc enim ſunt quæ ad cauſam fa
ciunt, bona & mala opera, non eſſe Iu-
dæum vel Gentilem, circumciſum, vel
præputiatum, marem vel fęminam, bar
barum, vel Scitham, ſeruum vel liberũ.
Quo ergo pacto dici poteſt, vt Deus ſit
perſonarum exceptor? Poſſem maiore
ſeueritate dicere, Deum nullatenus ex-
ceptorem perſonarum eſſe, quoniam is
excipit perſonam, qui cauſam non ſpe-
ctat, quam ſpectare tenetur: at Deus, q
eſt ſupremus legum lator, nulli eſt addi
ctus iuri. Nulla eſt enim regula vel lex
illi actionum ſuarum, præterquã conſi-
lium ſuæ voluntatis. Id enim iuſtum qđ
ipſe vult: id iniuſtum quod non vult.
Neque enim putandum eſt, primum, iu
ſtum eſſe aliquid, ſecundo Deum illud
velle, quia iuſtum. Sed è contra, quæ
vult ipſe, volendo facit, vt ſint iuſta.
Sicut itaque Deo optimo maximo, ni-
hil facere videtur ad cauſam, ita nihil ui
detur referri poſſe ad perſonam. Op-
poſita nanque habent fieri circa idem.
Sed hanc rationem redderem proteruo
cuipiam.

cuipiam: vobis catholicis, fidelibusq́;, & veritatis ſtudioſiſſimis, volo mitiore illa declaratione ſatisfacere, quoniam diuina illa voluntas, omnium legum, & vniuerſi iuris regula, metam præfixit ſuæ iuſtitiæ. Qui bona egerunt, ibunt in vitam æternã: qui vero mala, in ignẽ æternum. Hæc ergo eſt cauſa vitæ ęternæ, ſupplicijq́ue æterni, benè & malè agere. Hanc cauſam ſpectat Deus ſemper in iudicio, nunquam aliud: nunquã ergo accipit perſonam. Si aliquãdo declinaret ab hac regula: ſi inquam benè operantem aliquem condemnaret ad tartara: ſi aliquem impiè viuentem eueheret ad ſuperos, poſſes aliquomodo cauillari quod perſonam exciperet. At nunquam id factum eſt, nunquã id fiet: omnes ſaluabuntur, qui piè vixerint, qui impiè, damnabuntur vniuerſi: Nulla ergo eſt, vel fuit, aut erit exceptio perſonarum in Deo: vt dicatur ſic breuiſſimè. Qui ſpectat cauſam, quam ſpectare oportet, nõ excipit perſonã: Deus ſpectat cauſam, quam ſpectare oportet. Ergo perſonam non excipit Deus.

Ad Primam itaque difficultatem, de Iacob & Eſau, ex dictis reſponſio patet. Vbi non eſt ſpectanda aliqua cauſa, ibi non poteſt eſſe exceptio perſonarum, quoniam excipimus perſonam, cũ cauſam, quam ſpectare oportet, nõ ſpectamus: ſed aliud quid, quod nihil faciat ad cauſam, vt dictum eſt. Nulla autem fuit ſpectanda cauſa in electione ipſius Iacob, qua vel eligeretur, vel reprobaretur, quia nulla erat abſolutè cã ipſius Iacob. Cauſa enim eſt, vt diximus, & ad cauſam facit, quod dignum indignumue reddit. Modo, nec boni quicquàm, nec mali egerat Iacob, cum electus eſt. Nec ergo dignus, nec indignus erat electione, ad æternam uitam: indignus dico poſitiuè. Dignitas enim eſt ex bono opere: indignitas ex malo. Gratis itaque, & dono dei non merito ſuo, electus eſt. Si fuiſſet aliqua cauſa, qua dignus fuiſſet reprobatione, & elegiſſet eum, vtique exceptor perſonarũ dici potuiſſet. Si item in Eſau aliquid fuiſſet quo dignus fuiſſet electione, cũ reprobauerit, ſimili ratione curreret argumentum. At Iacob non fuit dign⁹ odio, nec amore. Eſau non fuit dignus amore, quod ergo Iacob elegerit, illũ reprobarit, non facit eum exceptorem perſonarum. Qui excipit perſonam, alicui facit iniuriam: In hoc caſu cui fit iniuria? Dicite quæſo. Fit ne iniutia Eſau? minimè. Iniuria fieret, ſi dignus fuiſſet electione, dignus autẽ non fuit. Addo tamen, quod in iudicio cum reddet Deus Iacobo vitam æternam, ſpectabit cauſam. Abſit.n. vt premia illa conſequuturus ſit, niſi ea pijs operibus promeruerit: quantumuis etiam abſolutè millies reuelaſſet illi Deus, quod è numero eſſet prædeſtinatorum. Eſt.n. autoritas illa clariſſima, cui refragari nõ licet in Ezechiele. Si dixero iuſto quod vita viuet, & confiſus in iuſtitia ſua fecerit iniquitatem, omnes iuſtitiæ eius obliuioni tradentur, & in iniquitate q̃ operatus eſt, morietur. O uerba mirabilia. Quo uero ad Eſau ſpectat, quod videtur (vt verum fatear) difficultatem facere. Aduertatis. Minimè concedo, gratis, & citra cauſam, quanquam non fuerit dignus amore, Deum illũ odio habuiſſe. Citra omnem cauſam, prædeſtinat quos prædeſtinat: at non citra cauſam reprobat, quos reprobat. vt nemo quicquam habeat, quod vel apparẽter Deo poſſit ĩpingere: Pręnouit Eſau futura facinora, omnia nanque quę in tempore futura ſunt, in pręſentia diuinitatis præſenti ſemper luce cernũtur. Oblatum ergo in puris naturalib⁹ Eſau, Iacobo, ſcilicet parem, abſit vt illũ odiat Deus, vel reprobet, ne ſit prius ipſe vltor, quàm homo peccator, q̃q̃ illum nõ ita efficaciter diligat. Reprobat autẽ illum. vt pertinaciſſimo propriæ volũtatis arbitrio, diuinæ gratiæ reſiſtentẽ: atque ita non damnandum noſcit, ſed iam damnatum atque perditum ſuo ipſius vitio, liberaliſſimum ſiquidẽ Deũ, atq; miſericordiſſimum prædicare debemus, & credere: At minime iniuſtũ. Propterea prædeſtinationem antecedere merita, etiam pręuiſa confitemur: qm̃ donum eſt pręſdeſtinatio, & effectus miſericordiæ. At reprobationem antecedere demerita, apertiſſimè, & omnino negamus: quoniam eſt effectus iuſtitiæ. Iacobus ergo dignus nequaquam fuit

Ezech 3. & 18.

fuit diuina electione, ſed nec reprobatione. Deus illum dignum fecit electione: at Eſau ex ſe dignus fuit reprobatione Quod merebatur, datum illi fuit. Si excipit perſonam, tu ipſe videto. Pauli autem ſententia loco ſuo declarabit. Hic enim eſt Apoſtoli ſenſus indubiè, & pura veritas, quamuis Paulina verba aliò tendere videantur his, quibus mos eſt omnes ſcripturas deprauare. Neq; enim Apoſtolus de odio dei, quo damnaretur intelligit loco illo. Sed neque Malachias, cuius eſt illud uaticinium: at de odio quo temporaliter affligeretur duntaxat, ſeruiés minori, cum maior eſſet: quod & illi occaſio fuiſſet ſalutis, modo ipſe diuina bonitate non fuiſſet abuſus: Sicut tangitur in Epiſtola ad Hæbreos. Illud autem Chriſti verbum. Duo erunt in lecto vno: vnus aſſumetur, & alter relinquetur. Facilè declaratur, vt nequaquam militet contra æquitatem diuini iudicij. Loquitur enim Chriſtus, de tempore illo perſecutionis antichriſti: Et vt periculum magnum imminere omnibus oſtédat, inquit, Duo erunt in agro, vnus aſſumetur, & alter relinquetur. Duo erunt molentes in mola, vnus aſſumetur, & alter relinquetur. Duo erunt in lecto, vnus aſſumetur, & alter relinquetur. Per eos nanque qui agrum colunt, prælati intelliguntur. Per molentes, actiui: Per eos qui in lecto ſunt, contemplatiui: Significat ergo Chriſtus, omniũ horum aliquos eſſe declinaturos à fide Chriſti, aliquos permanſuros. Statim enim dixerat, quod tribulatio talis erit, vt in errorem inducantur, ſi fieri poteſt, etiam electi: Qui ergo declinabũt inter hos omnes, relinquentur vt pereant: qui ſtabunt, aſſumentur ad gloriam. Cauſam, cauſam ergo ſpectabit Deus in hoc iudicio, non perſonam. Neque enim vllũ ſtantem repudiabit, quãuis alia ratione perſonatum: neque aliquem aſſumet eorum, qui declinauerint. Intelligetis myſterium? Omnes qui Chriſto finaliter credent, iuſtificabuntur, & glorificabuntur: nemo iuſtificabitur, neque glorificabit, qui Chriſto non credat perſeueranter. Omnino ergo perſonam non excipit. Et hæc eſt

Malac. 1.

Luc. 17.

cauſa, (ſicut alias tetigi,) quare De' vult nos omnes ſuæ gratiæ non nihil operari, vt manifeſtiſſimum ſit omnibus, qd perſonam non excipit. Si enim tantum reciperemus, & non ageremus, cũ non omnes ſaluentur, facilè in mentem venire poſſet, quod Deus excipit perſonas, non cauſam. Hoc ergo prorſus ſublatum eſſe videtur, quoniam recipere gratiam, non eſt cauſa ſalutis ſed cooperari. Saluantur omnes, qui benè agunt, cooperantes gratiæ Dei: pereunt qui ſecus.

Parabola vinitorum, prorſus omnẽ cauillum tollit huius materiæ. Tantum abeſt, vt aliquo pacto militet pro exceptione perſonarum: Quæ res ex eo patet, quod interrogãte patrefamilias eos, qui vndecima hora miſſi ſunt in vineã. Quid hic ſtatis tota die ocioſi? Reſponderunt, quia nemo nos conduxit. Ex qua reſponſione ſatis perſpicuum eſt, illos promptiſſimo animo fuiſſe ad operandum. Deus itaque animum operandi attendés, non minus quàm laborem externum, non debuit eos minus remunerare quàm alios. Non enim numeroſitas operum, non diuturnitas téporum, ſed maior charitas, maiorq; uoluntas auget meritum. Cauſam ergo reſpexit Deus. Tantum abeſt, vt perſonam reſpexerit. Cauſa enim eſt operari reſpectu prẹmij, vel mercedis. Et dum facultas non adeſt, animus operãdi, vel propoſitum, quo non minus digni ſumus remuneratione, quàm operibus.

Matt. 20.

Ad tertiam difficultatem, de iuſto reprobo, & de peccatore prædeſtinato, modo reſpondeo. Negari non poteſt, quin prædeſtinatus aliquando peccet mortaliter, & præſcitus aliquando mereatur. At falſum eſt, & impiũ aſſerere, prædeſtinatum cum mortaliter deliqt, tunc eſſe Deo charum: & præſcitum cũ bene operatur, tunc eſſe odio Deo. Deletur de libro vitæ cum peccat, quĩ erat prædeſtinatus. Qui peccauerit in me, delebo eum de libro meo, inquit Dominus. Tantum abeſt modernorũ impietas, à ueritate, qua dicunt opera omnia prædeſtinati eſſe meritoria: & nullum peccatum ei imputari. O antichriſt os.

Exo. 32

chriſtos. Si deletur de libro vitæ cum peccat, quomodo diligit à Deo? Secundo. Scribitur in libro vitæ præſcirus, cũ
Apoc 2. bene operatur. Scribam ſuper eum nomen dei viui: Quomodo ergo eſt odio deo, cum bene agit? Nunquam bene operantem odit Deus, pro eo tempore quo benè operatur. Nunquam itẽ malè operantem diligit. Qui enim bene operantem odit, bona opera odit: Qui malè operantem diligit, mala opera diligit. O bone Deus. Odis ne tu bona opera? malè facta diligis ne? hoc eſſet excipere pſonas. Dicamus ergo, quod pro eo tempore quo à Deo diligitur magis prædeſtinatus peccator, pro eo tẽpore melior eſt. Hoc autem eſt tempus, extremum uitæ, quo vocem domini audit, vt vera Chriſti ouis. Hæc eſt enim illa vox, quam non negligit ouis ꝓpria, quã non audit aliena. Pro aliquo alio tempore peior eſt, & pro illo non diligitur magis præſcito iuſto: quod quidẽ eſt tempus præſentis iuſtitiæ, non finalìs. Voluntas enim Dei, eſt cauſa bonitatis in rebus, ſecundum illud itaque tempus, penſanda eſt eius bonitas, qui amatur à Deo, ſecundum quod, dandũ eſt ei ex bonitate diuina, aliquod bonũ. Secundum illud ergo tempus, quo prędeſtinatio peccatori dandum eſt ex diuina bonitate, maius bonum verè melior eſt: licet ſecundum aliquod, aliud tempus ſit verè peior: quia etiam ſecũdum aliquod tempus, ſecundum illud ſcilicet tempus infinitum quo nõ fuit, neque bonus neque malus erat: quoniam illo tempore nihil fuit ei dãdum, vel datum ex diuina bonitate: nihil inquàm gratiæ vel gloriæ. Quod dicebatur de Angelo & de homine. Dico, quod naturam humanã Chriſti, aſſumptã à Dei verbo, Deus plus amat quàm omnes angelos: & illa melior eſt omnibus angelis, ratione illius vnionis hypoſtaticę. At ſi loquamur de humana natura, cõmuniter, conferreque eam velimus angelicę, quo ad gratiam & gloriã, hoc modo æqualitas inuenitur inter has naturas; cum eadem ſit menſura
Apoc.21. hominis & angeli; vt dixit Ioannes in
Apoc.11. Apocalypſi: Propterea Angelus noluit
& 19. adorari à Ioanne, ſed ait. Vide ne feceris, conſeruus enim tuus ſum. Ita tamen, quod quidam angeli, quoſdã homines, & quidam homines nonnullos angelos antecedunt. Quo ad naturam tamen, angelus eſt homine melior: nec aſſumpſit Deus hominem, quia plus eũ diligeret quàm angelum, ſed quia plus homo indigebat quàm angelus: quoniam tota hominis natura perierat, nõ item tota angelica. Nonne enim prudens & pius paterfamilias, cibos prætioſos dabit ſeruo ægrotanti, quos non dat incolumi filio? Cum tamen nemo dubitet, filium à patre plus diligi quàm famulum. De Innocente, & de pœnitente, tripliciter reſponderi poteſt. Primo quidem, vt iuſti & innocentis nomine, non uerè iuſtus & innocens intelligatur, ſed qui ſe ſe iuſtum iactat, & innocentem phariſaico tumore elatus. Hi enim ſunt illi iuſti, quos non diligit
Deus. Vnde & Paulus dicebat. Igno- Rom.10.
rantes iuſtitiam Dei, & ſuam quęrentes ſtatuere, iuſtitiæ dei non ſunt ſubiecti. Propterea, & magna ratione, nonagintanouem eſſe perhibentur: quo ex numeri illius infelicitate, (bis enim deficit, nonaginta à centum, & nouem à denario) vitium intelligas, non virtutẽ horum qui ſibi irrogant iuſtitiam, & ſe ſe arbitrantur pœnitentia non egere. Secũdo, ſi verè iuſtum & innocentem, verè pęnitenti peccatori conferas, dico, quod æquale donum gratiæ, plus eſt pœnitenti, qui pęnã meruerat, quàm innocenti, qui pęnam non meruerat. Quis neſciat pluris eſſe aureum pauperi, quàm Cæſari millia? Hic certe eſt ſen
ſus genuinus illius magni gaudij, ſuper Luc.15.
vno peccatore pęnitentiam agente. Tertio dicuntur magis dilecti pęnitentes, quàm innocentes, quoniam licet cęteris paribus, innocentia longe ſit melior pœnitentia, tamen pęnitentes plerunque ſurgunt cautiores, humiliores, atque feruentiores in bonis operibus; ac propterea meliores. Quis uero Princeps, non magis militem diligeret, qui poſt fugam conuerſus, fortiſſimè hoſtẽ præmeret, & inuaderet, quàm qui nunquam fugit, nec vnquam etiam fortiter in acie dimicauit?

Difficultas de Tirijs: & de Sodomeis,

duo

dûo petit. Primum. An illi iniuſtè fue-
rint condemnandi ex hoc quod mira-
cula illa non uiderunt, quæ ſi uidiſſent,
pœnitentiam acturi erant. Secundum.
Cur illis non eſt datum, vt ea uiderent
queadmodum Iudæis? Cum Deus cer-
to certius ſciret, eos conuertendos illis
viſis. Ordine autem præpoſtero reſpô
dendû eſt. Ad ſecundum ergo in pri-
mis dico, dubitationis uerbum additû
Matt. 19. eſſe in Chriſti uerbis. Si (inquit) in ſo-
domis factæ eſſent virtutes, quæ factæ
ſunt in te, forte manſiſſent vſque in hâc
diem: quod non incaſſum adiecit ſapiê
tiſſimus Dei filius: ſed ut oſtenderet,
quod quâuis diuina notitia omnia con
tingentia complectatur determinatè,
infallibiliter, & citra omne dubium, ta-
men libero noſtro arbitrio, haud neceſ-
Matt. 11. ſitatem imponit. Qua ratione & pa-
rabolicè loquens Deus dixerat olim.
Verebuntur forte filium meû. Et profe
cto admirabili ſapientia vſus eſt Chrs
Ieſus loco illo. Duo enim exempla attu
lit, alterum de Sodomis, alterum de Ti-
ro & Sidone: alteri adiecit fortè, ſub-
traxit ab altero. Putas ne temere? Hoc
myſterio magno & admirabili, quo in-
telligas, ex vno omnium futurorum cô
tingentium Deum, ita certam habere
notitiam, vt falli nequaquam poſſit.
Euenient enim dubio procul omnia. q̃
euentura eſſe nouit Deus omnipotens.
Ex alio ſcias, neq; tantillum diuina ſciê
tia periclitari hominum libertatem. Ex
vtroque, in ſeipſis actiones noſtras ad
nos relatas, contingentes eſſe, ad Deum
vero cui præſentiſſimæ ſunt, neceſſita-
tis rationem inducere. Quoniam omne
quod eſt, quando eſt, neceſſe eſt eſſe.
Si itaque Sodomei miracula illa vidiſ-
ſent, nec pœnituiſſent, id enim fieri po-
terat propria eorum libertate, quâ non
tollit prophetia Chriſti Ieſu, neque gra
tia quantumuis magna, quouſque pere
grinamur à domino, grauius mulctan-
di fuiſſent diuino iudicio. Magna ergo
miſericordia vſus eſt Deus glorioſus.
Tantum abeſt, vt ex iniquitate popu-
los illos repudiarit, ob id quod ſigna co
ram eis non fecit, quæ Galilæis oſtende
rat: vnde & mitius cum illis ageretur,
quoniam miracula nô viderunt quàm
cum Galilæis. Ita enim dixit dominus.
Remiſſius erit in die iudicij terræ Sodo
morum quàm tibi. Nulla ergo ratione
exceptio perſonarum eſt apud Deum.
quandoquidem grauius punit deterio-
res, leuius item qui minus peccant. hoc
enim eſt ſpectare cauſam, non perſonâ.
Si tamen grauiter torquerentur hi, qui
non uiderunt, ſicuti qui viderunt, ui-
deretur vtique Deus excipere perſo-
nam: at impari pœna, ut dictum eſt,
mulctabuntur.

Primum dubium, ergo iniuſtè côdê-
nauit eos Deus. Sed & hoc breuiſſimè
diſſoluetur. Quis enim neſciat, ſi Deus
vellet, omnes homines, & demonas ſal
uatos iri poſſe? atq; etiam ſaluari? Om-
nia enim quæcunque voluit, fecit. At Pſ. 113.
non facit pro nobis ſaluandis omnia
quæ poteſt, facit ea quæ ſatis ſunt. Nû
ergo cauſari poſſumus, quod Deus nos
iniuſtè damnet? Minimè. Quandoqui-
dem licet plura poſſit facere, quàm fa-
ciat vt ſaluemur, nihil tamen requiri-
tur ex parte eius quod nô faciat, ut poſ
ſemus ſaluari ſi velimus. Culpa ergo
noſtra eſt, ſi non ſaluamur. Miracula
itaque non ſunt neceſſaria ad hoc, vt pœ
nitentiam agamus. Vnde meritò repre
henſus eſt diues ille, qui miracula pro
fratribus tàm ardenter expoſcebat.
Habent Moyſem & Prophetas, audiât Luc. 16.
illos. Et ſi Moyſem & Prophetas nô au-
diunt, neque ſi quis ex mortuis reſurre
xerit, credent. Legimus nanque in ſa-
cris literis, quod plerique ſine miracu-
lis pœnitentiam egerunt: Alij, quò mi-
rabiliora uiderût, eò indurauere magis.
Si itaque Deus largitur alicui, vt mira-
cula uideat, gratis ſua meraciſſima libe
ralitate, nulli debitor: quod ſi alijs om-
nibus non eadem dona impartiatur,
Deum nequaquam conuincit iniuſtè
condênare qui miracula non uiderunt:
quoniam & illi poſſunt ſi uolunt citra
miracula ſaluari. Sed dices. Ad minus
videtur excipere perſonam, cum uni
oſtendat miracula, alij non. Minimè
propter hoc excipit perſonam Deus,
quoniam ut ſupra dicebatur, vbi nô eſt
ſpectare cauſam, non poteſt locum ha-
bere perſonarum exceptio: in denarijs
locum non habet ſpectare cauſam, ſed
in iu-

Matt.20. in iudicijs. Scriptum eſt enim. An non poſſum facere de meo quod volo? Tolle quod tuum eſt, & vade. Si enim ſpectanda eſt cauſa dignitatis & meriti, iã non eſt donum, ſed debitum. Quod aliqui miracula videant, donum Dei eſt: ſed non neceſſarium: neceſſaria eſt diuina gratia, ſine qua pœnitere, vel ſaluari nemo poteſt. Si hanc negaret alicui citra demeritum, cum alijs eã largiatur citra meritum poſſent, impij exceptionis Deo inurere notam: at cum nulli eam deneget, niſi indigniſſimis, eſto aliquibus faueat magè, quàm cæteris, nihil eſt quod poſſis conqueri, niſi iniuſtiſſimè.

Si dicas, dat illi non digno maiorem gratiam, cur non & mihi, æque non digno? Hic ſiſte. Noli querere, ſi non vis errare. Si eſſet dignus, iam non eſſet donum, neque gratia, ſed debitũ: non digno datur gratia, nõ dico tamen indigno, de communi lege, de adultis loquimur.

Illud quod vltimo obijciebatur, Paulinæ ſententiæ mirum in modum patrocinatur. Exigui enim infirmi intelligũtur. Mitius ergo agetur cum his, qui ex infirmitate peccarunt, quàm cum potẽtibus, qui non ex infirmitate peccaſſe, ſed ex malitia conuincentur. Hoc enim ad cauſam facit veniæ, vel mitioris pœnæ. Infirmitas nanque dignum reddit, malitia indignum: alleuiat enim infirmitas, aggrauat malitia peccata omnia, ſicut ſcitis. Omnino ergo verum eſt qđ reddet vnicuique ſecundum qualitatẽ operum, nulloq; pacto perſonas reſpicit, ſed facta. Nanque etiam qui ex ignorantia peccauerit, mitius torquebitur, quàm qui ex ſcientia. Vnde hac ratione dixit Apoſtolus, grauius plectendum eſſe iudæum quàm gentilem: cognitio enim maior facit, vt quoniam non præſtat opere, quod nouit eſſe præſtandum, ſit reus maioris criminis, & grauiori pęnæ conſequenter adijciendus. Nulli parcet omnipotẽs, iudęo uel ethnico, qui peccauerit: quoniam peccatum cauſa eſt, & ad cauſam facit diuinæ punitionis: quamuis enim Ethnicus legem ſcriptam non acceperit, non inde tamen diuinam iram effugiet: Neque item Iudæus, quia acceperit. Accepiſſe legem vel non accepiſſe, non facit ad cauſam, ſed extra cauſam eſt, & perſona quædam eſſe videtur: peccaſſe vel non peccaſſe facit ad cauſam. Hoc itaque ſpectabit Deus. Ecce Apoſtolus. *Quicunque enim ſine lege peccauerunt, ſine lege peribunt, & quicunque in lege peccauerunt, per legem iudicabuntur.* De lege Moſy hic eſt ſermo. Nemo nanque eſt, qui omnino ſit ἄνομος, ſine lege: quãdoquidẽ lex naturalis quæ ſcripta eſt in cordib', & Barbaris, & Thracibus communis eſt. Neque enim aliquod peccatum eſſet, citra legem iſtam, innatam, vel inditam, qua dictante intellectu, oſtenditur quid agendum homini ſit, quidue cauẽdum. Ethnici ergo inquit Paulus, quibus lex moſayca data non eſt, non ob id carebunt pęna ſi peccarint, ſed & ipſi peribunt, in peccatis ſuis, ibuntq; in ignem æternum. Verum peribunt ſine lege. Senſus eſt ni fallor, ſine hac lege moſayca eos arguente, accuſante, examinante, atque iudicante, condemnabuntur vt pereant, ſecundum quod dictum eſt ſupra, non eſſe diſcutiendas infidelium cauſas. Qui vero in lege peccauerunt, iudicabuntur per legem. Iudæi quibus lex data fuit, non modo peribunt, ſed vt erubeſcant, per ipſam legem, per ipſamet iura, coram tribunali illo, ſeueritate magna examinabuntur, iudicabuntur, arguentur, & cõdemnabuntur vt pereant, ſi compertũ fuerit eos deliquiſſe: quemadmodum & diximus, chriſtianos qui fidem habuerint, opera vero minime fidei adiũxerint, eſſe examinandos, & iudicãdos, vt verbum illud hoc in loco *Per legem iudicabuntur*, addat ſuper illud peribunt. Vtrique peribunt, at ethuici peribunt tantum, non iudicabuntur per legem. Iudæi uero, primo iudicabuntur per ipſam legem quam tranſgreſſi fuerint, ſecundo peribunt. Et hoc eſt quod Paulus ſequitur.

Non enim auditores legis iuſti ſunt apud Deum, ſed factores legis iuſtificabuntur. Quia enim dixerat de Ethnicis, quod peribunt, de iudæis autem dixerat tantum iudicabuntur per legẽ: ne crederes quod non eſſent perituri ſi peccarent

fauore

fauore legis quam abs Deo acceperãt,
addidit hanc particulã, qua intelligis &
ipſos eſſe perituros. Neque enim da-
tur medium, vel condemnabuntur, vel
abſoluentur in iudicio illo: non abſol-
uentur inquit Paulus, ſiue non iuſtifi-
cabuntur, quod idem eſt ex hoc uno,
quod legem audierint, niſi & illam ſer-
uauerint opere. Neque enim audire
legem ad cauſam facit abſolutionis vel
iuſtificationis, ſed facere legem, ideſt,
factis exercere quæ legis ſunt, quare
condemnabuntur vt pereant. Adde
tu, eoq́ue ſeuerius cõdemnabitur, quo
Rom. 7. grauius peccat, qui legem abs Deo ac-
cepit, quàm qui ſecus. Hoc eſt enim qđ
Paulus infra tangit, vt fiat ſupramodũ
peccans peccatum per mandatum, id-
eſt mandato accepto per legem, qui il-
lud tranſgreditur, ſupra modum magis
peccat, eo qui mandatum illud non ac-
cepit. Tantum ergo abeſt, vt accepiſ-
ſe legem, peccata diminuat atque pęnã.
Si itaque Gentiles, qui legem nõ audie
runt, legem fecerint, iuſtificabuntur co
ram Deo, pereuntibus Iudæis, qui au-
dierunt & non fecerunt. Cauſam itaq;
ſemper ſpectat Deus in iudicio, non
perſonam.

Duo aũt hic conſideranda ſunt. Pri-
mum, intentio Apoſtoli, atque ſcopus
mentis eius. *Non auditores legis iuſti ſunt
apud Deum, ſed factores legis iuſtificabun-
tur.* Quis eſt qui poſſit facere legẽ, ci-
tra Chriſti gratiam. O Iudæe, vel vn-
q̃ potuerit? Ex lege, quidẽ legis mãdata
cognoſcuntur non ſeruantur: peccata
intelliguntur non cauentur. Lege fit,
vt quid Deus fieri velit, intelligatur, &
audiatur: at gratia fit, vt legi obediatur.
Auditores nos lex facere poteſt, at gr̃a
ſola factores. Similis eſt lex claudo, qui
viam tranſeuntibus demõſtrat, qua poſ
ſint peruenire quo cupiunt: ipſe tamẽ
non eos ducit, non tribuit facultatem
eundi, ſed humi iacet, vnde & laſſo
viatori deſperationem auget magis cõ-
ſequendæ patriæ, ad quam tam proli-
xo itinere intelligit eſſe perueniendũ.
At Chriſti Ieſu Euangelium, in ſpẽ vi-
uam erigit. vires enim perueniendi om
nibus in Chriſtum credentibus ſuppe
ditat, quo Spũ ſancto qui datur nobis,
dilatatum cor, viam diuinorum mãda-
torum percurrant cęleriore paſſu: reſi-
citq́; interim ambulantes paſcuis vber
rimis. Quare de primo ad vltimum, nõ
ex lege factorib9 legis, ſed ex fide Chri-
ſti Ieſu accidit iuſtificatio. Nihil itaq;
habes ò Iudæe, vnde teipſum extollas,
ethnicumq; detrectes, aut deſpicias. Si-
cut enim ille non poteſt ex ſe facere le-
gem, nec tu ipſe accepiſſe legem, te ne-
quaquam iuſtificat, ſed feciſſe. Cum er
go ex lege id præſtare non poſſis, vt qđ
gloriaris in lege? Si legem tu non fece-
ris, maiores pœnas exolues, quàm gen
tilis. Tibi ergo uidetur eſſe Chriſti gra-
tia neceſſaria magis, quàm gentibus.
Cur ergo Chriſti gratiam abijcis, qui ci-
tra eam grauius plectendus es, q̃ quicũ
que alius? Poteſt & contra Pelagium re
ferri. O Pelagi. *Factores legis iuſtifica-
buntur.* Num homo ſuopte libero arbi
trio legem omnem ſeruare poteſt, maxi
mè ad intentionem legis latoris Dei? Fi 1. Tim. 1
nis enim legis eſt Charitas, de corde pu
ro, & conſcientia non ficta. Nũ cha-
ritatem, cor purum, conſcientiam non
fictam, ex nobis tanquàm ex nobis ha-
bemus? Nonne dicit Apoſtolus, Chari- Rom. 5.
tas Dei diffuſa eſt in cordibus noſtris p
Spiritum ſanctum, qui datus eſt nobis?
Nonne Pſaltes depræcatur. Cor mũ-
dum crea in me Deus? Nonne legimus Pſ. 50.
ab Hebręos. Emundauit conſcientiam Hebr 9.
noſtram ab operibus mortuis? nec er-
go charitas, nec puritas cordis, nec cõ-
ſcientiæ mundities, alicui ex ſeipſo con
tigit vnquam, ſed omnia hęc Dei mune
ra ſunt. Ergo & Dei munus eſt ſeruare
legem, quare & Iuſtificatio conſequen
ter & ſalus. Hinc Propheta. Niſi quia Pſ. 93.
dominus adiuuit me, paulominus habi
taſſet in inferno anima mea. Hinc diſci
pulis dicentibus, quàm difficile eſt in-
gredi regnum Dei, & ſaluari, reſpõdit
Chriſtus. Apud homines impoſſibile Mar. 10.
eſt, apud Deum autem omnia poſſibi-
lia ſunt. Nemo itaq; ſe ſe laudet, & ex-
tollat, aliumue contẽnat, ſed qui gloria- 2. Cor. 10
tur, in domino glorietur.

Secundo notandum eſt illud uerbũ.
Iuſtificabuntur. Non enim dicit Apoſto-
lus, iuſtificantur, ſed iuſtificabuntur.
Senſus itaque eſt, quod in iudicio illo
Dei

Dei ſemper expaueſcendo, hi vni iuſtificabuntur, qui legem ſeruarint. Audiſſe autem, vel non audiſſe legem, nihil faciet ad hoc, vt iuſtificētur tunc iudęi, vel non iuſtificentur gentes. Non accipitur ergo hic iuſtificatio pro adeptione iuſtitiæ: nam in hoc ſeculo tantum ſic iuſtificamur modo dicto ſupra, ex fide in fidem: Ex fide ſcilicet initiata ſine operibus, in fidem operibus conſeruatam, auctam, atque conſummatā. Sed ſenſus eſt. *Factores legis iuſtificabuntur*. idest iuſti habebūtur, aut reputabūtur, ſicut dictum eſt in Euangelio. Ille uolēs ſe iuſtificare, idest iuſtus haberi atque deputari. Et alibi: Ex uerbis tuis iuſtificaberis, & ex uerbis tuis condēnaberis, idest iuſtus deputabere, & condēnabere. Eſt ergo antitheſis in his Pauli ſententijs. Qui vel in lege, vel ſine lege peccauerint, peribunt. Qui vel in lege, vel ſine lege peccata vitarint, feceríntque legem, iuſtificabuntur, iuſti habebuntur. atque ſalui fient. Illi nanq; & in hoc ſeculo iuſtificationē nacti erunt, qui fecerint legem, non qui audierint: Non quod ex obſeruantia legis iuſtificatio nobis adueniat, ſed quod lex obſeruari nequaquam poſſit, ad intentionem legislatoris Dei, niſi à iuſtificatis, vel iuſtis effectis fide, & gratia Chriſti Ieſu. Quis enim diceret, non iuſtificatos eos, qui fuerunt legi in totum obedientes? Quando niſi iuſtificarentur, non poſſent eſſe obedientes. Lex enim auditores facit, cum in noſtris auribus forinſecus inſonat: at grā factores, cum intrinſecus corda noſtra dilatat. Hi ergo quod legem fecerint, iuſtificationē hoc in ſeculo adepti, in illo ſeculo iuſtificabuntur, idest iuſti deputabuntur coram Deo. Quoniam autem durum uideri potuiſſet iudæis, quomodo Gentiles facere valeant legem, ſeruare ſcilicet pcepta legis quam non audierunt, ideo ſubdit Apoſtolus, quod & gentes legē habuerunt. Quo verbo, & Iudęis gloriam illam magnam tollit, qua de legis proprietate ſibi adblandiebantur: & Gētes, quas primum depræſſerat, dum infanda illarum facinora commemorauit, modo erigit & conſolatur, honorificisque verbis mira arte extollit. Ponitur autem tota hæc clauſula per parētheſim. (*Cum enim gentes quæ legem non habent, naturaliter ea quæ legis ſunt faciūt, hi legem non habentes, ſibi ipſis ſunt lex, qui oſtendunt opus legis ſcriptum in cordibus ſuis*.) Hæc autem Gētium laus tam magna eſt, vt quæſtionem pariat non exiguam. In Hieremia enim legimus, (ſic illum interpretante Paulo Apoſtolo in Epiſtola ad Hebræos) diſtingui nouum teſtamentum à vetuſto, quod nouum ſcriptum ſit in cordibus, uetuſtū in tabulis lapideis. Chriſti fideles ergo, qui ad nouum attinent teſtamentum, vnde diſcernuntur à gentibus quæ habent, & ipſe opus legis ſcriptum in cordibus ſuis, videntur profecto gentes nō modo populo illo vetere potiores, qui legem in tabulis accepit, ſed & quaſi nouo chriſtianorum populo priores: quoniam id illis iam ipſa natura præſtitit, quod nobis præſtatur gratia noui teſtamenti. Quomodo etiam intelligitur, Gētes naturaliter quæ legis ſunt facere? Si enim natura ſaluari poſſunt, ſeruataque ſunt à gētibus præcepta legis, ergo per naturam iuſtitia homini cōtingere poteſt, atque gloria vitæ æternæ. Chriſtus ergo gratis mortuus eſt: Neq; enim indigebamus Chriſti morte & gratia, poſtquam natura ſatis erat ad implendam legem, conſequendamq; felicitatem. Sed abſit, vt tantus diuinæ gratiæ præco, quod vnicè hac epiſtola molitur, hic deſtruat, diuinę ſcilicet gratiæ per Chriſtum hominibus partę neceſſitatem. Intueamur contextū Apoſtoli, & vnde ad hæc uerba deuenerit, altius repetamus. Sic enim mens illius intelligetur. *Primo*, Negotium aggreſſus Epiſtolæ, commendauit Euangeliū. & ſanctæ in Chriſtum fidei pietatem. Virtus Dei eſt in ſalutem omni credēti, Iudæo primum & Græco. Iuſtitia enim Dei reuelatur in eo ex fide in fidem, ſicut ſcriptum eſt, Iuſtus ex fide viuit. Deinde loquutus eſt de illis impijs, quibus propter ſuperbiam, nec ipſa Dei cognitio profuit, quia cum Deum cognouiſſent, nō ſicut Deum glorificauerūt. &c. Magnaque illorum facinora exprobrauit vſque ad finem primi capitis. Inde tranſiuit ad alios, qui talia agunt qualia & ipſi,

Luc. 10. Matt. 12. Hier. 31. Rom. 1. Rom. 2.

& ipſi, arguunt tamen & iudicant eos
durioribus increpationibus, nempè ad
Iudæos quamuis eos non primum ex-
præſſerit nominatim. Illisq́; poſtmodũ
comminatus eſt dicens. Ira, indignatio,
tribulatio, anguſtia in omnem animam
hominis operantis malũ. Iudæiq́; pri-
mum & Græci. Gloria vero, honor, at-
que pax omni homini operanti bonũ,
Iudæoq́ue primũ & Græco. Quod pro-
bauit. Quia aliter Deus eſſet perſona-
rum exceptor. Non eſt autem perſona
rum exceptio apud Deum. Id etiam
probauit. Qui enim ſine lege peccaue
runt, ſine lege peribunt: Et qui in lege
peccauerunt, per legem iudicabũtur.
Non enim auditores legis iuſti ſunt
apud Deum. Sed factores legis iuſtifi
cabuntur, vt iudæos extimularet.
His dictis, ſtatim ſubiungit hanc paren-
theſim. *Cum emm Gentes, quæ legem non
habent.* &c. Non ergo nomine Gentium
hic alios ſignificare uidetur, quàm eos,
quos ſupra. Græci nomine ſignificarat,
cum diceret, Iudæo primum, & Græco.
Intuere diligenter. Non poteſt intelli-
gere per Gentes, niſi populos illos, qui
græci nomine expræſſi fuerant, Adde
modo, ſed Iudæo & Græco dictum eſt
ſupra, Euãgelium eſſe virtutem Dei in
ſalutem, ergo iſtæ græcus, qui nomine
Gentium hic ſignificatur, qui naturali-
ter facere quæ legis ſunt, dicitur, & ſcri
ptum habere in corde opus legis, atti-
net ad euangelium Chriſti, creditq́; in
Chriſtum. Propterea illi honor, glo-
ria, pax, atque incorruptio promittitur
hic ab Apoſtolo. Quomodo enim ex-
tra Euangelij gratiam cõſtitutis, promit
tere poſſet hæc Apoſtolus, quandoqui-
dem contendit tam magno labore, ne-
minẽ iuſtificari poſſe ſine gratia ſaluato
ris, quare neque glorificari? Hoc enim
eſt vnum Pauli negotium, in omnibus
ſuis epiſtolis. Si lex ipſa non ſufficit ad
iuſtificationem, quod ꝓbatur in Epiſto
Gal. 2. la ad Galatas, multo minus natura ip-
ſa. Quod ergo dicitur Gentes natura-
liter facere ea, quæ lege præcipiuntur,
id non de Gẽtibus omnibus: nõ enim
de atheis intelligitur, ſed de gentibus
quæ & in Chriſtum Ieſum venturum
implicitè credebant, vt aliàs diximus.

Verbum verò illud *Naturaliter*, expoſi
tione eget. Homo enim, vt homo, nõ
naturaliter agit: diſtinguitur ſiquidem
natura contra liberum arbitrium, vel
voluntatem, quam græci προαίρεσιν. vo
cant, & αὐτεξουσίαν. Ignis naturali-
ter agit, at homo libere, nõ naturaliter:
natura ſiquidem eſt ad vnum determi-
nata voluntas, atque liberum hominis
arbitrium indiferens. Hic itaque non
accipitur naturaliter, vt opponitur illi
quod eſt liberè, & voluntariè agere:
neque etiam accipitur, vt excludatur
virtus illa ſupernaturalis diuinæ gratiæ
gratificæ, ſicut diximus, citra quam ne-
mo ſeruare poteſt, quæ diuina lege de-
ſcribũtur. Seruare dico, (vt omne os ob
ſtruatur, & gratia Chriſti regnet,) adeò
vt ſeruanti detur honor, gloria, pax, &
incorruptio. Id enim neque protopla-
ſtus potuit præſtare in integræ naturæ
ſtatu, citra gratiam & charitatem infu
ſam. Hanc ſanè obſeruationem in
medium affert Apoſtolus, qua ſcilicet
meremur æternam vitam, non aliam,
vt ex contextu apparet.

Excludere ergo intendit Paulus tan-
tum cum dicit *Naturaliter*, legem forin
ſecus noſtris auribus inſonantem. Ipſa
eſt enim verè extrinſeca à natura, &
inimica naturæ. Lex quidem iram ope-
ratur, deſtruit naturam lex, non ſeruat,
vt verum fatear. Vnde nihil magis odi
mus, quàm leges, maximè autem lex il
la Moſy eſt nobis inimica, quoniã pec-
cata oſtendens & mandata, deſperatio-
nem auget naturæ: ſiquidem naturæ ui
res non ſuppeditat, vt illa caueat, hæc
obſeruet. Gratia Dei certè non eſt na
tura: verum quoniam intrinſecus dat
incrementum naturæ, alitq́; naturam,
& fouet, diffundendo charitatem in
cordibus noſtris per Spũm ſanctũ, qui
datus eſt nobis: ſine ea enim licet plan-
tare, rigareque poſſimus, minimè ta-
men creſcere. Qui enim incrementũ 1. Cor. 3.
dat, Deus eſt. Propterea ipſa gratia non
debet excludi à natura. Eſt quidẽ tota
vis (vt hiperbolicè loquar) ipſius natu-
ræ: quoniam & imaginem Dei in qua
conditi natura ſumus, peccatis abolitã,
ipſa inſtaurat in nobis. Tantum abeſt,
vt per naturam negata ſit gratia, ꝑ quã
eſt

eſt reparata natura. Quod itaque non Dei ſpũm, non fidem Chriſti, non gratiam commemorarit, ſed naturam tantum, neminem moueat, ſed illud tantũ hinc colligamus omnes, Gẽtes iſtas, nõ ſicut Iudęos ꝑmiſſa lege exteriore, ſed citra legem ad fidem Chriſti, Dei dono intrinſecus naturam adiuuante, atque roborante perueniſſe, ſeruaſſeq; pręcepta legis, etiam ſecundũ intentionẽ legiſlatoris Dei, ac apud Deũ iuſtas eſſe habitas. Quibusq; nõ fuit hac ratione neceſſarium vt daretur lex. Quoniã iu-
1. Tim. 1. ſto non eſt lex poſita, ipſe enim eſt ſibi lex: Seipſum ipſe ligat, & aſtringit ſine ligante lege, fungiturq; officio legis, dũ ſponte ſeruat ea, ad quæ ſeruanda lex ligat iniuſtos, & eorũ refrenat audaciã. Non enim ſubijcitur legi vt coactus, ti more pœnæ iuſtus, ſed voluntariẽ virtu tis amore, qm̃ ſpũ Dei agitur. qui autẽ
Rom. 8. ſpũ Dei aguntur, hi filij Dei ſunt, non ſerui: ſeruorum autem eſt timere legẽ, filiorum vltronea, voluntariaq; obediẽtia ſe ſe ſubijcere legi, etiam ſine præcipiente. Hæc eſt Pauli mens dubio pro cul. Non eſt itaque vt Gentes illas conemur diſcernere à Chriſtianis, quibus ꝑ Prophetam promittebatur nouum teſtamentum ſcriptum in cordibus, quoniam & hæc ipſe Gentes, per inſertionem, quam oleaſtro præſtitam eſſe dicet infra, ad eandem oleam, ideſt ad eũdem populum Dei attinent, cũ in Chriſtum credant, illiſque credentibus virtus ſit ipſe Chriſtus, & Euangeliũ eius in iuſtificationem & in ſalutem. Propterea, & oſtẽdunt legem in cordibus ſcriptam, hoc eſt oſtendunt, quod intimo cordis affectu iuſtitiam legis amplectũtur. Iuſtitiæ autem legis, hoc eſt mani-
Gal. 5. feſtata per legem, non parta à lege, ſed à gratia, eſt fides per dilectionem operãs:
Gal. 3. Ex qua fide iuſtificat Deus Gentes, ẽt ſi legem non audierint auriculari audi tu. Auditus enim interior ſatis eſt, de
Ioan. 6. quo dicitur. Omnis qui audierit a patre meo, & didicit, uenit ad me. O magnam Gentium gratiam. Hanc autem Spũs ſanctus præuidens, pręnunciauit
Gen. 22. Abrahæ dicens. In ſemine tuo, benedicentur omnes Gentes: vt per hanc promiſſionis gratiam inſereretur oleaſter olluæ, & fierent fideles Gentes filij ſeminis Abrahę, quod Chriſtus eſt. ſectãtes fidem Abrahæ, qui & ipſe nondum accepta, aut audita externa lege à Deo, lõge antea edoctus intrinſeca credidit, & reputatum eſt illi ad iuſtitiam. Tale Galat. 3.
ergo eſt quod dicit Paulus, hoc in loco de Gẽtibus, quod anteq̃ ueniſſet Chriſtus, legis opera ſcripta habebãt in cor dibus, quale illud quod Corinthijs dixit, qui in Chriſtum credebant, cum iã veniſſet. Epiſtola mea eſtis uos, ſcripta 2. Cor. 3.
non attramento, ſed Spũ Dei viui, non in tabulis lapideis, ſed in tabulis cordis carnalibus. Deus autem eſt, qui in cor dibus fidelium legem ſcribit digito illo ſuo, quo demonia & peccata omnia eijciuntur, Spũ ſancto, ſcilicet, quo diffunditur charitas, fidei forma, quæ eſt legis plenitudo, atque propterea hoĩum om nium, Iudęorũ, & Græcorũ iuſtificatio.

Notãdum eſt ergo hoc in loco, quod cum ſupra in vniuerſum Gẽtes ab impietate damnaret, intelligebantur ſemper aliqui Gentilium ab illa damnatione immunes fuiſſe. Hi enim ſunt, de quibus modo dicit, quod legẽ naturaliter faciebant. Vnde nec dicit hic, quod Gentes omnes faciebant, ſed cũ dixiſſet, Cum Gentes, quæ legem non habent, naturaliter ea quæ legis ſunt faciunt, generalem hunc ſermonem de Gentibus, reſtrinxit ad aliquos. Hi legem non habentes, ipſi ſibi ſunt lex. Quod magis patet in textu Græco, vbi dicitur. ὅταν γὰρ τὰ ἔθνη, ideſt neutro genere. Et deinde ſubditur, ουτοι νόμον μη εχοντες: ουτοι, enim eſt maſculini generis quod non poteſt ad τα εθνη referri. Non ergo intelligitur de omnibus Gentibus, ſed reſtringitur ad nonnullos Gentilium, qui legem faciebant, oſtendebãtq; legis opus ſcriptũ in cordibus ſuis. Nõ vacat aũt miſterio, quod Apoſtolus indefinito ſermone loquat, *Ea quæ legis ſunt faciunt*. Neq; enim dictum eſt, omnia quæ legis ſunt, faciũt. Hinc nanque duo colliguntur. Primũ. Quod non omnia quæ lege moſayca præcipiebantur, ſeruabant Gentes. Secundum. Quod nec omnium obſeruatio neceſſaria erat illis ad iuſtificationem conſummatã, atq; ad ſalutem.

Moralia quæ decalogo continentur, neceſſaria erant, quoniam ſunt de lege naturæ, quæ omnibus communis eſt: Ceremonialia & iudicialia, minimè. Illa ergo omnia naturaliter ſeruabant Gẽtes, modo dicto, natura inſtaurata p gratiam. Nam qui offenderit in uno, fact' eſt omnium reus. Hæc vero nequaquã ſeruabãt Gentes, ſed Iudæi. Scire enim debes, quod lex illa uetuſta, præcepta legis naturæ manifeſtabat, quæ Adæ peccato quaſi obliterata fuerant, & ſepulta: Illis tamen alia propria ſuperaddebat. Omnes itaque homines, ad communia illa tenebantur: non ob id quod lege illa moſaica, ſed quod lege naturæ præciperentur. Quemadmodum & nos ad decalogũ, non quia Moſes (vel Deus per Moſem) ſed quia in Euãgelio Chriſtus iuſſit illũ obſeruari, tenemur inuiolabiliter. Verum ad illa propria, ſolus Iudæorum populus obligabatur: cuius ratio eſt, quoniam lex illa uetus dãta eſt populo illi iudaico, vt quandam prærogatiuam ſanctitatis obtineret ſuper cæteros: propter reuerentiam Chriſti Ieſu, qui ex iudæis naſciturus erat. Quæcunque autem ad ſpecialẽ aliquorum ſanctificationem ordinata ſunt, nõ obligant niſi illos unos. Propterea eſt clericos diuinis miniſterijs emancipatos, uides ad plura obligati quã laicos: & religioſos adhuc ad plura, quàm clericos ſeculares. Rationabiliter itaque factum eſt, vt ad plura tenerẽtur Iudęi, q̃ Gentes: quippe qui erant in perfectiore ſtatu. Quę eſt alia Gens ſic inclita, vt habeat ceremonias, iuſtaque iudicia, & vniuerſam legem, quam ego proponam hodie ante oculos veſtros? En populus ſapiens, & intelligens, gẽs magna. Non eſt alia natio tam grandis, dicebat Moſes. Propterea Deus benedictus populo illi, Perfectus (inquit) eris, & abſque macula coram domino Deo tuo. Vnde & idcirco legimus, quod quandam profeſſionem coram ſacerdote votum emittentes, inſtar religioſorũ vtebantur, ſic præcipiente Moſe. Profiteor hodie coram domino Deo tuo, quod ingreſſus ſum in terram pro qua iurauit dñs patribus nr̃is, vt daret eã nobis. Et maledicti fuiſſent, ſi non ſeruaſſent omnem legẽ. Ita enim ſcribit, Maledictus qui nõ permanet in ſermonibus legis huius: maledictione dico non humana, ſed diuina: qm̃ & coram Deo, cuius vices agebat ſacerdos, profitebatur. Sicut & maledicuntur religioſi, quod facta profeſſione, demum, vt licentius viuant, à via ueritatis, & iuſtitiæ apoſtatare conſueuerunt. Hoc itaque in cauſa eſt, cur Apoſtolus indefinitè dicit, Gentes ſeruare legem, non vniuerſaliter. Vniuerſaliter enim tenebantur eam ſeruare Iudæi tantum, non Gentes.

Iac. 2. · Deut. 4. · Deut. 18. · Deut. 26. · Deut. 27.

Sunt tamen hic tria dubiola. Primum. Si Gentes non tenebãtur ad hæc propria pręcepta moſaicę legis, poterãtque ſaluari ſine illis, iudęi vero trãſgredientes aliqua peccabant, & non poterant ſaluari niſi totã legem obſeruarẽt, vt dictum eſt, infelicior erat conditio iudęorum q̃ Gentilium. Secundo. Gẽtes deſiderabant admitti, admittebanturq́, ex diuino mandato ad obſeruantias legis moſaicæ, & ad ritus iudęorũ, ad phaſe celebrandum, & ad alia pleraq́, fruſtra uiderẽtur admiſſæ, ſi abſq; illis legalibus obſeruationibus ſaluari potuiſſent. Tertio. Cũ Deo optimo maximo omnes hoĩes ſubijciantur, oĩbus ſuis legibus videnť ſubijci omnes. Quj enim ſubijcitur Cæſari, omnibus Cęſareis legibus aſtringitur: & qui Pontifici, pontificijs.

Ad Primum. Nulli dubium eſt, hominem eò magis eſſe felicem, meliorisq́; conditionis, quo Deo magis coniungitur: poteſt tamen accidere, vt per accidens, quo magis cõiunctus eſt Deo, eò magis fiat infelix ſuo ipſius vitio: quoniam in altum ſublatus, cum peccat, ruit grauiore lapſu, ſicut contigit in nobis, in clericis ſcilicet, atque religioſis. Iudęi ergo per ſe melioris erant conditionis, quoniam diuino cultui addicti magis, & Deo familiariores. Non enim fecit Deus taliter omni nationi, & iudicia ſua non manifeſtauit eis. Vnde Moſes dicebat. Quæ eſt alia gens quæ habeat Deos appropinquantes ſibi, ſicut Deus noſter adeſt nobis? Nec eſt vt cauſentur legis grauitatem. Si enim voluiſſent, mãdata illa oĩa eos illis ex eorũ

Pſ. 47. · Deut. 4.

virtute

virtute, impoſſibilia ſeruatu, ne dum difficilia, quàm facilè diuino adiuti numine, ſeruare potuiſſent: dicente Moſe. Mandatum quod præcipio tibi, nō
Deut 30. eſt ſupra te, ſed iuxta te eſt in corde tuo, vt facias illud. At per accidens efficiebantur infeliciores Gentibus. De his quæ per accidens ſunt, nulla eſt nobis habenda conſideratio.

Ad ſecundum. Vtique perfectius, & ſecurius ſalutem conſequebant Gentes, ſub obſeruantijs illis ſanctiſſimis, q̃ extra ſub ſola lege naturali. ſicut & perfectius & ſecurius in religione ſaluari poſſumus, quàm in ſeculo; quicquid hæretici dicant, qui cęlibatum, & monachiſmum quoad poſſunt inſectantur, ea ratione vt reor, ne erubeſcere cogantur, ſi in faciem pij & bene morati viri, eis obijciant, quod à religione & cælibatu apoſtatauerint. Mirum enim profecto, mirum atque dolendum, magna ex parte hæreſes non adinueniſſe, niſi eos, qui primum cęlibem agentes vitam, ab omni morum ſanctimonia, tandem clauſtra egreſſi, turpiſſimè defecerunt, qui alioquin oportebat, in me
Philip 2. dio nationis prauæ atque peruerſæ lucere tanquam luminaria in mundo. Hac ergo ratione prædicta admittebantur Gentes ad illas ceremonias. Non ita tamen, quin ſine illis ſaluari poſſent, ſicut etiam, & qui ſeculares dicuntur, ſaluari poſſunt. Nec hi uni ſaluantur, qui religionis clauſtra, vilibus indu ti veſtibus, & tenui paſti cibo ingrediũtur, & colunt. Ad Tertium facilè patet reſponſio. Si enim Pontifex, aliquas leges ſacerdotibus proponat, vt quod comam non nutriant, nec barbam radant, laici non tenentur ad illarum obſeruationem. Si Cæſar quoq; ſuis militibus præſcribat, nonnulla militiæ cura, non omnes qui Cæſaris ditioni ſubiecti ſunt, illa ſeruabunt, ſed vni milites. At legibus, quas communiter ab omnibus volunt ſeruatas iri, communiter ſubijciuntur omnes. Decalogus itaque, diuina lege fuit ab omnibus obſeruandus. Vnde & Chriſtus Ieſus illum renouauit dicens. Si vis ad vi-
Matt. 19. tam ingredi, ſerua mandata. Addiditque dilectus illius diſcipulus. Qui in vno offenderit, factus eſt omnium reus. At à Iudæis tantum obſeruanda Iac. 2.
fuerunt præcepta illa ceremoniarum, atque iudiciorum, quoniam illis vnis fuerant credita atque demandata, nempè, vt miniſtris familiaribus tanti regis, quos decebat eſſe ſanctiores atque perfectiores, ideo circuncidebantur, vt circunciſio eſſet illis in ſignum quo cō tinenter id ſcirent, videlicet ſe ſe eſſe diuinis obſequijs pœnitus addictos & emancipatos. Vnde & propterea arguendi magè erant, quoniam non modo ceremonias atque iudicia, ſed & præcepta morum, tranſgrediebantur, Deumque innumeris flagitijs ad iracundiam prouocabant. Quod ſi interdum abſtinebant à peccatis aliquibus, metu potius pœnæ quam lex ſtatuebat, quàm Dei amore id faciebant. Qui autem timore abſtinet, animum habet non abſtinendi: niſi enim timeret pœnam, non abſtineret: animum autem reſpicit Deus magis, quàm externa opera. Futurum ergo erat, vt Gentes illos antecellerent in iudicio, iuſtificarenturque comparatę Iudæis: ſicut dicitur ipſi Hieroſolymæ. Iuſtificaſti ſorores tuas. Omnis enim hiſtoria oſtendit, populum illum fuiſſe ſem- Ezec 16.
per rebellem & indomitum, ad vniuerſaq; ſcelerum genera maximè propenſum. Ne ergo dicat Iudęus, ſub lege vixi, gentili ſum melior, non qui audierint, ſed qui ſeruauerint legem, hi apud Deum iuſti in die iudicij deputabũtur. Hoc eſt quod molitur Apoſtolus. Et tũc ſequitur poſt magnam illam parentheſim. *Teſtimonium reddente illis conſcientia ipſorum*, auditorum ſcilicet, & factorũ, *& cogitationibus inter ſe inuicem accuſantibus, aut ẽt defendentibus.* Cogitationes auditorũ accuſabũt eos, qui nō audierint, excuſabũtq; ſeipſos, ſed cogitationes factorum, defendent factores, viciſſimq; arguẽt auditores, & iſtę uincent ad extremũ. In omni.n. iudicio, iudicẽ adeſſe oportet, cauſidicũ, qui interdũ fungit actoris uice. Teſtẽ, & reum. In iudicio itaq; illo, iudex erit Deus: nos oẽs rei, q aſtabimus ante tribunal. cauſidicus, vel actor, noſtræ cogitationes, quibus poſt conflictationes accuſabimur. Si au-

 dicrimus

dicimus, tantum legem defendemur,
ſi fecerimus: propria conſcientia erit
mille teſtes, qua probabimur non igno
raſſe malum, nec bonum: propterea-
que potuiſſe omnes declinare à malo,
& facere bonum. ſed ſponte pleroſ-
que ordinem inuertiſſe legum, & na-
turæ, declinaſſe à bono, feciſſeque
malum. Hoc ergo iudicio, vel iuſtifi-
cabimur à iudice, vel cōdemnabimur.
In die cum iudicabit Deus occulta hominum,
ſecundum euangelium meum per Ieſum
Chriſtum.

Non leui coniectura, non ſuſpicioni
bus incertis, ſed intimis cordiū pene-
tralibus perſpectis, quæ nemo nouit ni
ſi ipſe. Virtute enim diuina fiet, (vt
inquit D. Auguſtinus de Ciuitate Dei,)
vt vnicuique opera ſua bona, vel mala
in memoriam reuocentur, & mentis
intuitu, mira celeritate cernantur, vt ac
cuſet, vel excuſet ſcientia cōſcientiam,
atque ita ſimul, & omnes & ſinguli iudi
centur, vt nihil remaneat pertractan-
dum, ſed tm̃ promulgāda ſententia, om
nibus breuiſſimè ad concluſionem re-
dactis. Iudicabuntur aūt à Deo *Per Ie-
ſum Chriſtum*, quoniam Ieſus Chr̃s ipſe
erit, qui iudicabit. Et quia heres patris,
Eph.1. cui omnia ſubiecit ſub pedibus. Et quia
Eſa.7. iure ſapientiæ illi competit iudicare. Bu
tirum enim & mel comeſturū fuiſſe, di-
cebatur à vatibus, vt ſciret iudicio elige
Heb.4. re bonum, & reprobare malū. Et quia
Deus & homo eſt, vt Deus errare nō po
teſt, vt homo ſcit compati infirmitatib⁹
Ioan.5. nr̃is. Quia filius hoīs eſt, vt ipſe dixit: &
vt oēs honorificent illum, ſicut honorāt
Eph.1. patrē. Et quia eſt caput eccleſię. Nam iu
dicium regendi membra, collocatur in
Apoc.1. capite. Et quia eſt princeps regum ter
ræ. Principis autem eſt iudicare ſubdi
tos. Et quia per ipſum facta eſt, & refor
mata natura humana, per ipſum ergo
etiam fuit iudicanda. Iudicabit autē
in forma humana, vt videat eum omnis
Apoc 1. caro, & qui eum pupugerunt. Hinc in
Apo 11. Apocalypſi legimus, quod eſt iudex à
& Act 7. Deo conſtitutus uiuorū, & mortuorū.
Ioan.5. Et in Euangelio. Pater.n.non iudicat
Dan.7. quemq̃, ſed oē iudiciū dedit filio. In Da
niele ẽt. Filius hoīs veniebat, & dedit il
li Deus poteſtatē & regnum. Hæc autē
iudiciaria poteſtas, Chriſto homini col-
lata eſt in premium humilitatis, quam
exhibuit, factus obediens vſque ad Philip.2.
mortem, mortem autem crucis. Quo- 2.Cor.5
niā ergo pro omnibus hominibus mor
tuus eſt, ſanguinem fudit ad abluenda
peccata omnia quo ad ſufficientiam, li-
cet non in omnibus hominibus ablu-
ta fuerint, effectualiter, ipſis impedimē
ta præſtantibus ſanctiſſimo illi lauacro:
Idcirco congruum eſt, vt oēs hoīes in
iudicio illo congregentur, vt eius exal-
tationem videant in humana natura,
quò electi gaudeant, doleantq; & tabe
ſcant reprobi, qui illi rebelles fuerunt,
& ingratiſſimi. Vnde dicit. Ecce veniet Apo.1.
cum nubibus, & videbit eū omnis ocu
lus. Ne aūt crederes Apoſtolum, ex pro
prio capite ad terrendā plebeculā, ima-
ginationem iudicij concepiſſe, atq; con
finxiſſe. Addidit. *Secundum euangelium
meum.* Et litera ſic conſtruit. Iudicabit
Deus occulta hoīum per Ieſum Chr̃m,
ſecundum euangelium meum: vt hoc
(Secundum euangelium meum) interpoſi-
tum ſit tanq̃ parenthesis. Euangeliū au
tem quod nunc ſuum appellat, quia id
ipſe prædicabat tāquam miniſter Chri- 1.Cor.4.
ſti, ipſo dicente. Sic nos exiſtimet
homo, vt miniſtros Chriſti, & di-
ſpenſatores miniſteriorum Dei. Supra
dicebatur eſſe Euangelium Dei, &
Chriſti. Deus autem veritas eſt, & men Rom.3.
tiri non poteſt. Itaque ſi euangelium
iudicium annunciat, erit omnino iu-
dicium. Cœlum enim & terra tranſi- Luc.21.
bunt, uerba autem mea non tranſibūt:
dixit Chriſtus. Ne quis quæſo, vos Coloſſ.2.
ſeducat per inanem Philoſophiam frēs.
Erit, erit certè iudicium. Omnis e-
nim retributio, qua diuerſis diuerſa red
duntur, iudicium requirit, bonis retri-
buenda ſunt bona, malis mala à diuina
iuſtitia. Neceſſe eſt ergo fieri iudiciū,
bonorū oīum & malorum. Iudican-
tur certè ſinguli homines ſtatim cū ani-
mæ è corporibus exeunt, illiſque pro
meritis redditur, vel pœna, vel premiū,
dicente domino per Ioelem. Cito ve- Ioel.3.
lociter reddam viciſſitudinem vobis, ſu
per caput veſtrum. Vnde & de malis
dr̃ in Iob. Ducunt in bonis dies ſuos, Iob.21.
& in puncto ad inferna deſcendunt.

Et de

Luc. 16. Et de epulone. Mortuus eſt diues, & ſepultus eſt in inferno. De bonis item legimus dixiſſe Paulum, cum ad æquo animo ferendam mortem hortaretur.
2. Cor. 5. Scimus quoniã ſi terreſtris domus noſtra huius habitationis diſſoluatur, quod ædificationem ex Deo habemus, domum non manufactam, ſed æternã
Philip. 1. in cœlis. Vnde & ipſe dicebat. Cupio diſſolui, & eſſe cum Chriſto. Ratum habẽs poſt ſui corporis diſſolutionẽ, ſubito animam eſſe in cœlis cum Chriſto regnaturam. Iuxta verbum quod Chriſtus latroni dixerat. Hodie mecum eris in paradiſo. Tamen con-
Luc. 23. ſiderandum hic eſt, quod quilibet homo, & ſingularis quædam perſona eſt, & eſt pars totius humani generis. Duplex ergo oportet eſſe iudicium, alterũ ſingulare, quo reddatur vnicuique ſecundum ea quæ geſſit, ſaltem quo ad animam, quæ eſt principaliorũ hominis portio. Æquum enim videtur, quoniam militia eſt vita hominis ſuper ter
Iob. 7. Iob. 9. ram: Et ſicut mercenarij dies eius, vt
Ibidem. dixit Iobus, vt poſt præſentem vitam, quæ vnicè eſt ſtatus merendi atque demerendi, ſtatim vnicuiq; reddatur de-
Leuit. 19. bita merces, & ſtipendium: ſcriptum eſt enim. Non morabitur opus mercenarij tui apud te, vſque manè. Alterũ iudicium vniuerſale, quo ſimul oĩbus, tanquam humani corporis commembris, reddatur quod meruerunt, & quo ad animam, & quo ad corpus. Iudicio particulari ſatisfacit diuina iuſtitia ſingulis: vniuerſali ſatisfacit oĩbus. Quãuis enim ſingulis ante vniuerſale iudicium mortuis, conſtet de eorum ꝓpria vel condemnatione, vel glorificatione, non tamen omnibus omnium aliorũ damnatio innoteſcit, vel præmium: Quare nec plenam omnes de diuina iuſtitia notitiam habere poſſunt, ſine illo iudicio. Neceſſe eſt ergo iudicium facere, quò omnium cauſæ coram omnibus diſcutiantur. Illiſque diſcuſſis, bonis gloria & honor, malis ira, & indignatio retribuatur: Iudæis atque Gentilibus, ſine exceptione vlla perſonarum. O nos miſeros, qui terrena quæque, tam ardenter amamus, pecuniam, voluptates, ignauiam, libidinem, ſcorta, hominum amicitias, honores, magno illo præmio, cuius immenſa eſt, & ineſtimabilis pretioſitas, interim nos ipſos defraudantes, peccata virtutibus, ſathanæ iura, Chri monitis, ſaluti ꝓpriç pernitiẽ, vitæ interitum ante ponimus, ad extremum Deum ipſum, nullipendentes prorſus & poſt habentes, qui nihil, nec filium ſuum quem habebat chariſſimum, & vnigenitum nobis præpoſuit, ſed de ſinu eius illum ad nos deſtinatum miſit, vt pro nobis tot, tãtaque probra ſubſtineret, quot & quanta ſubſtinuit vſque ad mortem. Qua venia digni erimus? Qua miſeratione in extremo illo iudicio adeo terribili horrendoque? Nulla profecto. Omnia clamabunt aduerſus nos, cœlum, aſtra, Deus, angeli, & ipſi quoque demones accuſabunt nos. Sed & nos ipſi, nobis ipſis inimicabimur. Ne ergo amplius feramur præcipites, ſed reſipiſcamus: ne audientes, & non facientes legem, cum iudæis pereamus æterno ſupplicio, neque pro elapſis facinoribus deſperemus, quoniam ſi accuſabit nos con- 1. Ioan. 2.
ſcientia, modo pœnitere velimus, excuſabit nos ſanguis Chriſti Ieſu. Aduocatum enim habemus apud patrem, qui eſt propitiatio pro peccatis noſtris. At niſi pœniteamus, acerbiſſimi nos manent æternæ gehennæ cruciatus, eoque duriores, quo amplioribus donis inſignes redditi, ingratitudine comprobabimur omnibus nationibus eſſe longè ſuperiores. Audite Paulum inuehentem contra Iudæos, ex eorum dignitate, atque ingratitudine, quos tamen ipſi antecellimus. Sequitur.

Vide, vel *ecce tu Iudeus cognominaris, & requieſcis in lege, & gloriaris in Deo, & cognoſcis voluntatem, & probas vtiliora inſtructus per legem. Confidis teipſum eſſe ducem cæcorum, lumen eorum qui in tenebris ſunt, caſtigatorem inſipientium, magiſtrũ, infantium, habentem formã ſcientiæ & ueritatis in lege. Qui ergo alium doces, teipſum nõ doces? Qui prædicas non furandũ furaris? Qui dicis non mechandum mecharis? qui abbominaris idola, ſacrilegiũ facis? Qui in lege gloriaris, per præuaricationẽ legis Deũ inhonoras?*

Bit. ad Rom.

O magnam Pauli artem, atque facundiam. Quinq; quinarijs inſectatur Iudæos, tanta felicitate, vt nihil amplius poſſit deſiderari. Poteſt autem legi interrogatiue, & ſine interrogatione, hic apoſtolicus ſermo, vt patet. Intentionem audite. Quoniam dixerat, factores legis, non auditores eſſe corā Deo iuſtificandos in die illa: ne iudęi, qui primū gloriabant̃ qđ legē accepiſſent, ſublata illa gloria, ad hanc cōuerterent̃, & dicerent, ſe ſe legē obſeruare: deprimēs eos, oſtendit quod tantum legem audierunt, minime autem legem obſeruarent, quin potius eam diſſipauerunt. Quo probatur, id quod in principio huius capitis aſſumpſerat, videlicet iudæos talia agere, qualia arrogantiſſimè in gentibus repræhendebant. Cōuinciturque propterea ipſos, nulla ratione defendi, aut excuſari poſſe corā Deo, ſicut illic dicebatur. Quo uero magis eos humiliet, primum extollit, atq; effert quinque magnis laudibus & præconijs. A dignitate nominis primū, qđ & generis nobilitatem inſinuat. Secundo. A lege. Tertio. A Dei familiaritate. Quarta. A ſecretis eius illis notis. Quinto. Ab optima inſtitutione.

Dicit ergo. *Ecce tu Iudæus cognominaris.* Quod eſt primum. Iudæum autem populum illum omnem; cognominari à tribu Iudæ aſſerit Paulus, nomine aliarum tribuum ommiſſo: quoniam ſub regia illa tribu Iudæ, reliquæ omnes militabant. Hinc bis Propheta cecinit.

Pſ. 59. & 107. Iuda rex meus. Quod Iacob prædixe-

Gen 49. rat. Non auferetur ſceptrum de Iuda, nec dux de femore eius, donec veniat, qui mittendus eſt. Hinc ſemp Iudas in caſtris tanquam dux & rex aliorum præcedebat, vt in Numeris legim'. Fortè etiam Iudęi populi illi iſraelitę nominabantur, quoniam Iudas tunc habitabat Hieruſalem ſimul cum Beniamin. cæteris tribubus ad mare Caſpiū (vt aiunt) in montibus illis concluſis. Notate autem Pauli artem. Non dicit. *Iudæus* es, ſed *cognominaris.* Gloria magna eſt cognominari iudæum, eſſe tàm ſancti nominis (quod iſraelitas peperit ſanctiſſimus ille inter duodecim, principes primus Iudas) omnibus hæredē.

Sed O quàm maior eſſet, eſſe uerè Iudæum. Iudæus enim confitens eſt. qui ergo confitetur ſe noſſe Deum, factis autem negant, quomodo uerè iudæi ſunt? Dicunt ſe iudęos eſſe, & non Apoc. 3.

ſunt, ſed ſunt ſinagoga ſathanæ. *Et requieſcis in lege.* Ecce ſecunda laus. Nō vagaris per errorū deuia, uti ſectæ philoſophorum, ex quibus nihil habetur certi, nihil ſolidi. Tu legem habes, quā Deus tibi attulit de cælo, audi autē qđ in hoc præconio latet. O Iudæe. Ob id quod lex tibi data eſt, tu tibi ipſi adblandiris de ipſa lege, places tibi ipſi. Quaſi dicere velit, gratiam nulli pēdis: tanquam enim ſecurus de iuſtitia & de ſalute per legem, legi totus inniteris, te ipſum hac ratione extollis ſuper omnes nationes. *Et gloriaris in Deo.* Ecce tertia. Dicis. Notus in Iudæa Deus. Non fecit Pſ. 75.

taliter omni nationi. Beata gens, cuius Pſal 147.

eſt dominus Deus tuus. *Et cognoſcis voluntatem,* Subintelligit̃ Dei. Ecce quarta. Tanquā à ſecretis diuinæ illius maieſtatis exiſtens, cognoſcis quod illi placet, quod illi non placet, per mandata affirmantia atque negantia. Vtinam quemadmodum noſti, ita faceres uolūtatem eius. Noſti certè, ſed non feciſti: Quot plagis ergo vapulabis? multis & magnis profecto. Neque enim prodeſt ſcire quid facere debeas, cum facias qđ non debes. *Et probas vtiliora inſtructus ex lege.* Ecce quinta. Non modo quæ illi placent, & quæ diſplicent nouiſti per legem, ſed quæ illi placent, magis, quæ minus: quæ item diſplicent magis, & quæ minus. O te felicem, ſi ſaltem vtilia ſeruares, poſtquā vtiliora negligis. Omnia enim quæ præcipit ipſe, vtilia ſunt. Ego dominus (inquit) docens te utilia. Eſa 48.

At tu non modo potiora non obſeruaſti, ſed omnia & ſecundæ & primæ tabulæ præcepta tranſgreſſus es, & in ꝓximo, & in ſeipſo Deum offendiſti quātum in te fuit, ò Iudæe. Incipit autem poſtmodum eorum arrogantiam apertius extenuare, exprobratq; in eorum faciem verba quinque, quæ ipſi tumido corde, & opere uaniloquo in aliorū contumeliam, atque in eorum inanem atque inſanam gloriam perſonabant. *Confidis,* inquit, *teipſum eſſe ducem cæcorum.*

rum. Cum tamen miſer & cęcus non aduertas, quàm manifeſtè Deus ad Gẽtes tranſierit. Sinagoga tua palam repudiata. Iam enim habet in manibus libellum repudij, literam ſcilicet legis nudam, quæ fornicationes, & adulteria illius ſpiritualia euidenter coarguit. Et præter hunc libellum, nihil aliud habet. Vniuerſam enim dotem ipſius, ad nouam nuptam agni tranſtulit Deus pater. In manu quippe Eccleſiæ, non ſinagogæ, ſunt tabulæ fęderis; in duobus teſtamentis ſacramenta vnctionum, dignitas regum, ordo ſacerdotum, miniſteria leuitarum, cultus vaſorum & tẽpli, munera chariſmatum, genera uirtutum, ſenſus ſcripturarum, trophea Martyrum, Confeſſorum inſignia, virginũ corollæ, ſubſidia gratiarum, ſacrificiorum veritas, gloria ſacramentorum. Vniuerſæ opes cęli, totus thronus Dei, omnis denique veſtra gloria o iudæi iactabundi, à vobis eſt trãſlata, nobis eſt collata, per Deum gratiæ, per dominũ virtutum, per regem gloriæ. Vide igitur immodicam ſuperbiam iudæorum hac eorum metaphora. Cæcus duce indiget, illi ergo ipſi cunctos cęcos exiſtimare conſueuerant: Sibique arrogabãt ducatum vniuerſarum gentium: neminẽ enim pollere ingenio naturali credebãt, præter ipſos: nempe quod ſuo ipſorum iudicio peccatores omnes eſſent, illis vnis demptis. Peccatum vero rationem naturalem excæcare perhibetur in Prophetis. Propterea enim dixerũt
Ioan.9. phariſæi illi cæco nato. In peccatis na-
Matt.15. tus es totus, & tu doces nos? O cæci,
Ibidem. & duces cæcorum. Quomodo p viam quam alijs oſtenditis, ipſi non ambulatis? Cæcus ſi cæco ducatum pręſtet, ambo in foueam cadunt. *Lumen eorum, qui in tenebris ſunt.* Prima metaphora ſuperbiebant de naturali ingenio, cui cęcitas opponitur. Hac ſecunda de lege ſcripta, cuius luce, qui carent, apud illos in tenebris uerſari dicuntur, vt eorum opera omnino egeant. Scribitur enim. Mandatum eſt & lux & lex. Et in pſal
Pſal.118. mo, Lucerna pedibus meis verbum tuum. *Eruditorem inſipientium.* Sapientia non eſt ſine vera Dei religione. Ecce
Iob. ſapientia ipſa eſt pietas, inquit Iobus.

Arrogant ergo ſibi ſapientiam & pietatem hoc uerbo: cunctis alijs exprobrãt impietatem, & inſipientiam, cum tamen ipſi eſſent impijſſimi, & inſipientiſſimi, quoniam in maliuolam animã, non introibit ſapientia. *Doctorem in-* Sap.1.
fantium. Duo magna dicunt de ſeipſis hoc verbo. Primũ, quod ſint ſanctiſſimæ vitæ. Qui enim infantem erudire curat, moribus pręſtet, neceſſe eſt. Quã quo fuerit imbuta recens, ſeruabit odorem. Teſta diu. Secundo, quod humilem doctrinam paruipendant, & tanq̃ docti & prouecti, magna & ſublimia arcana perſcrutentur. Sed illis exceptis, non niſi humilia quęquę omnibus conueniant, tanquam infantibus. Qui nec lactis alimoniam, ab alijs percipere poſſint quàm ab ipſis. *Formam habentem ſcientiæ, & veritatis in lege.* Omnem ſuperbiam ſuperat hæc poſtrema. Arrogant enim ſibi, quod errare nullatenus poſſint, quoniam formam, ideam, exemplum habeant in lege, qua ita ducuntur, vt nunquã exorbitare ualeant, gratiam omnem Dei abijciunt, in lege duntaxat confidentes. Tunc itaq; Apoſtolus, inuehitur in eos quinq; pulcherrimis antitheſis. *Qui ergo alium doces, teipſum non doces? &c.*

Primum autem generale eſt. Cur nõ conuenit vita doctrinæ? Cur multa doces, & ardua, nec tamen minora facis? Tale quid eſt illud, quod dicebat Chrs.
Super cathedram Moyſi, ſederunt ſcri- Matt.23.
bæ & phariſei: Omnia quæ dixerint vobis, ſeruate & facite, ſecundum autem opera eorum, nolite facere. Dicunt enim, & non faciunt. Ineſcuſabilis itaque es ò Iudæe. Noſti enim q̃d faciendum ſit: neque enim doceres alios, ſi neſcires, tamen teipſum nõ doces. Non enim bene operaris, ſed male. Videris ergo ex malitia, & ex contemptu delinquere. Secundum. *Qui prædicas non furandum, furaris?* Per furtum, omnem auaritiam, vſuram, fraudem, indebitam conquiſitionem, aut tenacẽ retentionem rerum corporalium intelligite: Qui enim auaritiæ, tirannidi adeò paret, vt pauperibus eleemoſinas non ſuppeditet cum poſſit, non modo fur eſt, ſed homicida. O iudęi, ò iu-

dei, qui fenore ſanguinem pauperum
Pſal.23. emungitis. audite Dauidem. Domine,
quis habitabit in tabernaculo tuo? aut
quis requieſcet in monte ſancto tuo?
Qui pecuniam ſuam non dedit ad vſuram.
En Paulus uos fures appellat.
Tertium. *Qui dicis non mechandum mecharis.*
Matt.12. Notum eſt, iudeos appellari à
Chriſto generationem adulterã. Nanq;
cum deſponſaſſet ſibi ipſi Deus populũ
Eph.5. illum in fide, ipſi fornicabantur cum Baalin,
cũ Aſtaroth, alijsq; idolis. Idolorũ
autem cultus, fornicatio vbique in ſacris
literis appellatur. Hoc eſt ergo fortaſſe
quod repræhendit Apoſtolus: vel
etiam veram fornicationem corporalẽ
exprobat eis, quoniam cum Gẽtes abhorrerẽt,
quia fornicari citra adulteriũ
licere putabant, ipſi tñ libidine exeſtuantes,
nec adulteria deuitabant, inceſtuſque
& vitia innominabilia.
Hoc autem puto moliri Apoſtolũ, quoniam
quartum antitheton eſt de idololatria.
Qui abhominaris idola, ſacrilegiũ facis?
Sacra uiolas, legem, templũ, Deũ
ipſum haud colis, quem plenis buccis
prædicas eſſe colendum, cunctaq; idola
contemnenda. Sequitur quintum.
Qui in lege gloriaris, Te beatum dicens,
quia Dei noſti voluntatem, *Per tranſgreſſionem legis, Deum inhonoras?*
Non modo
in teipſo, ſed in alijs. Præbes nanq; tuis
flagitijs Gẽtibus occaſionem, vt dicãt,
En populus Dei, cernite qualis ſit. nos
fornicamur, & ipſi; idola colimus, & ipſi:
furamur, & ipſi: inſoleſcimus, & ipſi,
& Deus eorum, eos patitur, certè nõ
eſt melior noſtris Dijs. O magnam blaſphemiam.
Audite maiorem: propter
peccata veſtra Iudæi, magnis temporibus
dereliquit uos Deus omnipotens.
Seruiebatis Gẽtibus. Babilon captiuos
vos tenuit, oppræſſerunt uos Aſſyrij,
Madianitæ, Philiſtei, Cananei. Tunc dicebant
barbaræ illæ gentes. En populus
Dei, quomodo à nobis eſt uictus &
ſuperatus? Certè, Dei noſtri vicerũt dominum
ſuum. Vel enim non potuit
eos ſaluare Deus eorum, vel noluit: ſi
noluit, iam non eſt Deus ſuus: Eſt autẽ
Deus ſuus, ergo non potuit. Non eſt ergo
Deus uerus. Sed noſtri ſunt ueri dij,
per quos nobis eſt parta uictoria. Audis
Iudęe maximam hanc blaſphemiã
Gentiũ occaſione, non à Gentibus acceptam,
ſed à iudęis data. Quid hic dices?
Obmuteſce, obmuteſce quæſo, &
reſipiſce. Nullum enim peccatũ grauius,
quàm peccata defendere. Non
vobis ego conuitia infero (inquit Paulus)
Iudæi, ita ſcriptum eſt in Prophetis
veſtris. Quod gentes occaſione data
eis à uobis nomen dei blaſphematur, 1. Tim.6.
atque quantum in ipſis eſt, dehoneſtare
nituntur. Illi enim nomini ſemper
ſancto & glorioſo, nulla iniuria, nullum
dedecus poteſt irrogari. Vnde inquit.
Nomen Dei per vos blaſphematur in gentibus, ſicut ſcriptum eſt.
Scriptum eſt autem
iſtud, & in Ezechiele, & in Eſaia. Sit er Ezec.5.
go *ἀνακεφαλαίωσις* contra iudæos. O Iu Eſa.52.
dęe. Qui in Deo gloriaris, cur Deũ inhonoras?
Qui requieſcis in lege, cur
tranſgredieris legem? Qui noſti diuinam
voluntatem, cur eam non adimples?
Qui potiora probas, cur vana ſectaris?
Qui cæcos ducis, cur recta via
non ambulas? Qui alijs luces, cur verſaris
in tenebris? Qui alios repræhendis,
cur tibi ipſi places, & blandiris? Qui inſipientes
caſtigas, cur initium ſapiẽtiæ
neſcis? dei timorem? Qui magiſteriũ
tibi arrogas infantium, cur ſenſu adhuc
paruulus es? Qui formam ſcientiæ habere
te iactas, cur tam deformatus es
in operibus tuis? Qui iudæus cognominaris,
cur omni ethnico comprobaris
eſſe deterior? Qui fidis veritati legis,
cur illam nõ amplecteris? Qui blaſphemias
abhominaris, cur blaſphemiarũ
occaſionem prębes? Sequitur.

Circuncisio quidem prodeſt. Si legem obſerues. Si autem præuaricator legis ſis, circuncisio tua præputium facta eſt.
Vult uincere
Iudæos Apoſtolus, poſtquam bellum ſuſcepit,
ne pugnaſſe uideatur quaſi aerẽ
verberans; uictricibus armis tam acriter
dimicat, vt incunctanter ſit de eis
triumphaturus. Tollit itaque omnem
anſam, ne habeant quo ſe ſe poſſint uertere.
Probauit, quod audire legẽ non
eſt ſatis, vt poſſint præferri gentibus.
Oſtendit quod ipſi nõ fuerunt, ſed diſſipauerunt
legem domini. Vnicũ hoc
eis refugium remanſerat circuncisionis,
tollit & iſtud. Sed cum omnẽ legis

gloriam

gloriam è medio ſuſtulerit, nonne & circunciſionem euacuauit? Nequaquã. Eſt nanque antiquior lege circunciſio. Nam ad legem non attinet, quaſi lege inſtituta, vel præcepta. Eam enim præ-
Ioan. 7. cepit Deus ante legem. Vnde Chriſtus dicebat. Circunciſio non eſt ex Moyſe, ſed ex patribus. Abraamus em̃ primus fuit, qui ſe ſe ab infidelium cõ-
Gen. 12. mertio ſeparauit. Exiuit nanq; de terra ſua, & de cognatione ſua, unumque Deum viuum, & verum coluit: cũ alij Caldęi ignem colerent. Ad proteſtationem ergo fidei vnius ueri Dei, ipſe primus circunciſionem accepit. Quã deinde omnis populus obſeruauit, tanquã caracterem diuini fęderis. Neq; hinc ergo ò Iudęi, poteſtis præferri Gẽtib⁹, inquit Paulus, à poſterioritate procedens ad priora. quod uobis unis ſacrũ illud ſignum circunciſionis ante legem allatum ſit de cœlo. Circunciſio nanq; tibi data fuit, quo intelligeres, te eſſe debitorem vniuerſæ legis faciendæ. Si ergo tu circunciſus, à lege prorſus defeciſti, vt monſtratum eſt. Dicis enim non furandum, & furaris, prædicas nõ mechandum, & mecharis. nonne circũciſio tua inutilis tibi erit, & eſt? ęque ac Gentibus præputium? A debito nanque deficis, ſi legem non ſeruas, cum circunciſionem geſtas in carne? A debito inquam, quod cum Deo optimo maximo fędere circunciſionis intercedente contraxiſti, non cum homine. Quid ergo coram Deo tibi opitulari poterit circunciſio nuda, ſine legis obſeruatione? Opitularetur, ſi legem ſeruares, cum non ſerues, officit tibi, non pficit. Conuincit nanque te fędera violaſſe Dei. Eſt, enim ſignum indelebile atque memoriale perhenne, omni chirographo potentius tui debiti, circũciſio. Oſtentans ergo circunciſionem, literas tuę damnationis in medium tu ipſe adducis. Tu teipſum condemnas miſelle: contra te iura & arma defers toto tẽpore vitæ tuæ, quibus merito potes ad gehennam iudicari. O quàm felicior eſt præputiatus circunciſo, ſi circunciſus à lege deficiat. Connectenda itaq; eſt hæc ratio, propter illud uerbũ *enim*,
Rom. 2. ad illud ſupra valde. Non enim auditores legis iuſti ſunt apud Deum, ſed factores legis iuſtificabuntur. Dicere. n. potuiſſent iudæi poſt omnia quæ dicta ſunt cõtra eos, quorum radix illud fuit. Non enim auditores legis. &c. Si legẽ non fecimus, circunciſio tamen nos ſaluabit. Quomodo noui iſti theologi dicunt. Si opera non facimus, fidem tamen amplectimur. Baptizati ſumus, nihil damnationis eſt his, qui ſunt in Chriſto Ieſu, merito ſuo ſaluabimur. Ob id ergo contra Iudęos inuehit Apoſtolus, & implicitè contra hæreticos nouellos. O miſelli: ſicut circũciſio iudęos perdit potius, qui legem tranſgrediuntur, quàm ſaluet, ita Chriſti fides, quam non opera comitantur, vos ad inferos perducet. Tantum abeſt, vt fide nuda ſaluare, quis poſſit, modo valeat operari.

Hic autem ad memoriam reuocare oportet, quæ ſupra dicebamus. Apoſtolum Iudęos inſectari, arguereq; contra eos, pro tempore illo quo potiſſimũ Gẽtes excellere videbantur: antequã ſcilicet Chriſti lampas omnibus nationib⁹ illuceſceret. Tunc enim adeò omnis orbis diuinas gratias recepit abũdè, vt facilè uideri poſſent ethnici iudęis pares, ne dicam ſuperiores. Eo ergo tẽpore, ſelecti quo videbantur Iudęi, vt eſſent diuinum peculium, cum nondum Chriſtus veniſſet ad terras, verũ eſt hoc quod dicit Paulus. *Circuncißio quidem prodeſt.* Tempore nanque illo, quo lex erat in vigore, circunciſio iudęis proderat, quoniam delebatur per circunciſionem peccatum originale. Neque enim credendum eſt, Deum aliquando humanum genus dereliquiſſe ſine remedio morbi illius, qui ex infecta radice omnes huius arboris ramos vitiauit. Potiſſimum autem non dereliquit populum illum, quẽ ſibi elegerat in peculium & hæreditatem. Nullum autem videtur eſſe collatum remediũ ad abolendam contagionem illam, præterquã circunciſio. Idcirco enim præceptum fuit, vt omnes circunciderentur. Maſculus (inquit) cuius præputij caro circun- Leui. 17.
ciſa non fuerit, delebitur anima illa de populo meo. Fateor, quod non aperiebat ianuam paradiſi circũciſis. Id enim

fieri

fieri non poterat niſi Chriſti morte exhibita Deo patri, qua ſolutum fuit prætium noſtræ redemptionis: Attamen cõferebatur gratia in circunciſione quando anima pueri, cuius caro circunciſa fuerat, iuſtificabatur coram Deo. Aduerte tamen, & caue. Clamat enim Apoſtolus ad Galatas. Si data eſſet lex, quę poſſet iuſtificare, ergo gratis Chriſtus mortuus eſſet. Circunciſio ergo non poterat iuſtificare. Item ſacramenta veteris legis, uocat elementa egena & infirma ibidem, non alia ratione, niſi quia non iuſtificant, non emundant animã, non illam gratam deo efficiunt. Idcirco dicendum, quod circũciſio propria vi, non delebat peccatum, neque aliud veteris legis ſacramentum id efficere poterat. Et in hoc errabant Iudæi, credebant enim ſtatum legis veteris, ex ſe ſufficientem eſſe ad iuſtificationem abſq; fide Chriſti: Vnde non accipiebant ipſi circunciſionem, vt proteſtationem, & profeſſionem Chriſti venturi, ſed potius, vt ſacramentum ex opere ipſo, valens iuſtificare. Contra illos ergo optimè Paulus dicit, quod ex ſe non iuſtificabat, ſed tantum quatenus ipſa carnis circunciſio, includebat fidem Chriſti venturi, eratq; ſignum paſſionis eius futuræ. Ille enim fuit, & eſt verus agnus Dei, qui abſtulit omni tempore & auffert peccatum mũdi. Erat ergo infirma circunciſio, non poterat mundare animam ex ſe ipſa, quoniam erat egena: non habebat in ſe grãm: at quatenus ſignaculum erat fidei Chriſti, ſicut Paulus dicet, in virtute illius fidei incluſæ ſub illo ſigno, emundabat & iuſtificabat. Sic ergo proderat. Prodeſt autem inquit, ſi legem obſerues. Adulto loquitur. Qui enim circunciſus eſt, & iuſtificatus coram Deo, cũ adoleuit, niſi bonis operibus obſeruatione legis adaugeat iuſtitiam illam incohatam, ipſa deperditur, vt ſupra dicebamus de fide, & de prima gratia quæ non augeſcit ꝑ opera. Nam in via dei noſtra progredi, regredi eſt. Ex his puto haberi apoſtolicum ſenſum. At dicamus modo de Circunciſione. Poſtquàm Chriſtus venit, euangeliumque mundo inuulgauit, quo circunciſioni baptiſma ſucceſſiſſe monſtratum eſt, num Circunciſio proderit, ſi legem obſerues? Reſpondeo. Si omnem legem dei ſeruemus, Decalogum ſcilicet, qui ſimpliciter ſalu ti neceſſarius eſt, circunciſio ipſa non modo non ꝓdeſt, immo obeſt. Letali culpa delinqueret, qui nũc circunciderετur. Vnde & omnes iudæi mortaliter peccant cum circunciduntur. Infelices, qui vnde delere originale peccatũ arbitrantur, huic alio peccato ſe ſe Deo reddunt inimicos. Dices. Paulus non videtur hoc dicere, ſed iſtud tm̃, quod qui circuncideretur nunc, poneretque ſpem in circunciſione, aſſequendæ iuſtitię circũciſionis opera, ille peccaret, quoniam iniuriã arrogaret morti Chriſti Ieſu. Dicit enim ſic. Euacuati eſtis à Chriſto, qui ĩ lege iuſtificamini, à gratia excidiſtis, ideſt, qui lege, vel ſacramẽtis legis, arbitramini vos iuſtificari corã Deo. exiſtimatis enim gratiam noui teſtamenti eſſe inſufficientem, & inualidam. At ſiquis circuncideretur, ſpem tamen nullam poneret in circunciſione, ſed in baptiſmo Chriſti omnẽ, non videtur quod ille peccaret, ſaltem mortaliter. Inditio eſt, quod etiam poſt aſcẽſionem Chriſti Ieſu, Apoſtoli circunciſionem patiebantur. Et Paulus, qui legem tollere uidebat, & funditus euertere Timotheum, alioquin Chriſtianũ in primitiua illa eccleſia, circuncidit. Neque dicendum eſt, peccaſſe Paulum neque etiam Timotheum. Concilium quoque illud Hieroſolymitanum, quo circunciſio abrogata fuit, non eam abrogauit, vt mortiſeram, ſed ut non neceſſariam duntaxat. Quod patet, & ex occaſione Concilij. Orta nanque erat, palamque creſcere videbatur hæreſis illorum qui dicebant. Niſi circuncidamini ſecundum morem Moyſi, non poteſtis ſaluari. Et ex verbis Petri, qui tanquam primus inter Eccleſiæ proceres, & Pontifex ſummus, ſententiam Concilij protulit. Viſum eſt ſpiritui ſancto, & nobis, nihil ultra uobis imponere oneris præter hæc neceſſaria, vt abſtineatis uos ab immolatis ſimulachrorũ, & ſanguine, & ſuffocato, & fornicatione &c. Citra periculum itaque animatum videtur, quod poſſit adhuc obſeruari

Marginalia: *Gal. 3.* *Galat. 4.* *Ioan. 1.* *Rom. 1.* *Galat. 5.* *Act. 15.* *Act. 15.*

uari circunciſio iudæorũ, modo credatur firmiter, quod non ſit neceſſaria ad iuſtificationem, vel ad ſalutem, iuxta Apoſtolum, In Chriſto Ieſu, neq; circũciſio aliquid valet, neque præputiũ, ſed noua creatura. Secundum indulgentiam nanque, potiuſquàm ſecundũ imperium uidetur abrogata, licet ſecundum imperium ſtatutum ſit, quod inutilis cenſeatur. Hæc tamen nequaquã vos moueant. Inuicta enim ſtat noſtra hæc veritas, citra controuerſiam ab omnibus catholicis recepta, & aſſerta, qđ circunciſio hæc carnalis & fętida, nunc nõ tantum eſt mortua, vel inualida, ſed mortifera, & maxime pernitioſa. Ecce Apoſtoli ratio. Qui circuncidit ſe, debitor eſt vniuerſæ legis faciendæ, quo ad moralia & cerimonialia. Illud enim debitum circunciſio ipſa, ex ſe ipſa, vel ponas ſpem, vel non ponas, proteſtat: Sicut baptiſmus ſuapte natura proteſtatur debitorem eſſe vniuerſæ legis euangelicæ Chriſti Ieſu, eum qui baptizat: obligare autem ſe ſe ad vniuerſam legẽ illam, eſt peccatum mortale. Oſtẽdo. Nam ceremonijs illis legis veteris quã pluribus, & ſacrificijs proteſtabat deus miſſurum ſe eſſe Meſſiam Chriſtum Ieſum, morteque ſua humanum genus liberaturum, qui obligaret ſe ad vniuerſam legem, obligaretur ad credendum Meſſiam eſſe uenturum, ſuaq; paſſione liberaturum perditam hominis naturam, ex ceremonijs illis, quæ ſuapte natura id indicabant. Obligaretur ergo ad credendum, quod non ueniſſet Meſſias, idq; proteſtaretur facto obſeruans ceremonias illas. Nõne ergo mortaliter peccaret, cum iam venerit, morteque ſua pro nobis omnibus ſe ſe offerens Deo patri hoſtiam in ara crucis fecerit ſatis Chriſtus Ieſus? Proteſtari falſum, quomodo poſſumus citra peccatum mortale? Intelligitis myſterium? Circunciſio, & omnes ceremoniæ antiquæ legis, erãt quædam proteſtationes fidei, in qua conſiſtit interior Dei cultus: Fidem autem interiorem proteſtari poſſumus operibus & uerbis: utroq; proteſtationis genere, cũm falſum proteſtamur, peccamus mortaliter. Eadẽ eſt fides dubio procul, quam habuerũt patres illi, & quam habemus nos de Chriſto Ieſu, cum aliter illam proteſtantur ipſi, qui eum præceſſerunt, aliter nos qui Chriſtum ſequuti ſumus. Ipſis nondum venerat Chriſtus, ideo verbis his, fidem certiſſimam in qua viuebant proteſtabantur. Ecce virgo concipiet, & pariet filium. Quæ ſunt verba futuri temporis. Nobis iam venit, & fidem eandem proteſtamur, non uerbis futuri, ſed præteriti temporis. Ecce virgo concipiet, & peperit. Hæc de verbis. Qui ergo nunc diceret. Ecce virgo cõcipiet, & pariet filiũ. Dicẽs .n. fore futurũ, quod iam factum eſt, mortaliter peccaret. Nonne? Veniamus ad facta. Circunciſio, ceremoniæque illæ, opere proteſtabantur Chriſtum naſciturum, moriturum, ex ratione ſigni, ſuapte natura. Baptiſmus; aliaque ſacramenta nouæ legis, ſunt ſigna proteſtatina Chriſtum eſſe natum, paſſum, mortuum, ſepultum. Sicut ergo antiqui, piè & veraciter verbo, & facto proteſtabantur hęc fienda: ita nos & impiè & falsè ageremus, ſi uerbo & facto aliquo, proteſtaremur non eſſe facta: Quod vtique fieret, ſi circunciderem ur, vel alias legis ceremonias ſeruaremus. Et hoc eſt, quod Auguſtinus dicit contra Fauſtum. Iam non promittitur naſciturus, paſſurus, reſurrecturus, quod illa ſacramẽta quodammodo perſonabant, ſed annunciatur quod natus ſit, quod paſſus ſit, qđ reſurrexit: quod ſacramenta quæ à chriſtianis agnutur, iam perſonant. Peccat, peccat ergo qui circunciditur. Tantũ abeſt, vt circunciſio proſit nr̃o tempore. Hac ratione ni fallor dicebat Paulus, tam audenter. Si circuncidamini, Chriſtus vobis nihil prodeſt. Quid autem vult dicere his verbis? vult dicere hoc. Si ipſe Chriſtus non uobis ꝓdeſt, vos ipſi vobis obeſtis. Neq; enim prodere poſſumus nobis ipſis, niſi nobis proſit Chriſtus. Modo, vel ponamus ſpem, vel non ponamus in circunciſione, Chriſtus quem venturũ adhuc proteſtamur ſigno illo non poteſt prodeſſe: & cum non prodeſt, obeſt Chriſtus. Suum non prodeſſe obeſſe eſt. Neque enim aliter obeſt, niſi cum nõ prodeſt. Quemadmodum nauita non aliter ꝑdit nauem,

Gal. 6. — Eſa. 7. — Gal. 5.

nauem, niſi cum non ſeruat, non regit. Vult aliud dicere Apoſtolus. Si circũcidamini, Chriſtus uobis nihil prodeſt. Prodeſt omnibus Chriſtus, modo non ponant eius gratiæ obſtaculum: Sicut Sol omnes illuminat, modo feneſtras non claudant, cum radij ſolis ingrediũtur. Si ergo ex circuncisione fit, vt Chriſtus nobis nequaquam profit, illa ergo eſt obſtaculum Chriſti Ieſu gratiæ. At nihil gratiæ obſtat, præterquam peccatum mortale, itaque citra peccatũ mortale, nunc circuncidi nemo poteſt. Ita nemo poteſt non baptizari, qui nõ mortaliter peccet. Quod enim circuncisione proteſtabantur patres illi futurũ eſſe, id nos baptiſmo proteſtari debemus iam factum. Quoniã reuera, quod fiendum erat, factum eſt. Vnde circũcisioni in hac proteſtatione, ſuccedit baptiſmus Chriſti Ieſu, ſicut dicit Paulus ad Coloſſenſes. Circuncisi eſtis circuncisione non manufacta, in expoliatione corporis carnis. Sed in circuncisione Domini noſtri Ieſu Chriſti, conſepulti ei in baptiſmo. Quod dicebatur de Concilio Hieroſolimitano, nemině terreat. Si quis enim ea quæ illic acta ſunt introſpiciat, videbit ſententiam latam eſſe tantum hac intentione, vt Iudæi, & Gentiles, quos tunc in primitiua illa Eccleſia ſimul habitare neceſſe erat, poſſent pacificè viuere, atq; coaleſceret fidelium multitudo. Mater enĩ eccleſiæ ſinagoga, cum honore erat ducenda ad ſepulchrũ, vt non ſtatim inhiberetur Iudæis legalia ſeruare. Credi diſſent enim Gentes, religionem Iudęorum ſemper falſam fuiſſe, & profanã, non minus, quàm ſuam ipſarum idololatriam, ſi ſtatim vetuiſſet Spũs ſanctus legales illas, antiquaſque ceremonias, vti ſtatim corruit ſimulachrorum impietas: cum tamen non eſſet hinc inde par ratio. Idololatria abolita fuit, quoniam mala, religiones Gentium euerſæ ſunt, quoniam malæ: at Iudæorum lex ceſſauit, tanquam in Chriſti figuram inſtituta. Adueniente enim ueritate, vmbram ceſſare par erat. Propterea itaque, non fuit primum tumulanda ſinagoga, vel ſepelienda cum ritibus Gentium, quo diſcerneretur nõ parum inter hæc eſſe diſcriminis. Legalia itaque quæ ante Chriſtum erant uiua, Chriſto adueniente, patienteq; & moriente, cum dixit, Conſummatum eſt, mortua effecta ſunt, vſq; ad Euangelij promulgationem. Sic mortua adhuc, filia ſinagogæ Eccleſia uenerata eſt magna pietate. Promulgato euangelio, manifeſtataque ueritate Chriſti, omni cum reuerentia ſepeliuit, declarans de cætero, mortem imminere his, qui iam ad cadauer illud corruptũ, penitus & ſcatens, atque mortiferum acceſſerit. Sacrum ergo illud Concilium, adhuc legem uenerabatur, vt mortuam, ſed nõ ſepultam. Id enim maximè hinc apparet, quoniam decretum eſt, ne ſanguine & ſuffocato veſcerentur Chriſtiani. Quod dubio procul, contra Euangeliũ videbatur, quo dictum eſt Non quod intrat in os, coinquinat hominem. Et contra chriſtianam libertatem, quæ pro fitetur. Omnia munda mundis, & nihil reijciendum, quod cum gratiarum actione percipitur. Id ergo tantum hac ratione factum eſt, quo videretur aliquam haberi rationem Iudæorum, ex quibus ortus eſt Chrs, ne & ipſi acrius exacerbarentur. Iudæis enim propter antiquam conſuetudinem, ſanguis & ſuffocatæ carnes, erant abhominabiles cibi, nauſeamque illis pariebant: cõſentaneum ergo viſum eſt ſpũi ſancto, & Apoſtolis, vt pro eo tempore, omnes, à ſanguine & ſuffocato abſtinerent. Ciuilitas enim exigit, vt ſi vnã veſcimur, te abhominante cibũ aliquod, & ego abſtineam. Prohibitum eſt etiam, ne ueſcerentur idolotithis, carnibus ſcilicet, quæ immolabantur ſimulachris, non alia ratione, niſi ne ſuſpitioſi iudęi occaſionem acciperent exiſtimãdi Gẽtiles, ob idolorum reuerentiam, carnibus illis vti, & ad idololatriam reuerti. Ne itaque pax perturbaretur, ſat fuit Concilio illo definire, quod Circũciſio, alięque legis ceremonię, eſſent emortuę. Conſulebatur enim hoc pacto Gentibus, quæ tam graue pondus detrectabant. Conſulebatur etiam iudęorum, zelo quibus nimis odioſum fuiſſet promulgare ſtatim, peccare mortaliter, qui circuncidebatur: adeo eos angebat zelus

Margin notes: Coloſſ. 2. — Ioan. 19. — Matt. 15. — Tit. 1.

lis legis, licet non ſecundum ſcientiã. Procedente vero tempore, manifeſtataque Euangelij veritate, quæ non potuit tam ſubito ad lucem omnium venire, decretum eſt, non modo mortuam eſſe legem, circuncisionemq́; ſed mortiferam: Sicut & decretum eſt, nos poſſe veſci ſanguine, ſuffocato, omnibuſq; aliis cibis cum benedictione Dei, qui primum, cauſa illa vrgente prohibebãtur. Sicut in Epiſtola ad Timotheũ oſtẽdit Apoſtolus, contra Tatianos & Manicheos, qui omnino eſſe iudaizandũ in ciborũ delectu temere arbitrati ſunt. Ceſſante enim cauſa, ceſſat effectus. Vnde ſæpiſſimè uides, in his quæ agenda ſunt, ſecundum temporum exigẽtiam Concilium Concilio reformari. Quod enim magna ratione, præcedens Concilium Spũ ſancto dirigente ſtatuit pro eo tempore, magna item ratione à ſequenti, eodem Spũ ſancto dirigente, reuocatur pro alio tempore. Ad quod egregiè facit authoritas illa magni regis Artaxerſis, quæ habetur in libro Heſter. *Heſt.16.* Non debetis putare, ſi diuerſa iubemus, ex animi noſtri venire leuitate, ſed pro qualitate, & neceſſitate temporum, vt reipublicę poſcit vtilitas ferre ſententiam. De Paulo Apoſtolo, qui Timotheum circuncidit, ſcire debes, illum tam vehementem fuiſſe in prædicando Euangelio Chriſti Ieſu, vt pſeudo Apoſtoli pleriq; liuore perciti, diſſeminarent vbique terrarum, Paulum legẽ Moſi deſtruere pęnitus, & abolere, quo maximum Iudæorum odium, qui tunc erant maior pars Chriſtianorum, illi compararunt, ſi Iacobo credimus. Cum enim Paulus veniſſet Hieroſolymam. Iacobus urbis illius Antiſtes, cum ſenioribus omnibus illum hunc in modũ ſunt allocuti. Vides frater, quot millia ſunt in Iudæis, qui crediderunt, & omnes æmulatores ſunt legis. Audierunt autem de te, quia diſceſſionẽ doceas à Moſe eorum, qui per gentes ſunt Iudæorum, dicens non debere eos circuncidere filios ſuos: Neque ſecundũ conſuetudinem ingredi. Paulus Apo- *1. Cor.9.* ſtolus itaq; qui dicebat, Omnibus omnia factus ſum, vt omnes lucrifaciam, qui adeò ſcandalum horrebat, vt diceret. Si propter eſcam ſcandalizarem *1. Cor.6* fratrem meum, non manducabo carnes in æternum. Et iterum. Quis ſcã- *1. Cor.11* dalizatur, & ego non uror? Quoniã Timotheus ex matre Iudęa progenitus fuerat, illum circuncidit. Sed quid dico Timotheum circuncidit? Seipſum totondit, Nazarenorum more, purificauitq; cum Nazarenis, quibus mos erat termino ſui uoti expleto, ſe ſe ſanctificare. His enim oſtendebat Apoſtolus, quoniam & ipſe ſecundum Moſem ambulabat, cuſtodiens legẽ, quod illi agendum eſſe conſuluerat Iacobus ille ſanctiſſimus. At ſi non peccauit Paulus, cum has ceremonias, circuncisionemque ſeruauit, vt ſcandalũ deuitaret puſillorum, cur peccauit Petrus, qui ne ſcãdalo eſſet Iudęis, quorum ipſe Apoſtolus erat, iudaice uiuebat, delectũ ciborum obſeruans? Cur illum repræhendit Paulus? Cur reſtitit illi in faciem, tanq̃ non ambulanti ad ueritatem Euãgelij? Cur Iacobus non reſtitit Paulo eadem & grauiora patranti? Dura ſunt hæc & ardua. Senex ille ſanctiſſimus, pio zelo exeſtuans, intentione rectiſſima, quoniam nouit Iudæos ad ſcandala propenſiſſimos, ſegregabat ſe à Gentibus, quæ omnibus cibis indiſcriminatim utebãtur. Paulus item radit caput, ſeruat ſabbatha, iudęorũ more, Timotheum circuncidit, cur ille repræhenditur, iſte tantis effertur præconijs? Rem tibi aperiam breuiſſimè. Non peccauit Petrus, nec repræhenſus eſt, quoniam legalia pro eo tẽpore obſeruauerit. Id enim tunc licebat illi ſicut & Paulo, & eò magis, quoniam ipſe vertex erat Apoſtolici collegij. Vnde Paulus illum ex animo adiuit, Hieroſolymã profectus, contulitque cum eo, & cum Iacobo Euangelium, quod ipſe prædicabat. At verè peccauit in hoc, & ob id reſtitit illi in faciem Apoſtolus noſter. Quoniã cum eſſet Antiochiæ, quæ eſt ciuitas Gẽtiũ, nullo delectu habito ciborum, indiſcriminatim cum Gentibus ad Chriſtũ cõuerſis omnibus, veſcebat, quod & decebat iuxta Chriſti præceptum. Manducate *Luc.10.* quę apponuntur vobis. *Act.10.* Et verbum de cœlo illi factum, quod Deus purificauit, tu ne commune dixeris. Cũ pleriq; autem

autem Iudæorũ illuc veniſſent, timuit ipſe admodum, ne eis hæc libertas chriſtiana, eſſet aliquomodo ſcandali, vel offendiculi occaſio, offenſique, à fide deſciſſerent. Adeo ergo curioſum, ſtudioſumq; & diligentem ſe ſe oſtẽdit, ne accepta occaſione, ſcandalizarent Iudæi, ſi vidiſſent eum, qui ex iudaiſmo conuerſus erat ad Chriſtum, cum Gẽtibus manducare omnia indifferenter, vt ſe ſe ſubtraxerit à Gentibus: nec voluerit amplius manducare cum eis Inde autem ſequutum eſt ſcandalum Gẽtilium, quoniam uiſa tanta illius diligẽtia, ſuper hoc negotio facta, vidẽtes, intentionem facientis, non videntes quę vtique pia erat & recta, exiſtimarunt verè neceſſariam eſſe, ciborum delect⁹, aliorumque fortaſſe legalium obſeruationem, quod omnino falſum erat.
Quod egit Petrus, certè licebat, & expediebat pro ſalute Iudęorũ: modus faciendi licuit quidem, ſed non fuit expe-
1.Cor.6. diens. Multa licent, quæ nõ expediũt, dicit Paulus, ipſo vertice Apoſtolorum repræhendente, erat facere quod fieri non expediebat. Verè ergo repræhenſibilis fuit, ſicut dicitur in Epiſtola ad
Gal.2. Galatas. Suo enim exemplo, cum tantam adhiberet diligentiam pro Iudæis, cogebatur ſecũdum illarum opinionẽ, qui magna rigiditate ſactum, modũq; faciendi examinabant, propter viri grauitatem, & præſtantiam, Gentes iudaizare. Cum tamen ipſe nihil minus cordi haberet, quàm iudaizandum eſſe Gentilibus. Culpa itaque leuiſſima fuit. Neq; enim egit, quod non licebat, aut quomodo nõ licebat, ſed quod licebat, modo quo licebat: at non expediebat. Quis eſt autem, qui non aliquo modo delinquat, etiam perfectus, & con-
1.Ioan.1. firmatus, cum Ioannes dicat. Si dixerimus, quia peccatum non habem⁹, ipſi nos ſeducimus, & veritas in nobis non eſt: Quod autem leuiſſimè peccauit Petr⁹, (ſi peccauit) potiſſimũ oſtẽditur, quoniam Paulo palam eum arguenti, non modo non reſtitit indignabundus, aut contradixit, ſed conſenſit, & acquieuit. Potuerat ſe ſe excuſare, at nihil contra aſferre voluit, oſtendens pergrata illi fuiſſe, quæ à Paulo obijcerentur. Hoc enim efficax argumẽtum eſt ſuæ rectiſſimæ intentionis. Vt tamẽ prouideretur ſcandalo Gentium, quãq̃ nihil niſi leuiſſimè peccaſſet, ipſe magna ratione repræhenſus fuit. Ita enim increpante Paulo, conſentiente & acquieſcente Petro Iudæis ſuperbia, Gẽtibus deſperatio ablata eſt. Totũ enim magna Dei diſpenſatione peractũ eſt, non propter Petrum, ſed diſcipulorũ intuitu, qui haud dubie plurimum offendi potuiſſent. Cum enim in omnium oculis audierunt, redargutum eſſe Eccleſiæ principem, qui tam ſolida erat religionis collumna, ipſumq; acquiſce reprẹhendenti, legem ſectari acri⁹ reformidarunt. Vnde Paulus, non uidetur incuſaſſe Petrum ſui ratione, ob legis vetuſtæ obſeruationem, ſi diligenter verba attendamus, at vnicè aſſeclarum reſpectu, qui Gentiles erant, quoniam ipſi offendebantur ualde cum viderent Petrum ſe ſe ſubducere ab eth-
nicorum commertio. Si inquit tu cum Gal.2.
Iudæus ſis, Gentiliter viuis, & nõ iudaicè, quomodo Gentes cogis iudaizare? De Paulo Apoſtolo vero, quamuis & legalia ipſe quandoque ſeruarit, nihil horum contigit vnquam. Iudaizabat ipſe præſentibus iudæis tantum in Hieroſolymis, gentiliter autem viuebat cum gentibus, iuxta præceptum illud. Ad quancumque Eccleſiam veneris, illi te conformes. Nõ modo ergo ſcandalum non præbebat, neque præbuit vnquàm Apoſtolus noſter, ſed nec ſecutus eſt ex eius operibus ſcandalum Gentilibus. Idcirco non fuit ulla ratione repræhenſibilis. Timotheum circuncidit, qui ex matre iudæa natus fuerat. Quod & licebat, & expediebat. At Titum, cuius pater ethnicus fuit, atque ethnica mater, noluit circuncidere. Si enim illũ circuncidiſſet, fuiſſet inde ſcandalum Gentibus: quemadmodum & fuit ex Petro. Ad quid agendum erat Petro, dices: Inter Iudæos, & Ethnicos conſtituto: neceſſe erat, vt vel Iudęi, vel Ethnici ſcandalum paterentur. Vitandum potius illi fuerat ſcandalum Gentium, quàm ſcandalum Iudęorum. At vtráq; vitari potuiſſet: modo enim Petrus non tam curioſum ſe ſe oſtendiſſet illuc

aduen-

aduentantibus iudæis ex Hieroſolyma, ſubtrahendi ſe ſe ab Ethnicis: vel etiam illis rationem expoſuiſſet, cur ſe ſe ſubtraxiſſet, vt Iudęorum ſcilicet infirmitati conſuleretur. non fuiſſent offenſi ethnici. Quod ſi adhuc duraſſet, nouiſſet ex malitia, nõ ex ignorantia, vel ex infirmitate procedere. Et ita intellexiſſet eſſe Phariſæorum, non puſillorum, ſcandalum, & propterea non eſſe curandum, iuxta Chriſti uerbum. Sinite illos, quia cæci ſunt, & duces cæcorũ.
Matt. 15. Propter ſcandalum enim vitandum puſillorum, differenda eſt doctrinæ veritas. At propter ſcandalum Phariſęorum minime. Verum puto ego, quod ceſſaſſet ſcãdalum, altero horum duorum modorum. Alterum horum certè feciſſet Paulus, qui in negotijs omnibus peragendis, prudentiſſimum ſe ſe oſtẽdit in omni vita, atque cautiſſimũ. Poterat circũducere mulieres, quemadmodum cæteri Apoſtoli fratres domini, & Cephas: poterat dum euangelium prædicaret, de euangelio viuere. Quis em̃
1. Cor. 9. militat ſuis ſtipendijs vnquã? Quis plantauit vineã, & de fructu eius nec edit? Quis paſcit gregem, & de lacte gregis non manducat? Veruntamẽ, ipſe quoniam inuiſus erat plurimis, nullo horũ eſt vſus, ne quod offendiculum daretur eius occaſione euangelio Chriſti. Dices. Dedit ne Petrus ſcandalum Gẽtibus? minime. Ipſi acceperunt. fuit ſcandalum acceptum, nõ datum. Scandalizari non poſſunt viri perfecti: Qui enim ſcandalizatur, puſillus eſt: ſicut videtur innuiſſe Chriſtus cum dixit. Vi-
Matt 18. dete, ne ſcandalizatis vnum ex his puſillis, qui in me credunt: Multo magis nõ poſſunt ſcandalizare. Plus nanque repugnat perfectioni ſcandalizare, quam ſcandalizari. Incaute (vt dictum eſt) agebat Petrus, ſubtrahẽs ſe ſe ab Ethnicis, vt Iudæorum ſcandalum uitaret. At iſte cautelæ defectus, non erat tanti momẽti, vt meritò illi poſſent ex hoc ſcandalizari: Ex infirmitate nanque humana (vt dictum eſt) prouenit, vt in omnibus viris, etiam perfectis, quantuncunq; ſumma diligentia omnia quæ faciunt, nitantur facere ſecũdum exactum ordinem rationis, iuxta Paulum dicentem. Omnia honeſtè, & ſecundum ordinem fiãt 1. Cor. 14
in uobis, aliquid ſemper inueniatᷓ quod aliqualiter à perfectione deficit, vel in dictis, vel in factis. At iſti defectus non dicuntur ſcandalizare. Sic enim quilibet ſcandalizaret. Item nec debet aliquis hinc ſcandalizari: Ille autem defectus, ſcandalum præbet merito, qui vel eſt ſecundum ſe aliquid malum, vt peccatum, vel ſaltem habet ſpeciem mali, vt recumbere in idolo, ſicut dicit Paulus. Scriptum eſt enim, Ab omni ſpecie 1. Tim. 5
mala abſtinete vos. Propterea ſcandalũ diffinitur, vt ſit dictum, vel factum minus rectè, præbens occaſionem ruinæ. Non eſſe adeò exactè & completè cautum in omnibus, ſicut oportet non eſt malum ſecundum ſe, neque habet ſpeciem mali, adeò, vt præbeat occaſionẽ ruinæ, propter rationem tactam humanæ infirmitatis, qua in multis etiã perfecti deficiunt, licet non multum ab ordine rectæ rationis exorbitent, ſed modicum & leuiter. Et ideo non poteſt talis defectus habere virtutem de ſe ſcandali, ſed occaſione tantum accepta. Quomodo & lex moſaica, quoniam nõ erat tam exacte perfecta, quemadmodũ lex euangelica Chriſti Ieſu, occaſione accepta per mandatum occidit, operataque eſt mortem, ſicut infra dicetur. Rom. 7.
Tandem ergo patet, quid tenendum ſit de obſeruatione legalium, poſt Chriſti aduentum. At Paulus, (vt dictũ eſt,) loquitur pro tempore legis ſcriptę *Circuncisio ergo Prodeſt*, (inquit) *Si legem obſerues Sin autem præuaricator*, vel trãſgreſſor *legis ſis, circuncisio tua præputium facta eſt*. Adultos enim loquitur, vt dicebabamus. Non ergo fidendum circuncisioni, ſed obſeruationi legis, ò Iudæi. Ethnici enim peribunt, quia circuncisi non ſunt, tua exiſtimatione. Ipſum em̃ præputium eſt diuinæ legis præuaricatio, cum circuncidendum eſſe præputium iuſſerit Deus. At niſi legem & tu obſerues, perinde eris atque iudicaberis, ac ſi cum gentibus pręputium haberes, non circuncisionem. Ergo & tu ipſe peribis, quamuis circuncisus, ſi à lege exorbitaueris. Explicat autem id meli⁹ per locum à contrario. Nam in cauſis veris & proprijs, & (ut aiunt) adequatis.

tis. Sicut affirmatio eſt cauſæ affirmationis, ita negatio negationis. Si ergo circuncifio eſſet cauſa ſalutis, qui non eſſet circuncifus, quamuis omnia alia haberet, ſaluari nullatenus poſſet. Sed nō ita eſt. Nam ethnicus incircuncifus ſaluari poteſt, ſi legem faciat. quamuis nō circuncidatur, ergo circuncifio non eſt cauſa, ſed aliquid aliud. Quid? Seruare legem. Nam qui ſeruat legem, vel circuncifus, vel non circuncifus, ſaluatur. Contra vero. Qui non ſeruat, vel circuncifus, vel non, non ſaluatur. Dicit itaque.

Si igitur præputium, iuſtitias legis cuſtodiat, nonne præputium illius in circuncifionem reputabitur?

Mos autem Apoſtoli eſt, præputium vſurpare pro præputiato: Et etiam interdum circuncifionem pro circūciſis. Vt
Gal. 2. ibi: Qui operatus eſt Petro in Apoſtolatu circuncifionis, operatus eſt & mihi inter Gētes. Dicit ergo. *Si præputium.* ideſt ſi Ethnicus præputiatus non circuncifus, cuſtodiat legem, perinde reputauitur ac ſi eſſet circuncifus. Abſcindere ergo carnem, ô Iudæe, te nequaquam iuſtificabit coram Deo, ſed facere legem: quoniam & Gentes quæ legem ſeruant, carnem tamen nō abſcindunt, iuſtificantur coram Deo, ac ſi eſſent abſq; præputio, vel circuncifæ. Circuncifio eſt ſignaculum iuſtitiæ, ſignaculum autem refertur ad eſſe cuius eſt ſignaculum. Niſi ergo iuſtitia adſit, vanum ſignaculum eſt circuncifio, ô Iudæe. Non eſt autem iuſtitia ſine legis obſeruatione, ergo ſine legis obſeruatione, circuncifio vana eſt, & nihil prodeſt. Res autem non eſt vana quamuis non habeat aliquod ſignū: Si ergo Gentilis iuſtus ſit. (Eſt autē iuſtus, ſi legem ſeruat,) quamuis circuncifionem non habeat, nihil illi eſt, vel eſſe pōt detrimenti coram Deo. Vnde ſequitur.

Et iudicabit id quod ex natura eſt præputium, Legem conſummans, te qui per literam & circuncifionem præuaricator legis es?

1. Cor 6. Quod eo modo intelligitur, quo & illud. Neſcitis quoniam angelos iudicabimus? Quomodo enim angelos homines iudicabunt, niſi quoniam comparatis hominibus, & angelis, inuenientur aliquos angelos nōnulles homines ſuperaſſe? Ita ergo Gentilis, qui natura eſt præputiatus. Idcirco enim Gentilis. dr, quaſi genitalis, ideſt genitus talis. Si legem conſummarit, hoc eſt perfecerit, adimpleueritq́ue, tibi comparatus ô Iudæe, qui in literali circuncifione gloriaris, hoc eſt in carnali illa preputij abſciſſione, & legem penitus tranſgrederis, inuenietur ſuperior coram Deo iudicio illo quod errare non poteſt.

Notandum eſt autē verbū illud, Paulo ſuperius de iuſtitijs legis. Si ergo pputium iuſtitias legis cuſtodiat. Ceremonialia præcepta vocantur ab Apoſtolo iuſtitiæ carnis. ad Hebręos. Quæ parabola (inquit) eſt temporis inſtātis, iuxta quam munera & hoſtiæ offerūtur, Heb. 9.
quæ non poſſunt iuxta conſcientiā perfectum facere ſeruientem, ſolummodo in cibis, in potibus, & varijs baptiſmatibus, & inſtitijs carnis, vſque ad tempus correptionis impoſitis. Cuius rō eſt, quoniam ceremoniæ illæ expiabant ab immunditijs carnalibus, vel corporalibus, quibus homo effiçiebatur inhabilis, vel ineptus ad cultum diuinum. Sicut leproſus dicebatur immundus, vel ille qui tangebat aliquod morticinium: non erant immunditiæ hæc in anima, non erant peccata, ſed erant tantū quædam (vt ita dixerim) irregularitates. Nā vt Apoſtolus docet, magno illo īgenio.
Impoſſibile eſt ſanguine taurorum, aut Heb. 9.
hircorum auferri peccata. Sanguis tamen hircorum & taurorum, & cinis vitulæ aſperſus, inquinatos ſanctificat ad emundationem carnis. Iuſtitiæ ergo legis hoc in loco, diſtinguuntur contra iuſtitias carnis. Præcepta moralia itaq; hic intelliguntur, quorum tranſgreſſio verè iniuſtam, & immundam facit animam coram Deo. Quorum etiam obſeruatio eſt iuſtitia aucta & conſummata hominis coram Deo. Præcepta enim ceremonialia & ſacramenta non erant ſancta & iuſta niſi ex deuotione, & obedientia facientium. Et in hoc diſtinguebantur à ſactamentis nouæ legis, quæ ex ſeipſis conferunt gratiam. At moralia ipſa, ex ſeipſis iuſta erant, & ſancta. Idcirco dicuntur iuſtitiæ legis, quoniā eorum obſeruatio erat verè iuſtitiæ executio.

cutio. Vnde diſponebant ad gratiam Chriſti iuſtificantem. Ecce primũ. Conſeruabant etiam diuinam gratiam, qua iuſtificati erant. Ecce ſecundum. Idcirco iuſtificare dicebantur his duabus rationibus. Adeptio tamen iuſtitiæ, quæ propriè ſignificatur nomine iuſtificationis, erat quidem manifeſtata à lege, vt dixi ſupra, at non parta à lege, ſed à gratia Chriſti Ieſu. Si ergo gentilis hęc obſeruauerit, quamquam iuſtitias carnis non obſeruet, præputium reputabitur, perinde ac ſi eſſet circuncisio. Nõ dixit præputium ſuperabit circuncisionem, ne acrius exacerbaret Iudæos, ſed pręputium reputabitur: quaſi pręputiũ malum ſit, circuncisio bona, ſed malum vertendum ſit in bonum. Qua arte verbis quidem circuncisioné attollere videtur: at reipſa extenuat, & nullipendit. Ita fit vt veritatem doctrinæ audenter prædicet, & doceat pro gentibus, Iudæorum tamen infirmitati ſuauiter medeatur, ne offendatur inde, vnde eos ædificare cupiebat. Nominat autem deinde literam & circuncisionem.

Qui per literam & circuncisionem præuaricator legis es. Poteſt illa copula Et legi expoſitiuè. *Per literam*, ideſt *Per circuncisionem*, carnalem, literalemuè. Poteſt ẽt per literam vniuerſa lex intelligi, quam ſupra accepiſſe gloriabantur Iudæi: vt ſimul deſtruat omnem Iudæorũ ſuperbiam. Quoniam & per legem, & per circuncisioné elati, vniuerſæ legis ſunt præuaricatores. Supra enim oſtenſum eſt, quod non faciebant legem quo ad Moralia: nunc oſtenditur ex illo quod circuncisio ſua in præputium uerſa eſt. Ergo omne meritum & legis & circuncisionis perdidere. Vnde ergo poſſunt gloriari? Notandus eſt aũt loquẽdi modus, per lr̃am & circuncisionem: Accipit propoſitionem vnam pro alia. *Per* pro *Cum.* cum litera & circuncisione ꝓuaricator es legis, hebraiſmo quodam. Neq;.n. hic põt, *Per* notare habitudiné cauſæ, ſicut patet, ſed notat conſequutionem quandá, vel horũ concomitantiã, cũ litera & circũcisione trãſgrederis legẽ. Qm̃ aũt dixit *Iudicabit quod ex natura præputium, legem conſummans*, quo inſinuaſſe viſus eſt alterũ eſſe ꝓputium, qd non à natura ineſt: ideo id explicat aptius: Quia tñ Iudæis notior erat, & honorabilior vox circuncisionis, ideo de circuncisione loquit', dicitq́;, duas eſſe, Circuncisiones. Cum enim circũcisio, & ꝓputiũ opponantur, agnito quod duplex ſit circuncisio, cõſtare poterit vnicuiq; duo eſſe pręputia. Quot.n. modis dicitur vnum oppoſitorum, tot modis & reliquum. Quia vero circuncisio Iudæorũ eſt propria, duo etiã gña dicit eſſe Iudęorũ ex gemina hac circuncisione. Inquit itaq;. *Non.n. qui in manifeſto, Iudæus eſt: neq; quæ in manifeſto eſt in carne circuncisio, ſed qui in abſcondito Iudæus eſt, & circũcisio cordis in ſpũ, nõ in litera, cuius laus non ex hominibus, ſed ex Deo eſt.*

Et legendum eſt totũ hoc pacto. Non enim qui in manifeſto Iudęus eſt, eſt Iudæus: neq; quæ in manifeſto eſt in carne circũcisio, circuncisio eſt, ſed qui in abſcondito Iudęus eſt, eſt Iudęus, & circũcisio cordis in ſpũ non in lr̃a circũcisio eſt, cuius laus &c. Eſt ergo ex Apoſtoli verbis vna circuncisio manifeſta, alia eſt abſcondita. Manifeſta eſt circũcisio carnis: Abſcõdita eſt circũcisio cordis, i. animæ, vel volũtatis. Eſt item duplex præputiũ, manifeſtũ & occultũ: manifeſtũ eſt præputium naturę Occultum præputium voluntatis & cordis. Dicamus de Circuncisione. Contrariũ enim adiunctum contrario, manifeſtiꝰ euadit. Prima circũcisione pellicula virilis membri abſcinditur. Secunda reſecantur ſuperfluæ, nociuæq́; cordis nr̃i cupiditates. Ex corde.n. exeunt cogitationes malæ, homicidia, adulteria, blaſphemiæ, falſa teſtimonia, furta, & hæc ſunt quæ coinquinant hominem. Matt. 15. Qui ergo peccata omnia reſecuerit corde, dicitur, eſtq́; circuncisus, quãuis in carne ſit naturaliter præputiatus. Contra. Qui carne circuncisus eſt, corde uero nequaquam, perinde eſt, ac ſi eſſet præputiatus. Niſi enim circuncisi, cordis, illã q̃ eſt carnis comitet', illa ipſa inutilis eſt. Neq;.n. iuſtitia habetur citra cordis circuncisionem. Quemadmodum ergo niſi adſit iuſtitia, quam circuncisio proteſtatur, circuncisio ipſa vana eſt. Ita niſi adſit cordis circuncisio, inanis, irritaque prorſus eſt & ſuperua-

Hier. 4. canea circuncisio carnis. Hinc præceptum fuit. Circuncidimini domino, & auferte præputia cordium veſtrorũ viri Iuda. Quoniam non modo in nouo, ſed in veteri inſtrumento ratum erat, incaſſum circuncidi virile membrum, niſi amputarentur noxiæ mentis cogitationes. Propterea conquerebatur dominus de Iudæis. Omnes Gentes habent præputium, domus autem Iſrael incircuncisi ſunt corde. Hinc Stephanus ille protomartyr, Iudęos cõpellans. O incircuncisi (inquit) cordibus & auribus, vos ſemper ſpiritui ſancto reſtitiſtis. Sed cur, dices tanta ſeueritate præcepit dominus circuncisionem illam carnis Abrahamo? Si enim inutilis erat abſque circuncisione cordis, hanc primum exigere debuit, ſecundo illam. Verum iam corde circuncisus erat Abrahamus ille ſanctiſſimus, cum mandatum accepit circuncidendæ carnis. In præputio enim credidit Deo, & reputatum eſt illi ad iuſtitiam. Hæc ipſa fuit ſua cordis, atque mentis circuncisio. Cuius deinde ſignaculum in carne accepit, vt hæc proteſtatio circuncisionis cordis, hæc imitatio fidei, atque iuſtitiæ tanti Patriarchæ, radices figeret in cordibus poſteritatis: cuius nunquam obliuiſcerentur, circuncisionem in carne geſtantes indelebilẽ: qua intelligerent, oportere mente circuncidi, ne signum vanum eſſet prorſus, si nihil illi reſponderet. Ideo noluit dominus circuncisionem carnis differri poſt octo dies, ne parentes dolori inciſionem illam plerique refugerent. Et ne etiam parentes, quorum amor ſemper augetur erga filios, illarum ſaluti timentes, à circuncisione eorum abſtinerent. Quod Moſes alioquin ſanctiſſim⁹ egit pro Heliezer. Vnde & magnum illi periculum imminere didicit ab angelo. Apparuit enim illi angelus, volebatque occidere eũ in diuerſorio. Deo nanque cordi erat, vt omnes carne circuncidrentur. Niſi autem carne circuncisi fuiſſent, non intellexiſſent cor circuncidendum eſſe. Siquidem ex uiſibilibus, ad inuiſibilia cõſurgimus omnes: neque ad inuiſibilia rapitur aĩus, niſi ex his quæ videntur, quaſi confricatus incaleſcat. Eam vero partẽ iuſſit abſcindi Deus potiſſimum, vel ne aliud membrũ deturparetur quod aſpectu horreret, vel vt inde humanũ gen⁹ caſtigaretur, ſanguinemque Deo conciliando effunderet, & libaret, vnde illum ad iracundiam primà illa ætas hominum prouocauerat. Adeò vt aquarum colluuie perdita fuerit, illis exceptis quos in ſanctiſſimæ inuictæq; crucis figuram archa lignea ſeruauit indẽnes. Aut etiam, vt carnis concupiſcẽtia, membri illius circuncisione reprimeretur atque cohiberetur. Poſtquam enim gratiarum imbres, effundere pollicitus fuerat omnipotens ſuper ſemen Abrahami, erat illi caſtitate placendum. Fortaſſe & in ſugillationem ſacrorũ Veneris & Priapi, quibus pars illa pudenda honorabatur. Figurabatur autem circuncisione illa, infirmitatis & corruptionis noſtræ naturæ ablatio, quæ Chriſti Ieſu aduenientis gratia, hic initianda q̃dem, at cõplenda nõ erat niſi octaua ętate, q̃ eſt ętas reſurgẽtiũ: quã octau⁹ ille dies indicabat ſuboſcure. Propterea p̃ceptũ fuit magno illi Ieſu Naue, vt ſecũda circũciſione cultro lapideo filios Iſrael circũcideret. Quod procul dubio figura fuit, hui⁹ naturę ſpiritalis circũciſionis, q̃ incohatã primũ diuina gratia, q̃ mentem ſonat, complendam ſecundo expectamus. cum corruptibile hoc induet incorruptionẽ: & lex membrorũ auferetur, quæ viros quantumuis pfectos, quouſque peregrinantẽ, extimulat, adeò vt illorum quidã dicat. Non quod volo bonũ hoc facio, ſed quod nolo malum, illud ago. Non autem iam ego operor illud, ſed quod habitat in me peccatũ. Video enim aliam legẽ in mẽbris meis, repugnantẽ legi mentis meæ. Propterea q̃m omnis noſtra corruptio, omniſque infirmitas culpæ & pęnæ, ex peccato illo Adæ deſcendit, quod cõtrahim⁹ carnali origine, membrũ illud generationis magno myſterio circuncidi iubebaẽ. Adueniente itaq; Chriſto Ieſu, vti aliæ ceremonię ceſſarũt, ita ceſſauit circunciſio hæc carnalis, vt non ſimus amplius ſub lege circũciſionis, ſed ſub baptiſmo, qui ſacramentum eſt, & generalius, maribus commune & fęmellis: &

Marginal notes: Hier. 9. (beside "tur dominus de Iudæis"); Act. 7. (beside "pellans"); Gal 3. (beside "dæ carnis"); Exo 4. (beside "gelo"); Ioſ. 5. (beside "ptũ fuit magno illi Ieſu Naue"); Rom 7. Ibidem. (beside "vt illorum quidã dicat" / "bonũ hoc facio").

lis: & purius. Quid enim aqua mundius, qua immunditiæ omnes abluuntur? Et facilius. Nihil enim agitur in baptiſmo, quod vel tenella puerorũ ætas refugiat. Ad manus autem eſt cuiuſuis hoc ſacramentũ. Vbiq; enim aqua reperire licet. Omnes item & vetulæ baptizare poſſunt. Eſt & efficacius. Quæ enim & qualis eſt illa aqua, quæ corpus tangit & cor abluit? Siquidem baptizati pueri ſi moriuntur, ſtatim euolant ad regna cęlorum. Circuncidebantur illi in carne, vt intelligerent eos eſſe circuncidendos in ſpiritu: at nos non circuncidimur quidem, ſed crucis caractere conſignamur, vt non modo circuncidendas eſſe carnis & ſpiritus cupiditates, ſed crucifigendas, occidẽdas, ſepeliendaſque cum Chriſto Ieſu, intelligamus.

Gal. 3. Quicunque baptizati ſumus, (dicebat Paulus) in mortem Chriſti baptizati ſumus. Quo fit, vt ſicut circũciſio illa carnis non proderat ſine circũciſione ſpiritus, ita nec baptiſmus noſter nobis ſit profuturus, niſi adulti, fidem quã in baptiſmo proteſtati fuimus, & ꝓfeſſi, opere teneamus. Adde, non tantum

Heb. 10. non proderit, immo oberit. Quantum putatis deteriora męreri ſupplicia (dicit Apoſtolus) eum qui filium Dei conculcauerit? Habetis ergo duas Circunciſiones, ſunt itaq; & duo Iudęorum genera. Iudæi manifeſti, ideſt qui dicuntur, ſed non ſunt Iudęi. Iudæi occulti: ideſt qui ſunt, licet non dicantur Iudęi. Qui corde circunciſi ſunt, ſunt ueri Iudęi, vel circunciſi ſint carne, vel non. Qui vero carne tantum, falſi Iudæi, & equidem falſi hipocritę: quoniam ſignũ oſtendunt verę circunciſionis quã non habent, oſtendunt eſſe populum Dei &

Apo 2. non ſunt. Hinc in Apocalypſi: Dicunt ſe Iudęos eſſe, & non ſunt, ſed ſunt ſinagoga Sathanæ. Iudæi ſunt nomine, nõ re ipſa: & homo pictus, homo dicitur: at ſi arguas. Eſt homo pictus, ergo homo, negabit tibi argutus dialecticus cõſequutionem. O Iudæe, qui primum gloriabaris, quod tam honorifico nomine eſſes illuſtris & conſpicuus: cum rẽ perdidiſti, perdidiſti & nomen. Qui Chriſti fidem toto corde amplectitur, & ſuſcipit, ore prædicat, & opere colit, is eſt uerè Iudęus, & verè circunciſus: & hic laudem habet atque gloriam, non ab hominibus ſupple tantum, qui exteriora vident, interiora videre nõ poſſunt: ſed & ab ipſo Deo, q corda intuetur: Tu Iudęe gloriam hominum quæris. Hinc carnalem circunciſionem oſtentas, qua ab Ethnicis etiam mortu diſcerni potes, vt à Deo conſignatus.

Omnia opera ſua faciunt, vt ab hominibus uideantur. inquit Chriſtus. Matt. 23.

Sed id te ſcire oportuit, Deum non te adſcripſiſſe in ſuorum fidelium cathalogo, ꝓpter hanc carnis conciſionem, quæ & alijs poteſt eſſe communis, ſed propter illam quam homines videre nequaquã poſſunt. Si illa cares, gloriam habere poteris ab hominibus: at penes Deum inglorius eris. Qui carnis præputium habuerit, quod illi natura dedit, nõ habuerit autem præputium voluntatis, vel cordis, ſed fuerit circunciſus intrinſecus, tibi à Deo optimo maximo in gloria & honore præponetur. Nõ eſt vt dicas, Vos qui Chriſtum colitis, pręputiati carne, nullum habetis ſignum quo inter alios ualeatis agnoſci ſicut nos. Vobis illo tempore, neceſſarium erat ſignum, quoniam vos unos elegerat Deus in populum peculiarem: At cum noſter Chriſtus aduenerit, omnes homines, Barbaros. Scithas, Iudæos, Græcos, ad ſanctam Eccleſiam promiſcue conuocauit. Non eſt ergo alicui homini neceſſarium ſignum, quoniam omnes vult eſſe ſuos: non vult aliquem militare ſub alio Rege, indiſcriminatim gratias ſuas hominibus impertitur. Ioan. 10.

Vnde & breue dixit fiendum eſſe unũ ouile omnium ſub vno paſtore. Quod ergo tunc neceſſarium erat, nunc ſuperfluit circunciſionis ſignum.

Notandum autem eſt verbum illud. *Circunciſio cordis in ſpiritu, non in litera.* Aures circuncidi poſſunt, & ſecũdum ſpiritum, & ſecundum literam. Ita vngues, & palpebræ, & alia corporis mẽbra: At cor non niſi ſecundum ſenſum ſpiritualem circuncidi poteſt, quo ad viuimus modo prædicto. Neque enim intelligi poteſt, vt pars ſumma cordis, vel ima circuncidatur, niſi à literarijs theologis, quales ſunt, qui Iudæi dicun-

tur. Hi enim amaro paſcuntur cortice,
medullam penetrare non poſſunt. At
intelligi debet amputanda eſſe noxia
deſideria, quæ hominem mergunt in
interitum: cuius etiam figura præceſſit
in arboribus, quas dominus circunci-
di iuſſit, ne incircunciſę luxuriarent.
Eſt enim homo arbor euerſa, vt philo-
ſophi dicunt. Quod & Dauid ceci-
Pſal 1. nit. Et erit tanquã lignum quod plan-
tatum eſt ſecus decurſus aquarum.
Propterea ergo adiecit, *In ſpiritu, non in
litera.* Forte etiam altius, quid intelle-
xit Apoſtolus, circuncisionem noſtræ
cordis non fieri in litera ſed in ſpiritu,
non in litera legis, ſed in ſpiritu gratiæ
2.Cor.3 diuinæ. Litera enim legis occidit, ſpi-
ritus gratiæ eſt, qui viuificat: quoniam
ex lege nõ poteſt impleri lex, ſed ex gra
tia, Lex auditores facit, gratia factores,
ſicut ſupra dictum eſt. Si ergo circun-
ciſio vera eſt ſeruare legem, eam circun
Ioan. 1. ciſionem præſtat ſpiritus, litera præſta-
re non poteſt. Quid autem vult hinc ha
bere Paulus? Iſtud. Gratia per Ieſum
Chriſtum facta eſt, & lex eſt data per
Moſen. Chriſtus ergo eſt, qui corda
noſtra circuncidit. Moſes carnem
tantum circuncidebat. O Iudæe in-
telligis? Chriſtum. Chriſtum agno- *Pſ. 50.*
ſce, ad quem ſolum præcandum eſt, *Heb 1.*
vt corda noſtra purificet. Cor mun-
dum crea in me Deus. Hoc eſt quod
lex tua pollicebatur. In nouiſſimis die *1.Cor.10*
bus venit Chriſtus Ieſus. Nouiſſimè lo
quutus eſt nobis in filio. Nouiſſimè
miſit Deus filium ſuum. Nos ſumus,
in quos fines ſeculorum deuenerunt.
Ex lege ergo ſignificatum eſt, tot antea
ſeculis, non poſſe tui cordis circunci-
ſionem expleri, citra nouiſſimam Chri-
ſti opem & gratiam. Cur ergo in le-
ge gloriaris, & es ingratus gratiæ?
Gratiam, gratiam Chriſti Ieſu agnoſce
ſuperbe. Obmuteſcat lex. Sola Chri-
ſti gratia in te regnet, quemadmodum
in Gentibus. Non eſt enim differẽtia *Act.10.*
inter Iudæos & Gentes. Omnis qui ti-
met Deum, & facit iuſtitiam, acceptus
eſt illi. &c.

CAPVT TERTIVM.

Q Vid ergo amplius Iudæo eſt? aut quæ vtilitas circunciſionis? Acerbius præcedente capite inſectatus eſt Apoſtolus, Iudæos, quàm eorum pateretur atra bilis, & indignabunda ſupbia. Propterea illatis vulneribus, nũc medetur. Optimum illum medicum
Luc.10. imitatus, qui ſup vulnera ſauciati oleũ, & vinum ſimul infudit, vt alterum leniret ſuauiter, acriter alterum remorderet. Quo autem gratior ſit hæc medela, eorum vice illã expoſcit Apoſtolus. Vileſcunt enim cito oblata, dulcius accipiuntur quæ deſiderata petuntur. Expoſcit autem, perſonam induens laceſciti & concitati infirmi. Certè enim non poterant non indignati eſſe iudæi, audientes rideri circunciſionem, nullipendi legem, æquari præputium circũciſioni, ethnicũmq; Iudæo. Quandoquidem, ſublata videbatur omnis eorũ eximia laus, & gloria, quam plenis buccis in Gentium contumeliam (vt diximus) iactitabant. En ergo uocem querulam, quam pro eis emittit Apoſtolus. Si vera ſunt, quæ hactenus aſſeueraſti, ò Paule, tanta vehementia: quid igitur illud eſt quod reſtat Iudæo ſupra Gentes? Ethnici natura nobis ſunt pares: Lege Deus nos viſus eſt extuliſſe ſupra illas: honorifico illo Iudæorum nomine nos fecit inſigniores: atque demum circũciſione nos diſtinxit ab vniuerſis nationibus. Tu legem nobis non prodeſſe demonſtraſti, iudaico item nomine falſo nos appellitari, circunciſionem ſuſtuliſti prorſus, pares ergo vndique nobis erunt Gentes, nihilque eſt amplius, quo nos illis præferri valeamus. Etiam pro eo tempore, quo nondum Chriſtus
Eph.2. aduenerat, qui duos parietes vnum fecit, tãquam ille angularis lapis, qui reprobatus ab ædificatoribus, & factus Pſ.117.
eſt deinde in caput anguli. Secundo. Quę vtilitas circunciſionis, ſi pręputiũ in circunciſionem verti poteſt, vt præfatus es ò Paule? temerè, & incaſſum uidetur nobis data fuiſſe circunciſio, quã doquidem præputiati etiam poteram' illam cordis aſſequi circunciſionem, atque ſpiritalem iuſtitiam, poſtquam & Gentes id poſſe hactenus contendiſti. Cur itaque nos ſelegit Deus, vt populum peculiarem, in ſignumque ſelectionis, tradidit nobis circunciſionis mandatum? Audis exacerbatæ iudææ verba? Intelligis Alma Roma circunciſionis querimonias contra Paulum, tibi, & omni præputio ardentius patrocinantem? Farmacum ergo adhibeat pius iſte animarum curator, neceſſe eſt. Id autẽ facit reſpõdensq;, ſatisfaciens ꝓpoſitis querelis. Neque autem hic ſiſtens, ſed ex reſponſionibus diuinam iuſtitiam, illam, inquam, qua Dei munere iuſti ſumus, cuius ſupra meminerat
exorſus. Iuſtitia Dei reuelatur in euan Rom.2.
gelio ex fide, in fidem, manifeſtans & extollens. Oſtenſo enim primo capite, quod Gentes ex ſeipſis diuinam iram, propria iniuſtitia & impietate prouocauerant. Et Secundo. Quod Iudæi nequaquam mitiore pœna puniendi erãt, immo acriore: Conſentaneum erat, vt declararetur noſtris iniuſtitijs, nequaq̃ adeò eſſe concitatum Deum, vt gratiarum imbres, quibus Iudæi, & Gentes iuſtificarentur, conciliarenturq;, noluerit effundere, ſed potius, cum noſtris tam magnis & multis demeritis, vt oſtẽderet diuitias gratiæ ſuæ, omnes iuſtificaſſe ſua miſericordia. Ita enim fiet, vt noſtra merita conticeſcant, & extollat atque prædicetur vnicè Dei donum, quo ex iniuſtis, iuſtitiam coram Deo aſſequuti ſunt vniuerſi populi. Qui ſi eo-

rum facta, & non ſuam magis ipſius, miſericordiam reſpexiſſet Deus, vltione & ſupplicio grauiſſimo digni erant, non fauore: primum tamen Iudæi, quã Gentes. Habes itaque Pauli mentẽ, & ſcopum uides, ad quem quæſtiones haſce dirigit & reſponſiones. Dicit itaq;, reſpondens utrique quæſtioni duobus verbis: proſequitur tamen magis primam quæſtionem. Secundam ſequenti capite proſequetur.

Multum, per omnem modum, Et valde, & multipliciter. *Vel* (vt aiunt) intenſiue & extenſiue, plura accepit iudæus, quã ethnicus: variæq; & magnæ ſunt circũciſionis vtilitates. *Per omnẽ modum,* Multo ampliora habet Iudæus dona, q̃ Gentilis. Interpretatur autem id quod primò dicit. *Multum.* Varios deinde modos in ſequentibus explicabit. Inquit ergo. *Primũ quidem. n. quia credita ſunt illis eloquia Dei.* Cum audis primum, nõ referas ad illud per omnem modum, vt unum modum explicet nunc, ſed ad illud multum, quod primo dictum eſt. Hoc eſt quod primum dixi, (vult dicere Paulus) multum eſſe iudæo. Multũ enim eſt iſtud, credita iudæis eſſe diuina eloquia. Multum eſt ſimpliciter, & abſolute, Deum alicui concredere ſua eloquia, oracula, promiſſa, legem, ſed multo plus eſt iudæis, qui ſemper fuerunt Deo, quàm ingratiſſimi. Non veſtris benefactis, ò Iudæi, Gentes vnquã excelluiſtis, ſed diuinis muneribus dũtaxat, vult dicere Apoſtolus. Apud Deũ enim, ſua ipſius gratia tanti habiti eſtis, vt quamuis perfidiam veſtrã noſceret, & ceruicem duriſſimã, atque indomabilem, uobis tamen vnicè crediderit, atque commiſerit cæleſtia illa diuinæ le-
Pſal. 147. gis arcana, non alijs nationibus. Non fecit taliter omni nationi, & iudicia ſua non manifeſtauit eis. Quære, require, nulla poteſt aſſignari ratio, cur Iudæis vnis debuit legem illam dare Deus omnipotens, niſi magnus, quem erga illos habuit amor, & vehemens charitatis dilectio, ſine ullis eorum meritis, immo cum multis, & maximis demeritis. Si enim dicas, quod alijs populis ad idololatriam declinãtibus, ſoli Iudæi in Dei veri cultu perſtitere, & propterea reliqui omnes indignos ſe ſe effecerunt recipiendæ legis. cum ſcriptum ſit. Nolite *Matt.* 8.
ſanctum dare canibus. Hæc ratio nihil valet. Quoniam poſt latam legem, populus iſte Deos Gentium adorauit, qđ longe grauius fuiſſe nemo dubitat, qm inexcuſabiles magis erant lege data, q̃ antea. Si dicas: Ideo datam fuiſſe illis legem, aliaque beneficia particularia, propter promiſſiones quas ſub iuramento fecerat tribus illis Patriarchis, Abrahã, Iſaac, & Iacob. Non inficior bonam eſſe hanc rationem. Expreſsè enim dr̃ in Deuteronomio. Scito, quod non *Deut.* 9.
ꝓpter iuſtitias tuas dñs Deus tuus dedit tibi terram hãc in poſſeſſionem, cum duriſſimæ ceruicis ſis populus, ſed vt compleret verbum ſuum dominus, qđ ſub iuramento pollicitus eſt patribus tuis Abrahã, Iſaac, & Iacob. Quod declarauit diligenter Apoſtolus dicens ad Galatas. Abrahæ dictæ ſunt promiſſio- *Gal* 3.
nes, & ſemini eius. Non dixit ſeminibus quaſi in multis, ſed ſemini, quaſi in vno, quod eſt Chriſtus. Significans ꝓmiſſiones haſce fuiſſe, vt Chriſtus ex eis naſceretur. Propter quod rationabile fuit, vt populus ille præcæteris maiore ſanctitate polleret. Et ita diuina lege inſtrueretur particularius. Bona itaque eſt reſponſio illa. Verum non eſt completa: Adhuc enim vlterius quærendum eſt. Cur Abraam factæ ſunt promiſſiones hæ, tales ſcilicet & tantæ. Non enim propter merita Abraami factum eſt, vt Chriſtus ex eius ſemine naſceretur, ſed potius, quia ex eius ſemine naſciturus erat, merita cumulauit, illo eum ſanctificãte, qui in lumbis eius erat, per quem ſuper femur iurare uoluit ſeruum ſuum dicens. Pone manũ
tuam ſuper femur meum, & iura mihi *Gen* 29.
per Deum cœli. Gratuita enim Dei electione & uocatione id factum eſt, iuxta illud Eſaiæ. Qui ſuſcitauit ab Oriente
iuſtum, uocauit eum, vt ſequeretur ſe. *Eſa* 41.
Nulla itaque eſt ratio alia uera, & ultima (vt concludam,) cur adeò fauerit Iudæis Deus benedictus, niſi ingens charitas & dilectio, qua eligere voluit populum hunc, & pr̃es eorum præ cæteris: vt qui ex eis progeniti eſſent, legem acciperẽt diuino eloquio de medio ignis

inſonante

inſonante in Sina. iuxta verbum Moſe:
Deut.4. Audiſtis verba illius de medio ignis, qa
dilexit patres, & elegit ſemen eorum
poſt illos. Nota verbum. Rectè ergo
dicit Apoſtolus, Deum credidiſſe eis le
gem, ſuæ ſcilicet eorum fidei, gratis cõ
miſiſſe tam pretioſos theſauros. Si enim
aliquod meritũ præceſſit in Abraamo,
cui factæ ſunt primum promiſſiones, il
lud fuit fides. Sed primum promiſſio
nes factæ ſunt, quàm ipſe credidit. Cre
didit nanque promittenti. Suſpice cœ
Gen.15. lum, & numera ſtellas: Sic erit ſemen
tuum. Qui egredietur de vtero tuo, ip
ſum habebis hæredem. Tunc enim ſe
Gen.15. & Gal.3. quitur Moſes. Credidit Abraam Deo,
& reputatum eſt illi ad iuſtitiam, ergo
omnino gratis cõcredidit Deus ſua elo
quia Abraamo, & poſteritati: quod vti
que ſignum fuit eximiæ dilectionis. Si
vero tu ulterius queras. Quare Abraa
mum, & natos eius, huncq; populum
adeò dilexit, vt ex eo uoluerit Chriſtũ
naſci, ideoq; illi data fuerit lex non alte
ri. Tibi dicam illud Auguſtini. Noli q̃
rere, ſi nõ vis errare. Si tamẽ vis que
rere, ne me interroga quæſo, interroga
doctiorem, ſed caue ne inuenias præ
ſumptorem.

Notandum eſt autem uerbum illud.
Credidit Deus eloquia ſua illis. Non dicit
tradidit, ſed credidit. Cur ſic? vt Iudęos
pungat. Ipſe ſua eloquia vobis credi
dit, & vos cogitationes veſtras, atque
vos ipſos non creditis Deo. Commiſit
ſua vobis bona fide, & ipſi perfidia ve
ſtra, tantę fidei ſemper eſtis ingrati. Cur
illi non fiditis, ſed vobis, ſed vr̃is operi
bus, ſed legi? Gratiæ, gratiæ Dei fiden
dum eſt, qui citra omne meritum, opes
illas diuinas uobis concredere voluit.
Eſt & aliud myſterium. Quæ fidei ali
cuius committuntur, bona fide reddi
dicuntur committenti: O Iudæi. Vbi
eſt lex, quam fidei vr̃æ commiſit Deus?
Pſal.118. Audite Dauidem. Tempus faciendi do
Oſe.10. mine, diſſipauerunt legem tuam. Au
Eſa.5. dite Oſeam. Vitis frondoſa Iſrael. Audi
te Eſaiam. Expectaui vt faceres uuas, &
feciſti labruſcas. Expectaui, vt faceres
iudicium, & ecce iniquitas, & iuſtitiã,
& ecce clamor. Tanq̃ amicis (ò perfidi)
vobis Deus credidit legem ſanctiſſimã,
q̃ vineæ inſtar excoleretis, vt fructũ in
vobis afferet domino: Vos tanq̃ hoſtes,
non modo non illi fructum eius reddi
diſtis, ſed diſſipaſtis illam penitus, ſer
uoſq; Prophetas occidiſtis. Siccinè agi
tur generatio praua atq; peruerſa, popu Deut.32.
le ſtultè & inſipiens? Siccinè inquàm
cum amico, qui pretioſa quęq; tuę fidei
& ſeipſum tandem commiſit? Cũ Deo
optimo maximo, qui te adeò diligebat,
vt diceret de his, qui tibi inimicaban
tur. Qui tangit vos, tangit pupillã ocu Zach.2.
li mei. Ipſe ergo credidit tibi eloquia
ſua, nec tu primũ illi crediderас. Quis
autem dedit illi, & retribuetur ei? Ip Rom.11.
ſe primum ſuas diuitias tuæ fidei com
mittere voluit: at tu magna infidelitate
decretaſti, vt illius bonam fidem ſupe
rares. Poteſt & intelligi. *Credita ſunt il
lis eloquia Dei.* Non lex ſub fidei cõmiſ
ſo illis tradita eſt, ſed euãgelium ipſum,
tibi fide diuina promiſſum eſt. Et hoc vi
detur magis quadrare literæ, quoniam
ſequitur poſt. Nũquid incredulitas eo
rum fidem Dei euacuabit? in futuro tẽ
pore. Significat ergo eloquia illa, p̃miſ
ſa quidem eſſe, ſed nondum tradita.
Pro tempore enim legis loquitur, vt
alias diximus: Si tamẽ legem intelligis
non euangelium. Quod eloquia Dei le
gem appellet, ne uos moueat, ob id qđ
alibi dicitur, legem datã ab angelis fuiſ
ſe non à Deo. Non enim excludit ange
los Apoſtolus, ſed Sathanam. Nõ eſt lex
vetus mala, (vult dicere Paulus) bona
eſt & ſancta, vt dicetur. Non ergo à
demone, vel à malo Deo tradita, vt Ma
nes confinxit, ſed à vero Deo: nõ tamẽ
immediatè, ſed p Angelos, ſicut ad Ga
latas dicitur. Lex per tranſgreſſionem Galat.3.
poſita eſt, ordinata per angelos in ma
nu mediatoris. Cui & conſenſit Ste
phanus dicens de Moſe. Hic eſt, q fuit Act.7.
in eccleſia, in ſolitudine cum angelo,
qui loquebatur ei in Sina mõte, & cum
patribus noſtris, qui accepit uerba ui
tæ dare nobis. Et magna quidem ratio
ne, legem illam miniſterio Angelorum
accepere Iudæi, quoniam lex illa per
fecta non erat. Ita enim dicitur. Ne Heb.7.
minem ad perfectum adduxit lex. Erat
perfecta pro eo tempore. Dei enim
perfecta ſunt opera. Erat perfecta pe Deut.32.

dagogia, ſed non perfecta ſimpliciter lex: at præparabat ad perfectionem euangelij, tanquam pedagogia ad ſubli-
Gal. 3. miorem ſapientiam. Lex enim pedagogus noſter fuit in Chriſto. Conſentaneum itaque fuit, vt ſupremam manum imponeret Deus legibus vniuerſis, ſuo ore docens euangelicam ſapiẽtiam, omnibus numeris abſolutam. Legem verò illam per pedadogos, per angelos qui ei famulantur, & ſeruiũt ad nutum, traderet hominibus. In vniuerſis enim artibus, quod perfectum eſt, architectus ipſe ſolet efficere: quod diſponit ad formam, operarij faciunt, qui ſubminiſtrant architecto, omnia tamen architecto adſcribuntur, cuius iuſſu atque regula, cuncta fiunt. Ita ergo diuina illa lex dr, & Dei eloquia, quoniam diuino numine afflati angeli, illam ediderunt, & lapidibus inſculpſerunt. Vnde & angelus ille, qui cũ Moſe loquebatur, Deus ferè ſemper dicitur in ſcriptura ſacra, quoniam vt Dei nuncius, illius agebat vices, illius quoque e aſſumpto corpore eloquia profere bat. At Euangelium, diuina lex dicitur, quoniam Deus uerus in terris viſus eſt, & cum hominibus conuerſatus eſt: ipſeq; hanc doctrinam mondo dedit & inuulgauit. Tradidit illam Iacob
Baruch 3 puero ſuo, & Iſrael dilecto ſuo, ut
Heb 1. dicitur in Baruch. Cæpit enim aperire nouiſſimis diebus os ſuum, qui ante aperiebat ora Angelorum atq; Prophetarum: Sicut oſtendit Apoſtolus latiſſime in Epiſtola ad Hebreos. Et hinc ſolui poteſt quæſtio illa famoſa. Num Moſes vidit Deum facie ad faciem, an non. Non enim vidit Deum, ſed angelũ vice Dei. Propterea enim ipſe dicebat.
Exo. 33. Oſtende mihi gloriam tuam. Sẽtiebat nanque, quid uideret, & quod non videbat, deſiderabat. Non ergo videbat ipſam Dei eſſentiam, neque à Deo immediatè inſtruebatur, ſed per ſubiectã creaturam, per angelum, atque per nubem. Illud autem uerbum, loquebatur cum Deo facie ad faciem, ſicut ami
Ibidem. cus cum amico. Et illud, Ore ad os loquor ei palam, & non per enigmata & figuras Deum uidit, ſecundũ opinionẽ populi fortaſſe eſt dictum, qui putabat verè cum Deo loqui Moſen facie ad fa
ciem, maxime cum viderent faciẽ eius Exo. 34.
quaſi cornutam, cum de monte deſcenderet, præ nimio ſplendore; Vel exponi poteſt, vt per hiperbolam ſit dictum, iuxta uerbum illud, intelligaturq; quædam eminens contemplatio, & ualde familiaris, citra tamen diuinæ eſſentiæ viſionem, quam dicũt intuitiuam. Hęc enim nulli viatori conceſſa fuiſſe uide-
tur, iuxta illud Dei verbum. Poſteriora Exo. 33.
mea videbis, faciem meam videre nõ poteris. Non enim uidebit me homo, & viuet. Quanquàm & loca hæc omnia poſſimus interpretari, atque conciliare dicẽtes. Moſen quidem vidiſſe aliquando diuinam eſſentiam, quemadmodum Paulo noſtro in raptu cõtigit, qui mundo mortuus quidem, ſed Deo viuens, neſciens ſi in corpore, vel extra
corpus fuiſſet, horatia, vt ita dixerim, 2. Cor. 12
beatitudine, tunc potiebatur. Neque enim ulla difficultas cogit, qua non idẽ poſſimus aſſeuerare de Moſe cum Auguſtino ad Paulinam de videndo Deũ. Et duodecimo ſuper Geneſim ad literã. Potiſſimum cum ipſe fuerit eximius propheta rum. At nihilominus, incõcuſſa eſt ſentẽtia, quam protulimus, ex ſacris literis. Moſen cum legem accepit, tunc non vidiſſe Deum, ſed angelum tantũ, nec Deum illi apparuiſſe, ſed angelum. Vidit Deum facie ad faciem vtiq;, ſed alias uidit, non tunc, & non cum ipſe voluit, petens. Oſtende mihi faciẽ tuã, ſi inueni gratiam in oculis tuis, ne gloriaretur, ſed cum Deo placuit, qui deinde coram Aaron & Maria illum glori-
ficauit. Si quis fuerit inter uos Prophe- Num. 12.
ta domini, in viſione apparebo ei, aut p ſomnium loquar ad illum: at non talis ſeruus meus Moyſes, qui in omni domo mea fideliſſimus eſt, ore enim ad os loquor ei, palam, & non per enigmata. Cum ergo legem habuit in monte Sina, eloquia illa, erant eloquia angeli pro ipſo Deo, non Dei. Vt eccellentiam nouę legis ſuper veterem hinc etiam cogno-
ſcat, qm multifarie, multiſq; modis lo- Hebr 1.
cutus patribus in prophetis, nouiſſimè locutus eſt nobis in filio, & p filiũ, q eſt uere Deus. Propter quod & Apoſtolus inuectus in Iudęos, qui diuina illa eloquia

quia

quia p angelos tradita neglexerũt, acri⁹
inuehitur contra chriſtianos, & duriora
Heb 2. comminatur his verbis. Abundantius
oportet obſeruare nos ea, quæ audiui-
mus, ne forte pereffluamus. Si enim q̃
per angelos dictus eſt ſermo, factus eſt
firmus. & omnis præuaricatio, & ino-
bedientia accepit iuſtam mercedis re-
tributionem, quomodo nos effugiem⁹
ſi tantam neglexerimus ſalutem? Habe
tis ergo diuina munera, gratis collata Iu
dęis ſupra Gẽtes. Habetis item Iudæo
rum perfidiam. Sequitur Apoſtolus.

Quid enim ſi quidam non crediderunt?
Num infidelitas eorum, fidem Dei euacua-
bit? Abſit. Audite quæſo vnde ad hæc
verba deuenerit Paulus noſter. Cũ vi-
derent Iudæi, qui ad Chriſtum Ieſum
conuerſi fuerant, Gentes quæ parũ an-
tea idola coluerant, vero Deo neglecto,
in eccleſiam recipi, gratiaque & donis
ſanctiſſimi ſpũs abundare æque ac Iu-
dæos, ſine vllo perſonarum delectu, ma
gno liuore perciti, quippe qui illis vnis
ſciebant ex ſcripturis pollicitationes fa
ctas eſſe Meſſiæ, commoueri cęperunt,
& hęſitare: non deerant, qui dicerent
ſicut in principio Epiſtolæ narrauimus.
Res per fabulam tota uerſa eſt, nobis ꝓ
miſit Deus, ſed alijs reddidit. Ex Iudęis
ortus eſt Chriſtus, Gentes tamen ſalua-
uit: Iudæorum parẽtibus pollicitus eſt,
& filios quaſi præteriens, in eorum bo
na ethnicos, qui nullam antea ipſius ha
buere rationem, immiſit. Vides q̃ pau-
ci Iudæi fauoribus & gratijs ſupercæle
ſtibus potiantur? Hi qui ab aris & ſimu
lachris heri, vel nudius tertius receſſe-
runt, in altiore gradu locati ſunt. Vbi
nunc Dei promiſſa? Vbi ipſius fideli-
tas? Si nos perfidi & rebelles magna
ex parte fuimus, atque ſumus, patres ta
men fideles fuere, ſuper quibus pollici
tationes factæ fuerunt. Illorum fidẽ, nõ
noſtram perfidiam reſpicere debuerat
Deus, & non nobis neglectis, Gentes
in noſtra bona ſufficere. Promiſſa ſerua
re debuit, vt iuſtus haberetur. O ma-
gnas in Deum blaſphemias. At eas pe-
perit indiſcreta paternæ legis æmula-
tio. Medetur ergo huic infirmitati Apo
ſtolus. medetur autem adeò, vt pun-
gat, ſimul & leniat. Certe (inquit)
quidam ex Iudæis. nõ dicit maior pars,
neque omnes, ne vulnera refricare uel
le uideatur, quo incrudeſcant magis. Act. 7.
Increduli fuere Deo, & nunc & an-
tea ſemper Spiritui ſancto dura facie
& indomabili corde reſtiterunt. In-
digni itaque ſua ipſorum culpa effecti
ſunt, quibus vlteriora beneficia impẽ-
derentur. Culpandi hinc ſunt maxi-
mè, vnde maximè gloriari ipſi & lau-
dari ab alijs, modo uoluiſſent, non
adeo ingrati animi eſſe, potuerant. Ve-
rum ex illorum perfidia, & ingratitu-
dine, putas ne ò Iudæe, quem Zelus v-
rit, & liuor, violatam eſſe fidem Dei?
Sumitur autem hic *Fides* pro fidelitate,
eo modo quo communiter dicitur, vi-
rum illum eſſe bonæ fidei, qui com-
plet promiſſa. nullaque ratione vn-
quam deficit à promiſſis. Hinc ſerua-
re fidem, frangere fidem, iuxta illud
(non chriſtianum tamen.) Frangenti fi-
dem, fides frangatur eidem. Et hæc fi-
des hinc dicta eſt (vt inq̃t Cicero) quod
id fiat, quod dictum eſt. Eſtque pars
iuſtitiæ, ſicut ille dixit, & benè, primo
de officijs. Abſit ergo, vt dicas, tua in-
gratitudine ò homo factum eſſe, vt
quod Deus promiſerat, non implea-
tur. Non vincit tua iniuſtitia diui-
nam iuſtitiam. Diuina iuſtitia eſt,
& exigit, vt ſua verba complean-
tur, vt ſua promiſſa reddantur. Cœ- Luc. 21.
lum & terra tranſibunt, verba au-
tem Dei non tranſibunt. Non poteſt
negare ſemetipſum Deus. Dixit ergo
& non faciet? Pollicitus eſt, & non
exequetur? Abſit. Quamuis ergo
iniuſtus ſis, & iniquus, contumelia
afficiens eum, qui nunquam ceſſauit
in vos omnes eſſe beneficus, quam-
uis ò Iudæi ſpreueritis Dei filium, at-
que illum tandem cruci affixeritis, à
quo tanto eſtis affecti dignitatis hono-
re: Quamuis veſtra incredulitate ſup-
plicijs digniſſimi fueritis, nunquàm
fauoribus, aut gratijs, & id Deo præ-
ſentiſſimum ſemper fuerit, qui non
aliter nouit fienda, quàm facta: ſcito-
te tñ nõ excidiſſe, nec excidere poſſe di
uinas ꝓmiſſiones vr̃is p̃ribus oli factas,
& toties reiteratas, Et cũ maximè illas
excidere putatis, tũc minimè excidũt.

Compro-

Comprobatur enim Deus, ſemper iu-
ſtus in ſermonibus ſuis, vincitque in iu
ſtitia, cum ab hominibus iudicatur &
arguitur de iniuſtitia, ſicut ſcriptum eſt
Pſ.50. in Dauide. *Vt iuſtificeris in ſermonibus tuis,*
& vincas cum iudicaris. Sit, ſit ergo Deus
verax. ideſt aſſeratur, aſſeratur quod
Deus ſemper eſt uerax, uel fiat uerax,
non in ſe, ſed in hominum opinione,
quomodo & fit ſanctus, vel ſanctifica-
tur, non in augmentum ſanctitatis, ſed
in glorificationem, & manifeſtationem;
Et omnis homo mendax: Hoc enim aſ-
ſeri debet citra controuerſiam. Om-
nes enim Gentes pro Dei excellentia di
micant, nec aliquid eſſe Deum putant,
niſi quod rebus omnibus anteponunt.
Quis ergo tam barbarus, tam feris mo-
ribus eſt, ut audeat dicere Deum no-
ſtra culpa fieri poſſe mendacem? Eſt
ſemper, eſt ſemper uerax, & mentiri
non ſcit, neque poteſt. Cur ergo con-
Tit.1. quereris o iudæe de diuinis promiſſis?
Quũ promiſit exoluet, ne dubita. Po-
teſt autem uerbum illud. *Sit autem Deus*
uerax; & omnis homo mendax. Aliter ex-
poni. Ne enim putaret iudæus, diuina
promiſſa reddenda eſſe iudæis, cum
omni etiam eorum culpa, hac ratione.
Quoniam licet magna iudæorum mul-
titudo perfida fuerit, contumaxque,
& ingrata Deo, nonnulli tamen iudæi
continenter diuina precepta ſeruarunt,
atque Deo ſe ſe exhibuerunt fideliſſi-
Rom 11. mos, iuxta illud. Reliqui mihi ſeptem
millia uirorum, qui non curuauerunt
genua ſua ante Baal. adeo, ut pauculo-
rum merito, omnibus pepercerit Deus
omnipotens, nolueritque promiſſa pa-
tribus adimplere: ipſo Deo dicente ad
Gen. 18. Loth de Sodomis. Si inuenero decem
iuſtos, non delebo ciuitatem: uehemen
tius quid addit Apoſtolus, ſi libet. Fac
iudæos omnes non crediſiſſe. Dic iu-
dæorum neminem diuina præcepta ſer
uaſſe, ponatur uniuerſos fuiſſe incre-
dulos, oportet inconcuſſum ſemper eſ-
ſe hoc axioma, Deum eſſe ueracem.
Sequitur ergo, ut non poſſit hominum
peccatis uiolari diuina ueracitas, atque
fidelitas. Addo (inquit Apoſtolus) eo
magis cognoſci Deum eſſe fidelem atq;
iuſtum in promiſſis, quo magis pecca-
mus. Quemadmodum dixit Prophe-
ta. *Vt iuſtificeris in ſermonibus tuis, & uin-*
cas cum iudicaris. Homines nanque de-
ficiunt a promiſſionibus quandoq;, ob
eorum ingratitudinem quibus promi-
ſerant: & id iuſtum eſſe videtur. Ne-
que enim eſt dignus dandis, qui non
habet gratias de datis. At Deus, qua-
uis hominum ingratitudine, nun-
quam deficit à ſuis promiſſionibus;
promiſſa ſemper exoluit, quanquam tu
illi fidem non ſerues, quam dediſti in
baptiſmo, uel in circunciſione, ipſe ta-
men fidem datam nequaquam violat.
Memor erit in ſæculum teſtamenti ſui,
(inquit Dauid.) Et fidelia omnia uerba Pſ 110.
eius, confirmata in ſęculum ſęculi, fa- Ibidem.
cta in ueritate & æquitate. Fideliſſimus
itaq; ſuper omnes, noſtris peccatis com
probatur, & iuſtiſſimus. Tantum ab-
eſt, ut ex noſtra culpa poſsimus notam
inurere Deo infidelitatis uel iniuſtitiæ
Inqt ergo. (*Sit autem Deus uerax, omnis aũt*
homo mendax.) Et hoc debet legi per
parentheſim. ut reſponſio integra ſit
hæc in textu. Abſit. *ſicut ſcriptum eſt, ut*
iuſtificeris in ſermonibus tuis & uincas cum
iudicaris. Nulla itaque hominum cul-
pa Dei fidelitatem diminuit, atque iu- Num. 23.
ſtitiam euacuat vllo pacto. Dicit enim Pſ.88.
Sapiens. Non eſt Deus ut homo, ut men
tiatur, neque ut filius hominis ut mu-
tetur. In Pſalmo quoque, Deus bene-
dictus (inquit) in æternum ſeruabo il-
li mĩam meam, & teſtamentum meum
fidele ipſi. Si dereliquerint filij eius le-
gem meam, & in iudicijs meis non am-
bulauerint, & iuſtitias meas profa-
nauerint, & mandata mea non cuſto-
dierint, viſitabo in virga iniquitates eo-
rum, & in uerberibus peccata eorum,
miſericordiã autẽ meam nõ diſpergam
ab eo, neque nocebo ei in ueritate mea,
neque profanabo teſtamentum meum.
& quæ procedunt de labijs meis, non
faciam irrita.

Sed hic ſunt anguſtiæ, antequam ver-
ba Dauidis quæ aſſumit Apoſtolus in-
terpretemur. Si enim Dei promiſſa non
violãtur, neq; uiolari pñt vt deficiãt, eſt
ergo immobilis veritas diuinarum pro-
miſsionum. Sed illud, cuius ueritas
immobilis eſt, oportet eſſe certum at-
que

que indubitatum, igitur diuinæ promiſſiones certo certius, & abſque dubio implebuntur, ita ut effectus certiſſime ſequatur illarum promiſsionum. Quoties autem aliquis effectus certe ex aliqua cauſa prouenit, niſi aliquid poſsit illi cauſæ reſiſtere, neceſſario ſemper euenit, nec poteſt non euenire. Nam da, oppoſitũ tu poteſt nõ euenire, ergo dubium eſt an eueniat, non igitur certe eueniet. Dixi uero, niſi aliquid poſſit vim cauſæ prohibere, propter actiones corporum cęleſtium: ex quibus nõ ſemper producuntur effectus proprij quos intendunt: quoniam diſpoſitiones in his inferioribus, ratione materiæ, plerique reſiſtunt illis uirtutibus cęleſtibus, quibus hæc ſublunaria aguntur & reguntur. At niſi materia reſiſteret, uel aliquid aliud, neceſſario ſemper proprij effectus quos intendunt producerẽtur. quoniã certè & indubiè ſunt natæ, eos effectus producere ſupernæ illæ lationes. Arguatur modo ſic. Promiſsionibus diuinis, nihil poteſt reſiſtere: maximè enim hominum peccata reſiſtere viderentur, ſed ea non obſiſtunt, quoniam incredulitas noſtra fidem & iuſtitiam Dei non euacuat, ut dicit Apoſtolus. neceſſario itaque eueniet id, quod Deus promisſit euenturum. Poteſtque hæc ratio maximum habere robur in diuina prædeſtinatione. Prædeſtinatus enim ſi damnari poteſt, hoc uidetur maximè defendi. ob id qđ ſuis flagitijs, poteſt coronã ammittere prædeſtinationis. iuxta illud. Tene quod habes, ne alius accipiat tibi
Apoc. 3. coronam uitæ. Sed hoc deſtruit hic Apoſtolus, quoniam noſtra iniuſtitia non uiolatur diuina iuſtitia, atque legalitas fidei, omnino itaque ſaluabitur, nec poterit non ſaluari qui prædeſtinatus eſt, iure diuinæ fidelitatis, quæ uiolari non poteſt quouis hominum peccato. Videtis quo tendit hæc difficultas? O infelices, qui Paulum putant eſſe cuique peruium & facilem. Omnis ſacra ſcriptura fõrte facilis eſt: vnus Paulus nihil habet facile: omnia difficilia, abſtruſa, recondita, adeo ut plerunque compatiar hæreticis ſi lapſi ſunt in tam magnas & impias hæreſes: at Spiritu ſancto, humilitateque duce ad Pauli ſenſa ſcrutanda accedere debuerant, non ambitione, non liuore, non tandem (ut morbum detegamus) huius ſanctæ ſedis odio. Id enim eos impulit ad has infauſtas, infeliceſque tragędias, quibus hodie totus orbis tumultuatur. Vos attendite, ne in hanc abiſſum ruatis præcipites.

Dicamus primo, quid intendat Paulus. Secundo, propoſitæ difficultati ſatiſfaciemus. Mens Pauli ex contextu omnis epiſtolæ hæc eſt, nequaquam ex incredulitate iudęorum excidiſſe promiſſa Dei facta iudæorum patribus pro filijs, de Chriſto, & de Eccleſia, atque de Gratijs; & chariſmatibus Chriſti. Cur hoc? Quoniã deficientibus a fide iudęis, pro illis ſubrogatæ ſunt Gẽtes, iuxta uerbum illud Iobi. Conteret *Iob 34.*
multos & innumerabiles, & ſtare faciet alios pro eis. Nullatenus ergo promiſſa dei, falſitate aliqua deſtructa ſunt, ob incredulitatem iudæorum. Promiſerat credentibus, credentibus exoluit. Manet enim immobile teſtamentum domini iuramento firmatum his, qui crediderunt, qm̃ nouit dominus qui ſunt eius. Scio quid dices. Promiſſa *2 Tim. 2.*
ſunt facta iudæis ipſis. Vtique. Sed cum à fide defecerunt iudęi, & rem, & nomen perdidere. Dicunt ſe iudæos eſſe & non ſunt, ſed ſunt Sinagoga Sa- *Apoc. 2.*
thanæ. Non enim qui in manifeſto: iu- *Rom 2.*
dęus eſt; Promiſſa ſunt facta populo dei. Volo. Sed ipſi cum Chriſtum nega- *Luc. 19.*
runt dicentes. Nolumus hunc regnare ſuper nos. Non habemus regem niſi Cæſarem. Hunc neſcimus unde *Ioan 9.*
ſit: inde non fuerunt amplius populus Dei. Audi Danielem. Et non erit po- *Dan. 9.*
pulus eius qui eum negaturus eſt. Audi *Pſa. 17.*
Dauidem. Filij alieni mentiti ſunt mi- *Pſ.*
hi, filij alieni inueterati ſunt. Gentiles effecti ſunt populi Dei. Erit in loco in *Oſee 2.*
quo dicebatur, Non populus meus, & dicetur, Vos populus meus eſtis. Promiſſa facta ſunt filijs Abrami. Fateor. Sed cum degenerarent ab Abraam, illico deſierunt eſſe filij Abraami. dicente Chriſto eis. Si filij Abrahæ eſtis, ope- *Ioan. 8.*
ra Abraæ facite. in eorumque loca ſubrogatæ ſunt credentes Gentes, quæ merito

ritofidei Abrahæ, dicũtur, qui credidit
Deo in præputio, & in gentilitate, (vt
Gal 3. ita dicam) & reputatum eſt illi ad iuſti-
Rom. 9. tiam. Hinc Paulus. Non qui ex ſemi-
ne ſunt Abrahæ, omnes filij Abrahæ,
ſed in Iſaac vocabitur tibi ſemen: ideſt,
Non qui filij carnis, hi filij Dei, ſed qui
filij ſunt promiſſionis, æſtimantur in ſe
mine Abrahæ. Propterea Ioannes ille
ſanctiſſimus, qui baptiſmi fontem pri-
mus aperuit, præcurſor dñi, ſciẽs inanẽ
hãc iudęorũ gloriã, vt eos cõfunderet,
oſtenderetq́; non eſſe pernitioſa ſecu-
ritate fidendum diuinis promiſſionib⁹,
quibus pollicitus fuerat Deus ſemini
Abrahæ dare terram, gratiam, & gloriã.
(ex eo enim ipſi maximè ſuperbiebãt,
& torpeſcebant ſicut noſtræ ætatis chri
ſtiani,) in eos omnes dixit, cũ in litore
Matt. 3. Iordanis prædicaret. Facite fructus di-
gnos pœnitentiæ, & ne velitis dicere
intra uos, Patrem habemus Abrahã. Di
co enim vobis, quoniam potens eſt De⁹
de lapidibus iſtis ſuſcitare filios Abra-
hæ. Intelligis quo tendunt hæc verba?
Huc ſpectant. Filijs Abrahæ vtiq; pro-
miſit Deus magnalia. O Iudæi, & non
alijs: at niſi opera Abrahæ feceritis, tan
quam ſpurij ab hæreditate repellemini.
Neque timeatis diuinam inde minui
fidelitatem. Oĩno enim in filijs Abra-
hæ complebuntur promiſſa. Gentiles
enim, qui inſtar lapidũ modo duri ſunt,
& frigidi, lapideaq; ſimulachra colunt,
ſuſcitabuntur, vt credant ſemini Abra-
hæ, quod Chriſtus eſt. Fiantq; per fidẽ
filij Abrahæ, & ipſi ſaluati, in cœlo teſti-
monium perhibebunt Deo, quod ſit ue
rax in promiſſis. iuxta illud. Et erit te-
ſtis in cœlo fidelis. Promiſſa facta ſunt
Rom. 9. Iſraelitis. Concedo. Sed non omnes, q
ex Iſraele ſunt, hi ſunt Iſraelitæ. Ni mi-
rum, ergo ſi in eis non completa fuere
promiſſa Dei. At in gentibus tantum.
Id enim rationes omnes requirebãt di-
uinæ iuſtitiæ, & fidelitatis: Et audeo di
cere, facile potuiſſe, vel apparenter re-
præhendi de infidelitate Deum, ſi in iu
dæis carnalibus expletæ fuiſſent diui-
næ promiſſiones. Alijs enim promiſiſ-
ſet, alijs reddidiſſet. Promiſſa nanque
facta erant iudæis, Iſraelitis, filijs Abra-
hæ, populo Dei, ipſis nullum horum
conueniebat, eis itaque non fuerunt
reddendæ illæ pollicitationes, vel exol-
uendæ, ſed Gentibus. Quid uobis vř?
Hoc eſt quod & uoluit dicere Chriſtus Matt. 21.
in Parabola vineæ, Auferetur à uobis
regnum Dei, & dabitur genti facienti
fructus eius. Et iterum. Multi venient Matt. 8.
ab Oriente & Occidente, & recumbẽt
cum Abraham, Iſaac, & Iacob in regno
cęlorum. Vides ergo (ni fallor) omni lu
ce clarius, diuina promiſſa nequaquam
excidere ob iudęorum incredulitatem.
Licet enim ipſi peccarint, Deus tamen
non inuenitur mendax, neque profa-
num teſtamentum eius. Profana enim
eſſet promiſſio ſi eſſet inexpleta, exple-
tur itaq;, expletur, aut in prædeſtinatis
ex Gentibus, quæ per lapides ſignifica-
bantur in verbo illo præcurſoris. Iota
vnũ, aut unus apex non præteribit à le Matt. 5.
ge, donec omnia fiant. Hinc Deus bene Pſ. 81.
dictus. Semel (inquit) iuraui in ſcõ meo
ſi Dauid mentiar. i. nõ mẽtiar. Eſt. n. ſi ꝓ
non, cõi loquentium vſu. Et ſequitur
id pro quo iurauit, & nõ mentietur. Se-
men eius in æternum manebit. Semen
autem Dauidis. Chriſti ſcilicet, qui in
pſalmo illo, Dauidis nomine ſignifica-
tur. eſt populus acquiſitionis, numer⁹
electorum. Omnes ſcilicet, qui ei mẽ-
te, uera fide, vſque in finem crediderũt
& credent. Non Iudæi qui carnaliter
à Dauide trahunt originem. In creden-
tibus enim futurum Dei regnum ſemi-
natum eſt: in ipſis ergo diuina promiſſa
complebantur, & quotidie complẽtur.
Hæc dubio procul eſt ſentẽtia apoſtoli
ca. Si fas eſt Paulum ex Paulo interpre-
tari: Ad difficultatem itaque quantum
huc ſpectat, ex dictis facilè eſt reſpõde-
re. Si enim Deus promiſit, vel præde-
ſtinauit te ſaluatum iri, nulli dubium te
poſſe perire. Neque enim prædeſtina
tione neceſſitatur noſtra uoluntas. Di-
uina tamen promiſſa etiam admiſſo.
quod etiam pereas, (quod an ſit admittẽ
dum, nunc non diſputo) non excidunt:
quoniam alius in locum tuum, diuina
miſericordia ſubrogabitur, qui tua co-
rona potietur. Quemadmodum in locũ
angelorum ſuffecti ſunt homines, & in
Iudęorum locum Gentiles. Homines
non tenent loca ſua, ſed ruinas implẽt
angelo-

angelorum. Gentibus non debebatur tantus honor, Iudęis debebatur. Gaudent ergo dignitate iudęorum, nõ propria. Ita re cadente, ſurgit alius, qui tua corona potitur; vt electorum numerus ſuppleatur. Ita enim dicitur. Act. 3. Tene quod habes, ne alius accipiat coronam tuam. Nunquam ergo diuina prædeſtinatio, vel promiſſio eſt irrita vel inanis, nec eſſe poteſt, propter peccata noſtra, Dices fortaſſe. Hoc nõ ſufficit. Nam Paulus oſten dit nõ modo non violari diuinam fidelitatem ꝓpter noſtra peccata, ſed declarari & eluceſce re magis, vt iuſtificeris (inquit) in ſermonibus tuis, non uidetur hoc poſſe verificari, niſi eidem peccatori reddatur, quod promiſſum erat, non alteri, qui ſuas vices teneat. Nunc enim maximè comprobatur, Deum eſſe fideliſſimum, quoniam quod gratis citra merita promiſerat, reddit etiam ingrato, ne mentiri uideatur. Non adeò autẽ clarè comprobatur ſi aliũ ſubroget, in quo promiſſio, vel prædeſtinatio compleatur. Dico autem tibi ego, quod immo maximè argui poſſet infidelitatis, ſi ingrato redderet, quod promiſit gratis, ſi immeritum ſeruaret, quem citra meritum prædeſtinauit. Scis rationem? Ecce. Ordo prædeſtinationis ad ſalutem, quæ eſt effectus eius, eſt cum præſuppoſitione cauſæ ſecundę, voluntatis ſcilicet humanæ, vt & ipſa cooperetur, non ad prædeſtinationem, ſed ad effectum prædeſtinationis. Hinc enim contingenter ſaluamur nõ aliunde. Si ergo me, non cooperantem vllo pacto, ſed nitentem in contrarium ſaluaret Deus, nonne infidelis eſt? nonne à legalitate deficit? ita certè. Suppoſuit enim ſecũdam cauſam cooperari: Si ergo operatio ſecundæ cauſæ non adſit, & effectus ſequatur, iam mentitus eſt Deus: nõ eſt verax in promiſſis. Vt ergo ſit ſemper verax, oportet me cooperari ad effectũ: Si non cooperor, non ſequitur effectus. At ſumma illa ſapientia, etiam me non cooperante, ſua in me promiſſa alio modo adimplet. Neque enim deſunt illi viæ explendi quod promiſit, vt omnino fidelitas Dei meam ſuperet ingratitudinem. Subrogat alium, qui coronã meam, meam dico accipiat modo prædicto. Ita homo mendax inuenitur. Deus autem ſemper uerax. Eſt tamen vna prædeſtinatio atq; promiſſio, quæ eſt ſine omni ſuppoſitione cauſæ ſecundæ. Vna tantum, & nulla eſt alia præter eam: & ideo effectus illius, cum omnibus demeritis hominum, ſemper ſequitur in illo eodem, cui illa promiſſio facta eſt. Scis autem quæ eſt? Illa eſt, quã tangit Dauid in pſalmo quem Apoſtol⁹ allegat. *Vt iuſtificeris in ſermonibus tuis*, ſed illam in expoſitione verbi illius declarabimus. Habetis ergo ſolutionem difficultatis, quantum hic attinet.

Abſolutè autem reſpondere ilii difficultati, qua probatur ex certitudine ꝓdeſtinationis neceſſitas effectus, prædeſtinati, hic nõ eſt locus, ſed aliò ſpectat, Ne tamen interim angatur puſillus, breuiſſime dicatur, quod corpus cęleſte agit in hæc inferiora neceſſario, quaſi neceſſitatem inducẽs, quantum eſt de ſe. Hinc itaque naſcitur, niſi ſit aliquid qđ reſiſtat, effectus illos de neceſſitate ꝓuenire, quos cæleſtes virtutes intẽdũt. At Deus benedictus, non agit in illius, qui prædeſtinatus eſt voluntatem, quaſi eam neceſſitando: mouet enim illam eo modo, quo eſt nata moueri, non auferendo ſcilicet modum ſuum, qui in libertate ad vtrumlibet conſiſtit. Idcirco quamuis diuinæ voluntati prædeſtinanti, vel promittenti nihil reſiſtat, neque etiam peccata, tamen uoluntas, & quælibet alia res exequitur, quod Deo placet, ſecundum modum proprium vniuſcuiuſque. Nanque & modum illum agendi dedit diuina voluntas, quẽ conſeruat in rebus, diſponens omnia ſuauiter, vt omnino ſua uoluntas impleatur ab omnibus, quamuis nõ vno modo. Sap. 8. Propterea naturalia, diuinam voluntatem explent neceſſario: homines ſemper liberè & contingenter, quoadusque ſunt in uia. Vnde reſiſteremus Deo, ſi neceſſario faceremus id quod Deus vult à nobis liberè & contingenter fieri: Tantum abeſt, vt quoniam voluntati diuinæ non poteſt, quis reſiſtere, inferri poſſet, ergo prædeſtinatus neceſſariò ſaluabitur. Quamuis tamen illud quod Deus vult fieri, inuictè, &

indubi-

indubitatè fiat in cęlo, & in terra. Si
prædeſtinatio eſſet ſola cauſa, & ab ea
totaliter proueniret ſalus prædeſtinati,
argumentum concluderet, quod neceſ
ſario prædeſtinatus ſaluaretur: ſed non
eſt tota cauſa. Alia cauſa ſecunda coa-
git, voluntas prædeſtinati: illa autem li-
berè & contingenter primæ cooperat.
Eſto ergo, quod ex ui prædeſtinationis
neceſſario ſequeretur effectus ſalutis,
ex uoluntate tamen noſtra, contingẽter
ſaluatur, ergo ſimpliciter contingẽter
ſaluatur. Quis enim neſciat concurrẽ-
tibus pluribus cauſis ad vnum effectũ,
vna neceſſaria, altera contingente, effe-
ctum eſſe contingentem? Quemadmo-
dum in dialecticis argumentationibus,
vna præmiſſa exiſtente neceſſaria, alte
ra poſſibili, concluſionem eſſe poſſibilẽ
non neceſſariam? Conceſſum eſt citra
controuerſiam à ſapientibus. At inſta-
bis. Omnis certitudo, quæ eſt cũ ſup-
poſitione alicuius, nõ eſt certitudo ab-
ſoluta, ſed conditionalis: ſicut non eſt
certum, quod ſol cauſet fertiles ſegetes,
niſi cum hac conditione, ſi uirtus terræ
vel ſeminis fuerit bene diſpoſita ad co-
operandum Soli: Et quoniam Sol coexi
git ad prædictum effectum virtutem il-
lam ſeminum, vel terræ, vt ſecundã cau
ſam: prædeſtinatio exigit voluntatẽ hu-
manam, vt illi coagentem ad ſalutẽ præ
deſtinati: poteſt autem uoluntas huma-
na non coagere, ergo certitudo ſalutis,
quæ habetur ex prædeſtinatione, non
eſt certitudo abſoluta, ſed cõditionalis:
Si bene operabitur voluntas humana,
ſaluabitur. Sicut eſt certum mihi, quod
Sophronicus ſi mouetur currit. Quod
ſi ſic. non eſt maior certitudo de ſalute
in illo, qui ſcit ſe eſſe prædeſtinatum di-
uina reuelatione, vel etiam in Deo, q̃
in me, vel in alio quopiam. Omnibus
enim certũ eſt, quod qui Deo coopera
bitur vſque in finem, ſaluabitur. Quid
ad hoc? Reſponſio vltimata hæc eſt. Li-
cet enim volũtas humana, vel liberum
arbitrium, etiam in prędeſtinato defice
re poſſit à ſalute: Tamen illi, quẽ Deus
prædeſtinauit, tot adminicula præbet,
tot eum modis iuuat, vt vel non cadat,
vel cum ceciderit ſurgat, exhortatiões,
orationum ſuffragia, dona gratię, inſpi-
rationes, & alia huiuſmodi: Quibus iu-
uari poteſt homo, quod tandem ſalua-
tur. Si ergo conſideremus ſalutẽ reſpe
ctu cauſæ proximę, ſcilicet liberi arbi-
trij, non habet certitudinem, ſed cõtin-
gentiam. Hinc Paulus, qui ſciebat ſe
eſſe prædeſtinatum, Certus ſum, quod Rom. 8.
neque mors, neq; vita, neq; angeli, ne-
que principatus, neque creatura alia
poterit nos ſeparare à charitate dei quę
eſt in Chriſto Ieſu. Dubitabat tamẽ de 1. Cor. 9.
ſalute. Caſtigo corpus meum, & in ſer-
uitutem redigo, ne cum alijs prædicaue
rim, ipſe reprobus efficiar. Hinc Pe- 2 Pet. 1.
trus. Satagite vt per bona opera ueſtra,
firmam faciatis electionem veſtrã. No-
tate uerbum, firmam, βέβαιον. Neque
enim aliter eſt firma, ſi hanc cauſam ſe-
cũdã, quæ poteſt non cooperari primæ,
ſpectamus, ſed firmatur continuè, at re-
ſpectu cauſæ primæ, quæ eſt prædeſtina
tio, habet certitudinem. Sed ſi ſimplici-
ter quæras. Deus ne habet certitudinẽ
abſolutè, vel non? Abſolutè, quoniam
hæc cauſa ſecunda ſubiacet etiam or-
dini prædeſtinationis. Licet ergo ipſe
Deus ſupponat cauſam ſecundam ab-
ſolutè ad conſequendũ ꝑdeſtinationis
effectum, ſicut ſol virtutem ſeminis, ta-
men quia cauſa ſecunda ſubijcitur in
totum prædeſtinationi, nõ ſic virtus ter
ræ, vel ſeminis ſoli, ideo habet certitudi
nem abſolutam, quamuis non habeat
certitudo abſoluta, quod ex ſole ſequat
fertilitas ſegetum: Exemplum enim nõ
eſt ſimile, vt iam vides. Et hæc ſint ſa-
tis, ſuperq; ſatis.

Examinanda modo ſunt duo illa ver-
ba. Primum. *Omnis homo mendax, Deus
autem verax.* Secundum. *Vt iuſtificeris
in ſermonibus tuis, & uincas cum iudicaris.*
Quo ad primum. Ne tibi quæſo in mẽ-
tem veniat, Omnis homo mendax, er-
go & hic mendax, qui dicit. Omnis ho-
mo mendax: mendacium ergo eſt dice
re, Omnis homo mendax. Omnis ho-
mo certè eſt ex ſe mendax Petrus enim
qui Eccleſiæ petra fuit, dum de ſe præ-
ſumpſit, mendax inuentus eſt: ter nan-
que dominum negauit, pro quo vitam Mat. 26.
ponere tam audaciter promiſerat: Re Pſ. 50.
cte ergo propheta. Ego (inquit) dixi in
exceſſu meo: non dixi abſolutè ego, mẽ-
tiri

tiri enim & ipſe potuiſſem, ſed dixi in
exceſſu,me ipſum excedens, extra me
poſitus,hoc eſt in extaſi, in raptu mētis
meæ:non pauore alienatus,quod puſil
lorum eſt, ſed diuina inſpiratione ſur-
ſum actus,Omnis homo,carnis fragili-
tate mendax, diuina fortitudine verax.
Cum ergo veraces ſumus,diuinis mu-
neribus id adſcribamus:cum mēdaces,
noſtrum eſſe fateamur. Magna nanq;
prudentia geritur, vt ſibi aliquis impru
dens eſſe videatur.Sicut ergo leues cor
de,& fatui ſe ſe ueraciſſimos eſſe uerè
mentiuntur, ita illuminati, ex ſe ipſis
ſe ſe citra omne mendacium mēdaces
eſſe cognoſcunt. Sicut enim nulla
res eſt calida,niſi caliditatem participet
ab igne,qui ſuapte natura calidiſſimus
eſt:ita nulla creatura verax eſſe poteſt,
niſi à ueritate veracitatem participet.
Veritas autem Deus eſt. Hinc Dauid
Pſ.42. præcatur. Emitte lucem tuam, & veri-
tatem tuam. Cum ergo uerax homo
eſt,Deum induere uidetur, & exuere
hominem.Hinc Prophetis, ad quos ſer
Heb.4. mo Dei factus eſt, qui propterea men-
Pſ.81. tiri non poterant.Ego dixi dij eſtis,inqt
omnipotens, & filij excelſi omnes. Eſt
ſolum difficultas,quoniam in libris Re
gum, cum ſpiritus ille mendacij dixiſ-
ſet domino. Egrediar,& ero ſpūs men-
2.Reg.22 dax in ore Prophetarum Achab: dixit
dominus. Decipies & præualebis,egre
dere & fac ita. Secundo. Obſtetrices
Ægypti, propter mendacium laudātur,
Exo.1. benedicunturq; à domino,quoniā ſci-
licet mentitæ ſunt Pharaoni,qui eis p̄ce
perat,vt maſculos interficerent,& ſer-
uarent tantum fęminas hebreorū. Vi-
detur ergo & mendacium eſſe ex Deo,
& Deo placere mendacia. Verum ab-
ſit hic error à fidelibus Scriptum eſt.n.
Pſ.5. Perdes omnes,qui loquuntur menda-
1 Ioan.1. cium. Qui facit mendacium, filius eſt
diaboli,qui cum loquitur mendacium,
Ioan.8 ex proprijs loquitur. Os quod mentit̄
occidit animam. Noli velle mentiri om
Sap.1. nem mendacium. Ad difficultatē er-
3 Re 22. go dicatur. Verba illa Dei. Egredere &
fac, non ſunt intelligenda per modum
præcepti, ſed per modū permiſſionis:
eo modo, quo etiam illud intelligitur
quod Chriſtus dixit Iudæ in cœna.

Quod facis, fac citiꝰ. Si enim fuiſſet p̄- Ioan.13.
ceptum,obedientia Iudæ laudaretur:
permiſit tantum Chriſtus: Quod autē
permittit,eſt contra eius abſolutam vo
luntatem:vt noſti optime. Neq; enim
bona permittit,ſed mala. Bona autem
ipſe agit volens,non permittens tantū.
Obſtetrices laudantur atque remune-
rantur,non quia ſint mentitæ, ſed quia
timuerunt Deum:ex cuius timore duo
ſecuta ſunt,non obedierunt Regi, &
mentitę ſunt: Quoniam timuerunt,me
ruerunt,meruerunt etiā, quia nō obe-
dierūt regi. Oportet enim obedire deo Act.5.
magis q̄ hominibus. Vnde in Exodo di
citur. Timuerunt obſtetrices Deum, Exo.1.
& non fecerunt iuxta pręceptum regis.
Ideo Deus ędificauit eis domos. At mē-
dacium nequaquam meritorium fuit,
immo peccatum. Omne enim menda-
cium eſt peccatum per ſe,atque ideo fu
giendum : non dico tamen peccatum
mortale propter iocoſum atque offitio-
ſum. Verum neque iſta ſunt ſine,ſicut
dicit Auguſtinus,ſuper pſalmo quinto.
Quoniam cum uoces ſint naturalia ſi-
gna conceptuum, affectuumq; animi,
innaturale eſt & indebitum,vt aliquis
voce ſignificet id quod nō habet in mē
te. Habetis ergo primum. Credo ta-
men ego, vt uerum fatear hoc in loco,
Paulum intelligere omnem hominem
eſſe mendacem : non vt cōmuniter eſt
ſermo de mendacio, ſed tantum vt op-
ponitur fidelitati vel legalitati,atque ſta
bilitati, ſicut per oppoſitum, Deum eſſe
veracem intelligit,hoc eſt ſtabilem, fi-
delemque,& conſtantem in promiſſio
nibus exoluendis. Homines enim & ſi
uerè ex corde promittant aliquid, nec
mentiantur: (Mendacium enim eſt cū
vnum ſimulamus ore, aliud animo me
ditantes:)tam interdum occaſione, vel
accepta,vel data deficiunt,deficereque
volunt à promiſſis:& ore proteſtant̄ ſe
ſe velle promiſſa ſeruare. Non eſt er-
go propriè mendacium.Nam cum non
loquitur homo contra id quod habet
in mente,non mentitur, licet infideli-
ter agat, quoniam mutat animū. Hæc
igitur eſt mendacij ratio, quam Paulus
hic intendit,videlicet mutare propoſi-
tum,de quo dicitur in Prouerbijs.Stul-
tus

Eccl. 27. tus vt luna mutatur. Deus autem (vt di
ctum eſt) nunquam deficit, quin quę ꝓ-
miſit exoluat: nullo ergo pacto mendax
Malac. 3. eſt, neq; eſſe poteſt. Ego enim Deus, &
non mutor.

Quo ad ſecundũ. Dauidis verba hæc
Pſ. 50. ſunt. *Tibi ſoli peccaui, & malum coram
te feci. Vt iuſtificeris in ſermonibus tuis &
vincas cum iudicaris* O magnæ ſpei ver-
ba. Rectè Dauidis ſunt, qui in exẽplum
proponitur non cadendi, ſed ſi cecide-
ris, non deſperandi. Videre videor Al-
ma Roma, Dauidem illum Regẽ, poſt
adulterium, homicidiumq́; in ſeipſum
conuerſum, magnis ſuſpirijs, & queru
lis vocibus acclamantem. Infelix ego
homo. quo me vertam? Quo ibo? qui
cęlum terramq́ue offendi? In meipſum
1. Cor. 6. peccaui grauiſſimè, qm̃ qui fornicatur,
1. Cor 6. in corpus ſuum peccat. Et qui adhæret
meretrici, vnum corpus efficitur. In
proximum, quoniam Vriam occidi. Tō
to populo deinde ſcandalum fui. No-
men Dei propter me blaſphematur ab
Exo. 20. omnibus. O me miſerũ. Deum offendi
qui præcepit, Non occides, Non mecha
Dan. 13. beris. Quid faciam? Ad quem cõfugiã?
Anguſtiæ ſunt mihi vndiq́;, & quid eli-
Luc. 15. gam pœnitus ignoro. Deſperabo ne?
Abſit. Scio quid faciam. Surgam à de-
ſperatione, cui iã ferè ſuccubui, & ibo
Pſa. 102. ad patrem meũ qui me creauit. Iudex
eſt & iuſtus, ſed & miſericors. Miſeri-
cordia enim ſuper omnia opera eius.
Oſee 6. Percutiet, ſed ſanabit, corripiet, ſed nõ
Pſal 50. perdet. Ad te igitur pijſſimè Deus, tri-
ſtis & mærens venio. Miſerere mei deꝰ.
Tibi enim ſoli peccaui: Nimirum tibi
ſoli: Tu quidẽ me in regem vnxiſti: po
pulus Deo peccat & regi: rex hominẽ
non habet qui eius facta diiudicet. Ti-
bi ſoli ergo relinquit mea iniqtas puniẽ
da. Tibi ſoli peccaui. Tu enim mihi p̃-
cipiſti, vt omnia ꝑfecto diligerem, ſed
propter te ſolum: Ego autem odi Vriã,
Berſabeam amaui, ſed propter ſe. Ideo
tibi ſoli peccaui: in te ſolum deliqui. Tu
ergo ſolus es ſpes mea. Ad te ſolũ ver-
ba doloris effundo. Miſerere mei Deꝰ,
ſecũdum magnam miſericordiam tuã.
Vtique illam magnam. Nam malum co
ram te feci. Te p̃ſente, te vidente: ſciebã
q̃d vbiq; eras, reſpiciẽs p feneſtras ꝓſpi
ciẽs p cancellos. Hoĩe ſpectãte, horruiſ Cant. 2.
ſem id facinus, te præſente non expaui.
O ſcelus. Dele, dele pijſſimè Deus ini-
quitatem meam, dele de anima macu-
lam, de libro memoriam, de cõſcientia
vermen, de affectu appetitum, de gu-
ſtu errorem. Non audis ſuſurria dne
eorum qui dicunt, ex ſtirpe mea nequa
quam amplius naſciturum Chriſtum
quoniam in te peccaui. Tu tamen illud
mihi ſub iuramento pollicitus es. Ne
ergo dum mea errata vident, putent te
eſſe mentitum. Munda me, vt me mũ
dato *Iuſtificeris*, iuſtus ſcilicet & verax
reperiaris *in ſermonibus tuis*, quos mecũ
de futuro humani generis redempto-
re, habuiſti, qui ſit tibi in filium, & re-
gnum eius æternum. *& vincas*, oſten-
dens eos eſſe mendaces, & te veracem
cum iudicaris. ab eis, nequaquã amplius
facturus quod promiſiſti. Præualeat, p̃-
ualeat veritas promiſſionis, & iuſtitiæ
tuæ fidei peccato meo, ne violetur tua
fidelitas iniquitate mea. Exolue, exol-
ue quod gratis promiſiſti, vt cum alij
homines interdum deficiant à promiſ-
ſis, ingratitudine eorum quibus promi
ſerunt: te nequaquam deficiẽte, ex pec-
catis meis iuſtiſſimus appareas, atq; fi-
deliſſimus. Ita de veneno peccati mei
fiet orbi medicina ſalutifera. Manifeſta
bitur enim ueracitas ſumma teſtamen-
ti tui. Non ideo peccaui vt iuſtificeris:
me felicem, ſi hac intentione peccaſsẽ:
at poſtquam peccaui, ſi ꝓmiſſa ſerues,
meq; non abijcias, de quo iam dixiſti,
Inueni hominem ſecundum cor meũ, Act 13.
iuſtiſſimus, & veraciſſimus declarabe-
re communi hominum omnium teſti-
monio. Hæc fuit ipſius Dauidis oratio,
quam & exaudiuit Deus: Dixit enim il
li Nathan. Tranſtulit dominus à te pec 2. Re 12.
catum tuum. Et ita propter peccatum
commiſſum in Deum, non deſtitit Deꝰ
à promiſſo. Hoc eſt quod vult habere
hic Apoſtolus noſter. Non ſubrogauit
alium in locum Dauidis peccatoris, ſed
ex ipſo Dauide uoluit naſci Chriſtum,
quemadmodum illi pollicitus fuerat.
De fructu ventris tui, ponam ſuper ſe- Pſal. 131.
dem tuam. Itaque ex peccato Dauidis,
iuſtiſſimus atque fideliſſimus apparuit
omnipotens, promiſſa adimplens citra

omne meritum, immo cũ maximo demerito eius, cui promiſſio facta fuerat. Illud ergo. *Vt iuſtificeris*, conſequutionem
Ioan.9. nem ſignificat, non cauſam finalem, ſicut & illud, In iudicium ego in hunc mundum veni, vt qui non uident uideant. Iuſtificari autem hic non accipitur, vt idem eſt quod fieri iuſtũ, ſed deputari iuſtum, haberiq; pro iuſto, vt patet. Sed hic digrediamur. Hæc eſt illa promiſſio & prædeſtinatio, quæ ſine omni ſuppoſitione cauſarum ſecundarum facta eſt. Incarnatio uidelicet filij Dei, ex Dauide & ex Iudæis. Et ideo nullo hominum peccato poterat fieri inanis & irrita, neceſſario oportebat illam adimpleri, neceſſitate immutabili-
Rom.1. tatis, & infallibilitatis. Vnde ex Iudæis natus eſt Chriſtus, & ex ſemine Dauid ſecundum carnem: quamuis iudæi pfidi fuerint, & Dauid maxime Deum irritauerit. Propterea, vt id immobile eſſe crederes, iuramento firmauit. Iuſiurã-
Luc.1. dum quod iurauit ad Abraham patrem noſtrum, daturum ſe nobis. Hinc Paulus interpoſuit conſilij ſui iuſiurãdum, vt per duas immortales res, (quia im-
Heb.6. poſſibile eſt mentiri Deum,) firmiſſimũ ſolatium habeamus. Sed cur hoc? vt euidentius appareret incarnationem illã filij Dei, ex mera gratia, citra omne humanum meritum factam eſſe. Si Dauid non peccaſſet, potuiſſent forte opinari Iudæi ſanctitate ſua idipſum meruiſſe, vt filius Dei ex ſemine eius deſcẽderet. At cum tam turpiter peccarit, cognoſcitur gratia Dei ſola, non ipſius merito id
Matt.1. factum eſſe. Et inter gradus genealogiæ Chriſti, per quos venit de cœlo ad terras, numerantur etiam meretrices, Raab, & Berſabee, inceſtus quoque ille Thamar, quem & religioſa auris horrere uidetur, nõ alia ratione, niſi ut intelligas cum oĩbus hominum demeritis, voluiſſe Deum hominem fieri, vt gratiã iuſtificantem ſui aduentus, ex ſua miſericordia agnoſceremus, non ex noſtro merito. Neq; enim Dauidẽ, virum ſanguinum, blaſphemum, adulterum, homicidam habuiſſet in patrem, niſi hoc voluiſſet certo certius, euidentiſſimeq; omnibus notum eſſe. Non aſcribatur ſanctitati Iudæorum, ex quibus ortus eſt Chriſtus, Chriſti natiuitas, vnicè fauori & gratię Dei aſcribatur, qui Iudæos adeò extollere uoluit, ut etiam ex peccatoribus Iudæorum naſci non fuerit dedignatus. Stetit ergo firma hęc ꝓmiſſio Dei: nec Dauidis, iudęorumque facinoribus potuit, nec potuiſſet aliquo pacto uiolari: Et vt ſtaret, iuſtificauit Dauidem, Iudæoſque ſanctificauit. Sicq; agnitum eſt, ſanctitatem & iuſtitiam illam non eſſe ex ſeipſis, ſed ex Deo, qui voluit immobiliter obſeruare quod iuramento firmarat. Hoc enim illud eſt, Pſ.109.
de quo dicitur. Iurauit dominus, & nõ pęnitebit eum. Præter hanc promiſſionem vt dixi, nulla eſt, nec fuit vnquam alia, quæ non fuerit cum ſuppoſitione ſecundæ cauſæ: nec prædeſtinatio ipſa noſtræ ſalutis, vt dictum eſt. Et magna quidem ratione. Nan ſalus eſt merces & pręmium: uita noſtra eſt militia ſup Iob 7.
terram: in militia autem nõ certificant de corona milites niſi conditionaliter. Non coronabitur, niſi qui legitimè cer- 2. Tim.2.
tauerit. Vita noſtra eſt curſus, ſalus illa eſt brauium, non promittitur brauium niſi benè currenti. Hinc Paulus, Sic cur 1. Cor 9.
rite, vt compręhendatis. Propterea dicebat dominus per Ezechielem. Si dixero Ezech.18
iuſto uita uiues, & non morieris, ipſe autem cõfiſus in ſua iuſtitia, fecerit iniquitatem, nunquid uiuet? Quod ſi non ſemper hæc ſuppoſitio explicetur, intelligitur tamen ſemper. Inditium eſt modus hic loquendi Dei. Si dixero. vita uiues. Nullam ponit conditionem, qđ tamen ſubintelligenda ſit, patet ex eo quod ſubditur. Ipſe antem confiſus in iuſtitia ſua. &c. Conditio ergo eſt, uita uiues, ſi perſeueraueris in his quę cæpi
ſti, iuxta illud. Qui perſeuerauerit vſq; Matt.24.
in finem, hic ſaluus erit. Eſto fidelis vſ- Apoc.2.
que ad mortem, & dabo tibi coronam gloriæ. Te ergo non perſeuerante, nũ Deus infideliter agit, cum tibi nõ largitur æternam vitam, quam promiſit? infideliter ageret ſi largiretur: fideliter ergo agit Deus ſemper, & nũquam deficit à promiſſis. Docuit nanque Seneca in libro de beneficijs, vt teneatur homo facere, quæ promittit, requirit, quod omnia immutata permaneant, alioquin, nec fuit mendax in promittendo.

mittendo, promiſit.n.quod habebat in mente, ſubintellectis debitis cõditionibus:nec eſt etiam infidelis non implẽdo quod promiſit,quia eędem cõditiones non extant.Et quid dico ego de Seneca? Hac rõne excuſauit ſe à leuitate Apoſtolus ſecunda ad Corinthios, qm̃ Corinthũ nõ audiuerat(ſicut olim pollicitus fuit,vt videre licet. Si itaq; hæc hominem ſufficienter excuſant, ne dicatur deficere a promiſſis, quõ Deum nõ excuſabunt,quod nulla ratione mutari poteſt,nec mentiri? Fidelis itaque eſt ſermo ſuus. Non enim eſt in illo,
2. Cor. 1 Eſt & Non,vt Paulus dicit,ſed eſt in
Esa. 1. illo Eſt. Ita nanque dicit Deus. Si volueritis,& audieritis me, bona terræ
Hier. 18. comedetis:ſi nolueritis, gladius deuorabit vos. Repente loquar aduerſus Gẽtem,& aduerſus regnum, vt eradicẽ, deſtruam,& diſperdam illud. Si pœnitentiam egerit gens illa, pœnitentiã & ego agam à malo quod cogitaui vt facerem eis. Nunq̃ ergo ipſe deficit ab his quæ promittit, quoniam ſemper cõditio ſubintelligenda eſt, & ita ſtante illa ſeruat, amota illa non ſeruat, vt ſit ſemper verax & fidelis: neq;.n.verax eſſet, ſi ſeruaret.Sed tu dices. Hoc eſt pulchrum videre. Cur illa promiſſio de filij Dei aduentu fuerit abſoluta, & nulla alia: & propterea nullo peccato potuerit illa non adimpleri:Nos vero peccatis nr̃is Dei promiſſa interdum non obtinemus,quamuis diuina veritas nõ violetur.O magnum myſterium.In vniuerſis operibus Dei, non fuit opus aliquod meræ gratię, præterquã hæc bene dicta & ineffabilis icarnatio Ieſu Chr̃i. Ad illam enim nulla ſimpliciter merita præceſſerunt,nec ſua,nec aliena. Quid enim egit homo ille, humana natura ſcilicet Chr̃i anteq̃ aſſumeret̃ à uerbo, vt vnionem illam promereri potuiſſet? Maria virgo θεοτόκος,etiam tẽpore conceptionis quid egit,vt tantum donum
Luc. 1. promeret̃ quo Deũ pareret & hoĩem? Rectè dictũ eſt illi ab Angelo. Inueniſti gr̃am apud Deũ,non emiſti, nõ meruiſti,inueniſti gratis,ſorte diuina accepiſti: Fortaſſe męreri potuit, vt acceleraret̃ Incarnationis illa gr̃a ſingularis, quod nec aſſero:ſed nihil aliud oĩno. Qm̃ ergo fuit mera gr̃a abſolute, ĩpleri eã decuit ẽt cum omnibus Iudęorũ facinoribus,ne demerita hoĩum gr̃am Dei ſuperare viderentur. Si enim dictum eſt Rom. 12.
homini,Noli uinci à malo, ſed uince in bono malum:multo magis id conuenit Deo. Et i hac Epiſtola potiſſimũ de hac gr̃a loquitur Apoſtolus,quę credita eſt, hoc eſt promiſſa iudęis, quã tñ qm̃ ipſi promeruiſſe contendebant ex lege, ex patribus,ex circuncisione, propterea adeò acriter contra eos procedit, oſtendens eos fuiſſe perfidos & infideles, cęleſtem tñ promiſſionẽ adimpleſſe Deũ, vt omnia ab omnibus gr̃æ Dei ferãtur accepta. Nulla alia gr̃a eſt mera gratia. Nanq; vita æterna quæ gr̃a dr̃, etiã pro meritis nr̃is nobis redditur. Nõ eſt ergo tm̃ gratia ſed merces. Item nec prima gr̃a baptiſmalis nr̃a, eſt mera gratia, illam.n.nobis meruit Chr̃s de cõdigno, vt aiunt. Gr̃a ſecunda baptiſmalis,non eſt mera gr̃a:eã.n.Chr̃s meruit,habetq; cauſam meritoriã de congruo ſaltẽ hęc gr̃a, in eo cui confert̃:& propterea nulla promiſſio eſt abſoluta ꝑter illã vnam, qm̃ Deus vult nos ipſos aliqualiter ſibi coagere & coopari, vt qđ daturus eſt nobis,& ex dono eius ꝓueniat,& ex merito reddat̃.Intelligitis ò Gratiani, q extollẽdæ gr̃æ prætextu liberũ arbitrium prorſus tanta impietate eneruatis. Nulla,nulla gr̃a eſt mera gratia noſtra ſine merito.Incarnationẽ aũt Dei ſola gr̃a fecit. Vnde abſolutè donũ eſt nõ meritũ vlla rõne, ideo ſp̃ui ſancto attribuitur, qui donum dicitur. Oportuit itaq; illã abſolutè fieri,atq; etiam promitti, vt ſo la gratia agnoſceretur.

Sed dices. Nonne prædeſtinatio nr̃a eſt mera gr̃a? Non. Prędeſtinatio Chr̃i meruit prædeſtinationẽ eorũ,qui prædeſtinantur.Eſt mera gr̃a reſpectu pdeſtinatorum: illam.n.nullatenus meruerunt,nec ex operibus factis, nec fiẽdis: at Chr̃s cum ſit caput Eccleſiæ meretur membris: cum ſit naturalis Dei filius, mæretur adoptiuos fratres.Vnde Paulus ideo dicit prædeſtinatos prædeſtinari,qm̃ dignum eſt, vt Chriſtus habeat multos fratres,qui conformes ſint imagini eius. Breuiter ergo, Chr̃s ipſe omnia nobis bona meruit primum.

Et

Et hoc eſt illud in quo uuo Paulus labo
rat indefeſſe, primam gr̃am nos nnlla-
tenus promeruiſſe, ſed Chr̃m. Quod
hęretici non intelligentes, transferunt
ad omnia, vt omne meritum auferant
à nobis. Ex his aũt omnibus quæ dicta
ſunt, vide tu hinc tria alia magna ſacra-
menta. Primum, quã inaniter ſibi arro-
gant Iudæi, quod euangelicã gr̃am pro
meruerint, quandoquidem gratis citra
oẽ meritum conditus eſt Chr̃s Ieſus, q
eſt autor euangelij. Qũo. O Iudęi me-
ruiſtis fidem Chr̃i Ieſu, qua efficeremi-
ni filij Dei, quando nec Chr̃s Ieſus ſe-
cundũ carnem meruit eſſe filius Dei?
Secundo. Quàm falſo dicant nonnulli,
hominum ex præſciẽtia meritorum prę
deſtinari. O miſeri. Ieſus Chr̃s eſt ca-
put prædeſtinatorum, nos membra. Eſt
Rom 8. enim primogenitus in multis fratrib⁹:
& nos prædeſtinati non ſumus, niſi, q a
ipſe primum prædeſtinatus eſt, vt ſim⁹
eius fratres, & cohæredes, iuxta illud.
Ibidem. Si filij, & hæredes, hęredes quidẽ Dei,
cohæredes autem Chriſti: Sed Chriſt⁹
Ieſus, non ex meritis præſcitis prædeſti
natus eſt eſſe Dei filius, at merè gratis,
itaq; nec aliorum prædeſtinatorũ meri
ta prænoſcuntur, vt prædeſtinarentur.
Tertium, q̃ impiè aſſerãt antichriſti no
ſtræ ætatis, Deum reprobare aliquos, p
beneplacito ſuæ uoſuntatis duntaxat, ſi
ne præſcientia demeritorũ. O improbi.
Citra omne meritũ, immo cum tot, tan-
tiſq; demeritis hominum oĩum, Deus
prædeſtinauit humanam naturam vni-
re diuinæ, vt homo eſſet filius Dei: & ſi
ne demeritis credemus, Deum homi-
nes emancipare, vt ſint filij iræ, damna-
tionis, mancipiaq; diaboli? Abſit, abſit.
tam grauis error à fidelium mentibus.
Neq; enim noſtra iniquitas diuinã ſu-
perat gratiam. vt hic docet Apoſtol⁹ aper
tiſſimè. At ſuperaret, ſi citra culpam
reprobos aliquos haberet Deus, quos
odiret, velletque perire. Reuertor
modo ad Textum.

*Si autem iniuſtitia noſtra, iuſtitiam Dei
commendat. Quid dicemus? Num iniu-
ſtus Deus, qui infert iram? (Secundum ho-
minem dico.) Abſit.* Dictum eſt ab Apo-
ſtolo, Deum optimum maximum hono
raſſe Iudęos ſupra Gentes omnes, quo-
niam credidit illis eloquia ſua: ipſos aũ
tem dedecoraſſe Deum ſua incredulitã
te atque perfidia: promiſſa tamen Dei
eorum ingratitudine nequaquàm exci
diſſe, quod maximè diuinam legalitatẽ
oſtendit: ſiquidem ingratis exiſtentib⁹
eis & perfidis, exoluit nihil minus, quę
pollicitus fuerat, ne à fide deficeret:
quemadmodum ex Dauide, iuxta pro-
miſſa naſci voluit illius vnigenitum fi-
lium carnem factum, licet ipſe pœna &
ſupplicio dignus eſſet non Dei fauore.
Hinc enim iuſtitia diuinæ fidelitatis, &
maior & illuſtrior apparuit. Hęc eſt sũ-
ma omnium quæ hoc tertio capite ha-
ctenus ſunt declarata. Sed ſi hæc vera
ſunt, dicit Apoſtolus. (Notate dictionẽ
aduerſatiuam, *Sed*, vel *Autem*). Si autẽ
hæc vera ſunt, (Ecce difficultas) Noſtra
ergo peccata *commendãt*. id eſt inſignẽ
faciunt, illuſtrant, reddunt in hominũ
oculis clatiorem, & magis conſpicuã
diuinam iuſtitiã. Quod ſi ita eſt. Quid
dicemus ad hũc cauillum? *Ergo iniquus
eſt Deus, qui infert iram?* id eſt uindictã.
Nũ ita eſt, quod iniquè plectamur pec-
cãtes, à Deo? Vr̃ enim quod iniquè, qa
contra æquitatem: ęquitas.n. exigit, vt
nequaquã debeat nobis iraſci Deus cũ
peccamus, ſed cõciliari potius: qñqui-
dem enm ex nr̃is peccatis gloria eius au
geatur magis, ſaltem apud hoĩes, hono-
re digni ſumus cũ peccamus, non ſup-
plicio: fauore, non ira: gratia nõ uindi-
cta: Iraſcitur autem maximè propter dif
fidentiam & incredulitatem noſtram.
Veniet ira dei inquit Paulus, in filios dif Eph. 5.
fidentię, ergo iniquè iraſcit & indignè,
qm̃ nr̃a diffidẽtia fidelitas Dei extollit,
vt dictum eſt. Qm̃ aũt cõſequutio hæc,
Deũ iniquè iraſci, vel iniquũ eſſe cũ ira
ſcit & percutiet qui peccant, nimiũ eſt
impia & irreligioſa: ne tibi eſſet offendi
culo pijs aurib⁹, addit illã parentheſim.
(*Secundum hominem loquor*) Ne me putes
ex animo loqui, non id intendo, quod
infertur, argumentatio humana eſt,
& ſecundum hominem, carnalem ſcili
cet, imperitum, atque male dauidicam
ſnĩam interpretantem. Magnum enim
ſolatium imprudenter exiſtimant, pec-
catis ſuis verbo illo collatam eſſe homi
nes ĩpij, vt iuſtificeris ĩ ſermonib⁹ tuis,

 & vincas

& vincas cum iudicaris. Dicunt nanq;
hi qui gloriantur in rebus peſſimis, &
lætantur cum malefecerint. Si iuſtifica-
tur Deus in nr̃orum indulgentia pecca
torum. Si uincit homines cum iudica-
tur ab hominibus: ſi errata nr̃a miſę ma
teriam Deo ingerũt: Si per iniquitates
noſtras, ipſius bonitas exercetur, & glo
ria dilatatur, iniuſtè peccata nr̃a puniũ-
tur, quæ ad manifeſtandam Dei patien
tiam atque fidelem beneuolētiam adeò
proficiunt. Qua enim iuſtitia diuina,
damnat iniuſtitiam Deus, ſi humana in
iuſtitia, ſecũdũ te ò Apoſtole, ò Prophe
ta, fit iuſtior? Qua æquitate infideles
oēs mulctat, ſi hominum infidelitate au
geſcit diuina fidelitas? Cernis quo tēdit
cauillus iſte, *Secundum hominem*? ad di-
uinam iuſtitiam accuſandam, & ad ex-
cuſandam humanam iniuſtitiã. Rectè
ergo. *Secundum hominem.* Vox nanque
infamis eſt homo, apud Paulum. Scri-
1. Cor. 3. ptum eſt enim, Cum ſit inter vos Zelus
& contentio, nonne carnales eſtis, & ſe
cundum hoīem ambulatis? Audi ergo
quàm horret cauillũ hunc Apoſtolus.
Abſit. quod Deus ſit iniquus, quia uin-
dicat in eos, qui delinquũt: ob id quod
iuſtior apparet peccatis hoīum. Sequit.
*Alioquin quomodo iudicabit Deus hunc mũ
dum?* Hæc litera poteſt duppliciter le-
gi. Primo, ut Apoſtolus repellat hoc ab-
ſurdum alio abſurdo, vt malum nodũ,
malo cuneo propellat, ſicut eſt in pro-
uerbio. *Alioquin* (inquit) *quomodo iudi-
cabit Deus hunc mundum?* Si iniquus eſt
Deus, vt infertur ab homine, non itaq;
iudicabit mundum. Iudicare eſt ius di-
cere: qui iniquus eſt, nõ dicit ius: Deus
ergo ſi iniquus eſt, non iudicabit. Oſtē-
ſum eſt autē ſupra, quod iudicabit mun
dum ergo non eſt iniquus. Dices. Dicet
ius, ſed non faciet, iudicabit enim ini-
qua, puniendo peccatores, quod iniq-
tatem eius oſtendit. Iudex enim ini-
quus iniquè iudicat: contra, Deum ini
què iudicare, eſt impoſſibile. Iudica-
bit ergo ſecundum æquitatem & veri-
tatem: quare relinquitur, vt ſit equus
& iuſtus. Si dicas, non eſt oſtenſum,
quod non poſſit iniquè iudicare. Oſtē-
do. Si enim iniquè iudicat, iam non
eſt Deus. Probo. Si Deus eſt, eſt pri-
mus iudex atque ſupremus, primus iu
dex non poteſt iniquè iudicare, quia ſi
inique iudicat, errat: ſi errat, oportet
eum dirigi non dirigere, itaq; non pri-
mus contra poſitum, à primo igitur ad
vltimum ſequitur, quod Deus non eſt
iniquus. Hinc Iobus ille ſanctiſſimus. Iob. 35.
Verè Deus non condemnat fruſtra,
nec omnipotens ſubuertit iudicium.
Alius modus, qui mihi magis placet,
eſt, vt hæc verba non ſint Pauli refle-
ctentis vel retorquentis argumentum
in hominem, ſed hominis replicantis
contra Pauli reſponſionem. Dixit Pau
lus horrentis voce. *Abſit*, vt Deus ſit
iniquus. Ecce replica. *Alioquin*, ſi nõ
eſt iniquus. *Quomodo*, qua ratione *iudi-
cabit*, vindicando & puniendo *Mun-
dum?* peccatores, qui mundi nomine
in ſacris literis appellantur? Mundus Ioan. 15.
vos odit, quia me prius odio habuit.
Omne quod eſt in mundo, aut eſt con- 1. Ioan. 2.
cupiſcentia carnis, aut concupiſcen-
tia oculorum, aut ſuperbia uitæ. Non Ioan. 7.
poteſt mundus odiſſe uos, me autem
odit, quia teſtimonium perhibeo,
quod opera eius mala ſunt. Vnde
Chriſtus Ieſus, omnes illius aſſeclas
non modo presbyteros, monachos, re-
ligioſos, omnes Chriſtianos, noluit ſpi
ritales eſſe & dici, neminem munda-
num. Elegi vos de mundo. Quam- Ioan. 15.
uis nunc (proh dolor) omnes mun-
daniſſimi ſint, & qui ſpiritales dicun-
tur, omnibus mundanis mũdaniores.
Nulla ratione ergo uidetur, quod mun
dus puniri debeat, ſi non eſt iniquus
Deus: inquit homo, probatur. *Si enim ue
ritas Dei, in meo mendacio abundauit in glo
riam ipſius, quid ad huc & ego tanquam pec
cator iudicor?* Et eſt idē argumētũ quod
primum fiebat: at illud erat ab iniuſti-
tia, hoc à mendacio. Duo enim ſupra
dicta fuerant ex Dauide. Omnis homo
mendax, Deus autem verax. Et tibi ſoli
peccaui, & malum coram te feci, vt iu-
ſtificeris in ſermonibus tuis. Primũ ar-
gumentum huic ſecundę ſententiæ Da
uidis, de iniuſtitia hominum, & iuſti-
tia Dei innitebatur: hoc innititur pri-
mæ, de nr̃o mendacio, & ueritate diui-
na. Eadem tñ eſt uis vtriuſq;: propterea
integranda eſt vna ratio ex ambobus.

Veritas Dei noſtris mendacijs creſcit, iniuſtitiæ nr̃æ comparata diuina iuſtitia, magis,magiſq; apparet. Vt quid ergo in mendaces deſeuiet Deus, atq; in improbos, poſtquã ipſum nr̃a peccata glorificant? Non modo non ſunt puniẽdi peccatores, qui Deo contumeliam irrogare videntur, ſed remunerandi, qm̃ noſtris iniurijs glorioſior euadit. Hoc exigit diuina iuſtitia. Vnde & terreni principes, quæ in eorum gloriam fiunt, magnis & multis præmijs proſequuntur. Qua æquitate ergo. O Paule, in iudicio illo horrẽdo quod toties inſonãs in auribus puniemur? *Et non* potius nos ſecute *faciamus mala*, mendacia, iniuſtitias, *vt veniant bona*, vt gratijs & fauoribus Dei pro iuſtitia remuneremur: quippe qui debet noſtra facinora coronare, cum ex eis gloria ipſius fiat anguſtior & manifeſtior toti orbi. Et iõ quanto maior & plura mala fecerim⁹, maiora pluraq; bona ab illo pro cuius laude peccauimus, recipiem⁹. (*Sicut blaſphemamur*, & pro ideſt, *Sicut aiunt quidam nos debere*) Hoc eſt verbum Pauli per parentheſim poſitum, ante illud faciamus mala, vt veniant bona immediate. Iſtud enim eſt quod imponebat Apoſtolis, maximè aũt Paulo, vt dicerẽt, facienda eſſe mala, vt venirent bona. Et id eſt de quo conqueritur Apoſtolus, dicitq; ſe ſe blaſphemari, callumnia & iniuria magna affici, cum illi adſcribitur tam turpe facinus, vt prædicet, peccandum eſſe, vt gratia Dei abundet. Ecce, ecce hæreticorum nr̃i temporis præceptores, qui Paulo ipſo adhuc viuẽte, prædicationes atque Epiſtolas paulinas deprauabant. Habetis teſtimonium Petri: habetis nunc & querelam Pauli. *Sicut*(inquit) *Blaſphemamur*. Mos fuit ſemper hęreticorũ torquere ſcripturas, pro fanare euangelium, Paulum corrumpere. *Blaſphemamur*. inquit Apoſtolus, callumniam patimur ab his pſeudo apoſtolis, qui ſermones noſtros adeò torquent, vt dicere audeãt, nos peccata fouere. Quamuis enim ipſe dixerit. Vbi abundauit delictum, ſuperabundauit, & gratia: non illo tendit uerbum iſtud, vt accipere poſſint peccatores anſam qua dicant Paulum velle nos ad peccata accendere, vt ampliores gratias obtineamus: Quamquã pleriq; ad hunc ſenſum maligno animo pia illius verba detorquerent. Et ſequitur conclud̃edo Apoſtolus de his, qui ſua verba perperam ſunt interpretari ad animarum perditionem. *Quorum damnatio iuxta eſt.* O Pauli peruerſores. Audite Paulum. Eſt qui accuſat vos Paulus, in quo uos ſperatis. Vr̃a (inquit) dãnatio iuſta eſt. Qm̃ Epiſtolas & ſermones meos, aliò torquetis, quàm tendant. Neq; .n. dicere uolui, Vbi abundauit delictum, ſupabundauit & gratia, igitur peccemus, augeamus ſcelera, permaneamus ĩ peccato, vt gratia abũdet. Abſit hoc ab omnium fidelium mente, ſed illud potius meo uerſabatur in animo, ergo cõtinẽter Deo agamus gratias, quippe, quia cum omne hominum genus grauiſſimo illo & læthali morbo radicis vitiatę laboraret, qui non niſi medici cæleſtis ope ſanari poterat, ipſe nr̃is infirmitatibus miſeratus, vt nobis mederetur ſe ſe demiſit ad terras. O ingẽtem miſericordiam. O maximũ Dei fauorẽ. Nõ poterat tanta peccatorũ rubigo cõſumi, niſi tã magno igne ardẽtiſſimæ charitatis & mïæ dei, vt filius ſuus pro nobis homo fieret, qui merè gratis nos liberaret, ſe ſe pro omnibus, citra oĩum merita deo patri offerẽs hoſtiã in ara crucis, gratis venũdati fuimus, & gratis ſine argento redẽpti ſumus, iuxta Prophetã. Propter ſcelus.n. populi ſui, percuſſit filiũ ſuum dñs ops, & filio ſuo non pepercit, ſed pro nobis omnib⁹ tradidit illũ. Quis ergo hinc niſi ingratiſſimus diuinæ gratię dicere audeat, permaneamus in peccatis, vt gratia Dei abundet? Abundauit, abundauit iam, & ſuperabundauit cum abundaret delictum, quoniam maius eſt Chriſti donum q̃ fuerit Adæ delictum. Oportuit enim Chriſtum Deo placere magis, & reuera placuit, quàm diſplicuerat Adã ille terrenus, qui erat forma vẽturi. Abijciẽda ergo ſunt peccata oĩa, bonis operibus eſt contendẽdũ, vt Deo placeamus, ne, tantæ gratiæ de cætero ſimus ingrati. Non dixi vnquam ego Paulus, omnem hominum gratiã haberi citra diſpoſitionem poſt peccata. Abſit.

Marginalia: Rom. 5. — Luc. 5. — Rom. 5. — Eſa. 51. — Eſa. 53. — Rom. 8. — Rom. 5.

Abſit, ne ſomniaui quidem: at gratiam
illam ſummam Incarnationis verbi dei,
omnem orbem citra omne meritum
peruaſiſſe. Contendi ſemper, tum con
tra Iudæos, tum cōtra Gentes. Vt quid
ſi meritis detraho, collatis ad illam gra-
tiam, quam totus orbis certe promęreri
non potuit; me abſolute negare meri-
ta, vnicè gratiam extollere, quaſi abun-
det vbi delicta abundant, nec parare
nos oporteat ad illam, quo ſermone
torpere cōguntur vniuerſi, tam impiè
prædicatis? O impoſtores. O harpię ſcri
pturarum. O lucifugæ. O fontes ſine
aqua. O nebulę turbinibus exagitatę,
quibus caligo tenebrarum reſeruatur,
2. Pet. 2. vt inquit chariſſimus frater meus Pe-
trus. Qui abundantes in vaniloquio,
pellicitis in deſiderijs luxuriæ idiotas
& carnales, qui paululum effugere in-
cipiunt ab orbita ſanctæ matris Eccle-
ſiæ, illisq; libertatem promittitis, cum
& ipſi ſerui ſitis omnis iniquitatis &
Ibidem. corruptionis. A quo enim quis ſupera-
tus eſt, illius & ſeruus eſt. Habetis apo-
ſtolicum ſenſum, & quæſtiones iam pa-
tent, in litera longè, quàm in ſenſu dif-
ficiliores. Litera enim inuoluta eſt, &
obſcura propter diuerſarum partium
verba, quæ ponuntur ſimul non diſtin
cta. Petuntur ergo in ſumma tria. Pri-
mum. Quomodo peccatis, homines dei
gloriam adaugeant. Secundum. Num
ideo Deus peccantes indignè afficiat
ſupplicijs. Tertium. Nunquid ſint faciē
da mala, vt veniant bona. Adeò autem
indignum eſt Chriſtiano viro hęc in du
bium reuocare, vt Apoſtolus reſpōſio-
nem illis afferre fuerit dedignatus. Nā-
que & omnes piæ aures horrere debēt
dicentem, noſtris flagitijs, nos glorifi-
care Deum, quo ad primum. Deum ini-
què punire, & vindicare peccātes, quo
ad ſecundum. Facienda eſſe mala, vt ve-
niant bona, quo ad tertiū. Et ſi quis hęc
dixerit, vel horum aliquid, ſecundū ho
minem loquitur, non ſecundum Deū.
Omnis autem homo ex ſe mendax, vt
dictum eſt: Quoniam tamen veritas
maximè eluceſcit ex dubitationum ſo-
lutione, non erit inutile circa hæc du-
bitare.

Primum itaque dubium eſt. Quoniā
Abraham ille ſanctiſſimus, cum prope
eſſet, vt ingrederetur Ægyptum, dixit
Sarai vxori ſuæ. Noui quod pulchra ſis *Gen. 12.*
mulier, & cū viderint te ægyptij dictu-
ri ſunt, vxor illius eſt, & interficiēt me,
& te reſeruabunt. Dic ergo obſecro, qđ
ſoror mea ſis, vt bene ſit mihi propter
te, & viuat anima mea ob gratiam tui.
Iacob quoque mentitus eſt patri ſuo cę
cutienti, dicēs ſe eſſe Eſau, ad quod mē- *Gen. 27.*
dacium etiam cōpulſus eſt, vt ita dicā,
à ſanctiſſima illa Rebecca, quæ non ſi-
ne numine diuum ait illi. Perge fili, & ſi
maledixerit tibi, ſuper me ſit iſta male-
dictio. Iudith etiam commendatur, quę
tamen Holoferni mentita eſt, vt poſſet *Iudith. 10*
liberare populum illum, cuius ſalutem
tam anxiò animo ſitiebat: neq; enim
potuiſſet illū interficere, niſi eū menda
cio decepiſſet. Licet igitur facere ma-
la, vt veniant bona. Mendaciū enim
ſuapte natura malum eſſe, nemo neſcit
ex hjs, quę ſupra dicta ſunt. At bona in-
tentione ſanctos iſtos & ſanctas, menti
tas eſſe referunt ſcripturæ ſacræ. Cui
quæſtioni, & videtur fidem aſtruere di
ctum illud Chriſti Ieſu. Si oculus tuus
ſimplex fuerit, totum corpus lucidum *Luc. 11.*
erit. ideſt, ſi tua intentio recta fuerit, o-
perationes vniuerſæ bonæ erunt.

Secundum dubium eſt, de iuſtitia &
ęquitate Dei iudicantis, vlciſcentisque
improbos. Inquit enim Apoſtolus, Cō- *Gal. 3.*
cluſit Deus omnia ſub peccato, vt om-
nium miſereatur, ergo indignè peccan
tes flagellat & percutit. Item, plus exi-
git in pęna, quàm commiſſum ſit in cul
pa. Scribitur enim in Apocalypſi. Du- *Apoc. 18.*
plicate ei duplicia, ſecundum opera *Eſa 40.*
eius. Et in Eſaia. Suſcepit de manu dn̄i
duplicia, p omnibus peccatis ſuis. Hoc *Deut 25.*
autem eſt contra æquitatem, qua præci
pitur. Secundum menſuram delicti, e- *Eſa. 27.*
rit & plagarum modus. Et in menſura
contra mēſuram cum adiecta fuerit, iu-
dicabit eam. Et quantum glorificauit *Apoc. 18.*
ſe, & in delitijs fuit, tm̄ date illi tormen
tum & luctum. Adhuc, Peccatum bla *Leuit. 24.*
ſphemiæ puniebatur in teſtamento ve-
teri ſimplici lapidatione: Peccatū vero
ſchiſmatis tam formidabili inconſueta-
que morte mulctatum eſt: Aperta eſt. n. *Pſal 105.*
terra, & deglutiuit Datham & Abiron.

Longe

Longe tamen illud quo Deus in ſeipſo grauius eſt iſto delicto, quo ī proximis duntaxat, offenditur.

Rom. 9. Tertium dubium eſt. Quoniã dixit Deus Pharaoni. In hoc ipſum excitaui te, vt oſtendam in te virtutem meam, & vt annuncietur nomen meum in vniuerſa terra. Ex peccato ergo Pharaonis, euaſit diuina iuſtitia illuſtrior, cum ſuperbè illum reluctantem diuinis iuſſionibus, nolẽtemq; acquieſcere Deo, tantis plagis demum, & tam horrenda morte mulctauit, vt toti orbi poſſit eſſe Prou. 19. exemplum, iuxta illud. Peſtilente flagellato, ſtultus ſapiẽtior erit. Et illud aliud. Dediſti metuentibus te ſignificationẽ, Pſ. 59. vt fugiant à facie arcus, vt liberentur di Iob. 19. lecti tui. Quoniam vltor iniquitatum gladius eſt. Hac etiam ratione videtur ex peccato Ade, diuina miſericordia clarius effulſiſſe toti orbi, cum Deus omnipotens tradidit filium, vt ſeruum redi- Ioan. 9. meret. Hinc cæcum natura illuminatu Ioan. 11. rus Ieſus, Lazarum quoque quatriduanum ſuſcitaturus, in myſterio & figura humani generis reparandi. Hæc (inqt) cõtigerunt, huic cæcitas, illi infirmitas, vt per eos filius Dei glorificetur. *Nunc* ergo rem aperiamus. Ita enim fiet, vt facilè argumenta vniuerſa diluantur.

In primis itaque, quomodo poſſum' aſſerere, vt mentiri liceat, vel peccatum aliud quodpiam patrare, vt inde bonũ aliquod eueniat, cum peccatum omne ſuapte natura malum ſit? Eſt autem mali conſultoris per mala media ad bonũ finem deuenire, ſicut docetur in Ethicis. Nequaquã ergo eſt peccandum, vt inde bonum eueniat peccanti, vel alteri. Quis enim neſciat, vitanda eſſe mala Eccl. 27. conſilia, cum ſcriptum ſit. Facienti nequiſſimum conſilium, ſuper ipſum deuoluetur? Amplius. Malum nulla ratione eligibile eſt, quoniã bonũ eſt, quod omnia appetunt. Arguatur ergo. Peccatum non eſt eligibile vel appetibile, ergo neque per ſe, neq; propter aliud, poteſt recte appeti, quæ nec fieri: Neque enim rectè fit, quod rectè non appetitur. Fortius. Bonum contigit fieri vno modo tantum, vt dicit ſummus ille Philoſophus in Moralibus ſuis. Malum vero omnifariam. Omnifariam enim cõtingit declinare a ſcopo ſagittarium, at non niſi vno modo tangere ſcopum. Bonum itaque eſt ex integra cauſa, malum ex vno quolibet defectu naſcitur. Quomodo ergo ſufficit recta intentio, ſi opus ex genere malum eſt, vt illud bene fiat? Poſtremo. Charitas eſt finis le- Rom. 13. gis iuxta Paulum, adeò vt ex charitate teneamur agere quæ agimus, vel ſaltẽ nihil contra charitatem. Quomodo ergo poſſumus agere citra culpam, aliqđ inordinatum bona intentione, cum illud ex quo inordinatum eſt, ſit contra charitatem? Charitas enim ordinata eſt, dicente ſponſo ſuo. Ordinauit in Cant. 2. me charitatem, in Canticis Canticorũ. Quæ autem contra charitatem ſunt, nequaquam licent. Peccatum uero quodlibet, eſt actus inordinatus: Nulla ergo ratione peccare licet. Sed nunquid ad euitandum vnum peccatum maius, nõ licet patrare aliud minus? Dico quod non. Bonum eſt vitare peccatum maius: at non ne maius bonum eſt euenire bonum ſimpliciter, quàm vitare malum? Peccatum vero minus, malũ eſt, ſi ergo non ſunt facienda mala vt eueniant bona, multo minus faciẽda ſunt, vt peiora vitentur. O quot ſunt, qui peierarunt in iudicio, quo aliquibus vitam ſeruarent? Non ſunt, non ſunt facienda mala, vt veniant bona. Intelligite, & abſcedat communis error. Etiam propter homicidium vitandum, nõ eſt mentiendum. Quod dicitur in Prouerbio, De duobus malis, minus malũ eſt eligendum. Falſum eſt, impium, & abſurdiſſimum. In corporalibus damnis vtique eſt verum: quo maius euitare valeamus, minus eligim'. Si de optio, vel te interficiam, vel da mihi mille aureos, ſecundum eligendum eſt, vt quod homo committat aliquod peccatum, quamuis minimum propter aliud vitãdum: id nunquam fuit, nec eſt licitum.

Sed hic ſunt tres difficultates. Prima. Quoniam Loth ille ſanctiſſimus, ingredientibus, ad eum Angelis, cum peſſi- Gen. 19. mi illi Sodomæ vim facerent, vt eos cognoſcerent, dixit. Nolite, nolite hoc malum facere: Habeo duas filias, quę nondum cognouerunt virum, educam eas ad vos, & abutimini eis ſicut placuerit,

dummodo viris iſtis nihil mali faciatis,
quia ingreſſi ſunt ſub vmbra culminis
mei. Obtulit ergo filias ſuas in deflora-
tionem, vt hoſpites ſeruaret, qm̄ de iu-
re naturæ eſt hoſpitum conſeruatio. In
Iud. 19. libro etiam Iudicum legimus ſenem il-
lum viris Belial, qui contra naturā in iu
uenem peccare volebant, obtuliſſe fi-
liam virginem, vt libidinē ſuā comple-
rent, abſtinerentq; à ſcelere tantæ tur-
pitudinis. Secundo. Eccleſia licitè per-
mittit meretrices in ciuitatibus, ne om
nia libidinibus turbent, vt dicit Augu-
Deut. 24. ſtinus. Tertio. Moſes licere dixit, libel
lū repudij ad duritiā cordis Iudęorum,
vt ſcilicet vxoricidia prohiberet. Quid
ad hæc?

Ad Primū, dico quod omnino Loth
peccauit. Nō enim potuit offerre filias
ſuas modo illo præfato, quin conſenti-
ret aliqualiter earum deflorationi, quę
ex genere erat peccatum mortale. Excu
ſatur tn̄ aliqualiter à tanto ſcilicet, non
à toto, ob maximam mentis perturba-
tionem quā incurrerat, videns tāto im-
petu domui ſuæ & hoſpitibus violen
tiā inferri. Perturbatus itaq; admodū,
ad illa uerba deuenit. Et quid mirū ſi
dicam Loth peccaſſe, cum & legatur il-
lū ſaturū, & vino madidū duas filias co
Gen. 19. gnouiſſe? Si. n. de prima excuſari poſſit,
certè de ſecunda excuſari nō p̄t. Quod
ergo dr̄ de conſeruatione hoſpitum, qđ
eſt de iure naturę. Concedo. Et quilibet
tenetur tueri hoſpites quantum poteſt,
ſed per modos qui liceāt: nullus tn̄ pec-
care debet pro eis conſeruandis, quo-
niā hoc eſt contra ordinem charitatis.
Quod dr̄ de Eccleſia, facilè diluit. Non
enim alio modo permittit meretrices,
niſi quia nō punit. Non pōt aūt oīa pu-
nire, ſed relinquit pleraq; diuino iudi-
cio puniēda. Non ergo Eccleſia credit,
qđ liceat pellicatus, ſed tm̄ diſſimulat
modo dicto. De Moſe, & de repudio,
multis modis poſſet dici, ſed iſte mihi
placet admodū, vt dicat. Repudiū nūq̄
licuiſſe, ēt in lege veteri: quod optime
oſtendit, ſi communē vſum patrū attē-
damus, qui boni habiti ſunt. Cōſuetu-
do. n. eſt optima legū interpres, cōſue-
tudo inq̄, nō corruptela, vſus nō abu-
ſus. Nullus. n. eorū repudiauit vxores,
niſi ſup hoc habuerint ſpāle dei māda-
tū, qui matrimoniū ſolus p̄t facere atq;
diſſoluere vt illi placet. Quod dico pp, *Gal* 4.
Abraamū, qui Deo iubēte emiſit Agar.
Quantū ad thorū, vtiq; licebat repudia
re cauſa fornicationis, ſed quātū ad vin
culū minimè, quia ſcriptum eſt. Quos *Matt.* 19.
Deus cōiunxit, homo nō ſeparet. Et eſt
rō Chr̄i hæc in Euāgelio Matthæi. Moy
ſes ergo tm̄ permiſit, ſicut & permiſit v-
ſuram alienigenis, cum tn̄ omnis vſura
ēt Gentili licita non ſit, ſicut dr̄ in libro
Malloth, qui eſt authenticus apud He-
bręos, & hoc iō, quia oīs vſura eſt cōtra
naturam, vt oſtendit quinto Ethicorū,
pręcisè aūt permittebat ſicut fornica-
tio cum pellice ab eccleſia, propter vitā
da adulteria: Non tanq̄ liceret, ſed tanq̄
minus illicitum eſſet. Hęc aūt pmiſſio
à pc̄tō non excuſat. Nam omnia q̄ per-
mittunt, mala ſunt, quæ. n. bona, conce
dunt vel conſuluntur, non permittunt.
Stat ergo concluſio. Nequaq̄ bonā intē-
tionem excuſare à peccato, vt omnino
blaſphemia ſit, ſicut inquit Apoſtolus
dicere, Faciamus mala, vt veniāt bona.

Quod dicit Chr̄s de ītētione ſub me
thaphora oculi, huc tendit, modo opus
non ſit ex gn̄e malū. Si affuerit intentio
recta & ſimplex, nullas habēs plicas du
plicitatis: neq; enim poteſt homo duo- *Matt.* 6.
bus dominis ſeruire, Deo & māmonæ,
totū ritè agetur, cum merito: at quam-
uis opus ex genere bonum fuerit, vt
erogare pauperibus, ſi non adſit inten-
tio ſimplex, dirigens te ad Dei amorem
tantum, incaſſum agentur. Qui enim *Matt.* 6.
terrenam inde ſpectat gloriolam, vt
phariſei, qui tuba canunt, de quibus ibi
ſermo habitus eſt, etiam ſi ad Deum
partim anhelet, is fruſtra agit. Zelotes
nanq; Deus noſter eſt, neq; vult aliud
quippiam intendi in noſtris actioni-
bus, quàm ipſum tantum. Vnde & cla
mat. Gloriam meam alteri non dabo. *Eſa.* 42.
Actus itaque ex genere bonos, perficit
bona intentio: medios vel indifferen-
tes, excuſat: malos vero nequaquam.

Quo ad ſecundum. Sapientis eſt or-
dinare. Deus eſt ſapientiſſimus, ordini
itaque ſuæ ſapientiæ, & prouidentiæ
ſubduntur omnia, non modo natura-
lia, ſed etiam humanæ operationes.

Res

Res autem naturales cũ à debito & naturali ordine recedunt, corrumpũtur. Oportet itaque, quod & homo cum voluntarie tranſgreditur ordinem diuinæ legis, puniatur ab ipſo. Vnde qa homo tribus ordinibus ſubijcitur, ordini propriæ rationis, ordini ſuperio- Rom.13. ris poteſtatis. Omnis enim anima ſublimioribus poteſtatibus ſubdita eſt) ordidini quoq; diuinæ legis: nõ eſt ſatis hominem puniri cum peccat conſcientiæ remorſu. id enim meret, qm̃ à rationis ordine deficit. Nõ item ſatis eſt, torqueri à iudice, reus eſt humani ſupplicij: 1.Pet.2. Quoniam qui gladium non ſine cauſa portat, male faciens non timuit: ſed adhuc oportet eum mulctari à Deo, qui eſt princeps omnis ordinis, & primus iura dicens in omnibus cauſis, cuius iuſſa violauit. Et hoc eſt, quod ratũ vocemus, à quo & rei dicimur: obligatio Exo.32. ſcilicet ad pęnam, de qua in Exodo. Percuſſit eos propter reatum vituli: Hic autem reatus manet etiam poſt peccatũ, ergo poſt peccatũ iuſtum eſt nos à Deo vindicari. Puniri vel pęna non eſt malum, vt magnus ille Dionyſius dicebat quarto de diuinis nominibus, ſed eſſe dignum pęna, illud ergo à Deo eſt. Ego Esa.45. dominus faciens pacem, & creans malum, ideſt uindictam, vel pęnam. Hoc aũt noſtra culpa nobis contingit. Am- Esa.50. bulate in flammis, quas ipſi vobis ſuccendiſtis, ideſt quibus vos ipſos dignos effeciſtis.

Quo ad tertium. Si peccatũ nihil eſt, niſi auerti à Deo, conuertiq; ad creaturã, non uideo quõ nr̃a peccata Deo parere poſſint gloriã. Cũ peccamus, nos ipſos Deo anteponimus, nr̃amq; voluntatẽ diuinæ voluntati, neq;.n aliter peccari põt, ergo pc̃tã imminuunt Dei gloriã quantum eſt ex ſua ipſorũ rõne. Tm̃ abeſt, vt extollant, vel cõmendent. Et vt dicam de Pharaone. Nonne Pharao adeò indurauit, vt impudenter diceret. Exo.5. Dñm neſcio, & Iſrael nõ dimittã? Quo itaq; pacto fingi poteſt, vt Pharao diuinam gloriam exulerit, qui pro virili adnitebatur Dei nomen peſſum iri?

Ad ea modo quæ obijciebãtur. Reſpondendũ eſt. Primum ergo ad illud de Abraamo, dicat, uoluiſſe ueritatẽ celari, nõ vt mendacium dici: põt ueritas aliqua celari abſq; peccato interdũ. Nõ item aliquod mendaciũ dici. Non.n. dixit. Dic quod non ſis vxor mea. Id.n. ſi dixiſſet, mentita eſſet. Sed dic, qd ſoror mea ſis. Verè aũt ſoror erat, ipſo dicẽte Gen.20. deĩde. Verè ſoror mea, es filia pr̃is mei, non matris meę. Quia ſcilicet ex parte patris illi attinebat. Omnes.n. homines & mulieres eiuſdem cognationis propinquæ, dicuntur in ſacris lr̃is vſitatiſſimo more fratres & ſorores. Vnde & le- Gen.13. gimus eũdẽ Abraamũ appellaſſe Loth fratrẽ, cum tñ eſſet nepos, non frater. Erat itaq; ſoror Sarai & vxor: & Abraã tm̃ rogauit, vt taceret coniugium, quo ille non interficeretur. Iacob aũt diuino Gen.27. afflatus ſpũ, myſterio non dolo, dixit ſe eſſe Eſau, qm̃ primogenitura Eſau illi iã de iure diuino debebatur, & translata erat ad ipſum, vnde poterat illius nomine appellari citra omne mendaciũ: qm̃ ſua dignitate & proprietate potiturus erat, & coram Deo iam meritò potiebatur. Iudith uero non laudatur, quia Iudith.10 mentita ſit, ſed propter ingentem charitatis affectum, quo tanto periculo, tã magna animoſitate ſe expoſuit.

Ad ea q̃ dicebant contra diuina iuſtitiã. Rñdeo. In primis. Dictũ illd Apoſtoli intelligẽdũ eſt hoc pacto. Cõcluſit Gal.3. Deus oĩa ſub pcõ: Oẽs ſtatus, oẽs leges, oĩa tẽpora, vt oĩum miſereat. Iudęorũ, ſcilicet & Gentiũ, non Iudęorũ tm̃, non Gentiũ tm̃, ſed oium populorũ. Verum non oĩum Iudęorũ, neq; oĩum Gẽtiliũ. Oĩbus ergo miam impendit Deus, ſed nõ ſingulis. Iuſtũ.n. eſt & aliquos mulctari, vt oſtẽſum eſt. Qd dicebat duplicari tormẽta, nõ dẽt intelligi ſm exceſſũ pęnę ad culpam, in duplo: cũ oſtenſum ſit Deũ punire citra cõdignũ, ſed intelligi dẽt, qd hõ qui peccat, dupliciter, in aĩa.ſ.& in corpore punietr: ſecũdũ qd totus hõ peccat, nõ aĩa ſolũ, nec corpꝰ ſolũ. Et hac rõne fiet gñale iudiciũ, vt totꝰ hõ ſit particeps pęnę, q fuit pticeps culpę. Si urgeas. Quia pęna excedit culpã, qm̃ ꝓ modica delectatione & momẽtanea torquẽdi ſunꝰ in ęternũ. Tibi rñsũ velim. Quamuis.n. culpa tpalis ſit actione, voluntate tñ æterna eſt, Iuxta illud Iobi. Æſtimauit abiſſũ quaſi ſeneſcẽtẽ. Iob.41.

Voluiſ-

Voluiſſent enim impij ſine fine viue-
re, vt potuiſſent ſine fine peccare. Ad
ſummam ergo iudicantis iuſtitiam per-
tinet, vt nunquam careant ſupplicio, q̃
nunquam voluerunt carere peccato.
Deut 23. Vltimum vero diſſoluitur, quoniam in
futuro iudicio, ſecundum menſuram
delicti, erit plagarum modus. At in hac
vita nō ſemper, ſicut ſupra dicebamus.
cap. 2. Huius autem rationem accipe.
Pœnæ huius ſeculi, medicinæ ſunt ma-
gis, quàm pęnæ, quandoque autē mor-
bo minori adhibetur medicina fortior
quàm maiori, ſi grauius inde periculū
immineat. Quid autem pernicioſius
ſchiſmate, quo omnis hominū pax au
fertur, perturbanturque vniuerſę ſocie
tates. Iure ergo grauius fuere punien-
di qui ſchiſma illud concitarunt, quàm
blaſphemi. At durius in alio ſæculo
blaſphemi punientur, quam quicun-
que alij.
Rom. 9. Illud poſtremo quod obijcit de Pha-
raone, cuius peccato diuina gloria vi-
detur eſſe anguſtior facta. Neotericos
iſtos Aquilonis theologos, bone Deus,
quàm oblectat, quàm mouet, quàm ge-
ſtire facit. Operatur Deus (inquiunt) in
nobis non modo uirtutes, ſed peccata.
Prou. 16. Scriptum eſt enim. Vniuerſa propter ſe
metipſum operatus eſt dominus, etiā
malum in diem mali: q̄m & ex pecca-
tis gloria diuina manifeſtatur: ſicuti pa
tet ex teſtimonio Pauli de Pharaone,
Exo. 9. quod deſumitur ex Exodo. In iſto ita-
que operatur virtutes, in illo peccata ꝓ
beneplacito ſuę voluntatis, quoniā hac
via oſtendit Deus diuitias gloriæ ſuæ,
eligens aliquos in vaſa iræ, aliquos ī va
Pſ. 15. ſa miſericordiæ. Mirum profectò, mi-
rum. Scriptum eſt enim, Bonorū nr̃orū
non indiget domin⁹, multo minus er-
go malorum. Vnde hinc perbellè iſti re
Iob. 13. felluntur ni fallor. Nam Deus non in-
diget nr̃o mendacio, noſtra culpa, nr̃a
perditione ad oſtendendam gloriam
ſuam, igitur impium eſt dicere, quod
velit nos peccare atque perire pro glo-
ria ſua. Dicamus ergo nos, peccatis im
minui diuinam gloriam per ſe, & pro-
pterea peccata non poſſunt eſſe à Deo,
niſi vt permittente, quoniam nihil eſt à
Deo poſitiua actione, niſi quod Dei glo
riam laudat per ſe. Laudant enim eum
omnia opera ſua. Sunt ergo à nobis
peccata: at Deus qui adeò bonus eſt, vt
nequaquam ſineret malum aliquod fie
ri in vniuerſo, niſi adeo potens eſſet, vt
de quolibet malo poſſet elicere bonum,
poſtquàm peccata iam patrata ſunt in
illius contumeliam, abutitur eis in glo-
riam ſuam: quomodo inſidijs fratrum
Ioſippi, quibus pernitiem illi moliebā-
tur, ipſe in illius exaltationē abuſus eſt,
eo dicente. Vos cogitaſtis de me malū, Gen. 50.
ſed Deus vertit illud in bonum. Ita &
iniquitate Iudæorum, qua tanta rabie
deſeuierunt in Chriſtum, abuſus eſt in
Chriſti triumphum, & in Iudæe exter-
minium. Ad Dei nanq; attinet boni-
tatem, vt nihil relinquat in rebus quod
ſit inordinatum. Vnde in naturalibus
experimento. & ſcientia uidemus, om-
nia mala à diuina prouidentia ordinari
ad aliquod bonum. Hæc enim ratio eſt
qua oſtenditur, omnia eſſe bona in uni
uerſo. Corruptio nanque aeris eſt gene
ratio ignis: occiſio ouis eſt, paſtus lupi.
Cum ergo actus noſtri diuinæ prouidē
tiæ limites non exeant, oportet noſtra
peccata ad aliquod bonum ordinari ab
ipſo Deo. Hoc autem conuenientiſſi-
mè fit, cum Deus peccantes caſtigat.
Ita enim ſub ordine iuſtitiæ, quæ ad æ-
qualitatem reducitur, comprehendun
tur ea quæ debitam menſuram exceſ-
ſerunt. Excedit enim homo cum pec
cat propriam voluntatem, diuinæ præ-
ferens uoluntati. Cum ergo peccator
contra voluntatem ſuam patitur, Deo
ipſum ſecundum ordinem ſuæ ſapien-
tiæ vlciſcēte, exceſſus ille tollitur, & ad
æqualitatem reducitur: quod maximè
in Pharaonem contigit. Qui q̄m exceſ-
ſerat peccandi modum, punitus eſt ēt
ſupra modum: magno tamen modo, vt
timor ſceleſtis omnibus incuteretur, &
diuina iuſtitia in omnem terrarum or-
bem innulgaretur, præter & contra
Pharaonis intentionem. Vnde audeo
dicere, quod ſi verum eſt, Deum pecca-
ta in nobis operari ad gloriam ſuam,
ſicut iſti theologi dicunt, ergo inſolubi-
lis eſt hic cauillus quem Paulus ſecun-
dū hominem propoſuit, videlicet. Ini-
quus eſt Deus qui infert iram; quoniā
ideo

ideo peccamus, quia Deus operatur in
nobis peccata ad gloriam ſuam oſten-
dendam. Nequaquam ergo ſecundum
æquitatem, puniri poſſunt qui delin-
quunt. Amplius. Vitari non poteſt
hic alius cauillus. Ergo facienda ſunt
mala, vt veniant bona. Deus enim ope
ratur in nobis peccata, vt glorificetur
in nobis. Tertio. Difficile eſt tutari Deũ
opera ſua coronare in me, & in illo ope
ra ſua caſtigare. Hoc paradoxon mul
tis paradoxis tutelaribus opus habet?
Cur enim ſi virtutes & peccata opera
ſunt Dei, hunc præmiat, illum punit?
In hoc certe punit opera ſua, in illo ope
ra ſua item p̃miat. Si hoc rationem ha-
bet, tu cogita. Nobis nulla eſt talis diffi
cultas, quoniam peccata dicimus eſſe
tantum noſtra opera, non Dei, vt pecca
ta. Et quamuis ad Dei gloriam faciant,
hoc tantum eſt per accidens, modo di-
cto. Quæ autem facit Deus, per ſe, ad
illius gloriam faciunt, & de numero
Gen. 1. eorum ſunt, de quibus dr̃. Vidit Deus
cuncta quæ fecerat, & erãt ualde bona.
Prou. 16. Illud vero. Vniuerſa propter ſemetip-
ſum operatus eſt dominus, etiam ma-
lum ad diem malum, quod adeò ma-
gnifaciunt, neminem moueat. Sic in-
telligitur, vt Diuus Hieronymus anno-
tauit. Molit enim ſapiens loco illo Deũ
non condidiſſe vllam naturam ex ſe
malam: ſed tamen ſic ſua ineffabili, mi
raque ſapientia omnia tẽperare, vt ma-
la quoque, quæ ab eo non ſunt, quaſi
eius eſſent opera, uertat in gloriã ſuam.
Nec enim luciferum condidit ipſe ma-
lum, de quo ibi loquitur, ſed ſua ſpon-
te malum effectum, reſeruat ęternis ſup
plicijs. Vnde in die iudicij, in eo, & p
eum maximè diuina vindicta manife-
ſtabitur. Quoniam & torquebitur ip-
ſe, alios quoque torquebit in igne. Non
eſt itaque verum, quod ab homine aſſu
mebatur, Iniuſtitiam noſtram diuinam
iuſtitiam commendare: ſed Deum ex
nr̃is iniuſtitijs occaſione accepta, ſuam
ipſius iuſtitiam declarare, atque etiam
miſericordiã. Itaq; nihil ſequitur eorũ,
quæ homo deducebat.

Ioan. 11. Quod dicebatur à Chriſto. Infirmi-
tas hæc non eſt ad mortem, ſed vt glori-
ficetur filius Dei per eam. Ex his quæ
aliàs annotauimus, dilucidum eſt. Te-
netur enim præpoſitio illa vt, cõſequu-
tiue, non finaliter. Dubio procul, ex no
ſtris miſerijs glorificatur Deus, at per
accidens, Deo illis abutente. Verum
ex ipſis per ſe nequaquam, ſed potius ex
noſtris felicitatibus tam animæ, quàm
corporis glorificatur, vt conſtat. Et ſic
patet mens Apoſtoli.

Sequitur. *Quid ergo? præcellimus eos? Nequaquam. Cauſati enim ſumus Iudæos & Græcos, omnes ſub peccato eſſe.* Longa di-
greſſione à propoſito, non extra propo
ſitum deuagatus eſt Apoſtolus, vt vidi-
ſtis. Propoſitum enim erat. Quid igi-
tur amplius eſt Iudæo? Nunc ad idem
reuertitur ob reſponſionem datam. Ita
enim reſponſum fuit, multum per om-
nem modum. Quid ergo inquiunt
nunc inflati Iudæi? Quid inquam dice-
bas Paule ſupra, nos Gentibus eſſe pa-
res? Quid ergo impudenter nobis com
parari volunt Athee Gẽtes? Quid ergo
laboras incaſſum, oſtendens nos nequa
quam præcellere Ethnicos, quos nobis
vnis electis repudiauit Deus? Ex ore
tuo te iudicamus. Quærebamus. Quid
amplius Iudęus habet? Reſpondiſti uel
inuitus: Multum per omnem modum. Rom. 5.
Nihil aliud uolumus. Recantaſti: ui-
ctas dediſti manꝰ. Multo maiora & plu-
ra, tibi ſunt collata Iudæe diuino mune-
re, quàm Gentibus. Hæc dixi, & dico.
At non inde ſequitur, quod omnino p̃-
cellas, quod ſis melior qđ præferri me-
rearis, quoniam diuinis gratijs ſemper
abuſus es. Propriæ actiones ſunt, qui-
bus melior, digniorque alter altero iu-
dicari debet. Neque enim honor, ſed
eſſe dignum honoribus, alios alijs effi-
cit ſuperiores. Quod plura tibi collata
ſint, lex, circuncíſio, oracula, iudicia,
ceremoniæ, nequaquam efficit, vt Eth-
nicum antecellas. Gratis enim tibi pri-
mum collata ſunt omnia diuino fauo-
re; nõ tua dignitate, vel merito. Tu de-
inde, cum diuino fauore ſuffultus, di-
gnum te efficere potuiſſes, indignum
te effeciſti. Quæ enim tibi Deus ſub fi-
dei commiſſo tradidit, minus ſeruaſti
omnia. Deum nanque ignominia &
dedecore affeciſti, qui honores tibi con
tulit ampliſſimos. Vnde ergo gloriari
potes.

potes quod ſis gentibus melior atq; ſuperior: Certè ſi præcellis, ingratitudine præcellis, Quia cum augentur dona, rationes etiam creſcunt donorum. At id non expreſſit Apoſtolus, ne acerbior videretur: ſed ait. Hoc eſt quod ſupra moliebamur, cum primo capite in Ethnicos, ſecundo in Iudæos inuecti oſtendimus & Iudæos & Græcos ſub peccato eſſe omnes. Quoniam Iudæos præuaricatio mandatorum, Gentes naturæ lex quam violarunt, indicat, & condemnat. Ita vt vterque ſit inexcuſabilis, & præputiatus, & circuncisus. Nullaque ſit ratio, vnde alterutra pars ſanctitate, meritisq; præcellat, vel Iudæorum, vel Græcorum. Hincq; apparet, quod toties dictum eſt ſupra, Græcorum nomine, Gentes omnes intelligi. Adducit autem Apoſtolus Dauidis, aliorumq; vatum veteris inſtrumenti verba, quibus non modo Gentes conuincit exorbitaſſe, ſed & Iudæos, ſicut ſcriptum eſt inquit. *Quia non eſt iuſtus quiſquam,*
Pſ.3. *non intelligens, non requirens Deum. omnes declinauerunt, ſimul inutiles facti ſunt, non eſt qui faciat bonum, non eſt vſque ad vnum. Sepulchrum patens eſt guttur eorum, linguis ſuis doloſe agebant venenum aſpidum ſub labijs eorum. Quorum os maledictione & amaritudine plenum eſt, veloces pedes eorum ad effundendum ſanguinem. Contritio & infelicitas in vijs eorum, & viam pacis non cognouerunt, non eſt timor Dei ante oculos eorum.*

Ne autem vaniloqui Iudæi, ad impudentem eorum effrenatamq; iactantiā, qua inſolenter efferri conſueuerant, ſe ſe conuerterent, dicentes, nihil ad eos hæc verba ſpectare, ſed ad Ethnicos tantum, qui Dei veri nullam rationem habuerant, ſed tanquam inſipientes dicebant in corde ſuo, Non eſt Deus. Quem-
Pſ.Ibidem admodum Pharao, Sennacherib, & Nabuchodonoſor. Hi enim cum Iudæos captiuaſſent, verbis & factis Deum Iſrael blaſphemabant, putabantq; illū non eſſe verum Deum, poſtquàm illos, qui eius populus erant, non adiuuarat. (Iſtud enim eſt quod Iudæorum magna pars ſomniauit, pſalmum illū Dauidis qui incipit. Dixit inſipiens in corde ſuo &c. enarrans.) Ne ergo ad hoc refugium conuertantur, arcet eorum linguam, ora compeſcit, aufertq; tumorē, ſubijciens. *Scimus autem*, vel nouimus autem. *Quod quæcunque lex loquitur, his qui ſub lege ſunt, loquitur, vt omnes os obſtruatur, & ſubditus fiat omnis mundus Deo.* Non uult autem his verbis ſignificare Apoſtolus, quod in lege non fiat interdum memoria de Gentibus, quæ non ſunt ſub lege, id enim falſum eſſet. Sed hoc molitur, quod omnis intentio legis principaliter eſt ad correctionē eorum, qui ſunt in lege, & propterea à communibus reprehenſionibus peccatorum maximè prolixijs & ſerijs, nō intendit eos eximere, quin potius illas ꝑ ipſis, & contra ipſos principaliter, licet etiam contra Gentes, exagerat. Non.n. alio myſterio videt repræhendere Gentes, niſi vt Iudæi, qui ſanctiſſimi eſſe deberent, ea caueant, quæ in Gentibus anomis & atheis adeo abhominanda eſſe prædicantur. Dauidem ergo arguere Gentes prædictis verbis, non negamus. Pharaonem. Nabuchodonoſor, & Sennacherib, ſed iſtud aſſeueramus, qđ prorſus Iudæos non excipit. Interdum excipit Pſaltes Gentes à Iudæis, vt pſalmo illo. Deus venerunt Gentes in hæ- Pſ.78.
reditatem tuam. Item. Notus in Iudæa Pſ.75
Deus. At vbicunque ſeiungit hos ab illis, diſtinctis & proprijs ſermonibꝰ vtitur. Hic in diſtinctè loquitur, ergo pro omnibus loquitur. Quod maximè ex eodem pſalmo, vnde maior pars horū verborum deſumpta eſt, conijci poteſt, vt Apoſtoli partes cōtra fœdiſſimos Iudæorum ſenſus tueamur. Ita enim habet. Dominus de cœlo proſpexit ſuper Pſ.13.
filios hominum, vt videat ſi eſt intelligens, aut requirens Deum. Ecce quā generaliter loquitur: ſuper filios hominum. Subdit autem ſtatim. Omnes declinauerūt, ſimul inutiles facti ſunt &c. Ad filios hominum itaque referatur oportet verbum illud. Omnes. Omnes ergo filios hominum aſſerit declinaſſe: non vtique Ethnicos tantum, ſed & Iudæos. Verum aduertatis, non ſingulos Iudæos. Eodem enim pſalmo dicitur à Dauide. Quoniam dominus in generatione iuſta eſt. Fatetur itaque Pſaltes, aliquos eſſe iuſtos: ſed id ſat eſt Apoſto-

lo,

ſo, nullum vnum populum fuiſſe iuſtum, nec Iudæum, nec Gentilem. Et ita diſtinctio quæ pſalmo illo innuitur, & ſignificatur iuſtorum & peccatorū, non poteſt intelligi, vt pro iuſtis Iudæi, vni accipiantur, pro impijs omnes Ethnici: quemadmodum ſuperbia Iudaica præſeferebat: quoniam & inter Iudæos plerique fuere impijſſimi, qui vero Deo neglecto, Idola coluerunt, dicentes in corde ſuo. Non eſt Deus. Nō videt nos. Dereliquit terram, & in cęlis habitat. Inter Gētes etiam, nonnulli fuere ueri Dei cultores & ſancti, vt ſupra oſtenſum eſt, ſed intelligēda eſt, quod in omni populo aliqui fuere iuſti, in quibus Deus per gratiam habitabat. Nullus tamen vnus populus iuſtus fuit, immo maior pars, & Iudæorum & Gentium fuit impijſſima, atque iniquiſſima. Vnde & pauci illi iuſti ab alijs vim patiebātur. Propter quod ſubditur. Nonne cognoſcent omnes, qui operantur iniquitatem, qui deuorant plebem meam ſicut eſcam panis? Non intelligens per plebem Dei omnes Iudęos, nec per eos qui deuorant, omnes Gentiles, ſed diſtingue, & deuorantes, & plebem Dei in Iudæos, & in Gentiles: vt intelligamus in omni populo fuiſſe reſahim, & Zadichim, vt hebręorum voce utar. Ita enim à veritate tracti, dixerunt veteres pſalmorum interpretes, pſalmum illū pro omnibus impijs omnium populorum editū eſſe, in libro qui dicitur Midras Tilim, qui magnę autoritatis eſt, apud Hebręorum ſinagogas.

Ibidem.

Ibidem.

Hic tamen opere prętiū eſt conſiderare, qm̄ dauidica illa verba. Oēs declinauerunt, ſimul inutiles facti ſunt, non eſt qui faciat bonū, non eſt vſq; ad unū, apertiſſimè declarant mentem Prophetæ eſſe, non modo nullum vnum populum egiſſe bonum, ſed nullum vnū hominem. Dictum quoq; illud. Non eſt iuſtus, ne vnus quidem, eandem ſententiam prætendere uidetur. Apoſtolo certè ſatis eſt, à Iudæorum populo tollere ſuperbiam illam, qua de ſanctitate ſibi vniuerſi blandiebantur. At prophetica hęc verba longè plus probare uidenturː propter quod pleriq;, cum difficultatem aliter euadere non poſſent, dixerunt, ea intelligenda eſſe de peccato originali. Omnes enim & ſingulos, culpa illa lætalis infecit, vno Chriſto Ieſu Dei & hominis filio excepto. At errant toto cęlo, longeq́ue diſtant à veritate. Adducit enim Apoſtolus hæc verba ad illa confirmanda, quæ primo & ſecūdo capite dicta ſunt contra Iudæos, & contra Gentes, vt patet. *Cauſati enim ſumus* (inquit) *& Iudæos & Græcos ſub peccato eſſe omnes. Sicut ſcriptum eſt, &c.* Sed nūquam hactenus loquutus eſt, niſi de peccatis actualibus Iudeorum & Gentium, vt apparuit. Quare hæc prophetica oracula, de actualibus peccatis intelligenda ſunt. Vel ab re à tanto Apoſtolo, & citra propoſitum adducta ſunt. Item. nihil hoc capite agitur de peccato originali, ſed infra capite quinto. Illic ergo fuerant adducenda hæc verba, nō hic. Mirum enim eſſet, quod extra intentionem ſuam, allegaret Prophetas de peccato originali loquentes tantus Apoſtolus. Admiſſo etiam, quod de peccato originali ſit ſermo propheticus intelligendus, difficultatem patimur propter immaculatam virginis deiparæ conceptionem, quam ſancta Chriſti Ieſu Eccleſia, ſolenniſſime celebrat, concinens. Tota pulchra es Maria, & macula originalis non eſt in te. Quomodo ergo ſtat, quod omnes & ſinguli declinarint, infectique fuerint? Omnino itaque de actualibus peccatis intelliguntur prophetarum uerba. Vnde Eſaias deplorabat admodum conformiter ad Dauidem peccaſſe omnes, neminemque iuſtum eſſe. Omnes nos quaſi oues errauimus, vnuſquiſque declinauit in viam ſuam, & facti ſumus immundi omnes nos, quaſi pannus menſtruatæ omnes iuſtitiæ noſtræ, & cecidimus quaſi folium vniuerſi, & iniquitates noſtræ abſtulerunt nos: non eſt, qui inuocet nomen tuum, qui conſurgat & teneat te. Micheas quoq;. Veh mihi, quia factus ſum ſicut qui colligit in autumno ramos uindemiæ, non eſt botrus ad comedendum. Perijt ſanctus, & rectus in hominibus non eſt. Qui optimus eſt in eis, eſt quaſi ſpina de ſepe. Dauid etiam alibi. Saluum me fac Domine, quoniam

Rom. 3.

Cant. 4.

Eſa. 53.

Mich. 7.

Pſ. 11.

quoniam defecit ſanctus. Et propterea redditur locus iſte difficilior, quia videtur, omnes & ſingulos actualiter peccaſſe. Vbi ergo ſanctificatio Ioannis Baptiſtæ, Hieremiæ, Mariæ Virginis? Si diceremus, omnes & ſingulos peccaſſe atq; cecidiſſe venialiter, fortè nulla eſſet difficultas. Scriptū eſt enim, Se-
Prou.24 pties in die cadit iuſtus. Hinc Dauid.
Pſal.142 Non intres in iudicium cum ſeruo tuo,
Prou.20. quia non iuſtificabitur in cōſpectu tuo omnis viuens. Quis nanque dicere poteſt uerè, prorſus mūdum eſt cor meū?
Iob.15. cum ſcriptum ſit. Stellæ non ſunt mū-
1.Ioan.1 dæ in conſpectu eius. Et ſi dixerimus, quia peccatum non habemus, ipſi nos ſeducimus, & veritas in nobis non eſt. At prophetica hæc ſentētia, quam ſumpſit Apoſtolus, & hee quas nuper nos ipſi adduximus, grauiſſima peccata recenſent, quibus vniuerſos abhominabiles factos eſſe teſtantur, nempe tāquam pollutiſſimos atq; perditiſſimos. Quid ergo dicendum eſt? Ad hiperbolas ni fallor recurrēdum eſt, quibus frequentiſſimè viuntur Prophetæ, atque etiam Apoſtoli. Et Chriſtus ipſe, adeò vt ſine hiperbolis pleraque loca ſcriptu-
Luc.14. ræ inextricabilia ſint omnino: Vt illud.
Eccl.7. Nemo eorum, qui uocati ſunt, guſtabit cœnam meam. Illud. Virum, de mille vnum reperi. Ex mulieribus autem
Ioan 6. vnam non inueni. Illud. Erūt omnes
Luc.3. docibiles Dei. Illud. Videbit omnis ca-
Eccl.1. ro ſalutare Dei. Illud. Stultorum infinitus eſt numerus. Senſus ergo eſt. Tam magna fuit impiorum multitudo, vt omnes pęnè, perfidi eſſe, ac ideo perijſſe putarentur. Pauciſſimi etenim erant, qui pietati incumberēt, ſi hoc conferas cum impijs, & iniquis. At niſi adſit hiperbola, quid excogitari poteſt pro declaratione huius loci? Hoc vnice reſtat, vt intelligātur hæc teſtimonia Prophetarum, non ſecundum id quod de facto fuit. Neque enim omnes tanta labes inquinauit: plurimi ſiquidem ab his flagitijs fuerunt immunes, ſed ſm illud quod de facto fuiſſet ſecundum ſtatum naturæ lapſæ, ſi in illo manſiſſēt, & non illos ſubleuaſſet omnipotens, gratia reparante, vel etiam præſeruante per Chriſtum, etiam cum nondū ve-

niſſet. Omnes nanq; & ſinguli, vt nec Ioannem Baptiſtam, nec Virginem θεοτόκον excipiamus, ſi ſibi ipſis relicti fuiſſent, & non eos excellens Chſi gratia præſeruaſſet, verè peccatores, iniuſti, atque abhominabiles fuiſſent coram Deo. Scribit enim Moſes. Nullus apud
te domine per ſe innocens eſt. Et ideo Exo.34.
titulus pſalmi magno myſterio hic eſt, in finem pſalmus Dauid. Notate. Notate. Titulus enim eſt verè Titan, qui omnem pſalmum illuminat, & apertum
iter oſtendit. Finis legis Chrs eſt, ad iu Rom.10.
ſtitiam omni credenti in hac uita, & ad coronam in alia. In Chriſtum ergo erigendi ſunt animi noſtri, cum pſalmum iſtum legimus, vel concinimus: intelligentes nos omnes ex nobis pollutiſſimos eſſe natura, ſed Chriſti gratia, qui finis eſt, perficiens & conſumans, eſſe iuſtificatos: atque demum ſi in eum crediderimus, ſaluandos. Dices. Non cōſonat admodū hęc interptatio vatibus.
Nam dicunt. *Omnes declinauerunt, ſimul inutiles facti ſunt. &c.* Non oēs decli- Pſ13.
nauiſſent, inutiles facti fuiſſent. &c. Niſi aliud obſtet, hoc nihil eſt. Deus enim cuius numine afflati loquuntur ſancti Dei homines, videt non ſolum quæ ſunt, ſed quæ omnino forent, niſi quouis modo impedirentur. Rectè ergo dicitur uidiſſe Propheta in ſpū, declinaſſe omnes, & cecidiſſe, quoniam reuera id omnibus contigiſſet, niſi externa ope adiuti & præſeruati fuiſſent. Canunt Prophetę & Apoſtoli Chriſtū, redimiſſe, iuſtificaſſeque, & illuminaſſe omnes, de facto tamen non ita eſt, pluribus impedimenta præſtantibus gratiæ ſuæ: ſed de facto ita fuiſſet & eſſet, niſi ſuis fauoribus reſiſteretur. Nonne hic eſt ſenſus Prophetarum, & Spiritus ſancti? Iſte certè. Meritò iuſtificati ſunt omnes, de facto non omnes. Cur ergo non pari ratione admitti debet iſte ſenſus. Omnes declinauerunt, non quod ita fuerit, ſed quod ita fuiſſet, niſi gratia diuina ſe ſe oppoſuiſſet pro aliquibus: ne id quod naturale erat, fieret etiam perſonale? Quod enim Eccleſia ſancta tenet de peccato originali in Virgine, illud ſcilicet naturam infeciſſe, non perſonam, id dicimus de peccatis actualibus,

bus, quæ mortalia vocant in pleriſque, quos diuina per Chriſtum opes, præſer uauit: vt qui gloriatur, nō in ſeipſo, ſed in domino glorietur. Hanc autē fuiſſe mentem Dauidis pſalmo illo hinc poteſt animaduerti. Cum enim dixiſſet.
Pſa. 13. Quoniam dominus in generatione iuſta eſt, ne iuſti illi ſibi de iuſtitia adblandirentur, quaſi ex ſe iuſti eſſent, ſubdidit poſt pauca. Quis dabit ex Sion ſalutare Iſrael? Si enim ex ſeipſos iuſti eſſēt, ex ſeipſis etiam ſalutē nanciſci poſſent. Nec quærendum eſſet. Quis dabit ex Sion ſalutare Iſrael? Oſtendit itaq; eos, non eſſe ex ſe iuſtos ſed ex illo iuſtos eſſe, ex quo ſaluandi ſunt. Quis eſt autem ille niſi Deus? Vnde ſequitur. Cū auerterit dominus captiuitatem plebis ſuæ. Non ergo primum eſt iuſta: & quia iuſta eſt plebs ſua, ſed primū eſt plebs ſua, electa in hæreditate, & deinde ab eo facta iuſta per fidem Chriſti Ieſu, quæ ex ſe fuiſſet iniuſta. Auertet ergo captiuitatem plebis ſuæ, generationis iuſtæ, cum veniet ad iudicium viuorū & mortuorum, regnumque iuſtorum. Tunc enim damnabit diabolum, qui Dei plebem inopia crudelitate perſequitur, & captiuare feſtinat, & tunc exultabit Iacob, & lætabitur Iſrael. Populus enim Dei, eſt Iacob in hac vita, id eſt ſupplantator vitiorum, in alia erit Iſrael, uidens Deum facie ad faciē, quando Deus erit omnia in omnibus. Idem ergo eſt Iacob & Iſrael, ſed primū Iacob, deinde Iſrael. Vnde non mæret eſſe Iſrael, qui Iacob eſſe renuerit. Habetis ergo altum & verum Prophetæ, atque Apoſtoli ſenſum. Populi omnes peccauerunt grauiſſimè: nam & ſapientia Gentes, & lege Iudæi, abuſi ſunt: Iudæorum autem & Gentium, pauci illi qui non peccauerunt, diuinæ gratiæ ſe ſe debere nouerint non naturæ, non legi. Hoc enim eſt quod Apoſtolus dicit. *Vt omne os*, Iudæorum & Gentium. *Obſtruatur*. Generaliter loquutus eſt, ne Iudæis eſſet acerbior, ſi dixiſſet, vt Iudæorum impudentia obſtruatur. Illud tamē omnino dicere voluit. Lingua enim eorum velut torrens violentus & rapidꝰ ferebatur ad exprobandas Gentes, & ſeipſos commendandos. Ex lege ergo conuincuntur & Iudęi, & Gentes de peccatis, inquit Paulus, vt nec Iudæorū aliquis dicere poſſit, neſciebam me ſub peccato eſſe. *Et ſubditus fiat omnis mundus Deo.* Fortè mundus pro homine accipitur, vt ibi. Mundus eum non cognouit. Vel mundus adiectiuè, vt omnis q mundus eſt, obnoxius ſit Deo. Agnoſcat ſcilicet omnis iuſtus ſe nequaquā ſibi ſufficere ad munditiam, vel ad ſalutem, ſed egere Dei ope. Vel mundus pro peccatore accipitur, vt ſupra. Quō iudicabit mundum? Vt omnis peccator ſit reus diuini iudicij, agnoſcatque ſi ſaluatur, pro Dei munere ſaluatur: qui ex ſeipſo non niſi ſupplicia primum mæritus fuerat. Hac enim via omnes homines humiliari diſcunt coram Deo. Ioan. 1. Rom. 2.

Examinanda modo ſunt verba Prophetica. *Non eſt iuſtus in terra, ne vnus quidem.* Prima pars huius ſententię eſt Salomonis. Non eſt (inquit) iuſtus in terra, qui faciat bonum, & non peccet. Eccl 7. Secundam partem: Ne unus quidem: Videtur mihi Paulum tanquam Salomonis interpretem æddidiſſe. Id enim non inuenitur in Salomone. Dauid tamen illud expræſſe dicere videtur, cum inquit. Non eſt qui faciat bonum, non Pſal 13. eſt vſque ad unum. Quo uero ad dictū Salomonis, non multum fauet Apoſtolo, qui non tantum probare intendit, quod nullus populus plenam iuſtitiam fuerit cōſequutus, ſed quod omnes grauiſſimis peccatis obuoluti fuere. Salomon enim tantum intendit, quod nemo eſt, tam iuſtus, qui quantumuis iuſtè viuat non aliquomodo peccet, id eſt deficiat à completa ratione boni atque iuſti. Propterea adiecit Apoſtolus alia verba Dauidis, quibus explicantur peccata grauiſſima omnium populorum, commiſſionis, ommiſſionis, oris, operis, cordis. Vnde incipit. *Non eſt intelligens, non eſt requirens Deum.* Hoc nō habetur expræſsè in pſalmo, ſed implicitè tantum. Ita enim habet Dominus de cęlo proſpexit ſuper filios hominum, vt Pſal. 13. videat ſi eſt intelligens, aut requirens Deum. Et ſequitur. Omnes declinauerunt, ſimul inutiles facti ſunt. Ergo ſenſus eſt. Quod non eſt intelligens, neq; requirens.

requirens Deum. Vidit enim Propheta ille (vt ſcopum intelligas pſalmi illius) peccatum illud grãde protoplaſti, cum ita dolens irrupit. Dixit inſipiens in corde ſuo, non eſt Deus. Adam nanq; fuit ille inſipiens, qui dum ſapientiſſimus fieri voluit, ſuggerente diabolo. Eritis ſicut dij ſcientes bonum & malum, inſipientiſſimus effectus eſt, æternam felicitatem tam vili pomo commutãs. Vnde & ipſe dixit, in corde iam inſipiens factus, ne contriſtaret delicias ſuas, nõ eſt Deus. Qui enim Deum mendacem fecit, ratus haudquaq̃ mori ſi etiam pomum illud comederet, vel guſtaret, cũ alioquin dixiſſet ei Deus. Quacunq; hora comederis ex eo, morietis. Peccator etiam quiſque eo ipſo quo peccat, Deũ negat in corde ſuo, dum exiſtimat Deũ non videre illum, aut non animaduerſurum aliquando in ſua facinora. Vidit inſuper Propheta omnis humani generis interitum. Vnde ſequitur. *Corrupti ſunt.* Fermento ſcilicet impietatis: *& abhominabiles facti ſunt coram Deo, in ſtudijs ſuis*, ideſt in ſuis mundanis, & ſecularibus affectionibus. Hec nanque ſunt, quibus abhominabiles Deo reddimur, & introducit mox Deũ quaſi de excelſo ſcõ ſuo proſpicientẽ, vt videat ſi in tanta ruina, vel vnus reperiatur qui ipſi adhæreat, intellectu credendo, & affectu amando atque colendo, poſtquam primus ille hominum parẽs, nec credidit, nec dilexit. Hoc eſt enim quod dicitur. *Si eſt intelligens, aut requirens Deum.* Concludit itaque vidiſſe neminem, quin potius omnes declinaſſe, plenoſq; iniquitatib⁹ fuiſſe, quas longo ſermone deſcribit. Vnde ſequitur. *Omnes*, tam Iudæi, quàm Ethnici, *declinauerunt*, à diuinis præceptis, à regula, à firmamento iuſtitiæ, lege naturę inſitæ omnib⁹, lege ſcripta data iudęis. *Simul inutiles facti ſunt.* Medicinam inutilem dicimus, qua non ſanatur ægrot⁹. Ideo enim propinatur, vt ſanet. Iudæi ergo & Gẽtes inutiles facti ſunt ſimul, pariter æque ad felicitatem ad quam procreati fuerant. Homines nanque cum Iudæi, tum Gentes conditi ſunt, vt ſummum bonum intelligant, intelligẽdo ament, amando poſſideant, poſſidendo fruantur. Cum itaq;, & Iudæi & Gentes tantis eſſent obruti facinorib⁹, diuinaque ideo gratia deſtituti, vani & inutiles erant vniuerſi eorum conatus, ad illum finem attingendum. *Non eſt qui faciat bonum.* Cum nomen boni audis ſine addito, intellige bonum quod meritorium appellant. Voces enim ambiguæ quę analogiam quandam habẽt, cum abſolutè proferantur, id ſignificãt, & pro eo accipiuntur, quod primum eſt. Vnde ad alia transferri ſolent. Exẽplum eſt de ſanitate. Dicimus quidẽ hominem ſanum eſſe principaliter, quia in ipſo eſt ſanitas: humorum uidelicet temperies. Hinc transfertur nomẽ ſani ad cibos, ad medicinas, ad dietam, ad vrinam, ad pulſum: quod hęc omnia non verè ſint ſana, ſed ſanum hominẽ, vel efficiunt, vel indicent, vel conſeruent. Bonum multiplex eſt, at potiſſimum & principaliter id dicitur bonum (in actionibus noſtris loquor) quo noſtrum finem, felicitatem illam ſupernaturalem, quæ eſt ſummum hominis bonum, promeremur. Nihil enim bono meritorio addi poteſt. Operationes ergo aliæ, hinc nomen boni mutuãtur, quod ad hãc rationem boni cõducunt, vel diſponunt. Cum ergo dicitur, *Non eſt qui faciat bonum*, non tanta rigiditate intelligendum eſt, ut nemo etiam impiorum quicquam boni agere poſſit. Abſolute poſſunt etenim impij agere, & interdum agunt actiones bonas ex genere, & etiam morales, Inquit nanq; Diuus Auguſtinus de ſpũ & litera. Impiorum etiam, nec Deum verum veraciter iuſteque colentium, quædam facta, vel legimus, vel audimus, vel nouimus, quæ ſecundum iuſtitiæ regulam, non ſolum uituperare non poſſimus, uerum etiam meritò rectéq; laudam⁹. Quò pulchrè conuelluntur, qui ſe ſe iactant Auguſtianæ theologiæ profeſſores, qui omnia peccatorum acta, peccata eſſe contendunt. Scire enim debuerant, quòd in peccatore, cum peccato quantumuis magno, eſt bonum naturæ. Diminuit certè peccatum naturã, ſed non tollit prorſus. Sauciatum legimus, non mortuum illum qui incidit in latrones. Ratio autem naturalis, ſuapte natura

Gen. 3.
Gen. 2.
Luc. 10.

natura depræcatur ſemper ad optima.
Cum ergo peccator, etiam impius, infi-
delis, maurus, vel ſcitha, ratione dictá-
te, aliquod bonum agit, non referens
ad malum finem, non peccat. Vnde
non poſſum ego capere, quod non om-
nes iuſtorum, etiam prædeſtinatorum
actiones ſint meritoriæ, & tamen om-
nes iniuſtorum actiones, ſint peccata,
dico etiam reproborum. Videtur enim
quod ſi omnia reproborum acta pecca-
ta ſint, omnia prædeſtinatorum ſint me
ritoria. At hoc eſt impoſſibile, & fal-
ſum. igitur & illud. Cum itaque dicit
pſaltes. *Non eſt qui faciat bonum.* Inten-
dit tantum excludere bonum illud, qđ
principaliter ſignificatur nomine bonę
actionis, quod eſt meritum, vel bonum
meritorium. Certè enim nihil eſt hac
bonitate bonum, ſine ſummi boni ope,
ideſt ſine diuina gratia: Et vbi deeſt a-
gnitio æternæ vitæ, quæ habetur per
Ieſu Chriſti fidem formatam, vana eſt
omnis virtus, & falſa. Vnde nec bona
dici poteſt, quia non coniungit fini.
Quęmadmodum nanque, non impe-
diunt ab æterna uita iuſtos, quædam
peccata venialia, ſine quibus hæc uita
non ducitur, ſic ad ſalutem æternam, ni
hil proſunt impio aliqua bona opera,
ſine quibus difficillime uita cuiuslibet
quantumuis peſſimi hominis, inueni-
tur. Hæc Auguſtinus. Poſtquam ergo
dixerat Dauid. Omnes declinauerunt,
ſimul inutiles facti ſunt. Subdidit quaſi
declarans. Cur inutiles? Quia ſcilicet,
non eſt qui faciat bonum meritorium.
Sine tali bono autem nemo coronatur,
nemo peruenit ad palmam, quoniam
vita æterna redditur pro meritis, vt di-
ctum eſt alias. Quare autem non me-
rentur? quia *Declinauerunt.* Cum enim
declinat homo à iuſtitia, abijcit diuinā
gratiam, quæ eſt principium meriti.
Hæc itaque eſt ratio completa, quia *de-
clinauerunt inutiles facti ſunt.* Proba-
tur autem hæc conſequutio. Declina-
uerunt, ergo inutiles facti ſunt: quia ne
mo eſt eorū qui declinauerunt, qui fa-
ciat bonū. ideſt mereatur. Eorum.n.qui
declinauerunt, nemo meret̃. Surrexit
nanq; iam, qui meret̃, vel nunq̃ decli-
nauit. Sed cur declinauerunt? Verbum

illud ex ſe reddit rationem. Declinare
enim eſt actus ſpontaneus, non inclina
ti ſunt, non ſunt acti præcipites, ſed vl-
tro nemine eos impellente, vel cogen-
te, aut præcipitante. *Declinauerunt.* gra
tiam diuinam abijciētes, & ſe ſe in hoc
cæno uolutantes. Inueni enim qđ Deꝰ *Eccleſia-*
fecit hominem rectum, (inquit ſapiēs) *ſtici. 7*
ſed ipſe infinitis ſe immiſcuit queſtio-
nibus. *Non eſt vſque ad vnum.* Vel non
eſt etiam vnus populus Iudęus ſcilicet,
qui bonum agat, quem Deus tantis gra
tijs inſigniuit. Vel non eſt etiam vnus
homo in uniuerſo, per hiperbolam, vel
ſine hiperbola verè, nullus eſt præter
vnum Chriſtum ieſum. Omnes nanq;
ſuapte natura fuiſſent, & eſſent propen
ſiſſimi animi ad omnia flagitia, niſi ille
uerè vnus Chriſtus Ieſus, ſua ope adiu-
uaret: citra quā bonum aliquod, vel in-
cipere vel perficere imbecillitas huma-
na nequaquam poteſt. Vnde Eſaias in *Eſa. 26.*
cantico oīa ad Deū referēs bona dixit. *Philip. 2.*
Omnia opera nr̃a, operatus es in nobis
dñe. Et Paulus. Deꝰ operat̃ in nobis uel
le & perficere. Ille ergo vnus facit bo
num in omnibus hominibus, nemo a-
lius facit, vel fecit, vel faciet ex ſeip-
ſo. Et iſte eſt melior intellectus, vt
inquit Auguſtinus, quo intelligamus
neminem feciſſe bonitatem vſque ad
vnum. ideſt vſque ad Chriſtum, quia
non poteſt quiſquam hominum facere
bonitatem niſi ipſe monſtrauerit, &
diffundēdo charitatem in cordibus no
ſtris per Spiritum ſanctum, qui datur
nobis, effecerit. Et ita uerbum illud.
Vſque ad vnum, poteſt legi & incluſiuè,
& excluſiuè. Si enim accipiatur
vnus pro Chriſto, qui uerè eſt unus,
& ſolus inter mortuos liber: Expe- *Ioan. 18.*
dit uobis, vt vnus homo moriatur
pro populo, dixit Spiritus ſanctus per
os Caiphæ: quo intelligeretur ſua ſum-
ma & ſingulariſſima præſtantia, at-
que dignitas incomparabilis, & vni-
ca: Sic ſtat excluſiuè. Ille enim v-
nus fecit bonum, quia eſt fons om-
nis boni. Multa bona opera oſtendi *Ioan. 10.*
vobis, dicebat ipſe. & omnia bona no
ſtra ab eo ſunt. Si uero non accipiatur
pro Chriſto. Stat incluſiuè. Nullus
abſolutè homo, bonum fecit, ad ſen-

ſum datum, non de facto, ſed natura.
Ita enim reuera omnes pditi fuiſſent,
niſi Deus per Chriſtum omni tempo-
re opem tuliſſet. Et hic ſenſus eſt ma-
gis conformis textui hæbræo, qui ha-
bet. Nec etiam unus. *Sepulchrum pa-
tens eſt guttur eorum.* Metaphora eſt. Nõ
enim alia ratione aperiũtur ſepulchra,
niſi vt mortua cadauera tumulentur.
Sepulchris ergo patulis, comparantur
impij, quoniam bonos & pios vi &
fraude deglutire velle uidentur. Vel
alia ſimilitudo eſt, quoniam violentiã
praui odoris, quem male uiuentes ex-
halant, inſtar ſepulchri patentis, peſti-
lentiſſimæ doctrinæ, mortifero fœtore
adaugent. *Linguis ſuis doloſe agebant.* Ore
1.Cor.15. proximum corrumpentes. Corrũpũt.
enim bonos more, ſcolloquia mala: cor
de ſeipſos primum enecantes. Doloſe
etenim agimus lingua, cum aliud medi
tamur, aliud exprimimus. O vtinam
adulatorum peſtifera ora, vel ſepulchra
lętalia, in ęternum claudantur, ne exha
latione ſua principibus generent mor-
tem. Scriptum eſt enim. Omnis odor
mortis, procedit de ore eorum. *Vene-
num aſpidum ſub labijs eorum.* In nullos
melius dici potuiſſet hoc uerbum, quã
in Iudæos, qui ad inſtar aſpidis obtu-
rauerunt aures ſuas, ne præcepta euan
gelicæ legis audirent. Aſpidi cum blã-
da carmina dicuntur, illa ſemper mina-
tur exitium. Ita & Iudæorum ora male-
dica, pro bonis & dulcibus Chri mo-
nitis, eum blaſphemabant, & de nece
eius coactis concilijs pertractabant.
Propterea ſequitur. *Quorum os maledi-
centia, & amaritudine plenum eſt*, ideſt,
blaſphemijs, atque minis, contra id qđ
Rom.12. dicitur. Nolite maledicere. Omnis
amaritudo tollatur à nobis. *Veloces pe-
Eph.4. des eorum.* expediti conſuetudine ma-
le faciendi, *ad effundendum ſanguinem.*
Domini noſtri Ieſu Chriſti atque Pro-
phetarum. Dictum eſt enim Hieroſo-
Matt.23. lymæ. Hieruſalem, Hieruſalem quæ oc-
cidis prophetas & lapidas eos qui ad te
miſſi ſunt. Rectè ueloces dicuntur fuiſ-
ſe Iudæorum pedes. Hoc eſt affectus
præcipites atq; progreſſus, citiſſimè. n.
Ioan.12. coacto Concilio cogitauerũt Ieſum in-
terficere: atq; breui ſpatio occiderunt.

Et hoc tñ in impios Iudæos, & in Eth-
nicos generalius referri poteſt, vt pa-
ret. Quorum cuilibet dici poteſt. In Hier.2.
alis tuis inuentus eſt ſanguis pauperũ, Esa.1.
& innocentum. Manus veſtrę ſanguine
plenæ ſunt. Virum aũt ſanguinũ & do- Psal.5.
loſum abhominatur dominus. Vnde
prohibuit Dauidem, ne ędificaret tem-
plum domino, dicens. Non ædificabis 1.Par.22.
mihi domum, qm̃ multum ſanguinem
effudiſti. *Contritio & infelicitas in vijs eo-
rum.* Optimè uia omnium impiorum
deſcribitur, cum contritio appellatur.
Terit enim & teritur. Impij nanq; &
alijs nocent, & ſibi. Infelicitas vero,
quia per impiorũ itinera, nunquã niſi
ad infauſta ſupplicia peruenitur. Iter
enim impiorum peribit. Viæ autem im Psal.1.
piorum ſunt eorum praua opera, quib⁹
ſibi ipſis parant animæ infelicitatem;
& plerumque etiam contritionem, cõ-
fractionem corporis in hac uita. Om-
nes enim malorũ hominum uiæ plenæ
ſunt labore & miſeria, illis dicentibus.
Ambulauimus uias difficiles. *Et viam* Sap.5.
pacis non cognouerunt. Hæc eſt cauſa, cur
in vijs impiorũ ſit contritio & infelici-
tas, quia ſcilicet uiam pacis æternę quę
Chrs eſt, virtutum omnium auctor, q-
bus anima degit pacificè, pacé habens
ſecum cum Deo, & cum proximo, non
agnouerunt, ideſt agnoſcere noluerũt Tit.1.
opere, de quibus dicitur. Fatent ſe no-
ſce Deum, factis aũt negant. Sed cur hãc
viam non agnouerunt? Ecce cauſa. *Quia
non eſt timor Dei ante oculos eorum.* Non
enim metuunt futurum Dei iudicium,
& ideo non obſeruant mandata eius, p
quæ peruenitur ad ſapientiã & ad agni
tionem viæ & veritatis quæ Chriſt⁹ eſt.
Initium nanque ſapientiæ, eſt timor do Psal.110
mini. Cum enim timemus dominum,
foris ſenſus noſtros à delectatione car-
nis arcemus, & refrenamus. Ita interni
boni ſpiritalis dulcedinem, delibare in-
cipimus, quo tandem ad optatiſſimam
Dei ſapientiam peruenimus. Sic com-
pleta eſt expoſitio huius ſcripturæ ue-
teris, quam ex diuerſis pſalmis compa-
ctam, in vnum redegit Apoſtolus, &
hic adduxit. Neque enim in Hebræis
codicibus habentur ſimul hi uerſiculi,
vt videre poteſtis. Forte autem ſeptua-
ginta

ginta interpretes imitatus eſt Paulus, qui in Iudæorum confuſionem & uituperiū, ſimul hos omnes verſiculos collegerunt in pſalmo tertiodecimo. Arbitrati & ipſi alioquin doctiſſimi, his uerbis non modo Dauidem inuehi in Ethnicos, ſed & in Iudæos.

Si quis uero curioſus eſt ordinis horum uerſuum, quos hic contexuit Apoſtolus, quamuis in hebræo non ſint ſimul, & propterea nec ſint contexendi, diſtinguat illos hoc pacto. Primum ponitur Concluſio. Non eſt iuſtus ne vnus quidem. Non eſt intelligens, nō eſt requirens Deum. Secundo. Oſtenditur radix, & initium omnium malorum operum. Omnes declinauerunt. Tertio progreſſus. Simul inutiles facti ſunt. Sepulchrum patens eſt guttur eorum. Quarto miſerabilis terminus. Contritio & infelicitas in vijs eorum. Quinto. aſſignatur illud à quo primum defecerunt homines, quo deficiente declinarunt. Non eſt timor Dei ante oculos eorum. Quod poteſt dici cauſa defectiua perditionis eorum. Et ſic omnia patent, probataque eſt quæſtio Pauli: Rom. 3. Omnes ſub peccato fuiſſe, tum iudęos, tum Græcos. Notanter autem dicit. *Sub peccato.* Non in peccato, vt oſtendat eos ſeruiſſe peccato, peccatumque illis dominari, atque dominatum fuiſ- Ioan. 8. ſe. Qui enim facit peccatum, ſeruus eſt 2.Par.36. peccati. O duram ſeruitutem. Aggrauatus ſum multo vinculo ferri, & non eſt reſpiratio mihi, inquit ille. Reſpōſio itaque ad ſummam queſtionis, tam ſuperbę Iudęorum, hæc eſt. Si diuinum fauorem ſpectemus, certè præcellitis. Si merita ueſtra, nequaquàm. Quoniā ſub peccato fuiſtis, ſicut Gentes. Propterea Paulus duobus uerbis, hæc omnia concluſit, queſtio erat. *Quid ergo? Præcellimus?* Reſpondeo. *Non omnino.* ου πάντως, indicauit ergo, quod aliqua parte præcellunt, aliqua vero nequaquàm. Per omnem modum, multo ampliora collaſūta à Deo munera iudęis, quàm ethnicis, ſed non per omnem modum Iudæi excellunt Ethnicos, vt ſit antitheſis in his reſponſionibus. Sequitur.

Propterea, quod ex operibus legis non iuſtificabitur omnis caro coram ipſo. Si ſic legatur: continuatio hæc eſt, & intentio. Poſtquam enim ex hoc, quod ſub peccato fuere omnes, licet non ſinguli, oſtenſum eſt neminem omnino præcellere: vult oſtendere, quod & illi pauci, qui iuſti fuere inter Iudæos, non præcellunt illos paucos, qui iuſti fuere Gentilium. Et ita contexitur litera. *Quid ergo? præcellimus?* Iuſti noſtri ſaltem præcellunt omnino, propter opera legis, quam ethnici non ſeruant. *Non prorſus. Propterea quia ex operibus legis, non iuſtificabitur omnis caro coram ipſo.* Poteſt etiam litera legi, Propterea ex operibus legis, non iuſtificabitur omnis caro coram ipſo. διότι enim ſonat propterea quod, & propterea. Tunc ergo litera coniungitur cum immediatè dictis. Vt omne os obſtruatur, & ſubditus fiat omnis mundus Deo. propterea ex operibus. &c. Vt hoc ſit correllarium ſequens contra Iudæos. Si enim ex operibus legis iuſtificamur, iam non ſubijcimur Deo tanquam gratis nos iuſtificati. Vt itaque ſubditi ſimus, omnes à diuina eius gratia recognoſcentes noſtram iuſtitiam, fateamur, quod ex operibus legis non iuſtificabitur omnis caro coram illo. Eadem eſt ratio iuſtitiæ, vel iuſtificationis coram Deo, & Iudæorum, & Gentilium. Propterea ſi iuſtos conferamus inuicem, neutra pars præcellit. Par eſt vtriuſque iuſtitia. Neque enim iactitare legem poteſtis, quaſi ipſa faciat vos iuſtos, ſuper iuſtitiam Gentium, quoniam peccator, non euadit iuſtus coram Deo ex operibus legis, neque euaſit vnquam, etiam tempore illo, quo lex vigorem habebat, nondum inuulgato Euangelio Chriſti Ieſu. Rectè autem dicit, *Coram Deo.* Coram hominibus nanque, qui facta vident, intentionem facientis non vident, opera legis iuſtificare videntur: at coram Deo nequaquam iuſtificant, qui corda proſpectat. Dixit autem *Omnis caro.* ne crederes, quod Ethnicum quidem non iuſtificarent, ſed Iudæum, vtique. Neminem peccatorem ergo vult dicere Paulus,

vel ſit Iudæus, vel Gentilis coram di-
uino iudicio, iuſtum efficere poſſunt
legis opera: aliunde habetur iuſtifica-
tio. Inde autem illam habuerunt Gen-
tiles, vnde Iudæi. Non enim eſt di-
ſtinctio, vt ſtatim dicetur. Itaque
non præcellit Iudæus Gentilem, ra-
tione iuſtificationis. Cum vero car-
nem audis, non maſſam hanc carnis
intelligas. Illa enim nec iuſta eſt, nec
iniuſta. Iuſta eſt anima, & iniuſta,
non caro. Vel vt rectius dicam. To-
tus homo eſt, qui iuſtus eſt, vel iniu-
ſtus: qui etiam iuſte agit & iniuſte
per animam. Anima enim non a-
git, ſed eſt id quo homo agit. Sicut
viſus non uidet, ſed homo per vi-
ſum. Carnis ergo nomine, homo pec
cator intelligitur, qui in carne eſt, &
Rom. 8. carnalia ſapit. Qui autem in carne
ſunt,(inquit Paulus alibi,) Deo place-
Ibidem. re non poſſunt. Vnde bene viuenti-
Ibidem. bus dicitur. Vos in carne non eſtis,
ſed in Spiritu. Prudentia enim carnis,
inimica eſt Deo. Caro ergo, ideſt pec-
cator, non iuſtificatur ex operibus le-
gis. Ne autem indignatus Iudæus di-
ceret. Ergo vana eſt lex, incaſſum-
que data, quippe qua non attingitur
finis eius, iuſtificatio noſtra. Re-
ſpondit Apoſtolus, interrogationem
præueniens. *Per legem enim cognitio
peccati.* Ne indigneris, Non detrahi-
mus legi, non deficit à ſuo fine. Fi-
nis eius, cognitio peccati eſt, non pec-
catorum iuſtificatio, non peccati con-
ſumptio. Niſi lege peccata agnoſce-
rentur, vana eſſet, quoniam propter
hoc data fuit. At omnia peccata le-
ge cognoſcuntur, atque etiam prohi-
bentur. Aliunde autem petendum
eſt, vt agnita deleantur. Id enim ip-
ſa ſuis operibus præſtare non poteſt.
Gal. 2. Si enim per legem iuſtitia, ergo gratis,
hoc eſt ſupfluè, Chriſtus mortuus eſt,
dicit alibi. Nam mortuus eſt ideo,
vt iuſtificaret nos, vt dicemus hoc
eodem capite. Non ergo mihi di-
cant, quod opera legis iuſtificabant,
ſed non ita perfectè. At Chriſti fi-
des & gratia: quia modicam gra-
tiam conferebant, abſolutè non iu-
ſtificabant, quantumuis exigua iuſti-
ficatione coram Deo. Vis videre?
Ecce. Anima coram Deo iuſtifica-
ta, iam digna eſt æterna vita, &
idonea omnino ad participationem
diuinæ illius felicitatis. Scriptum eſt
enim. Quos iuſtificauit, hos glori- Rom. 8.
ficauit. Nam minima gratia poteſt
promereri æternam uitam: quia in
domo patris mei, manſiones multæ
ſunt. Lex autem non poteſt, nec Ioan. 14.
potuit vnquam hominem idoneum
facere, ad gloriam illam peremnem.
cum ſcriptum ſit. Neminem ad per- Heb. 7.
fectum adduxit lex, Ad perfectum au-
tem adduceret, vel adduxiſſet ſi po-
tuiſſet, vel poſſet per ſeipſam homi-
nem in tali gradu conſtituere, vt fi-
nem attingeret. In his enim, quæ
ad finem ordinantur, perfectum il-
lud eſt, quod attingit finem: Im-
perfectum, quod iuuat quidem ad
attingendum finem, at non eſt ſa-
tis. Quomodo dicimus, medici-
nam illam perfectam eſſe, qua ſana-
mur: imperfectam, quæ proficit qui-
dem, ſed non ſanat. Lege ergo,
impoſſibile erat hominem iuſtificari,
iuuabat ad iuſtificationem dubio pro-
cul. at non iuſtificabat. Et inde
eſt, quod lex vetus bona quidem
fuiſſe dicitur, ſed imperfecta: at E-
uangelium, & bonum & perfe-
ctum. Virtus enim Dei eſt, in ſa- Rom. 1.
lutem omni credenti.

Quidam tamen, vt euaderent hoc
argumentum, dixerunt. Quod ex
operibus legis non conferebatur gra-
tia. Illa enim eſt, qua digni ſu-
mus æterna uita, ſed tamen tolleba-
tur peccatum. At hoc eſſe non po-
teſt. Nam peccatum cum tollitur,
homo iuſtificatur. Infra. Beatus uir, Pſ. 31.
cui non imputauit Dominus pecca-
tum. Non iuſtificatur autem niſi per Rom. 3.
gratiam. Iuſtificati gratis per gra-
tiam ipſius. Ergo ſi peccata tolle-
bat lex, gratiam conferebat, & re-
dit argumentum. Alij itaque dixe-
runt. Quod conferebat gratiam, quo
ad effectus priuatiuos, ſed non quo
ad poſitiuos gratiæ, tollebat macu-
lam, reatum gratia illa, ſed nullum
effectum poſitiuum faciebat.

At

At id eſt falſius. Quia priores ſunt ſecundum intentionem,& ſecundum ordinem cauſæ formalis, poſitiui effect⁹, quàm priuatiui: licet ſecundum ordinem cauſæ materialis, ſit ſecus. Lux enim non expellit tenebras, niſi illuminando aerem. Forma nulla excludit priuationem, niſi formando ſubiectum. Priuationis enim ablatio, non intenditur niſi per accidens. Ignis nanque, non intendit corrūpere lignum, niſi quia forma ligni incōpoſſibilis eſt formæ ignis, quam intendit inducere. Non poteſt ergo fieri per gratiam ablatio priuationis, quin fiat aliquid poſitiuum. Fuerunt nonnulli, qui rationabilius loquētes, dixerunt. Per opera legis atq; etiā per ſacramenta, conferri quidem gratiam quo ad hoc, quod eſt facere dignū æterna uita. Sed non quo ad hoc, quod eſt reprimere concupiſcentiam impellentem ad peccandum. Sed nec id verum eſt, ni fallor. Nam minima gratia gratifica eſt ſufficiens, modo illam non in vacuum recipiamus, ad hoc vt poſſimus reſiſtere concupiſcentiæ, & non peccare. Item. Non poſſum intelligere, quomodo ex lege poterant illi digni fieri æterna uita, quia ſtatim ſequitur. ergo perfecta fuit lex illa, vt arguebam. Dicatur ergo, quod omnino non conferebatur gratia ex operibus legis. Et ita opera legis non iuſtificabant: iuuabant tamen ad iuſtificationem. Sed quomodo iuuabāt? Sicut pedagogia ad ſublimiorem ſapientiam. Pedagogus enim paruulis aſſignatur, qui laſciuiētem refrenet adoleſcentiam, & prona in ſcelera puerorum corda metu pœnæ cohærceat, oſtendatque quid agendum, quid cauendum, vt ad altioris Philoſophiæ digniora ſtudia, cum ad legitimæ ætatis annos peruenerint, & grauioribus præceptoribus traditi fuerint, præparati inueniantur. Ita ergo lex, ſi Paulo credimus, ad Galatas ſcribenti populo illi laſciuienti, ſuperbeque de ſuis viribus confidenti, dicentique iuxta Eſaiam. Non deeſt, qui faciat, deeſt qui iubeat, pedagogi ſeuerioris inſtar appoſita eſt, vt cuſtodiret eos, erudiretque in præceptis, peccata oſtenderet, terrorem incuteret, viam veritatis demonſtraret, à qua deficientes conuicti & confuſi timore humiliarentur: agnoſcerentque ſe ſe infirmos eſſe, & inualidos ad legem faciendam, & ad conſequendam ſalutem. Intelligerentque, non tantum, doctorem ſibi eſſe neceſſarium, ſed adiutorem Deum. Neque enim deerat qui iuberet, ſed deerat, qui faceret. Et propterea à pedagogi rigiditate, iubente, terrente, comminante, ad piam matrem, diuinam gratiam iuſtificantem, viuificantem, & ſaluantem confugerent. Intelligitis myſterium? Lege audiebant Iudæi, Fac quod iubeo. Non occides. Non concupiſces. Non furtum facies. Confugientes ergo ad gratiam Dei, illi fidentes non ſibi ipſis, non ſuæ virtuti, ſicut primum territi præceptorum grauitate. (Hoc iugum enim ſuper ceruices noſtras impoſitum, neque nos, neque patres noſtri portare potuimus, dixit ille magnus Iudæorum magiſter.) dicebant. Da quod iubes domine, Sic itaque, quod lex minando imperabat, ipſi credendo à gratia impetrabant, vt facerent. Voluntas ergo oſtendebatur infirma per legem, vt ſanaret gratia voluntatem, & voluntas ſana per gratiam, impleret legem. Quomodo igitur, opera legis animam ſanare, & iuſtificare poterant, ſi implere ea nullus valebat, qui primum gratia ſanus non eſſet & iuſtificatus? Erat ergo occaſio iuſtificationis tantum modo dicto, quia præparabat, dirigebatque ad gratiam iuſtificantem, atque Deo per remiſſionem peccatorum conciliantem. Vis exemplum accommodatum? Ecce. Eo modo fuit occaſio iuſtitiæ lex, quomodo admiratio fuit occaſio Philoſophiæ. Propter admirari ſiquidem, inceperunt homines & nunc, & primū Philoſophari. Principium ſumendo à leuioribus, deinde paulatim procedētes, & de maioribus dubitātes. Vides? Admiratio non facit ſapientem per ſe, quā admiratio repugnat ſapientiæ. Sapiens enim non admiratur: at non euaſit ſapiens, niſi per admirationis occaſionem. Per accidens ergo fecit ſapientes homines admiratio. Ita lex pugnat

Bit. ad Rom.

Exo.20.

Act.15.

gnat cum iuſtificatione,operatur terrẽdo iram magis,quàm gratiam per ſe. At ſine terrorẽ non venitur ad gratiam. Territi enim Iudæi minis legis, vt iram euaderẽt,in ſeipſis deficientes, ſpe viua ad gratiam Dei erigebãtur. Sicq; iuſtificabantur. Niſi per legem agnouiſſent ſuam imbecillitatem,niſi aucta eſſet in eis præuaricatio,legis prohibitionibus, ad gratiam non cucurriſſent. Quare nunquam ſibi fidentes, fuiſſent iuſtificati: ſed neque legem ipſam implere potuiſſent.

Sed mittamus,quod ſine diuina gratia gratifica,poſſint impleri mandata legis. Id enim certè protoplaſt᷒ potuit, alioquin non potuiſſet in ſtatu illo naturæ conditæ non peccare. Cum nihil aliud ſit peccatum, quàm diuinæ legis præuaricatio: Num ergo implens mandata legis, ſine hac gratificante gratia, iuſtificabitur ex operibus legis coram Deo? Minime. Quomodo enim iuſtus erit coram Deo, qui quamuis impleat legem,non implet ex amore & charita-
1. Tim 1. te Deiꝰ Finis quippe legis, charitas eſt, de corde puro, & conſcientia non ficta. Qui autem gratiam Spiritus ſancti non habet, ex amore & charitate le-
Rom. 5. gem non implet. Quoniam charitas diffunditur in cordibus noſtris per Spũm ſanctum,qui datus eſt nobis. Et protoplaſtus ergo,gratia iuſtificatus eſt, non operibus. Quandoquidem legis præcepta,& ſi quo ad ſubſtãtiam operum implere poſſet natura,minime tamen ſine gratia, quam gratificam dicimus, quo ad modum agendi, ad ſummi omnium legum latoris Dei intentionem, At poſt illum nemo (vt uerum fatear) neutro modo, adeò corrupta eſt natura nr̃a. Poteſt vniuerſa legis mandata perficere,contra Pelagium illum monachum. Neque hinc tamen Deum nobis præcepiſſe impoſſibilia cauilletur hereticus. Seruum enim pigrum non damnaret, ſi ea quæ fieri nullo modo poterant,imperaret,dicit Auguſtinus. Et Hieronymus in expoſitione fidei catholicæ, maledicendos eſſe illos omnes aſſeuerat, qui Deum homini aliquid ſeruatu impoſſibile iuſſiſſe dicũt. Illud enim quod amicorum ope poſſumus,per nos ipſos poſſumus. Siquidem amicus eſt alter ego, vt docetur in Ethicis. Quod ergo auxilio Dei poſſumus,qui nos in amicitiam ſuam recipere haud dedignatur. Iam (inquit) non dico uos ſeruos, ſed amicos: præſtoque nobis eſt ſemper, vt modo illum non abijciamus, valeam᷒ omnia facere quę volumus. Nihil enim eſt impoſſibile credenti. Quæcunq; petieritis,dabit vobis,quo colore dici poteſt impoſſibile? Solida itaque & inuicta eſt Pauli ſententia. *Ex operibus legis,non iuſtificabitur omnis caro.* Quamquam ſi ſubtilius introſpiciamus, magnum aditum nobis facit ad hanc ueritatem dilucidandam verbum illud *Legis*. O ſi hęretici uerba ſingula Pauli ppenderent, nullus error, nulla inſcitia eos à ueritate poſſet dimoueri. Et ſi adeò curioſi ſumus, in perueſtigandis omnibus uerbis vnius Ariſtotelis, quę illuſtria furta magis,quàm inuenta,tanti nominis Philoſophum effecerũt: cur non debemus eſſe curioſiſſimi in Paulo interpretando, quem diuina ſapientia adeò efferre uoluit,ut omni orbi ſtuporem ingerat, & admirationem? Dicit ergo. *Ex operibus legis non iuſtificabitur omnis caro coram illo.* Non dicit. *Ex operibus* ſimpliciter. Notate. Præceptum legis, habet vim coactiuam. Non eſt enim lex, niſi liget & cogat. Coactio autem legis eſt per metum pęnæ. Exclude ergo, ò Iudæe diuinam gratiam qua iuuamur, vt delectemur in lege. Certè ſi facis legem, timore penæ facis, non amore iuſtitiæ. Seruiliter itaque legi diuinæ pares, non liberaliter. Ergo legi malles non parere, ſi liceret. Aliud ergo facis, aliud facere uelles. Facis legem, ſed nolles niſi timeres. Quomodo ergo poteſt hæc legis obſeruatio te iuſtificare coram Deo? Non enim fructus bonus eſſe poteſt, qui de radice non ſurgit ſcę charitatis. Oportet ergo quod adſit gratia ſpiritus ſancti, quę charitatem diffundat in cordibus, inſpiretque pro concupiſcentia mala, bonam concupiſcentiã, dilectionem ſcilicet Dei. Tunc enim incipit homo delectari de lege diuina, cũ diligit Deum, ſicut dicit Apoſtolus. Mẽ te condelector legi Dei: Etiam ſi lex mẽbrorum adhuc repugnet legi mentis.

Ioan. 15. Mar. 9. Ioan. 15. Rom. 3. Rom. 3. Rom. 7.

Hæc

Hæc nanque delectatio non eſt donũ,
niſi gratiæ Dei. Cum autem quis dele-
ctatur, ſaltem ſecundum interiorem ho
minem in Dei lege, lubens facit legem,
non ex triſtitia, aut ex neceſſitate, ſed
animo hilari: dedieque in diem, hæc hi
laritas augetur, donec tota carnis uetu-
ſtas, nouitate ſpiritus mutata ptrãſeat:
liberante nos de corpore mortis huius,
gratia Dei per Ieſum Chriſtum dominũ
noſtrum. O felices illos, quibus hęc do
na contingunt. Signanter ergo dicit
Apoſtolus. *Ex operibus legis, non iuſtifica
bitur omnis caro.* Addendo enim *Legis*,
indicat eſſe alia opera, ex quibus iuſtifi-
cari poteſt omnis caro. Licet nulla ope
ribus legis ex iuſtificetur. Et equidem.
Cum magis legem illam conſidero, vi-
deo quàm impoſſibile erat, & eſt, ho-
minem ex operibus illis iuſtum eſſe co
ram Deo. Nam lex illa, quia erat tan-
quam puerorum pedagogus, ꝓmiſſio-
nibus temporalium bonorum allicie-
bat, ad obſeruanda diuina mandata. Si
Eſa.1. volueritis, & audieritis me, bona ter-
ræ comedetis. Vnde ſi hiſtorias veteris
teſtamenti reuoluamus, videmus ſem-
per Iudæorum ſtatum in proſperitate,
quandiu legem, ſeruabãt. Ita enim pue
ri munuſculis puerilibus ad uirtutes, ꝓ-
uocantur. Qui autem propter tempo-
ralia Deo optimo maximo famulatur,
is quomodo iuſtificari pōt coram Deo?
Ex lege, vt lex, id habebatur ꝓpter ſuã
imperfectionem. Qui enim Deo pa-
rebat propter ſe, & vt Paulus ait, Quæ
Philip.4. retro ſunt obliuiſcens, & ad ea quę prio
ra ſunt ſe extendens, is non iam ad le-
gem, ſed ad Euangelium attinebat, er-
go ex lege vt lex, iuſtificatio haberi nõ
poterat. Non ergo mihi dicas. Paulus
excludit à iuſtificatione, opera propria
legis, qualia ſunt ceremoniæ atque iu-
dicia. Moralia enim, quæ decalogo con
tinentur, non uidentur eſſe præcepta
propria legis, quandoquidem ſunt de
lege naturæ, quæ communis eſt omni-
bus Gentibus. Non id inquam mihi di
cas. De operibus enim illis loquitur, in
lege præceptis, per quæ peccata cogno
ſcuntur. Inquit enim *Per legem cognitio
peccati.* At decalogus iſte eſt, per quem
peccata cognoſcuntur, quo præcipitur
non mechandum, nõ concupiſcendũ.
Ab his ergo quæ decalogo præcipiun-
tur, aufert Apoſtolus vim iuſtificãtem.
At non abſolutè, ſed vt lege præcipiun-
tur. Hoc eſt terrente, comminante, co-
gente, alliciente per promiſſiones terre
nas, vt opera gratiæ ſunt, non legis, vt
ſcilicet delectabiliter ex dilectione, non
ex timore fiunt propter Deum, certe iu
ſtificant, verum non prima iuſtificatio-
ne. Iuſti enim ſumus primũ, quàm de-
lectabiliter ex dilectione Dei præcepta
impleamus, at ſecũda iuſtificatione, au-
gendo ſcilicet, & conſeruando iuſti-
tiam, diuina gratia in nobis partam, an
te omnia opera. Caro ergo, (ut di-
cit Apoſtolus magno myſterio,) non iu
ſtificabitur ex operibus, ideſt peccator,
at qui iuſtus eſt, iuſtificatur adhuc per
opera, verum nec peccatorem, nec iu-
ſtum opera legis, vt legis erant, vllo mo
do iuſtificabant coram Deo. Si enim ſe
cundum ſubſtantiam operum tantum
ſaluabantur, timore ſaluabantur, vel
amore terrenorum bonorum. iuxta il-
lud. Confitebitur tibi, cum benefeceris Pſ.48.
ei. Non ergo poterant iuſtificare, ſi ſe-
cundum intentionem legiſlatoris dei,
id fieri non poterat niſi per gratiam pri
mam iuſtificantem. Iuſtificatio itaque
præcedebat opera, non ſequebatur, uel
cauſabatur ex operibus iuſtificationis,
augmentum & conſeruatio ex operi-
bus illis delectabiliter factis. Vtiq; erat,
ſed iam ipſa non erant legis, ſed gratiæ
opera. Qui ergo tunc iuſtificabãtur,
iam non erãt ſub lege, vt iuſtificati, ſed
ſub gratia. Non ergo attinebant ad le-
gem, ſed ad Euangelium: non ad uetus
teſtamentum, ſed ad nouum, quod ma
xime eſt lex gratiæ. Iam itaque uides,
quomodo Paulus intelligit. *Ex operi-
bus legis non iuſtificabitur oĩs caro corã illo.*
Et ideo inquit alibi Paulus, Auguſtino 1.Tim 1
ſic eum interpretante. Iuſto non eſt lex
poſita, non quia iuſtus non debeat vti
lege. Sed hic eſt ſenſus. Iuſto non eſt
lex poſita, quaſi per legem iuſtus ſit, ſed
iniuſto, vt cognoſcens peccatum per le
gem, per fidem confugiat ad iuſtifican
tem gratiam: & per donum ſancti ſpi-
ritus, ſuauitate iuſtitiæ & uirtutis in-
terius delectatus, pœnam literę terren-

tis, & comminantis euadat. Sicq; iuſti
ficatus, lege legitime vtatur, eam terrẽ-
dis imponens iniuſtis, vt cum & in ip-
ſis cæperit concupiſcentiæ morbus in-
centiuo prohibitionis, & cumulo præ-
uaricationis augeri, & ipſi ad ſanatem
gratiam fidenter accedant. Habetis ſen
ſum Pauli. Difficile tamen videtur il-
lud. *Per legem cognitio peccati.* Antequã
enim data eſſet lex cognoſcebatur pec-
catum. Forte dices. *Per legem*, legẽ na-
turalem intelligit, qua bona & mala co
Pſ. 94. gnoſcuntur, iuxta illud. Senſu imple-
uit corda eorum, & bona & mala oſtẽ
dit eis. Sed id eſſe non poteſt. Eadem
enim lege dicit peccatum cognoſci,
qua dicit, peccatum non deleri, vel ani
mam non iuſtificari. Dicit autem ani-
mam non iuſtificari ex lege Moſi, ergo
& dicit peccatum cognoſci lege Moſi.
Non obſtat autem, quod dicitur, ante
legem fuiſſe nota peccata: Id non ne-
gat Paulus, Sat illi eſt, quod ex lege Mo
ſaica agnita ſunt. Non enim dicit,
primum agnita ſunt hac lege, vel non
niſi hac lege, vt patet. Omnino ergo
verum eſt, quod cognitio peccati habe-
tur hac lege, dum vetat, dum præcipit.
At, tunc eſt dubitatio maior. Quoniam
ſi lege, iſta peccata tantum cognoſcun-
tur, hicque eſt finis legis huius, non vt
peccata deleat, ſed oſtendat tantum &
indicet delenda per gratiam: Cum ſine
hac lege, peccata cognoſcerentur, uide-
tur omnino vana, & inutilis lex iſta: in-
caſſumque lata à Deo glorioſo. Ita enim
Rom. 3. arguitur ab Apoſtolo. Si data eſſet lex,
quæ poſſet iuſtificare, ergo ſuperfluè,
Gal. 3. Chriſtus mortuus eſſet. Forte hac ra-
tione uictus Apoſtolus infra dicit. Non
ſolum peccatum cognoui p legem, ſed
non cognoui niſi per legem: quaſi ſi
aliunde cognoſci poſſit, ineuitabiliter
ſequatur, quod fruſtra tulerit eam Deus.
Et tamen non uidetur eſſe verum,
quod lege naturali, quæ eſt indita cor-
dibus, peccata non cognoſcantur.
Quid ergo? Nequaquam vos moueat
hæc difficultas. Omnino enim, & ſi le-
ge naturali peccata cognoſcuntur, ne-
ceſſarium fuit diuinam hanc legem
habere. Tantum abeſt, vt inutiliter
ſit allata de cœlo. Scire enim debes
hominem, cum ſit Dei nexus, & mun-
di, vniuerſique merito miraculum ap-
pellatus, ob id quod illum ex duabus
naturis, tanta contrarietate pugnanti-
bus, tantaque unione coaleſcentibus,
figulus ſupercœleſtis fabrefecit, ad
duos fines tendere, alterum natura-
lem, ſupernaturalem alterum, qui om-
nis humanæ, & naturalis facultatis
proportionem excedit. Si ad natura-
lem tantum, quemadmodum vniuer-
ſæ res aliæ, ordinem haberet, vnicè
lex naturæ ſufficeret, qua bonum uir-
tutis, atque peccatum, vt virtutis op-
ponitur, cognoſcere egregiè poſſet, &
vitare: at cum ad beatitudinem illam
diuinam creatus ſit, quæ non ſine me-
ritis attingi poteſt, oportet vt peccata
cognoſcat, non modo quatenus ſunt
contra rationem, ſed quatenus ipſe il-
lis Deum optimum maximum offen-
dens, demeretur: ſitque indignus tam
magna felicitate, vt illis ſic agnitis, à
peccato, non modo, quia contra vir-
tutem eſt, & contra honeſti rationẽ,
ſed magis, quia Deum ad iracundiam
prouocat, abſtinere velit. Habes ergo
ſolutionem. Lex naturæ docet pecca
ta eſſe, contra rationem, at quod Deus
illis offendatur, propter ipſa concite-
tur, prouocetur, excandeſcat, iuretque
contra peccantes. Non introibũt in re- Pſa. 94.
quiem meam, id non niſi hac lege pri-
mum hominibus innotuit. Et ſic opti-
mè quadrat ſenſui Apoſtolico litera.
Lex non præbet vires, vt conciliari poſ
ſimus Deo. Oſtendit quomodo illũ
offendimus, ſed tamen non largitur, vt
in illius gratiam redeamus. Quia tamẽ
ante hanc legem, fuerunt quidam viri
præcipui, prophetico ſpũ pollentes, &
magna ſanctitate inſignes, credendum
eſt, quod ex inſtinctu diuino, quaſi ex
quadam priuata lege diuina, peccata co
gnoſcerent, & vt contra rationem, &
vt piacula Dei. Sicut & creditur, quod
Deo inſpirante, ſacrificia illa carnalia,
nouerint Deo offerenda eſſe quæ offe-
rebant, & vt Deum colerẽt, expiarẽtq;,
non modo interiore cultu, ſed exterio-
re: Et vt Chriſti myſterium, qui ſe ſe ob-
tulit deinde in ſacrificium Deo patri fi-
gurarent: quæ ſacrificia poſtmodũ hac
hu-

humi lege præcepta ſunt. Sed quid inde
vult habere Apoſtolus. *Per legem cogni-
tio peccati?* Num, non aliud intendit,
quàm peccata oſtendit, non delet lex?
Aliud certè mollitur Apoſtolus. Quid?
hoc. Ergo Ethnicus ex lege mitiore pę-
na plectetur, ò Iudæe. Ergo tu maioris
criminis reus exiſtis, quia te peccatum
minus latuit. Quid itaque gloriaris?
Quid præcellis? Præcellis in crimine,
præcelles & in ſupplicio: Quoniam nõ
præcelluiſti in merito. Sed gratiam a-
gnoſce, & omnium peccatorum veniã
obtinebis. Ecce. *Nunc autem ſine lege
iuſtitia Dei, manifeſtata eſt, teſtificata à le-
ge, & à prophetis. Iuſtitia autem Dei per fi-
dem Ieſu Chriſti in omnes & ſuper omnes,
qui credunt. Non enim eſt diſtinctio. Omnes
enim peccauerunt, & egent gloria Dei.*
O ſermonem deſideratiſſimum. Conui
ctus eſt omnis orbis de peccato. Proba-
tum eſt, vniuerſos homines grauiſſimè
deliquiſſe: ſpem veniæ oportebat affer-
re, cęleſtem hunc & diuiniloquum ora
torem, alioquin futurum erat, vt facile
conciderent, & deſperarẽt, cum Iudęi,
tum Gentiles. Ecce itaque initium fe-
lix magnæ ſpei noſtræ. *Nunc.* O ſeculũ
aureum. Seculum gratiæ, ſeculũ euan
gelij, hoc eſt fauſtæ, felicisque annun-
ciationis. *Sine lege.* ſine adminiculo le-
gis. Ne glorieris, ò Iudæe. Nihil tibi de-
beo, nihil ad hanc diu expectatam feli-
citatem contulit lex, deſperationem ma
gis auxit, quàm ſpem attulerit. Dura
enim iubebat, duriora minabatur, nec
vires petebat, illa ſeruandi, cauendi
iſta: *Iuſtitia Dei.* Non qua iuſtus eſt,
ſed qua iuſtos facit: gratia Dei, qua nos
iuſti ſumus. *manifeſtata eſt.* Erat olim,
& hæc ipſa iuſtitia, qua iuſtificabantur
patres, ſed quaſi occulta erat, continebat
Deus in ſinu miſerationes ſuas, velata-
que latitabat in pauciſſimis: nunc appa
ruit clariſſimè benignitas, & humani-
tas ſaluatoris noſtri Dei, non ex operi-
bus iuſtitiæ quæ fecimus nos, ſed ſecũ-
dum ſuam miſericordiam ſaluos nos fe
cit. Non re, ſed ſpe: mittens filium ſuũ
carnem factum, vt iniuſtitias noſtras iu
ſtitia ſua ipſe deleret. Hoc eſt, quod ſu
Rom. 1. pra dicebatur. Iuſtitia Dei reuelatur
ex fide in fidem. Occulta erat gratia
in lege. Vnde & Iudæi legem à gra-
tia ſeiungebant prorſus: non intelligẽ-
tes legem miniſtrationem eſſe mortis
ſine gratia, & gratiam eſſe tanquam ani
mam legis. Nunc ergo in nouo teſta-
mẽto, per Chriſti paſſionem, tanquam
ſciſſione veli reuelatur & manifeſta-
tur. Peccatum non eſt agnitũ, vt offen-
ſa Dei, ſine legis adminiculo. Iuſtitia ta
men iſta qua peccata delentur, ſine le-
gis ope mundo illuxit. Nanque Gen-
tes huius iuſtitiæ fuere participes: illã
tamen non per legem habuere, ſed di-
uina gratia. Si per legem parta fuiſſet or
bi hæc ipſa diuina iuſtificatio, populus
ex lege, illam aſſequi non potuiſſet.
Communis eſt autem omnibus natio-
nibus, etiam in media barbarie, degen
tibus, atq; improbiſſimis Samaritanis,
Cananeis. Nam ſamaritæ receperunt Act. 8.
Spiritum ſanctum in ſigno viſibili, prę-
dicante Petro. Non ergo beneficio le-
gis eſt comparata. Veruntamen *Teſti-
ficata à lege, & Prophetis.* Ne tumultum
excites ſeditioſa Iudæa, non rem nouã
peregrinamque afferimus. Hæc ipſa iu-
ſtitia, oraculis legis & Prophetarum
prædicata eſt. Vndique teſtimoniũ per-
hibetur à priſcis uatibus antiquæ tuæ,
& ſanctæ legis, quod nouiſsimis hiſce
temporibus, omnis mundus diuina iu
ſtitia exundare deberet. Tantum ab-
eſt, vt hæc ipſa Chriſti iuſtificatio cum
lege pugnet, vel cum Prophetis. Prope Eſa. 56.
eſt ſalus mea, vt veniat, & iuſtitia
mea vt reueletur, inquit ille. Et ite-
rum. Scriptum eſt. Verbum ab-
breuiatum, & conſumans faciet do-
minus ſuper terram. & conſumata ab- Eſa. 10.
breuiatio inundabit iuſtitia.
Iuſtitia autem Dei, per fidem. Iuſtus ex Rom. 1.
fide viuet. Non qualicunque, ſed illa
quam Hebræi vocant Emunah, ideſt,
fideli inherentia, quæ ſine amore, &
opere eſſe nequit. *Ieſu Chriſti* Ideſt
in Ieſum Chriſtum: Dicitur enim
fides Chriſti, non qua Chriſtus cre-
dit, ſed qua credimus nos in Chriſtum,
ſicut iuſtitia Dei, non qua iuſtus eſt
Deus, ſed qua nos iuſti ſumus. dici-
tur. Id autem in Chriſtum oportet cre- Ioan. 1.
dere, quia lex per Moyſem data eſt, gra
tia per Ieſum Chriſtum facta eſt.

In

In omnes. Non Iudæos modo, ſed Ethni
Rom. 2. cos. Non enim eſt acceptio perſonarū
Ioan. 1. apud Deum: Ideo ipſe plenus gratia
fuit, vt de plenitudine eius nos omnes
acciperemus. Sicut dicit Ioannes. Ex
cælis autem venit hæc iuſtificatio, &
gratia. ſicut & Chriſtus de cęlo uenit ad
terras. Vnde ſubdit. Et. pro ideſt. *Super
omnes.* Super nos granias Deus largiſſi-
mas pluit. Iuſtitiam nobis granis infu-
dit. Non ipſi eam ex nobis comparaui-
mus. Eſt donata è ſuperis, non ex infi-
mis parta, vel inuenta: At non ſine no-
bis. Vnde ait. *Super omnes. qui credunt in
eum.* Et nos enim aliquid in medium
afferre oportet, ſed perexiguū. Quid?
Illud. Credere in Chriſtum. Credant
adulti, nullo modo poſſe ſua infirmita-
te adimplere ea quæ neceſſaria ſunt ad
ſalutem, quę lege præcipiunt, niſi Chri
gratia eis ſubueniat. Credant ex ipſis
imbecillitatem eſſe ſeruandæ legis, con
ſequendæque iuſtitiæ, & felicitatis, om
nem eorum fiduciam in Chriſtum reij-
ciant. Credant firmiter abſq; hæſitatio-
ne, ex ipſo eſſe virtutem, immo ipſum
eſſe virtutem in ſalutem omni credenti
hoc pacto in eum: hoc ſufficit, vt citra
tomnia opera, iuſti coram Deo depu-
entur: cum Iudæi, tum Ethnici. Hæc. n.
fides, ferax operum non eſſe nō poteſt.
En verbum abbreuiatum iuſtitiæ, quæ
noſtris temporibus omni mundo elu-
xit. *Non enim eſt diſtinctio.* Par eſt oīum
populorū cauſa. Ne mihi dixeris, Thra-
ces hi ſunt. Scithæ illi: hi circuncisi, illi
præputiati; has diſtinctiones nunc non
Gal. 3. reſpicit Deus. In Chriſto Ieſu, non eſt
maſculus & femina, ſeruus & liber.
Omnes peccauerunt. Tu Iudæe, qui legē
accepiſti, potuiſtiq; amplius proficere,
amplius defeciſti: Potuiſti peccatum
euitare, quod ex lege agnoueras, nec
tamen euitaſti: Mihi crede (inquit
Paulus) nemo eſt, qui non peccauerit.
Hanc ergo rationem aſpexit Deus om
nium miſeratus: propterea ſine dele-
Rom 3. ctu, gratis iuſtificauit omnes. Etenim
Ioan. 12. *omnes egent gloria Dei.* Modus loquen-
di eſt, ſicut & in euāgelio. Dilexerūt glo
riam hominum magiſquā Dei, ideſt eis
magis curæ fuit, vt eſſent glorioſi apud
homines, quàm apud Deum. Egent er-
go, vel carent omnes, (quoniā omnes
peccauerunt) gloria Dei: ideſt gloria a-
pud Deum. Nemo enim peccator glo
riam habet apud Deum, quamuis bo-
na opera operetur, quouſq; in peccato
manet, oportet illius peccata primum
aboleri: hoc autem eſt illum iuſtificari
coram Deo. Cum autem peccata dele-
ra ſunt, tūc gloriam habet apud Deum.
Poſtq̄ ergo omnes peccauerunt, quili-
bet eſt apud Deum inglorius, & inno-
minatus. Nec memor ero nominū eo- Pſal. 15.
rum, per labia mea. Deleantur de libro Pſal 15.
vitæ, & cum iuſtis non ſcribantur. Et
ſi plerīq; apud homines gloriā habeāt,
equum ergo fuit omnes glorificari hac
iuſtificatione: ex ſeipſis autem glorifica
ri nequaquam potuerunt, ſed Deus il-
los glorioſos reddidit in conſpectu ſuo,
iuſtificans eos gratis, cum venit pleni-
tudo temporis ordinatiſſima diſpenſa-
tione Dei, ad vſque nouiſſimos mundi
dies prorogata. Vnde ſequitur. *Iuſtifi-* Rom. 3.
cati gratis per gratiam ipſius.

Sed hic ſiſtamus aliquantulum. Non
videtur in primis clarum, quod Apoſto
lus dicit. Iuſtitiam Dei manifeſtatam
eſſe ſine lege, teſtificatam tamen a lege.
Hæc enim duo pugnare uidentur. Qui
enim teſtimonium alicui præbet, illum
manifeſtat, ſi per legem teſtificatur iu-
ſtitia, ergo manifeſtatur non ſine lege.
Secundo. Si ex lege non iuſtificabitur
omnis caro, nec ex Euangelio. Oſtendi Rom 4.
tur. Lex non iuſtificat, inquit Paulus in-
fra, quoniam iram operatur. Vbi. n.
non eſt lex, nec præuaricatio: ſed multo
magis iram operatur euangelium, ad-
ditq; præuaricationem præuaricationi. Heb 10.
Paulo dicente. Irritam quis faciens le-
gem Moyſi, ſine vlla miſeratione duo-
bus, vel tribus teſtibus moritur, quan-
to magis putatis deteriora mereri ſup-
plicia, qui filium Dei conculcauerit?
Ergo nec ex Euangelio iuſtitia, ſed ira
Dei potius reuelatur.

Tertio. Iuſtitiam illam latuiſſe olim
dictum eſt, tempore gratiæ manifeſta-
tam fuiſſe. Cur non primum à princi-
pio debuit manifeſtari, poſtquàm tàm
facile fuiſſet omnibus iuſtificari per fi-
dem in Chriſtum, vt omnibus qui pe-
rierunt ſubueniretur?

Quarto.

Quarto. Si pauci illi, qui ante Chri-
ſti aduentum iuſtificati ſunt, per eandē
fidem in eum, videtur ergo eſſe eadem
eorum, & noſtra fides, ergo eadem lex.
Euangelium igitur & lex Moſi, una lex
ſunt, non duæ. Hoc eſt quod petitur.
Quia Paulus oppoſitum ſentire vide-
Heb. 7. tur. Translato (inquit) ſacerdotio, ne-
ceſſe eſt, vt legis translatio fiat. Sacer-
dotium leuiticum, trāslatū eſt per ſacer
dotium Chriſti, vt patet, ergo & lex.
Non ſunt ergo una lex, ſed duæ, ſicut
duo ſacerdotia, quomodo itaq; quod in
vna latet, manifeſtatur in alia?

Ad hæc. Reſpondetur. Primo qui-
dem, quod Apoſtolus non intelligit iu-
ſtitiam Dei manifeſtatam eſſe ſine lege.
ſed conſtruenda eſt ſic litera, vt habet
textus. *Sine lege iuſtitia Dei.* Supple ha-
bita. *nunc manifeſtata eſt, teſtificata à le-
ge, & prophetis.* Hic ergo ſenſus eſt, Iu-
ſtitiam illam qua Deus iuſtos facit, ſine
lege, nouiſſimo hoc tempore, manifeſta
tam fuiſſe olim cum lege promiſſam, at
que uaticinijs Prophetarum.

Ad ſecundum. Non eſt par ratio.
Quoniam opem largitur ſufficientem
Chriſti Euangelium, qua omnes, mo-
do uelint, illi poſſunt obedire: Quod
Rom. 10. vtique lex non faciebat. Si autem non
omnes obediunt euangelio, hoc nō eſt
ex imperfectione legis euangelicę, quē
admodum de moſaica dicebatur: quā-
quàm tamen ex Euangelio non confir
metur quiſquàm, vt peccare non poſ-
ſit. Id enim pertinet ad ſtatum futuræ
vitæ, reſpectu cuius, ſtatus Euangelij fi-
guralis eſt & imperfectus. Sicut ſtatus
legis antiquæ, reſpectu legis euāgelicę.
1 Cor. 15 Ad Tertium. Non prius quod ſpi-
rituale eſt, ſed quod animale: vt inquit
Rom. 8. Paulus ad Corinthios. Lex noua eſt ſpi
ritualiſſima, immo dicitur lex ſpūs, non
ergo debuit dari à principio mundi.
Nihil enim ad perfectum adducit ſta-
tim à principio. Procedit, nanque na-
tura de imperfecto ad perfectum. Ex
Gal 3. puero fit vir. Ex aurora dies. Lex ergo
vetus præcedere debuit tanquam pe-
dagogus noſter in Chriſtum, quo doce
remur iuſtificandos nos eſſe ex fide.
At ubi uenit fides, iam non ſumus ſub
pedagogo. Eſt & alia ratio ex eodem
Apoſtolo. Lex enim noua eſt lex gratiæ.
Oportuit itaque quod homo relinque-
retur ſibi in ſtatu ueteris legis, vt cadēs
in peccata multiplicia, ſuam infirmita-
tem, & imbecillitatem cognoſceret.
Videretque ſe medico, & medicina
gratiæ indigere. Lex (dicit Paulus) ſub- Rom. 5.
intrauit, vt abundaret delictū. Vbi autē
abundauit delictum, ſuperabundauit
& gratia. Quod obijcitur, quod pleri
que iuſtificati fuiſſent, & ſaluati: nihil
eſt. Totum enim humanum genus, ꝓ-
pter peccatum primi parentis, meruit
priuari auxilio gratiæ. Et ideo quibuſ-
cunque non datur, vel non fuit datum,
ex iuſtitia datum non fuit. Quibus
vero datur, vel datum eſt, ex gratia da-
tum eſt, & datur. Hoc ſit tibi ſemper an
te oculos, neminem indignè perijſſe,
nec perire. Omnibus enim dedit Deus
ſemper opem ſufficientem, qua ſal-
uari poſſent, nulliq; defuit qui dignus
fuerit.

Ad Quartum. Facilè patet quid di-
cendum ſit. Non enim diſtinguitur lex
noua & vetus penes fines. Finis nan- Rom. 10.
que vtriuſque Chriſtus. Sed lex vetus
fuit data pueris. Eſt enim quaſi peda-
gogus puerorum, vt inquit Paulus no-
ſter. Lex autem noua eſt lex perfectio-
nis, quoniam eſt lex charitatis. Charitas
autem eſt uinculum perfectionis. Vn- Gal. 3.
de inquit Apoſtolus. Cum factus ſum Coloſſ 3.
vir per Euangelium, euacuaui ea q̄ erāt
paruuli. Hoc eſt elementa legis egena 1. Cor. 13.
& infirma, quę imperfectos erudiebāt,
vt ad perfectionem adducere non po-
terant. Et ſi qui perfecti erant in lege ue
teri, ad Euangelium pertinebant, non
ad legem, vniuerſalis autem plenitudo
perfectionis ad plenitudinē temporis
reſeruata eſt, in qua miſit Deus filium Gal 4.
ſuum factum ex muliere, factum ſub le
ge, vt eos qui ſub lege erant redimeret.
*Iuſtificati gratis per gratiam ipſius, per re-
demptionem quæ eſt in Chriſto Ieſu. Quem
propoſuit Deus propitiatorium*, vel *propi-
tiatorem per fidem in ſanguine ipſius.* Ecce.
Ecce magnum & ineffabile omnis chri
ſtianæ Philoſophiæ myſterium. O ni-
mium iuſtam, & haud ſcio, an unquā
iuſtiorem Alma Roma querelam. Tam
ardentibus animis in ſua quiſq; ſtudia
morta-

mortales incumbunt. Totam ætatem in hominum dogmatibus inter ſe mirū quanta contrarietate pugnantibus conterunt. Altiſſimè inſident, & tenaciſſimè hærent, homūculorum ſophiſmata, diſtinctiones, ſillogiſmi, cauilli, regulæ, argumenta, dubiola. O labor improbus, & hoc ſummū Philoſophię genus, quo inſtaurata eſt hominum bene condita natura, myſterium ſanctiſſimę, itēque truculentiſſimæ mortis Christi Ieſu, qua nobis omnibus eſt parta uita, negligitur, ridetur, frigide, vtinam & non impiè, à pleriſque tractatur. Benè renaſcentiam uocauit Christus ipſe philoſophiam ſuam. Nati enim primum, peccato mortui, illius pretioſi ſanguinis ope, renati ſumus. Huic Philoſophiæ nauate operam. En Paulum, quē vobis non theologorum ſchola, ſed ipſe pater cœleſtis organum electum, & inſignem ſui nominis præconem, atq; tantæ ſapientiæ magiſtrum dedit. ipſum audite. Quoniam peccaſſe omnes, propheticis oraculis demōſtratum eſt: par fuiſſe, vt diuina miſericordia citra delictum, nouiſſima ſaltem mundi ætate, iuſtificaret omnes, peccata omnium aboleret, omneſq; populos ſibi conciliaret. quo nemo eſſet inglorius apud Deum, ex Paulo didiciſtis. Nunc modū intelligite, quo eſt facta hęc diuina iuſtificatio vniuerſorum hominum. Sine ſanguinis effuſione, in lege vetere non fiebat peccatorū remiſſio. Par fuit, quoniam Omnia in figura contingebant illis, vt non ſine ſanguine in Euangelio, noſtra peccata delerentur. Fudit ergo pro nobis abluendis innoxium illum cruorem Christus Ieſus, Deus omnipotens, & homo immaculatiſſimæ uitæ, quo dealbatæ ſunt animæ noſtræ, & factæ tanquam lana munda. Si enim ſanguis hircorū, & taurorum, & cinis vitulæ aſperſus inquinatos ſanctificat ad emundationem carnis, quanto magis ſanguis Christi, qui per Spūm ſanctum ſemetipſum obtulit immaculatū Deo, emundabit conſciētiam noſtram ab operibus mortuis? id eſt à peccatis, quorum ſtipendium mors eſt. lauit ergo nos, à peccatis noſtris in ſanguine ſuo. Hoc fuit pretium illud incomparabile, quo venundati diabolo, redempti ſumus. Empti eſtis pretio magno, inquit Apoſtolus, non auro, aut argento corruptibili, ſed pretioſo ſanguine agni immaculati & incontaminati Christi, vt dixit Petrus, præcogniti quidem, definitiq; ante mundi conſtitutionem: figurati etiam ſtatim orbe condito, iuxta verbum Ioannis. Occiſus eſt ab origine mundi, ſed manifeſtati nouiſſimis temporibus. Quicunq; ergo in ipſum crediderit, inquit Apoſtolus, accedente tam ingenti merito ſanguinis Christi Ieſu, gratuito dono per ſuam gratiā, iuſtificabit illum Deus: ſicut & antea iuſtificauit. Nemo miretur ſi fides ad iuſtitiam noſtram neceſſaria eſt, nā Christus ipſe, veluti corporis huius miſtici, quod eſt Eccleſia caput, pro omnibus membris ſumpſit medicinam illā adeò amarā, vt diceret. Quis eſt dolor, ſicut dolor meus? Vt igitur medicina à capite ſumpta, omnibus membris ꝓficiat, oportet membra à capite non eſſe ſciūcta. Quis enim neſciat medicinam, abſciſſo membro nequaquàm prodeſſe? Adhæremus autem capiti Christo fide, quoniam per fidem habitat ipſe in cordibus noſtris. Qui igitur crediderit, tāquam per optimam medicinam à capite ſumptam, expurgatus à morbo, ſaluus erit. Qui non crediderit, tāquam medicinæ expers, condemnabitur, moriens ſcilicet in peccato ſuo.

Ioan. 3. — Heb. 9. — 1. Cor. 10. — Hebr. 9. — Apoc. 1. — 1. Cor. 6 — 1. Pet. 1. — Apoc 13. — Hier. Tr. 1. — Marc. vlt.

Sed hic conſiderādum eſt, quod hæc duo pugnare videntur. Primum. Iuſtificamur gratis. Secundum. Iuſtificamur merito redemptionis Ieſu Christi. Pugnat gratuita gratia cum hoc merito. Si enim per redemptionem, quæ eſt in Christo Ieſu iuſtificamur, ergo nō gratis. Et ſi gratis, ergo nō per redemptionem, quæ eſt in Christo Ieſu. Redēptio nanque meritum ſonat, quare excludit gratiam. Nonne ita eſt? Nequaquam. Quia quod Christus Ieſus redemerit nos, promerueritq; nobis tot, & tanta, gratia meraciſsima fuit, quoniam humanitas illa gratis vnita eſt uerbo, citra omne meritum. Qua unione factū eſt, vt nobis omnes grās meruerit. Si itaq; initium ſpectes, iuſtificamur metē gratis: quoniam gratis cōditus eſt Christus

Dei & hominis filius. Cuius merito
in eum credentes dignum eſt, vt iuſti-
ficemur. Huc tendit Apoſtolus, vt
omnia merita noſtra excludat, vnicè
Chriſti meritum, ſimulatq; donum am
plectamur. Ne extollas, ò Iudæe Neo
menias tuas, ſabbatha tua, decalogum
tuum. Ne Græce afferas moralis tuæ
Philoſophiæ præcepta. Exorbitaſtis
omnes, egregie docuiſtis, at nephariā
vitam duxiſtis ſemper: opus erat vno
Chriſto Ieſu, cuius meritis, citra om-
nia ueſtra merita, immo cum multis at-
que magnis ueſtris demeritis, iuſtifica-
remini coram Deo. En aduenit Chri-
ſtus: omnis iam ueſter tumor abſcedat:
illum unum colite, illi vni genua flecti-
te, gratias illi uni mecum agite, qui uiui
Coloſſ. 2. ficauit nos cum illo, donans nobis om
nia delicta. Cernis quo ſpectat Pau-
li ſenſus? O hæretici, quouſq; aberrabi
tis, alioſque aberrare facietis? Non eſt
hic ſermo de Iuſtificatione abſolutè:
non qualemcunq; iuſtitiam noſtram di
cit eſſe gratis, ſine noſtris meritis datā
à Deo per redemptionem, quæ eſt in
Chriſto Ieſu. De baptiſmali iuſtificatio
ne dūtaxat loquitur Paulus. atq; de pri
ma gratia. quam promeruiſſe, & Iudęi,
& Gentes contendebant. Hæc gratis
omnino, citra omnem nr̄orum merito-
rum rationem, immo cum nr̄is demeri
tis maximis, quantacunq; ſint, vel fue-
rint, vnice ſuffragāte Chriſti merito, no
bis condonatur. Veniant piratæ. Archi
piratæ, p̄dones ad ſanctiſſimum Chr̄i
Ieſu lauacrum, ad fontem baptiſmaliū
undarum, tantum credant Ieſu Chriſti
merito, ſe ſe expurgandos eſſe, atq; ex-
piandos ab omnibus peccatis, baptizē-
tur, id ſufficit, vt iuſti corā Deo depu-
tentur. Nihil hic dicas de operibus. Au
dis, gratis, tace de meritis. Quando &
pueri, qui nec id poſſunt pręſtare vt cre
dant, ſola ablutione Deo reconciliātur
per Chriſtum, fiuntq; filij Dei, cum na-
tura eſſent filij iræ, & diaboli. At cum
homo ex filio Dei, denuo peccans fit
diaboli filius, vt Deo iterum reconcilie
tur in gratiam, num non requiruntur
opera? Num ſat eſt Chriſti merito fide
re, cum ualeas operari? Abſit. Abſit,
vt id concedamus. Pœnitentia opus
eſt. quam meritò ſecundam poſt nau-
fragium tabulam appellant. Non eſt
tunc facilis mihi credite ſecundus ad
Deum acceſſus, neceſſarius eſt plāctus,
& fletus, fletus animæ dico, magis q̄
oculorum. Corda ſcindere oportet, iux
ta Prophetam. Vide quàm amare fle- *Ioel 2.*
uit Petrus, poſtquam ter dum mori ti- *Mar. 14.*
muit, vitam negauit. Recordare lachri
marum Ezechiæ: pœnitentiæ Niniuita *Eſa 38.*
rum: contritionis Dauidis. Noli quęſo *Ione. 3.*
diuinam miſericordiam adeò extolle- *Pſ. 50.*
re, vt iuſtitiæ obliuiſcaris. Iezabelem il-
lam repræhendit Deus. Dedi illi tem- *Apoc. 2.*
pus (inquit) vt pęniteret, & noluit pę-
nitere à fornicatione ſua. Chr̄s Ieſus
cum cęlos conſcendere vellet, audi q̄
memorabile documentum reliquerit.
Oportuit Chriſtum pati, & reſurgere *Luc. 24.*
à mortuis, & prædicari in nomine eius
pœnitentiam & remiſſionem pecca-
torum in omnes Gentes. Audis copu-
lari Chriſti morté, & pęnitentiam? Iun-
gere opere pretium eſt hæc duo meri-
ta, vt ſecundo lapſi reconcilientur. Pau *Act. 20.*
lus ad primores Epheſinæ eccleſiæ. Ni-
hil (inquit) ſubtraxi uobis utilium, quo
minus annunciarem uobis, vt doce-
rem vos publicè, & per domos, teſtifi-
cans Iudæis, atque Gentibus pœniten-
tiam & fidem in dn̄m noſtrum Ieſum
Chriſtum. Audis pęnitentiam & fidem?
Non mihi dicas Luthere, Optima pęni
tentia, noua vita. Id tibi concedam in
illis, qui baptizant, de quibus dicebat
Petrus. Pœnitentiam agite, & baptize- *Act. 2.*
tur unuſquiſq; vr̄m? At qui poſt baptiſ
mum denuo lapſus eſt, quomodo non
eū ueteris vitæ pęnitere oportet ante-
qnā incohet nouam? Qūo nō eum atte-
ri neceſſe eſt, & cōteri: Qūo non ſatisfa
cere? Qūo non confiteri? Qūo non alia
pia atque egregia facinora quo ad pōt
operari? Hęc eſt ratio pęnitentię, quam
exigimus ab his qui exciderunt à diui-
no, fauore. Immo non exigimus nos,
exigit Deus. Nemo enim particeps eſſe
poteſt meriti Chriſti Ieſu, niſi ipſo
Chriſto configuremur aliqualiter. In
Baptiſmo configuramur ſacramentali-
ter, iuxta illud. Configurati ſumus *Rom 6.*
ei in baptiſmo in mortem. Propte-
rea baptizatis nulla pœnitentia ſatiſ-
factoria

factoria imponitur, quia ſunt totaliter
1.Pet.3. liberati ſatisfactione Chriſti Ieſu. Quo
niam vero is pro peccatis noſtris ſemel
Heb.6. mortuus eſt, nõ poſſumus ſecundo baptizari, vt ſecundo configuremur, rurſus crucifigentes nobis filium Dei. vt inquit Paulus. Oportet ergo, qui poſt baptiſmum prolapſi ſunt, configurari Chriſto per aliquas pœnalitates, vel paſſiones quas in ſeipſis ſubſtineant. Quæ tamen multo minores etiam ſufficiũt, quàm eſſent condignæ peccato: cooperante ſemper merito redẽptionis Chriſti Ieſu. Intelligis? Non ergo ſatis eſt noua uita, ſed oportet ſatisfacere pro delictis commiſſis. Hinc Deus benedi-
Apo 2. ctus. Memor (inquit) eſto unde excideris, age pœnitentiam, & prima opera fac. Quo fit, vt hanc ſecundam gratiam pœnitentialem, non omnino gratis accipiamus à Deo. Audenter dicam, emimus illam, non dono obtinemus. Ita di
Apo. Ibid. xit dominus Angelo Laodiciæ. Dicis qa diues ſum, & locupletatus, & nullius egeo, & neſcis quia tu es miſer & miſerabilis, pauper, cæcus, & nudus. Suadeo tibi emere à me aurum ignitum, & probatum vt locuples fias, & ueſtimentis albis induaris, vt non appareat confuſio nuditatis tuæ: & collirio inũge oculos tuos. O ſententiã verè (ut iſti aiũt) irrefragabilẽ. Quid enim auri igniti & probati nomine hic intelligit̃, niſi charitas Dei, quæ eſt idem quod gratia diuina gratifica, qnam græci χάριν uocãt? Quid item collirium illud ſignificat, prę terquam eandem gratiam, qua mentis oculi illuminantur? Emitur ergo à peccatore diuina gratia gratifica, cum gratia gratis data puentus, (quæ eſt diuina motio ſpiritalis, qua mouentur animæ omnes ad ſupernaturale bonum, quẽadmodum motione generali omnia mouet ad proprias vniuſcuiuſque naturalis rei actiones. Hæc enim motio, quam auxilium mage dixerim ego, q̃ gratiam, quoniam non efficit gratos, præcedit omne meritum noſtrum, & condignitatis, & congruitatis) conatu
1.Cor.12 adhibito liberi arbitrij, ſe ſe corrigens atque dijudicans ne iudicetur, vt inqt. Apoſtolus, pœnitens atque dolens diſponitur ad illam. Tunc enim meriti de congruo ſaltem, vt Deus illam infundat, ſed cooperante dubio procul ſatiſfactione Chriſti, ſine qua omnia noſtra merita inania eſſent. Non hic me vrgeas propter uocem illam, emere, Certè emi non poteſt condigno pretio noſtris operibus gratia diuina. At ſi galerum propoſuerit ſummus Pontifex, à quibuſuis vnica oratione poſſe comparari. is qui illud munus abſoluerit, galerum nonne emiſſe dicetur? Vtique. Venalem fecit Deus omnipotens ſecundam gratiam vnicuique, qui in Chrm crediderit, modo ſe ſe paret quoad poteſt: doleat de peccatis commiſſis, non noua committat, accedat ad ſacerdotẽ, pulſanti gratiæ non reſiſtat. Scriptum eſt enim, Deus dat Spiritum bonum petentibus ſe. Hæc ergo quiſquis agit, gratiam emit. O quàm exiguum pretium. Gratias itaque agamus Deo optimo maximo, tanquam verè gratis totũ agatur. Gratia enim ſola factum eſt, vt tam parua opella noſtra tantus theſau Luc.11.
rus, tãta margarita pretioſa à nobis omnibus ualeat comparari. Non vacat ex myſterio illud. Collirio inunge oculos tuos. Deus eſt, qui ſuo collirio inungit oculos noſtros. At id peccatori dicitur, quoniam in poteſtate hominis eſt, vt ſibi detur, vt illam emat: Cum ſe ſe ad illam modo dicto parare poſſit, faciens quod in ſe eſt, non ex ſe tantum, ſicut declarauimus, ſed primũ motus à Deo. Sicut enim nihil naturæ, ſine Deo, vt primo principio naturarum omnium: ita nihil gratiæ ſine eo, vt principio gratiæ facere poſſumus. Facere autem hominem quod in ſe eſt, vt per hoc ſit ſufficienter præparatus ad gratiam. Ita.n. ſumitur facere quod in ſe eſt in propoſito, eſt aliquid gratiæ: quoniam eſt, initium ad grãm. Eſt nanque conuerſio ad Deum, quæ in ſui termino eſt meritoria, vt potè, gratia informata. Igitur ſine Deo, vt ſpecialiter mouet animã, gratia illa ſua ad ſupernaturale bonum, non poteſt homo facere, quod in ſe eſt modo dicto. Et de hoc ſatis. Reuertamur ad Apoſtolum. *Deus* (inquit) *propoſuit Chriſtum Ieſum propitiatorium in ſanguine ipſius.* Noluit dicere propitiatorem, ſed propitiatorium, vt eminentius

quid

quid diceret. Sicut non dicimus Deum eſſe bonum, ſed bonitatem: non ſapientem, ſed ſapientiam. Ita dixit & Ioãnes.
1. Ioan. 2. Ipſe eſt propitiatio pro peccatis noſtris non pro noſtris, aũt tantum, ſed pro totius mundi: Et Paulus noſter ad Corin-
1. Cor. 1 thios. Ipſe factus eſt nobis redemptio, ſapientia, & iuſtificatio. Alludit autem fortaſſe hic Apoſtolus ad propitiatoriũ illud teſtamenti veteris, vt inſinuet Chriſtum figuratum fuiſſe per illud.
Exo. 25. Erat enim operculum archæ propitiatorium, vel ſedile, vt alijs placet: dicebaturque propitiatorium, quoniam ex eo audiebantur reſponſa diuinæ pietatis: quibus oſtendebatur propitius populo illi. Cui ergo hæc omnia melius conueniunt, quàm Chriſto Ieſu, qui archam ſanctæ Eccleſiæ vmbra ſua operit, atque tegit, cuiq; ipſa tanquam ſedi innititur? Sedes tua Deus in ſeculũ ſeculi. Ex quo demum diuina reſponſa data ſunt cęlitus omni hominum generi, allatum ſcilicet euangelium, quod aliud nihil eſt, quàm fauſta & felix humanæ ſalutis annunciatio. Eſt autem propitiatorium Chriſtus, in ſanguine ſuo. Senſus eſt. Deum eſſe propitium nobis per Chriſti ſanguinem, quẽ pro nobis effudit. Non enim aliter meruit Chriſtus, propitiationem dei nobis omnib⁹, quàm morte ſua, & ſanguine ſuo. Ratio eſt iſta. Quia non niſi eo moriente, ſatisfactum eſt offenſę quam Deo irrogauerat protoplaſtus: Ipſo dicente:
Pſal. 58. Quæ non rapui, tunc exoluebam. Tũc autem primum offenſus, ei qui offenderat propitiatur, cum pro eo factũ eſt ſatis. Quomodo autẽ ſatisfecerit Chriſtus ſanguine ſuo, breuibus accipe. Is uerè pro Regis offenſa facit ſatis, qui leſæ maieſtati exhibet, quod æque vel magis placeat, quàm offenſa. Chriſtus uero moriens, ex tam magna charitate atque ex obedientia patris, rem diuinæ maieſtati gratam magis exhibuit, quam diſplicuerit offenſa primi parentis, & noſtra: & plus quàm offenſa illa exigeret. Primo quidem. Quoniam non ex tanta malitia peccarunt progenitores noſtri, ex quanta charitate ſe ſe morti Chriſtus expoſuit. Secundo. Quia nõ erat tantæ dignitatis offendens, quantæ Chriſtus, qui pro eo mortuus eſt. Erat enim Deus & homo. Videri poterat ſatis eſſe, ſi Adam mortuus fuiſſet: At Chriſtus, vt abundantius ſatisfaceret, mori uoluit, cuius uita, erat uita Dei: & propterea omnium uitam incõparabiliter excedens. Tertio. Quia non ſolum mori voluit, ſed acerbiſſimis ſupplicijs, atq; vniuerſorum membrorum intenſiſſimis doloribus macerari: non ſolum itaque ſufficienter ſatisfecit, ſed ſuperabundanter, pro peccatis totius 1. Ioan. 2.
mundi, vt Ioannes dicit. Vnde non ſolum omnes homines à peccato liberauit, ſed gratiam iuſtificantem, atq; gloriam beatitudinis illis promeruit. Diligenter autem conſiderandum, quod Apoſtolus non dixit, Deus propoſuit Chriſtum eſſe propitiatorium, vel fore, vel fuiſſe, ſed abſolute; propoſuit propitiatorium, vt intelligas, Chriſtum indefinitè ſua morte meruiſſe propitiationem omnibus hominibus, & præteritis, & præſentibus, & futuris: licet non omnino eſſet par ratio. Morte enim ſua pręuioſa, Deus propitiebatur eis, qui Chriſtum præceſſerunt, non tamen eos admittebat ad gloriam, at morte exhibita, vtrumque fiebat. Sed cur nõ gratis, citra ſatisfactionem nobis omnibus pepercit, atq; propitiatus eſt Deus omnipotens ſine ſanguine, & ſine morte filij eius? Ad maiorem hominis dignitatem id factum eſt, vt quemadmodum homo in peccatum ceciderat, & reus factus erat mortis: ita per mortem Chriſti, homo peccato ſatisfaceret, atq; reſurgeret. Mortem meruerat homo, moriẽte Chriſto homo mortem ſuperauit. Victus fuerat à demone homo: moriente Chriſto diabolum euicit homo. Quod homo ſeipſum ſaluet, redimat, ꝓ ſe pugnet, mereatur, vincat, ſatisfaciat, triũphet, regnet, ad incomparabilem hominis ſpectat dignitatem. Sed non eſt ille homo qui uincit, & qui uictus eſt, dices. Immo ille. Caput enim & membra ſunt, unus homo, vnum corpus miſticũ. Ideo Chriſti uictoria, omnibus hominibus credentibus in eum, communis eſt. Hinc Paulus. Deo autem gratias, qui dedit nobis victoriam per Ie- 1. Cor. 15.
ſum Chriſtum. Quemadmodum & ini

quitates.

quitat es noſtras ipſe ſibi adſcripſit, & noſtram miſeriam. Deus, Deus meus, reſpice in me, quare me dereliquiſti? Lõge à ſalute mea verba delictorum meorum. Ratione illius miſticæ vnionis membrorum cum capite, & capitis cum membris. Poſuit itaque dominus in eo iniquitatem omnium noſtrũ. Et ita languores noſtros ipſe tulit, & dolores noſtros ipſe portauit.

Pſal. 21. Pſa. 53. Ibidem.

Notandnm eſt autem verbum illud. *Propoſuit.* quod idem eſt quod Definiuit, atque decreuit. Illud enim inſinuaſ ſe voluit Apoſtolus, ni fallor, quod dixit Chriſtus Ieſus. Et hoc mandatum accepi à patre meo, ponendi animam meam. Vnde & de Deo patre dicit, quod tradidit filium ſuum pro omnib' nobis. Et de filio. Factus obediens vſq; ad mortem, mortem autẽ crucis. Hinc autem meruit de morte, & de actore mortis triumphare. Miles enim nõ uincit niſi duci obediat. Homo ergo ille Chriſtus Ieſus, duellũ aggreſſus in cruce, uictoriam obtinuit glorioſam, quia patri iubenti obediuit: iuxta illud. Vir obediens loquitur uictorias. Poteſt tamen *Propoſuit.* hoc in loco accipi pro Obtulit. Obtulit Deus pro humano genere ſibi ipſi Chrm̃ in propitiatorium. Et ſenſus myſterij non uariatur. Notãdum eſt & illud. *Redemptionem quæ eſt in Chriſto Ieſu.* Ad hoc quod aliquis redimat, duo requiruntur, pretium ſolutũ, & actus ſolutionis. Si enim ſoluam ego pro redemptione captiui alicuius, pretium quod non ſit meum, ipſe non debeo appellari redemptor, ſed ille cuius eſt pretium quod ego ſolui. Pretiũ noſtræ redemptionis eſt ſanguis Chri, vel uita, quæ eſt in ſanguine. Anima enim in ſanguine eſt, ideſt uita. vt inquit Moſes. Hanc Chriſtus ipſe expoſuit. Actus ergo ſolutionis, exponere uitam, & pretium ſolutum, Chriſti eſt. Redemptio ergo facta eſt per Chriſtũ. Ecce Ioannis teſtimonium. Redemiſti nos in ſanguine tuo. Ecce Paulus noſter. Chriſtus factus eſt pro nobis maledictum, ut nos de maledicto redimeret. Miſit Deus filium ſuum factum ex muliere, factum ſub lege, vt eos qui ſub lege erant, redimeret. Quia tamen uita

Ioan. 12. Rom. 8. Philip. 2. Prou. 21 Leuit. 17. Apoc. 5. Gal 4.

Chriſti, erat totius trinitatis ſanctiſſimæ, ſicut primi motores, & ab ipſa etiã inſpiratum eſt Chriſto, vt pro nobis pateretur. Ipſo dicente. Vt facerem voluntatem tuam Deus meus volui. Non mea uoluntas, ſed tua fiat. Propterea redemptio, attribuitur etiam Deo. Gloria patri, filio, & Spiritui ſancto. Iuxta illud. Redemptionem miſit Dominus populo ſuo. Et illud. Redemiſti nos domine Deus ueritatis. Non te tamen moueat Grammatiſta uocula illa. *Redemptio.* Emptionem enim ſignificare videtur iuratum, ſi rigidiuſculè illam conſideres. Chriſtus autem alias, neq; Deus nos emerat, itaque nec redemit. Humili ergo & non alto ſupercilio intelligas, non ad actum emptionis propoſitionem illam referendam eſſe. Quæ. ſecundo nos fuiſſe emptos ſubindicat, ſed ad nos, qui empti fuimus. Vt ſenſus ſit. Cum primum eſſemus Dei optimi maximi ſerui, in ſtatu naturæ conditæ, peccante protoplaſtro, diaboli mãcipia effecti fuimus. Iuxta illud. A quo quis uictus eſt, huius & ſeruus eſt. Obligati etiam fuimus Deo, ſicut ſummo iudici, tanquam rei æternæ pœnæ, pretium ergo ſoluens pro hac oblatione Chriſtus ſanguinis ſui Deo patri: à diaboloq; per uictoriam paſſionis nos eripiens, & Dei ſeruos iterum conſtituens, redemiſſe nos dicitur Deo. quia primum ſui eramus. Niſi fortè Acutulus ille, malit dicere nos uerè ſecundo emptos, vel redemptos. Emit enim primum nos ſerpens ille antiquus, qui ſeduxit vniuerſum orbem: Redemit nos Dei filius. Emit ille ſine ullo eius pretio: noſtro enim conſenſu nos ipſi, nos ipſos illi vendidimus. Gratis venundati eſtis, inquit Propheta. At non ſine p̃tio redemit nos Chriſtus, ſine argento vtique, vt cecinit Eſaias, ſed non ſine ſanguine. Vides igitur. Quomodo ſimul ſe ſe oſculatæ ſunt iuſtitia & miſericordia, in iuſtificando homine, atq; cõciliando. Iuſtitia quidem. quoniã peccatum noluit inultum eſſe: miſericordia autem, quoniam cum homo ſufficiẽter ſatisfacere non poſſet, ſatisfactorem illi dedit. iuxta illud. Pro nobis omnibus tradidit filium ſuum. Cum ergo audis.

Pſal. 142. Matt. 26. Pſ. 110. Pſal 30. 2. Pet. 2. Eſa. 52. Rom. 8.

audis. *Iuſtificati gratis gratia Dei*, Miſericordiam agnoſce. Cum audis. *Per redemptionem quæ eſt in Chriſto Ieſu*, iuſtitiam. Iuſtificati ergo ſumus, & ex iuſtitia & ex miſericordia. O Neoterici, erigite aures, at non ex iuſtitia hominum, ſed ex iuſtitia Dei. quoniã Chriſtus Ieſus, vt homo tantum ſaluare potuiſſet: ſicut ſi fuiſſet Deus, pati non potuiſſet: Magna itaque rõne Ἀνθρωθεος fuit Chriſtus Ieſus: vt pateretur quia homo, ſatisfaceret, quia Deus. Quod uero dicit nos iuſtificari per fidem, quod eſt tertium. intelligitur fidem ipſam eſſe uim illam, qua nobis, et & gratia Dei, & iuſtitia paſſionis Ieſſu Chriſti applicatur. Propterea non fit iuſtificatio ſine fide. Quia tamen & ex gratia proceſſit Chriſti paſſio, atque fides, gratiæ donum eſt. Ideo primum locum in iuſtificatione tenet gratia. Hinc iuſtificatio ſemper attribuitur gratiæ. Deus ergo efficienter iuſtificat: diuina gratia formaliter. Chriſtus ſuo ſanguine meritoriè, atque mediante. Fines noſtra, Deum, gratiam. Chriſtum, nobiſcum unit, vtadeo ex gratia per Chriſti meritum iuſtificamur: nobis tamen ſemper conſentientibus, ſaltem negatiuè, ideſt nõ diſſentientibus etiam in prima iuſtificatione, vt omnino nos ſemper aliquid in tanto negotio habeamus, cum iuſti eua dimus coram Deo. Qui enim obicẽ ponit, non iuſtificatur, quouis etiam ſacramento. Sequitur.

Ad oſtendendam iuſtitiam ſuam, vel *Ad oſtenſionem iuſtitia ſuæ, propter remiſſionem præcedentium delictorum in patientia Dei. ad declarandam ipſius iuſtitiam in hoc tempore.* Quibus verbis, rationem affert Apoſtolus eorum, quæ immediate dicta ſunt. Cur ſcilicet Deus propoſuerit Chriſtum Ieſum propitiatorẽ in ſanguine ipſius. Simulq; duas dubitationes excludit. Inquit ergo hoc diuino conſilio actum fuiſſe, vt pateſieret diuina iuſtitia in peccatorũ eorum, remiſſionibꝰ, qui Chr̃m præceſſerunt. Niſi.n. fuiſſet hæc Chr̃i definita paſſio, ad propitiationem hoĩum, pro liberandis ſcilicet vniuerſis hoĩbus, cum pleriq; priſcis ſeculis iuſtificati fuerint diuina miſericordia, potuiſſent fortaſſe ſibi de ꝓpria iuſtitia blandiri, dicẽtes, cũ in uninerſis operibus eluceſcere debeat iuſtitia & mia, ex proprijs operibus, tanquã ex meritis, Deum illos iuſtificaſſe. Nũc ergo, cum Chr̃s ipſe ſanguinem ſuderit ad oẽs homines iuſtificandos, atq; Deo conciliandos, iam patet, quod diuina iuſtitia non humana iuſti fuerunt illi. *Si enim ipſi ex ſeipſis iuſtificari potuiſſet, gratis mortuus eſſet Chr̃s*, & incaſſum. Nihil aũt temere facit Deus, igitur cũ ſit mortuus, ſignum eſt, quod non niſi iuſtitia diuina iuſtificati ſunt: nec iuſtificabnntur alij. Et propterea, vt dixi, Apoſtolus ĩdefinito ſermone dicebat, Deum propoſuiſſe Chr̃m propitiatorẽ, vt intelligeres, ipſius mortem ex iuſtitia propitiatam fuiſſe præteritis, ꝓſentibus, & futuris. At ne diceres. Quo propitiatus eſt Deus per Chr̃i mortem, nõdum exhibitam his qui Chr̃m præceſſerunt? id.n. impoſſibile uidetur: Addit verbum illud. *In patientia Dei.* Et eſt *In* pro *De*, vel *Ex*, hebraico more. Diuina ergo patientia factum eſt, ne omnes perderemnr, ut paſſio Chriſti præuiſa, tantum his prodeſſet, qui Chriſtum anteceſſere. Nulla enim alia via erat, qua poſſent ſeruatum iri, niſi virtus ſanguinis Chriſti Ieſu. Deus ergo benedictus, ſubſtinuit magnis temporibus peccantes, nec perdidit, immo iuſtificauit merito huius ſacrificij ab æterno præuiſi, & præordinati pro omnibus. Ne etiam diceres. Cur adeo diſtulit Chriſti mortem, ad hæc vſq; tẽpora nouiſſima? Addit.

Ad declarandam ipſius iuſtitiam in hoc tempore. Senſus eſt, vt clariſſimę oſtenderetur iuſtitia diuina in hac plenitudine temporis, ab eo ante oĩa tẽpora prędeſtinata atq; pręfixa. Hoc nanq; tẽpus elegit oĩpotens, qui tempus ab euo ire iubet: vt quemadmodum eſt plenitudo temporũ, ſit & plenitudo gratiarũ. Nõ itaq; antea debuit, tam copioſos effundere imbres diuinorũ chariſmatum, ut felicitas huius temporis agnoſceretur, quo uniuerſi hoĩes iuſtificati ſunt, & admiſſi ad regnũ celorũ: quod prioribꝰ ſecuis non cõtigit. Ecce, ecce nũc tẽpꝰ acceptabile. Ecce, ecce nũc dies ſalutis. 2 Cor. 6

Subſtinuit igit' peccata præcedentia, cũ
in lege naturæ, tum in lege ſcripta, vt
homo in lege naturę de ignorantia con
uinceretur. Neſciebatur enim pec-
cata Deum offendere, & exacerbare,
atq; peccantes, reos æterni ſupplicij cõ
ſtituere. Propterea in grauiſſima atq;
turpiſſima facinora prolapſi ſunt. In le-
ge ſcripta conuincerentur de infirmita
te, vel imbecillitate. Siquidem agnito
peccato, inexcuſabiliter exorbitarunt a
lege Iudæi, uicti concupiſcentia carnis,
quam ſacramẽtis illis egenis reſtingue-
re non poterant. Ita ergo tot peccatis
confuſus eſt homo & conuictus. Con
uictus inquam, quod nec ſcire, nec ca-
uere poterat peccata omnia. Cogno-
uit itaq;, quod propria iuſtitia erat in-
ſufficiens, & quod diuina gratia qua
iuſtus fieri poſſet indigebat. Cum er-
go maxime abundauerit peccatũ, nec
aliquam poſſent homines excuſationẽ
afferre, quippe qui primum ſuperbie-
rant de ſcientia, & de potentia: tunc il
lo potiſſimum tempore abundauit gra-
tia Dei, cum Chriſtus pro omnibus ſe
ſe obtulit in ara crucis, hoſtiam imma-
culatam. Sic itaque in nouiſſimis tem
poribus, perſpicuum factum eſt vniuer
ſo orbe, quod diuina iuſtitia non huma
na, nos iuſtos facit: Et id uoluit Deus,
propterea diſtulit incarnationem filij
eius, & mortem. Hæc eſt mens Apo-
ſtoli. Concludit ergo. *Vt ſit ipſe iuſtus.*
ideſt in mentibus hominum aſſeratur,
teneatur, quod iuſtus eſt. Sicut. n. Deus
optimus maximus, quamuis noſtra glo
ria non indigeat, ex bonitate ſua tamẽ
creauerit omnia, vt ab omnibus glorifi-
cetur ſua bonitas: ita quãuis iuſtus ſit,
nec laus humana diuinam extollens iu
ſtitiam, illam adaugeat, vult tamen a-
gnoſci, quod iuſtus eſt. Hoc ergo Chri-
ſti tempore, cum ipſe pro nobis ſangui-
nẽ effudit, agnitum eſt, quod Deus iu-
ſtus eſt: quippe quia uoluit offenſam
humani generis ſatisfactione iuſta de-
leri. Proprio nanque filio non peper-
Rom. 8. cit, cum uideret neminem alium eſſe, q
id explere poſſet. Iam deſperata erat
hominum ſalus, ad ſummum vniuer-
ſa peccata creuerant, condemnationis
venerat tẽpus: multa benignitate Dei
potiti fuerant Iudæi, & Græci, nequa-
quam tamen reſipuerant. Et tamen
Deus tunc aperuit ſuæ gratiæ fontes
ampliſſimos, & hominem perditum iu
ſtitia mortis Chriſti liberauit. Quis nõ
Deum iuſtitiæ magnam atque immen-
ſam copiam habere credat de cætero?
Nulla erat hominum iuſtitia, qua pec-
cata deleri poſſent, vel expiari. Sine iu-
ſtitia tamen expiari non decebat. Cum
itaq; expiata ſint, Deum eſſe iuſtiſſimũ
nemo ambigere poteſt. Eſt forte, &
alius ſenſus. *Vt ſit ipſe iuſtus.* Hoc eſt
credatur iuſtus, à promiſſis neqnaquã
deficiens. Pollicitus enim fuerat, in no
uiſſima mundi ætate, fędus nouum in-
ire cum hominibus: Non ergo antea
debuit id executioni mandari. Cui', &
redditur ratio. Cur nam patres præce-
dentium ſeculorum, Chriſti morte prę
uiſa iuſtificatos, non admiſit Deus ad
regnum cęlorum? vt ſcilicet iuſtus ſit in
promiſſis: promiſerat enim & ſub ue-
laminibus figurarum, & vatum verbis,
ſe ſe nolle quempiam in hæreditatem
recipere, niſi exhibito ſacrificio illo ui-
ctimæ pacificæ Chriſti Ieſu, qui eſt ſa-
cerdos & hoſtia. Non ergo debuit
quiſquam illuc ingredi, niſi cum ſum-
mus ille pontifex, per proprium ſangui Heb. 7.
nem ſemel introiuit in ſancta, æterna
redemptione inuenta. *Et iuſtificans eum,*
qui ex fide eſt Ieſu Chriſti.

Hoc eſt ſecundum, quod agnoſci vo
luit Deus. Videlicet ipſum iuſtificare,
non per opera legis, ſed ex fide. Id ergo
agnitum eſt moriente Chriſto, quãdo-
quidem non fuiſſet mortuus, ſi opera
legis ſatis fuiſſent, omnis legis dico,
vel naturæ, vel Moſi, ad iuſtificandos
homines. Cum ergo mortuus ſit, con-
ſtat vniuerſo orbi, quod lex nunquam
fuit ſufficiens, ſed fide opus erat. Fi-
de inquam Chriſti Ieſu, vt dictum eſt.
Vnde non iuſtificantur à Deo omnes
abſolute, ſed hi tantum, qui ſunt Chri-
ſti Ieſu, qui Chriſtiani ſunt. ideſt, qui
ad Chriſtum attinent, non ad Moſen
amplius. Hi autem, qui Chriſtiani
ſunt, vel ex Iudaiſmo, vel ex Genti-
litate iuſtificantur, non ex circunci-
ſione, aut ex præputio, ſed ex fide ip-
ſius Ieſu Chriſti. Vnde ita debet le-

gili-

gi litera. *Iuſtificans eum, qui eſt Ieſu Chriſti ex fide.* Et eſt hæbraiſmus. Ita inuitat Iudæos, & Ethnicos, vt ad Chriſtum accedant. Eos item qui ex circuncisione, & qui ex præputio iam venerūt ad Christum, hortatur ut operibus nō fidant, ſed fidei duntaxat.

Poteſt, & legi vt iacet litera, vt ſit ſenſus. Iuſtificans eum, qui pendet ex fide Ieſu Chriſti, ideſt, qui huic fidei innititur, quique toto corde in Chriſtum ſuſpenſus, illi hæret. Hæc ergo duo agnita ſunt, diuina iuſtitia, & modus iuſtificandi eius. Non incaſſum ergo ſupra bis dixit Apoſtolus. *Ad oſtenſionem iuſtitiæ ſuæ.* Duplex nanque eſt Dei iuſtitia, vt dictum eſt. Iuſtitia, qua ipſe iuſtus eſt, vel mulctando peccata, vel reddendo promiſſa. Et iuſtitia qua nos iuſtos facit, vtraque autem hoc tempore Chriſti Ieſu manifeſtata, eſt omni orbi clariſſime, ita ut uerum ſit quod in principio Epiſtolæ dicebatur, Iuſtitiam Dei reuelari ex fide in fidem. Ex fide ueteris inſtrumenti, in fidem noui teſtamenti: ex fide data à promittente Deo, in fidelitatem reddentis Dei. Ex fide in Chriſtum pro redemptione noſtra mittendum, in fidē in Chriſtum iam miſſum. Sequitur.

Vbi ergo gloriatio? Excluſa eſt. Vertit ſe ſe Apoſtolus poſt longas ratiocinationes contra Iudæos, & contra Gentiles pariter iactabundos, & vaniloquos, qui inaniter alter alteri ſe inuicem præferebant. *Vbi* (inquit) *gloriatio?* Quid eſt de quo gloriari poſſitis, ò Iudæi: ò Gentes? Certe excluſa eſt, omnis gloriatio veſtra, ſi uera ſunt, quæ hactenus diximus. Et uerum dicit. Si enim flagitioſus aliquis, qui à iudice depræhenſus, nullo colore ſe ſe defendere valeret, ſed iuſtiſſimo iudicio morti eſſet condemnatus, nihilque aliud expectaret, quā ſuorum facinorum, luere pœnas: liberaretur deinde fauore regis, nonne poſt liberationem impudentiſſimè gloriaretur, iactaretque ſe nunquam deliquiſſe? opere prætium erat illud ante gratiam demonſtrare. Id ergo cum Iudæo, tum Ethnico accidit poſt Chriſti Ieſu regis regum necem. Ex omni parte, omnis homo depræhenſus, eſt atq; conuictus, ſibi minus ſufficere pro uitando æterno ſupplicio. Sententia diuini iudicij fruenda erat, contra omnes indiſcriminatim: vniuerſique homines interituri erant, niſi ſanguis il le innoxius gratis, hęc cōmunia omniū mala diluiſſet. Nonne ergo temerè, & impudenter quiſque gloriabitur, ſi iam opere redargutus, atque confutatus, gratiæ Chriſti Ieſu, omnem ſuam ſalutem non ferat acceptam, ſed in ſeipſo, atque ſuis operibus, velit adhuc ſicut prius gloriari? Hoc ipſo enim, quod Chriſtus Ieſus propitiatus eſt hominibus, placando Deum patrem ſanguine ſuo, & faciendo ſatis leſæ illius maieſtati, excluditur ſtulta omnium hominum gloriatio, adeo vt nullam amplius poſſit habere, vel veriſimilem rationem, qua ſe ſe iactet Ethnicus de lege naturæ, de ſapientia: vel Iudæus de lege, vel de circuncisione. Abſolutè enim tollitur Chriſti morte, omnis hominum gloria, atque ſuperbia. Propterea ad nouiſſimos dies dilata eſt, quo communis eorum impudentia frenaretur. Si enim peractum eſſet antea tantum myſterium, dixiſſent gloriabundi homines, proprijs laboribus, & officijs potuiſſe ſine Chriſti nece ſaluari. Cum ergo omnis legis, & omnium aliorum pericula facta ſint prioribus ſeculis, & ad extremum adhuc Chriſtus, pro nobis mortuus ſit, quis non uideat apertiſſimè, nos non potuiſſe aliunde ſaluari? Si enim eorum, quæ antea præceſſerunt, aliquod, vel ſimul omnia fuiſſent ſatis, pro reme dio peccatorum noſtrorum, pro iuſtifitione noſtra, non oportuiſſet, poſtquā intentata omnia fuerant, Chriſtum ad huc in manus tradi impiorum, & crucis ſubire tormentum. Superuacanea omnino fuiſſet, hæc diuini amoris prodigalitas. Nihil enim ſuperuacaneè facit Deus. Sublata eſt itaque euidentiſſimè omnis gloria humanæ iuſtitiæ, eiecta & abiecta, vt qui gloriatur, iam in domino, non amplius in homine glorietur. 1 Cor. 15

Per quam legem? Supple. excluſa eſt, & vetita, atque abiecta hæc noſtra elatio.

elatio. Recte petit, *per quã legem.* qm̃ lex (vt iuriſperiti finire ſolent,) eſt ſanctio ſancta ſuadens honeſta, prohibensq; turpia. Excludere ergo inanẽ hãc gloriã nõ videtur poſſe eſſe effectũ, niſi alicuius legis, quæ illam turpe facinus eſſe oſtendebat, ac propterea abijciendam. Cuius ergo legis? *Factorum?* Nunquid alia eſt lex, quæ iterum noua quædam facta, noſtris viribus facienda præſcribat, quibus iuſtificari poſſimus? vt ex illis illuſtrioribus factis gloriatio Gentium, & Iudæorum excludatur, de ſuis legibus & de ſuis antiquioribus factis? *Non.* Non per legem Moſi, quæ lex factorum, exterorum ſcilicet operum dicitur, quia neque illa ſatis fuit, vt excluſa gloria Chriſti gloriari poſſet Iudæus. *Sed per legem fidei.* Lege certè excluſa eſt tua gloriatio, verum non lege factorum. Nam neque lex iſta noua qua tua glorię excluditur, lex factorum dici debet, ſed lex fidei, qua gratuito accipitur peccatorum remiſſio, & vires credentibus dantur à Deo bene faciendi per Chriſtum. *Arbitramur ergo fide iuſtificari hominem ſine operibus legis.* Primum ante Chriſtum mortuum iuſtificabantur homines, non per opera legis, nunc iuſtificantur per fidem ſine operibus. Nam & Iudæo nihil proſunt antequam credat, & ad huc, vt iuſtus efficiatur. & Gentili non ſunt neceſſaria, omnibus enim peccatis refertus: mox cum credit, iuſtificatur. Tunc Iudæus, non per illa iuſtificabatur, ſed tamen non ſine illis: quia erant in uigore, & currebant: nunc ſine illis, quia ceſſauit lex cum venit Euangelium.

Arbitramur (inquit) *Fide iuſtificari hominem, ſine operibus legis.* Hoc eſt, nos ipſi, à Spiritu ſancto inter Iudæos, & Gentiles arbitri conſtituti, arbitrario iudicio noſtro, ſententiamus, definimus, conſtanter aſſeueramus, hominem apud Deum iuſtum effici, atque deputari per fidem, citra omnia legis facta, vel opera, vel moralia, vel ceremonialia, vel iudicialia. Nulla opera locum habent in iuſtificando homine coram Deo: vnica fide iuſtificantur vniuerſi homines apud Deũ, ſine operibus moralibus, ceremonialibus, iudicialibuſque, cuiuſuis legis, vel naturę, vel moſaicæ, vel euangelicæ: Audis Paulinam ſententiam? Ex peccatorib' iuſti, ex impijs pij euadimus beneficio fidei in Chriſtum Ieſum, ſine operib'. Sic terminatur hac ipſa ſententia, Iudæorum & Gentium cauſa ex uno capite. Dicebant enim omnes, vel proprijs, vel meritis partum ſe ſe ad euangelium Chriſti euocatos fuiſſe. Contra omnes itaque fert ſententiam Paulus, gratis ipſos fuiſſe per euangelicam gratiã iuſtificatos. De prima ergo iuſtificatione, eſt Pauli ſermo intelligendus, vt parum ſupra dicebam, quæ baptiſmali regeneratione obtinetur, qua primum chriſtianis inſignibus inauguramur. Illam enim dubio procul nulla preit humana iuſtitia, ſed gratis citra omnia opera nobis condonatur à Deo, iuxta Paulum eundem alibi dicentem. Non ex operibus iuſtitiæ, quæ fecimus nos, ſed ſecundum ſuam *Tit. 1.* miſericordiam ſaluos nos fecit: per lauacrum regenerationis. At cũ his uerbis optimè ſtat alia cõcluſio, quam ſpũs ſancti teſtimonio comprobauimus, & ad iuſtitiæ augmentũ, atq; conſeruationẽ conducere, plurimumq; ualere opera quæ fidem ſequuntur, iuxta Paulũ, vt perfectus ſit homo Dei, ad omne opus bonum inſtructus. Et item ad iuſtitiam pęnitentialem eius, qui ſecundo lapſus eſt, non nihil efficere opera, iuxta Petrum. Satagite, vt per opa ueſtra, firmã veſtrã electionẽ faciatis. Non.n. firma *2. Pet. 1.* eſt electio, niſi ſurgat, qui cecidit. Si itaq; illam opera firmant, ad ſurgendũ procul dubio conſeruat. Nunquam tamen ſecluſa fide. Illam enim ſemper oportet adeſſe, tanquam omnis chriſtianæ ſtructurę baſim, & fundamentũ: & qui ea caret, cum operatur ſupra arenã, non ſupra petram ædificat. Vt intelligas hanc eſſe vim, robur, dignitatemq; & excellentiam fidei, ut per ipſam ſine operibus poſſit peccator in baptiſmali ablutione iuſtificari. At nunquam uere & dignè, pęnitentiali iuſtitia communiri quiſuis ualeat, citra fidem Chriſti Ieſu, etiam ſi omnia opera bona agere adnitatur & agat. Neq; etiam iuſtitiam ſemel adeptam augere, vel conſeruare.

Qua

Qua declaratione ceſſant (vt uidetis)
magnæ illæ tragediæ, quas locus iſte
antea partum feliciter intellects, euxci-
tauit. Quidam enim decalogo nimium
tribuentes, cęremoniaſque tantum ex-
cludentes, fidei in Chriſtum nō tribue
runt ſatis. Alij item fidei, cui prima tan
tum iuſtificatio tribuenda eſt, cum ſit
fundamentum, vniuerſa tribuerunt, eij-
cientes omnia opera: fundamentum
pro tota ſtructura accipientes. Pauli er-
go ſententia media eſt, ex hactenus di-
ctis. Quod enim fundamenti eſt, to-
tum fundamento adſcribit, dicens. Vt
1.Cor.3. ſapiens architectus, fundamentum po
ſui: fundamentum autem aliud nemo
poteſt ponere, præter id quod poſitum
eſt, quod eſt Chriſt⁹ Ieſus. At quod ſtru
cturę attinet, nequaquam fundamento
adſcribitur. Fundamentum eſt fides
ſine operibus, ferax tamen operū: ſtru-
ctura fides cum operibus ipſis. Sic autē
omnia ſcripturarum loca ſine vlla diffi-
cultate conciliantur. Deinde dicit.

An Iudæorum Deus tantum? Nonne & Gentium? immo & Gentium, quandoquidem unus eſt Deus, qui iuſtificabit circuncisionē ex fide, & præputium per fidem. Quod ſu-
pra propoſuerat, iuſtitiam Dei in om-
nes, & ſup omnes effuſam eſſe, qui cre-
dit in eum. Non enim eſt diſtinctio.
Nunc probat. Quoniam Deus (inquit)
non eſt Deus Iudæorum tantū, ſed om
nium hominum. Simulq; perbellè de-
primit Iudæos, ne poſtquam ſublata eſt
anſa gloriatio ex lege, ſuperbiant ex fi-
de quaſi illis propria. Declarat ergo, qđ
nec ex fide poſſunt gloriari ſupra Gen-
tes, quoniam hæc fides Iudęis, & Gen-
tibus cōmunis eſt. Quare & iuſtifica-
tio per fidē, vel ex fide, quod idem eſt.
Omnes.n.credere pñt, quare oēs iuſti-
ficare. Neminem nanq; non iuſtifica-
bit Deus eorū, qui crediderint, etiam
ſi ſint Ethnici: neminē quoq; iuſtifica-
bit Iudęorū, ſi non crediderint. Spectat
enim cauſam, non perſonā Deus. Cau-
ſa in iuſtificatione, eſt credere. Perſona
eſt eſſe Iudęū, vel Gentilem. Quicunq;
ergo crediderit, vel ex circuncisione,
vel ex pputio, iuſtificabit̃ à Deo. Nemo
aūt iuſtificatur, qui nō crediderit, vel ſit
circunciſus, vel pręputiatus. Nō fouet
partes Deus. Eſt Deus oīum, cū Iudęo- Rom. 3.
rū, tū Gētium. Videbat̃ olim eſſe Deus
Iudęorū tm̄, non dn̄io, & prouidentia,
ſed ſpetiali cultu. Dn̄s elegit te hodie, Deut. 3.
vt ſis ei populus peculiaris, inquit Mo-
ſes. At nunc, citra omnem delectū, eſt Malac. 1.
Deus oīum. In omni loco offertur noī
meo oblatio munda. Populus qui am- Eſa. 9.
bulabat in tenebris, lux orta eſt eis. Ve-
nit enim ille, qui erat expectatio Gen- Gen. 49.
tiū, cuiuſq; hæreditas erat vſq; ad termi
nos terrę, iuxta prophetarū uaticiniū. Pſ. 2.
Propterea in actis Apoſtolicis legitur,
in vrbe Cæſarea atq; Theſalonica, &
alijs vrbibus, deſcendiſſe Spūm ſanctū,
& ſuper Iudęos, & ſuper Gētes, iuxta
Iohelem. Effundam ſpūm meum ſuper Act. 10.
omnem carnem. Legem antiquā, quę Eſa. 44.
factorum erat, dedit Iudęis unis: legem
fidei, uoluit omnib⁹ eſſe cōem. Sol hic,
non perinde communis eſt, & expoſi-
tus omnibus: atque lex fidei Chr̄i Ieſu,
non arcet omnino quemquam, niſi qs
arceat, ipſe ſibi inuidens. Turcis quoq;
& ſaracenis obuius eſt Chriſtus Ieſus.
Ne ergo dicas Iudęe, hanc fidem nobis Rom. 3.
vnis inuulgauit. An Deus, eſt Deus tm̄
Iudæorū, vt Iudæos unos velit iuſtos eſ
ſe, & ſeruari? Ad uſq; terræ limites, pro- Pſ. 49.
pagari voluit Euangelium. Parum eſt,
(dicebat Filio Pr̄ æternus,) vt ſuſcites
mihi tribus Iſrael. Dedi te in lucē Gen-
tium. Propterea in oīum linguas, voluit
eſſe transfuſum, vt oēs valeant Chr̄i fi-
de iuſtum iri. Quęmadmodum enim
oēs homines à Deo optimo maximo, p
verbum æternum formati ſunt ad ima-
ginem & ſimilitudinem ſuam. Ita
congruum eſt, vt omnes per ipſum met
verbū carnē factum, reformentur: atq;
tandem in ipſum, per ipſum redeāt vni
uerſi: vt finis, medium, & principium
ſibi inuicē ex omni parte rn̄deant. Non
creauit Iudæos vnos, ſed & Gentes:
prouidet ergo Iudęis, & Gētibus, & ne
minē deſpicit. Quare quiſquis credide
rit, iuſtificabit̃ ab eo per fidē Chr̄i Ieſu:
vt quemadmodū fuit oīum creator &
dn̄s, ita ſit omnium ſaluator & pater,
& non priuatus quorundam Deus.
Olim dicebatur. Notus in Iudæa Deus. Pſal. 75.
Nunc. Adorabunt eum omnes reges Pſa. 71.
terræ, omnes Gęntes ſeruient ei.

Legem ergo, deſtruimus per fidem? Sicut à Iudæis blaſphemamur, qui neq; vim legis, neque gratiam fidei intelligunt, inquit Paulus. Et propterea putant cũ audiunt nos fidem extollere, legi irrogare iniuriam: excandeſcuntque quaſi nos hæreſim (vt aiunt) in plebeculam ſeminemus: legemque Moſi alioquin ſanctam, deſtruere moliamur. O cęcos. A nobis tanta impietas procul. Ipſi legem deſtruunt. *Abſit. Sed nos legem ſtatuimus.* Confirmamus, ſtabilimus. Nutaret lex, niſi ei ſuccurreret fides quam prædicamus. Audite vos argutiſſimas, doctiſſimaſque Pauli rationes, quibus cum legem eneruet prorſus, ſeſe legem maximè confirmare oſtendit. Primũ.
Leuit. 26. Promiſit lex ipſa vetus eſſe ceſſaturam per fidem. V etera nouis ſuperuenientibus, proiicietis. Dabo vobis teſtamẽ-
Bar. 2. tum nouum, non ſecundum pactum, quod pepigi cum patribus antiquis. Tunc deſtruerem ego legem, ſi eã men titam dicerem. Hoc eſt non ceſſaturam: cum illa dixerit, in nouiſſima temporis plenitudine, ſe noua lege ſuperueniente, ceſſaturam. Cum ergo prædicationibus & Epiſtolis meis probatur, non iam fidendum eſſe legi, at innitendum
1. Cor. 10. fidei in Chriſtum Ieſum, cum nos illi ſi mus, in quos fines ſeculorum deuenerunt: legem veracem, ſanctam, & iuſtam eſſe atque irrefragabilem demon ſtratur. Tantum abeſt, vt legem deſtrue re uelim. Vos legem deſtruitis ò Iudei, qui contra intentionem legis, legi adhuc fidendum, tam proteruo obſtinato que animo, pugnacibuſque uerbis con tenditis. Lex enim in homine domina
Rom. 7. tur quanto tempore viuit, & non vltra. Hæc eſt prima ratio. Accipe ſecundam. Supra, ex lege ipſa oſtendimus, iuſtificatos eſſe olim præputiatos & circuncisos, iuſtificariq; nunc ſine operibus legis per fidem: Si ergo hanc fidem iuſtificantem, magnis laudibus efferimus, nonne probamus uerum eſſe, qđ lex docuit? Quomodo ergo legem deſtruimus? Qui iuſtificari ex lege perti-
Gal. 2. naciter contendit, is legem per ipſius le gis arma iugulat, & enecat: At ego per legem legi mortuus ſum, hoc eſt legitimè mortuus ſum legi, quoniam legis te

ſtimonio conſtat ipſam nolle me viuere, illi ſcilicet fidei, per quam factum eſt ſatis legi. Ecce tertia. Lex data eſt, vt obſeruaretur, obſeruataq; homines ad bonum ordinaret. Hic nanque eſt finis legis cuiuslibet: hocque intendit legiſlator, obſeruatiõe legis, ciues facere bo nos: ſed ipſius legis teſtimonio cõprobatum eſt, illud eſſe hic impoſſibile. Cõ feſſa eſt enim, omnes homines præuaricatos eſſe legem, peccauiſſe, Deique glo ria equiſſe. Nos ergo fidem prædicantes, qua boni iuſtiq; euadere, & legem implere poſſunt omnes, modo velint, cuius gratia lex cuncta gerebat: nonne legem implemus, perficimus, conſumamus, legis intentioni ſatisfacientes, illiuſque voluntatem per fidem ad finem deducentes, ad quem ſine fide deduci non poterat? Hoc eſt qđ dicebat Chriſtus. Non ueni ſoluere legem, ſed adim Matt. 5.
plere. Quoniam effundens gratias ſuas in omnes homines, exhibuit pleniſſimè id quod lex quidem intendebat, promittebatq;, ſed pręſtare non poterat. Quod Rom. 8.
impoſſibile erat legi, dicebat Paulus, Deus mittens filium ſuum in ſimilitudinem carnis peccati, damnauit peccatum in carne, vt iuſtificatio legis impleretur in nobis. Hinc idem. Finis legis Rom. 10.
Chriſtus eſt, ad iuſtitiam omni credenti. Vis quartam rationem? Vetuſtum il- 1. Cor. 10
lud teſtamentum, vmbra erat. Omnia nanque in figura contingebant illis. Si ergo cum aduenerit iam veritas, quam lex illa figurabat, vmbras illas ſuperuacaneas eſſe contendo. Cum enim ad- 1. Cor. 13
uenerit quod perfectũ eſt, deſtruetur quod ex parte eſt. Nam & ego cum paruulus eſſem, loquebar vt paruulus, cum factus ſum vir, euacuaui quæ erãt paruuli. Quis mihi hanc notam innere poteſt, vt legem deſtruam? Cõfirmo legem, atque circunciſionem, cum circunciſionem ſpũalem neceſſariam eſſe, non carnalem, cum legem fidei non factorum prodeſſe omnibus, & ſingulis incunctanter aſſeuero. Ex ipſa nanq; lege conuicti eſtis, ò Iudæi, in nouiſſimis diebus circuncidendum eſſe cor ueſtrum: atque ex fide uiuendum: ſi ergo interdum dixit Apoſtolus. At vbi Gal. 3.
venit fides, iam non ſumus ſub peda-

gogo.

Eph. 2. gogo. Chriſtus pax noſtra eſt, qui parietem maceriæ ſoluens. ideſt legem mandatorum decretis euacuans, fecit utraque vnum. Vos ſic interpretanda eſſe uerba iſta intelligite. Nō euacuatur lex
Rom. 10. à fine. Finis enim legis Chriſtus (vt diximus,) ad iuſtitiam omni credenti. Finis quoque iuſtificatio, quæ ex fide habetur per Euangelium Chriſti, ex prædictis. Sed euacuatur, & deſtruitur lex ab eo, quod uidebatur in lege contineri ſuperſtitioſis phariſeis, & carnaliter ſentientibus Iudæis. Salus enim credebatur eſſe in lege, maximè quo ad decalogum. cum tamen omnis ſalutis, præterq̄ corporalis vacua eſſet, iuxta illud.
Leuit. 18. Qui fecerit ea, viuet in illis. Tranſgreſſores nanque lapidabantur, occidebantur. At obſeruatores, uiuebant, nullam ſalutem aliam obſeruatio legis largiebatur. Eſt ergo hoc modo euacuata lex p̄ fidem Chriſti: quoniam oſtenſum eſt eam eſſe, fuiſſeque vacuam, egenam, atque infirmam, vt dictum eſt, & imbecillę virtutis, ad iuſtificandos ſaluandoſq; peccatores. Quo ad ceremonias, credebant Iudęi, illas eſſe carnaliter tantum obſeruandas. Hoc ergo etiam euacuatum eſt, dum oſtenſum eſt, q̄d erāt vmbræ futurorum. In iudicialibus credebant rigorem illum ſemper eſſe obſeruandum: euacuatum eſt diuina Ieſu Chriſti miſericordia, temperante ſeueritatem. In ſacramentalibus credebant conferri gratiam: euacuatum eſt, dum docuit fides noſtra, quod ſignificabant
Ioan 1. gratiam, non cauſabant. Gratia enim p̄ Ieſum Chriſtum. Promiſſiones terræ lacte & melle manantis, iudicabant carnales illi de terra Canaā intelligi oportere. Euacuatum eſt, explicatis promiſſionibus regni cęleſtis. Vnde Euangelium regnum dicitur, quoniam perducit ad regnum celorum, dicente Chr̄o. A Diebus Ioannis Baptiſtę, Regnum cę
Matt. 11. lorum uim patitur, & violenti rapiunt illud. Videtis ergo quomodo vniuerſa lex euacuata eſt & deſtructa? Vniuerſa item ſtabilita atque confirmata, & impleta per fidem Chriſti. Quinque enim erant in lege, Moralia. Iudicialia. Ceremonialia. Sacramentalia, & Promiſſa. Moralia euacuata ſunt à iuſtificante virtute, ſed impleta per gratiam adiuuantem, vt adimpleantur. Iudicialia euacuata ſunt à rigore, impleta per miſericordiam lenientem. Ceremonialia euacuata ſunt à virtutibus, impleta per veritatem morum ſignificatam. Sacramētalia euacuata ſunt à gratia, īpleta ſunt per nouæ legis verorum ſacramentorū inſtitutionem. Promiſſa euacuata ſunt à carne literæ, impleta per terræ viuentium exhibitionem. Recte ergo mo- Ioan. 19.
riente Chriſto, uides velum diſcindi, & audis, Conſummatū eſt. Vt inde deſtructionem legis, hinc conſummationem atque perfectionē, & complementum intelligas. At Paulus quo letiore animo audiatur à iudæis, illud tacet, legē deſtrui per fidem: hoc tantum exagerat, fidem eſſe conformem, ſotiam, amicā, adiutricemq; legis. Nihil enim magis deſiderabat audire, qui legem ęmulabatur. Sed tamen non penetrat Iudæus mentem Pauli, non ad legis, ſed ad fidei Chriſti Ieſu dignitatem, iſte ſermo apoſtolicus tendit. Quod uidelicet fides, gratiam implendi legem vnicè largiat̄. Quod intentionem legislatoris, addat ſuper opera. Quod formā ſuper informia. Quod ſp̄m ſuper literam, quod vitā ſuper mortem, quod ſummā Philoſophiā ſuper pedagogiam. Hic enim eſt Apoſtoli ſcopus in hoc capite. Gratia Chriſti datur, non quia bona opera fecimus, ſed vt bona opera facere valeamus. ideſt nō quia legem impleuimus, ſed vt legem implere poſſimus. Ille em̄ Matt. 5.
nobis dixit. Non ueri ſoluere legē, ſed adimplere. Qui vnus bonū fecit: citra quæ nemo iuſtus, ne unus quidem, non iuſtitia politica, ſed diuina. Omnes enim peccauerunt. Vidimus autē Rom. 3. Ioan. 1.
gloriam illius vnius, gloriā quaſi vnigeniti à patre, plenū gratiæ & veritatis. Et Ibidem.
de cuius plenitudine, nos omnes accepimus: vt & nos per eum adiuti, diuinā legem implere valeamus, non fidentes legi, ſed Chriſto Ieſu. Plura autē hic cōſideranda ſunt, antequā, quartū caput aggrediamur.

Primum. Quid per legē fidei intel- Rom. 3.
lexerit Apoſtolus, cū dixit. Excluſam eſſe Iudæorum gloriā lege, nō factorum, ſed fidei. Videt̄ enim Apoſtolus diſtin-

guere legem à fide, & fidem à lege, cũ dicit. Legem ergo deſtruimus per fidẽ? Quomodo ergo lex vna eſt, quæ eſt lex fidei?

Secundo. Si eſt lex, quomodo nõ eſt ét lex factorum? Oẽs.n.leges, aliqua iubent facienda, & ſenatus conſulta, & plebiſcita, & magiſtratuum edicta, principii placita, & reſponſa prudentum. Si ergo lex fidei lex eſt, eſt etiam lex factorum. Cur ergo dicit Apoſtolus. Per quam legem? Factorum? Non, ſed per legem fidei.

Tertio. Et ipſa fides eſt factũ, eſt opus, & eſt opus ipſiuſmet legis fidei. Si.n. eſt lex fidei, præcipit fidẽ. Fides aũt eſt op⁹ nſm, dicente Chro. Hoc eſt opus Dei,
Ioan.6. vt credatis in eũ quem miſit ille. Igitur per legem facturum excluditur gloria, non tantum per legem fidei.

Rom. 3. Quarto. Quomodo dr. Arbitramur iuſtificari hominem per fidem, ſine operibus legis, ſi ipſa fides opus eſt legis fidei? Tali autem opere iuſtificamur.

Ad hæc ergo reſpondentes, dicimus primo. Quod mens Apoſtoli eſt. Excluſa eſt gloria tua per legem fidei. ideſt p gratiam fidei. Nihil enim oſtendit tam euidenter, Iudęorũ & Gentium gloriã eſſe inanem, qui operibus innitebant, ſicut fides in Chrm Ieſum, quam diuina gratia infudit hominum mentibus. Neq; enim fidere in Chriſtum opus eſſet, quod uidelicet per ipſum eſſemus iuſtificandi, ſi opera noſtra ſufficerent ad iuſtificationem. Per legẽ ergo fidei, gratiam fidei intelligit Apoſtolus, quæ maximè illuxit orbi, tẽpore incarnationis filij Dei, cum conditum eſt & promulgatum nouum teſtamentũ vel Euãgelium eius, quod ſupra definiebatur eſſe diuina poteſtas, in ſalutem credentibus. Nemo autem miretur, ſi gratia uocatur lex, quandoquidem plenitudo le
Rom 5. gis, eſt grã. Lex ergo illa, non in tabulis conſcripta lapideis, ſed diffuſa in cordibus noſtris, per ſpiritum ſanctum, qui datus eſt nobis, quod de teſtamento nouo dixit Paulus, Gratia eſt. Sicut docuit Auguſtinus. Lex uetus extrinſeca data eſt, qua iniuſti terrerẽtur. Lex noua intrinſeca data eſt, qua iuſtificantur, Iuſtificantur autem gratia. Nouum ergo teſtamentum eſt ipſa gratia. Id enim quod potiſſimum eſt in lege noua, & in quo tota uis eius conſiſtit, quatenus à vetere diſtinguitur, eſt gratia ſpũs ſancti, quæ datur per fidem Chriſti. Vnaquęq; autem res, illud uidetur eſſe potiſſimum, quod in ea præcipuũ eſt, quẽadmodum Philoſophi, hominem animam eſſe dicunt, quod præcipuum in homine anima ſit. Principaliter ergo, lex noua ſi quæratur quid nam ſit. reſpõde, gratia Spiritus ſancti, quæ dat Chriſti fidelibus. Ita docuit vos Apoſtolus. Rom.8.
Lex inquit ſpũs uitæ in Chriſto Ieſu, liberauit me à lege peccati & mortis. Gratia eſt, quæ liberat à peccato & à morte. Quis me liberabit de corpore mortis huius? Gratia Dei per Ieſum Chriſtum dominum noſtrum. Dicit autem ſe ſe per legem liberandum, ergo legem vocat gratiam, & gratiam legem: vt nouũ teſtamentum & legem, & graiam appellari poſſe, intelligas. Vetus autetm, lex quidem dicitur, ſed non gratia, quoniã non dabat gratiam, ideo nõ iuſtificabat. Dices fortè, pugnat ex diametro lex, & gratia. Lex enim terret, gratia allicit. Si itaq; nouũ teſtamentum gratia eſt, vt reuera eſt, non poteſt dici lex. Gloriantur hoc argumento admodum moderni hęretici, qui chriſtianam libertatem iactant. O quantis uerbis inculcant, illo uerbo fræti Apoſtoli noſtri. Si ſpiritu Gal 5.
ducimini, iam non eſtis ſub lege. Noluntq; chriſtianis, ideo poſitã eſſe legẽ. At mirum profectò, mirum qũo legis appellationem, cõuenire Euangelio tã impudenter negare non verentur. Eſaias enim illud vocauit legem. De Eſa 2.
ſion exibit lex, & verbũ domini de Hieruſalem. Legẽ eius inſulę expectabunt. Eſa 42.
Quod uaticinium partim præteritis tẽporibus adimpletum, nunc quoq; diebus noſtris adimpletur, cum plurimæ inſulæ nouiter repertæ, legem euangelicam Chriſti Ieſu, lubenti animo recipiant, atque receperint. Eſt & illud. Dñs legifer noſter, Dominus rex noſter, ipſe Eſa. 33.
ſaluabit nos. Benedictionem dabit legiſlator. Lex domini immaculata conuertens animas, teſtimonium domini fidele. Legem pone mihi domine, uiã iuſtificationũ tuarum. Hæc enim de ue
Pſ.83.
Pſal.118.
Ibidem.

tere

tere lege intelligi nequaquam poſſunt. Illud quoq;, quo nihil eſt manifeſtius.
Hier. 31. Dabo legem meam in uiſceribus eorũ, & in corde eorum ſcribam eã. Paulus
Eph. 2. item appellat Euangelium, decretum Dei, legem mandatorum decretis euacuans. Decreta autem principis, leges ſunt. Iacobus etiam frater Dñi, appellat Euangelium legẽ. Vocati (inquit) eſtis
Iac. 1. in lege perfectæ libertatis. Nõ ergo mihi dicas profane. Chriſtiani non ſunt ſub lege. Lex enim ligat tantum, atiugum præmit. Iugum meũ inquit Chri
Matt 11. ſtus. Verum hoc intereſt, inter legem illam & Euangelium. Euangelium enim eſt lex amoris, iugũq; ſuaue. Vetus autem, erat lex timoris, iugumq; importabile. Vtraq; lex ligat, vtrumq; iugum premit. At, ò q̃ ſuauiter præmit & detinet amor, q̃ grauiter vtrumq; facit timor. Hinc uſurpatum eſt à ſanctis doctoribus, vt hebræi ſub lege fuiſſe dicãtur: Chriſtiani in lege. Qui enim eſt ſub lege, ſeruiliter ſecundum legem agit. Qui eſt in lege, liberaliter ſecundũ legem agit. Hinc (vt annotauit Auguſtinus) laudat pſaltes, dicitq; beatum eſſe
Pſ. 1. illum, cuius uoluntas eſt in lege Dñi. Non dicit ſub lege domini. In lege eñ filij ſunt. Sub lege, ſerui. Iudæi ſerui
Ioſ. 1. erant, quando & Moſes dicitur famulus domini. Nos filij ſumus, cõformes imagini filij eius. Cum ergo dicis. Fidẽ
Rom. 7. diſtinguit Apoſtolus, à lege. A lege vetere, concedo. Ergo vult legem fidei non eſſe legem. Si abſolute intelligis legẽ, conſequutio nulla. Gratia enim eſt gratia & lex, adeo vt non tantum liget, ſed vrgeat. Charitas Chri, vrget nos. Inquit
2. Cor. 5. Apoſtolus, & Ioannes. adeo ſe ſe vrgeri ſentiebat, vt diceret. Non poſſumus, quæ audiuimus & vidimus non loqui. Euangelium ergo eſt lex, & vere lex. Nec Paulus voluit abſolute dicere. Si ſpiritu ducimini, non eſtis ſub lege. (O harpiæ ſcripturarum, quouſque uos patiar?) non
Gal. 5. eſtis ſub lege carnis. vult dicere Apoſtolus, nec ſub lege Moſi, ſed ſub le-
Deut 27. ge Chriſti, ſub Euangelio. Maledictus enim, qui non permanet in ſermonibus eius. Tollitur ergo libertas Chriſtiana inquit ille, immo augetur, & ſtatuitur. Vis videre? Ecce. Liber eſt, qui ſui cauſa eſt. Ille ergo liberẽ agit, qui ex ſeipſo agit: Quod autem homo agit, ex habitu ſuæ naturæ conuenienti, ex ſeipſo agere dicitur, quia habitus inclinat in modum naturæ. Sicut ſi habitus eſſet naturæ repugnans & contrarius, homo non ageret ſecundum, quod ipſe eſt, ſed ſecundum aliquam corruptionem ſibi ſuperuenientem: quia ergo gratia Spiritus ſancti eſt, ſicut interior habitus nobis infuſus, inclinans nos ad recte operandum, cum ratio ſemper depræcetur ad optima ſuapte natura, facit nos quaſi ex nobis ipſis libere operari ea, quæ conueniunt gratiæ, & vitare quæ illi repugnant. Et ita libere agere dicimur, ac ſi ex nobis a-geremus, etiam non acti. Lex ergo noua dicitur lex libertatis hoc modo, quia præcepta, vel affirmantia, uel negantia, facit nos liberè implere, non ad præcauendam pœnæ vltionem, quemadmodum Iudæi faciebant per legem Moyſi. Cuilibet enim piaculo, & tranſgreſſioni propria ultio conſtituta erat, ſed ob amorem & reuerentiam legis latoris Dei ex inſtinctu interiori gratiæ eius, quæ eſt tanquam natura, ob id quod per gratiam eſt reparata natura. Intelligitis, quomodo eſt lex libertatis, lex chriſtiana? Nõ eſt libertas profana, libertas Chriſti. O Matheologi, eſt libertas ſancta: liberauit nos à peccato, à demone, à iugo Moſi, à morte. Facit nos ſeruire Deo libenter. Nunc liberati à peccato, ſerui autẽ Rom. 6.
facti Deo. Iuſtitiæ. Sicut exhibuiſtis Ibidem.
membra ueſtra, ſeruire iniquitati ad iniquitatem, ita nunc exhibete mẽbra veſtra, ſeruire iuſtitię in ſanctificationem. Poteſtatibus. Omnis anima poteſtati- Rom. 13.
bus ſublimioribus ſubdita ſit. Prælatis. Qui uos audit, me audit. Domi- Luc. 10.
nis. Subditi eſtote in omni timore do- 1. Pet. 2.
minis, nõ ſolum bonis & modeſtis, ſed etiam diſcolis. Cur uero non dicatur lex factorum, ſed id potiſſimum legi antiquæ tribuatur, cum tamen etiam in lege noua ſint præcepta ordinantia affectum humanum, atque humanos actus, vt diſponamur ad gratiam,

vel

vel ad gratię vſum, ſecundũ opera uirtu
tũ. ſicut ex Euangelio, & Epiſtolis liq̃t?
huius inquã rõ eſt, q̃m in omnibus le-
gis antiquę pręceptis, requirebaẽ opus:
in hac noua, gr̃a plerunq; nõ requiriẽ,
Leuit. 21. niſi voluntas. Virgo in uetere lege, ſi ẽt
inuita corrumpiẽ, repudiatur, inquit
D. Hieronymus: in Euágelio inuita cor
rupta ſuſcipitur, factum externum op⁹
ſignificat. Euangelium itaq; non debet
dici Lex factorũ, ſed lex illa. Cur aũt
lex fidei? Quia primum quod exigitur
eſt fides, tanq̃ baſis totius chriſtiani ędi
fitij, vt dicebamus. Illa.n. eſt poreſtas,
Ioan. 1. qua efficimur filij Dei, iuxta Ioannẽ: Et
per fidẽ maximè diſtinguitur lex Chr̃i
2. Cor. 10 ab omnibus alijs legibus. Nã nulla alia
lex, tam magna & mirabilia credit, in
captiuitatem redigens intellectũ in ob-
ſequium Chr̃i, ſicut lex nr̃a: quemad-
modum Deum eſſe trinum & vnũ: Vir
ginem parere, Deũ carnẽ factum. &c.
O quanta fide nobis opus eſt. Excellit
charitas fidem indubie, dicente Paulo.
1. Cor 13 Si habuero omnẽ fidem ita, vt montes
Ibidem. trãsferam, charitatẽ aũt non habuero,
nihil mihi prodeſt. Et iterum. Nũc ma-
nent tria hæc, fides, ſpes, charitas, ma-
ior autem horum, eſt charitas. At naſcẽ-
te Eccleſia, vnicè extollebant Chr̃i præ-
cones fidem, vt ad illam oẽs allicerenẽ.
Hinc à fide nomen accepit, & retinet
vniuerſum Euangelium Chriſti Ieſu,
vt chriſtiana lex, non tãtum dicatur lex
fidei, ſed fides: cum tñ potiſſimum, qđ
ad chriſtianam perfectionem faciat, ſit
Ioan. 15. dilectio. Chr̃o dicente. Hoc eſt præce-
ptum meum, vt diligatis inuicẽ. In hoc
cognoſcent omnes, quod diſcipuli mei
eritis, ſi dilectionem habueritis adinui
cem. Quò fit, vt & poſſit dici lex amo-
Deut. 33. ris, iuxta illud. In dextera eius ignea
lex. Et illud. Ignem veni mittere in ter-
Luc. 12. ram. Quid enim ignis, niſi charitas? Vn
de & fides ponitur eſſe inualida, niſi p
charitatem tanquam per animã, viua at
Rom. 13. que operoſa efficiatur. Finis enim legis,
dilectio. Et in Chr̃o Ieſu, neq; circunci-
ſio, neq; præputium aliquid valet, ſed
fides, non nuda, at quæ per charitatem
Gal. 5. operatur. Qui.n. non diligit, manet in
1. Ioan. 3. morte. Quod dr̃ fidem, vel credere eſſe
opus, non inficior, licet non ſit propriè
factũ. Eſt.n. motus animi interior, quo
anima conuertitur in Deum, illique
innititur per Chriſtum Ieſum, in quem
toto corde ſuſpenditur.

At nota, quod licet ſit opus, tamen di
ſtinguitur ab omnibus alijs operibus,
vel internis, quæ actiones, vel externis,
quæ facta dicuntur. Q̃m non ſibi, ſed
Deo cui fidit innititur. Nam à ſolo Deo
per Chriſtum, profitetur nos poſſe ſal-
uari, & eſſe ſaluandos: & contra oẽm
rationem & ſenſum, ſe ſe diuinę iuſtitię
ſubijcit ſponte: & in Deum per quẽdã
ſuperexceſſum intrat. Hoc aũt de nullo
alio opere dici poteſt. Alia.n. opera ex-
primunt tantum iuſtitiã operantis, vt
diligere Deum: Nihil hic de diuina iu-
ſtitia, vel de Chr̃i merito, ſed tantum de
diligente: qui ex hoc quod diligit, bo-
nus eſſe videẽ, & dicitur. Nam opus bo
num eſt, diligere Deũ. At cum dicimus
fidere Deo, pium, vel Chr̃o iuſtificante
impium, oſtenditur fidentem inniti tñ
iuſtitiæ Dei, vel Chr̃i, non proprie, quia
ſe ſe credit. Ita iuſtitia ergo illa Dei iuſti
ficamur, quam fides ſignificat, & expri-
mit, non iuſtitia propria, & ita fidei iu
ſtificatio attribuiẽ, non quatenus opus
nr̃um eſt, ſed quatenus diuinam iuſti-
tiã includit, quæ eſt obiectum, & ter-
minus illi⁹, ſine quo ipſa intelligi neq;
exprimi põt. Qui viſionẽ intelligit, in-
telligit viſile. Qui fidem in Deũ iuſtifi-
cantem impios, diuinam iuſtitiam non
propriam, id nullo alio opere intelligi-
tur. Exprimunt enim tñ iuſtitiam ope-
ris. Dixi tantum, quia etiã fides expri-
mit iuſtitiam operis. Iuſtum enim eſt, fi
dere Deo per Chr̃m. At vltra exprimit
iuſtitiam Chr̃i, aliter non eſſet iuſtũ fi-
dere Chriſto, vt iuſtificanti. Innititur
aũt iuſtitiæ Chriſti, non proprię. Hinc
ergo iuſtitia attribuitur fidei, & tñ dici
tur non eſſe ex operibus, quoniã fides
magis gratiam exprimit, quàm opus, &
iuſtitiam Dei, quàm fidẽtis. Et qui hoc Matt. 19.
arcanum capere poteſt, magnum ha-
bet aditum, ad diluendas multas dif-
ficultates. Qui ergo poteſt capere,
capiat.

CAPVT

CAPVT QVARTVM.

QVid ergo dicemus? Abraã patrem noſtrum inueniſſe ſecundum carnẽ? Si enim Abraam ex operibus iuſtificatus eſt, habet gloriam, ſed nõ apud Deum.

Legem naturę nequaquàm iuſtificaſſe Gentes, oſtenſum eſt primo capite. Sed nec legem ſcriptam Moyſi, Iudæos ipſos, ſecundo & tertio. Nunc de lege inter has media, quam accepit ſanctiſſimus Patriarcha Abraam à Deo glorioſo, inuicta ratione illud idem vult declarare: vt omnino illud permaneat ſolidum, & inconcuſſum, ex operibus cuiuſuis legis, neminem vnquam iuſtificatum eſſe apud Deum, vel iuſtificandũ. Ita enim fiet, vt incunctanter ab omnibus aſtruatur, ad fidei euangelicæ petram eſſe recurrendum, qua una iuſti fiunt vniuerſi homines, & deputantur. Quod unicè molitur Apoſtolus noſter. Lex autem, quam medio illo tẽpore accepit Abraam, fuit lex circunciſionis. Oſtendit itaque ex circunciſione, ipſum non eſſe iuſtificatum corã Deo. Quo peracto, demum querulis illis Iudæorum uocibus; quæ utilitas circunciſionis? Satisfacit, vt nihil eorum quæ propoſita ſunt, remaneat indiſcuſſum. Duo enim petebantur. Quid ergo amplius eſt Iudæo? Aut quæ vtilitas circunciſionis? Rñdit hactenus primæ quæſtioni. Par erat reſpondere ſecundæ. Vide tu autem, qua arte, quo modo ad hęc myſteria pertractanda venit: ex his quę dicta ſunt occaſionem ſumens dicendorum, ne diſſuta hæc ipſius tela uideatur. Sententiauit Paulus Viſum eſt ſpiritui ſancto & nobis, hominem iuſtificari fide, ſine operibus legis. Hinc emergit quæſtio opponentis Iudæi. *Quid ergo?* ſi hæc eſt ſententia, quam diuino afflatus numine (vt ais) protuliſti, Paulè, *dicemus Abraam patrem noſtrum, inueniſſe ſecundum carnem?* Ideſt Abraã ipſum propter carnis conciſionem. Eſt enim *Secundum*, propropter), quã legem accepit à Deo, quid penes diuinam maieſtatem inueniſſe dicemus? Ex ipſa enim ſententia ſequitur, vt Abraã ex circunciſione, iuſtitia quidem & ſanctitate illuſtris, glorioſusq; deputeſ apud homines, quoniã obediuit Deo, vt iuſtum eſt, ſed non apud Deum. Dixiſti enim, excluſam eſſe gloriam factorum omninm coram illo, penes quem opera neminem iuſtũ efficere poſſunt. Apud homines ergo, inuenit ſe ſe circũcidendo, gloriam iuſtificationis, at corã diuina maieſtate, nihil prorſus, quod tamen dicere, uidetur piaculum. Habes igitur hunc in modum, & quæſtionem, & quæſtionisr eſponſionem. Quęſtio eſt. Quia uidetur Abraam pœnes Deũ, nihil habuiſſe omnino ex circunciſione. Quod profecto non concederet Iudæus. Ratio quæſtionis, eſt ſentẽtia data. Si enim aliquid inuenit apud Deũ, illud eſt iuſtificatio: at ſententia lata dicit, iuſtificari apud Deum ſine operibꝰ, ergo iuſtificatio Abrahę ex circũciſione fuit tantum apud homines, non apud Deum. Hoc uidetur abſurdum.

Poteſt & alio modo introduci quęſtio iſta. Obiectanti enim Iudæo, legẽ deſtruis Paule per fidem, horrentis voce reſponſum eſt. *Abſit.* Sed legem ſtatuimus. Ecce ergo noua quæſtio. Quomodo Abraam itaque pater noſter, ſi legem ſtatuis & confirmas, penes Deum aliquid inuenit, carnem ſuam circuncidẽdo, iuxta diuinam legem? Opus itaq; legis illius, profuit illi pęnes diuinam maieſtatem. Quid ergo illud eſt, quod inuenit? quod profuit? Et tunc ſequitur reſponſio. Quod omnino aliquid inuenit apud Deum, ſed non iuſtificationẽ.

Si enim iuſtificatus eſt ex operibus le-
gis, certè gloriam habet, ſed non apud
Deum. Habet autem gloriam apud
Deum, ergo nõ iuſtificatus eſt ex ope-
ribus legis. At mihi placet magis prim'
modus: vt ex ſententia Pauli naſci dica
mus, quæſtionem illam contradicentis
Iudæi, tanquam ducentem ad magnũ
iſtud inconueniens: Quod omnino
Abraam nihil apud Deũ, ex ſua ipſius
circunciſione inuenerit. Ecce ergo re
ſponſio. *Quid enim ſcriptura dicit? Credi-
dit autem Abraam Deo, & imputatum eſt
ipſi ad iuſtitiam.* Vtique fatemur, (inqt
Apoſtolus) quod ex noſtra ſententia
deducitur, uidelicet Abraam iuſtifica-
tionem non inueniſſe apud Deum ex
circunciſione. Iuſtificatio nanque illi
contigit ex fide, ſicut Moſes expreſsè
teſtatur: Profecto aliquid inuenit
Abraam apud Deum ex circunciſione,
vt infra dicetur: at illud non eſt iuſtifica
tio. Verum enim eſt, & tanquam Spũs
ſancti uerbum accipiendum: quod ſi
ex operibus legis iuſtificatus eſt, habet
gloriam, ſed non apud Deum. Gloriam
autem habet apud Deum, & magnam
gloriam, ergo non ex operibus iuſtifi-
catus eſt. Iuſtificant itaque opera apud
homines, at apud Deum fides vna iuſti
ficat. Ecce ergo locus, vbi ſumitur di-
ſtinctio de iuſtificatione diuina, huma-
naq;. Probat autem hanc ſecundam iu-
ſtificationem, videlicet diuinam eſſe
per fidem ſine operibus, humanamq;
per opera, ratione iſta. *Ei autem qui ope-
ratur, merces non imputatur, ſecundum gra-
tiam, ſed ſecundum debitum. Ei vero, qui nõ
operatur, credenti autem in eum, qui iuſtifi-
cat impium, imputatur fides eius ad iuſti-
tiam.* Vide magnam uim huius ratio-
nis. Gratuito Dei munere iuſtificamur
apud Deum, non ex debito. Iuſtificatio
enim eſt per gratiam, vt ſupra patuit, nõ
per merita: at operanti quod datur, dat
ex debito: redditur, non donatur. Cre-
denti autem tantum, quod datur, datur
ex gratia, ergo iuſtificatio reſpondet
fidei, non operibus. Si ergo operibus
adſcribitur iuſtificatio, de iuſtificatio-
ne apud Deum intelligi non poteſt: Tã
tũ ergo apud homines. Propterea pec-
cant homines, cum iuſtificant aliquem
ſine bonis operibus. Vnde ad tales di- Eſa. 5.
citur. Veh qui iuſtificatis impium pro
muneribus: qm̃ non debet ab homini-
bus aliquis reputari iuſtus, qui iniuſta
agit, ſed qui iuſta. At conſiderandũ
eſt, an ſit verum quod dicitur. Ei qui o-
peratur, merces imputatur, non ſecun
dum gratiam, ſed ſecundum debitum.
Nam merces æternæ uitę, redditur ope
rantibus. Voca operarios, & redde illis Matt. 20.
mercedem: ſecundum debitum impu-
tatur, nam coronã iuſtitiæ appellat eam 2. Tim 4.
Paulus, atque brauium: Dicitque eam
reddendam: quæ omnia citra debiti ra-
tionem intelligi non poſſunt: & tamen
adhuc imputatur ſecundum gratiam.
Gratiam pro gratia, inquit Ioannes. hoc Ioan. 1.
eſt gratia glorificationis, pro gratia iu-
ſtificationis. Et Paulus. Gratia Dei uita Rom. 6.
æterna. Ergo non omnino verum vi-
detur, quod illi qui operatur, merces
imputetur non ſecundum gratiam, ſed
ſecundum debitum. Secundum debi-
tum vtiq;, at etiam ſecundum gratiam.
Poſſumus autem ad hoc multipliciter
reſpondere. Primo quidem, vt dictũ
Apoſtoli intelligatur reſpectu hoĩum,
non reſpectu Dei. Nam reſpectu Dei,
etiam merces, quam ipſe debet nobis,
gratia magis eſt, quàm merces, quia nõ
debet Deus, niſi ex promiſſo, non ex cõ
miſſo. Promiſſio autẽ facta fuit ex gra-
tia, ideo licet ſit ex iuſtitia perſoluenda,
non omnino tamen ſi caput ſpectes, à
gratia eſt excludenda. Sed reſpectu ho-
minum, longe aliter res ſe ſe habet. Ex
gratia nanq; non eſt, ſed ex debito, vt
militibus reddatur ſtipendium à Cęſa-
re: laborantibus merces à domino. At
non uidetur, quomodo poſſit applicari
dictum illud, ſi hæc expoſitio uera eſt,
ad id quod intendit, videlicet ad pro-
bandum opera non iuſtificare coram
Deo. Neceſſe eſt enim intelligere, quod
ſi ex operibus legis illius, uidelicet ex
circunciſione. (de illa enim eſt ſermo)
Abraam iuſtificatus eſt, non gratis eſt
iuſtificatus, ſed ſecundum debitum: qa
operibus reſpondet merces, & debito
etiam apud Deum: Cum ergo id ſit im-
poſſibile, quempiam ex debito iuſtifica
ri, quoniam iuſtificatio gratuitum Dei
donum eſt, oportet aſſerere, quod ex

fide

fide citra opera iuſtificatus eſt. Dicendum itaq; ſecundo, quod ſatis eſt Apoſtolo iſte ſenſus. *Et qui operatur, merces non imputatur ſecundum gratiam*, tantum ſed & ſecundum debitum. Tunc eñ procedit optimè, quod intendit, Iuſtificatio enim tantum, ſecundum gratiam obtinetur, quia eſt mera gratia, ergo non ex operibus. Ex fide itaque iuſtificatus eſt pater ille, non ex opere. Et tunc ad difficultatem de uita æterna, patet, quod non eſt contra Apoſtolum: Immo pro Apoſtolo. Nam merces illa quia redditur ſecundum opera, non eſt mera gratia, ſed & debitum.

Tertio dici debet. Quod arguit ad hominem. Propoſitio nanque hæc eſt à iudæis conceſſa, contra quos diſputat. *Ei qui operatur, merces, imputatur non ſecundum gratiam, ſed ſecundum debitum*, etiam à Deo. Superba enim Iudæa, gratiam diuinam non agnoſcit, quæ phariſaica ambitione elata, plurimum de ſeipſa gloriatur: neque vult ſcire cum omnia etiam fecerit, quç omnibus legibus prçcepta ſunt, ex ſeipſa, niſi diuina gratia, ſua illius opera accepta habere dignetur, ſe ſe inutilem adhuc eſſe Dei ancillam. Dicam tibi ego, quomodo iudæi, diuinam opem commẽdent in homine, & in bonis operibus hominis. Cum urgentur, quod nimis præſumāt, aſſerentes ſine diuina gratia ſe ſe poſſe bene operari. Reprimunt ſententiam, corriguntque hunc in modum, eorum ſuperbiam. Aiunt hanc eſſe diuinam gratiam, quoniam Deus creauit hominem libero prædítum voluntatis arbitrio, deditque illi legem plenam bonis, ſanctiſque præceptis, quibus docetur quemadmodum homini ſit uiuẽdum. In eo ergo hominem adiuuat Deus, qđ docendo aufert ignorantiam, vt ſciat in operibus ſuis, quid euitare, quid appetere debeat, quo p liberum arbitrium naturaliter inſitum, uiam per legẽ oſtẽſam ingrediens, continẽter iuſtè, piẽq; ex ſe uiuendo ad beatam vitam peruenire mereať. Quam Iudęorum opinionẽ, imitatus eſt magna parte Pelagius chřianus, hereſiarcha, aſſerẽs, eum hoĩ ex Euangelio innotuerit per diuinā gratiam, quid agendum, quidq; cauendū: & ipſe libero ſit fultus arbitrio, nullam aliam gratiam eſſe homini neceſſariam ad bene uiuendum, qua ſuſtollatur in Deum. Ipſe enim ex ſeipſo ſe ſe ſuſtollere poteſt, bene uiuere, ſurgere cum ceciderit, & mereri, atque demum beari. Quis ergo non uideat, ad hanc impiam ſanè opinionem & non ferendam, ſequi, quod ei qui operatur, merces imputatur non ſecundum gratiā vllo modo, ſed tantum ſecundum debitum? Iccirco enim orthodoxa fides noſtra tenet, vitam æternam gratiam appellari, qm̄ licet operibus reddať, tanquā merces, ipſa tamen opera effectus ſunt gratiæ, & à gratia prodeunt. Gratiam autẽ dicimus, non hoc ſolum, quod diuino munere creatus eſt homo cum libero arbitrio, ſine quo nec bene uiuitur, nec male, nec id ſolū quod legẽ dedit Deus, aut Euangelium, vt Pelagium iudęis cõiūgamus, quibus docetur, quemadmodum illi uiuendū ſit, ſed pręter hęc omnia, illud ſine quo, & liberum arbitrium inutile eſt, ad conſequendam felicitatem, & doctrina, cum legis, tum Euangelij, litera eſt occidens, quia reos potius tenet homines prævaricationis, quàm iuſtificet impios. Quid illud eſt? Spiritus ſanctus, vel donum Spiritus ſancti, quo fit in animo noſtro delectatio, dilectioque ſummi illius & incommutabilis boni, quod Deus eſt. Charitas enim diffunditur per Spiritū ſanctum, iuxta Apoſtolum, in cordibus eorum. Rom. 5. Quos Deus præſciuit, vt prædeſtinaret, prædeſtinauit, vt uocaret, Rom. 9. vocauit, vt iuſtificaret, iuſtificauit, vt glorificaret. Hac autem velut arra data gratuiti muneris inardeſcimus deſiderio inhærendi creatori, atque inflammamur, vt vehementer inhiemus, ad participationem illius ſuperam luminis, adeo, vt perſeueranter bonis operibus incumbamus. Intelligis nunc diuinam gratiam? Liberum noſtrum arbitrium, certe niſi data eſſet lex, & Euangelium, non poſſet ſuis viribus ad patriam illam peruenire, quoniam lateret ipſum uia veritatis: at agnita etiam via, & regula bene uiuendi, niſi bene uiuere delectet,

ctet, & ametur, non bene viuitur, virtus non ſuſpicitur, cœlum non deſideratur, terrena hæc non ſpernuntur, bonum opus non agitur. Vt ergo diligatur, charitas Dei diffunditur in cordibus noſtris, non per liberum arbitrium, quod ſurgit ex nobis, ſed p Spiritum ſanctum, qui datus eſt nobis. Et ita opera noſtra bona, ex gratia diuina proficiſcuntur magis, quàm ex nobis; merces itaque eorum, magis ſecundum gratiam imputatur, quam ſecundum debitum. At ſecundum iudaicam, pelagianamque ſuperbiam, cuius tamen ora impudentia obſtruemus, ſecundum debitum, non ſecundum gratiam. Ratio ergo hunc in modum robur habet maximum. O Iudæi. Si ex operibus iuſtificatus eſt Abraam, ſecundum debitum itaq; iuſtificatus eſt, non ſecundum gratiam. Qui enim bene operatur, remunerabitur ſecundum debitum tantum, veſtra ipſorum ſententia, non diuina gratia. Quoniã nec opera à gratia Dei prodeunt, ſed à vobis tanquam ex uobis: deſtrue modo conſequens, ergo ſecundum debitum iuſtificatus eſt hoc modo. At ex gratia tantũ, quilibet iuſtificatur apud Deum, ergo ex operibus non eſt iuſtificatus Abraam, ſed ex fide. Quod uero ex gratia tantum, iuſtificatio hominibus contingat, probat Paulus ex Dauide, ne iudæus tergiuerſari poſſit. Vnde ſubdit. *Sicut & Dauid dicit. Beatitudinem hominis*, ſupple eſſe, *cui Deus accepto fert iuſtitiam ſine operibus*. Hæc eſt ſententia Dauidis. Audi modo uerba. *Beati quorum remiſſæ ſunt iniquitates, & quorum tecta ſunt peccata. Beatus vir, cui non imputauit dominus peccatum*. Non dicit. Beati in quibus non inuentæ ſunt iniquitates. Beatus qui peccatum non fecit, ſed *Beati quorum remiſſæ ſunt iniquitates*, quas habet. *Beatus, cui non imputauit dominus peccatum*. Quod habet. Non ergo ex noſtris operibus bonis, beati ſumus, ſed ex hoc, quod Deus mala opera noſtra gratia ſua non imputat, immo gratis tegit, atq; remittit. Nullo itaque debito, ſed dono Dei tantum, contra vos ò iudæi. Hic eſt ſenſus quẽ colligit Apoſtolus ex pſalmo illo: &

Pſ. 31.

quem Dauid ipſe intendit. Propterea eſt ſecundus pſalmus pœnitentialis. Quoniam enim in primo, timore & terrore iudicij plorauit. Domine ne in furore tuo arguas me. In hoc ſecundo de proprijs diffiſus meritis, Dei gratiã optat, vt ſuo dono ſaluetur: confiditq; ſe gratis poſſe ſaluari. Oportet autem immorari ſuper hoc, ne ſit vobis occaſio erroris. Scio enim ego, quid dicere poſſet ille, ergo verum eſt, quod exaggerant uoui Theologi, nihil nobis conferre opera, ſed totam rei ſummam, penes Deum eſſe, qui quos ſibi aſciuit ſemel, adeo fouet, & protegit arbitraria prædeſtinatione, vt eorum omnia peccata tegat, remittat, faciatque illis cooperari omnia in bonum, flagitia quoque turpiſſima. Contra vero, quos odio habuit, tanquam tirannus, omnia eorum facinora examinet, libret, rationem exigat vſque ad nouiſſimum quadrantem: atque demum puniat, & caſtiget ſeueriſſimè, adeo vt omnia illis uertantur in peccatum, etiam orationes: qui ſi ẽt cœlum uirtutibus tetigerĩt, ad extremũ diuina ira quaſi ſterquilinium in fine perdentur. Intelligitis huius negotij myſterium?

Pſ. 9.

Aduertendum itaque, hanc non eſſe Dauidis mentem, neque Pauli Apoſtoli, vt cœleſtem illam beatitudinem homo ille adipiſcatur, qui peccata quidem habet, ſed non imputantur illi à Deo. Non poteſt eſſe impia magis hæc aſſertio. Qui bona egerunt, (mihi crede, immo non mihi ſed Chriſto,) ibunt in vitam æternam, qui uero mala, in ignẽ æternum. Ne mihi dicas, bona imputantur ad culpam reprobis, mala ad meritum prædeſtinatis: Antichriſtiana eſt hæc doctrina. Sequitur enim vt falſum ſit. Qui bona egerint, eſſe potituros regno, qui mala, eſſe mulctandos ſupplicio. Dicendum fuerat magis: quibus mala non imputabũtur ad culpam, ibunt in uitam æternam: Quibus bona non imputabuntur ad meritum, ibunt in ignem æternum. Non id dixit ueritas, quæ nec falli ipſa potuit, nec nos fallere, aut deludere uoluit. Sed ait tam apertè, vt gloſam non patiatur. Qui bona egerunt, ibunt in uitam æternam.

Qui

Qui vero mala, in ignem æternũ. Beatus itaque erit, qui bona egerit, nõ cui peccatum non imputabitur. Nemo autem peccatum habebit, cui idem non ſit imputandum: Aliter non eſſet uerũ, quod ſupra docuit Apoſtolus, redditurum eſſe Deum vnicuique, ſecundum opera ſua. Vis autem uidere, quàm clara ſit hæc Dauidis ſententia? Intuere pſalmum illum primum. Beatus vir (inquit) qui non abijt in conſilio impiorũ, & in uia peccatorum non ſtetit, & in cathedra peſtilentiæ non ſedit. Sed in lege domini meditatur uoluntas eius, & in lege eius meditabitur die ac nocte. Et erit tanquam lignum, quod plantatum eſt ſecus decurſus aquarũ, quod fructum ſuum dabit in tempore ſuo. Et folium eius non defluet, & omnia quæcunque faciet, ſemper proſperabũtur. O diuiniſſimum teſtimonium. O concluſionem ſanctiſſimam, rectè in primo pſalmo expreſſam: quo quiſque in foribus intelligat, quę neceſſaria sũt, vt ad beatam vitam, quam nemo non appetit, peruenire valeant vniuerſi. Sex (inquit) ſunt neceſſaria. Primum. ab omnibus peccatis operis, cordis, & oris immunem eſſe. Beatus qui nõ abijt in conſilio impiorum, & in uia peccatorum non ſtetit, & in cathedra peſtilentię non ſedit. Ire enim in conſilio impiorum, eſt peccatum operis. Stare in via peccatorum, cordis. Sedere in cathedra peſtilentiæ, oris. Secundum. Bona voluntas. Sed in lege domini fuit voluntas eius. In lege, non ſub lege. Qui enim eſt in lege, ſecundum legem liberaliter agit: qui ſub lege, ſimiliter à lege aguntur. Tertium. Meditatio aſſidua diuinorum eloquiorum. Et in lege eius, meditabitur die ac nocte. Hoc eſt ſine intermiſſione, vt inquit Auguſtinus. Vel in die, in tempore lætitiæ: in nocte, in tribulationibus, vt inquit Hieronymus. Ad veſperum enim demorabitur fletus, & ad matutinum lętitia. Quartum. Bona operatio. Et erit tanq̃ lignum, quod plantatum eſt ſecus decurſus aquarum, quod fructum ſuum dabit in tpe ſuo. Non ſolum germen cogitationis, aut florem propoſiti, foliaque verborum, iuxta illud. Omnis arbor quę non facit fructum bonum, excidetur & in ignem mittetur. Quintũ. Sermonis ueritas & ſanctitas. Et folium eius non defluet, id eſt non deorſum fluet, nullo caſu à ueritate decidens. Sextum. Perſeuerantia. Et omnia quæcunque faciet, ſemper proſperabuntur. Per patientiam ſcilicet, quæ omnia aduerſa, immania, & ſęua, facilia, iucunda, & grata facere ſolet, ſecundum quod dicitur. Ibant Apoſtoli gaudentes à conſpectu concilij. Pugnat ne ergo ſecum maximus iſte prophetarũ, cum dicit pſalmo illo pœnitentiali, Beatum illum eſſe, cui non imputat dominus peccatum, quanquam peccata habeat? Certè non pugnat, quoniam ſpũs ſanctus pugnare ſecum nõ poteſt. (Spiritu autem ſancto inſpirati, ſunt loquuti ſancti Dei homines) cum pſalmos exordiebatur de vera beatitudine, quę eſt animarum glorificatio, finis & terminus omnium hominum, loquebatur. Ad quam attingendam, oportet eſſe immunem à peccatis, & bonis refertum operibus. At pſalmo illo, quẽ citat Apoſtolus, de beatitudine quę eſt in uia, nõ terminus: medium non finis, ſermo eſt de iuſtificatione, nõ de glorificatione, vt uno uerbo rem aperiam. Cum glorificamur re ipſa, beati ſumus: cum iuſtificamur, ſpe tantum, ſed magna ſpe: quoniam ſumus filij Dei. Si autem filij, & hæredes ipſo iure. Diſtinctio eſt Apoſtoli noſtri cũ dicit, (neſcio quodam loco) baptizatis. Spe ſalui facti eſtis. Obſeruat & hunc loquendi modum ſaluator noſter, vt iuſtos omnes beatos appellet. Beati pauperes ſpũ. Beati mites. Beati qui lugent. Beati eſtis cum maledixerint uobis homines, & perſecuti vos fuerint. Loca enim hæc, non alia ratione dicũt nos eſſe beatos, niſi quia firmam ſpem conſequendæ beatitudinis habemus. Si pauperes ſumus ſpiritu. Si lugemus. Si maledicimur propter filium hominis. Sunt enim hec uirtutes, vel actus ſupremæ perfectionis huius uitæ, quæ merentur uitam æternã, ac ideo quaſi fines nr̃i, ppea dicuntur beatitudines. De hac ergo beatitudine loquens Pſaltes, dicit totam beatitudinem, iuſtificationem ſcilicet, (ut Apoſtolicis

Marginal notes: Rom. 2. — Pſal. 1. — Pſ. 29. — Matt. 3. — Act. 5. — 2. Pet. 1. — Rom 8. — Ibidem. — Matt. 5.

operati fuerint, beatitudinis erunt rei p ſa compotes. Quotquot crediderint, & baptizati fuerint, iuſtificabũtur coram Deo, & beatitudinis arram accipient. Non ſunt iuſti, qui iuſta agũt primum coram Deo, ſed quibus iniuſtitiæ non imputantur. Quod uero dicebatur, Prædeſtinatis peccatum non imputari ad reatum: reprobis bona non ad meritum: ex diametro pugnat cum ſanctæ Eccleſiæ ueritate orthodoxa atque catholica: Sed id alibi perſcrutabitur. Iam ergo conſtat, quod non ex operibus, primum iuſti ſumus, neque glorioſi apud Deum. Apud homines autẽ, ſecus eſt, vt ſupra dicit Paulus, licet nõdum ſit declaratum. Ab illis enim primum beati reputamur in hac uita, digni felicitate ſcilicet illa æternæ uitæ, cum uident nos bene operari, colere Deum, honorare parentes, non furari, non occidere. Hæc itaque opera nobis, gloriam hanc pariunt apud homines, vt iudicemur iuſti, ſancti, amici Dei, & in ſpe beati, & profecto ſecũdum debitum. Debetur enim gloria virtutibus tanquã merces. Hinc Romę templum uirtutis, templumq; honoris finitimi erant, vt nemo ad alterum qui non & ad aliud accederet. At Deus primũ nos facit ſctõs, & iuſtos, cũ nos interius, de nobis ipſis deſperãtes atq; diffidẽtes propter ſcelera nr̃a, in illum unũ omnem reijcimus fiduciam: ei omnem ipſius iuſtitiam futuram toto corde aſcribentes. Et tunc deinde facimus opera iuſta & bona. Sicut enim arbor primum eſt bona, quã fructus bonos producat: Ita homo prius eſt iuſtus, quàm
Pſ.1. opera iuſta agat. Hominem.n. cõparari arbori, nemo neſcit. Et erit tanquã lignum, quod plantatũ eſt ſecus decurſus aquarũ, quod fructum ſuum dabit
Matt.7. in tempore ſuo. Nõ poteſt arbor bona,
Luc.6. fructus malos facere: Neq; de ficubus
Matt.3. colligunt uuas. Oĩs arbor quę non facit fructum bonũ, excidetur, & in ignem mittet. Apud Deum ergo penes quem attendit ordo rerum ſicuti eſt, præcedit iuſtitia fructus iuſtitiæ. At homines pręposterè, ſequuntur ordinem prioris & poſterioris, & poſteriora prius intelligunt, ex fructibus cognoſcunt arborẽ.

Bis. ad Rom.

A fructibus eorũ cognoſcetis eos. Cũ Matt.7.
ergo vident nos operari iuſta, iuſtificãt nos, id eſt iudicant nos iuſtos, & non aliter. Gloria ergo noſtra apud homines ſanctitatis, & iuſtitiæ, tota pendet ex operibus. Et propterea falluntur interdum, vt patet, propter opera hipocriticia. Sunt enim opera iuſta hipocritarum, ieiunare, flere, genuflectere, ſed non iuſtè facta. Ideo ipſi non ſunt iuſti, iudicantur tamen iuſti, quia factum uident, intentionem facientis non uidẽt. Qui ergo habet gloriã apud Deum, iuſtus primo eſt, quàm iuſta agat. Ipſe eñ intentionem uidet. Non poteſt autem opus eſſe iuſtè factum, niſi intentio ſit recta, & cum intentio eſt recta, homo iuſtus eſt. Intentio autem rectificatur per fidem apud illum, ergo non eſt iuſtus homo primum, quia iuſtè agit, vt dictum eſt, ſed è contra. Quomodo ergo fiet iuſtus apud Deum? Si debet fieri iuſtus, oportet quod iniuſtus ſit. Credat ergo, & cognoſcat ſe eſſe iniuſtum, iuſtificandum tamen à Deo ſua iuſtitia tantum, non propria: hac ipſa fide iuſtificabitur, reputabiturque iuſtus, & erit gratus Deo, qui primum inimicus habebatur. Tũc deinde faciet opera iuſta, quia iam intentio eius eſt rectificata per fidem. Fide purificãs corda eorũ, inquit
Spũs ſanctus. Niſi aũt intentio ſit recta, Act.15.
opera non ſunt completè iuſta. Placebunt ergo opera illa Deo, quia ipſe primum placet, qui operatur. Reſpexit Gen.4.
enim Deus ad Abel, & ad munera eius: primum ad Abel, ſecundo ad munera. Vides itaque magnam vim fidei. Hæc enim fides ſola eſt, quæ dat gloriam Deo. Grandia ſibi de diuina magnanimitate pollicens, & cogitans, nempe quod gratis ſit iuſtificatura omnem ipſius impietatem, quod in Dei gloriam cedere nemo neſcit. Id enim datur laudi omnium principum, quod nulla alia re ad diuinitatem propius accedere poſſint, quàm vt velint indulgere. Alia opera præclara & egregia, quæ ex genere bona ſunt, glorioſum faciunt hominem, illum laudant, & extollunt, diligere hoſtes, erogare pauperibus.
Laudent eum in portis opera eius. Prou.31.

At fidere Deo, iuſtificari impios, illuſtrat, quàm maximè Deum: celebrat.n. & magnificat Deum, qui tam ingentia de Deo, corde concepit, vt credat illum cum immuneris pęnis obnoxium, immenſa ſua miſericordia, non modo liberandum, ſed & iuſtificandum, atq; demum iuſtificandum. Et ſe ſe deijcit ad ima, arbitrans ſe indignum venia & remiſſione eſſe. Vtiq; cum magis deijcitur, magis extollitur. Glorioſiſſimum enim eſt, diuinam gloriam commendare. At id conſentaneum eſt, qđ qui Dei gloriam prædicat, ſit & ipſe glorioſus. Is enim intẽdit ſe ſe omnino inglorium prædicare, & vnicè diuinã gloriam ſexcentis nominibus celebrare. Ni mirum itaque, ſi propter hoc, (quod certè non poteſt eſſe, niſi animi generoſi, & caſtiſſimæ mentis alta charitate redundantis,) is qui credit in Deum iuſtificantem impios, dãs Deo gloriam, gloriam & ipſe habet apud Deum. Id eñ exigit diuina magnificentia. Gloria Regum eſt donare magna, parua accipere. Gloria hominum apud Reges eſt, magnis donari muneribus. Peccator ergo, qui Deo fidit, dat gloriam Deo, accipitque gloriam à Deo. Dat gloriã Deo, cum fidit ſe ſe ab ipſo donãdum indulgentia peccatorum. Accipit, cum reipſa Deus, donat illi peccata omnia ſine vllo merito, ipſumque iuſtificat. At ſi opera bona præcederent iuſtificationẽ, non peccata, non haberet gloriã apud Deum. Non eſt enim gloria ſeruo, cũ exoluitur illi à rege, quod ipſe promeruit, ſed cum donatur. Nihil donaret Deus, niſi peccata præcederent. Ergo iuſtificatus, non haberet gloriam apud Deum: nec Deo etiam eſſet gloria in iuſtificatione. Ergo non eſt gloria Deo, dices, cum coronat nos in regno cęlorum, nec beati gloriã habent apud Deũ cum coronantur. Immo. quoniam ſi ſuperna gratia in iuſtificatione, nocentẽ non præueniſſet, nunquam iuſtitia illũ inueniſſet quem coronaret innocentẽ.
Ex. 34. Cum ſcriptum ſit. Nullus apud te per ſe innocens eſt.

Prima ergo iuſtificatio, quoniam prima eſt, vt ſit gloria Deo, & ei qui iuſtificatur apud Deum, neceſſe eſt, vt ſiat ſine bonis operibus præcedentibus, immo cum peccatis præcedentibus, vt ſit verè donum.

Sed dices. Cum non iuſtificatur aliquis ſine fide, ſequitur, vt iuſtificatio non ſit uerè donata, ſed comparata. Non ergo eſt gloria Deo iuſtificanti, neque iuſtificato homini apud Deum. Immo, quoniam & ipſa fides, Dei do- Eph. 2.
num eſt. Item hoc ipſum iuſtificari per fidem, Dei donum eſt. Neque enim ſuapte natura meretur fides iuſtificationem, ſed quia Deo fuit placitum iuſtificare per fidem. Diuina enim liberalitas de facto diſpoſuit, donum fidei annexum habere donum iuſtificationis, diuinęque filiationis per adoptionem, vt credentes in eum ſint diuinæ naturæ conſortes: conformes ſcilicet imagini filij eius. Potuiſſet tamen ſi Rom. 8.
voluiſſet, ordinare, vt donum fidei aliquod aliud præmium haberet. Nullà enim ratio eſt, neque apparet neceſſariæ connexionis inter fidem, & iuſtificationem, vel diuinam filiationem: Et propterea dixit Apoſtolus. Imputatur fides eius ad iuſtitiam: non ex natura rei id prouenit, ſed ex propoſito diuinę gratiæ. Sicut dicitur in textu, licet non ſit de textu, *Secundum propoſitum gratiæ Dei.* Omnino ergo in fide glorificatur Deus, qui iuſtificat, & is qui iuſtificatur, cum illi peccata ſine meritis gratuìto Dei munere remittuntur, vel non imputantur. Immo, quod magis eſt, efficitur Dei filius, iuxta Ioannem. De- Ioan. 1.
dit eis poteſtatem filios Dei fieri, his qui credunt. Sed iterum dices. Opus iſtud credere, iuſtum eſt, ergo ex opere iuſto iuſtificatur. Prius ergo opus agimus iuſtum, quàm iuſti ſimus. Et tunc vltra. Ergo Deus non imputat gratis fidem ad iuſtitiam, ſed verè illa fides imputari debet, quia opus iuſtum eſt. At ſi conſideres ſubtilius, videbis quod non eſt iſte actus fidei formatæ, ſed, informis: & ideo non eſt iuſtus perfectus, ſcilicet completus, & verè bonus, licet non iniuſtus. Eſt enim actus imperfectus in genere virtutis, qui deinde formatur adueniente gratia: ſicut & ipſa fides formatur, & tunc fit credens filius Dei, non antea.

Non

Non enim eſt filius Dei, per fidem informem, cũ ſola charitas diſtinguat filios regni à filijs perditionis, ſed fit per fidem formatam. Hoc autem myſterium altiloquus ille Ioannes Euangeliſta, videtur ſignificaſſe cum diceret. Quotquot autem receperunt eum, dedit eis poteſtatẽ filios Dei fieri, his q̃ credunt in nomine eius. Notate uerba. Non enim dixit. Quotquot receperunt eum, hi ſunt filij Dei: neque, Quotquot credunt in nomine eius, hi ſunt filij Dei. Sed quotquot receperũt eum, quotquot crediderũt in nomine eius, dedit eis Chriſtus ut filij Dei efficiantur. Prius ergo credimus in Chriſtum, priuſque recepimus Chriſtum fide, fide inquam informi, & tunc dat nobis charitatem, vel gratiã Deus quæ eſt poteſtas completa atque perfecta, qua efficimur filij Dei per Chriſtum. Qui credit in me, dixit Chriſtus, flumina de uentre eius fluent aquæ uiuę. Hoc autem dixit de ſpiritu, quem accepturi erant credentes in eum, inquit Ioannes. Prius ergo credimus, antequã diuinam gratiam recipiamus. Quod & clarius docetur uerbo illo Chriſti. Qui credit in me, etiam ſi mortuus fuerit, uiuet. De uita enim gratiæ, nedum de vita corporis ſermo eſt. Aliquis ergo credit, & mortuus eſt per peccatum, uicturus tamen per gratiam. Eſt enim diſpoſitio ad uitam fides hæc: at uita eſt gratia. Quod ſi dicitur. Iuſtus ex fide viuit. Si de hac fide informi uis intelligi, dicas, quod eſt principium vitæ, uti vegetabilis anima: at charitas eſt uera uita, & completa animæ. Qui non diligit, manet in morte. Si etiam dicitur. Fide purificans corda eorum, intelligo fidem informem, purificare tantum intellectum ab errore, At cum charitas adiungitur, purificat totum cor, totum hominem, intellectum ſcilicet, & affectum. Charitas enim operit multitudinem peccatorum. Et ita ipſa ſola uerè purificat. Mouemur nanque per illam ad bona opera, & merita, vt organa Dei electa: Et ita completur diuina filiatio in nobis, iuxta illud. Videte qualem charitatem dedit Deus, vt filij Dei nominemur & ſimus. Et illud. Spiritus ſanctus reddit teſtimonium ſpiritui noſtro, quod filij Dei ſumus. Omnino ergo eſt Dei donum, noſtra filiatio atque iuſtificatio, non ex nobis. Propterea Ioannes non dixit. Dedit eis poteſtatem filios Dei ſe facere: at filios Dei fieri, vt intelligas, nos tantum recipere iuſtificationem illam primam, atque diuinam filiationem: licet agamus eliciendo actum illum informem, quo præparamur, (diuina enim gratia, ita diſpoſuit) ad hoc, vt fiamus filij Dei, licet non niſi acti & moti à diuina gratia gratis data, cuius etiam eſt actus ille primus informis fidei, contra Pelagium, qui initium fidei dixit eſſe ex nobis. Quid enim habes, quod non accepiſti? Vt omnino ſemper interueniant hæc duo, donum Dei, & voluntarium opus noſtrum. Gratia Dei mecum, inquit Apoſtolus. Verum tamen, nolim ego intelligas, quod ſeparentur hæc duo ſecundum tẽpus, vt uel prius tpe ſit opus nr̃m, q̃ donũ Dei, vel e cõtra: ſed ſimul tẽpore ſunt hęc. Diuina enim gratia gratis mouente nos, elicimus actum informẽ fidei, donatur gratia gratifica, poteſtatem habemus efficiendi filij Dei, formatur actus, euadimus filij Dei, & iuſtificati. Prius tamen natura eſt illa motio diuina, quàm actus informis, & prius actus informis, quàm gratia gratifica infundatur, & quàm ſimus filij Dei.

Habes ergo Apoſtolicum ſenſum. Fides enim informis, eſt citra gratiã gratificã: præparat nanq; animam credẽtis ad illam, iuxta illud. Præparate corda ueſtra dño. Præparat autẽ hunc in modũ: quoniam primum anima ſubdita erat rebus temporalibus per amorem: per fidem hanc incipit tendere in id, quod eſt ſupra ſe, ſcilicet in Deum. Nam primus motus, quo anima tendit in Deum, eſt motus fidei, iuxta illud. Accedentem ad Deum oportet credere. Primum ergo erat impura, impuritas enim cuiuslibet rei eſt ex hoc, quod rebus uilioribus admiſcetur. Neque enim argentum impurum dicimus, ſi auro, ſed ſi plumbo

Ibidem. Ioan. 7 Ioan. 11. Rom. 1. 1. Ioan. 4. Act. 15. 1. Pet. 4. 1. Ioan. 3. Rom. 8. Ioan. 1. 1. Cor. 4. 1. Cor. 1. 1. Reg. 7. Heb. 11.

ſit admixtum. Auro nanque redditur prætioſius, plumbo indignius. Nimirum itaque, ſi anima conuerſa ad hæc caduca, & corruptibilia impura eſt, & dicitur. Cum ergo accedit ad dominum, incipit purificari, & placere Deo. Deo autem gratiam gratificam infundente, plene conuertitur ad eum, il lique vnitur: & ipſam ad ſe trahente. Neque enim aliter hoc fieri poſſet. Tūc ergo totaliter purificatur. Hinc Catecismus præcedit baptiſmum, vt ſignificetur, quod præparatio fidei gratiæ baptiſmalis infuſionem antecellit. Semper autem loquimur in adultis, quoniam paruuli non credunt, & tamen gratiam conſequuntur, vt piè & uerè tenetur. Quod ſi dicas. Sine fide impoſſibile eſt placere Deo. Fateor. At ipſi fidem infuſam habent, & ſimiliter ſpem, & charitatem: vel in fide Eccleſiæ ſaluantur. Iam itaque intelligis quomodo gratis iuſtificamur, vt & hoc pacto poſſimus illa uerba, *Ei qui operatur, merces imputatur non ſecundum gratiam, ſed ſecundum meritum, Ei uero, qui non operatur, credenti autem in eum, qui iuſtificat impium, reputatur fides eius ad iuſtitiam ſecundum propoſitum gratiæ Dei*, interpretari. Vt ſit ſenſus. Gloria, quam ex operibus bonis habemus apud homines, merces eſt imputanda ſecundum debitum, non ſecundum gratiā. Debent enim qui bene operantur, ab alijs omnibus glorificari. At qui gloriam habet apud Deum, ex hoc ſolo quod credit, verbi gratia, quod fiat Dei filius, qui iuſtificetur, gloria illa nō debetur ei, ſed gratis illi à Deo tribuitur, vnde nec nominatur merces, vt uides. Abraam autem hanc gloriam habuit apud Deum, Neque enim dictum eſt, quod iuſtitia quam à Deo obtinuit, fuerit merces eius, ſed dictum eſt tantum, quod fides ſua imputata eſt illi ad iuſtitiam ſuam coram Deo. Hæc enim omnia gratiam ſignificare uidentur, nō debitum. Igitur omnino id fuit ſola fide factum, ſine operibus, quod intendebatur.

Ibidem.

Declarandum eſt autem, particulariter & diſtinctè illud verbum. *Credidit Abraam Deo, & reputatum eſt illi ad iuſtitiam.* Quid enim credidit, propter quod iuſtus fuerit deputatus corā Deo? Si literam in primis attendas, fuit magna fides Abrahæ, & nunquam ſatis laudata. Erat enim octuaginta quinque annorum ad minus, ſenex ille ſanctiſſimus, conquerebatur quod prolem non haberet. Eſt enim deſiderium naturaliſſimum, quo omnia uiuentia appetunt, facere alterum quale ipſum, ac potiſſimum homines: quandoquidem filius eſt quaſi una & eadem perſona cum patre, iuxta illud. Mortuus eſt pater, & quaſi non ſit mortuus; reliquit enim filium ſimilem ſibi, dicebatque dolens, ad dn̄m. Domine, quid dabis mihi? Ego uadam abſque liberis ad patres meos, & Damaſcus iſte, filius procuratoris mei Heliezer, erit meus hæres. Adoptabo enim illum in filium, poſtquam Sarai vxor mea ſterilis eſt. Statim ergo ſermo domini factus eſt ad eū de nocte. Non erit hic hæres tuus, ſed qui egredietur de vtero tuo, ipſum habebis hæredem. Suſpice cęlum, (vel deorſum reſpice, vt habet veritas hebraica,) & numera ſtellas ſi potes: ſic erit ſemē tuum. Credidit autem Abraā Deo, & imputatum eſt illi ad iuſtitiam. An non tibi uideť ex hac fide, quod alta mente inniteretur Deo Abraam, credens ipſe cum iam decrepitæ eſſet ætatis, ex vxore quæ natura ſterilis erat, gignere poſſe filios, ſicut ſtellas cęli? Certe in hac fiducia non niſi diuinæ omnipotentiæ innitebatur. O fidem incomparabilem. At ſi myſteria attendas. Eſt longe maior fides, & omnem fidem excedit. Illis enim Dei uerbis, promittebatur Abraamo, ex ſemine eius filiū Dei incarnandum: atq; diuinum cultum in ſuo ſemine intuendum, & multiplicandum. Vitam quoque beatam credentibus donandā, in reſurrectione mortuorum, iuxta Apoſtolū alludentem cōparationi Dei, & dicentem. Sicut ſtella differt à ſtella in claritate, ita erit ī reſurrectione mortuorū. Cū itaq; Abraā ſe ſe homuntionē, puluerē, & cinerē ſemp exiſtimaret, dicens etiā, cū maximè iuſtus eſſet. Loquar ad dn̄m Deū meum, cum ſim puluis & cinis? Nonne tibi uideť, quod credēs hęc oīno fiēda in ſuo ſemine,

Eccleſiaſtici. 30.

Gen. 15.

1. Cor. 15.

Gen. 18.

ſemine, de ſeipſo, & proprijs meritis maxime deſperauit, omnemq; fiduciā in Deum & gratiā ſuā collocarit? Hoc ergo imputatum eſt illi ad iuſtitiam, qa credidit hęc propter fidem Dei, quam uiolare nemo poterat implenda. Et ita totum adſcribebat diuinæ iuſtitiæ, non ſuæ, gratiæ Dei non ſuis meritis. Vnde textus non dicit. Credidit Deo, ſed in Deum, quod plus eſt. Nā credere Deo, eſt fidem adhibere uerbis eius, vt veracibus, credere aūt in Deum, adiūgit cō fidentiam in Deo. Non ſolū ergo credidit uerū hoc dici à Deo, ſed ēt innixus eſt Deo, iecit ſe totum in Deū, firmiſſimèq; confidit adimplendum eſſe, quæ promiſerat: reputās Deum iuſtum eſſe, ac propterea non uiolaturū promiſſa ſua, quamuis ipſe indignus eſſet. Et non tantum credidit, ſed fecit ſe credere. Ita enim habet textus. Eſt nanq; uerbum hiphil, quo ſignificatur, quod voluntarie credidit, non coactè, ut demones, qui cōpulſi ex euidētia miraculorū, credunt & contremiſcunt. Hoc autē eſt magnū donum, & excellens uirtus voluntarie credere. Quod patet per oppoſitum. Nam Zacharias pater Ioannis Baptiſtæ, uidit & audiuit angelum loquētem, nec tamen illi credere voluit, propter quod & mutus effectus eſt. At Abraam voluntariè credidit in Deum modo dicto, illi ſoli toto corde innixus. Hæc fides ergo Abraami, neceſſaria nobis eſt, vt de nobis deſperantes, ſpē noſtram omnino in Deum reijciamus, & vnicè fidamus illi, iuxta illud. Iacta cogitatum tuū in domino, & ipſe te enutriet. Omnia hæc oportet credere peccatorem, qui vult iuſtificari à Deo. Primum, ſe ſe offendiſſe Deum peccando. Secundum. Se diuinam gratiam peccato perdidiſſe. Tertium. Se eſſe dignū æterna pœna. Quartum. diuina mīa, accedente merito Chriſti Ieſu, cum omnibus ſuis demeritis, ſe eſſe iuſtificandum, & tandem, niſi ipſe nouis flagitijs obſtiterit, glorificandum. Hæc eſt perfecta quadratura hominis. Includūtur autem omnia hæc in uerbo illo, *Credenti in eum, qui iuſtificat impium, reputatur fides eius ad iuſtitiam.*

Iac.2.

Luc.1.

Pſ.54.

Sed cum iſtud uerbū. *Credidit Abraam Deo, & reputatum eſt illi ad iuſtitiam.*
Bit. ad Rom.

legat̃ tm̃ in capite quintodecimo. Nūquid tunc incępit iuſtus eſſe, & nunq̃ antea iuſtus fuit Abraam: cum quo locutus fuerat Deus, cui etiam tot magna promiſerat? Faciā te creſcere in magnā Gentem. Benedicam tibi, Magnificabo nomen tuum. Benedicam benedicentibus tibi, & maledicam maledicentibus tibi. Atq; in te benedicētur oēs cognationes terrę. Et iterum. Leua oculos tuos in directum, & uide à loco in quo nunc es ad Aquilonem, ad Meridiem, ad Orientē quoq; & Occidentem, oēm terram, quam reſpicis tibi dabo, & ſemini tuo uſq; in ſempiternū: faciamq; ſemen tuum ſicut puluerem terrę. Videt̃ omnino quod iuſtus erat, & Deo gratus. Ante uero leguntur opera Abrahę, nō fides, vt pegrinatio. &c. Igit̃ ex operibus iuſtus fuit, non ex fide tantū. At non eſt difficilè reſpondere. Certè eū iuſtus erat, anteq̃ illud legatur. Credidit Abraam Deo. Verum non ex operibus, ſed ex fide ſemper. Vis uidere? Ecce ſuū opus, quod gratiſſimum putas Deo fuiſſe, peregrinationē ſcilicet. Si peregrinatio fuit grata Deo, hoc ideo fuit, quia ut obediret Deo, lubenti animo peregrinatus eſt. Melior eſt enim obedienntia, q̃ uictimæ. Obedire aūt Deo quis poteſt lubens, niſi Deo credat? Fides enim facit nos Deo credere libēter. Primus nanq; motus animæ in Deū, fides eſt, vt diximus. Illa ergo fides eum iuſtum fecit, nō opera primum. Quod ſi expreſſe non legitur eum credidiſſe Deo, niſi in capite quintodecimo Geneſeos, non te moueat. Tunc enim ſupernaturale, quid pollicitus fuit illi Deus, & quod omnem illius opinionem excedebat: qm̃ & ſi primum pollicitus fuerat Deus dare illi ſemen, vt puluerē terræ, tamen credebat ipſe propter peccatū aliquod, patratū ab eo in pugna contra Reges, quod tamen ipſe ignorabat, (Bonarum enim mentiū eſt agnoſcere culpā, vbi nō eſt culpa.) à diuinis ꝓmiſſionibus cecidiſſe. Vt ergo tutius eſſet, denuo & efficaci⁹ ꝓmiſit illi De⁹, quod multiplicaret ſemē ei⁹ ſicut Stellas cęli, cōtra oēm vī cęlorū & planetarū. Vnde hębręi dicūt, eleuatū fuiſſe Abraā, vt co

Gen.15.

1.Re.15.

gnoſceret virtutes cęlorum oẽs ſuperan
das eſſe ab eo in hoc, vt contra eas ſe-
mẽ eius multiplicari poſſet. Nam vbi
nos habemus. Suſpice cęlum, ipſe hà-
bent, Deorſum reſpice: quaſi Abraam
eſſet ſupra cœlos, non corpore, ſed uir-
tute. Huiuſmodi ergo oportuit crede-
re Abraam, ob tam mirabilem paritio-
nem. Propter hoc itaque tanquam, q d
egregium & excellens, quodque vni-
uerſo orbi poſſet eſſe in exemplum, di-
gnum fuit fidem Abrahæ commemora
re. Non erat quid magnum antea cre-
dere Deo, qui familiariter illi loquebà-
tur, ſed nunc magnum & admirabile
fuit eo reuertente à pugna illa. Inua-
ſerat enim eum timor, ne Reges illi po
tentes exercitu coacto venirent contra
eum, & dominus eum ob peccata ſua
permitteret ſuccumbere & eius promiſ
ſiones non implerentur. Sic ergo timẽ
Gen.14 ti & dubitanti, apparuit illi Deus. Noli
timere, ego ſcutum tuum, merces tua,
multa valde. Et ipſe adhuc dubius. Do-
mine, quid dabis mihi? Ego vadã abſq;
liberis ad patres meos. &c. Non erit hic
hęres tuus, ſed qui egredietur de vtero
tuo, inquit dominus. Tunc poſt habito
omni timore, credidit Deũ glorioſum,
citra ſua merita illum iuſtificaſſe, & uel
le omnino implere promiſſa, quæ fece-
rat. Hac fide iuſtificatus eſt, cum ipſe,
non ſuæ, ſed diuinæ iuſtitiæ inniteretur.
Diffiſus de ſua iuſtitia, antea dubitauit
aliqualiter de diuina fidelitate: & fortè
aliqualiter peccauit: quod & perfectis
conuenit, vt nemo de ſe præſumat. At
loquenti Deo, & promittenti, firmiſſi-
mè credidit, ſe totum iaciens in Deum,
ſicut dictum eſt. Tũc ergo imputatum
eſt illi ad iuſtitiam. Ipſe adſcripſit totũ
diuinæ iuſtitiæ, & Deus largitus eſt ei
ſuam iuſtitiam, vt Abraam daret gloriã
Deo, & Abraam gloriam haberet apud
Deum: non ergo ex operibus, ſed ex fi-
de iuſtificatus eſt, qui primum à per-
fecta iuſtitia cecidiſſe videbatur, cum
ſua opera metiretur, & non diuinam
iuſtitiam, aut fidelitatem. Addendum
tamen eſt, quod ipſe ſecundum propo-
ſitum, ad omnem bonam operationem
quando credidit, paratus erat: quod rei
euentus oſtendit: Nam præcipiẽte Deo
vt circunci deretur omne maſculinum,
quamuis ipſe ſenio cõfectus eſſet, (erat
enim nonaginta annorum,) circunci- Gen.17.
ſionis dolorem non horruit, quo Deo
optimo maximo, cui corde crediderat,
re, ipſa pareret. Cum etiam filium illum
quem unigenitum vnicè diligebat, tan Gen.22.
quam pignus uitæ ſuæ, iuberet Deus
immolandum, nõ remoratus eſt. Quid
opus eſſet, facto non conſuluit, ſe ſe af-
fligens & macerãs cogitationibus, ſed
illico parere decreuit, & ĩmolare Iſaac,
immolaſſetq;, durior in filium effectus,
quàm patrem decere uideatur, ni Deus
tandem per angelum, illum iam manũ
extendentem, ab opere retraxiſſet. Qui-
bus operibus deinde partis, cum ipſe
primum ex fide ad operandum parata,
operibusq; iuſtus eſſet corã Deo, fides
atq; iuſtitia conſumata eſt, ex fęta fru-
ctibus fidem ſequentibus. Vnde Iaco-
bus inquit. Vis autem ſcire, ò homo
inanis, quoniã fides ſine operibus (ſup- Iac.2.
ple ſequentibus) mortua eſt? Abraam
pater noſter, nonne ex operibus iuſtifi-
catus eſt, offerens Iſaac filium ſuum ſu-
per altare? Vides quoniam fides coope
rabatur operibus illius, & ex operibus
fides cõſummata eſt, & ſuppleta eſt ſcri
ptura dicens. Credidit Abraam Deo, &
imputatum eſt illi ad iuſtitiam, & ami-
cus Dei appellatus eſt? Videtis quoniã
ex operibus iuſtificatur homo, & non
ex fide tantum? O ſententiam auream.
Non pugnat, non pugnat cũ Paulo Ia-
cobus, ſed Paulũ declarat Iacobus. Hic
enim locus vnus eſt, ex illis difficillimis,
quos indocti & inſtabiles iuxta Petri te
ſtimonium, deprauant in eorum perdi 2.Pet.3.
tionem. Vnde & vſque ad Apoſtolorũ
tempora, excitauit magnas tragędias lo
cus iſte. Oportuit ergo illum declarari,
ſpũ ſancto ſuggerente, hanc prouinciã
ſuſcepit Iacobus. Ecce ergo declaratio.
Niſi fides habeat propoſitum operan-
di cum potuerit, non poteſt iuſtificare
coram Deo, nec dare uitam animæ: cũ
etiam potuerit, niſi actu operetur, non
iuſtificat. Signum eſt enim euidentiſſi-
mum, ſi non operatur, quod non habet
charitatem comitem. Nã charitas otia-
ri neſcit, nec poteſt: ſi autem non habet
charitatem, qui credit, quantumuis om-
nem

nem fidem habeat, mortuus eſt morte ſpiritali. Tranſlati ſumus de morte ad vitam, quia diligimus, inquit Ioannes.
1.Ioan 3. Si habuero omnem fidem, charitatem uero nō habeam, nihil ſum, inquit Pau
1.Cor. 13 lus. Apoſtolus ergo noſter dicit, fide Abraam iuſtificatum fuiſſe ſine operibus, præcedentibus fidem, qualia fuerunt, peregrinatio illa, uictoria regum. His eṁ operibus, iuſtificatus fuit apud homines, quoniam cum opera ex genere bona eſſent, illum reputabant iuſtū, ſanctum, & pium: At coram Deo, nō ex illis primum erat pius & ſanctus, vel iuſtus, neque gratus in ordine ad æternā vitam, quoniam cum fides ſit illa quæ dirigat intentionem, vt propter Deum cuncta, quæ facimus agamus, niſi ipſe credidiſſet ante, rectam habere intentionem nō potuiſſet, vt propter Deum omnia illa ageret. Deo ergo ſpectanti intentionem magis, quàm facta, nō placuiſſet Abraam. At cum primum credidit, credendoque fuit diſpoſitus & paratus ad operandum, etiam licet tunc non fuerit exterius operatus, tunc imputatum eſt illi ad iuſtitiam: & Deus in eius gratiam illum ſuſcepit. Iacobus autem dicit, ex operibus ſequentibus fidē, maximè ex immolatione filij ſui ſuper altare, illum fuiſſe cumulatiſſimè iuſtificatum, nedum coram hominibus, penes quos magnitudo fidei, & charitatis, atque obedientiæ, Abraam fuit pleniſſimè declarata, ſed etiam corā Deo. Vnde inquit, quod ſuppleta eſt ſcriptura quæ dicit. Credidit Abraam Deo, & imputatum eſt illi ad iuſtitiam. Quomodo ſuppleta? hunc in modum. Immolauit Abraam, hoc eſt immolare voluit filium ſuum ſuper altare, & imputatum eſt illi ad maiorem iuſtitiam. Nam poſtmodum iureiurando promiſit illi Deus
Gen. 24. tāquam amico maximo, & chariſſimo, quod antea nequaquā promiſerat. Poſſidebit ſemen tuum portas inimicorum ſuorum, & benedicētur in ſemine tuo omnes gentes terræ, quia obediſti uoci meæ. Audis auctam Abraam gratiam coram Deo? Iuſtus erat ex fide, iuſtificatus eſt adhuc ex operibus. Vnde & po-
Gen 13. ſtea Hebronitæ, vocabant illum nō modo amicum Dei, ſed principem Dei: in dubijſque recurrebant ad illum, tanquam ad Deum, vel oraculum Dei. Sequitur.

Beatitudo ergo hæc in circuncisione, an & in præputium? Dauidis enim auctoritatē de beatitudine q̄ per gratiā, quæ à iuſtificatione non differt, applicat pro ſoluēda quæſtione propoſita: Num Abraamus illam adinuenerit, ex circunciſione, an non. Interrogatione autem vtitur, vt contra ſeipſos, vel inuiti iudæi, ore ſententiam ferant. Quemadmodū & Chriſtus in parabola vineæ, cōtra uafros illos phariſeos feciſſe legitur. Expleta enim patabola, interrogauit illos. Mat. 20. Cum uenerit (inquit) dominus vineæ, quid faciet agricolis illis? Reſponderūt enim Malos, male perdet, & uineā ſuā locabit alijs agricolis. Vnde demum ſaluator in eos inuectus dixit. Auferetur à uobis regnum Dei, & dabitur gēti facienti fructus eius. Eadem ergo ſapientia vtitur Apoſtolus hoc in loco. Beatos illos dixit dauidicus pſalmiſtę, *Quorum remiſſæ ſunt iniquitates, & quorum tecta ſunt peccata*, quibuſque flagitia non imputātur. Dicite quæſo, An beatitudo hæc, conuenit tantum circūciſis, an & tranſit in præputiatos? Circunciſionem enim pro circunciſis, præputium pro præputiatis accipitur, vt alibi diximus. Dicit autem *in circunciſionem, an in præputium*, accuſatiuo caſu. Quaſi ſit ſenſus. De cælo deſcendit hæc beatitudo, deſcendit ne tantum ſuper circunciſionem, an & ſuper præputium? Ne autem euaderent iudæi: non hic agim' de Dauide, neque de beatitudine, primus ſermo noſter fuit de Abraamo, atque de iuſtificatione eius: noli Paule nos ad Dauidem trahere, nec ad beatitudinem, propterea illuc ſe ſe conuertit iterum Apoſtolus, quo eos magis uincat & conuincat. *Dicimus enim quod imputata eſt Abrahæ fides ad iuſtitiā*, ex teſtimonio Moyſi. *Quomodo ergo imputata eſt, cum eſſet in circunciſione, an in præputio?* Hanc quæſtionem propono uobis Iudæi, reſpondete. Subiungit autem ipſe reſponſionem, qua teneantur Iudæi, omnes dare, velint, nolint. *Non in circunciſione, ſed in præputio.* Nam non eſt circunciſus Abraam, niſi poſtquam natus

eſt illi Iſmael ex Agar, cum eſſet octoginta ſex annorum. Tunc enim primum præceptum habuit circunciſionis. Antequam autem concubuiſſet cum Agar, vel ſemel, legimus quod credidit Deo, & imputatum eſt illi ad iuſtitiam: præputiatus ergo erat illo tempore: & tamen iuſtificatus eſt apud Deum, ergo non eſt primum iuſtificatus ex circunciſione, ſed circunciſio poſterior fuit iuſtificatione. Gaude. Gaude præputium. In præputio enim primum iuſtus habitus eſt ſanctiſſimus, ille patrum omnium pater. Non de circunciſione nata eſt iuſtitia, ſed de iuſtitia circunciſio. Non propterea iuſtus, quia circunciſus, ſed propterea circũciſus, quia primum iuſtus. Quod ergo de ipſo, ſpiritus ſancti oraculis mõſtratum eſt, hoc in omnibus accipiamus: quia fides illa non ei ſoli profuit, ſed omnibus qui credulitatis ſuę exemplum ſequuntur. Nemo ergo iuſtificatur, ex circunciſione, ſed ex fide omnes, & circuncisi & pręputiati. Sequitur.

Et ſignum accepit circunciſionis, ſignaculum iuſtitiæ fidei, quæ eſt in præputio. Ne redeant Iudæi ad querelam ueterem. Quæ ergo vtilitas circunciſionis? hæc adiecit verba. Non indigebat circunciſione, vt iuſtificaretur, qui antea iuſtus erat, quam circuncideretur: ſed tam pfecta fuit fides eius in præputio, tam excellens, adeo ſingularis, & incomparabilis ſanctitas, atque iuſtitia, vt quoniam futura erat omnibus hominibus in exemplar, inſigne aliquod mereretur. Res enim magnę, inſigniter ſolent fulgere, vt præ cæteris eminere cognoſcantur. Vos ergo conſiderate Iudæi, ſi fidem Abrahæ, ſi iuſtitiam eius imitamini: Niſi enim hæc adſint, cuius rei ſignum erit ueſtra illa carnis circunciſio? nihil erit, quod ſignetur inſigni illo ſigno: Nonne ergo ridiuclũ erit perinde ac, ſi ante fores aliquis circulum teneat, vinum tñ uenale non habeat? Aut ſi ſacculum ſigillo impræſſum oſtentet, pecunia tamen nulla intus repoſita? Mirum profecto, mitum Alma Roma.
1. Cor. 1 Iudæi enim ſigna quærunt, & tamẽ hoc admirabile ſignum nõ ſpeculãtur, ſed velamen poſitum eſt ſupra cor eorum. Nobis, autem agnus ille, qui librũ clauſum ſigillis ſeptem aperuit, ſignũ iſtud reuelauit. 2. Cor. 3 Quod enim ſignum dati potuit dicite quæſo, melius & aptius, quã circunciſio, vt ſignificaret in primis, ex ipſius fęmore naſciturum illum, qui ut Deum nobis conciliaret, propriũ ſanguinem funderet: quemadmodum ille cruorem ex mandato Dei non dubitauit effundere: cum tamen ſciret ex ipſo circunciſionis opere, nullam ſibi iuſtitiæ afferri utilitatem? Secundo. vt ſigno euidentiſſimo oſtenderetur omnibus hominibus, quàm iuſtus eſſet, & quàm fidelis, qui dolorem maximum ſibi cũ ferè nonagenarius eſſet, inferre nõ expauit: nec credidit eſſe otoiſum, quod à ſapientiſſimo domino iubebatur: ſicut & deinde innocentis filij occiſionem non horruit, neque exiſtimauit impiã, quam fons præceperat pietatis. Porrò immolatio filij, quam parabat, iuſtitiæ habitæ in præputio fuit augumentum, & conſummatio. At circunciſio vnicè ſignum fuit, & data in ſignum, non in augmentum. Hoc enim his uerbis mo litur Apoſtolus. Propterea aduenien te Chriſto, in quem omnes credere debebant, cum amplius exemplaris Abrahæ non eſſet ulla neceſſitas. Quãdoquidem uidit omnis caro ſalutare Dei, poſt Luc. 3. illius innoxiam mortem, & ſanguinis effuſionem, quo ſanguine noſtri fetidiſſimi abluti ſunt, ſignaculum illud abolitum eſt. O ſi hæc intelligerent Iudæi: ſed, adhuc generatio praua & adultera ſignum quærit: & fetidæ Matt. 12. circunciſionis adhuc curioſa, non poteſt intelligere, adueniente re propter quã ſigna dantur, ceſſare ſigna. Quis id non intelligat. Docti? Feliciſſima illa ætate beatorum in qua nihil creditur, ut abſens, nec ſperatur aliquid, ut futurũ, ceſſabit fides & ſpes: ſuccedetq; illis viſio atq; poſſeſſio, quarum illa figura erant. Non erit ibi templum, non lampades. Hæc enim omnia interioris cultus Dei ſigna ſunt exteriora. Cum ergo aduenerit perfect⁹ cultus interior Dei, cum illum toto corde diligemus, par eſt, vt hæc omnia cedant, & cedent in rei veritate, iuxta illud. Templum non Apoc. 21. vidi

vidi in ea. Dominus enim omnipotens
templum eſt illius, & lucerna eius eſt
agnus. Quid ergo mirum, ſi ſigna illa
uetera ceſſere, & innouata ſunt p Chri-
ſtum Ieſum, atq; mutata in melius? iux
ta illud. Innoua ſigna, immuta mirabi-
Eccleſiaſtici.36 lia. Circuncisio, qua præputium carnis
abſcinditur, mutata in Baptiſmum eſt,
quo omnes Chriſto concrucifigimur,
& commortificamur, atque conſepeli-
mur. Saturnia dies, qua prima creatio,
colebatur, in ſolarem mutatũ eſt, quo
efficimur noua creatura, quam inchoa-
uit rediuiuæ uitæ Chriſti reſurgen-
tis triumphus. Feſtum Phaſe, quo im-
molabatur agnus, mutatum eſt in feſtũ
paſſionis Chriſti Ieſu, & reſurrectio-
nis. Ille enim eſt uerus agnus, qui abſtu
lit peccata mundi. Feſtum Pentecoſtes,
in quo fuit data lex vet⁹ ſcripta, in feſtũ
Pẽtecoſtes, in quo fuit data lex Spũs ui
tæ in cordibus Apoſtolorum. Feſtum
Neomeniæ, in feſtum Beatæ Virginis,
ipſa eſt enim illa luna, in qua primum
apparuit illuminatio ſolis per copiã gra
tiarum. Feſtum Tubarũ, in feſta Apo-
ſtolorum, qui tanquam tubæ impleue-
Pſ.18. runt omnia euangelio Chriſti: In omnẽ
terram enim exiuit ſonus eorum. Feſtũ
expiationis, in feſta Martyrũ & Confeſ
ſorum, quibus iugiter pro nobis ſuppli
cantibus, propitiatur Deus peccatis no-
ſtris. Feſtum tabernaculorum, in feſtũ
Dedicationis Eccleſiæ, quæ eſt taberna
culum Dei. Feſtum cętus, atq; collectę,
in feſtum omnium Sanctorum. Et bre-
uiter, ut vno uerbo dicam, omnia in me
lius mutata ſunt. Intelligis myſterium?
Sed & nunc loquimur tantum de Cir-
cunciſione. Euacuata eſt ergo circunci-
ſio, inquit Paulus. Qm̃ nec fuit data, ut
res permanſura: ſed tantum, ut ſignum
aliqñ abolendum. Vtit͛ autem his uoci-
bus, ſignũ & ſignaculũ. Sẽſus eſt. Signũ
circũciſionis, hoc eſt circũciſionẽ, quæ
ſignũ eſt & χαρακτὴρ, accepit in ſigna-
culũ iuſtitię ſuæ. Apud hoẽs ergo ex cir
cũciſione carnis iuſtificatus eſt Abraã,
ſed antea iuſtus erat penes Deũ ex fide,
cuius iuſtitiæ ex fide circũciſio in ſignũ
fuit. D. d. *Vt ſit pater omnium credentiũ per
præputium, vt ex illis imputetur iuſtitia, &
pater circunciſionis, nõ his qui tantũ ſunt ex
circunciſione, ſed his qui ſectantur ueſtigia fi-
dei, quæ in præputio fuit patris noſtri Abraã.*
Nõ accipitur, *Vt* finaliter, ſed cõſequu-
tiuè, quia credidit in prępuțio, & iuſtus
fuit. Deinde, ſignũ accepit circunciſio-
nis. Sequit͛. *Vt ſit pater*, & circũciſionis
& præputij. Notandus eſt aũt modus
loquẽdi. *Credentium per præputium*, ideſt
in præputio, vel cum prępuțio. Itẽ pri-
mo dicit. Vt ſit pater circũciſionis. De-
inde uertit caſum genitiuũ in datiuũ.
his pater eſt. *Qui ſectãtur ueſtigia fidei.* Cõ
ſidera autẽ primum, quid moletur his
uerbis. Dici non põt, q̃ inſolenter ſeſe
efferũt, quod filij ſint Abrahæ Iudęi om
nes. Nos inquiunt patrem habemus Ioan.8.
Abraã. Pr̃ nr̃ Abraam eſt. Semen Abra-
hæ ſumus. Perbelle confuſi ſunt ſemel
à Chriſto Ieſu domino noſtro. Si filij
Abrahę eſtis, opera Abrahę facite. Nũc
autem quæritis me interrogare homi-
nem, qui ueritatem uobis loquutus
ſum, quam audiui à Deo. Hoc Abraam
non fecit. Vos facitis opera patris ue-
ſtri. Vos ex patre diabolo eſtis. Nunc
autẽ ex dictis audite, quomodo eos de-
primit Apoſtolus. Nolite dicere inter
uos, Patrem habemus Abraam: nulla
enim ratio eſt, qua poſſitis uos ipſi præ-
ferri Gentibus ex Abraamo. Abraam
pater eſt æque præputiatorum, &
circunciſorum, immo magis præputia-
torum. Vis id intelligere Iudæe?
Contemplare quæ dicta ſunt. Abra-
am primus fuit, qui Deo perfectè cre-
didit: hinc pater appellatus eſt om-
nium credentium. Credidit autem pri-
mum in præputio, quàm in circunciſio
ne, igitur primum pater eſt præputiato
rum, quàm circunciſorũ. Fortius. Cir-
cunciſionem accepit, non ut augmen-
tum, ſed ut ſignum iuſtitię, iuſtitiæ inq̃
fidei, quam primum habuit, cum præ-
putiatus eſſet. Vides ne ergo, quoniam
& ipſa circunciſio præputium extollit
ex natura rei? Quoniam nihil aliud eſt,
niſi ſignum iuſtitiæ habitæ in præputio.
Commendat ergo præputium, cũ de-
clarat, & ſignificat iuſtitiam eius. Si er
go eſt pater circunciſorum, hoc non eſt
ratione circunciſionis carnis tantum,
ſed ratione fidei habitæ in præpu-
tio, quam circunciſio proteſtatur.

Qui

Qui itaq; circunciſionem quidem in
carne geſtauerit, at fidem Abrahæ non
habuerit, illiuſque ueſtigia perfecta cre
dulitate non fuerit imitatus, & circun-
ciſione cordis, cuius ipſa ſignum erat,
nequaquam eſt filius Abrahæ. O ratio-
nem admirabilem. Præputiatorum nõ
eſſet pater, ſi non crederent, & non eſ
ſent corde circunciſi, multo minus er-
go circũciſorum infidelium pater erit,
etiam ſi millies fuerint carne circun-
ciſi. Vtinam Iudæi intelligerent apo-
ſtolicam ſentẽtiam, quam præſefert hęc
ratio. Ne inſoleſcite iudæi. Antiquius
eſt præputium circunciſione. Antiqor
eſt fides præputij, fide circunciſionis.
Cur ergo præputium à circunciſione
deſpicitur? Si ueneranda eſt circunci-
ſio, quæ iuſtitiam prædicat & ſignificat,
nòn ne multo magis reuerendum eſt
præputium, quod primum illam obti-
nuit? Nec tu tamen præputiate Gen-
tilis, te efferas. Non enim à præputio
parta eſt iuſtitia, ſed à fide in præputio.
Non propterea pater eſt præputiatorũ
Abraham, quia præputium habẽt, ſed
Matt. 22. quia fidem eius æmulantur. Ambo er-
go ſimul quieſcite. Fratres enim eſtis Iu
Matt. 23. dæi & Ethnici, vnus omnium noſtrũ
pater eſt, ne itaque ſeditionem excita-
tis, dum præputiati circunciſos, circun
ciſi præputiatos reijciunt. Sed tu eru-
beſce magis ſuperbe Iudæe, qui in pri-
mum præputij locum ſubintroieras o-
lim, & uide ne in ſecundum locũ tua
ſuperbia colloceris, & in tuum album
præputiatus reſtituatur. Ne te præpu-
tiatus repudiaret, data eſt tibi circunci-
ſio, vt eandem fidem ſignificares te ha
ber, equam & ipſe primum habuit. Cur
ergo tu inflatus, præputiatos deſpicere
audes? Deinde dicit.

*Non enim per legem promiſſio ipſi Abra-
hæ, aut ſemini eius, vt hæres mundi eſſet, ſed
per iuſtitiam fidei.* Varia & multa erant
iudaicæ ſuperbiæ latibula: nunc cir-
cunciſionem, nunc legem, nunc Abraã
iuſtificabant. Nũc etiam promiſſiones
diuinas. Poſtquam ergo, & circunci-
ſionis gloriam, & legis, & Abrahæ ex-
tenuauit, ad promiſſiones ſe ſe conuer-
tit Apoſtolus. Nobis vnis aiebant iudęi,
Luc. 1. per legem promiſſus eſt Dei filius, non
primum Gentibus. Iuſiurandum, quod
iurauit ad Abraam patrem noſtrum, da
turũ ſe nobis, inquit Zacharias. Quid Deut. 18.
apertius? Moſes item. Prophetam ſuſci-
tabit uobis dominus de medio fratrum
ueſtrorum. Virgo inſuper. Suſcepit Luc. 1.
Iſrael puerum ſuum. Quod argumen-
tum uultis efficacius Ethnici, pro no-
ſtra dignitate, quando ipſe Chriſtus Ie-
ſus, de quo gloriamini, nobis tantum,
non uobis fuit repromiſſus? Ita bene-
dictiones ſuæ, & gratiæ ſuæ. Hunc in
modum inſultabant iudęi Gentes in vr
be Roma. Hoc ergo deſtruẽdum fuit.
Inquit ergo Apoſtolus. Non ita res ſe
ſe habet Iudæi. Omnibus gentibus fuit
facta promiſſio. Vultis uidere? Ecce.
Antequam eſſet data lex Moſi, factę fue
rant promiſſiones Abrahæ. Immo, &
antequam eſſet data lex circunciſionis
ipſi Abrahæ. At leges iſtæ, vnicè diſtin-
xerunt iudæos ab Ethnicis. Cum enim
nondum eſſet datum præceptum circũ
ciſionis, & populi eſſent in præputio,
erant Gentes oẽs, vnus populus, itaq;
abſolute omnibus populis fuit facta
promiſſio, non Iudęis unis. Et eſt fortiſ-
ſima ratio. Si enim Abrahæ factæ eſſent
promiſſiones tantum poſt circunciſio-
nem, vel poſt circunciſionis præceptũ,
uideretur, quod per circũciſionem, id-
eſt ui & merito circunciſionis factæ eſ-
ſent, conſequenter Iudæis tantum, qui
vni circunciduntur: ſed antea valde, il-
li pollicitationes diuinæ factæ fuerunt:
Quod in ſemine ſuo benedicerentur
vniuerſæ cognationes terræ: Et quod
omnem terram, ſemẽ eius poſſidere de-
beret. Ergo hoc eſt argumentum effi-
cax, quod non fuerunt factæ per circũ-
ciſionem, multo manus per legem Mo-
ſi, quam anteceſſit Abraam, & promiſ
ſio facta Abrahæ, quadringentis & tri-
ginta annis, vt inquit Paulus ad Gala- *Gal. 3.*
tas, ſed per fidem, quæ imputata eſt illi
ad iuſtitiam. Hanc autem fidem præpu
tiatus habuit, ergo promiſſiones factæ
ſunt omnibus credentibus, etiam præ-
putiatis. Licet enim poſtquam circun-
cidit ſeipſum Abraam, immo poſtquã
voluit filium ſuum immolare, audierit.
In ſemine tuo benedicẽtur omnes Gẽ- *Gen. 23.*
tes: Id tamen etiam lõgè antea audiuit,

In

Gen.15.17 In te benedicentur vniuerſæ cognationes terræ. Item. Omnem terram quã conſpicis, tibi dabo, & ſemini tuo vſq; in ſempiternum. Benedicam tibi: magnificabo nomen tuum, eriſque benedictio. Quod uerbum, non poteſt intelligi de Abraam, niſi uirtute Chriſti, qui eu benedictio ipſa omnium Gentium, nedum benedictus, licet ſit factus pro
Gal.3. nobis maledictu m, ut nos de maledicto legis redimeret. Apertiſſimè ergo conuincitur, quod promiſſiones non ſunt factæ per legem: quare nec illis tantum qui ſunt in lege, uidelicet Iudæis, ſed & omnibus Gentibus, credentibus. Vide autem mirabile Paulii ngenium. Ex hac eadem ratione, qua confutauit Iudæos, probat id quod ſupra dixit. Gẽtes eſſe filios Abrahæ, non minus quàm Hebræos. Et proptetea additum eſt. *Enim* in uerbis Apoſtoli. *Non enim per legem promiſſio.* Inſinuatur nanq;, quod eſt probatio eius, quod dictum eſt. Ecce ergo probatio. Promiſſiones factæ ſunt omnibus Gentibus credentibus, ſed factæ ſunt tantum ſemini Abrahæ, ergo omnes Gentes credentes, ſunt ſemen Abrahæ, vel filij, non tãtum Iudęi. Hoc itaq; in loco, per ſemen Abrahæ non intelligitur Chriſtus Ieſus: nam huic ſemini facta eſt promiſſio. Illud autem ſemẽ videlicet Chriſtus, promiſſum eſt mundo, ſed illi ſemini non eſt facta aliqua ꝓmiſſio. Itẽ Chriſtus non habuit fidem, qui ab inſtanti conceptionis fuit ſemp beatus: & facialiter Deũ vidit. Hoc autem ſemen de quo eſt ſermo, fidem habuit, & per fidem promiſſum eſt ei, qđ eſſet hæres mundi. Ergo hoc ſemen, nõ eſt Chriſtus, cum dicitur Abrahæ. In ſemine tuo, benedicentur omnes Gẽtes. Cur enim illud ſemen non poteſt eſſe niſi Chriſtus? Ipſe nanque eſt qui terrã maledictam benedixit, cum ſathanæ ca
Gen.3. put contriuit. Sicut ſcriptum eſt. Semen mulieris conteret caput tuum. Et ita loquitur Apoſtolus ad Galatas, de ſe
Gal.3. mine. At cum dicitur. Omnem terram dabo tibi, & ſemini tuo, Apoſtolus, illud uerbum aliò applicat. Vtique etiã poteſt intelligi de Chriſto. Sed Paulus diuino ingenio, ad aliud ſem en trahit, ad ſemen ſeminis, ad ſemen uidelicet ſeminatum à Chriſto Ieſu. Quid illud eſt? Omnes qui in Chriſtum credunt, filij regni: vt ipſemet Chriſtus parabolice loquens quodam loco dixit. Qui ſeminat bonum ſemẽ, eſt filius hominis: Luc.8.
Bonum u ero ſemen ſunt filij regni. Sed dices. Illud ſemen eſt hæres mundi, ſolus Chriſtus eſt heres mundi, ergo, &c. Nego minorem. Chriſtus certe fuit hæres mundi, inquantum Deus, ſuapte natura dominus: inquantum homo conſtitutus hęres, Deo patre dicente. Poſtu Pſ.2.
la à me Gentes, & dabo tibi hæreditatẽ tuam, & poſſeſſionẽ tuam terminos terræ. Et Paulo. Quem conſtituit hæredem vniuerſorum. Iudæis quoq;. Hic Heb.1.
eſt hæres. Vnde ipſe dicebat. Data eſt Matt.10.
mihi omnis poteſtas, in cęlo, & in terra. At & omnes credentes in Chriſtũ, ſunt Matt.28.
hæredes mundi, quia ſunt filij Dei: Si fi Rom.8.
lij, & hæredes, hęredes quidẽ Dei, cohęredes autem Chriſti. Vnde Paulus conſtanter dixit. Omnia ueſtra ſunt, ſiue 1.Cor.3.
Paulus, ſiue Cephas, ſiue Apollo, ſiue mundus, ſiue uita, ſiue mors, ſiue præſentia, ſiue futura, omnia ueſtra ſunt, vos autem Chriſti, Chriſtus autẽ Dei. Hi itaque ſemen Abrahæ ſunt, iuxta illud Eſaiæ. Semen ſanctum erit, qui ſte- Eſa.6.
terit in ea. Et illud. Omnes iuſti hære- Eſa.60.
ditabunt terram, & germen plantationis meæ. Et illud Pauli. Non qui filij Rom.9.
ſunt promiſſionis ęſtimã tur in ſemine. Et ſic habet maximum ro bur ratio Apoſtoli contra Iudæos.

Vnum refugiũ ſupererat pro iudęis, vt dicerent. Licet Abrahæ fuerint factæ promiſſiones, cum in præputio eſſet, & propterea omnibus populis, non modo nobis iudæis, tamen deinde data eſt circuncifio Abrahę, data eſt etiam lex nobis unis, omnibus alijs populis reiectis. In ſignum quod, promiſſa illa in nobis tantum adimplenda erant. Idcirco enim uidetur nos uoluiſſe ab alijs Gentibus, & ſignaculo carnis, & lege diuina ſegregare, tanquã adipem à carne: vt intelligeremus nos unos eſſe, vere Abrahæ filij, & Dei optimi maximi peculium, quibus ſolis ſeruata eſſet hæreditas, quæ indiſcriminatim antea promiſſa fuerat. Aliter enĩ incaſſum nobis data eſt lex. Quid enim attulit utilita-

tis,

tis,niſi per illam nos ſoli, promiſſam filij Dei incarnationem, benedictionem, atq; hæreditatem vniuerſorũ obtineamus? Et hoc ergo refugium tollit Paulus. *Si enim, qui ex lege, hæredes, exinanita eſt fides, abolita eſt promiſſio.* O fortiſſimã rationem. Si per legem hæreditas, ergo euacuata eſt fides. Sumitur aũt hic fi-
Rom. 3. des pro fidelitate, vt ſupra. Nũquid incredulitas, fidem Dei euacuauit? ideſt fidelitatem. Infertur ergo hac ratione, quod euacuata eſt fides, ideſt fidelitas ipſius Dei: abolita eſt promiſſio eius: Non reddit quod promiſit, vt uno uerbo rem totam aperiam: deficit à ueracitate. Vnum pollicitus eſt, aliud exequitur, mentitus eſt ergo Deus. Deducitur manifeſtiſſimè dupliciter. Primo
Gen. 12. ſic. Promiſſum Dei eſt hoc. In te benedicentur omnes Gentes. Sed lex non eſt data omnibus Gentibus, igitur ſi per legem obtinetur hæc promiſſio, iam eſt irrita & inanis diuina legalitas. Non.n. benedicentur omnes Gentes, ſed tantum iudæi, quibus data eſt lex. Lex itaque aduerſus promiſſa Dei, quod ne-
Gal. 3. fas eſt. Vnde horrentis voce dixit Apoſtolus ad Galatas. Lex aduerſus ꝓmiſſa Dei? Abſit. Quod ſi dicas pro iudæis. Gentes indignę fuerunt, in quibus diuina promiſſa complerentur. Arguo tibi ſic. Diuina fidelitas non uiolatur noſtra iniuſtitia & iniquitate, & maximè cum iuramẽto firmatur, cuiuſmodi fuit Abrahæ promiſſio toties iterata. cui ad extremum addidit iuſiurandum. Per
Gen. 22. memetipſum iuraui, quia feciſti rem hanc, & non pepercisti filio tuo vnigenito propter me. Benedicam tibi, & multiplicabo ſemen tuum, ſicut ſtellas cęli, & velut arenam, quæ eſt in litore maris. Poſſidebit ſemen tuum portas inimicorum ſuorum. Et in ſemine tuo benedicentur omnes Gentes. Audis iuraſſe Deum, vt abundantius oſtenderet immobilitatem conſilij ſui, in pollicita-
Hebr. 4. tionibus? iuxta Paulũ ad Hebręos. Nõ iurauit autem in ira, vt inficiari poſſis iurare aliquando Deum, & tamen non ſequi ea, quæ iuramento promittũtur.
Pſ. 94. & Heb. 4. Iuxta illud. Iuraui in ira mea, ſi introibunt in requiem meam. Iurauit ex animo. Et ſi maiorem habuiſſet ſeipſo, per illum iuraſſet, quoniam autem maiorem non habuit, per ſemetipſum iurauit. Omnis enim controuerſiæ finis, ad confirmationem eſt iuramentum. Ergo non pœnitebit eum, ergo non deficiet à promiſſo. Deficit autem ſi per legem habetur hæreditas. Igitur non per legem hæreditas. Secundo ſic, & fortius. Deus glorię hac una ratione dedit Abrahæ hæreditatem, quia promiſerat dare, propterea ſub iuramento pollicitus fuerat, vt dictum eſt, quo ipſi Abrahæ ratum eſſet, non propter eius opera, ſed unice, vt diuina promiſſio ſtaret, & impleretur, illi dandam eſſe hæreditatem. Vnde & de uobis cõteſtatus eſt Deus, quod obtinuiſtis hæreditatem, benedictionem ſcilicet filij Dei, & terram quam poſſederunt patres ueſtri, Iudæi, non propter legem, ſed unice pro- Deut. 9.
pter promiſſiones factas Abrahæ. Ne dixeris (inquit) in corde tuo, propter iuſtitias meas introduxit me dominus, vt terram hanc poſſiderem, ſed ut compleret verbum ſuum dominus, quod ſub iuramento pollicitus eſt patribus tuis Abraam, Iſaac, & Iacob. Si ergo obtinuiſtis per legem, omnino abolita eſt uis promiſſionis diuinæ. Neque enim vi promiſſionis, ſed ui legis, id factũ eſt. Quod tamen Deus vnice dixit, & fiendum, & factum eſſe ui ꝓmiſſionis. Intelligis efficaciam huius rationis? Hanc autem deductionem habetis ex Apoſto-
lo ad Galatas. Nam ſi ex lege hęreditas Gal. 3.
(inquit,) iam non ex promisſione. Abrahæ autem per promisſionem donauit Deus. Illi ergo verbo, *Exinanita eſt fides*, aptate primam rationem. Illi alteri, *Abolita eſt promiſſio*, ſecundam. Oportebat autem reſpõdere rationi Iudęorum, ergo incaſſum data eſt lex, niſi per legem obtineamus hæreditatem. Reſpondit Apoſtolus, interponẽdo parentheſim hanc. (*Lex enim iram operatur, vbi enim non eſt, neque præuaricatio.*) Reſpondet autme, & ſimul reſpondẽdo facit nouam rationem ad probãdũ, quod hæreditas nequaquam per legẽ, ſed per fidem Abrahæ in Chriſtum Ieſum obtinet. Dicis ergo Iudæe. Ad quid data eſt lex? Ecce reſponſio. Lex ope- Rom. 4.
ratur iram, ſupplete Dei, ideſt uindictã.

Breuiter

Breuiter uult dicere, non eſt data vt faciat bonos & iuſtos, atq; illos præmiet vel remuneret hereditate Dei, ſed ut puniat malos, & peccantes, eoſq; priuet
Pſal. 50. hæreditate. Id facilè ſic intelliges. Duæ ſunt iuſtitiæ partes, declinare à malo, & facere bonum. Lex in hoc differt à fide Abrahæ, quoniam lex poteſtatem habet ad malum, ad malum culpæ puniendum, ad malum pœnæ infligendum: At fides efficit bonum, & iuſtum, quia ex fide iuſtificamur, non ex lege. Ex fide etiam ſalutem æternam conſequimur, vt ſupra patuit.

Hic autem aduertendum eſt. Poſſet enim Iudæus obijcere. Non eſt detetioris conditionis lex Moſi, quàm omnes leges humanæ. Humanę ueto leges, non tantum factæ ſunt, propter tranſgreſſores arcendos, ſed etiam propter bonum uirtutis. Ad hoc enim ordinantur leges, vt homines boni fiant, vt ex Ethicis liquet. Ergo & lex Moſi, non tantum iram operatur, puniendo malos, ſed etiam ordinatur ad bonum uirtutis. Et confirmatur. Quia hac lege præcipitur, & vt mala caueamus præceptis negantibus, Non fur-
Leuit. 19. tum facies. Non adorabis Deos alienos. Non concupiſces: Et ut quæ bona ſunt, agamus, præceptis affirmati-
Deut. 6 uis. Diliges dominum Deum tuum. Honora parentes. &c. Quid ergo dicit Paulus, quod lex tantum iram operatur? Propterea dicendum eſt, quod aliud, eſt loqui de fine legis, aliud de effectu legis. Finis legis intentionem ſpectat legis: effectus uero poteſtatem, & efficaciam eius. Si de fine ſit ſermo, nulli dubium, quod finis eius eſt bonum uirtutis, ad quod intendit ducere ſuis mandatis, & præceptis. At de effectu, longe aliter ſe habet res. Præcipere poteſt, vt boni ſimus, & præcipit, at non facit, nec facere poteſt, vt boni ſimus. Nulla lex ſcripta id facere poteſt. Quid dicis de Euangelio? Euangelium non eſt lex ſcripta, ſed indita. Cum enim dico Euangelium abſolutè, (vt alias dixi,) non intelligo mandata Chriſti, quæ in Euangelijs continentur, ſed gratiam Chriſti diffuſam in cordibus noſtris. Ita accipit Paulus, cum illud interpretatur, quod dixit Hieremias. Dabo legem meam in uiſceribus eorum, & in Hier. 31.
corde eorum ſcribam eam. Epiſtola eſtis Chriſti, miniſtrata à nobis, & 2. Cor. 3.
ſcripta non atramento, ſed ſpiritu Dei uiui. Hæc autem eſt gratia Dei, per Ieſum Chriſtum. Et per hanc boni ſumus atque efficimur. Quod ſi mandata illa ſcripta intelligis, nec ipſa poſſunt facere bonum, paria ſunt præceptis Moſi quo ad hoc, nec te fallat opinio. Reſpectu mali autem, omnis lex ſcripta habet effectum quem intendit, cum omni poteſtate, & efficacia. Punit enim malos, & puniendo arcet, vt experientia teſtatur. Culpa igitur, uel peccatum, ſeu tranſgreſſio eſt propria materia legis Moſi, vult dicere Paulus, circa quam ſuum effectum exercet. Videlicet iram, punitionem, uindictam, At ſuper iuſtificationem, ſuper vitam ſpiritualem, ſuper hæreditatem, non poteſt ſuas vires exercere. Præcipit teligionis, & pietatis opera, quod pij ſimus, & religioſi, non facit: Punit tamen eos, qui impij ſunt, & irreligioſi. Lapidantur enim, qui ſabbatum non ſanctificant, qui Deum blaſphemant, & huiuſmodi. Si Heb. 7.
dicas, eſt igitur imperfecta. Concedo. Neminem enim ad perfectum adduxit lex. Deficit à fine. Conce- Rom. 10.
do. Finis legis Chriſtus eſt. Chriſtus autem non per legem, ſed per gratiam. Tota ergo vis legis, eſt in puniendo. Et hoc eſt, quod uoluit etiam dicere Paulus ad Galatas, cum oſten- Gal. 3.
dit ex promiſſione, non ex lege haberi hæreditatem, obijcit contra ſe. Quid ergo lex? Reſpondet, Propter tranſgreſſionem poſita eſt, hoc eſt propter tranſgreſſores puniendos. Id ergo etiam hic intendit, & non aliud cum dicit, Lex iram operatur. Vnde medium, quo lex mouet, eſt pœna, & terror pœnæ. Ita enim dicitur. Factæ ſunt leges, vt earum metu humana coherceantur. Quia autem dicete potuiſſes. An non etiam poterant peccantes puniri ſine hoc, quod daretur lex? Ergo vel hæc

tatio

ratio nulla eſt, vel incaſſum data eſt lex, & ſuperfluè, ſi propter hoc tantum data eſt. Propterea adiecit Apoſtolus. *Vbi non eſt lex, nec præuaricatio.* Et loquitur de lege ſcripta. Conſiderandum autem hoc eſt diligenter. Nam cum lex naturę ſit in cordibus hominũ omnium innata, quod contra eam agitur, etiam ſi nulla eſſet vnquam, vel fuiſſet alia lex, peccatum eſt. Quid igitur dicit Apoſtolus. Vbi non eſt lex hæc Moſi, non eſt præuaricatio? Dices fortè, non dicit. Non eſt peccatum, ſed nõ eſt præuaricatio: hoc nihil eſt: ſi ſine hac lege eſt peccatũ, ergo & præuaricatio. Peccatum enim eſt præuaricatio legis. Immo non eſt peccatum niſi trãſgreſſio legis. Si dicas. Vbi non eſt lex ſcripta, non eſt præuaricatio huius legis, ridiculus eſt ſenſus iſte. Quid ergo dicit tantus Apoſtolus? Poteſt reſpondere, quod in obliuione erat lex naturæ in magna parte hominum, adeo vt exiſtimarent reprobo ſenſu, ſicut dicebamus primo, bona eſſe quæ naturaliter mala ſunt: ꝑpterea talis corruptio correctione indigebat, vt per legem ſcriptam, peccatum & præuaricationem agnoſcerent. Senſus ergo clarus eſt. *Vbi non eſt lex,* ſcripta, *nec præuaricatio,* non ſimpliciter, ſed apud eos, qui præuaricati ſunt, non eſt præuaricatio, ideſt non cognoſcitur eſſe præuaricatio. Et ita olim erat, vt peccatores non agnoſcerent ſe eſſe præuaricatores. Erat certe peccatum & pręuaricatio, ſed non cognoſcebatur, quoniam abolita erat naturalis illa lex, qua bona & mala cognoſcuntur.

Secundo dici poteſt. *Vbi non eſt lex,* ſcripta, *nec præuaricatio.* Non abſolutè ꝑ rationem factam, ſed quo ad multa. Concupiſcentia enim lege naturę, peccatum non erat, nec agnoſcebatur, quę tamen fomes eſt & radix omnium peccatorum. Si quidem lege naturæ, illa tantum peccata dicuntur, quæ alteri nocent, non ſibi ipſi: Quod ergo legi naturæ deerat, ſuppleuit lex illa.

Tertio. *Vbi non eſt lex, nec præuaricatio.* Illud propriè eſt præuaricatio, quod imputatur ad pœnam: & quod imputatur ad pœnam, præuaricatio eſt. Vbi autem non eſt lex, etiam ſi malum ſit, qđ agitur, non imputatur. Lex enim ſola eſt, quæ imputat ad pœnam, propterea dicitur lex, quia ligat timore pœnæ. Huic aſtipulatur unum. Scimus enim omnes, quod in locis, ſeu in actionibus exemptis à lege, etiam ſi quid agatur, quod non deceat, ad pœnam non imputatur: Vt ſi in campo flore, quis aliquem percuſſerit. Igitur, *Vbi non eſt lex, nec præuaricatio.* Ad difficultatem. Ergo in lege naturæ peccatum erat. Concedo. Cognoſcebatur. Iterum concedo. Sed non imputabatur ad pœnam, ad pœnam dico corporalem. Lex enim naturæ docet, peccatum eſſe peccatum, & pœna: neque aliam pœnam iudicat infligendam, niſi aliam legem ille comitem addas, quæ ex principijs legis naturę concluſiones deducat. Per legem ſcriptam, imputata ſunt peccata ad pœnam, & omnia peccata, vt ex teſtamẽto ueteri patet. Ergo tunc primum cœpit præuaricatio: antea enim non erant præuaricatores: Propter præuaricatores ergo puniendos, poſita eſt lex illa. Erant peccatores ante illam legem, ſed non erant præuaricatores. Peccata non imputabantur ad pęnã, non ergo erant puniendi: ſed tunc inceperunt eſſe obnoxij pœnę. Sic ſatisfactum eſt cauillo iudæorum dicentium. Quid ergo lex? Sunt aliæ cauſæ, propter quas poſita eſt lex illa, at modo hæc ſufficiant. Audite nunc vim rationis Pauli contra Iudæos ex hac reſponſione. Effectus legis eſt punire tranſgreſſores, uindictamque illis inferre, exheredare, ergo magis cõuenit illi, quàm hæreditatem obtinere. Per legem itaque extrudimur potius ò Iudæi, ab hæreditate promiſſa, & pęnas damus, quàm ut hæredes efficiamur diuinarum promiſſionum. Nam tranſgreſſores non hæreditabunt: ſolum autem in tranſgreſſores lex ipſa efficaciam habet. Igitur quotquot legis efficatiæ fidunt, ipſo iure maledicti ſunt à Deo, & hæreditate priuandi, atq; priuati. Tantum abeſt, vt hæredes ſint, vel eſſe poſſint aliqui, atque benedicti, vel benedicendi per legem. Quicunq; enim ſunt ex operibus legis, ſub maledicto ſunt, inquit Apoſtolus, ad Galatas. Et uoluit dicere: Non qui ſeruat le- *Gal. 3.*

gem,

gem,ſed qui fidit efficaciæ legis. Patres enim ſeruabant legem,& tamen maledicti non erant,ſed non fidebant efficaciæ legis,at promiſſioni. Et ita fide, & non lege putabant ſe iuſtificari atq; ſaluari. Promiſſioni,promiſſioni, ergo fidendum eſt,non item legi. Nam ꝓmiſſionis effectus eſt hæredem conſtituere eum, cui facta eſt. Certe enim cui facta eſt promiſſio hęres efficieť. Legis uero effectus eſt, punire eum cui datť. Aliud enim facere non poteſt. Si ergo tu fidis legi, irritam facis diuinā promiſſionē. Lex autem non irritum facit teſtamentum domini,neque euacuat promiſſiones eius,Itaque non eſt fidendum legi, vt per legem obtineatur,quod promiſſum eſt,ſed magis per fidem. Ideo concludit Apoſtolus perficiens rationem. *Propter hoc ex fide,vt ſecundum gratiam firma ſit promiſſio omni ſemini,non ei quod ex lege ſolum,ſed & ei quod eſt ex fide Abrahę.* Cernis pulchram antitheſim? Si hæreditas habetur ex lege, irrita fit promiſſio. Si ex fide impletur firmatur, impletur promiſſio. Si ex lege, iudæus ſolus eſt hæres: ſi ex fide,omnes gentes: ſi ex lege, non omne Abrahæ ſemen, ſi ex fide,omne Abrahæ ſemen. Si ex lege, non ex gratia, ſed ex debito: ſi ex fide, non ex debito, ſed ex gratia. Ex gratia autem & omni ſemini: Ex lege & extra legem, *vt firma ſit promiſſio Dei,* hæc implenda fuerant, & *vt ſecundum gratiam,* ſupple tu implerentur. Ergo ex fide omnino,non ex lege. Quàm ſtulti igitur ſunt iudæi,qui legi fidunt,nunc intelligere poteſtis. At nonne ſtultiores erāt Gentiles illi, qui legem cum Euangelio ſeruandam eſſe,primis illis temporibus
Act 9. exiſtimabant? O inſenſati Galatę, (merito inquit Paulus) quis uos faſcinauit? Difficilius enim eſt de iniuſto facere iuſtum,quàm iuſtum in iuſtitia conſeruare. Sed de iniuſtis,Gentiles fiebāt iuſti ſine lege, ex auditu fidei Chriſti Ieſu. Statim enim poſt Apoſtolorum prædicationes, deſcēdebat Spiritus ſanctus ſuper credentes in ſignis viſibilibus,&
Gal 3. manifeſtis:legitur enim. Adhuc loquēte Petro,cecidit Spūs ſanctus ſuper eos qui audierunt.Et hoc ut fides tunc creſceret,& promoueretur. Non debebat ergo dubium eſſe,quod ſi per Spiritum ſanctum ſola fide,de iniuſtis ſine lege fiebant iuſti, ſine lege per eundem ſpiritum,fide poſſent in iuſtitia conſeruari,atque demum terræ uiuentium hæreditatem poſſidere. Hinc Apoſtolus noſter. Hoc ſolum à uobis uolo diſcere, ex operibus legis ſpiritum accepiſtis an ex auditu fidei? Sic ſtulti eſtis, vt cum Gal. 3.
ſpiritu cęperitis,nunc carne conſumemini, ideſt quæratis conſumare & pficere iuſtitiam veſtram, carne literæ le- Ibidem.
gis,incohatam à Spū ſancto in uobis ꝑ fidem? Cognoſcite ergo, quia qui ex fide ſunt,hi ſunt filij Abrahæ,non qui ex lege. Et hoc eſt, quod etiam hic dicit de Abraam. *Ita pater eſt omnium noſtrum,* per fidem ſcilicet. Et intelligit omnium noſtrum, ideſt omnium noſtrum qui chriſtiani ſumus, vel Iudęorum, vel Gentium. Vnde iſtud probat teſtimonio Dei i libro Geneſeos. *Sicut ſcriptum eſt, quia pater multarum Gentium poſui te.* Gen. 17.
Innuitur enim exprę́ſſe uerbo iſto, qđ Deus noluerit intelligere Abraam eſſe, patrem tantum iudęorū, qui ſunt vnus populus, & vna Gens, ſed etiam Ethnicorum. Immo in ſacris literis, per raro iudæi uocantur Gens, vel Gentes. Diſtinguuntur enim filij Iſrael, & Gētes, iuxta illud. Vas electionis eſt mihi iſte, Act. 9.
vt portet nomen meū coram Gentibus, & regibus, & filijs Iſrael. Vnde gens cō muniter eſt nomen profanum, atque deſpectum, quo ipſi appellabant in con tumeliam præputiatos. Iuxta illud. Obſtupuerunt audientes, quoniam Gētes Act. 10.
receperunt gratiam Spūs ſancti. Deus itaque benedictus alloquens Abraam, dixit ei. Non ultra uocabitur nomen Gen 17.
tuum Abram, ſed Abraam, adiecto ſcilicet uno ה he, quia pater multarum Gentium poſui te. Ex ui nominis Abraham, non habetur pater multarum Gētium, ſed pater multorum tantum. Intelligitur tamen Gentium, Deo id explicāte. Vocaberis Abraam, quia patrē multarum Gentium dedi te, vt habet litera hebraica. Recte autem dicit. Dedi te, vt intelligas, quod iſta paternitas non conueniebat Abrahæ ex natura, ſed dei dono. Et propterea dicit, multarum Gētium, non omnium Gentium, vt intelli-

gantur

gantur excluſi filij quos habuit ex concubina, vel ancilla, Iſmaelitæ ſcilicet, vel Agareni, qui tamen non ſpurij, ſed legitimi filij credũtur Abrahæ, uocari uolunt ſaraceni: Illorum itaque pater eſt ſecundum carnem, at non eſt pater per fidem, quoniam non credunt in Christum Ieſum. Propterea Iſmael ex Agar natus eſt naturaliter: Iſaac autem ex Sara modo ſupernaturali, Deo adiuuante naturam, immo operante contra naturam, quia erat ſterilis, & tranſierat tẽpus concipiendi quãdo concepit. Erat enim nonagenaria, ut intelligas, qui intellectum fide non eleuant ſupra naturam, captiuantes eum in obſequium Christi, non eſſe uere filios Abraam ſecundum ſpiritum, ſed tantum ſecundum carnem. Eſt ergo conſtitutus pater multarum Gentium ſecundũ ſpiritum, inquit Apoſtolus.

Ne autem quiſpiam ſtatim diceret. Antea promiſit Deus eris pater multarum Gentium, nec uocabitur ultra nomen tuum Abram. Cur ergo deinde dicit, Poſui, & non ponam? Siquidem factum non erat, ſed fiendum ut eſſet pater multarum Gentium. Fortius. Eo tempore Gẽtes omnes ferè, idololatriæ incumbebant. Harum ergo non erat pater Abraham, quia non credebant in Deum, & per multa tempora filij Iſrael ſoli, in unum Deum crediderũt. Igitur erat ante, pater illorum: non Ethnicorum. Apoſtolus noſter ut tollat omnia hæc dubia, declarando illud uerbum, Poſui, ingreditur altiſſimũ pelagus æternæ cognitionis Dei, & inquit. Quod in ſpeculo ęternitatis, Deus omnia, quę ſunt, & quæ non ſunt adeò nouit, vt prouidere magis, quàm præuidere dicendus ſit. Vnde apud illum, tanquàm facta habentur, quæ apud homines futura ſunt. Cum ergo dicis, Gentes credentes non erant; non erant in rerum natura, ſed coram Deo erant. Nihil eſt futurum Deo, ſed cuncta præſentia, & illa non aliter nouit facta, quàm fienda.
Eccleſiaſtici.23 Hinc in Eccleſiaſtico legitur. Domino Deo noſtro, antequam crearentur, nota ſunt omnia, ſicut & poſt perfectum co-
Hier. 1. gnoſcit omnia. *Vocat ergo ea quæ non ſunt, tanquam ſint.* Dicit enim ipſe per Hieremiam. Priuſquam te formarem in utero, noui te. Per Eſaiam. Prædixi tibi ex Eſa.45.
tunc, antequam uenirent, nunciaui tibi. In ſapientia etiam legimus. Signa & Sap.8.
monſtra ſcit antequam fiant, euentus quoque temporum & ſeculorum. Et in Eccl.ci.39
Eccleſiaſtico. Non eſt quicquam abſconditum ab oculis eius à ſeculo & uſque in ſeculum reſpicit. Eſt & ad hoc ratio fortiſſima. Nam ita ſe habet ſcientia Dei ad ſcibilia, ſicut ſcibilia ad ſcientiã noſtram: Poteſt autem eſſe ſcibile ſine noſtra ſcientia: quadratura enim circuli ſcibilis eſt, ſed nõdum ſcita à nobis, ergo è contra, poteſt Deus ſcire, & ſcit ea, quæ nondum ſunt. Gentiles ergo, qui eo tempore non credebant, conſequenterque non erant filij Abrahæ, uocat, ac ſi eſſent actu filij Abrahæ. Patrem inquit multarum Gentium iam poſui te. Erant mortui propter peccatum idololatriæ, at Deus glorioſus habebat eos pro uiuis. Viuificaturus enim erat eos, immo iam in ſeipſo uiuificauerat. Ipſe enim eſt, qui uiuificat mortuos, dicit Rom. 4.
Apoſtolus. Non dicit omnes mortuos, ſed indefinitè, mortuos, ut hoc tantum ex his uerbis intelligas, pleroſq; nobis eſſe mortuos, qui tamen Deo uiuunt, quia ipſe eos uiuificat. Nouit enim do- 2.Tim.2.
minus, qui ſunt eius. Nõ eſt autẽ Deus mortuorum, ſed Deus uiuentium. At Matt.22.
qui tandem pereunt, uerè ſimpliciter mortui ſunt, & Deo, & nobis, nec uiuificantur, nec ſunt ullo tempore uiuificãdi. Non enim Deus eſt eorum Deus, ſed tantum iuſtorum, eo dicẽte impijs. Nunquam noui uos. Non omnes itaq; Matt.7.
Gẽtiles intellige eſſe uiuificatos à Deo, ſed aliquos. Non erant uiuificati pro eo tempore Abrahæ, ſed pro tempore cõuerſionis eorum, quando cum primum lapides eſſent, in filios Abrahæ ſuſcitati ſunt. Iſtud autem tempus futurum Matt.3.
quidem Abrahæ erat, & mũdo, at Deo erat præſentiſſimũ. Et propterea Deus non dixit, Ponam, ſed iam poſui te patrem multarum Gentium. Potius autẽ dixit. Poſui, quam pono, ut intelligeret promiſſionem illam certiſſimam eſſe, & certiſſimè adimplendam: quoniam eſt maior certitudo de rebus cum ſunt in facto eſſe, quàm cum ſunt in fieri.

Siqui-

Siquidem præteritum non poteſt non præterijſſe.

O ſi hoc ante oculos ponerētur eorū, qui de rerū contingentia diſputant, timentq; illam tolli diuina pernotione, q̄ facile dubia omnia diſſoluerent: ſed aberrant ſemper à ſcopo. Ecce Apoſtolus noſter, q̄ diuinè, & quàm profundè loquitur. Scriptum eſt, quia *Patrem multarum Gentium poſui te (ante Deum, cui credidit, qui uiuificat mortuos, & uocat ea quæ non ſunt, tanquam ſint.)* hoc totum oportet legi per parentheſim. Non intelligit (inquit) abſolutè, quod tunc temporis eſſet poſitus pater multarum Gentium, ſed tantum coram Deo, cui primū crediderat. Deo enim nihil futurum eſt. Ad argumentum ergo. Gentiles erant mortui. R̄ndet. Deus uiuificat mortuos. Si enim potens eſt de lapidibus ſuſcitare filios Abrahæ, multo magis de mortuis hominibus. Ad ſecundū. Actu non erant filij Abrahæ, Fateor in ſeipſis, ſed Deo futuri erant. Deus autem uocat ea quæ non ſunt, ſed futura ſunt tanquam ſint præſentia, quia eſt ſupra omne tempus, & ſupra differentias temporis.

Vis uidere tu doctè huius doctrinæ ſubtilitatem & ueritatem? attende. Tempus eſt menſura motus, motum itaque non excedit, ſiquidem menſura & mēſuratum, imparis ambitus eſſe non poſſunt. Cum itaque diuina illa maieſtas, ſit extra omnem motum: Mouet enim omnia, ipſa ſemper immota. Cum ſcri-
Iac. 1. ptum ſit. Apud Deum non eſt tranſmutatio, nec uiciſſitudinis obumbratio, oportet, vt & ſit ſupra omne tempus, & in ea nihil ſit temporis. Non differt autem intelligere Dei, à Deo ipſo ſecundū rem, igitur diuina notio eſt ſupra tempus, ſicut Deus. Tempori autem, hoc proprium eſt, vt diuidatur in partes ſucceſſiuas, quarum una recedente, ſuccedit alia, & una exiſtente, altera expectatur: ſicut & motui, qui tempore menſuratur. Eſſe enim motus, in ſucceſſione conſiſtit. Ergo ſi tempus non eſt in diuinis, non eſt etiam iſta ſucceſſio, vt una pars ſit præterita, & alia futura. Igitur tota ſimul exiſtit ſumma illa diuinitas. Hoc dicimus æternitatem Dei, quę mēſura eſt indiuiſibilis eſſe Dei, ſecundum ſe totū ſimul exiſtentis, ac omnino inuariabilis, & ſe habet ſicut quoddam nunc, non fluens ſicut inſtans temporis, vel mutatum eſſe in motu, ſed ſemp ſtans, & ſemp præſens, tanquàm quid indiuiſibile, nullam ſuſcipiens uariationem, vnde diffinitur, Æternitas eſt interminabilis uitæ tota ſimul, & perfecta poſſeſſio. Sicut ergo eſſe diuinum, ad eſſe quod habent omnia alia, comparatur ſicut communis cauſa, & cōmune exemplar, propter quod omnia dn̄r eſſe in Deo, vt in cauſa, & vt in Idea vel exemplari: Ita diuina ęternitas, cōparat ad omnia tempora, ſicut cōmunis quędam menſura ad proprias reiū menſuras. Propterea, quemadmodū Deus habet & p̄habet oīa eſſe in ſeipſo, ſic ęternitas compræhendit omne tempus, & omnes partes temporis in ſeipſa. Hinc ſequitur, vt omnia quæ ſub aliqua differentia temporis continentur, vel ſit pręſens, vel præteritum, vel futurum, & ita dicuntur eſſe in illo tempore, ſicut in menſura propria & adequata. Dicuntur etiam eſſe in æternitate, ſicut in mēſura inadequata & excedente. Quēadmodum aqua q̄ eſt in uaſe, dicitur contineri ab aere vel à cęlo. Vaſ. n. eſt locus proprius, aer vel cęlū, cōis. Quod aūt eſt in æternitate, p æternitatē menſurat, ſicut quod eſt in tēpore, tēpore mēſuratur. Ergo cum omnia p̄terita, præſentiaq;, & futura ſint in æternitate, oīa æternitate mēſurant. Quia ergo æternitas nō habet partes ſibi ſuccedentes, ut dictū eſt, ſed eſt tota ſimul exiſtēs, ſemp ſtans, & ſemper pręſens, igit conuenientiſſimè tandem dicit, quod omnia ſub quacunq; tēporis differentia contineātur, uidelicet tam præterita, q̄ futura, & p̄ſentia, in ipſa æternitate p̄ſentia ſunt. Igit Deo & diuino ītellectui, cuius mēſura propria eſt æternitas, nihil eſt præteritum, nihil futurum, ſed cūcta ſimul & æque præſentia. *Vocat ergo ea quæ non ſunt, tanquam ſint.* Quia ſi non ſunt in ſeipſis, Deo ſemper ſunt præſentia: quod exemplo mathematico inteliges. Pone pedem circini in puncto A. & fac circulum, ſigna puncta in circunferentia circuli: quodlibet punctum circunferentiæ, eſt ſemper

æque præſens centro, quod eſt punctum extra circunferentiam: quoniam centrum ſemper directè habet æqualem oppoſitionem ad omnia puncta ſignata in circunferentia: quod patet, ſi à centro ad circunferentiam lineæ, protrahantur. Omnes enim æquales ſunt, ergo æqualiter reſpicit omnia puncta. Ita æternitas Dei, extra tempus exiſtens, omnes partes temporis, & omnia quæ aguntur in diuerſis temporibus, *Vocat ea quæ non ſunt, tanquam ſint*. Quia licet non ſint in ſeipſis aliqua, ſunt ſibi præſentia omnia, non in tempore, ſed in æternitate. Vide modo tu errorem communem. Deus (inquiunt) ſcit me lecturum cras, ergo legam cras. Deus ſcit me legere, dicendum fuit, & inferendum, ergo lego. *Vocat quæ non ſunt, tanquam ſint*. Vocat me legentem, non lecturum, ſi ſum lecturus. Vocat me ſaluatum, non ſaluandum: ſi ſaluabor, illi ſum iam ſaluatus in regno cœlorum, æque ac prædeſtinatus, & præcognitus, ſi ſaluandus ſum. Caue ergo quæſo ne dicas. Si Deus ſcit aliquid, illud erit, ſed illud eſt. Perinde enim res ſe ſe habet, ac ſi dicam. Video reuera Socratem currere. Quid enim habetur ex hoc? Sequitur, ergo Socrates currit, non curret. Si curret, non uideo eum currere, ſed ſi currit. Deus autem videt, intueturque omnia, ergo ſunt illi præſentia, non futura. Hinc ſoluite modo cauillos. Illud quod eſt præſens, quandiu eſt præſens, non poteſt non eſſe. Omne quod eſt, quãdo eſt, neceſſe eſt eſſe. Relatum ergo ad diuinam notionem futurum contingens, quoniam illi præſens eſt, induit neceſſitatem: At in ſe, & in ordine ad alia, quibus illud eſt futurum, remanet contingens, quãuis ſciẽtia illa, nec fallitur, nec falli poteſt. Vis exemplum? Ecce. Video te ſedere, certè, ut ſedes, & uerè uideo te ſedere, pro hoc puncti tempore, quo actu ſedes, neceſſario ſedes. At abſolutè contingenter ſedes. Viſus ergo meus non fallitur, uidens contingentia, vt ſunt præſentia. Et tamen ex hoc non remouetur, quin illa contingenter eueniãt. Ita Deus infallibiliter videt omnia cõtingentia, ſiue quæ nobis ſunt præſentia, ſiue quæ præterita, ſiue quæ futura, quia ea inſpicit eſſe tunc quando ſunt. Ipſi enim ſemper ſunt præſentia omnia. Tamen ex hoc non remouetur, quin contingenter eueniant. Inſtabis, immo, quia ſi relatum ad Deũ futurum eſt neceſſarium, ergo ſimpliciter neceſſario eueniet. Id enim quod eſt tale, relatum ad primam cauſam, ſimpliciter eſt tale. Conſequentia nulla. Euentus enim non eſt, niſi eius, quod futurum eſt. Id enim quod iam eſt, non poteſt amplius euenire: ſed uerum eſt illud eueniſſe: hoc autem neceſſarium eſt, uidelicet quod euenit; eueniſſe, Agathone dicente. Hoc ſolo priuatur Deus, ingenita facere, quæ facta ſunt. Non dico itaque ego, futurum contingens neceſſario euenire relatũ ad Deũ. Iam enim futurum eſſet, contra dicta. Aliud eſt dicere eſt neceſſarium, aliud eſt dicere neceſſariò eueniet: nec ex primo põt inferri ſcḋm. Vtiq; eſt neceſſariũ, q̃a eſt p̃ſens, ſed nõ neceſſariò eueniet; quia nõ eueniet, quia non futurum. Iã euenit, q̃a p̃ſens, & quia p̃ſens, neceſſarium eſt modo dicto. Si inſtes, ergo ſimpliciter neceſſarium. Nego cõſequẽtiam. Lapis enim, ſecũdum quod eſt in mente diuina, immaterialis eſt, ergo ſimpliciter immaterialis? ridicula eſt illatio, vt uides.

At ſi vrgeas. Deus ſcit me lecturum in tempore, licet ſciat me legere in æternitate. Non enim poteſt negari, Deum ſcire, quod actus iſte legere, qui ſibi eſt præſens, mihi ſit futurus cras. Certè enim mihi eſt futurus. Vel ergo illud eſſe mihi futurum ſcit, vel non ſcit Deus. Si non ſcit, iam non omnia ſcibilia ſcit. Si ſcit, ergo neceſſariò legam in tempore, aliter falli poſſet. Et ita generaliter, Deus ſcit aliquid futurum eſſe in tempore aliquo, licet illud in æternitate ſit ſibi præſens, ſicut & tempus futurum. Igitur in illo tẽpore, pro quo ſcit futurũ eſſe, neceſſariò erit. Quid dicendum?

Reſpondendum eſt, quod diuina viſio, cum perfectiſſima ſit, omnia & minuta quæque penetrat, ac introſpicit: Non modo ergo nouit illud futurum eſſe in tempore, ſed & modum quo futurum eſt: quia nouit non modo

modo effectum, ſed & cauſam eius, & modum cauſalitatis earum, quod neceſſariò futurum eſt. Vt eclipſis ſolis, nouit quod neceſſariò erit, quod contingenter futurum eſt, nouit quod contingenter erit. Verbi gratia me lecturum cras. Legam itaque ego cras, ſi Deus nouit me lecturum cras: at contingenter legam, quia Deus nouit duo, me lecturum, & me contingenter lecturum: Et ita potero non legere.

Ar audio te obſtrepere. Illatio hæc eſt neceſſaria. Si Deus nouit me lecturum, ergo legam. Sicut iſta. Si homo currit, homo mouetur, licet enim hominem currere ſit contingens; hominem item moueri motu locali. Dico tamen, poſito hoc antecedente homo currit, conſequentia eſt neceſſaria, homo mouetur. Sed ſi non eſſet in poteſtate hominis, quin curreret, nonne neceſſariò moueretur? Iccirco enim abſolutè conſequens illud, homo mouetur, contingens eſt, quia antecedens, homo currit, abſolutè contingens eſt, & ex libera hominis poteſtate dependet. Cum itaque non ſit in poteſtate hominis, quin Deus noſcat me lecturum, ſequitur, quod non ſit in poteſtate mea, quin ſim lecturus. Neceſſario ergo legam, abſolutè ſi Deus nouit me lecturum.

Dupliciter poſſum tibi ſatisfacere. Primo quidem ſic. Verum eſt quod aſſumitur, videlicet, quia curro, ideo moueor. At non eſt uerum hoc aliud, videlicet. Quia Deus nouit me lecturum, ideo legam: non eſt ſimilitudo inter hæc. Hic enim. Si Socrates currit, Socrates mouetur, Antecedens eſt cauſa conſequentis, non conſequẽs antecedentis. Moueri enim, non infert currere, niſi per accidens. Sed currere per ſe, infert moueri. At, cum dicis. Si Deus nouit me lecturum, ego legam. Conſequens eſt cauſa antecedentis. Ideo enim nouit me lecturũ, quia legam, non è contra. Et ſi hic aduertis, tollitur omnis difficultas. Nam, non debet inferri ex ſcientia Dei, aliquid futurum eſſe, vel non, ſed è conuerſo: Ex hoc quod aliquid erit vel non erit, inferendum eſt Deũ ſcire, vel non ſcire, ipſum eſſe futurnm vel non. Si ego legam, ſciuit me lecturum, ſi non legam, ſciuit me non lecturum: legam autem ego contingenter ſi legam. Item non legam contingenter, ſi non legam. Quodcunque ergo ſciat Deus horũ, ſcit ſemper illud contingenter futurum eſſe, non neceſſario, quia de facto ita erit, cõtingenter ſcilicet, nõ neceſſariò. Ne mihi ergo dicas, non eſt in poteſtate mea, quin Deus ſciat me lecturum cras: certe ſi nouit, nõ eſt in poteſtate mea, quin ſciat in ſenſu compoſito. Sed ideo eſt in poteſtate mea, quin ſciat, quia eſt in poteſtate mea legere, & non legere. Si legam. Sciet me legere, ſi non legam, ſciet me non legere. Et q̃ hoc capere poteſt, euaſit labirinthũ errorum. Sed mirabere forſan, quod dicã non eſſe inferendum, nouit Deus me lecturum, ergo legam? Id ſic intellige, non eſt inferendum à priori, ſicut infertur à priori, quia currit Socrates, mouetur: at à poſteriori vtiq;. Sed tunc ruit argumentum, quoniam prius non ſumit motum à poſteriori, ſed è contra. Quia ergo me lecturum eſſe, prius aliquo modo eſt, nõ diuina ſcientia, (caue,) ſed reſpectu illo quo diuina ſcientia fert' ſuper hunc actum, me lecturum eſſe. Iccirco à diuina ſcientia, non ſumit neceſſitatem, cum ſuapte natura contingens ſit. De prædeſtinatione, longe aliter res ſe habet, quàm de Præſcientia. Quia prędeſtinatio eſt cauſa uera, nõ enim quia erit, ideo prædeſtinauit, ſed è contra, quia prædeſtinauit Deus hoc futurum eſſe, ideo erit: & ideo antequam ſit, pręnoſcit illud eſſe. Intelligis? Et ideo aliter reſpondi alias de Prædeſtinatione, ſed de Præſcientia, hæc eſt uera, & optima reſponſio. Facilius tamen & realius, admiſſo quod & ſit cauſa præſcientia: Reſpondeo ad difficultatem. Cum dicis. Quia nouit me lecturum, legam. Verum eſt, ſed non ſufficit hoc, quoniam Deus (vt dixi) nouit, & id quod futurum eſt, & modum. Addendum igitur eſt. Eo modo legam, quo modo nouit me lecturum eſſe: Quia ergo nouit me lecturum contingenter, contingenter legam. Si dicas. Illatio

neceſſaria eſt. Concedo. In poteſtate mea non eſt antecedens. Iterũ Concedo. Ergo nec conſequens, concedo: neceſſario enim legã contingenter, quia Deus nouit me lecturum contingenter: Hoc enim totum eſt antecedens: Deus nouit me lecturum contingenter. Hoc totum ergo debet eſſe conſequens. Ergo legam contingenter. Et ita hoc conſequens, non eſt in poteſtate mea quin ſequatur. Neceſſario ergo fiet, quod ego legam contingenter, non neceſſario. Et hic finis eſto huius altiſſimæ, & vltra mundanæ Philoſophiæ, quam ſi uel parum attigiſſet Romanus ille ueſter Philoſophus & Rector, non in tantam impietatis foueam demerſus fuiſſet. Cum enim timuit, ſi Deum aſſeruiſſet, præſcire futura, ne hominis iugulata prorſus fuiſſet & enecata libertas. Et ſi prænotionem è medio ſuſtuliſſet, ne maxima diuinitati irrogaretur iniuria, vt faceret
3. hominem liberum, fecit ſacrilegum, dicens in corde ſuo, non eſt Deus. οἱ ἄθεοι. καὶ ἄνομοι. Sequitur poſt parentheſim. *Quæ* ſcilicet Abram. *Contra ſpem in ſpem credidit, ut fieret pater multarum Gentium, ſecundum quod dictum eſt ei. Sic erit ſemen tuum.* Et textura patet. Immediate enĩ
Gen. 17. ante parentheſim, præmiſſum fuit dixiſſe Abraæ Deum. Patrẽ multarum Gẽtium poſui te. Abram ergo (inquit Apoſtolus) cum audiuit diuinum uerbum, adeo ſe ſe ſubiecit Deo, tam firmiter innixus eſt illi, vt contra omnẽ ſpẽ naturæ, in ſpem gratię crediderit. Haud dubiè, quod aliquo tempore actu futurus, eſſet pater multarum Gentium.

Ne autem diceres tu, Ni mirum ſi credidit id futurum eſſe, qm̃ iam ex Agar genuerat Iſmaelem. Illa enim uerba, Poſui te patrem multarum Gentiũ, dicta fuerunt poſt natiuitatem Iſmaelis: Nõ ergo contra ſpem naturæ credidit, videns iam reſeratum ſibi aditum generationis, antequam crederet: propterea ad commendãdam Abrahæ fidem, cõtra ſpem naturæ, Apoſtolus addit uerbum domini ad Abram, antequam cognouiſſet Agar. Nondum enim illi in mentem venerat, coniungi cum ancilla. Id enim illi Sarai vxor eius ſuggeſſit: poſtmodum uidens quod ipſa non generauerat per decem annos, & cũ lamentaretur Abram, Mihi non dediſti, Gen. 15.
ſemen domine, & ecce uernaculus iſte hæres meus erit, ſtatim ſermo dñi fact' eſt ad eum, dicens. Non erit hic hæres tuus, ſed qui egredietur de utero tuo ipſum habebis hęredem, eduxitq; eum foras, & ait. Suſpice cęlum, & numera ſtellas ſi potes, & dixit illi. Sic erit ſemẽ tuum. Credidit autem Abram Deo: Non ne ergo contra ſpem naturæ? Ipſe enim uetulus erat octuaginta quinq; annorum, uxor ſterilis: decem annis ſimul cohabitauerant, nec genuerant liberos. Deſperata itaque prorſus erat filiorum conceptio. Ex iuuencula illa Agar, fateor generauit Iſmaelem. Poteſt enim ſenex ex uirgine iuuencula generare. At Abram totus cęleſtis, & ſanctus, nunc cum illo primũ loquutus eſt Deus, non intendebat aliam vxorem accipere præter Sarram, licet deinde non ſine numine diuum, acceperit Agar. Ergo oĩno illo tẽpore erat contra ſpẽ naturæ, qd poſſet filios gignere ex Sarai vnica vxore ſua, & maximè tot, quot ſunt ſtellę cęli, iuxta diuinũ oraculũ: & tñ ipſe credidit, cum p ſe, nec vnius filij poſſet pr̃ eſſe, per Deum poſſe eſſe pr̃ multarũ Gentium, iuxta promiſſionẽ, fult' ſpe, quam habuit in diuinã gratiã, fidelitatem, atq; omnipotentiam. Hoc eſt Gen. 15.
quod Moſes ille ſapientiſſimus tetigit, cum dixit. Eduxit eum foras, nõ modo extra domum, ſub diuo ut uideret ſtellas, quas in domo fortè uidere nõ poterat, ſed extra carnẽ, extra terminos naturę, naturaliſq; ordinis, extra Aſtrologiã cęlorũ, cui incũbebat Abrã vt inqt Zohar, & dixit ei. Sic erit ſemen tuũ. Sic inquam, ideſt extra, & contra virtutem naturæ, ab influxu cęlis iſtis naturalibus ſuperiore, à cælo uidelicet ſupramundano. Nam illud ſic, quod hæbraice dicitur coh כה denotat locum quendam archetypi, unde uenit fęcũditas filiorum, & locum præcipuè unde venit Iſaac, vt ſecretioris theologiæ pfeſſores dicũt. Et ppea vt ſignificaret qd non uirtute cęlorũ, neq; ſm ordinẽ naturæ, ſed à gratia dei peculiari manare debebat mira illa Abrahæ fæcunditas.

Diſtulit

Diſtulit Deus date prolem Sarræ, quouſq; tranſiret tẽpus generandi naturale, adeo vt & illa ad uerbum Angeli dicentis Abrahæ, Reuertens veniam ad te vita comite in tempore iſto, & habebit filium Sarra vxor tua, riſerit & irriſerit, dicens. Poſtq̃ conſenui, & dominus meus uetulus eſt, uoluptati operã dabo? Impoſſibile. n. exiſtimabat, quod nihilominus appetebat. Propter quod, & ut incredulam reprehendit eã Angelus dicens Abrahæ. Quare riſit uxor tua Sarra, dicens, Nũ uere paritura ſum anus? Nunquid Deo quicquam eſt difficile? Abram autẽ uere, & perfectè credidit diuinę promiſſioni, quamuis eſſet contra naturam, & cõtra ſpem naturæ: vel ut rectius habet litera græca παρ' ελπίδα, præter ſpem, non contra: Et ita p̃ter naturam, non contra naturã. Deus enim glorioſus, omnis naturæ cõditor, nihil contra naturam facit. Hoc nanq; eſt vnicuique natura, quod Deus facit, q̃m omnis natura eſt in potẽtia obediẽtiali conditoris. Contra naturã particularem, pleraq; fiunt, non modo à Deo, ſed à cælo. Omnia. n. in tempore tabeſcunt, Tabes ſenium, corruptio, defectus omnes ſunt contra naturam particularem illius, quod tabeſcit, vel corrũpitur, ſeneſcit, aut deficit. At ea quæ sũt contra naturam particularem, ſunt ſecũdum naturam vniuerſalem. Quid mirũ ergo, ſi Deus aliqua facit contra naturã cęli, & contra curſum ſolitum atq; uirtutem corporum illorum ſuperiorum? Quæ licet ſint naturæ vniuerſales, reſpectu horum inferiorum, Deo tamẽ eolla ta, naturæ ſunt particulares. Quemadmodum, & in prædicatis, Animal quod eſt uniuerſale, collatum ad hominem, particulare eſt collatum ad corpus. Sicut itaque virtute cęli, fit aliquid contra naturam particularem: Aqua enim aſcẽdit, ne detur uacuum. Ignis quoque, circumrotatur in ſphera ſua, & non aſcendit. Nec tamẽ hæc ſunt contra naturam ſimpliciter, quia hæc ſunt ſecundũ naturam vniuerſalem. Ita uirtute dei, aliquid poteſt fieri contra naturam particularem, quando ſcilicet in natura, remanet diſpoſitio contraria, ad effectum quem Deus facit. Vt quando conſeruauit pueros in camino ignis illeſos, cum tamẽ in igne virtus comburendi remaneret: Et quando aqua Iordanis ſtetit, remanente grauitate in ea. Et quando virgo concepit, & peperit filium. Contra naturam uniuerſalẽ, quæ eſt ex virtute cęlorum. Vt quod ſterilis fęcũdetur, & pariat, ſicut Sarra, & Heliſabeth. Non tamen hoc erit cõtra naturã ſimpliciter, quia erit ſm naturam vniuerſaliſſimam, quæ conſideratur ex ordine Dei, ad omnes creaturas. Omnes enim creaturæ, natura ſua obediunt creatori, ut omnino uerum ſit ſemper dictũ illud, quod Deus diſponit omnia ſuauiter: et in miraculis, quæ maximè uidentur eſſe contra naturam. Suaue enim eſt vnicuiq; naturę, vt de ea fiat, vel in ea, qđ Deus vult fieri, nõ ſecundum ſeipſam, ſed ſecũdum naturam vniuerſaliſſimã. Sunt ergo ſupra naturam, & præter naturam, non contra naturam miracula. Supra naturam dicuntur, quæ nullo modo poſſunt fieri à natura, vt glorificatio corporum, uita mortuorum. Præter naturam, quæ natura poteſt, ſed nõ eo modo, vt conuerſio aquæ in uinum, & curatio, quę legitur de Socru Simonis.

Gen. 18. — Dan. 13. — Luc. 2. — Sap. 8. — Luc. 4.

Deinde dicit.

Et non infirmatus fide, non conſiderauit corpus ſuum, emortuum, cum iam ferè centum eſſet annorum, & emortuam uuluam Sarræ. Magna proculdubio fides Abrahæ. Credidit primum, quod ex Sarra, quam unam coniugem habebat, naſciturus eſſet illi filius, cuius demum poſteritas multiplicanda eſſet, tãquam ſtellæ cęli & arena maris. Quatuordecim annis dilata eſt fęcunditas Sarræ, ita ut ipſe iam nonagintanouem eſſet annorum, & Sarra nonagenaria, atque viginti quatuor annis ſimul habitaſſent. Facile alius à fide illa prima cecidiſſet, credidiſſetque in Iſmaele, completum eſſe diuinum oraculum. Qui egredietur de utero tuo, ipſum habebis hæredem. Et tamen ipſe perſtitit in fide illa firmiſſimè. Adhuc enim, quamuis iam ferè centenarius eſſet, & defiiſſent Sarræ fieri muliebria, Deo dicente illi, Sarai uxorem tuam non uocabis Sarai, ſed Saram. Ex illa enim dabo tibi filium: non noua fide, ſed

Gen. 15. — Gen. 17.

illa eadẽ qua primũ credidit,pro explorato habuit,qđ quãuis ex ancilla genuiſſet,ex libera geniturus erat. Si illi quãdoque ueniebat in mentem, quod virtus generatiua ĩ eo extincta eſſet, quod matrici Sarræ nulla ineſſet vis amplius cõcipiendi fœtus, ſubito cogitationes haſce,ictu fidei repellebat,diuinę ſpei anchoram immotus tenens, ***non infirmatus***,ſed fortis ſcilicet,& conſtans, ſicut primum in credulitate & in fiducia. Ecce ſecunda laus fidei Patriarchę. Audi tertiam.

Ad promiſſionem etiam Dei, non hæſitauit diffidentia, ſed confortatus eſt fide, dans gloriam Deo plene,edoctus, quod qui promi-
Gen. 21. *ſit,potens eſt & facere.* O fidem incomparabilem. Viſitauit dominus Sarram ſicut promiſerat,concepitque, & peperit filium in ſenectute ſua: uocauitque Abraam nomen eius Iſaac. Fructum enim ſobolis,quem etas non obtinuerat,fides Abrahæ perfecta promeruit. Poſtquam ergo natus eſt,& ablactatus, ludebant ſimul Iſaac & Iſmael. Indignata Sarra dixit Abrahæ. Eijce ancillã hãc & filium eius, non enim erit hæres filius ancillæ cum filio meo Iſaac. Dure accepit Abraam uerbum iſtud, ut Moſes inquit. Tunc Deus ad eum. Ne tibi durum uideatur, quia in Iſaac vocabitur tibi ſemen. Cum autem creuiſſet, necdum duxiſſet uxorem, tentauit De⁹
Gen. 22. Abraham. Tolle filium tuum unigenitum quem diligis Iſaac, & vade in terram viſionis, atq; eum ibi offeres in holocauſtum, ſuper unum mõtium quem monſtrauero tibi. Quis hic non cecidiſſet prorſus à fide? Quis crediddiſſet amplius, quod in Iſaac multiplicandũ eſſet ſemen eius? Siquidem eum iubebat Deus occidi, antequam filium aliquem genuiſſet. At Abraam, non modo non deſtitit a fide, immo nec tantillum hęſitauit, vt diffideret. Angebatur maximè rationibus naturalibus, cogebatur ferè ad diffidentiam. O quantum laborem ſubſtinuit ad propulſandas diffidentiæ cogitationes. Nihil enim difficilius mihi crede, quàm contra rationẽ & ſenſum,in captiuitatem redigere
2. Cor. 10 intellectum noſtrum ad obſequiũ Dei, & credere quod non capis. Multo itaque robore fuit illi opus, & animo ualde præpotenti. Robur ergo illi dedit fides magna. Ad firmandum enim cor ſincerum,non rationibus committendum eſt negotium: citiſſime cadimus,ſi curioſe noſtræ fidei rationes indagare uoluerimus. Sola fides ſufficit citra omnem perſcrutationem. Vallum oportet obijcere noxijs cogitationibus, quibus fides deturbatur,& infirmatur. Illa uero magis omnibus argumentis atque demõſtrationibus efficax eſt ad perſuadendum. Fides ergo eum confortabat,conſolabaturque,& ſubſtentabat. Videbãtur diuinæ pmiſſiones ex uno latere defecturæ. Ex alio figebãt radices altiſſimas. Dicebat enim intra ſe, dans gloriam Deo,non ſibi,non ſuis meritis, ſed diuinæ uirtuti & gratiæ. Deus eſt q̃ promiſit, mentiri neſcit, nec vult, nec poteſt. Omnino ergo in Iſaac uocabitur mihi ſemen. O ſi diſceptationes cordis Abrahę uidere licuiſſet. Ratio dicebat. Quomodo multiplicabitur ſemen
tuum in Iſaac? Contra. Fides. Apud Luc. 1.
Deum non eſt impoſſibile omne uerbum. Ratio. Tuis demeritis non adimplebitur diuina promiſſio. Fides. Citra mea merita promiſit, citra mea merita adimplebit. Nunquid iniuſtitia mea legalitatem Dei uiolabit? Ratio. Iſaac filios non genuit. Fides. Generabit. Ratio. Sed nunc te illum immolare oportet. Fides. Quid inde? Ratio. Morietur. Fides. Potens eſt & illum à mortuis ſuſcitare Deus. O uerè fideliſſimum Patriarcham. Vides quomodo dat gloriã Deo, vt ueraciſſimo & potentiſſimo Domino. Sola fides in Deum, dat gloriam Deo fratres chariſſimi, non opera. *Confortatus eſt.* (inquit) ***fide,dans gloriam Deo.*** Qui infirmatus eſt in fide, qui ambigit, qui hęſitat, qui non ſummam habet in Deum fiduciam, tollit quantum in ſe eſt diuinam gloriam. Neceſſe eſt enim qui diffidit vel tantillum, ideo diffidat, quia non credit Deum eſſe potentem, vel non ſapientem, vel non bonũ. Qui nanque credit Deum eſſe potentiſſimum, ſapientiſſimũ, optimum, impoſſibile eſt ut diffidat. Demus, demus quæſo gloriam Deo,& non diffidamus.
Videte lilia agri quomodo creſcunt, nõ Matt. 6.
laborant,

laborant, neque nent. Conſiderate vo-
Pſ.146. lucres, iumenta, dat dominus iumentis
eſcam ipſorum. Vt quid ergo tam an-
xia ſollicitudine turbamini, & non po-
tius Deo fiditis? Scit enim quia his om-
nibus indigetis; ecce primum. Omni-
Matt.6. potens nomen eius, ecce ſecundum.
Exo.15. Adeo amat uos, vt ſi petieritis aliquid,
Ioan.16. negare uix poſſit. Pr amat uos. Et quod-
cunq; petieritis, fiet vobis. Cur ergo dif
fiditis? Fiditis autem uobis, ueſtro inge
nio, ueſtris laboribus, ueſtris diuitijs,
gloriam ergo Dei aufertis, & indignè
uobis uſurpatis. Dicat, dicat vnuſquiſ-
que noſtrum, dans gloriam Deo. Domi
Pſ.22. nus regit me, & nihil mihi deerit. Di-
cat auarus. Regit me negotiatio mea,
& nihil mihi deerit. Dicat ſapiens. Re-
git me doctrina mea, & nihil mihi dee-
rit. Dicat Princeps. Regit me potentia
mea, & nihil mihi deerit. Nos dantes
gloriam Deo dicamus lęti. Dominus re
Eſa.42. git me, & nihil mihi deerit. Ipſe enim
dominus dicit. Gloriam meam alteri
non dabo. Vnde maximè excandeſcit,
cum non glorificatur à nobis. Abrahā
ergo dedit gloriam Deo, modo declara-
to, arbitrās quod Iſaac moriturus eſſet,
ſed diuina virtute ſuſcitandus. Audi
Heb.11. Paulum dicentem ad Hæbræos. Fide
obtulit Abraam Iſaac, cum tentaretur,
& unigenitum offerebat, in quo ſuſce-
perat promiſſiones, ad quem dictū eſt,
quia in Iſaac uocabitur tibi ſemen, ar-
bitrans quia & à mortuis ſuſcitare po
tens eſt Deus. Illo itaque loco, decla-
ratur locus iſte, vt uides. Ad promiſ-
ſionem Dei, qua dictum eſt, In Iſaac uo
cabitur tibi ſemen, *non hæſitauit diffi-
dentia*, cum tentantem audiſſet, Tolle
filium, ſed confortatus eſt fide robora-
ta, ſuſtentatus, & cōfirmatus in pugna
cogitationum & diſceptationum, *dans
gloriam Deo*, & vt ueraci, & ut omnipo
tenti, plenè edoctus à fide, non argumē
tis, quod qui promiſerat Deus, poterat
promiſſa adimplere: filium mortuum
ab inferis ſuſcitando. Nihil naturæ con
ſiderat firma & nera fides, quia in his,
quæ promittit Deus, agnoſcit, quàm fa
cilè, & quàm ſubito natura omnis ſuo
ſeruiat creatori. Et hoc eſt dare gloriam
Deo, quod utique fecit Abraam: ad om

nipotentis uirtutem atque veritatem
oculos ſemper habens perfecta ſua fi-
de. Ni mirum ergo, ſi in exemplar pro-
ponitur omnibus fidelibus, tanquā fi-
delium pater & princeps. Attendite in- Eſa 51.
quit Propheta, ad Abraam patrem ve-
ſtrum, & ad Sarrā quæ uos peperit.
Ni mirum ſi & iuxta Paulum, Deus nō Heb.11.
confunditur uocari Deus Abraam. Vn Exo.32.
de & Moyſes deprecabatur. Recorda-
re domine Abraam ſerui tui, Iſaac & Ia
cob. Et ſubditur. Placatus eſt autem do-
minus, ne faceret malum. Et inteſtamē
to nouo legimus dixiſſe Chriſtum de
Zachei domo, in qua hoſpitio ſuſceptus
eſt. Hodie huic domui ſalus à Deo facta Luc.19.
eſt, eo quod & ipſe ſit filius Abrahæ. O
ſummam Abrahæ dignitatem. Quis ne-
ſciat, beatorum loca ſinum Abrahæ ob
tanti patris primam dignitatem uocita-
ri? Quomodo Eccleſia Chriſti, Eccleſia
Petri dicitur ob id quod poſt Chriſtum,
Petrus ſuæ fidei merito, qua confeſſus
eſt. Tu es Chriſtus filius Dei viui, in Ec Matth.16.
cleſia principatur. Tu es Petrus (inquit
Chriſtus,) & ſuper hanc petram ædifi-
cabo eccleſiam meam. Factum eſt, vt Luc.16.
moreretur mendicus, & portaretur ab
angelis in ſinum Abrahæ. Ob id, & in
regno cęlorum, primum inter beandos
nominabatur Abraham à Chriſto Ieſu.
Multi uenient ab Oriente, & Occiden
te, & recumbent cum Abraham, Iſaac, Matt.8.
& Iacob in regno cęlorum. Propter qđ
& Tantalus ille, unum Abraham à lon-
ge, quaſi inſigniorem præ ceteris uidiſ-
ſe fertur. Vidit Abraham à longe. Illum Luc.16.
quoque unum exorauit ſupplex, quaſi
iam illum cæteri omnes uenerarētur,
ac milites ducem, illique incunctis de-
ferrent. Rogo te pater Abraham, mitte
Lazarum, vt intingat extremum digiti
ſui in aquam, ut refrigeret linguā meā.
Hæc omnia tam magnæ & ſummæ, vel
primæ dignitatis inſignia, primat' fidei
obtinuit. Fidem autem unicè habuit Gen.21.
de filio Sarræ. Eum enim promiſſionis & Gal.4.
filium ſcriptura ſacra appellat, non Iſ-
maelem. Naturaliter nanque genitus
eſt Iſmael, citra miraculum. A paterni-
tate ergo Abrahæ per fidem, excluditur
genus Iſmaelitarum. Illi enim vtiq; ſe-
cundum carnem ſunt filij, at non ſecū-

dum promiſſionem. Qui uero ex litera Sarra deſcendunt, ſunt filij promiſſionis. Hi ergo qui filij promiſſionis ſunt, eſtimantur in ſemine. Omnes autem credentes, tales ſunt. Credētium ergo omnium eſt pater Abraham, ſpiritualis inquam pater, & non modo Iudæorũ, qui ex Iſaac deſcendunt ſecundum carnem. Paternitas Abrahæ fuit carnalis reſpectu Iſaac, & reſpectu Meſſiæ, ſed reſpectu aliorũ per fidem Meſſię, eſt ſpiritualis. Incipit ergo à carne, & per carnem terminatur in ſpiritum. Verũ, nec à carne incępit, niſi per ſpũm. Niſi em̃ credidiſſet, nec Iſaac, nec Meſſiam genuiſſet. Credidit autem ipſe, & ſe futurum eſſe patrem Iſaac, atque Meſſiæ, & per fidem Meſſiæ filij ſui ſecundũ carnem, conſequēter eſſe patrem ſpiritualem omnium credentium in eũ. Quoniam uidelicet per fidem, Meſſias futurus erat pater regeneratione ſpirituali omnium credentium. Abraham ergo per fidem Meſſiæ genitor, hac ratione dicendus erat pater fidelium omnium, magisq; Gentium, quàm Iudæorum, quia plures ex Gentibus crediderunt, quàm ex Iudæis.

Verum ſunt hic duo dubia, quibus probatur, quod non fuerit tantæ conſtātiæ, & firmitatis in fide, ſicut dicitur ab Apoſtolo. Primum enim, cum Deus dixiſſet. Suſpice cælum, & numera ſtellas. Sic erit ſemen tuum, dabo tibi terram iſtam. &c. Poſt pauca ſubditur. *Gen.15.* At ille ait. Domine Deus, vnde ſcire poſſum, quod poſſeſſurus ſim eam? Non ergo perfectè credidit, qui ſignum quæſiuit. Secundo. Cum Deus dixiſſet illi. Ex Sarra dabo tibi filiũ, cui benedicturus ſum. Refert Moſes. Cecidiſſe Abraham in faciem ſuam, riſiſſeque, & dixiſſe in corde ſuo. Putas ne centenario naſcetur filius, & Sarra nonagenaria pariet? Non obſtant tamen hæc dubia. *Gen.17.*

Ad Primum enim reſpōdetur. Abraham conſuluiſſe ſemini ſuo uerbis illis. Timebat enim, ne poſteritas eius credere uellet, Deum illi apparuiſſe, terramque illam in hæreditatem ſemini ſuo promiſiſſe. Pro explorato ſiquidem habebat, incredulitate quàm maximè exacerbari De⁹. Ita vt ſępius, quod gratis donat, auferat ab incredulis. Petijt itaq; ſignum, non quo ipſe, ſed quo poſteritas ad credēdum moueretur: ut ſic per fidem terram illam poſſidere mereretur, alioquin reijcienda niſi credidiſſet. Propterea, & meruit ſignum accipere. Reſpondens enim dominus dixit. *Gen.15.* Sume vacam triennem, & capram trimam, & arietem annorũ trium, turturē quoque & columbam. Deſcenderũtq; volucres ſuper cadauera, & abigebat eas Abram. Cumq; ſol occumberet, ſopor irruit ſuper Abrã, et horror magn⁹, & tenebroſus inuaſit eum.

Ad ſecũdum. Irriſit Sarra diuina uerba: ideo increpuit eam Deus. At Abrã riſit tantum, non irriſit. Quis non riſiſſet, ſuſcipiens tam inſperabile, tanq̃ deſideratũ nuncium. Naſcetur tibi filius? Riſit per gaudio, & adeo placuit diuinæ maieſtati riſus ille, vt uoluerit à riſu nomen imponere filio Iſaac: riſus enim interpretatur. Verba quę corde meditabatur. Putas ne centenario naſcetur filius? Non huc tendunt, vt oſtēdat cogitare Abraham quicquam eſſe impoſſibile, vel difficile Deo, ſed ut ſignificent, illum non credere, quod uerba Dei intelligantur ut ſonant, myſteriũ ſub illis verbis latere ſibi ipſi perſuadebat, propterea ſecum diſputat & confert. Non enim aſſertiuè dixit, Centenario nō poteſt naſci filius, nec nonagenaria parere: Sed putas ne centenario naſcetur filius, & nonagenaria pariet? Dei donũ eſt iſtud, excedit oēm naturæ uirtutem: hoc ego munere ſum indignus. Quid feci ego, vt centenarius merear à Deo ſuſcipere filios? A ſeculo nō eſt auditũ. Satis mihi dediſti domine. Tibi gratias ago. Vtinam Iſmael, viuat, coram te, id mihi ſufficit. Aliud quid intelligitur verbo tuo pater omnipotēs, ni fallor, quod ego non capio. Ambiguitatem ergo oſtendunt verba illa, circa ſenſum diuini eloquij: humilitatem quoque Abrahę, qui cum tantum opus contra naturam eſſet, ſe indignum tanto fauore exiſtimabat, non autem incredulitatem. Vnde ad tollendam ambiguitatem illam, Deus iterum dixit ei. Verè Sarra uxor tua pariet tibi filium, uocabiſque nomen *Gen.17*

men

men eius Iſaac. Quo uerbo clare ſignificauit, quod ad literã pro ut ſonabant, præcedentia uerba intelligenda erant. Tunc ergo intellexit omnino ſenſum uerborum hunc eſſe, quod ex Sarra naſciturus illi erat filius carnalis, idq; fiendum firmiſſimè credidit, quamuis obſtarent rationes naturales. *Corpus ſcilicet ſuũ, emortuũ, atq; emortua uulua Sarræ?* Ad hæc enim tunc non reſpiciebat, ſed tantum ad diuinam potentiã, dans gloriam Deo, vt dixit Apoſtolus.

Eſt tamen tertia difficultas. Quomodo Abrahã erat emortuus, quo ad uim generandi, cum eſſet nonaginta nouẽ annorum, et Sarra nonagenaria. Quãdoquidem poſt mortẽ Sarræ matris Iſaac, quæ uixit centum viginti ſeptẽ annis. (Erat enim Iſaac cum mortua eſt, an-
Gen.25. norum triginta ſeptem.) Cheturam duxit in uxorem, ex qua ſex filios habuit, vt Moſes refert. Sed ſi myſterium illud attendas, innouati, mutatiq; nominis Abrahæ, intelliges, patriarcham à Deo, ſicut in nomine, ita in uirtute renoua-
Pſ.101. tum fuiſſe, iuxta illud. Renouabitur, vt aquilæ iuuentus tua. Sicut enim Moſes diuino fauore conſeruatus fuit, ut centeſimum & uigeſimum agens an-
Deut.25. num, nec oculos caligantes, nec dentem diminutum ſenſerit, ideſt non hebetauerit ſenſus, nec intellectus, neque etiam virtutis robur defecerit.
Ioſ.14. Caleb quoque, cum octuagintaquinq; annorum eſſet, pugnabat fortiſſimè, ſicut cum erat quadraginta quinque. Ita Abraham contigit, vt caro eius, & uirtus diuina gratia in ſenectute refloruerit. Quod & de Sarra cre-
Gen.20. ditur, quandoquidem Rex ille Abimelech, in magna ſenectute illã conſtitutum, uoluit vxorẽ ducere. Nulla alia ratione (vt puto) niſi quia maxima illius pulchritudine accenſus, amore exeſtuabat. Nemo tamen miretur, quod Abraham vir tantæ ſanctitatis, non contentus una uxore, aliam ſuperinduxerit, & denique tertiam. Id
Gen.17. enim factum eſt primo, vt impleretur illud, quod dictũ ei fuerat. Eris pr̃ multarũ Gẽtiũ. Secũdo. Vt celebrius redderet orbi toti miraculũ, ſuę iuuenẽſcẽtis ſenectutis. Tertio. Nõ ſine myſterio ancillã illã Agar duxit ĩ uxorẽ. Vnde Paulꝰ dixit. Abrahã duos filios habuit, unum Gal.4. ex ancilla, alium ex libera. Sed qui ex ancilla, ſecundum carnem natus eſt, q autem ex libera, per repromiſſionem quæ ſunt per allegoriam dicta. Propterea non deſunt, qui hanc Cheturam dicunt fuiſſe eandem Agar ancillam, vt tantum duas vxores habuiſſe credatur, iuxta Paulum. Habes ergo & miraculum, & fidem Abrahæ. Sequitur.

Propterea & imputatum eſt ipſi ad iuſtitiam. Illud ſcilicet credere tantæ fiduciæ, & conſtantiæ. quod iam tripliciter extulit Apoſtolus, à tribus quæ diuinæ promiſſioni obſtare uidebantur. Sterilitas ſeminum. Ibi. *Qui contra ſpem in ſpem credidit.* Senectus decrepita ipſius, & Sarræ. Ibi. *Et non infirmatus eſt in fide.* Immolatio Iſaac, in quo cõplenda erãt promiſſa Dei. Ibi. *In promiſſione etiam Dei non hæſitauit diffidentia.* Sed mirũ eſt, dices. Quod Apoſtolus adiecerit illud uerbum, *Propterea, vel Ideo.* Refertur. n. ad omnia hæc, quæ dicta ſunt. Et tamen non propter hæc omnia, imputatum eſt illi ad iuſtitiam credere, ſed prima uice cum dictũ fuiſſet ei, *Sic erit ſemen tuum,* ſubito credenti Abrahæ, imputatum fuit, hoc eſt adſcriptum ad iuſtitiã, acceptumque à Deo pro iuſtitia, ut inde iuſtus haberetur. Non enim diſtulit ad hoc extremum Deus, vt imputaret illi ad iuſtitiã fidem eius, ſed cũ primũ credidit, imputauit illi. At nulla debet eſſe admiratio, cum dictũ ſit ſupra, omnia eſſe præſentia Deo. Quamuis. n. nondũ credidiſſet in ſeipſo his tribus modis, tñ Deo ipſi, oĩs fides, quam habiturus erat, pſentiſſima erat, vti illa quã primũ exhibuit: ideo ergo imputauit. Vel dici põt, ſcripturã ibi loqui peranticipationem, quod frequenter facit, & in nouo & in uetere inſtrumẽto. Qm̃ aũt intẽtio Apoſtoli fuit, (vt in principio huius capitis dicebamꝰ,) ex Abrahę teſtimonio probare, cũ Iudęos, tũ Gẽtiles iuſtificari ex fide in Chr̃m Ieſum: Nunc qđ dictũ eſt de Abrahã, applicat ad concluſionẽ quam intendit, dicens. *Non eſt autem ſcriptum tantum propter ipſum, quod imputatum eſt illi, ſed & propter nos, quibus imputabitur credentibus.*

Quæcunq;

Quæcunq; enim ſcripta ſunt, ad no-
Rom. 15. ſtram conſolationem ſcripta ſunt. Non enim vt ſciamus tm̃, quales fuerint patres illi, eorũ geſta narrant, ſed ut nobis omnibus ſint exemplo. Tentant, vt ſe probati, agnoſcant iuſtificantur, ut eorum ueſtigia ſubſequamur. Non ergo dictũ eſt à Moſe, quod Abraham credidit Deo, & imputatum eſt illi ad iuſtitiã, quaſi hoc unice cõtigerit Abrahæ, quod ipſi ſola fides ſine operibus fuit imputata ad iuſtitiã. Pater enim nr̃ eſt Abraham: at quæ de patre legunt, filijs imitanda proponuntur. Ergo cum de illo legatur, quod fides imputata eſt ad iuſtitiam, & nobis contendendum eſt vt credamus, quia certè, & nobis fides imputabitur ad iuſtitiam, ſicut fuit imputata Abrahæ. Quandoquidem & de alijs legim⁹ filijs Abrahæ, quod omnes apud Deum, teſtimonio fidei probati inuenti ſunt: ſicut ad Hebræos latiſſimè
Heb. 11. demonſtratur. Propter quod ad Galatas dixit Paulus, quaſi locum iſtum hu-
Gal. 3. ius Epiſtolæ enarrans, prouidens ſcriptura, quia ex fide iuſtificat Gẽtes De⁹, prænunciauit Abrahæ, quia benedicentur in te omnes Gentes. Igitur qui ex fide ſunt, benedicentur cum fideli Abraham.

Declarat autem quid, & in quem credere oporteat. *Credentibus*, (inquit) *in eum qui ſuſcitauit Ieſum dominum noſtrum à mortuis.* Ecce fides noſtra, ſimilis fidei Abrahæ. Summa fides eius, quia dedit gloriam Deo fuit, cum animoſus fact⁹, ſe ſe ad immolandum Iſaac accingebat. credens quod omnino ſuſciraturus eſſet eum Deus à mortuis. Quod ergo Abraham futurum credidit in Iſaac, tu completum crede in Chriſto ipſo, cuius ille tipum geſſit. Ad exẽplar quoq; Chriſti crede tipo illo, te diuino munere per Chriſtum mortificandum quidẽ peccato, ſuſcitandum aũt Deo ſine ullo tuo opere, ſola Dei gratia. Hæc uiua fides in Deum, quod ſit te ſuſcitaturus, uiuificaturus, iuſtificaturus, ſicut ſuſcitauit, uiuificauitq; Chriſtum pro nobis mortuum, imputabitur ad iuſtitiam. Vnde aperiens magis hoc myſterium Apoſtolus, ſubdit de Ieſu Chriſto. *Qui traditus eſt propter delicta noſtra, & reſurrexit propter iuſtitiam noſtram.*

Myſterium mortis Chriſti, & reſurrectionis, non adducit hic Apoſtolus, vt intelligas tantum, & credas Chriſtum paſſum fuiſſe atq; reſurrexiſſe pro nobis, ſed ut intelligas & credas, qđ mors illa fuit exemplar noſtræ mortis peccatorum, & illa reſurrectio, nouitatis noſtræ uitæ in Deo, vt ad exemplatum ex exẽplari manuducaris. Non itaq; ſimplex hæc credulitas, hæc nuda, & otioſa animi cogitatio, ad iuſtificationẽ noſtram coram Deo ſat eſt, vt ſcilicet credamus Chriſtum mortuum fuiſſe ꝓ nobis: itemq; reſuſcitatum, ſed iſtud magis neceſſarium eſt, vt intelligamus nos ad rediuiuam diuinæ gratiæ vitam peruenire non poſſe, niſi primum peccatis noſtris moriamur, Chriſtus enim mortuus eſt primum, deinde reſurrexit, & propterea hoc intelligentes, fidamus, nos quamuis uiuamus peccato, & mortui ſimus Deo, mortificandos eſſe peccato, & reſuſcitandos Deo, quemadmodum Chriſtum carne mortuum, ſuſcitauit Deus. Hoc eſt myſteriũ fidei, quod baptizãdus intelligere & credere oportet, vt iuſtificetur coram Deo. Et ad hãc primam iuſtificationem, nullum aliud opus requiritur, vnice hæc fides imputabitur ad iuſtitiam, ſicut imputata fuit Abrahæ. Non inde tamen credas, mortem Chriſti tantum fuiſſe tipum noſtrę mortis peccati. Fuit enim cauſa mortis peccatorum noſtrorum, ſicut Propheta cecinerat. Deponet omnes iniquitates Mich. 7.
noſtras, & proijciet in profundum maris peccata noſtra. Et Ioãnes. Lauit nos Apoc. 1.
à peccatis noſtris in ſanguine ſuo. Propterea Paulus. Verbum crucis his, qui 1. Cor. 1.
ſalui ſiunt, eſt virtus Dei, virtus autem Dei efficienter operatur, non tantũ exẽplariter abolitionem peccatorum, ſalutemq; animarum. Ergo paſſio Chr̃i in cruce, effecit noſtram ſalutem, aboleuitque peccata nr̃a. Si eam ad diuinitatem Chriſti conferas, deleuit peccata uerè, efficienter, & principaliter. Ego ſum q
deleo iniquitates tuas, dicit dñs. Et non Eſa. 43.
eſt abſq; me ſaluator. Si ad humanitatẽ, Ibidem.
inſtrumentaliter. Erat nanque humanitas Chr̃i, organum electum ſpũs ſancti, & totius diuinitatis. Organum aũt cõiunctum

iunctum, ut brachium, manus: nō ſeparatum, ut baculus, gladius. Hinc ſcriptū
Luc.1. eſt. Fecit potentiam in brachio ſuo. Manus tua hæc omnia fecit. Secundū hoc
Eſa.66. itaq;, poteſt etiam intelligi uerbū iſtud, licet magis exemplaritatē, quam cauſalitatem intēdat Paulus in præſentiarū. *Traditus eſt propter delicta noſtra.* effectualiter abolenda, iuxta Eſaiam. Vulne
Eſa.53. ratus eſt propter iniquitates noſtras: attritus eſt propter ſcelera noſtra. Oportebat.n. ſatisfacere pro peccatis Deo glorioſo: Homo debebat, ſed non poterat: Deus poterat, ſed non debebat. Magno ergo conſilio initū eſt fœdus inter Deū, & hominem, ut homo Deus fieret. Sic enim factum eſt, ut quia Deus potuerit, quia homo debuerit, & ita ſatisfactum fuerit peccatis noſtris. Tu autem nota in primis uerbum illud. *Traditus eſt propter delicta noſtra.* Ipſe qui fuit ſine delicto, traditus eſt propter delicta, nō utique ſua, ſed noſtra. Peccatum enim
1.Pet.2 ipſe non fecit, nec dolus inuentus eſt in ore eius. Sed peccata multorum tulit.
Eſa.53. iuxta Eſaiam. Vnde niſi Adam deliqſſet, quamuis incarnatus eſſet Dei filius, nequaquam tamē mortuus fuiſſet. Tolle enim morbum, nulla erit medicina: gratis fuiſſet mortuus: hoc eſt ſupfluè, niſi peccata nr̄a præceſſiſſent. Nihil autē temere facit Deus, glorificaſſet ſuos, non redemiſſet, ut Gentiles aiunt. At poſtq̄ magna peccatorum colluuione perditus erat orbis, morte ſua fuit op⁹, qua nos redemit à ſeruitute peccatorū, quibus obnoxij eramus, liberauit à reatu pœnæ, atque Deo conciliauit in gratiam. Hinc dicitur redemptio propter primum: propter ſecundum ſatisfactio: propter tertium ſacrificium, vel hoſtia. Quod ſi quàm uoluntaria fuerit, reſpicias, dicitur meritum. Meruit enim nobis peccatorum abolitionem, atq; collationem gratiæ, & gloriæ Chriſtus Ieſus, ultroſſe ſe morti obijciens pro nobis abluendis.

Secundo. Nota illud uerbum generale. *Propter delicta noſtra.* Non itaque propter delicta aliquorum tantum, ſed propter omnia delicta abolenda, mor
Rom.8. tuus eſt Chriſtus Ieſus. Vnde alibi Paulus. Pro nobis omnibus tradidit illum. Et Eſaias. Dominus poſuit in eo iniqui Eſa.53.
tatem omnium noſtrum. Sed de hoc capite ſequenti.

Nota tertio, illum loquendi modum. *Traditus eſt*, indefinite. Non enim dicit
à quo. Eſt ergo ſenſus. Seipſum ipſe tra- Ibidem.
didit, iuxta illud. Tradidit in mortē ani
mam ſuam. Et illud. Oblatus eſt quia Ibidem.
ipſe voluit. Et illud. Nemo tollit animā meam à me ipſo, ſed, ego pono eam. Po
teſtatem habeo ponendi animam meā, Ioan.10.
& iterum ſumendi eam. Paſtor bonus
animam ſuam dat pro ouibus ſuis. Quē Ibidem.
admodum enim Iſaac, ut obediret pa- Gen.22.
tri, uolebat immolari ſuper lignorum ſtruē. Ita Chriſtus Ieſus, factus eſt obe
diens vſq; ad mortem, mortem autem Philip.4.
crucis. Quod ſi legitur, Iudam Chriſtū tradidiſſe iudæis. Iudæos Pilato. Pilatū
miniſtris. Vnus ex uobis me traditur⁹ Luc.22.
eſt. Gens tua & Pontifices tui, tradide- Ioan.11.
runt te mihi. Tradidit ipſum, vt crucifi
geretur: Intelligēdum eſt, ipſo ſe ſe pri- Ibidem.
mum eis tradente. Iuxta uerbum eius. Ibidem.
Non haberes in me poteſtatem, niſi datum tibi fuiſſet deſuper. Vnde ut oſtenderet, quod non eorum ui moriebatur inuitus, & quod ſupplicia illius animā non eripiebant, in magno illo agone cōſtitutus, naturam corporalem in ſuo robore conſeruauit, vt etiam in extremis poſitus, uoce magna clamaret. Quod inter alia miracula, non immerito nu
merat. Scribente Marco Euangeliſta. Vi Mar.15.
dens autem Centurio, qui ex aduerſo erat, quia ſic clamans expiraſſet, ait. Verè hic homo filius Dei erat. Fuit etiā mirabile in Chr̄i morte, quod eorum, qui cum eo crucifixi erant, milites fregerūt
crura, vt cito morerentur. Ad Ieſum au Ioan.19.
tem cum uenilſent, uiderunt eum iam mortuū, vnde crura non fregerūt. Sicut enim uoluntate ſua, natura corporalis conſeruata eſt in ſuo uigore vſq; ad extremum, ita quādo uoluit, ſubito ceſſit
nocumento illato. Propter quod dicit à Mar.15.
Marco, quod Pilatus mirabatur, quia iā obijſſet. His ergo oſtenſum eſt, quod ipſe ſeipſum tradidit. Quod dicitur patrem eum tradidiſſe, infra, capite octa
uo examinabitur. Ibi enim dicet Pau Rom.8.
lus. Proprio filio non pepercit De⁹, ſed pro nobis omnibus tradidit illum.

Illud

Illud uero uerbum. *Et reſurrexit propter iuſtitiam noſtram*, declarandum eſt. Nũ enim ſi peccata mors aboleuit, homines etiam non iuſtos fecit coram Deo: quis enim iuſtus eſt, niſi cuius peccata iam tecta ſunt? Et cuius peccata teguntur, qui etiam non ſit iuſtus? Nullius vtique.

At magno myſterio Apoſtolus appropriate tribuit peccatorum abolitionem morti, nouitatem gratiæ, vel iuſtitiam reſurrectioni. Quoniam uita paſſibilis, in ſimilitudinem carnis peccati, mor-
2.Cor.13 tua eſt Christo moriente. Crucifixus. n. eſt ex infirmitate, & noua uita cum immortalitatis gloria, inchoata eſt in re-
Rom. 6. ſurrectione. Quod enim uiuit, viuit Deo. Vnde illud eſt. Et ſi cognouimus ſecundum carnem Chriſtum, ſed iam nunc non nouimus. Iuſtificatio enim motũ exprimit, cuius termini ſunt peccatum & iuſtitia. Illud eſt terminus à quo, hæc ad quem. Eſt ergo acceſſus & receſſus, receſſus quidem à peccato, acceſſus autem ad nouam gratiam iuſtificatio ipſa. Receſſus itaque à peccato, exemplar eſt mors Chriſti Ieſu: at acceſſus ad iuſtitiam, vel ad gratiam, reſurrectio. Quoniam autem iuſtificatio, ſicut quilibet motus à termino ad quem denominatur, non à termino à quo. Hinc eſt, quod abſolutè exemplar iuſtificationis, reſurrectionem eſſe aſſerit Paulus. Significatur enim iuſtificationis nomine, adeptio iuſtitiæ, non abolitio peccati, & ita acceſſus non receſſus. Sicut & reſurrectione exprimitur motꝰ ad rediuiuam reſurgentis vitam. Vnde dice-
Ibidem. bat Apoſtolus. Chrs reſurrexit à mortuis per gloriam patris, ita & nos in nouitate vitæ ambulemus. Chriſtus reſurgens ex mortuis, iam non moritur. Ita & nos exiſtimemus nos mortuos eſſe peccato, vt iterum uiuamus in illo: non modo autem iuſtificationis, quæ eſt animarum reſurrectio, ſed & reſurrectiõis vniuerſalis corporũ fuit figura, vel exemplar reſurrectio illa triumphalis Chriſti, eodem Paulo dicente. Refor Philip. 3.
mabit corpus humilitatis noſtræ, configuratum corpori claritatis ſuæ. Non ergo id te angat in præſentiarum, qũo reſurrectio Chriſti fuit cauſa iuſtificationis noſtræ. Mors Chriſti fuit cauſa uitæ noſtræ ſpiritualis, ergo iuſtificatiõis. Quid eſt enim iuſtificatio, niſi vita animæ? At reſurrectio tantum fuit, & eſt exemplar illius. Et hoc molitur hic Paulus non aliud, vt ſenſus ſit. *Traditus eſt propter delicta noſtra*, in exemplum ſuæ mortis, per fidem abolendã. *Et reſurrexit propter iuſtificationem noſtram*, in exẽplum ſuæ reſurrectionis per fidem acquirendam, vel innouandam. Ipſam tamen reſurrectionẽ Chriſti, cauſam fuiſſe noſtræ iuſtificationis, nequaquã negauerim hac ratione, quoniã niſi Chriſtus reſurrexiſſet à mortuis, quis quæſo in eum tam horrẽdo ſupplicio affectũ, ac demum, vt latronem cruci affixum crediſſet? Clamat enim Apoſtolus. Si
Chriſtus nõ reſurrexit, inanis eſt fides 1 Cor. 15.
noſtra. Sine fide autem in eum, quis iu Ioan 14.
ſtificari potuiſſet? Cum ſcriptum ille reliquerit. Nemo uenit ad patrem, niſi p me. Vnde hac ratione plus potuit reſurrectio, quàm Chriſti mors. Morte enim oſtenſa eſt mũdo infirmitas Chriſti: At reſurrectione maieſtas. Nõ nobis ergo Chriſti mors profuiſſet, niſi à mortuis cum gloria ſurrexiſſet. Neceſſitate ſiquidem, non uoluntate eũ fuiſſe mortuum crediſſet mundus, ſi ad crucis ignominiam, non ſequutus fuiſſet rediuiuæ & immortalis vitę, glorioſus triũphus. Et hæc de quarto Capite.

CAPVT

CAPVT QVINTVM.

Iuſtificati ergo ex fide, pacẽ habemus ad Deum per dominum noſtrũ Ieſum Chriſtum: per quẽ & acceſſum habuimus fide, in hanc ipſam gratiam, in qua ſtetimus, vt gloriemur in ſpe gloriæ Dei.

Cauſas iuſtificationis abũdãtius proſequutus eſt Apoſtolus ſuperioribus ſermonibus. Deum uidelicet, Chriſtum, & Chriſti meritum, Gratiamq; & fidẽ noſtram: Nunc ad effectus ſe ſe conuertit, vt cum viſum fuerit quid noſtrã iuſtitiam pariat, ſciatur quoque quid ipſa noſtra iuſtitia pariat. Hac enim uia luce clarius, quid ſit iuſtificari coram Deo, omnibus conſpicuum eſſe poterit. Res enim & ex cauſis, & ex effectibus à Philoſophis dignoſcuntur. Nam & ex prioribus ad poſteriora, & ex poſterioribus item ad priora procedunt. Vide igitur, tu hic diuinam Pauli Philoſophiam. Omnibus enim modis, tanquã ſummus philoſophorum princeps, edocere contendit, & docet; & à cauſa, & ab effectu, qua nam uia iuſtitiæ notionem aſſequi ualeamus. Qui enim cauſas & effectus alicuius rei nanciſcitur, quomodo non & illam rem facilè nactus erit? O Romæ decus perpetuum. Paulum ciuem Romanum. Hunc toto pectore ſitiamus omnes. Hunc amplectamur, in huius Epiſtolis iugiter uerſemur: has exoſculemur, his demum immoriamur, in has transformemur. Quã doquidem abeũt ſtudia in mores, qui conſequi non poteſt. Quis autem id non poteſt, modo uelit? Saltem adoret haſce Pauli literas, ceu thecam illius diuiniſſimi pectoris. Sic itaque exorditur Apoſtolus noſter. *Iuſtificati ergo, ex fide, pacem habemus.* O quàm magnum bonum eſt iſtud, Roma, quod iuſtificatis ex fide contingit, nempe pax. Hoc nanque bonum complectitur omnia bona. Et pax Dei (inquit Spiritus ſanctus,) quæ exuperat omnem ſenſum. Meminiſſe oportet, quod ſupra dicebamus: legem operari iram Dei, & bellum, uindictam atque pœnam. Contra ergo dicit Paulus noſter, fides operatur pacem. Qui iuſtificatur ex fide, pacem ſortitur. Non uacat autem myſterio, nota illa illationis, *Ergo.* Dictum eſt enim immediate ſupra, quod Chriſtus Ieſus, traditus eſt, propter delicta noſtra abolenda, & reſurrexit vt nos ad nouam uitam perduceret iuſtificationis. Peccata autem ſunt, propter quæ, tanquã in hoſtes ſuos, nos perſequitur Deus. Scribit enim Eſaias. Peccata noſtra diuiſerunt inter uos, & deũ ueſtrum. Si itaque credentes in Chrm Ieſum, cuius merito peccata noſtra per fidem expiantur, iuſtificati erimus: conſequens eſt, vt pacem habeamus cum Deo. Inquit itaque. *Ergo iuſtificati ex fide, pacem habemus.* Qui enim iuſtificatus non eſt ex fide in Chriſtum, quamuis apud homines ex operibus ſit iuſtificatus, peccata eius abolita non ſunt. Et ſi ſic, ergo bellum habet, non pacem. Non eſt enim pax impijs, dicit dominus. Dicunt pax pax, vt inquit Hieremias, ſed non eſt pax. Iuxta illud Sapientiæ. In magno uiuentes inſcientiæ bello, tot & tam magna mala pacem appellant. Qui nanque cum Deo pacem non habent, quomodo non aſſidua bella gerunt? quandoquidem non modo, non ceſſat vniuerſus orbis terræ pugnare contra eos pro domino ſuo, ſed & ipſi ſemper, conſcientia eos excruciante, ſecum certant? Hinc Iob. Quis reſtitit Deo, & pacem habuit? Qui itaque ex iniuſtis iuſti ſunt effecti, ex bello iam uenerunt ad pacem. Hinc Eſaias aperte. Et erit opus iuſtitiæ pax, & cultus iuſtitiæ ſilentiũ, & ſecuritas uſq; in ſempiternũ.

Philip 4 · Rom. 4. · Eſa. 59. · Eſa 57. · Hier. 6. · Sap. 14. · Sap. 5. · Iob 9. · Eſa. 32.

Eſt

Eſt enim pax tranquillitas quædam cor
dis, quæ conſiſtit in hoc, vt motus om-
nes appetitiui, qui ſuapte natura in di-
uerſa feruntur, in homine conquieſcãt.
Vnde magnus Dionyſius, diui Pauli di-
ſcipulus, vndecimo de diuinis nomini
bus. Pax (inquit) eſt vnio appetitionũ,
& appetitiuarum inclinationum. In
hoc nanque excedit concordiam. Con-
cordia enim, tollit tãtum diſſenſionem
vnius hominis ad alterum. Pax autem
omnem diſſenſionem tollit, maximè au
tem ad ſeipſum. Eſt enim omnium vni
tiua, & conſenſus operatiua, quo fit,
ut concordiam habere aliqui poſſint, ti
more alicuius mali imminentis, ſed ue-
ra pax omni repugnat timori. Vbi eſt
timor eſt, ibi eſt diſſenſio, & non pax.
Timor nanque maximè inquietat cor-
da hominum. Vnde experimento didi
cimus, principes, timore q cõcordiæ fœ
dera inierunt, videmus diſſoluere om-
nia iura, tandem violare pacta, moue-
req; bella, vt ad pacem perueniant, in
qua nihil eorum uolũtati repugnet. Bel
lamur enim, ut in pace degamus. Arbi-
trantur enim ſe ſe pacem non habere,
licet concordiam habeant. Iuſtitia itaq;
cuius eſt iuſtare, vt ita dixerim, ideſt æ-
quare, remouet ea, quibus apperitus
ſunt inquieti & perturbati: & ita red-
dit cor pacatum & tranquillum.
Rom.14. Iuſtificatus ergo pacem habet, vt dicit
Paulus. Hinc alibi. Regnum inquit dei,
eſt gaudium, iuſtitia, & pax, quaſi nõ
ſit pax ſine iuſtitia, & vbi eſt iuſtitia, ibi
ſit pax. Quia tamen nunquam cor po
teſt quieſcere perfectè, niſi habeat quæ-
cunque uult: Deſiderium enim motus
quidam eſt, & quieti, quàm maximè ad
uerſatur: propterea pax perfecta, qua
omnes appetitus quietantur, & ſatian-
tur, non poteſt haberi niſi in alia uita,
cum ad finem noſtrum peruenerimus.
Eſa.32. Tunc enim iuxta Eſaiam. Sedebit po-
pulus Dei in pulchritudine pacis, in ta-
bernaculis fiduciæ, & in requie opulẽ-
Pſ.147. ta. Hinc Dauid. Poſuit fines tuos pacẽ.
Simul nanque tunc omne deſiderium
adimplebitur, quia Deus eſt omne bo-
Exo.33. num. Deo ipſo dicente. Ego oſtendam
tibi omne bonum. Hinc Pſaltes. Satia-
Pſal.16. bor cum apparuerit gloria tua. Et Au-
guſtinus. Feciſti domine cor noſtrum
ad te, & ideo eſt inquietum donec re-
quieſcat in te. Hic enim licet princi-
palis motus animæ iuſtorũ in Deo quie
ſcant, ſunt tamen multa repugnantia
intus & foris, quæ hanc pacem pertur-
bant. Caro ſiquidem cõcupiſcit aduer-
ſus ſpiritum, & ſpiritus aduerſus car-
nem, ita ut non quæcunque uultis, illa Gal.5.
faciatis. Licet enim per gratiam iuſtus
ſanatus ſit, quantum ad mentem, rema
net tamen corruptio, & infectio quo
ad carnem, quando tantus Apoſtolus
dicit. Mente ſeruio legi Dei, carne autẽ Rom.7.
legi peccati. Remanet item quædã ob-
ſcuritas ignorationis in intellectu, pro-
pter quam tot, & tanta, & inter ſan-
ctos patres Auguſtinum, Hieronymũ,
Paulum, Barnabam opinionum diſſi-
dia fuiſſe legimus, quæ paci illi perfe-
ctæ aduerſantur: qua cum potiti fue-
rimus, omnis ueritas cognoſcetur, &
omnis appetitus euacuabitur. Euẽtus
quoq; rerum adeò uarij ſunt, vt ſemper
timore aliquo diſcruciamur. Iuxta il-
lud, Cogitationes mortalium timidæ, &
incertæ prouidentiæ noſtræ. Hæc om-
nia pacem tollunt, vel diminuunt. Sed
id nobis ſat eſt, quod eam pacem quæ
haberi poteſt in hac uita, citra illam pa-
cem ſupernæ Hieruſalem, quæ omni-
no libera eſt, & eſt mater noſtra, & eſt
viſio plenæ & omnimodæ pacis, eam Gal.4.
inquam, quam mundus dare non po- Ioan.14.
teſt, iuxta Chriſti uerbum, hominibus
iuſtificatio præſtat. Nec mirum. Quid
eſt enim paulina iuſtitia, niſi ordinis re
ctitudo in interiori homine, ſecundum
quam ut par eſt, inferiores uires ſubdũ-
tur rationi: & rõ, vel mens Deo ipſo? Ex
hoc enim ordine redditur unicuique,
quod ſuum eſt, quod eſt iuſtitiæ ratio.
Ergo eſt pax. Vnde enim putas indiſſo-
lubili fœdere, veterem ſeruare pacem ſi-
dera & elementa, niſi ex ordine diuinæ
prouidentiæ, qua cuilibet rei datur,
quod conuenit? Hac lege, & in urbe &
in orbe ſeruatur pax. Si ſcilicet iuſtitiæ
limites non qui gubernant prætergre-
diantur. Quod ſi iuſtitia læſa fuerit vel
tantillum, omnia in tumultum uertun-
tur, & in ſeditionem.

Dicit autem Apoſtolus. *Pacem habe-*
mus

mus ad Deum, ideſt cum Deo. Si enim iuſtitia pacem parturit, iuſtitia ergo hominum coram Deo, largitur eis pacem ad Deum, vel cum Deo. Neque enim haberi poteſt pax cum nobis ipſis, niſi prius pacem cum Deo habeamus. Qui autem pacem habet cum Deo, confeſtim in ſeipſo pacatiſſimus eſt. Propterea id attendens Apoſtolus, non dixit, cum ſeipſo, ſed dixit cum Deo. Intellige autem tu, non cum mundo. Qui eñ pacem cum Deo habet, irreconciliabile atque impacabile bellum cum mundo ſuſcipiat neceſſe eſt. Hinc Chriſtus.
Mar. 10. Non ueni mittere pacem, ſed gladium.
Eph 2. De quo tamen dicitur, Ipſe eſt pax noſtra. Qui & ſemper ad pacem hortaba
Mar. 9. tur. Pacem habete inter uos. Quo etiã
Luc. 2. naſcente, euangelizarunt angeli: In terra pax. Eam quæ mundi eſt pacem, omni bello crudeliorem, ſuſtulit Chriſtus Ieſus. At Dei pacem, de cęlo ad terras attulit. Qui ergo pacem cum Deo habet, is iuſtus eſt coram Deo. O quàm pauci ſunt illi. Pax eſt unitiua conſenſus, vt ſupra dicebamus: Qui ergo diuinæ uoluntati conſentit, ut uelit id q̃d Deus vult, ille pacem habet ad Deum: Qui ſe
Prou. 16. cus, bellum cum Deo agit. Vult autem Deus omnia in ipſum referri. Vniuerſa enim operatus eſt dominus propter ſemetipſum. Qui ergo aliquid diligit cõtra Deum, vel ſupra Deum, uel æque ac Deum, iam cum Deo pacem nõ habet. Et ſi ſic, ergo neq; iuſtificatus eſt coram Deo, ſed impius in Deum.

Tu ergo hinc cõſidera, quàm ineptè attribuant nonnulli iuſtificationem nu
Rom. 5. dæ fidei. Nam iuſtitia largitur pacem, ut dicit Paulus. Pax autem fit per unionẽ appetituum, ut dictum eſt. Vnio autẽ, eſt effectus proprius charitatis, & amoris. Solus enim amor eſt uis vnitiua, vt dixit Dionyſius quarto de diuinis nominibus, ergo iuſtificatio non eſt ſine charitate. Cum itaque fidei adſcribit, in fide cointelligenda eſt charitas neceſſariò, aliter non pareret iuſtificatio pa
Pſal. 118. cem. Hinc Dauid. Pax multa diligentibus legem tuam. Niſi enim diligamus Deum, & legem eius, pacem non poſſumus habere cum Deo: Cum neq; peccata aboleantur ſine charitate, quibus bellum agitur inter Deum & nos. Scriptum eſt enim. Vniuerſa delicta operit 1. Pet. 4.
charitas, & Chriſtus de peccatrice dixit. Remittuntur ei peccata multa, quo- Luc. 7.
niam dilexit multum. Si obijcias. Per fidem habetur gratia iuſtificationis, q̃a fides diſponit ad iuſtificationem. Charitas autem per hãc gratiam habetur, uel eſt hæc ipſa gratia, ergo in fide qua iuſtificamur, cum præcedat gratiam, non includitur charitas, quę uel ipſa eſt, uel ipſam ſequitur.

Tibi reſpondeo. Quod & fides gratia eſt. Et cum dicitur. Fides impetrat iuſtificationem primam, non intelligendum eſt vt gratiam Dei aliquid meriti præcedat humani, ſed illa gratia meret augeri, vt aucta mereatur perfici. Ex informi enim fit formata fides, nec iuſtificamur fide, niſi cum formata eſt: formatur autem charitate: Citra charitatem igitur, nulli contingit iuſtificatio ex fide. Pax itaque ſine Dei amore non habetur.

Quod ſi dicas. Apoſtolus tribuit pacem iuſtitiæ. Dauid autem charitati: quomodo ſunt hæc intelligenda? idem enim non eſt proprius effectus diuerſorum. Reſponſio eſt. Quod iuſtitia de qua loquitur Apoſtolus, charitatem includit, cuius directe eſt effectus pax ipſa: Paulina enim iuſtitia, eſt à gratia dei: vt dictum eſt millies: diuina autem gratia infundens fidem, qua perficitur intellectus, infundit & charitatem, qua
perficitur affectus & uoluntas. Dei eñ Deut 32.
perfecta ſunt opera. Cuius unigeni- Ioan. 7.
tus dixit, ſe ſe totum hominem, nõ par tẽ hominis reſanaſſe, quare iuſtificatio non habetur ex nuda fide, ſed charitatẽ adiũgere oportet, immo habetur magis ex charitate adiuncta. Supremum enim in homine uoluntas eſt, cuius forma eſt ipſa charitas, licet principalius ex fide: quomodo & primum viuimus ex altrice anima, licet perfectius ex intellectiua uiuamus. Nobiliſſimus nanque uiuendi modus, eſt intelligere. Hæc enim eſt uita Dei, licet primus ſit ali & augeri.

Declarat autem Apoſtolus, mediatorem huius pacis, quam iuſtificati cum Deo conſequuti ſunt. Poſtquam enim

bellum.

bellum erat inter Deum & eos antequā
iuſtificarentur, iuſtificati autem, pacem
habēt cum Deo. Quis fuit mediator in-
ter eos & Deum? Reſpondet. Quod
ille idem, cuius merito iuſtificati ſunt.
Fuit προσαγωγεύς. id eſt conciliator, ui-
delicet Chriſtus Ieſus. *Per Ieſum Chri-
ſtum dominum noſtrum*, inquit. *Per quem
& acceſſum habuimus fide, in gratiam iſtam*
videlicet iuſtificationis. Ita enim ſcri-
1.Tim.2. bitur. Vnus eſt Dei, & hominū media-
tor Chriſtus Ieſus, qui ſoluit inimicitias
Eph.2. in carne ſua, vt dicitur ad Epheſios, &
pacificauit per ſanguinem ſuum, ſiue
quæ in cęlis, ſiue quæ in terris ſunt, vt
ad Coloſſenſes. Et intellige tu Chriſtū
Coloſſ.1. hominem. Sic nanque Chriſtus uerè
medius fuit inter Deum, & homines,
vt homo, non ut Deus, nec vt Deus &
homo ſimul. Hæc ſiquidē eſt ratio me-
dij, vt ſit infra primum extremum, & ſu
pra vltimum. Supra homines fuit Chri
Ioan.1. ſtus homo, per plenitudinem gratiæ
& ueritatis, de cuius plenitudine nos
omnes accepimus, atque per gratiam
vnionis, infra Deum propter naturā hu
manam, vel formam ſerui, propterea ab
vtroque extremo participauit aliquid,
ab homine infirmitatem, à Deo beatitu
dinem, uerè ergo medius. Vnde & ho-
mines Deo coniungere potuit ut cau-
ſa proxima. Mortuus eſt enim ut homo,
& ita cum morte ſatisfecit. Secundum
naturam humanam, dicitur exhibuiſſe
prętiū ſatisfactionis, & pacificaſſe p ſan
guinem quem fudit pro nobis, vt Pau-
Coloſſ.1. lus inquit, & ita fuiſſe mediator. Licet
tamen concedam, quod prætium non
fuiſſet ſufficiens, ſine diuina natura ſibi
coniuncta. Quod ſi dicas. Ergo ut u-
tramq; naturam complectitur, media-
uit. Nego conſequentiam. Qm̄ ut ſic,
non fuit medius. Mediare enim eſt act⁹
medij, prius ergo oportet, quod aliquid
ſit medium antequam poſſit mediare.
Chriſtus autem eſt medium, vt homo,
ergo mediauit, vt homo. Non fuit autē
medium vt Deus & homo, neque eſt,
quia ut ſic non participat de vtroque
extremo. Sed uerè habet in ſe plenarie,
naturam vtriuſq; extremi. Item, non eſt
infra primum extremum, quia ſuppo-
ſitum illud Dei & hominis, non eſt in-
fra Deum. Ita enim dicit de ſeipſo. Ego
& pater unum ſumus. Ergo nec uerè Ioan.10.
eſt mediator ut Deus & homo. Conſtat
autem quod non ut Deus tantum, quia
ut Deus non eſt inter extrema, ſed ex-
tremum. Ergo nō eſt medium. Si dicas;
Ergo nec ut homo eſt medium, quia ſic
eſt extremum. Negabo tibi ſequelam.
Verè enim Chriſtus, ut homo medium
eſt, non extremum. Homo peccator
eſt extremum. Ille enim eſt, qui Deo re
conciliandus erat: & Deus eſt aliud ex-
tremum. At Chriſtus homo mediū eſt,
quia & homo, & ſine peccato eſt. Natu-
ra ergo conuenit cum homine, innocē-
tia cum Deo. Merito ergo pacem fecit
dei, cum homine. Exprimit autē Apo-
ſtolus, quod & iter nobis patefecit ad
inueniendam gratiam iſtam, qua iuſtifi
cati ſumus coram Deo per fidem in ip-
ſum Deum, & Chriſtum Ieſum. Et ue-
rum eſt. Sine ipſo enim, & ſine fide in
eum, nullus acceſſum habet, neque ha-
buit, ſed nec habebit ad Deum. Eo dicē
te. Nemo uenit ad patrem niſi per me. Ioan.14.
Ego enim ſum uia, veritas, & uita. Quā-
doquidē, nec ſine Chriſto pater cogno-
ſci poteſt. Nemo nouit patrem niſi fi-
lius, & cui voluerit filius reuelare. Quo Matt.11.
modo ergo adire quis illum poteſt ſine
Chriſto, ſi nec cogitare pōt citra Chri-
ſtum? Hinc Paulus. Habentes fiduciā Heb.10.
in introitu ſanctorū, in ſanguine Chri-
ſti, qui initiauit nobis uiam nouam, &
viuentem: accedamus uero corde in ple-
nitudine fidei. Cū ergo dicit hic Apo-
ſtolus, & eſt parentheſis. (*Per quem ac-
ceſſum habuimus fide in gratiam iſtam.*)
duo complicantur, Chriſtus, & fides in
Chriſto. Chriſtus quidem, eſt inſtrumē
tum noſtræ iuſtificationis, & etiam fi-
des. At Chriſtus eſt inſtrumentum cō-
iunctum, Deo iuſtificanti effectiue, &
principaliter. Fides autem eſt inſtrumē
tum ſeparatum, ſicut & ſacramenta.
Non ſufficit ergo, (uult dicere Paulus,)
Chriſtus, vel Chriſti meritū, ſed requi-
ritur fides, vt iuſtificemur. Sicut ad tē-
pli ædificationem, non ſufficit manus
architecti, requiritur & malleus, & ſer-
ra. Non iuſtificabit ergo te Deus citra
fidem, ullo vnquam tempore: vt intelli-
gas, in noſtra iuſtificatione ſemper con
currere

currere aliquid ex parte etiam noſtri, ut non tantum patiamur, ſed & agamus, licet parum. Sicut nanque in omni mo tu tria ſunt, actio mouentis, motus mobilis, conſumatioque motus per acquiſitionem termini. Ita in iuſtificatione adulti hæc tria ſunt. Eſt ergo primum motio mouẽtis Dei, gratię infuſio, qua conuertit ad ſe impium auerſum ab eo. Secũdo. Motus mobilis, liberi arbitrij, qui duplex eſt. Primus, conuerſio ad Deum per fidem. Secundus, deteſtatio peccati: & hæc omnia ſunt in eodem temporis inſtanti: in eodem inſtanti ẽt Tertio, eſt conſumatio motus, hoc eſt termini acquiſitio, remiſſio culpæ: in hoc enim iuſtificatio conſumatur: Remiſſio ſiquidem peccatorum, eſt finis in iuſtificatione impij, dicente Eſaia. Iſte
Eſa. 27. eſt omnis fructus, ut auferatur peccatum. Motus autem iſti liberi arbitrij, nõ ſunt mere paſſiui. Sicut cum aqua calefit, vel cum lignum comburitur. Nã in patiendo nulla libertas, quare nullum meritum, ergo ſunt actiui, & ita a Deo motum, ſeipſum mouet his duob⁹ motibus, vt dictum eſt. Vnde ſequitur. vt Deus culpam remittat. Sicq; iuſtificetur homo coram Deo. In iuſtificatione enim impij, contrahitur ſpirituale quoddam matrimonium, inter Deum
Oſee 2. & hominem. Oſeę ſecundo. Sponſabo te mihi in iuſtitia. In matrimonio autem carnali, requiritur mutuus conſenſus, ergo multo fortius in iuſtificatio-
3 Reg 3. ne. Hinc ſuper illud tertij Regũ. Poſtula quod uis, dicit Gloſa. Gratia Dei liberum requirit arbitrium. Non tamen putes duos, eſſe actus, gratiæ infuſionẽ, & remiſſionem culpæ. Eodem enim actu, largitur Deus gratiam, & tollit culpam. Sicut eodem actu, ignis corrumpit lignum, & generat ignem. Eſt tamen inter hæc ordo naturalis. Primum enim, eſt gratiæ infuſio. Secũdo, motus liberi arbitrij in Deum. Tertio, motus liberi arbitrij in peccatũ. Quarto, remiſſio culpæ. Probatur hic ordo quoad omnia hæc quatuor. Primo, motio mouentis præcedit motum mobilis ratione & cauſa: nõ ergo propter id datur nobis gratia, quia nos ad illam per bona merita promouemur, ſed potius ideo nos per bona merita proficimus, qa dinina gratia pṽenimur. Liberũ ergo arbitrium, non mouet motu meritorio, niſi primo motum à diuina gratia. Hinc Chriſtus. Sine me nihil poteſtis
Ioan. 15. facere. Ergo primum infunditur gratia qua Deus conuertit impium, quàm ipſe impius conuertat ſe ad Deum. Ob
Pſal. 84. id Propheta clamat. Conuerte nos De⁹ ſalutaris noſter. Patet ergo ordo inter primum & ſecundum. Inter ſecundũ & tertium, probatur modo. Liberum arbitrium non deteſtatur peccatum, niſi quia amat Deum. Nihil enim horremus, niſi quia aliud cui illud eſt incompoſſibile, proſequimur. Sicut enim omnis negatio, aliquam affirmationem pręſupponit: ita omnis fuga amorẽ. Quod enim intellectui eſt affirmatio, & negatio, hoc appetitui eſt perſecutio & fuga. Ergo primo conuertit ſe ſe ad amorem Dei, quàm ad deteſtandum peccatum. Probemus modo inter tertium & quartum. Ecce. Non remittitur peccatum, niſi primum homo illud deteſtatur & odiat. Si enim ſufficeret ceſſare à peccato, ſcriptura tantum moneret, Fili peccaſti, non adijcias iterũ.
Eccleſiaſtici. 21. Sed non id tantum dicit, uerũ addit. Et de priſtinis deprecare, vt tibi remit-
Pſal. 31. tantur. Vnde Pſaltes inquit. Dixi confitebor aduerſum me iniuſtitiam meam domino, & tu remiſiſti impietatem peccati mei. Ergo motus hominis in peccatum, remiſſionẽ culpæ præcedit. Quod verò gratiæ infuſio, quæ poſita fuit prima, præcedat remiſſionẽ culpæ, quæ quarto loco poſita eſt, patet. Gratia enim luci comparatur, & peccatum tenebris. Abijciamus opera tenebrarum, & induamur arma lu-
Rom. 13. cis. Eratis aliquando tenebræ, nunc au
Eph. 5. tem lux in dño. Sol aũt prius natura illuminat, quàm tenebras pellat, quoniã agit per ſuam lucem præexiſtentem ad illas expellendas. Sicut omne agens agit per ſuam formam præexiſtentem, ad remouendum contrarium. Et ideo ex parte omnis agentis, prius eſt generatio, quàm corruptio: quamuis ſi paſſum reſpicias, ſit ſecus. Mobile enim prius naturaliter recedit à termino, à quo, q̃ accedat ad terminum ad quem.

Quia in ſubiecto mobili, prius eſt oppoſitum quod abijcitur, & poſtmodum eſt illud, quod per motum aſſequitur. Et ita ex parte aeris, prius natura eſt purgari à tenebris, quàm illuminari. Similiter ergo, ſi eum qui iuſtificatur conſideres, prius natura liberatur à culpa, quàm recipiat gratiam. At ſi Deum iuſtificantem, è contra res ſe ſe habet. Quoniam autem hæc duo cum ſint dona Dei, magis Deum reſpiciunt, quàm ſuſcipientem hominem. Hinc eſt, quod abſolutè dicendum eſt, prius infundi gratiam, quàm remitti culpam in iuſtificatione. An uero gratiæ infuſionem aliquid noſtri præcedat, dicetur alibi. Sequitur.

In qua, ſcilicet pace ad Deum, vel gratia iuſtificationis, *Stetimus, & gloriamur in ſpe gloriæ Dei.*

Notate hæc duo uerba. Alterum præteriti temporis, *ſtetimus*. Alterum præſentis, *gloriamur*. Non poſſet in præſentiarum aliquis gloriari, in ſpe gloriæ Dei, niſi & actu amicus Dei eſſet, & Deo charus. Cum ergo dicit Apoſtolus. *Stetimus, & gloriamur*, vult dicere. Stetimus, & etiam ſtamus, propter quod gloriamur. Cur dixit *ſtetimus?* dicendum potius erat, ſtamus. Si dixiſſet ſtamus tantum & gloriamur, non tantam efficaciam manifeſtaſſet gratiæ iuſtificantis, ſicut dicens *ſtetimus, & gloriamur*. Poteſt enim qui ſtat non ſtetiſſe ſemper, ſed cecidiſſe, & poſtmodum denuo ſurrexiſſe. Indicat ergo Paulus iuſtificatum à Deo, ſtare, & ſemper ſtetiſſe, nunquam excidere, nec excidiſſe vel ſemel à gratia iuſtificationis, & à diuina pace. Vide ergo tu quanta eſt uis iuſtificationis. Iuſtificatus nunquam excidit, nunquã excidet à diuina gratia, qua iuſtus deputatus eſt: neque à pace cum Deo. O illos felices, qui iuſtificantur ſemel à Deo glorioſo. Non enim tantum ſurgunt à peccato, ſed ſemper ſtant erecti, nec vnquam cadunt. Non id precor uobis in mentem veniat Paulum de ſeipſo tantum loqui. Ego ipſe Paulus iuſtificatus à Deo, ſteti: quia ſcilicet ipſe confirmatus erat, vt cadere non poſſet. Sicut & pauci illi de quibus dicitur. Ego confirmaui columnas eius. De omnibus iuſtificatis loquitur, quorum & ipſe unus erat. *Pſal. 74.* Audi enim iuſtificatorum omnium vocem. Nos ſurreximus, & erecti ſumus. *Pſ. 19.* Stantes erant pedes noſtri. Ecce nunc benedicite dominum, omnes ſerui domini. *Pſ. 121.* Qui ſtatis in domo domini. *Pſal. 134.* Pauciſſimi ſunt confirmati: conſentaneum non erat, tantum Apoſtolũ generaliter de iuſtificatione agentem, ad pauculos quoſdam ſermonem reſtringere: qui ſi ſtant, non quia iuſtificati, ſed quia confirmati ſunt, ſtant immoti, vt liquet. Intendit ergo generaliter iuſtificatos omnes, ratione vnius iuſtificationis ſtare, non excidere eorum quemquam. Eſt ergo primus effectus iuſtificationis, pax. Secundus, perſeuerantia in pace, & in gratia, vt nunquam iuſtificati cadant à diuina beneuolentia, in quam ſemel magno illius fauore fuere recepti: Ecce teſtimonium Ioannis apertiſſimum. *1. Ioan. 3.* Omnis qui ex Deo natus eſt, non peccat, quoniam ſemen ipſius in eo manet, & non poteſt peccare, (addit) quoniam ex Deo natus eſt. O magnæ efficaciæ uerbum. Paulus item, vice omnium iuſtificatorum. Quis inquit nos ſeparabit à charitate Chriſti? *Rom 8.* Certus ſum, quod neque mors, neque uita, neque angeli, neque uirtutes, neque poteſtates, poterit nos ſeparare à charitate Dei quæ eſt in Chriſto Ieſu. Eſt & illud. Charitas Chriſti urget nos. *2. Cor. 5.* Illud. Qui ſpiritu aguntur, hi filij Dei ſunt. *Rom. 8.* Agi, vrgeri, efficaciam indicant potentiſſimam, vt nequaquam qui agitur, qui urgetur, aliò tendat, vel tendere poſſit, ſed immotus ſtet ad illius voluntatem qui agit, & qui urget. Rectè ergo dicit Apoſtolus. *In qua ſtetimus*, Sed ſi in diuinam gratiam ſemel recepti, nunquam excidunt, nec excidere poſſunt, cur toties audimus. Non qui inceperit, ſed qui perſeuerauerit uſque in finem, hic ſaluus erit? *Matt. 24.* Cur clamat Chriſtus ex Euangelio. Nemo mittens manum ad aratrum, & aſpiciens retro, aptus eſt regno Dei? *Luc. 9.* Cur Paulus inculcat. Qui ſtat, uideat ne *1. Cor. 10.*

Rom.11. ne cadat? Tu ſtas, noli extolli, ſed
1.Cor.5. time? Cum timore, & tremore ſalutem ueſtram operamini? Cur hortatur
Apoc.3. Ioannes. Tene quod habes, ne alius accipiat coronam tuam? Cur monet dominus. Nolite redire retro, memores eſtote vxoris Loth? Cur Apoſtolus quæritur, Himeneus & Phi-
Luc.17. letus à ueritate exciderunt, & ſub-
2.Tim.2 uerterunt quorundam fidem? Deludunt ne nos tam magna Spiritus ſancti oracula? Certè non deludunt. Quomodo ergo hæc, tam apertè pugnantia loca conciliabimus? Ecce concilium. Si diuinæ gratiæ vim & efficaciam conſideres, ſic qui iuſtus eſt, & in gratia conſtitutus, non modo non peccat, ſed nec peccare poteſt, vt gratia ipſa directus cum agit: At ſi uertibilitatem, & defectum liberi arbitrij, nul lo dempto, à inſtitia deficere quiſque poteſt, & peccare. Vis videre? Ecce. Non poteſt aliquis omnino impecabilis reddi, niſi auferatur ab eo omnium peccatorum origo. Origo autem peccatorum, omnino prima eſt ex errore rationis, uel quia decipitur circa finem boni, & circa media ad finem in particulari, quæ in vniuerſali omnes appetimus, vel ex hoc, quod iudicium rationis propter aliquas paſſiones repente inſurgentes ex uiribus inferioribus, intercipitur. Quamuis autem prima origo, tolli poſſit ab aliquibus, adeò vt diuina gratia, dono ſapientiæ & conſilij, dirigantur in cunctis, ut nunquam errent, neque in fine, neque in medijs in particulari, tamen tolli ſecundam, vt uidelicet non poſſit ullo modo intercipi iudicium rationis, repugnat ſtatui uiatorum. Oſtendo. Nam ad hoc ſequitur, vt ſi rationis iudicium nunquam intercipitur, omnium operum ratio ſemper actu ſit Deus, non tantum habitu. Hoc autem eſt proprium beatis, quod ſemper actu ferantur in Deum. Vnde & ſoli Chriſto adſcribitur, quia fuit ſimul viator & compræhenſor, ut theologi dicunt. Ergo nullus, quanta libet ſanctitate, & iuſtitia præpolleat, quouſque peregrinatur à domino, eſt, neque etiam aliquando fuit adeo confirmatus, quin peccare poſſit, vel potuerit.

Quod autem dicitur de Apoſtolis cõ firmatis in gratia, intelligendum eſt hoc pacto, videlicet quod ita erant addicti bono, vt non niſi ualde de difficili peccare poſſent, & nunquam uellent: propterea quod ex virtutibus infuſis, & inferiores uires reformabant, & uoluntas in Deum fortius inclinabatur, & ratio in contemplatione diuinæ ueritatis perficiebatur, quorum omnium continuatio, ex feruore magno dinini amoris proueniens, eos ſem per à peccato retrahebat: totum autem quod deficiebat ad plenam confirmationem, complebat aſſidua diuinæ prouidentiæ cuſtodia. Quoties & occaſio peccati ſe ingerebat, eorum mens diuinitus ſemper ad reſiſtendum tam efficaciter excitabatur, ut actu reſiſterẽt, & nunquam peccarent. Hæc eſt confirmatio uiæ, non alia. At confirmatio beatorum, ualde maior eſt. Nihil enim ſe ingerit quod poſſit peccati occaſionem præbere, quia ablata omni origine peccati, pleniſſime in ſe-ipſis habent ſufficiens principium ſuæ firmitatis. Iam ergo ſcopum huius materiei habes. Iuſtificatus peccare poteſt, & à gratia excidere, & multi excidunt, & exciderunt. At Apoſtolo noſtro id ſatis eſt, quod ex ui diuinæ gratiæ, quam iuſtus habet, quam ſemen dei appellat Ioannes, ea ratione, quia per eam efficimur filij eius, & quia in uirtute continet omnes fructus bonorum operum, ſicut ſemen continet arborem, ſequitur vt poſſit non peccare, qui iuſtificatus eſt. Immo & hoc uerum eſt, quod dicit Ioannes, non poteſt peccare ex ui eius, ſicut ignis ex vi caloris non poteſt infrigidare, neque nix, vt nix poteſt calefacere. Nulla enim res, habens aliquam formam, ex ui illius poteſt agere effectum oppoſitum, effectum quẽ nata eſt parere forma illa. Ex gratia natum eſt exire opus bonum, ergo iuſtificatus habens gratiam, vt ſic non poteſt facere opus malum. Si facit, aliunde facit, non ex ui eius. Non de ſanitate venit morbus, inquit Au-

guſtinus,

guſtinus, ſed de non recta vſa ſanitate. Ita non ex gratia Dei, quæ eſt animæ ſanitas uenit peccatum, quod morbus eſt illius ſpiritalis, ſed de non rectè vſa gratia Dei. Et hoc modo inoleuit Petri morbus, qui cum non recte vteretur diuina gratia, altum ſapiens pluſquam par eſſet, permiſſus eſt cadere, vt diſceret ſuperbiam in rectè factis etiam cauendam eſſe. Habet ergo ueritatem. Non peccat, qui iuſtificatus eſt, vt iuſtificatus eſt, vt ſcilicet habet gratiam.

Verba uero illa vrgeri, agi, alibi declarabuntur. Videntur enim coactionem ſignificare. Sicut & illud.
Luc.14. Compelle eos intrare. Et illud. Ne-
Ioan.6. mo uenit ad me, niſi pater meus traxerit eum, cum tamen conſentiant omnes, & amici, & inimici, uoluntatem cogi non poſſe etiam à Deo. Eſt ergo tertius effectus iuſtificationis iſte. *Gloriamur in ſpe gloriæ Dei*. Qui duo includit, ſpem, & gloriam in ſpe, vt ſignificetur, quod eſt magna & viua ſpes. Neque enim in ſpe gloriari, quis conſueuit ſi modica ſit, vel exigua, ſed ſi magna. Cuius autem rei eſt ſpes illa? *Gloria Dei*. Gloria Dei eſt, vt incepit, perficiat iuſtificatus. Ergo habet ſpem, quod omnino perficiet Deus, quod incępit: quod ſcilicet gratiam quam illi dedit, conſummabit. Quid eſt autem gratia conſumata, niſi gloria æternæ uitæ? Habet ergo ſpem, & gloriatur in hac ſpe, quam habet, cum ſecuritate omnino ad illam gloriam perueniendi. In hac enim gloriatione, & (vt ita dixerim) in hac ſancta ſuperbia, propter ſpē cæleſtis felicitatis, oſtenditur, quod qui iuſtificatus eſt non hæſitat, vtrum ſit beandus, vel non. Sed firmiſſime tenet, ſe ſe diuino munere ſaluandum
2. Cor.3. eſſe. Habentes enim talem ſpem, multa fiducia utimur, inquit alibi Apoſtolus. Nec mirum, quoniam arram habet gloriæ, qui iuſtificatus eſt, videlicet gratiam diuinam, qua mundo natus, renatus eſt Deo. Ex hac enim gratia, ſpes viua naſcitur, dicente Pe-
1.Pet.1. tro. Regenerauit nos in ſpem viuam, in hæreditatem immarceſſibilem conſeruatam in cælis. Et huius ratio magna eſt, quoniam per gratiam efficimur filij Dei: ſi autem filij, & hæredes. Spem ergo uiuam habemus Rom.8. hæreditatis.

Tu dices. Argumentum concluderet, ſi ſciremus nos eſſe hæredes, ſed id nos neſcimus, quia nec etiam ſcimus, quod ſimus filij Dei. Totum uerum eſt. Sed, quod id neſciamus accidit, iuſtificationi. Iuſtificatio enim ſuapte natura parit ſpem uiuam hæreditatis. Et ſi ſciremus nos iuſtificatos eſſe, ex vi iuſtificationis nos ſciremus eſſe hæredes, & conſequenter haberemus ſpem uiuam, vt indubie de adoptione illius gloriæ confideremus, & ſciremus etiam habere ſpem illam. Apoſtolus ergo gloriatur de effectibus iuſtificationis, qui exeunt ab ea, abſtrahendo à nobis. Sat ergo illi eſt, quod iuſtificatio ex ſeipſa parit ſpem viuam, excludens omnem timorem, & omne dubium. Vnde aliqui pauci, qui diuina reuelatione ſciuerunt ſe eſſe in Dei gratiam receptos, ſi timore poſthabito, ſpe ardentiſſima, & viuaciſſima freti fuerunt æternæ felicitatis. Sicut Paulus qui dicebat. Certus ſum, quod neque mors, neque ui- Rom.8.
ta, neque creatura alia poterit me ſeparare à charitate Dei. Scio cui credi- 1.Tim.1.
di, & certus ſum. Ego pugno non quaſi in incertum. O ſpem admirabilem. 1.Cor.9.
At nos, quibus non tanta gratia conceſſa eſt, non ſpem adeo debemus amplecti, vt timorem repellamus. Torporem enim pareret infirmioribus nobis exiſtentibus, quàm par ſit. Stemus ergo vt eſt in prouerbio, Inter incudinem & malleum. Malleus ſit timor, qui continenter nobis inferat ictus. Incus ſit ſpes, quæ ſuſtentet nos, ne mallei ictibus conteramur. Vide Prophetam, quomodo ſub dubio ponit ſpē quam habet de diuina miſericordia. Quis ſcit ſi conuertatur, & ignoſcat Iocl.2.
Deus? Hoc ideo, quia oculum habet ad diuinam iuſtitiam, quam timere oportet, & ad ſuam imbecillitatem, qua timet defeciſſe ab eis quæ ad impetrandam ueniam requiruntur, dicens cum Dauide. Imperfectum meum uiderunt Pſ.138.
oculi

oculi tui.Id enim credere quiſq; debet,
cum omnia fecerit quæ poteſt, adhuc
non exactè,& perfectè Deo ſatisfeciſſe.
Et Iccirco timere, & confidere de di-
uina miſericordia, vt ex ſeipſo deijciať
totus,releuetur autem totus in ſpem vi
uam,ex ſolo diuini intuitu fauoris,qui
noſtros defectus ſupplere & ſcit,& po-
teſt,& vult.Iam ergo intelligis. Iuſti-
ficatio ex ſe erigit in ſpem uiuam, ex
pellitq; timorem:at nō vt noſtra eſt. Sic
enim ſpes mixta eſt timori.
Vis autem vt radicem tibi oſtēdam,
propter quam oportet fateri,quod iuſti
ficatio ex ratione ſua,facit ſpem viuam
in iuſtificatis?Ecce. Qui iuſtus eſt,Deū
diligit: neque enim iuſtificatio eſt ſine
charitate, vt dictum eſt, ergo deſiderat
vniri ſuo dilecto,quantum poſſibile eſt.
Hinc enim naſcitur,quod delectabiliſſi
mum eſt, amicisconuiuere. Fides antē
oſtendit, quod poſſibile eſt hominem
vniri Deo,ſecundum perfectam fruitio
nem,& viſionem facialem, quia docet
22. quod erimus ſicut angeli Dei in cœlo.
Ergo deſiderat iuſtus vniri Deo,ſecun-
dum hunc perfectiſſimum vnionis mo
dum,quem ſcit poſſibilem eſſe.Deſide-
rium autem maximè augit deſideran-
tem, cū nouit quod deſiderat poſſe ob-
tineri, niſi ſpem habeat conſequendi il
lud. Eſſet itaque iuſtus ſemper triſtis
& mærens,niſi ſpem haberet perue-
niendi quo tēdit. Sed iuſtus ſemper eſt
Gal.5. gaudens, lætus & hilaris. Diuina enim
gratia,gaudium parit maximum,dicen
te Paulo,fructus Dei eſt charitas, gau-
Rom.14. dium.Et iterum.Non eſt regnum Dei
eſca & potus,ſed iuſtitia & pax, & gau-
dium in Spiritu ſancto.Vnde & in ſa-
Sap.8. pientia legitur. Non habet amaritudi
nem conuerſatio illius.Et de Chriſtò le
Eſa 42. gitur,quia erat plenus gratia, Non erit
Luc.10. triſtis neq; turbulentus. Et in Euange-
lio.Exultauit Ieſus in Spiritu ſancto. Er
go neceſſario oportet, vt habeat ſpem
viuam conſequendæ illius felicitatis,vt
ſemper poſſit gaudere.Spe (inquit Apo
Rom.12. ſtolus)gaudentes. Concludamus ergo
Heb.6. dicentes cum Paulo. Spem ſicut ancho
ram habemus animæ,tutam & firmā,
adeò,vt non modo fidamus, quod ſal-
uabimur, ſed audenter cum Paulo di-
Bit.ad Rom.

camus. Spe iam ſalui facti ſumus. Hoc
enim ſignificatur, per gloriari in tali Rom.8.
ſpe, vt uidelicet intelligamus,de bonis
futuris nos adeò eſſe ſecuros, & cer-
tos, ac ſi iam parta eſſent, & obten-
ta. Hoc nanque cedit in Dei gloriam,
vt reddat quod promiſit. Certiſſimum
itaque eſſe debet nobis, quod omnino
reddet,non certe propter nos,ſed pro-
pter ipſius gloriam. Ex hac autem
ſpe tam firma & certa audi, quid ſe-
quitur aliud, & poteſt eſſe quartus iu-
ſtificationis effectus. *Non ſolum au-
tem*,videlicet gloriamur in tali ſpe.
Sed & gloriamur in afflictionibus. Tam
viua eſt ſpes illa, & tam magna hæc
ſancta ſuperbia,propter illam ſpem, vt
non modo afflictiones corporales mi-
nimè paueamus, egeſtates, erumnas,
incommoda, oppreſſiones, exilia, ma-
ledictiones, certamina, labores, ægri-
tudines, miſerias, perſequutiones,
uincula, tormenta, ſed patientiſſimè
omnia perferamus: immo ardentiſſi-
mè deſideremus, magnifice de nobis
ipſis ſentientes, non ſolum autem de-
ſideremus, ſed & gloriemur, & ge-
ſtiamus mirum in modum cum occur-
rerint. Quod enim futurum ſpera- Rom.8.
mus & non uidemus, per patien-
tiam expectamus, vt inquit Paulus no-
ſter. Patientia autem, non eſt ſine
aduerſitatibus. Materia nanque pa-
tientiæ, aduerſitas eſt: ſicut materia
liberalitatis diuitiarum copia. Si ita-
que gloriamur in illa ſpe, gloriari o-
portet & in tribulationibus. Vnde
inquit Paulus reddens rationem.
Scientes, quod afflictio patientiam operatur.
Scire dicimur, quod fide credimus
indubia. Excedit enim certitudine
ſcientiam ipſa fides. Dictum vero il-
lud. *Afflictio patientiam operatur*, oc-
caſionaliter tantum intellige.
Quia afflictio eſt materia patientię ex-
ercendæ. Quod ſi dicas. Æque præ-
ſtat impatientiæ occaſionem tribula-
tio,ac patientiæ. Falſum eſt hoc. Sua-
pte enim natura præſtat occaſionem
patientię: at occaſione tantum acce-
pta,impatientiam parit. Rectè ergo di-
citur, quod operabitur patientiam; per
ſe videlicet,licet oppoſitum p accidēs.
P 3 Sine

Sine patientia autẽ, (ſupplete uos,) nõ
eſt ſpes: quoniam ſpes dilationem boni
quod ſperamus, includit quodam mo-
do. Spes enim quæ uidetur, nõ eſt ſpes.
Quod enim uidit quis, quid ſperat? Di-
latio autem boni malum eſt, malum ue
ro obiectum eſt patientiæ. Ergo de pri-
mo ad vltimum, ſpes nõ eſt ſpes ſine pa
tientia. Et ſi ſic, ſequitur, vt quo maior
eſt ſpes, maior etiam ſit patientia: Et
vice uerſa, quo maior eſt patientia, ma-
ior etiam ſit ſpes: Spes autem ex iuſtifi-
catione ſumma eſt, vt dicebamus. Ergo
oportet iuſtificatis maximam adeſſe pa-
tientiam. At non eſt maxima patientia
Romani, ſine maximis afflictionibus.
Sicut enim ſimpliciter ad ſimpliciter,
ita magis ad magis. Ni mirum ergo, ſi
qui maxime fuerunt Deo clari, angu-
ſtias multas & magnas aſſiduè perpeſ-
2.Cor.16 ſi ſunt. Audi Paulum de ſeipſo. Nolu-
mus uos ignorare fratres, de tribulatio-
ne noſtra, quæ facta eſt in Aſia, quoniã
ſupra modum grauati ſumus, ſupra uir
tutem, ita vt tæderet nos etiam uiuere.
2.Cor.7. Et iterum. Cum veniſſemus in Mace-
doniam, nullam requiem habuit caro
noſtra, ſed omnem tribulationem paſſi
1.Cor.4. ſumus. Foris pugnæ, intus timores. Ad-
huc vſque in hanc horam eſurimus, ſi-
timus, & nudi ſumus, & laboramus, co
laphis cædimur & inſtabiles ſumus, &
laboramus operantes manibus noſtris.
Tanquam purgamenta huius mũdi fa-
cti ſumus, & omnium peripſema uſq;
adhuc. Spectaculum facti ſumus mun-
do, angelis, & hominibus. O beatum
Apoſtolum, cui tot & tanta pati dona-
Philip.1. tum eſt. A Deo dicebat ipſe, uobis dona
tum eſt, pro Chriſto non ſolum vt creda
tis in eum, ſed etiam ut pro illo patiami
Ibidem. ni. Idem. Certamen habentes, quale
& uidiſtis in me, & nunc audiſtis de
2.Tim.3. me. Omnes enim qui pie uolunt viue
re in Chriſto, perſecutionem patiũtur.
Act.5. Hinc de Apoſtolis omnibus legimus.
Ibant à conſpectu concilij gaudentes,
quoniam digni habiti ſunt pro Chriſto
contumeliam pati. Cogitabant bona fu
tura, q̃ & quanta eſſent, & quaſi ea ſine
pſecutionibus, & oppreſſionibꝰ cõſe-
qui nõ poſſent, gloriabantur in eis Triſtia
præſentia erant, iucunda futura expe-
ctabantur. At adeo illis ſpes uiua per-
ſuaſerat, quod omnino ad coronas, ad
palmas, ad triumphos peruenirẽt poſt
certamina, vt neceſſitate quadam du-
cti, non poſſent in afflictationibus non
gloriari: nec minus eſſent eis ſuauia tor
menta, in quibus iugiter verſabantur,
quàm præmia, quæ expectatione tan-
tum præſentia erant. Nos in deſperatio
nem futurorum bonorum, agunt præ-
ſentia mala, illis vexationes, non modo
non auferebant ſpem, ſed augebant.
O nos miſellos, illos beatos. Patientia *Heb.10.*
uobis neceſſaria eſt fratres mei, vt uo-
luntatem Dei facientes, reportetis pro
miſſiones. Si putas te non habere tribu
lationes, nondum cœpiſti eſſe Chriſtia-
nus. Cur ergo clipeũ patientiæ nõ aſſu-
mis, quo ictus omnes valeas declinare,
& uictor effectus, brauium æternæ glo-
riæ conſequaris? Audi Paulum. Nulli
malum pro malo reddentes. Scriptum
eſt enim. Mihi uindictam, & ego retri *1.Pet.3.*
buam. Noli uinci à malo, ſed uince in
bono malum. Nõne Paulus homo erat, *Rom.12.*
inter homines ſicut nos, natus & edu-
catus, terram nobiſcum incoluit, & ae-
rem reſpirauit? Non fuit Angelus, fuit
homo, & tamen audi quid dicit. Male- *1.Cor.4.*
dicimur & benedicimus, perſecutionẽ
patimur, & ſubſtinemus, blaſphema-
mur & obſecramus. Quod ergo ille fe-
cit, cur tibi aſtruis impoſſibile? Non ha-
buit ipſe alterum Paulum, ad quem re-
ſpiceret, cui tot & tanta mala perpeti
contigiſſet. Chriſtum quidem habuit,
ſed Chriſtus homo & Deus erat. At tu
Paulum habes, qui homo tantum fuit,
non Deus. Cur ergo ad eum non reſpi-
cis? Cur illum non imitaris? Non poſsũ
ais. Audi illum. Omnia poſſum in eo, *Philip.4.*
qui me confortat Deus. Iam non dico
vt tibi fidas. Reſponſum enim habui-
mus inquit Paulus, vt non ſimus fiden
tes in nobis, ſed in Deo. Ipſe dixit. Con
fidite puſillus grex. Faciet enim cum *Luc.12.*
tentatione prouentum, vt poſſitis ſub- *1.Cor.10*
ſtinere, & dicatis. Tribulationẽ quidẽ *1.Cor.4.*
patimur, ſed non anguſtiamur: aporia-
mur, ſed non deſtituimur: perſequutio-
nem patimur, ſed non derelinquimur:
deijcimur, ſed non perimus. At ad tex-
tum reuertor.

Patientia

Patientia probationem. Et lapis lidius, & fornax, & aurifex probat aurum; fornace probatur & perficitur. Lapide lidio cognoſcitur: ab aurifice commendatur. Omnibus his modis patientia probat uirum. Primo. n. perficit illum. Sicut enim frequenter citharizantes, euadimus citharedi: artem enim citharizandi, cauſat frequenter citharizare: ita uirtutem perfectam patientiæ, efficit frequens aduerſitatum tollerantia. Quis nanq; dubitat infractos fieri animos & infrangibiles, qui uexatioribus
Eccleſiaſtici.2. diutinis aſſueuere? In igne inquit Eccleſiaſticus, probatur aurum atq; argẽtum, & homines receptibiles in camino tribulationis. Et alibi. Vaſa figuli
Eccl..27 ꝓbat fornax, & homines iuſtos tentatio tribulationis. Secundo. Experimentum facit fidei & generoſitatis animi.
Iac.1. Beatus uir qui ſuffert tentationem, quoniam cum probatus fuerit, accipiet coronam uitæ. Omniq; mundo demum patientem clarum reddit & glorioſum.
Sap.3. Probauit illos Deus, & inuenit eos dignos ſe.

Probatio vero ſpem, incohatam auget. Animi enim inuicta conſtantia, ex aduerſitatum multi iuga patientia comparata, nobis ſpem facit firmiorem, atque certiorem: vt ſi tolleráuimus cum Chriſto, & regnaturi ſimus cum illo. Ita em̃
2.Tim.2. ſcriptum eſt. Si tollerabimus, & conregnabimus. Habet iuſtus arram gloriæ, etiam ſi non patiatur pro Chriſto: at cũ patitur, iam habet duplicem arram, maiorem ergo ſpem. Nonne ergo tibi uidetur, quod debeat ĩ afflictionibus gloriari, ſi gloriatur in ſpe: quandoquidem creſcit ſpes ex afflictionib⁹? Hinc Chri-
Iac.1. ſti germanus. Omne gaudium exiſtimat fratres, cum in tentationes varias incideritis. *Spes autem non confundit.* ideſt non facit nos erubeſcere, vel confundi. Eſt enim hæbraiſmus, ut unum verbum ſignificet duas actiones in cõiugatione Hiphil. Vnde, & cognoſco, in illa coniugatione ſignificat facio cognoſcere: poſtulo, facio poſtulare: ui-
Gen.21. deo, facio uidere. Vt illud. Nunc cognoui, quod timeas dominum, ideſt cognoſcere feci: Vidi afflictionẽ populi mei.
Exo.3. ideſt feci uidere. Spiritus poſtulat pro nobis gemitibus inenarrabilib⁹, ideſt, nos poſtulare facit. Ita ergo hic. Rom.8.
Spes non confundit. vel non erubeſcit, ideſt non facit erubeſcere. Illa enim ſpes facit ſpetantem erubeſcere, quæ tandẽ poſt lõgam expectationem fruſtratur. Vnde Paulus dicebat. Si tantum ſperãtes eſſemus in hac uita, miſerabiliores 1.Cor.15 eſſemus omnibus hominibus mundi: Quia cum propter regnum cęlorũ, tẽporalia quæque deſpiciamus, ſi fabula eſſet regnum cęlorum, quis quæſo hominum deterioris eſſet conditionis, q̃ optimus qniſq; chriſtianus? Quandoq; dem nec in hac uita, nec in alia aliquo bono frueretur. At non fruſtrabitur hæc noſtra ſpes, inquit Paulus. Omnino enim efficiemur conſortes diuinæ gloriæ. Cum enim apparuerit in gloria, 1.Ioan 3. tunc ſimiles ei erimus, inquit Ioannes. Ergo non confundimur propter hanc ſpem, quaſi incaſſum bona futura ſperauerimus: & propterea letanter tulerimus mala præſentia. Merito ergo gloriamur propter illam ſpem, in afflictionibus. Quoniam autem infirmiores & puſilli, triſtia (ut ita dixerim) habentes in manibus, iucunda autem tantum in expectatione, plerumq; nimia ſpei dilatione franguntur. Ideo à bonis pręſentibus eos confortat Apoſtolus, duas addecẽs rationes. Prima eſt. *Quia dilectio Dei, effuſa eſt in cordibus noſtris, per ſpiritum ſanctum, qui datus eſt nobis.* Ecce ſolidum ſpei noſtræ fundamentum. Reipſa nanque, datus eſt nobis Spũs ſanctus, quo diuina dilectio diffuſa eſt in cordibus noſtris. Quod pignus dari potuit maius? Deum poſſe uos illuc perducere, quo ſperantes tenditis, nemo dubitat, atque etiam ſcire, modo velit. Vult autem, & efficaciter uult, aliter enim non dediſſet nobis Spũm ſanctum, ſicut dedit. Iunge ergo uoluntatem efficacem, omnipotentiæ atque infinitæ Sapiẽtiæ, fiet omnino, quod ſperamus: ergo nunquam erit, vt propter illã ſpem erubeſcere nos oporteat. Sicut aulicis contingit, qui terrena quæque ambientes, atque ſperantes in principũ curijs, perſępe confundũtur, & pudore repleti, clamant. O ſpes hominum fallax. Inquit enim Eccleſiaſticus. Nullus ſpera- Eccl.2

ūit in domino, & confuſus eſt. Et Dauid. Ad te domine leuaui animam meam, Deus meus in te confido non erubeſcam. Eſaias. Omnis qui credit in illum, & fidit in illo, non confundetur. Pſ. 14. Eſa. 49.

At verbum iſtud famoſum. *Charitas Dei diffuſa eſt in cordibus noſtris, per ſpiritum ſanctum, qui datus eſt nobis.* Examinare oportet paulò acriore indagine, antequam ulterius progrediamur. Primum quidem, poteſt exponi de dilectio ne qua Deus nos diligit, & qua nos diligimus Deum. Illa effuſa eſt in cordibus noſtris, qui certi ſumus de illa per Spūm ſanctum ſuggerentem, q̃ in immenſum fuerimus dilecti, cum ſe tradidit pro nobis. Hæc effuſa eſt per Spiritum ſanctum, inſtigantem nos ad redamandum Deum, qui tam ardenter primum nos dilexit, vt ſepro nobis tradiderit. Vtraq; aūt facit ne cōfundamur. Illa, quoniā corroborat nos eſſe à Deo dilectos: Hæc, quoniā facit ut nos aſpera cuncta, & grauia feramur æquo animo. Ita enim fit, vt non confundamur in tribulationibus, expectantes beatā
Tit. 2. ſpem, & aduentum gloriæ magni Dei. Explicat ergo cauſam efficientem fructuū prædictorum, dum in medium affert dilectionem Dei: Hæc enim quomodolibet ſumpta, eſt cauſa pacis, patientiæ, & ſpei. Cedunt ergo omnia in vnam cauſam. *Charitas Dei diffuſa eſt in cordibus noſtris, per ſpiritum ſanctum, qui datus eſt nobis.* Cum hæc duo ſimul audis, Spiritus ſanctus, non tibi in mentem veniat pater, neque filius, neq; deitas ipſa: quamuis de his omnibus dicatur, quod ſpiritus ſunt, & ſancti ſunt: ſed ſuppoſitum intellige ſemper, quod à patre & filio, non per modum uerbi ſicut filius, ſed per modum amoris producitur ineffabiliter. A patre & à filio realiter diſtinctum. Idem enim non procedit à ſeipſo: Deitate quidem, non modo par, ſed idem, at hipoſtaſe aliud, & tertia ſanctiſſimæ illius triadis perſona, contra ſemiarrium, Macedoniū. Propterea enim Spiritus dicitur, ex ratione ſcilicet, & modo ſuę proceſſionis. Amor, nanque ex ſua natur, aintrinſecus, impellit amātem in ipſam rem amatam, vt quodammodo amantem extra ſe ponat, & in amatum transferat, ſicut dicit Magnus Dionyſius, quarto de diuinis nominibus. In rebus autem viuentibus, impulſus intrinſecus ad Spiritum attinet: Quoniam itaque Deus nobiliſſima vita viuit, perſonæ illi quæ per modum amoris procedit, tribuitur nomen Spiritus, quaſi ſit quædam ſpiratio, vel aſpiratio, aut reſpiratio productio eius. Hinc Apoſtolus, impulſum quendam & uim agentem atque mouentem Spiritui ſancto adſcribit. Qui Spū Dei aguntur, hi filij Dei ſunt. Et Euangeliſta. Expulit eum Spūs. Vt appropriatè intelligas, Spūm ſanctum impellere, & mouere nos in Deum, Quia autem primus motus uoluntatis, quæ eſt principium mouendi, amor eſt: Propterea Spiritui ſancto adſcribitur, tanquam cauſæ diuinus amor, qui in nobis eſt. Intelligis myſterium? *Charitas Dei diffuſa eſt in cordibus noſtris, per ſpiritum ſanctum, qui datus eſt nobis.* Omnia quæ in nobis ſunt, habent reduci in Deum: reducuntur autem, & ut in cauſam efficientem, & ut in exemplarem. In efficientem quidem, quoniam ſua virtute operatur in nobis. In exemplarem uero, quoniam oīa quæ à Deo in nobis ſunt, Deum aliquo modo imitantur. Quoniam autē una tantum eſt uirtus operatiua, vnaq; operatio patris, filij, & Spūs ſancti, in his quæ ſunt extra Deum, ſicut & una eſſentia, omnia reducuntur in Deum patrem, filiū, & Spiritum ſanctum, ſimulq; reducūtur in eum, vt in efficientem. At quæ reducuntur in eum, vt in exemplar, non reducūtur in omnes tres perſonas: ſed in illam quam imitantur magis. Sapientia qua Deum cognoſcimus, nobis ab omnibus quidem immiſſa, propriè eſt filij repræſentatiua, qui ſapientia dicit: Quoniam ut uerbum producit eum pater, Dilectio ergo Spūm ſanctum repræſentat per amorē, Spāli itaq; ratione dicitur eſſe in nobis, per Spūm ſanctū. Propterea omnia, quæ amorem ſequuntur, Spiritui ſancto adſcribuntur. In primis enim, quia amori hoc eſt maximè proprium, vt amicus uelit conuerſari cum amico. Conuerſatio autem homi-

Rom. 8. Mar. 1. 1. Cor. 1.

hominis cum Deo non eſt niſi per contemplationem. Vnde & contemplatiuus noſter Apoſtolus dicebat. Noſtra
Philip. 3
conuerſatio in cęlis eſt. Propterea in ſcripturis ſactis, dicimur ad contempla-
2. Cor. 3.
tionem diuinam, rapi à Spiritu ſancto. Nos omnes reuelata facie gloriam Dei ſpeculantes, in eandem imaginem tráſformamur à claritate in claritatem, tanquam à domini Spũ. Qua autẽ ex mutua côuerſatione amici cum amico, naſcitur gaudium atque lætitia, ideo gaudium noſtrum ſpiritale in Deo, dicitur
Rom. 14.
eſſe à Spiritu Sancto. Regnum Dei nõ eſt eſca & potus, ſed iuſtitia, pax, & gau-
Luc. 10.
dium in Spũ ſancto. Exultauit Ieſus in
Pſ. 50.
Spũ ſancto. Redde mihi lætitiam ſalutaris tui, & ſpũ principali confirma me.
Ioan. 14.
Propterea Chriſtus, uocat Spiritum ſanctum paraclitum, id eſt conſolatorem.
Act. 16.
Lucas quoque in actis Apoſtolicis. Eccleſia (inquit) habebat pacem, & ædificabatur ambulans in timore Dei, & conſolatione ſancti Spũs replebatur.
Eph. 3.
Rurſus, quia amatum eſt in amante, & è contra. Deum habitare in nobis, &
1. Ioan. 4.
nos in Deo, aſcribitur Spiritui ſancto. In hoc intelligimus, quoniam in eo manemus, & ipſe in nobis, quoniã de Spiritu ſuo dedit nobis. Ex hac aũt mutua beneuolentia transformante, euenit, vt aliquis aliquem in filiũ adoptet, quo hæreditas eius, iure adoptionis ad illũ perueniat. Conuenienter ergo Spiritui
Rom. 8.
ſancto attribuitur, quod per eum filij adoptionis Dei efficiamur. Accepiſtis Spũm adoptionis filiorum Dei. Tantus amor autem facit, ut omnia amicorum ſint communia, iuxta Prouerbium. Dona ergo Dei, quæ nobis cõmunicat, im-
1. Cor. 12
mo & ipſa donorum communicatio, dicitur eſſe à Spiritu ſancto. Alij datur ſermo ſapientiæ, alij ſermo ſcientiæ, alij genera linguarum, alij interpretatio
2. Cor. 3.
ſermonum. &c. Hæc omnia autem operatur, vnus atque idem ſpiritus. Communicatio ſancti ſpiritus, ſit ſemper cum omnibus nobis: Amor uero tam
1. Pet. 4.
præcipuus, eſt omnium antidotum offenſarum. Vniuerſa enim delicta operit charitas, ideo per ſpiritum ſan-
Ioan. 10.
ctum dicitur fieri peccatorum remiſſio. Accipite Spiritum ſanctum, quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis. Propterea qui blaſphemauerit in
Matt. 12.
Spiritum ſanctum, non dimittetur ei neque in hoc ſeculo, neque in futuro. Quia illud abieciſſe uidetur, quo peccata abolentur. Hinc renouari dicimur, purgari, lauari, iuſtificari, ſanctificari, uiuificari, vngi, ſignari, liberari p
Pſ. 103.
Spiritum ſanctum. Recreari. Emitte Spiritum tuum, & creabuntur, & reno-
1. Cor. 6.
uabis faciem terræ. Abluti eſtis, ſanctificati eſtis, iuſtificati eſtis in nomine domini noſtri Ieſu Chriſti, & in Spiritu Dei noſtri. Si ſpiritu facta carnis morti-
Rom 8.
ficaueritis, uiuetis. Elegit nos Deus
2. Theſ. 2.
primitias in ſalutem, in ſanctificatio-
2. Cor. 5.
nem Spiritus. Vnxit nos Deus, & ſignauit nos, & dedit pignus Spiri-
Eph. 1.
tus in cordibus noſtris. Signati eſtis Spiritu promiſſionis, qui eſt pignus hæreditatis noſtræ. Si abluerit domi-
Eſa. 5.
nus ſordes filiorum Sion, & ſanguinem filiarum lauerit de medio eius, in Spiritu iudicij, & Spiritu ardoris.
Gal. 5.
Si Spiritu ducimini, iam non eſtis ſub lege. Vbi Spiritus domini, ibi li-
2. Cor. 3.
bertas. Per hunc ergo Spiritum ſanctum, vt aliquando finiam,

Dilectio Dei, qua Deus ipſe nos diligit. *Effunditur in cordibus noſtris.* Bene autem dicit Apoſtolus, *Effunditur*, quod enim effunditur, non ammittitur. Lux effunditur, vel lumen, non ammittitur. Effunditur autem, quia effectum facit in corpore, quod illuminatur, nec tamen recedit ab illuminante. Patet in lampade accenſa, ex qua mille accenduntur. Diuina ergo dilectio, qua ipſe nos diligit, effunditur in nobis, qui iuſtificati ſumus. Manet in Deo diuina illa dilectio: at facit effectum in nobis. Quem effectum? gratiam gratificam. Qua deinde fit, vt nos Deum viciſſim diligamus. Ecce ergo effuſio. Sicut enim ex lampade accenſa, fit lux, ſimilis in alia lampade: ita ex dilectione, qua diligit nos Deus, fit alia dilectio in nobis, illi perſimilis. Dilectio enim, qua Deum diligimus, ſimilitudo eſt illius, qua à Deo diligimur. Ideo, nanque nos diligimus Deum, quia ipſe prior dilexit nos.
1. Ioan. 4.

Niſi

Rom 11. Niſi enim primum nos dilexiſſet, nos
Eph.5. eũ minime diligeremus. Et propterea diuina dilectio, uocatur Lux. Eratis aliquando tenebræ, nunc autem lux in domino, hoc eſt dilecti à domino. Diuina enim dilectio æterna eſt, infinita eſt, Deus eſt, non ergo in nobis recipitur ut forma, ſed gratia tanquam effectus eius. Quod ſi dicas. Paulus inquit. *Spiritus ſanctus datus eſt nobis.* Nõ infitior, at id intelligi debet quomodo & illud Ioelis. Effundam de Spiritu meo ſuper om-
Ioel.2. nem carnem. Et illud. Auferam de Spi-
Num.11. ritu meo, tradamq; eis. Illud quoq;. Fiat Spiritus tuus duplex in me domine. Non enim ad ipſam eſſentiam, ſeu pſo-
4 Reg 2. nam Spũs ſancti referenda ſunt, cũ indiuiſibilis ſit, ſed ad ipſius munera, & functiones, vel actus, vt in libro Sapiẽtiæ legitur. Hi autem effectus augeri
Sap 1. poſſunt, & minui. Cur autem dr̃ Spiritus ſanctus dari, & eſſe in nobis, cum nobis dantur effectus eius? ratio eſt, q̃a effectus diuini, non ſolum diuina operatione eſſe incipiunt, ſed etiam per eã conſeruantur in eſſe. Non enim ſicut ædificator eſt cauſa domus, Spũs ſanct' eſt cauſa gratiæ & donorum ſuorum. Mortuo nanque ædificatore, remanet domus: non eſt itaque cauſa niſi in fieri ipſius domus. At Spiritus ſanctus, eſt cauſa gratiæ, ſicut Sol eſt cauſa luminis in aere. Sicut enim ſtatim ceſſaret lumẽ in aere, ſi Sol aliquo obſtaculo poſito recederet. Ita Deo ab anima per peccatum recedente tenebreſcit, quæ eo præſente per gratiam illuminatur. Eſt itaque cauſa in fieri, & in conſeruari. Ita apertè docuit Auguſtinus octauo ſup Geneſim ad literam. Non ita Deus operatur hominem iuſtum, id eſt iuſtificando hominẽ, ut ſi abſceſſerit maneat in abſente quod fecit: ſed potius ſicut aer præſente lumine, nunc factus eſt lucidus, & ſemper fit. Sic fit homo Deo ſibi præſente illuminatus, abſente autẽ continuè obtenebratur. Quia ergo nihil operatur, nec operari poteſt continua operatione conſeruando quod egit, niſi ibi ſit vbi operatur, propterea dicitur Spũs ſanctus in nobis eſſe, quandiu in nobis eſt gratia ſua. Vnde Apoſtolus.
1.Cor.3. Neſcitis (inquit) quoniam templũ Dei ſanctum, quod eſtis uos, & Spũs ſanctus habitat in uobis? Et quia Spũs ſanctus amor eſt patris, & filij, vbi Spirit' ſanctus eſſe dicitur, ibi eſt & pater &
filius. Iuxta illud. Et pater meus diliget Ioan.14.
eum, & ad eum ueniemus, & manſionem apud eum faciemus. Et illud. Inha
bitabo in eis, & inambulabo, & ero il- 2.Cor.6.
lorum dominus, & ipſi erunt mihi populus. Deus enim eſt in omnibus creaturis per eſſentiam, per potentiam, & per præſentiam, implens omnia ſua uirtute & bonitate, iuxta illud. Cęlum &
terram ego impleo. Hinc illud. Iouis Hier.23.
omnia plena. Sed ſanctorum mentes peculiari quodam modo inhabitare dicitur, quibus gratificam largitur gratiã, qua fides perfecta charitate, ſurgit in nobis. Hinc eſt illud. Habitare Chriſtũ
per fidem, in cordibus noſtris. Neque Eph 3.
enim fides ĩformis ſine charitate facit, quamuis & illa ſit Dei donum, vt Deus nos inhabitare dicatur, cum ſcriptum
ſit. Qui manet in charitate, in Deo ma- 1.Ioan.4.
net, & Deus in eo. Vide ergo excellentiam dilectionis, qua Deum diligimus. Illa enim non poteſt in nobis eſſe, ſine gratia gratifica: Gratiam autem hanc nõ poteſt Deus dare nobis niſi modo quodam det Spiritum ſuum, ſuum amorẽ, ſeipſum. Ergo cum Deum diligimus, Deum in nobis habemus, & ipſi ĩ Deo ſumus: ſumus ergo conſequenter Dij,
non homines. Ego dixi dij eſtis. Quia Pſ.81.
autem tam magnum eſt hoc donum, & tam excellens, ut incredibile uideatur: propterea in principio naſcentis Eccleſiæ, fidelibus omnibus qui erant tanq̃ ſemen quoddam ſpiritale, quo propaganda erat fides Chriſti in omnibus Gẽtibus, dabat Deus Spũm ſuum ſanctum in ſignis uiſibilibus, vt eſſet quaſi argumentum confirmans hanc ueritatem, omnibus Deo charis, dandum eſſe Spiritum ſanctum, quo deificari poſſint. Licet enim ſigna uiſibilia nunc ceſſauerint, nemo tamen dubitare debet, q̃m quod eſt probatum ſemel probatione efficaci, non debet iterato probari. Non uacat autem myſterio, quod dicit' hic ab Apoſtolo, dilectionem Dei, gratiã ſcilicet effuſam, eſſe in cordibus noſtris. Cor enim in medio eſt noſtri corporis:

poris: ut ergo ſignificetur, hanc gratiam gratificam diffundere ſe ſe ad totum hominem, ad omneſque hominis virtutes & potentias, ac conſequenter perficere omnes eorum actus, hoc tropo dictum eſt, quod infunditur cordi, ut intelligas, longè latèque effundendam eſſe illius uim, tanquam à centro ad omnem circunferentiam. Cordis tamen nomine, animam intellige. Frequenter em̄ hebræi cor pro anima accipiunt. Qui
Pſal. 32. finxit ſingillatim corda eorum. Scru-
Pſ. 7. tans corda, & probans renes. Prauum
Hier. 17 eſt cor hominis. Mirum perfectò, mirū quod magnus ille magiſter capere non potuerit, Deum infundere nobis gratiam iſtam. Quemadmodum enim nihil ponitur in aliquo homine, ex hoc quod dicitur gratiam Cæſaris habere, vel Pontificis: at tantum in Cæſare, vel in Pontifice diligente. Ita cum dicimus, ille eſt gratus Deo, nihil credidit ponendum eſſe in illo, ſed tantum in Deo diligente atq; fauente. Conſiderare enim noluit, vel non potuit, dilectionem Cæſaris, vel Pontificis non efficere, ut dilectus ſit bonus, ſed magis è contra, quia eſt primo bonus, ideo dilectus eſt ab illis, vel illis gratus. At diuina dilectio, lōge aliter ſe habet. Diligendo, ipſe facit ut bona ſint quæ diligit. Non ſunt dilectæ res quia bonæ, ſed quia dilectę, bonæ. Vtique ergo, gratia Regis nihil ponit in dilecto, vel grato: potius è contra eſt, dilectus facit aliquid in Rege. At Deus ſi gratum habet aliquem, aliquid ponit in illo quem gratum habet. Illā ſcilicet gratiam, qua gratus eſt. Et ideo, vt dixi, dilectio Dei, qua diligit nos Deus, luci comparatur: Lux autem aliquid ponit in illuminato, non tamen in illuminante. Item. Lux eſt principium vitæ: Ita ergo gratia eſt principium vitæ animæ ſpiritalis. Sicut ergo principium uitæ, eſt aliquid in re uiua. Eſt enim actus & forma illius: Ita gratia aliquid eſt in homine grato Deo. Eſt & ratio efficaciſſima. Nam gratia diuina eſt principium meritorum omnium: neq; enim per naturam mereri poſſumus æternā uitam, contra Pelagium, ſed per gratiā. Homo autem eſt qui meretur, ergo oportet vt in ſeipſo habeat hanc gratiæ formam. Sicut quia homo uiuit per animam, habet in ſeipſo animam, contra Arabem illum, qui exiſtimauit intellectum aſſiſtere tantum, ut nautam naui: Nihil enim agere dicit aliqua actione, niſi principium illius actionis ſit in agente actualiter: & maxime ſi illa actio ſita ſit in agentis poteſtate. Si enim per aliquid extrinſecum agimus, cuius aſſiſtentia non ſit in noſtra poteſtate, quomodo illud extrinſecum aſſiſtere nobis vel non aſſiſtere, non eſt in poteſtate noſtra, ita nec actio illa. Si itaque forma quæ eſt principium meriti, non ſit in nobis, videlicet gratia, iam non erit in noſtra poteſtate mereri, Spiritum ſanctum nanq; aſſiſtere nobis, non eſt in poteſtate noſtra, ſicut uniuerſaliter actio cauſę ſuperioris, non eſt in poteſtate inferioris, igitur oportet ponere gratiam formaliter in anima. Nam dicere actum meritorium, non eſſe in noſtra poteſtate, cum ſumus Deo grati, ideſt non eſſe in noſtra poteſtate, vt habentes Dei gratiā mereamur vel non, procul eſt ab omni ueritate. Non ſat eſt dicere, Spiritum ſanctum aſſiſtere, ſed dicēdum eſt, quod gratia illa aliquid in nobis eſt. Et confirmatur. Quia Deus glorioſus, qui omnia mouet ad debitos fines, ſingulis rebus indidit formas, quibus ad propriū finem tendit vnaquæque. Ita enim diſponit omnia ſuauiter. Homo autē tendit in finem vitæ æternæ. Cur ergo credimus, quod & illi formam non dederit, qua in illum poſſit peruenire? Forma naturalis non ſufficit, quia finis ille naturam excedit humanam, ergo formam ſupernaturalem infundit, quæ eſt principium meriti, uidelicet gratiam. Sap. 8.

Sunt tamen qui dicant, gratiam gratificam idem eſſe, quod dilectionem illam, vel charitatē, qua diligimus Deū. Sed id non mihi admodum placet. Sicut enim lumen naturæ, virtutibus moralibus præſupponitur, tanqnam baſis & fundamentum: ita lumen gratię, quo diuinam naturam participamus, cōſentaneum eſt, vt ſit radix omnium uirtutum, quibus tendimus in Deum, quas theorias uocant. Quod Apoſtolus optimè tetigiſſe uidetur, dicens. Eratis aliquando tenebræ, nunc aūt lux in dn̄o; Eph 5.

Rom. 13. vt filij lucis ambulate. Et iterum. Nox receſſit, dies autem appropinquauit, abijciamus opera tenebrarũ, & induamur arma lucis. Significat enim, nos primo in luce eſſe, & in die: hortaturq; vt deinde ſecundum lucem armemur, atque ambulemus. Eſſe in luce eſt, per gratiam ambulare in luce, ideſt operari ſecundum virtutes. Acquiſitis nanq; uirtutibus, homo ambulat ſecundum quod conueniens eſt rationi naturali, virtutibus infuſis, ſecundum quod cõgruit diuinæ gratiæ. Et ita uirtutes ſequuntur gratiam. Et quid mirum? Virtus enim omnis, diſpoſitio quædã perfecti eſt, vt ex Ethicis liquet. Perfectum autem eſt, quod in ſuo eſſe ſecundum naturam ſuam diſpoſitum eſt. Ergo virtus naturam præexiſtentem ſupponit neceſſario. Noſtra charitas itaq;, cum ſit uirtus diuina, eſt diſpoſitio perfecti ſecundum naturam diuinam. Naturam autem diuinam participamus per gratiam: iuxta Petrum. 2. Pet. 1. Maxima & prętioſa nobis promiſſa donauit, vt per hoc efficiamini diuinæ conſortes naturæ, ergo ſupponitur charitati, ut nos iam perfecti ſumus in eſſe gratiæ.

Tetigit hanc rationem perpulchre Magnus Dionyſius, ſecundo capite de cęleſti hierarchia. Non poteſt (inquit) aliquis habere ſpiritualem operationẽ, niſi prius eſſe ſpirituale accipiat: ſicut nec operationem alicuius naturæ, niſi prius habeat eſſe in natura illa. Intelligamus ergo nos, ad conſecutionem alicuius finis in naturalibus rebus, tria præexigi. Primum, natura proportionata fini illi. Secundum, naturæ illius inclinatio ad illum finem, quæ inclinatio, naturalis appetitus, finis dicitur, & eſt. Tertium, motus ad illum finem. Exemplum patet. Terra, natura quędã eſt, cui competit eſſe in medio mundi, tanquam centrum: Quoniam eſt omnium elementorum grauiſſima. Hanc naturam ſequitur, vel concomitatur (vt melius dicam,) inclinatio in locum medium, ſecundum quam naturaliter illũ appetit, etiam cum uiolenter extra illũ detinetur, Tertio nullo prohibẽte, ſem per deorſum mouetur. Vt ergo homo conſequatur æternæ finem uitæ, cum ipſe ex ſe non ſit natura proportionata illi, non ſat eſt, quod detur ei inclinatio & motus in illum finem, quia inclinatio & motus in finem, vt dictum eſt, præſupponit naturam proportionatam fini: aliter enim non inclinatur, neque mouetur in finem illum, ſed in alium cuius eſt proportionata. Omnis enim natura, aliquem finem habet, ſibi à diuina prouidentia præſtitutum. Ante omnia itaq; opus eſt, vt homo fiat proportionatus fini illi. Secundo, quod inclinetur. Tertio, quod moueatur. Id ergo quo homo eleuatur ad tantam dignitatem, vt ſit proportionatus fini illi ſupernaturali uitæ æternæ, quam oculus 1. Cor. 2. non uidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcẽdit, & eſt propria Deo glorioſo, & angelis eius, gratia diuina eſt. Illud ſecundo, quo hominis inclinatur affectus in talem finem, eſt charitas. Id tertio, quo mouetur ad attingendum illum finem, exequendo opera quibus ad illum peruenitur, ſunt aliæ omnes virtutes. Vt quemadmodum in naturalibus, aliud eſt natura ipſa, quàm inclinatio naturæ, & eius motus vel operatio: Ita in gratuitis, iuxta Dionyſium aſſeramus rem ſeſe habere. Sed quid immoror? Audite, & intelligite Paulũ. *Dilectio Dei, Effuſa eſt in cordibus noſtris, per ſpiritum ſanctum, qui datus eſt nobis.* Ergo collatio, vel datio ſancti ſpiritus, præcedit dilectionem effuſam in cordibus noſtris, ſicut cauſa effectum. Effunditur enim per ſpiritũ ſanctum, qui datus eſt, vt dicit textus. *Per.* nanq; cauſalitatem ſignificat. Spũs ſanctus autem non datur, niſi ſecũdum effectus ſuos, vt dictum eſt. Ergo aliquis effectus Spiritus ſancti in nobis eſt qui charitatem, vel dilectionem noſtram præcedit. Hoc autem quid aliud eſt, vel eſſe poteſt, quàm gratia? qua primum Deo grati ſumus. Habetis item locum illum ad Galatas. Gal. 5. Fructus ſpiritus eſt charitas, gaudium, pax. Ponitur enim ſpiritus tanquam arbor, vel radix, charitas autem vt fructus procedens ab arbore. Quod ſi dicas. Deus dat gratiam, quia diligit. Scriptũ eſt autem. Ego diligentes me diligo. Et Prou. 8. ſiquis diligit me, diligetur à patre meo. Ergo diligit, quia diligitur: diligitur au- Ioan. 14. tem

tem noſtra charitate, ergo charitas nr̃a gratiam præcedit, vel eſt ipſa gratia. Reſpondeo. Quod Deus diligit diligẽtes ſe: non ita tamen quod dilectio, diligendo ſe, ſit ratio quare ipſe diligit, ſed potius è contra. Non quaſi nos dileximus Deum, ſed quia ipſe, prior dilexit nos. Si iterum dicas, Dilectione noſtra meremur æternam uitam, ſed gratia eſt principium meriti, ergo dilectio nr̃a eſt gratia. Rñdebo, quod dilectio nr̃a non eſſet ſufficiens ad merendum, niſi præſuppoſita idoneitate, & dignitate merentis. hæc autem habet per gratiam: dilectio ergo nr̃a eſt primus fructus grẽ. Ideo frequenter plura attribuitur ei, quę gratiæ propria ſunt, tñ nõ eſt gratia, ut dictum eſt. Et hæc ſufficiunt pro loci huius declaratione.

Rom 11.

Antequam tamen ſecundam rationẽ aggrediamur. Eſt magna difficultas ſuper his omnibus, quæ in hoc capite dicta ſunt. Videt enim quod Paulus Apolus non poſſit defendi à contradictione. Nonne enim concluſum eſt capite ſecũdo, tertio, & quarto, quod iuſtificamur per fidem charitate formatam? Vtique. Et tamen hic Apoſtolus docet, quod ex iuſtificatione conſequitur ſpes & charitas. Quõ hæc poſſunt ſtare ſimul? Ex primo ſequitur, quod ſit prior charitas iuſtificatione: Quia id per qđ iuſtificamur, prius eſt ipſo iuſtificari. Ex ſecundo autem, ſequitur oppoſitũ manifeſtè, quia cauſa eſt prior effectu. Eſſe prius, & poſterius idem reſpectu eiuſdem, adeo eſt impoſſibile, vt plus eſſe non poſſit. Quid ad hoc?

Reſpondendum eſt in primis. Quod Apoſtolus hic ponit illum ordinem inter iuſtificationem, & virtutes, qui conuenit eis per ſe ſuapte natura. non autem illũ, qui conuenit eis per accidens. Scire ergo debes p accidens eſſe, quod qui iuſtificatur, ſit in peccato. Primus enim omnium hominum parens, iuſtificatus eſt à Deo: accepit nanque donũ originalis iuſtitiæ, ergo fuit factus iuſtus: nec tamen primum erat iniuſtus, ſed erat in puris naturalibus. Non iraq; ex iniuſtitia contrariè ad iuſtitiam tranſlatus eſt, ſed ex iniuſtitia negatiuè, ex ſimplici uidelicet priuatione ad formã. Nos uero alij, cum iuſtificamur, ex contrario in contrarium tranſmutamur, ex peccato ad gratiam: Vt ſita iuſtificatio fuerit tantum mutatio, noſtra uero motus uerus, licet ſpiritalis. Ecce ergo reſponſio. Cum iuſtificatur nunc aliquis, per fidem cũ charitate, atq; cum ſpe iuſtificatur. Quia cum gratia iuſtificationis ſit deificatiua formaliter hominis, requirit hominem diſpoſitum, uel actu proprio ſi ſit adultus, vel actu ſui capitis ſi ſit infans, vt in diuinam poſſit eleuari naturam: quia ex ſe caput eſt, qui iuſtificat. Quælibet autem forma conſtitutiua alicuius in aliqua natura, requirit materiam diſpoſitam, ſi ſit ſub forma contraria poſitiuè. Diſponitur autem homo peccator per fidem, propterea iuſtificatio fit per fidem. At hoc dicitur eſſe per accidens, quia accidit iuſtificationi, quod qui iuſtificatur, ſit peccator. Per ſe ergo iuſtificatio ipſa ſuapte natura ponit fidem, ſpẽ, & charitatem. Vnde in primo homine præceſſit iuſtificatio fidem, ſpem, & charitatem: non autem è contra: quia cum non haberet peccatum, quod vnicè gratiæ iuſtificanti aduerſatur, non oportuit eum diſponere, per aliquod medium inter peccatum, & gratiam. In mutationibus enim, non eſt opus diſpoſitione, ſicut patet in aeris illuminatione. At ſolum in motibus, qui ſunt de contrario in contrarium. Sed tamen hæc reſponſio non euacuat difficultatem. Quia omnino ita res ſe ſe habet, quod ex gratia iuſtificationis omnes hæ virtutes producuntur, etiam in nobis, & actus virtutum: nedum in primo homine. Fructus enim gratiæ ab Apoſtolo appellantur, maxime autẽ charitas ſequitur gratiam iuſtificantem, vel gratificã: Gal. 5.
Quia charitas non poteſt eſſe informis vti fides, ſemper enim eſt formata, formatur autem per gratiam, ergo ſequitur gratiam, non præcedit. Quæritur ergo, quomodo conciliari poſſunt loca iſta, vt ipſa iuſtificatio noſtra, fiat per fidem charitate formatam: & ita uirtutes præcedant: & iterum ipſa iuſtificatio per gratiam, pariat fidem, ſpem, & charitatem?

Et

Et ſic ipſa pcedat. Et tandē ad hoc reſpō ſio eſt. Quod in iuſtificatione duo ſunt conſideranda. Deus nanque iuſtificat. Homo iuſtificatur. Eſt ergo iuſtificare dei, eſt item iuſtificari hominis. Licet autem hæc, non ſint duo motus ſecundum rem, ſicut nec calefacere ignis, & calefieri ligni. Actio enim, & paſſio ſunt unus motus, tamen diſtinguuntur ſecundum ſuas rationes formales, ſicut via à Thebis ad Athenas, & ab Athenis ad Thebas. Hinc enim eſt aſcenſus, illinc deſcenſus, diſtinguũtur autē adeò, ut iuſtificare dei ſit agere, iuſtificari hominis ſit pati, vel recipere. Iuſtificationem ergo actiuā dei, uocamus gratiæ infuſionem. Iuſtificationem hominis paſſiuam, ſuſceptionē gratiæ, qua ſuſcepta remittitur culpa. Simul ſunt hæc ſecundum tempus, Ne ſcit enim tarda molimina Spūs ſancti

Act. 2. gratia. Vnde in Actis legimus. Factus eſt repente de cœlo ſonus, vt intelligas Spiritum ſanctum, ſubitò operari in mētibus hominum, replendo eas gratia

Ioan. 3. ſua. Spiritus enim ubi uult ſpirat, & vix ſibilum eius audis. At ſecundū naturam, prius eſt iuſtificare dei, quàm iuſtificari hominis. Actio enim ſecūdum naturā prior eſt paſſione, licet ſint vna res tantum. Iuſtificare ergo dei, quod eſt gratiam infundere, vel iuſtitiā, cauſat fidem, ſpem, atque charitatem, quibus homo mouetur in Deū motu meritorio, & etiam in peccatum deteſtando illud, ut ſupra dicebamus. Vis videre? Ecce. Cum enim habet fidem, ſpē, atque charitatem, iam dignus eſt æter-

Ioan. 14. na uita. Iuxta illud. Qui diligit me, diligetur à patre meo, & ego diligam illum, & manifeſtabo illi meipſum. Nō eſt autem dignus, niſi habeat gratiam, qua iuſtus effectus ſit coram Deo. Ergo non poteſt fides, ſpes, & charitas præcedere gratiæ diuinæ infuſionem. Quod ſi dicas. Gratia non datur niſi digno. Dignus autem nemo eſt niſi per fidem, ſpem, & charitatem, ergo &c. Reſponſio eſt, Quod non debet intelligi, vt primum homo ſit dignus gratia, & poſtea Deus det illi gratiam. Sed ex hoc ipſo quod datur gratia, ſit dignus. Vnde ſimul eſt dignus gratia, & habens gratiam. Iuxta illud Pauli. Dignos nos fecit. Hæc ergo ex parte agentis, uidelicet dei. At ſi loquamur ex parte eius, qui iuſtificatur: dico quod iuſtificati hominis, conſequutio ſcilicet iuſtitiæ atq; gratiæ, præſupponit fidem, ſpem, atque charitatem. Cum enim habet fidem, ſpem, atque charitatem, tunc eſt plenè, iuſtificatus, non antea. Vis uidere? Nā ex probatis ſuperius. Finis iuſtificationis eſt remiſſio culpæ. Remiſſionē autem culpæ, præcedit motus duplex liberi arbitrij, in Deum, & in peccatum. Motus ille non eſt ſine fide, neque ſine ſpe, neque ſine charitate. Accedentem ſiquidem ad Deum, oportet credere, qa eſt, & quod ſit credentibus remunerator. Ecce fides, & ſpes: Deteſtante autem peccatum, oportet primum adhærere Deo per amorem: quia fuga pręſupponit perſecutionem, vt dicebam. Ecce charitas. Ergo à primo ad ultimū, Iuſtificatio dei actiua, eſt prior virtutibus: At iuſtificatio noſtra paſſiua, poſterior. Habet enim, qui iuſtificatur, prius natura uirtutes, quàm iuſtificetur. Colo ſſ. 1. Heb 11.

Si dicas. Ergo antequam iuſtificetur peccator, hoc eſt antequam remittatur ei culpa, dignus eſt remiſſione. Concedo. Sed non antequam Deus illum iuſtificet. Cur enim eſt dignus? Per fidem, ſpē, & charitatē, ſed hęc habet per gratiæ infuſionem, quæ præceſſit peccatoris fidem, ſpem, atque charitatem, atque effecit. Gratię infuſio, eſt iuſtificatio actiua dei: Ex Deo ergo dignus eſt, non ex ſe ipſo. Si dicas modo. Antequam habeat fidem, ſpem, & charitatem, Deus illum iuſtificat, ex dictis. Igitur, & ipſe antequā habeat fidem, ſpē, & charitatem iuſtificatur: contra dicta. Nego conſequentiam: conceſſo antecedente.

Si dicas. Ab actiua ad paſſiuam valet conſequentia. Cōcedo abſolute, ſed non cum ſignorum additione. Nam pater æternus, in primo ſigno originis, generat filium, filius tamen non generatur in primo ſigno, ſed in ſecundo. Valet ergo, Pater generat, ergo filius generatur, ſed non; Pater generat in primo ſigno, ergo filius generatur in primo ſigno.

gno. Et hoc eſt complementum huius
materiæ de Iuſtificatione impij, ad dei
laudem, in qua (ut uetum fatear) diu
laboraui ego, ſed tandem illuxit mihi
Deus, cui ſit gloria ſemper.

Sequitur modo ſecunda ratio, quã
puſilli confortantur, quod nequaquam
fruſtranda ſit ſpes eorum de felicitatẽ
conſequenda. *Preterea.* ἔτι γὰρ *quia
Chriſtus exiſtentibus nobis infirmis, ſecun-
dum tempus pro impijs mortuus eſt, vix e-
nim pro iuſto, quis moritur,* ἀποθανεῖται. *
nanque pro bono forſan aliquis & audet mo-
ri. Commendat autem dilectionem ſuam ad
nos, Deus. Quoniam peccatoribus adhuc no-
bis exiſtentibus, Chriſtus mortuus eſt pro no-
bis, multo igitur magis iuſtificati nunc in ſan
guine ipſius, ſaluati erimus per ipſum ab ira.
Si enim inimici exiſtentes reconciliati ſumus
Deo, per mortem filij eius, multo magis recõ-
ciliati ſalui erimus in uita ipſius.*

Cum enim ex dono Spûs ſancti, pro-
baſſet immenſam eſſe dilectionem, qua
nos proſequitur Deus, & propterea cõ
fidendum eſſe, ut ſaluare nos uelit. Rur
ſus idem probandum illi fuit, ex morte
vnigeniti filij eius, quæ cum Deus om-
nia faciat in menſura, ſola videtur om-
nem exceſſiſſe menſuram. Cum enim
hęc ſit menſura, atq; meta dilectionis,
Ioan. 15. vt quis animam, hoc eſt uitam (hæbraiſ
mus enim, animam pro uita accipere
conſueuit) ponat pro amicis ſuis, hanc
metam ſupergreſſus eſt Deus omnipo-
tens, qui filium ſuum ſibi cõſubſtantia-
lem, carnem factum, pro nobis exiſten-
tibus adhuc peccatoribus, conſequen-
terque tantæ maieſtatis hoſtibus, mori
non modo paſſus eſt, ſed voluit. Ipſe. n.
illum morti tradidit, agnoſcens nanq;
noſtram imbecillitatem, nempe ad di-
uinam pacem obtinendam, miſit filiũ
ſuum, qui pacem tractaret, atque cõpo-
neret, quod ſanguinem fundens inno
xium, effecit. Quos ergo iam concilia-
uit, non ne modo conciliatos ſaluabit?
Pro inimicis Dei filius perire uoluit ne
perirent illi, iam amicos factos, quomo
do perire patietur? Pro extraneis uitã
poſuit magnanimus ille hæros Chriſtꝰ
Ieſus, nunc adoptione filios effectos,
quomodo ab hæreditate reijciet? Pro
impijs ſeruis, pius dominus non dubi-
tauit crucis ſubire tormentum, pijs fi-
lijs non impertietur regnum cęlorum?
Patietur ut diuina ira, in extremo iudi-
cio eos perdat, quos patibulo tam hor-
rendo intercedente moriẽs ſaluare uo-
luit? Putas ne fortaſſe, quod moriens fe
cit, viuens immortalis nequaquam effi
cere ualeat? Nonne eſt morte uita potẽ
tior? Mortuus eſt enim, ex infirmitate, 2. Cor. 13
viuit autem ex uirtute Dei. Si ergo mor
te ſaluati ſumus, quomodo vita nõ glo-
riam conſequemur? Si noſtras qualita-
tes attendis, nos digniores ſumus, quã
fuerimus. Si Chriſtum ſpectas, illius ui-
ta morte efficacior eſt. Ergo ſi nos olim
mors Chriſti ſaluauit indemnes, nunc
multo magis uita Chriſti glorificabit.
Hæc omnia molitur Apoſtolus, ſi diligẽ
ter attendis, à fortiori vtrinque arguẽs.
Si iuſtificati ſumus cum eſſemus impij,
& hoc per mortem Chriſti, iam iuſti fa-
cti per uitam Chriſti, qui amplius non
moritur, (ſedet autem ad dexteram dei
patris immortalis & glorioſus,) glorifi-
cabimur. Maius eſt enim impium iuſti-
ficare, quam iuſtum glorificare. Maius
quidem, non abſolutè, ne decipiaris.
Gloria nanque maior eſt, & dignior gra
tia, igitur glorificatio maior iuſtificatio-
ne, ſed maius proportione: quomodo
dicimus interdum, montem aliquem
eſſe paruum, & granum aliquod ma-
gnum. Plus enim excedit donum gra-
tię, quod in iuſtificatione confertur di-
gnitatem impij, qui iuſtificatur, quàm
donum gloriæ dignitatem iuſti, qui glo
rificatur. Siquidem iuſtus dignus eſt
gloria, impius indignus gratia: ut reſo-
lutè tandem intelligas, ex maiori miſe-
ricordia Dei impiorum iuſtificationem
prouenire: At ex maiore iuſtitia, glori-
ficationem. Ecce ergo rationis apoſto-
licæ exaggeratio. Si Deus, qui diues,
eſt in miſericordia, propter nimiã cha- Eph. 2.
ritatem qua dilexit nos, vt alibi dicitur,
cum eſſemus mortui peccatis, conuiui-
ficauit nos Chriſto, multo magis viuifi-
catos, nũc aſſumet ad participationem
ſupernæ illius hæreditatis regni cęlo-
rum. Id nanq; fuit maioris miſericor-
diæ argumentũ, hoc minoris. Propriũ
eſt autem Deo ſemper miſereri. Miſeri-
cordia enim ſuperexaltat iudicium. Iac. 2.

Et

Et miſerationes eius ſuper omnia opera eius. Et propterea uides, quod Apoſtolus aſcribit impiorum iuſtificationẽ morti, vitæ Chriſti, & iuſtorũ glorificationem. Quia enim uita morte potentior, glorificatio quæ maior eſt iuſtificatione, vitæ tribuitur. Quia tamẽ mors, miſericordiæ diuinæ efficaciſſimum fuit argumentum, illi tribuitur iuſtificatio. At plura ſunt particularius diſcutienda.

Primum illud, quod per parentheſim intelligẽdum eſt. (*Vix enim pro iuſto quis morietur. Nanque pro bono forſan aliquis & mori audet*) Et eſt *Et* pro *Etiam*. Senſus ergo huius eſt. Vix aliquis inueniretur, qui pro uiro iuſto exponere uellet ſponte uitam, quo ille ſaluaretur: Multo itaque minus pro impio. Nam zellus uirtutis urgere ſolet ſuapte natura adeo, vt pro uirtutibus prædito etiã mori uideri graue non debeat. Contrà vero, impiorum uita omnibus odioſa atque abhominabilis eſt. Qui itaq; pro iuſto non moritur, nec pro impio ſponte moreretur. Cogita ergo quanta fuerit dilectio diuina. Nam Dei filius, non pro iuſtis atque probatis uiris ſaluãdis, ſed pro impijs mori uoluit ultro. Exponit autem illud, *Vix*, vix inquit dixi: quia forſan etiam mori aliquis pro bono audet, ſed admodum rari ſunt illi. Non dicit autem moritur, ſed mori audet, quia nullus adhuc inuentus eſt, qui pro ſeruanda alicuius iuſti uita, virtutis amore mortuus ſit. [Ioan. 13.] Petrus quidem dicere Chriſto auſus eſt. Animam meam pro te ponam: ſed tamẽ ancillulæ illius uoce perterritus, dum mori timuit, vitam negauit: [2. Cor. 5.] Adeo quiſque mortem effugit, & uitam appetit. (Nolumus enim expoliari, ſed ſuperueſtiri.) At Chriſtus [Luc 19.] non modo auſus eſt, ſed reipſa mortem pertulit pro uita impiorum. Venit enĩ ſaluũ facere qđ perierat. O ſummã ergo & incomparabilẽ dilectionẽ. Quia aũt potuiſſes inſtare. Tot martyres conſtantiſſimẽ mortẽ obierunt pro Chriſti Ieſu gloria, multoque magis ſi ille fuiſſet in humanis, pro eo ſaluando non dubitaſſent ludibria, uinculaq; & tormenta perpeti, ac demum ſubire mortem. Stringit fortius argumentum Paulus. Illi pro amico redamante mortui eſſent, non eos uis ſanctitatis atque iuſtitię impuliſſet, ſed uis amoris quo amabant, & item amabantur à Chriſto. Commendat ergo, extollit, manifeſtat charitatem ſuam ad nos, quia cum inimici eſſem', reconciliati ſumus Deo per mortem filij eius. Inter homines aliquando legimus, amore alios pro alijs mortem oppetijſſe. At id non ratione iuſtitiæ, ſed ratione amicitiæ contigit. Chriſtus ergo pro iniuſtis, & inimicis moriens, oſtendit incomparabilẽ eſſe ſuam dilectionem, & citra exemplum. Indebite ergo a Deo tantũ dilecti, videamus omnes quãtum illum diligere debeamus. Ille ſuæ uitæ, nos impios præpoſuit. Cur ergo tãto beneficio, nos ipſi ingratitudine vilia queq; anteponimus? Cur pro impijs mortuus eſt pius dominus, niſi ut pium dominum vſque ad mortem diligamus?

Secundum illud eſt. *Cum eſſemus infirmi, ſecundum tempus pro impijs mortuus eſt.* Hoc enim uerbo tollitur magna dubitatio, quam paulo ante poſſe contra Paulum adduci innuebamus. Dixit enĩ Chriſtus. Maiorem charitatẽ nemo habet, [Ioan. 15.] vt animam ſuam ponat quis ꝑ amicis ſuis. Si itaque hæc eſt dilectionis meta, quomodo nunc Apoſtolus dicit, qđ Chriſtus mortuus eſt pro inimicis? Hęc inuicem pugnare uidentur. Poſſet quidem dici, hanc eſſe hominum metam, qui adeo frigidè amant, ut uix etiam vnus inueniatur, qui pro amico mori uelit. At non eſt hęc meta Dei glorioſi, qui totus amor eſt. Deus enim ignis conſu- [Deut 4.] mens eſt. Verum mihi maxime placet paulina hæc declaratio, qua tolluntur ſcrupi omnes: ꝑ inimicis actu, at amicis habitu mortuus eſt Chriſtus Ieſus. Secundum tempus nanq; illud, erant omnes homines inimici: At non ſimpliciter. Amici enim deinde facti ſunt omnes per mortem eius. Mortuus eſt ergo pro inimicis, ſed non tanquam inimicis, at tanquam amicis. Vis uidere? Nã mors ſua, licet ſufficienter omnibus ꝑfuerit, effectualiter tamen illis tantum qui deinde facti ſunt amici, Vnde dice- [Ioan. 17.] bat. Pater, rogo pro iſtis, non pro mundo, ſed pro eis, qui credituri ſunt ꝑ verbum

bum eorum in me. Hi autem coram Deo, qui uocat quæ nō ſunt, tāquā ſint, iam credebant, conſequenterque erant amici. Exitum enim, & terminum vniuſcuiuſque ſpectat Deus, non media, metam non curſum.

Tertium illud eſt. *Reconciliati ſumus Deo per mortem filij eius.* Iſtud enim uidetur excludere declaratione factā. Quia ſi reconciliati ſumus Deo ſimpliciter per mortem Chriſti, ergo iam uerè eramus omnes inimici ſimpliciter, non tātum ſecundum tempus. At tandem reſolue, nos fuiſſe reuera inimicos Dei ex parte noſtra. At Deus ipſe non fuit noſter inimicus, vt oporteret eum nobis reconciliari. Nanque reconciliari, mutationem dicit de inimicitia in amicitiam. Deus autem ab æterno dilexit
Hier. 31. nos. Cum ſcriptum ſit. In charitate perpetua dilexi te. Nos itaque ſumus reconciliati Deo: Sed Deus non eſt reconciliatus nobis. Ab æterno enim amauit quos amat, vel amabit: nec tranſit de amore in odium, vel è contra. At ipſo manente immoto atque immobili, nos ipſi mutamur. Quod non eſt difficilè intelligere. Si columnam ſpectes, quæ immota manens mihi dextra modo eſt, & poſt ſiniſtra. Dextrum enim & ſiniſtrum, in nobis ſunt, non in collumna. Ipſi ergo mutamur, illa uero nequaquam. Quomodo autē reconciliauerit nos Chriſtus per mortem Deo, dictum eſt capite tertio. Quoniam uidelicet, abſtulit peccata noſtra, quibus reddimur inimici Dei, dum diuinæ uoluntati reluctamur: Eccę primus modus. Secundus autem eſt, quia mors ſua fuit ſacrificium Deo acceptiſſimum. Sacrificij autem proprius effe-
1. Re. 26 ctus eſt, vt Deus placetur. Iuxta illud. Si dominus incitat te aduerſum me, odoretur ſacrificium. Cum itaque obtulerit illud pro nobis, nos Deo fuimus reconciliati. Sublata enim odij cauſa, quæ erat in nobis, non in Deo, conſequens eſt, vt mutatio, in nobis non in Deo facta ſit. Et ſi Deus placatus dicitur, eſt denominatio extrinſeca tantū. Nihil enim reale Deo aduenit, quo placatus dici poſſit. Pro his ergo, quos ipſe amicos habebat, mortuus eſt Chri-

Bit. ad Rom.

ſtus, licet ipſi actu inimici eſſent. Neque etenim aliter, verificari poteſt di- Ioan. 3.
ctum illud. Sic Deus dilexit mundum, vt filium ſuum vnigenitum daret. Si enim dilexit, quomodo erant inimici, niſi ex parte eorum tantum? vt dictum eſt. Notate tamen, quod ſecundum illud tempus, cum eſſemus nos inimici Dei, ut ſic, Deus non diligebat nos eodem modo, quo cum facti ſumus amici, dilexit vel diligit. Diligebat nos, vt nos faceret bonos: nunc autem iam factos bonos diligit, vt glorificandos. Et hæc eſt uera dilectio, iuxta illud. Ego diligam eum, & ma- Ioan. 14.
nifeſtabo illi meipſum. Tranſit ergo à modo ad modum dices; ſi non à dilectione in dilectionem. Item. Si ſit una dilectio tantum, eſt tamen alius, & alius modus. Iſte tranſitus in nobis eſt, qui de peccato ad gratiam mutamur, non in Deo.

Si dicas, Dicitur odio habere pec- Pſal. 81.
catores. Reſpondeo. Homines illos quos ab æterno dilexit, dicitur odire cum ſunt in peccato: quia ut ſic, pro illo tempore non diligit nos in ordine ad gloriam. Hæc enim eſt uera dilectio. At diligit eos, vt faciat bonos, & non ſimpliciter odit, quia nō pro fine: nullum tamen etiam ſimpliciter odit, quia quod odit ipſe, non fecit, quæ enim fecit, bona ſunt omnia.
iuxta illud. Vidit Deus cuncta, quæ fe- Gen. 1.
cerat, & erant valde bona. Omnes homines ipſe fecit, ergo nullum odit: at peccatum odit, quoniam illud ipſe nō
fecit: Omnia. n. quæ ſunt, per ipſum fa- Ioan. 1.
cta ſunt, & ſine ipſo factū eſt nihil: peccatum ſcilicet, quod nihil eſt. Peccatum autem ſemper odio habuit, ut omnino uerum ſit, quod ſemel diligit, ſemper diligit; quod ſemel odit, ſemper odit.
Vnde ſi legitur. Iniquos odio habui. Pſal. 118.
intellige tu tantum formaliter, hoc eſt iniquitate, iuxta illud. Deus malorum odit iniquitatem.

Quartum eſt, uarietas illa adiectiuorum, quæ nobis aſcribit Paulus, infirmi, Impij, Peccatores, Inimici. Tu interpretare, Infirmitatem, imbecillitatem vitium, propter peccatum ad conſequendam ſalutem. Sicut enim

Q ægritudi-

ægritudines corporis compagem ſoluunt, vt nihil in nobis remaneat viriũ. Ita animæ morbus, adeò uires ſpiritales eneruat, vt clamare cogatur peccator.

Pſ.4. Miſerere mei, quoniam infirmus ſum. ſana me domine, quoniam conturbata ſunt oſſa mea. Impietatem, rebellionem in Deum, neglectamq; religionẽ, peccatum, omnem mentis inordinatum affectum, inimicitiam, præuaricationem legis, contra ſtatum in quo conditus fuit homo, vt cuncta illi, & ille Deo obediret, ſicque pacem haberet cum omnibus. Vt infirmitas opponatur potentiæ, impietas bonæ uoluntati, peccatum ordini mentis, inimicitia amori Dei: & in hunc modum currat oratio. Potentiſſimus Deus pro nobis infirmis: ſanctiſſimus pro peccatoribus: pijſſimus pro impijs, φιλάνθρωπος pro hoſtibus, mortuus eſt. Nunc ergo factos fortes, pios, ſanctos, amicos, non amabit?

Rom.8. Vt nobis parceret, filio non pepercit: nunc amplius neceſſe non eſt morti tradere filium ſuũ: credemus ergo, quod futura bona cœleſtia non nobis largietur: quæ ut adipiſci valeremus, ſeipſum in mortem tradidit? Hæc ratio certè, ad futurorum fidem aſſeuerandam, & ſpem confirmandam, plurimum efficaciæ habet adeo ut non niſi ſtupidus, & ſenſu carens, illius uim negare poſſit. Quis enim quæſo, de ſalute deſperare de cætero poſſit, cum tam ardenter nos amarit cum hoſtes eſſemus? modo eñ reconciliati ſumus. Quis item ferreus adeo eſt, vt Deo qui per mortem filij ſui nos ſibi uoluit, in gratiam conciliare, rurſus peccatis uelit inimicari, & non potius pijs operibus continenter de reconciliatione gratias agere? Sequitur.

Non ſolum autem, ſed & gloriamur in Deo per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum: per quem nunc reconciliationem accepimus. Et hic eſt vltimus iuſtificationis fructus, quem poſt longam digreſſionem recenſet Apoſtolus, propoſiti non immemor. Referri ergo debet verbum iſtud, ad ea quæ multo ante dicta ſunt.

Rom.4. Videlicet, gloriamur in ſpe gloriæ Dei. Non ſolum autem, ſed & gloriamur in afflictionibus: quaſi per eas ad felicitatem perducendi: Non ſolum autem, ſed & gloriamur in Deo, in præſentiarum, quaſi dicat Apoſtolus. Non modo ſperantes, felicitate illa potiri cum Deo gloriamur. Sed & tanquã iam exiſtentes cum Deo ipſo, & illum in nobis habentes, ipſiq; habitantes in eo, poſtquam per Chriſtum his diebus nouiſſimis illi ſumus reconciliati, per illum ipſum gloriamur. Nam amicus amici, eſt ſemper indiuiduus comes. Tunc etiam adeſt, cum maximè abeſſe uidetur, qui amicus eſt. Nos itaque amici iam facti Dei, cum illo ſumus ſemper. Qui autem adhæret Deo, unus ſpiritus eſt. 1. Cor. 6. Ni mirum igitur ſi gloriamur in eo. O quàm magna nobis, iuſtificationis eſt ratio gloriandi. Quod uidelicet diligamur à Deo, ipſumque nos ipſi uiciſſim ardenter amemus. Quis theſaurus, quod regnum huic comparari poteſt, quòd facti ſimus participes amicitiæ Dei? Hoc regno cęlorum maius eſt, ne dicam quibuſuis terrenis opibus. Vbi enim uerus eſt Dei amor, nihil eſt, nihil inquam eſt, quod videri poſſit inſuaue. Vre, ſeca, plecte, uſti, ſecti, generoſe oĩa perferimus. Ad eam ſolum ſpectantes qua detinemur, diuinam flammam: Omnia ridens, qui Deum toto pectore amat, neque præſentis uitæ aduerſitatibus deprimi, neque proſperis, & uoluptatem habentibus extolli poteſt, aut inflari: Ignes, ferrum, egeſtates, morbi, uincula, mors ipſa ei qui hunc amorem poſſederit, dulcia & grata ſunt. Nihil enim reſpectat, nihil auet, niſi gloriæ huius tam immenſæ magnitudinem. Ar experientia ſola, huius ſancti amoris vim atque efficaciam demonſtrare poteſt. O uitam fęlicem amantium. O lætitiam ſpiritalem. O theſaurum bonorum omnium innumerabilium.

Modo diligeret me Deus, itemque ego Deum ipſum ſancta charitate diligerem, & ipſa inferorum gehenna, mihi ſuauiſſima atque optabilis uideretur. Studeamus ergo omnes huic ſancto amori, qui omnem uoluptatem exuperat, non modo gratia futuri præmij, ſed & propter ipſius amoris diuinam

uinam transformantemque naturam, Huius duntaxat amoris gratia, ſupercę leſtes illas, incorporeaſque poteſtates, felices exiſtimauerim ego, quod à Deo dilectę, Deo in cunctis obſequuntur, potentes uirtute, facientes verbum illius, ad audiendam vocem ſermonis eius. Seraphici illi Spiritus, cur putas angelos, archangelosq; excedant, ſintque diuinæ illi gloriæ uiciniſſimi, niſi quia omnes illos choros ſuperant in amore diuino? O felices illos ergo, qui Spiritus hoſce Deũ ſemper alternis uocibus glorificantes, prænimio amore æmulantur. Fiet enim, ut non modo prope Dei thronum illis conſidere fas ſit, ſed & illum intra eos habere, qui ſedet in throno. O gloriam ſuper omnem, gloriam. Hanc autem gloriam, nemo tollet ab eis. Meminiſſe autem oportet, dictum eſſe ſupra capite ſecundo. Iudæos per legem gloriari in Deo.

Rom. 2. O vanam veſtram gloriationem Iudęi, vult dicere Apoſtolus hoc in loco. Si enim non niſi per Chriſtum conciliati eſtis Deo, quomodo per legem gloriari poteſtis in Deo? Mihi credite, nulla eſt, nec eſſe poteſt gloriationis ratio in Deo ipſo, cui uſque ad Chriſtũ,

Eph. 2. qui in carne ſua ſoluit inimicitias noſtras, ſemper fuimus omnes odioſi. Non ergo iudæus, non teucer, Chriſtianus tantum, gloriari poteſt in Deo, qui noſcit ſe ſe Chriſti ope, reconciliatum fuiſſe.

Habes ergo, omnes Iuſtificationis fructus. Primus eſt Pax. Secundus. Perſeuerantia. Tertius. Fiducia vel ſpes, & gloria in ſpe. Quartus. Gloria in afflictionibus. Quintus. Eſt dilectio noſtra ad Deum. Sextus, Gloria in Deo. En numerus abſolutiſſimus, atque inter perfectos omnino primus: quo dierum numero creatus eſt totus orbis. Vnde Auguſtinus dixit. Numerum ſenarium, fuiſſe primum exemplar in mente ſummi illius opificis, qui numeris iuxta Boetium, vniuerſa ligat. Nolo tamen te latere lector, quod uerbum iſtud.

Non ſolum autem, ſed & gloriamur in Deo, per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum. poreſt conſtrui cum his, quę immediate dicta ſunt. Multo magis reconciliati ſalui erimus in uita ipſius. Textus enim Græcus, non habet *Gloriamur*, ſed *gloriantes*. καυχώμενοι, Eſt ergo ſenſus. Reconciliati ſalui erimus in uita ipſius: non ſolum autem reconciliati, ſed gaudentes, & gloriantes de hac reconciliatione in Deo per Ieſum Chriſtum. Ad hoc enim ſequitur. Vt ſciamus nos eſſe reconciliatos. Ita ergo gloriantes de hac reconciliatione, ſalui erimus. Nemo enim gloriari poteſt de reconciliatione, niſi ſciat ſe reconciliatum eſſe. Qui autem ſcit ſe eſſe reconciliatum, ſcit ſe in gratia Dei eſſe. Ille uero ſpem firmiſſimam habet ſuæ ſalutis, vt ſupra dicebatur. Deinde dicit.

Propter hoc. Sicut per unum hominem peccatum intrauit in mundum, & per peccatum mors: & ita in omnes homines mors pertranſiit, in quo omnes peccauerunt.

Vide, attende, mirare, diuinam hanc Pauli ſapientiam. Dictum eſt, & demonſtratum ex lege, ex prophetis, omnes homines quouis tempore legis naturalis, ſcriptæ, & mediæ, peccaſſe, Deique gloria eguiſſe. Omnes item, nullo delectu perſonarum habito, per Chriſtum Ieſum, iuſtificatos fuiſſe. Apoſtolus ergo, & tanquam optimus medicus, radicem morbi, quo contabuit vniuerſum hominum genus, perquirit, ſcrutaturque tantorum malorum fontem: & tanquam maximus Theologus, myſterium ſimul aperit, cur per vnum Chriſtum, omnis terrarum orbis, diuina gratia ſaluatus ſit, & læſæ illi maieſtati conciliatus. Duas ergo tu, hinc accipe concluſiones. Prima. Adæ peccatum inquinauit omnem poſteritatem: radicis ſiquidem vitiatæ morbus, ad omnes huius arboris ramos, per generationum ſarmenta diffuſus eſt. Ecce fons, ſcaturigoque omnium peccatorum: protoparentis culpa, qui peruaſit omnem terrarum orbem. Secunda. Quoniam uno homine delinquente, diuina iuſtitia, orbis terrarum

damnatus eſt: magna ratione, & diui-
na miſericordia vno homine Chriſto
ſatisfaciente, orbis terrarum concilia-
tus eſt, & ſaluatus. Peccato illius,
mors inualuit, merito huius, vita ſur-
rexit. Vnus Adam terrenus proſtra-
uit omnes: quid mirum ſi unus Adam
Ioan.3. cæleſtis, qui de cælo uenit, & ſuper
omnes eſt, omnes erexit? Regnauit
diabolus, & triumphauit culpa, vel
Adæ offenſa, cur gratia Chriſti non de-
Ioan.14. buit eijci foras, vt vnus Deus regna-
re inciperet? Maior eſt enim Chri-
ſtus, quàm Adam: potentius cælum
quàm terra: copioſior gratia quàm of-
fenſa: meritum delictum ſuperat: mi-
ſericordia quoque Dei, ſuper exaltat iu
dicium: & Deus eſt diabolo fortior:
vita etiam mortem præcellit. Hæc
omnia his uerbis continentur. Tu er-
go ſic lege literam. *Per quem nunc re-
conciliationem accepimus, propter hoc, ſicut
per vnum hominem peccatum in hunc mun
dum intrauit, & per peccatum mors &c.*
Reddit itaque Apoſtolus rationem.
Cur per unum Chriſtum reconciliatio-
nem accepimus vniuerſi: Obiectanti
enim Iudæo, quomodo per unum Chri
ſtum poſſunt omnes gentes ſaluatæ eſ-
ſe, atque conciliatæ. Iudæus enim fuit
Chriſtus, & ex Iudæis natus. Sat fuit,
ſi Iudæos ſaluauit, quomodo illo uno
potuit orbis terræ ſaluari totus? Reſpõ-
dendum eſt, hac ratione ſaluari potuiſ-
ſe, atque reuera ſaluatum eſſe. Sicut &
1. Cor.15 per vnum hominem peccatum in mũ-
dum intrare potuit, & de facto intra-
uit, atque per peccatum mors. Sicut er
go in Adam omnes moriuntur: ita & in
Chriſto omnes uiuificabuntur. Pecca-
tum illud originale, fuit omnibus homi
nibus, qui ex primo parente generan-
tur: Ita hæc Chr̃i gratia, originalis fuit,
& eſt omnibus, qui per Chriſtum re-
generantur.

At hic immorari oportet. Maxima
enim pars omnis gloriæ Chriſti Ieſu,
aque myſteriorum fidei eius ex peccato
originali pendet, & ex effectibus eius:
audeoque dicere cum Auguſtino &
Gregorio. In uanum cruci affixum eſſe
Chriſtum, ſi fabula eſt peccatum origi-
nale primorum parentum. Bellum au-
tem nobis eſt, cum Philoſophis omni-
bus, & cum Pelagianis hæreticis. Hu
mana nanq; Ethnicorum Philoſophia,
& Pelagiana hæreſis, peccatum ori-
ginale non agnoſcit. Philoſophia qui-
dem, quia nec ad primum hominem
aſcendere põt, cuius labe infectũ eſſe
dicimus hoĩm genus, Philoſophi dñt,
Omnes homines ſunt vnius ſpeciei, er
go nihil plus habuit Adam quàm nos,
neque nos minus, quàm ille. Quid igi
tur eſt peccatum originale, quo perdi-
dimus dona primi parentis, etiam ſi
detur primus homo? Secta vero Pela-
gij, quod gratiam diuinã prorſus abij-
ciat, exiſtimans naturam humanam
proprijs fretam uiribus, omnia Dei
præcepta ſeruare poſſe etiam ad inten-
tionem legislatoris, atque uitam æter-
nam promereri. Initio ergo, quid
nomine peccati originalis intelliga-
mus, accipe, antequam arma ſuma-
mus in Philoſophos, & in hæreticos,
vtroſque crucis Chriſti Ieſu hoſtes, &
propterea à nobis, qui iuxta Paulum Gal.6.
gloriamur iu cruce, enecandos. Quid
deinde res ipſa ſit, infra declarabi-
tur. Cum ergo audis Peccatum ori-
ginale, in mentem tibi illico ueniat, de-
fectus quidam, non perſonæ tantum,
ſed naturæ humanæ, qui non modo
pœnæ, ſed culpæ rationem habeat,
quem omnes homines ab origine, a
generatione ſcilicet contrahunt neceſ-
ſariò. Ob id enim peccatum dici-
tur originale, quaſi ab originaria no-
ſtra propagatione contractum. Hoc er
go peccatum, hunc defectum, in nobis
eſſe à ſigno primum Philiſophis, quo
ad poſſumus, perſuadeamus, proprijs
eorũ armis, cum Dauide giganteas il-
lorum machinas proſternentes. Atten-
dite autem quæſo.

In ordine naturæ, tam cæleſtium,
quàm terreſtrium rerum, omnia infe-
riora parent, ſuperiora regunt. Ele-
menta cęleſtibus illis ſpheris mouen-
tur, gubernantur, & aguntur.
Spheræ rotantibus Angelis, (quos in-
telligentias uocant,) perpetuis latio-
nibus, atque regularibus circunferunt.

Secundæ

Secundæ oẽs intelligentię pp primam, quam amant, cuiqúe quoad poſſunt, aſſimilari deſiderant ſuos uoluunt orbes. Ob id rota primi mobilis, inferiores ſpheras naturaliter ſecum trahit ab ortu ad occaſum: cum tamen ſuapte natura, quælibet ęque ab Occidente in Orientem ſit nata moueri. Quere, require ſuperbe Philoſophe, ſi inferior natura ſuperiori unquam dominatur, an ſemper. (vt par eſt) è contra ſuperior inferiori. Anima rationalis altioris eſt, & dignioris naturæ, quàm corpus, Spiritus, quàm caro: ratio, quàm ſenſus: uoluntas, quàm apoetitus. Cur ergo in homine anima non dominatur corpori, ratio non ſenſui, ſpiritus non carni, uoluntas non appetitui? In uno homine hoc monſtrum cernitur, quod plerunque inferiora dominantur, ſuperiora ſeruiunt. Omnes naturæ pacem habent, quia quæ regere debet, regit: quæ regi regitur. Vnus homo ſemper gerit irreconciliabile bellum. Caro concupiſcit aduerſus Spiritum, & Spiritus aduerſus carnem, ita vt non quæcunque volumus, illa faciamus. Homo item Deo glorioſo reluctatur, cui omnis natura paret, terra, pontus, & aer. O monſtrum perpetuum. Redde, redde mihi rationem huius, tu qui rerum naturas inquiris: Ne mihi dicas, ex neceſſitate materiæ id contingit: ſenſibilis enim appetitus in delectabilia mouetur ſemper ſuapte natura, quæ interdum ſunt contraria rationi, & primus orbis, orbeſque ſecundi, ſuapte natura contrarijs motibus mouentur. Attamen, quia ex illis hoc magnum animal colligauit natura, vel Deus, naturæ auctor, fecit, vt & ſecundi à primo ſemper, rapiantur illis etiam non modo non reluctantibus, ſed & moueri cupientibus motu ſupernæ ſpheræ, quæ à primo rotantur motore. Cur ergo ita, non eſt & in homine, quem paruum mundum appellas, ſicut & mundum magnum animal? An diuina prouidentia cuncta regit præter hominem, vt ordinem dederit omnibus rebus, hominem vnicè deſpexerit, vt nonnulli Philoſofaſti impudentiſſimè. dixerunt? Sed quomodo illud uerum erit, quod tu iactas, nos ſumus finis omnium? Indignum enim uidetur, curare uilia, prætioſiora deſpicere. O Philoſophe te conuenio, reſponde mihi, & mecum fatere, præter naturam, hæc monſtra inueniri in hominibus. Quo autem magis omnibus alijs reb⁹, diligit Deus hominem, quippe quia eſt uiuum Dei ſimulachrum atque mũdi miraculum, ut ter maximus ille Hermes dixit, eò melius cæteris creaturis conditus eſt. Et ſi ſeruaſſet in ſeipſo bonum, quod creauit Deus, caro ſpiritui: ſubijceretur Spiritus carnem ſine difficultate in ſeruitutem redigeret perpetuam: ancillaretur ſemper ancilla, & domina ſemper dominaretur. Hoc natura, hoc diuina exigit prouidentia. Pęnale quid ergo eſt, in homine iſta peruerſitas, iſta pugna, non naturale. Si autem pœna eſt, igitur culpa præceſſit. Pœna autem eſt in omnibus hominibus, ergo culpa vniuerſalis eſt, non particularis. Ecce, ecce originale peccatum. Primum hominem non agnoſcis: non te urgeo, agnoſce ſaltem unum quempiam fuiſſe, qui primum peccauit, cuius peccatum ordinem naturalem ſubuerterit. Nam quæ præter naturã ſunt, ęterna eſſe non poſſe, omnis philoſophia clamat. Id autem ſat eſt, pro aſtruenda malorum monſtrorum. origine Nulla mihi crede poteſt aſſignari ratio huius monſtruoſitatis, quæ tam bellè quadret ſicut iſta. Manes ille, Philoſophus magis, quàm Chriſtianus, vt huius pugnę, cauſam inueniret duos Deos confinxit, Spiritum nanque à bono Deo, quem lucis principem appellabat: carnem à malo principe tenebrarum prodijſſe dixit. Origeniani, qui falſo & impiè tanti patris Origenis ſibi nomen vindicarunt, quos manet inferorum cruciatus, platonicis conſentientes magis, quàm chriſticolis, omnes animas, ſimul ante mundi conſtitutionem fuiſſe in cælis conuerſatas, atque in Deum peccaſſe, ob id in pœnam facinorum fuiſſe relegatas ad corpora, vt pugna & contrarietate eorum aſſidua, plecterentur, inaniter fingũt. O chimeras. O anilia deliramẽta.

Gal 5.

Bit. ad Rom.

Non eſt bona pluralitas principatuum. Vnus ergo princeps. Audi Manes. Forma non fit, ſed infit, quare non eſt ante compoſitum cuius eſt, O Græcule, qui Origenis nomen indignè profiteris. Anaxagoras ad ſuum cahos cõfugium habet. Empedocles ad ſuam litem. Democritus ad caſum, ſed indigni ſunt, vt hic à nobis refellantur. Ariſtoteles Philoſophorum omnium, ne Platone quidem excepto, & doctiſſimus, & eloquẽtiſſimus, de more tam eſt anceps & dubius in huius cõcluſionis diſſolutione, (angebat enim etiam ante Chriſti, & Pauli tempora, hæc dubitatio tam grandis, ſublimia illa ingenia) vt non uideatur tutus à contradictione. Nunc enim dicit ſenſualem appetitum natura inclinari ad malum: propterea eum principium motus ueſtigat, vtrunque appetitum ſimul ponit, ob id quod cum ad diuerſa tendant, rationalis ad bonum, ſenſus ad malum, viſus fuiſſet inſufficiẽter cauſam explicaſſe, ſi alterum tantũ indicaſſet. Nunc autem dicit, eum virtutibus moralibus noſtra uoluntate domari poſſe, quãquàm haud facile, cum tamen quæ naturalia ſunt, nulla vi auferri valeant. Nunc dicit, uirtutes morales, actionibus frequentatis acquiri, vt uerè ſint, & dicantur morales: qđ magna temporis mora noſtris conatibꝰ obtineantur. Nunc dicit, felicitatem eſſe Deorum donum, ad quod ſequitur. & ipſas virtutes, quarum operibus politica felicitate beamur, à Deo nobis donari. Quod ſi ita eſt, in noſtra poteſtate non erit pugnam illam tollere, & carnem domare, quod tamen apertè alibi conſtanter aſſeruit: nullum docens eſſe poſſe uirtutis vel uitij rationem, niſi in noſtra ſit poteſtate virtus & uitium.

Qua de re tractaturus de virtutibus, & de vitijs, primum de uoluntario & inuoluntario copioſe egit. Cernis quàm facile ruunt omnia Philoſophorũ fundamenta? Ob id quòd peccatum originale confiteri noluerunt: Ipſa etiam natura, nos omnes vel adiſcere nolentes, id docente, atq; muto quodam eloquio maribus & fœmellis indicãte, hac ratione, quoniam ab incunabulis prona eſt ad malum, difficiliſque ad bonũ: vt illinc freno, hinc calcaribus opus habeat. Quis huic rationi audeat refragari? Eſt, eſt ergo originale peccatum.

Pelagium nunc inſectemur ex ſacris literis, quas ipſe profitetur. Dauid clamat. Ecce in iniquitatibus conceptus Pſ. 50.
ſum, & in peccatis concepit me mater mea. Non poteſt intelligi de peccato actuali matris. Siquidem ex legitimo matrimonio conceptus ipſe, & natus eſt. Oportet ergo uerbum illud ad originale referri, quod hæreditario iure ſeſe contraxiſſe per propagationem teſtat. Iob. 14.
Iobum habetis clamantem. Quis poteſt facere mundum de immundo conceptum ſemine? non ne tu qui ſolus es? De immũditia autem peccati loquitur, quandoquidem præmittit. Et dignũ ducis ſuper huiuſcemodi aperire oculos tuos, & adducere eum tecum in iudicium. Omnino ergo indicat apertiſſimè, aliquam immunditiam contrahære hominem quemlibet, ab ipſa ſua ſeminali origine. Hanc originale peccatũ uocamus. Eſt demũ Paulus noſter, qui in acie ſtat inuictus pro Chriſti gloria. Per inobedientiam vnius hominis, peccatores cõſtituti ſunt multi: Peccatum Rom. 5.
per unum hominem intrauit in mundum, & per peccatum mors. Quid apertius? Quid clarius dicere potuit? At audi quid ſomniarit ille ſuperbus Hereſiarcha, vt naturam defenderet, & gratiam extenuaret. Peccatum (inquit) per unum hominem intrauit in mundum. Quoniam ipſe protoplaſtus malo ſuo exemplo fores aperuit, ianuamque patefecit omnibus delinquendi. Non ergo propagatione peccatores conſtituimur peccato Adæ, ſed exemplo tantũ, & imitatione. O quàm fallax eſt hæc argutulorum hominum philoſophia. Re- Coloſſ. 2.
ctè ait Paulus. Videte ne quis uos ſeducat ſiue decipiat per inanẽ Philoſophiã. Intelligis argutiam Pelagianam? Quomodo illud intelligitur, quod ſupra capite ſecundo ex Eſaia, atque Ezechiele adducebamus. Nomen dei per uos bla- Eſa. 52.
ſphematur inter gentes, occaſione ſcilicet mali exempli a gentibus accepta & data à Iudæis. Vnde illud in prouerbio eſt. A boue maiori, diſcit arare minor. Et Paulus, hac ratione Petrum arguebat Gal. 2.
quod

quod gentes cogeret iudaizare, quia fa-
cile ſubditi prelatos imitantur. Ita ma-
gna ſubtilitate, ſed maiore impietate ſu
perſtitioſus ille Monachus, qui ſapere
uolés pluſquam oporteret, non ſapuit
ad ſobrietatem. Interpretatur nos, pri-
mi parẽtis peccato fuiſſe infectos, quia
illum imitamur, & nõ aliter, illud Oſee
Oſee 6. verbum adduceits. Ipſi ſicut Adam trãſ
greſſi ſunt pactum, ibi præuaricati ſunt
in me. At nec iſta ſubtilitas illum tue-
ri poterit. Ecce ratio. Si imitatione tan-
tum Adam nos ſua labe inquinauit, er-
go non omnes, ſed hi tantum, qui illũ
imitantur, peccato illo polluti ſunt, &
ſordidati: At peccatum illud, omnes ho
mines abſolutè, ſanctos & nõ ſanctos,
vno Chriſto dempto, qui ex ſemine A-
dæ non traxit originem, inquinauit. Er
go alia uia, quàm imitationis, vel exẽ-
pli traducitur peccatum illud ad poſte-
ros. Confirmatur. Baptiſmus, ſecundũ
communem Eccleſiæ ſctę conſuetudi-
nem, quam magnus Dionyſius in Eccle
ſiaſtica Hierarchia dicit ab Apoſtolis di
manaſſe, infantibus recenter etiam na
tis exhibetur, ne ſi eos mori contingat,
Ioan. 3. excludantur à Dei regno. Scriptum eſt
enim. Niſi quis renatus fuerit ex aqua,
& Spũ ſancto, non poteſt introire in
regnum Dei. Nemo autem à regno Dei
excluditur, niſi propter culpam, ergo ſi
pueri non baptizati ad cæleſtia regna
peruenire non poſſũnt, hoc eſt, quia ali
quod peccatum habẽt, quod baptiſmo
deleri piè & uerè Eccleſia credit. Actua
le, non eſt peccatum illud imitatione
parentum, quoniam uſu carent liberi
arbitrij, citra quem nullus actus impu-
tatur ad culpam, ergo originale, eſt ori-
ginaria ipſa propagatione contractum.
Proximi parentis autem peccatum nõ
cõtrahitur, ergo peccatum illud eſt pec
catum protoplaſti. At ut uerum fatear,
mirum profectò, mirum, quomodo ille
hæreticus acerrimo certè præditus in-
genio, tam grauiter in hoc negocio fue
rit hallucinatus. Si enim imitatione tã-
tum, tranſit peccatum unius hominis,
in alios, quærens Apoſtolus radicem
morbi humani generis, debuit inueni
re mulierem, quam primum & Adam
ipſe imitatus eſt, non hominem. Item
non mulierem, ſed diabolum. Ipſe nan-
que primo peccauit, peccareq; mulieri
ſuggeſſit: quo factum eſt, ut malè ſuaſæ
mulieri conſentiens Adam, & ipſe pec
carit. Tertius eſt ergo in peccato homo,
non primus. Quomodo itaque ipſe eſt
princeps mali huius exempli, cũ Apo-
ſtolus in eo ſiſtat: nec mulieris, aut dia
boli ullo modo meminerit? Ad propa-
gationem neceſſario recurrere opor-
tet. Ob id excluditur diabolus, qui tan-
tum imitatione non propagatione
fuit cauſa peccati hominum. Scriptu
ra dicente. Inuidia diaboli, mors introi Sap. 2.
uit in orbem terrarum. Imitantur autẽ
eum, qui ſunt ex parte eius. Mulier au-
tem excluditur, quoniam mulier mate-
riam in generatiõe miniſtrat. At homo
agit. Item, mulier eſt ſumpta ex uiro, vt
ſit quaſi membrum uiri. Ab homine er
go tantum traducitur peccatum, non à
muliere. Hinc Theologi conſentiunt,
Eua peccante, modo Adam non peccaſ
ſet, nequaquam ad nos, culpam origina
lem pertranſituram fuiſſe. Propterea
Apoſtolus. Per unum hominem dicit,
& non per duos, neque per uirum, &
mulierem: quod etiam ex teſtamẽto ve-
teri liquet. Quamuis enim Eua come- Gen. 3.
derit pomum, non agnouit ſe nudam
eſſe, neque erubuit, niſi poſtquam &
Adam comedit illectus ab ea. Tunc eñ
donis quæ prius acceperant expoliati,
in ardores, & concupiſcentias dimiſſi,
erubeſcere cæperunt, ipſam rei indigni
tatem conſiderantes. Sunt & illa duo
loca. Eramus natura filij iræ. Nemo eſt Eph. 2.
mundus à ſorde, neq; infans cuius eſt Iob. 15.
uita unius diei ſuper terram, quæ nulla
ratione torquenti poſſunt, vt ex eis non
euidentiſſimè demonſtretur originaria
labes hominum uniuerſorum, quæ ge
neratione per parentes transfunditur
in filios. Expugnatis autem Pelagianis
& Philoſophis, aduerſus ſciolos nobis
decretandum eſt.

Heus tu frater mi (dicetis ſcioli.) Nũ
quid hoc decet diuinam iuſtitiam, vt
quod ab iniquo parẽte geſtum eſt, hoc
filijs per mille generationes imputetur
ad culpam? Num hoc bonum tibi uide
tur in oculis Dei? O boni uiri, dicite
vos & mihi. Nunquid iuſtum fuiſſet, ſi

ſtum ac difficile præceptum dederat illis Deus, vt uerisimiliter exiſtimari poſſet, illud eſſe uiolandum: Cum enim paradiſus illa omnibus eſſet conſita arboribus, quarum pomis veſci poterant ad ſatietatem: magnum non erat ab una tantum abſtinere. Quis ergo vel mediocris ingenij crediđiſſet, (fœminam quæſo poſt ponamus, ſexu fragilem atque uolubiliſſimam) tantum heroem ſe ſe expoſiturum tanto periculo, vt cum plurimos fructus in promptu haberet ad ueſcendum ſuaues, uiſu quoq; pulcherrimos, illum uellet vel deguſtare, quem dominus tanta comminatione ſub mortis etiam pœna euetuerat? Quæ enim ratio erat, vt infelix ille crederet, infelicior ſuadenti, & infelicius malæ ſuaſæ mulieri à ſerpente, quem etiam ipſe no uerat è cœlo ad inferna fuiſſe deiectum? Si itaque pacto illi inter Deum & Adamum, propter has rationes adeo fauorabiles non dicimur legitima interpretatione conſenſiſſe omnes, cui unquã pacto legitima interpretatione dicetur aliquis conſentire? Vos qui iura, cum pontificia, tum cæſarea profitemini, cõuenio. Quod ergo perdidit ipſe, iuſtiſſimè dicimur & nos perdidiſſe: ſicut qđ obtinuiſſet ipſe ſi ſtetiſſet, diceremur, & nos iuſtiſſimè obtinuiſſe. Intelligis myſterium? At non debuit Deus omnium præſcius futurorum, (dicet inquietus ille,) præceptum apponere protoparenti, quandoquidem omnes nitimur in uetitum. Et poſtquam præceptum dedit, ſaltem debuit Sathanam coercere, ne eum aggrederetur, ſciens quod aliquando uerè dicere poſſet, Præualui

Pſal. 12. aduerſus eũ. Immo illud debuit, iſtud non debuit. Debuiſſe uero Deum cum audis, decuiſſe intellige. Nihil enim eſt quod debeat Deus agere, vel non agere. Eo ipſo enim quo aliquid agit Deus, id iuſtum eſt: eo ipſo quo non agit, iniuſtum. Decuit ergo præceptum apponere, vt intelligeret Adam, ſe ſe ſub poteſtate eſſe, & ſub domino, cui obedire par eſſet. Qui enim accepto mãdato, præcipientem adeo leuiter contempſit, quo non eſſet progreſſus arrogantiæ, quid non peccaſſet, ſi nihil à Deo audiuiſſet, ſi ſe ſub domino eſſe neſciuiſſet? In tot delitijs poſitus, & in tanta ſecuritate, ob tantam licentiam & negligentiam prorupiſſet in deterius, ad ſumma flagitia euaſiſſet, nullo etiam inſtigante, vel tentante, niſi præceptum quaſi frenum adhibuiſſet illi, pijſſimus miſericordiarum Deus. Non decuit autem coercere demonem ne tentaret. Cum enim ſuccumbere tentationi ſit malum, tentari bonum eſt, & magnum bonum. Extollenti enim ſe animæ, & de propria virtute præſumenti, utilis admodum tentatio eſt, ut propriæ infirmitatis experimento elatio comprimatur. Hinc in Eccleſia- *Eccleſiaſtici. 34.*
ſtico legimus. Qui tentatus non eſt, qualia ſcit? Sciebat Deus, quod tentatione deijciendus erat, ſed ſciebat etiã, quod libero arbitrio reſiſtere poterat tentatori. Reliquit ergo eum in manu *Eccl. 15.*
conſilij ſui. Non enim mihi uidetur, magnæ laudis futurum fuiſſe inditium, ſi propterea benè uiueret, quia malè uiuere nemo ſuaderet: cum etiam in natura poſſet, & in poteſtate haberet ſi uoluiſſet, tentanti non conſentire. Magna ergo fuit in peccãdo primorũ parentũ iniquitas, vbi tanta affuit ad non peccãdum facilitas. Adde, quod iam antea q̃ tentaret, miſera illa Eua, neſcio quid ueneni in ſe ipſa conceperat, quod demũ ſuaſa, in os chariſſimi cõiugis euomuit, & ad nos oẽs transfudit. Inquit.n. Auguſtinus, ſecundo ſup Geneſim ad literã. Mulier verbum ſerpentis nõ crederet, niſi iã ineſſet menti eius, amor propriæ ptãtis, & quędam de ſe ſuperba p̃ſumptio. Inditio eſt, quod tria mẽdacia vix eam aggreſſo ſerpẽte, in primis verbis dixit mulier illa ĩprudẽs & ĩproba. Dicẽte.n. ſerpẽte. Cur præcepit vobis *Gen. 3.*
Deus, ne cõmederetis ex oĩ ligno paradiſi? Audi quõ ter mentit. De oĩ ligno, quod eſt in medio paradiſi veſcimur, ſed pręcepit nobis Deus, nè hoc lignũ ſcientiæ boni & mali tangeremus, nè forte moriamur. O filia diaboli. Præcepit ne tangeremus. Eſum, non tactum prohibuit Deus, niſi uerè comediſſent, quamuis conſenſum intrinſecum Sathanæ adhibuiſſent, nihil nobis, aut illis nocuiſſent primi parentes.

Secundo.

Secundo. Ne forte moriamur. Vbi eſt forte in præcepto dei? Quacunque hora comederis, morte morieris. Abſolutè comminatus eſt mortem Deus glorioſus, & mortem ſpiritalē, de qua
Luc.1. Peccatum cum conſumatum fuerit, generat mortem. Et mortem corporis,
Gen.3. de qua. Puluis es, & in puluerem reuerteris. Statutum eſt enim homini tūc
Hebr.9. ſemel mori. Tertio. Pręcepit nob's. Nec tibi datum eſt præceptum, ſuperba mulier, Adæ tātum præcepit Deus. Ex om-
Gen.3. ni ligno paradiſi comede, de ligno autem ſcientiæ boni & mali, nè comedas. Propterea illa ſola peccante, (vt dictum eſt,) nihil inde detrimenti humanum genus conſequutū fuiſſet. Neque enī rationabile uidebatur, penes mulierē, ſummam tantæ rei conſiſtere, quæ ſuapte natura, & vndam & uentum inſtabilitate ſuperat. Vides ergo quod nō fuit irrationabile, tentationi hominem exponere: Et vides, quod Eua potius ſe ſe expoſuit Sathane mentiendo, q̄ Sathanas eam ui ſua deuicerit. Callidꝰ
Ibidem. enim erat ſerpens ille. Cum ergo agnouit eam mentiri tam facile, de uictoria quaſi ſecurus, eam aggreſſus eſt, & per eam hominem quoque deuicit. O arma diaboli mulier. A muliere factum
Ecclesiastici.25. eſt initium peccati, inquit ſcriptura, non à diabolo, & per eam omnes morimur. Adde tu pro his omnibus, quod non decebat tanta dona gratis prorſus collata pro eis, & nobis omnibus, penitus gratis, citra omne meritum conſeruari. Gloria enim maior eſt homini, vt mereatur, quàm ut dono tantum obtineat quod poſſidet. Non eſt autem dignum meritum, ſine alicuius præcepti obſeruantia. Obedientia enim maximè conducit ad meritum. Obedientia uero mandatum exigit, non eſt autem obedientia pulchra, & egregia ſine certamine, quemadmodum nec uictoria ſine agone & pugna. Magno ergo myſterio fuit data lex protoplaſto, permiſſumq; eſt, vt cum Sathana decertaret, quem facile (modo uoluiſſet,) vel leuiter proſternere pro ſe ipſo, & nobis omnibus poterat. Succubuit itaq; athleta ille, & nos in ipſo ſuccubuimus: peccauit, & nos peccauimus: comedit pomum, & nos comedimus, ideſt tanquam eo comedente, & nos ipſi comediſſemus: reatus æternæ pœnæ ad nos omnes peruenit, progenitos ex patre illo iniuſto. In oculis enim magni Dei reputamur comediſſe, & verè cum illo peccaſſe: ſicut & reputati fuiſſemus meruiſſe, ſi ipſe non peccaſſet. Priuatus ergo eſt donis illis quæ dederat Deus, & nos priuati ſumus: imputatur aūt ad culpam ei quod priuatus fuerit, quia fuit priuatus uoluntario eius peccato: ita ergo imputatur & nobis, qui legitima interpretatione dicimur, in eo conſenſiſſe peccato. Iſta itaque donorū priuatio, non abſolutè, ſed vt dignè nobis à diuina iuſtitia, imputatur ad culpam peccatum originale eſt. Cum ipſo ſemine transferenda fuerant in generatione, dona omnia illa parētum noſtrorū, ad nos omnes, non quidem ex ui ſeminis, quandoquidem anima intellectiua non eſt in ſemine: uenit enim deforis, & diuinum neſcio quid eſt, vt & Philoſophi egregij dicunt, ergo nec dona illa ex traduce, neq; ex ſemine dimanare poſſunt, quæ ſpiritualia ſunt, & in anima recipiuntur, ſed ex diuino pacto. Promiſerat nanque omnes ex eorū ſemine dilecto, procedentes, illis omnibus donis inſignire, (quibus ipſos illuſtrarat) ſi in ſobrietate ſtetiſſent. Ita ergo priuatio illorum donorum ad culpā imputata, & imputanda, transfunditur per generationem, non ex morboſa qualitate ſeminis. Nihil eſt morbi magis in ſemine, quàm in ſaliua, vt inquit Anſelmus, ſed ex pacto diuino, quo uniuerſos homines ex ſemine Adę deſcē dētes, expoliare decreuerat, ſi Adā præuaricatus eſſet: quandoquidem eo præuaricante intelligendum erat legitima interpætatione vniuerſos eius filios in ſecula ſeculorum præuaricatos fuiſſe.
Quod autem dixit Iobus. Quis poteſt Iob.14.
facere mundum de immundo conceptum ſemine? Non ita debet intelligi, vt immunditia aliqua peccati ſit in ſemine. Nam ſemen peccati ſubiectum eſſe non poteſt: ſed intelligēdum eſt, peccatum eſſe in ſemine, quando in ſemine eſt anima hominis. Anima uero hominis, non eſt in ſemine, niſi quia ex ſemine

mine

mine traducitur caro vel corpus. Corpore autem concepto, & organizato, infunditur anima à Deo glorioſo. Quia autem ex unione animæ cum corpore ſurgit homo, vel natura humana: propterea natura humana dicitur ex ſemine propagari, & non aliter. Sic quoq; uerificatur dictum illud ſapientum. Sol & homo generant hominem: non effectiua cauſalitate, quandoquidem animam non producunt, quę eſt prima hominis pars, ſed præuia materiæ, corporis ſcilicet præparatione atq; diſpoſitione: tantum ergo virtualiter, vt in inſtrumento remoto. Anima filij eſt in ſemine patris, ita & peccatum originale. Si enim Adam nō peccaſſet, anima corpori cū omnibus illis donis infuſa fuiſſet: & ita natura cum illis fuiſſet propagata. Semen ergo remotè fuiſſet donorum illorum cauſa, in filijs omnibus propagatis. Nunc quia peccauit, anima ſine illis donis infundit. Remotè ergo ſemen dicitur agere ad peccatum originale. Et quia omnis actio eſt à conuenienti: ſicut agit ad peccatum originale, ita dicitur in ſe habere peccati originalis immunditiam: quemadmodum & remotè habuiſſet iuſtitiam originalem. Oppoſita enim ſunt vnius generis: & priuatio & habitus attinent ad idem genus. Si autem intellexeris, quæ dona fuerint illa homini collata: illico, quid peccatum originale ſit ſecundum rem, exactè percipies. Dona autē illa exprimit Salomon vno verbo. Inue-
Eccl. 7. ni (inquit) quòd Deus fecerit hominem rectum, ſed ipſe infinitis ſe immiſcuit quæſtionibus. Quid enim recti nomine, niſi iuſtum intelligere debemus? Iuſtitia nanque, æquitas & rectitudo dicitur. Ecce ergo quod ſcolaſtici dicūt. Iuſtitiam originalem. Iuſtitia autē eſt omnis uirtus: ſicut ergo arbores onuſtas fructibus: cęlum empireum plenum angelis, Solem cū lumine creauerat Deus: ita Adamum inſignem fecerat virtutibus omnibus: pudicitia armatum: temperantia compoſitum: claritate ſplendidum: ſtrenuum fortitudine. Non erant paſſiones in eis, quæ rationis iudicium præuenirent, vel impedirent, ratio erat ſubiecta Deo, uires ſenſitiuæ rationi, & animæ corpus, adeo vt ſine difficultate poſſet, modo uellet, omnia peccata cauere. Rectum eſt enim, vt anima Deo pareat, rationi ſenſus, & corp⁹ animæ, ſiquidem in omni natura, vt diximus contra Philoſophos, hoc reperitur, quòd inferiora ſuperioribus parent. Hoc itaque primo illi homini dedit, nō tanquam priuatæ perſonæ, ſed tanquā omnis humanæ naturæ principio & ſtipiti. Propterea inquit Salomon. Inueni, quod Deus fecerit hominem rectū, non hunc vel illum, primum vel ſecundum, ſed hominem: ſignificans omnes homines in Adam fuiſſe factos rectos, & iuſtos. Illa ergo iuſtitia data eſt Adæ, non pro perſona tantum, ſed pro natura tota. Vnde omnes homines nati fuiſſent cum hac iuſtitia, nullaque fuiſſet in aliquo rebellio carnis & ſpiritus, corporis & animæ. Hinc originalis dicitur, quia futura erat iuſtitiæ origo in omnibus hominibus. Alia pleraq; dona habuit protoplaſtus, ſed defectus eorum non imputatur nobis ad culpam, quia non omnia data ſunt ei pro omnibus nobis, ſed hæc iuſtitia data fuit illi pro omnibus, vt dicatur magis data naturæ, quàm perſonæ, vel perſonæ pro natura. Cum ergo peccauit comedendo pomum illud, quod licet ex genere malum non eſſet, malum tamen erat quia prohibitum: Illico iuſtitiam illam perdidit, & nos cum eo tanquam membra illius. Surrexit itaque quaſi contra naturam, carnis concupiſcentia aduerſus ſpiritum: ita vt & ſanctiſſimus Apo-
ſtolus dicat. Video aliam legem in mēbris meis, repugnantē legi mentis meę. Rom. 7.
Si aliquod aliud peccatū perpetraſſet, non fuiſſet nobis imputatum, ſed illi tātummodo. At ille pomi eſus, & ſibi & nobis fuit imputatus ad culpam, quoniam præceptum illud eo tenore datū fuit, ut ſi ipſe id uiolaſſet, cuncti eius filij qui in eo ſeminaliter erant, hoc eſt non tantum ſecundum corpulentam ſubſtantiam, vel materialiter, ſed tanquam in principio actiuo, uiolaſſe intelligerētur. Non ergo uertendum eſt in para-
bolam, ut optime dixit Deus. Patres comederunt uuam acerbam, & dentes filiorum obſtupeſcūt. Certè enim & nos Hier. 31.

filij,

filij legitima interpretatione dicimur comediſſe cum parentibus uuam acerbam. Quis enim illud ignoret in quo laborat Apoſtolus? videlicet, omnem ecclesiam eſſe tanquam unum corpus, cuius caput Chriſtus eſt: oculi prælati: acti ui manus: laici aures: prædicatores ora? Conſidera ergo Cornelium, nõ vt Cornelius, indiuiduus ſcilicet homo, & ſingulare quoddam per ſe exiſtens: at vt pars eſt iſtius magni corporis, totius ſcilicet multitudinis hominum, quæ dicitur unus homo, cuius ſinguli homines ſunt commembra. Ita quoque Ioannem, Franciſcum, Bernardum, quomodo manum pedem, aurem, non accipis vt formis ſuis organicis diſtincta corpora ſunt, ſed ut unitæ ſimul, una anima vegetantur, ſub unoque capite coaleſcunt, & ſe ſe inuicem iuuant. Hoc pacto tibi conſideranti, ſtatim occurret, quod nemo noſtrum, vt indiuiduus homo, neque directè, neque indirectè peccauit peccato primi parentis: neq; peccat cum generatur. Peccatum enim adeò eſt uoluntarium, vt ſi non ſit uoluntarium, peccatum non ſit. Hinc in Eccleſiaſtico. Ante hominem vita & mors, bonum & malum, quodcunque uoluerit, dabitur ei. Indicatur enim mortem ſpiritalem, quæ peccatum eſt, conſiſtere in uoluntate. Mea uoluntas, vt mea, certè non conſentit de peccato cum generabar à patre, cui dubiũ? Quandoquidem uſum non habet proles cum generatur liberi arbitrij, vt ſingulare quoddam. At quilibet noſtrũ, vt eſt pars humanæ multitudinis, à primo illo morboſo capite propagatæ, quę hominum collectio eſt quaſi unus homo, dicitur uoluntarie peccaſſe, vel peccare peccato illo uoluntate principij, & capitis totius naturæ. Ideo merito & dentes noſtri obſtupeſcunt, pęnam enĩ promeremur. Quemadmodum nanqua ferire gladio innocentem non dicitur peccatum manus, ſecundum quod manus per ſe conſideratur, quoniã ipſa vt ſic, de neceſſitate ab alio mouetur & non uoluntarie: vt autẽ eſt pars totius hominis, & ipſa non eſt ſine culpa. Voluntarie enim mouetur uoluntate totius hominis, qui eam mouet, cuius ipſa pars eſt. Vnde & merito amputatur manus ferienti. Ita peccatum originale cõmune eſt omnibus, & uolontarie ab omnibus perpetratur, non vt ſingulares perſonæ, ſed ut commembra totius corporis miſtici infecti, cuius caput eſt Adam terrenus. Ipſe enim uoluntarie peccauit, propter uoluntatẽ ergo eius, quæ eſt caput noſtrum, dicimur uoluntarie peccaſſe, & ideo manet nos pęna, mors, & maledictio, ſicut & Adam. Hæc eſt tamen differentia, quoniam ille reus tenebatur etiã æterni ſupplicij: nos autem tantum propter peccatũ originale diuina uiſione priuamur. Sola nanque propria uoluntas ardet in inferno.

Ecclesiaſtici 15.

Prælibatis itaque his, quibus aditus patet ad apoſtolica ſenſa, uenio ad Pauli uerba. *Per vnum hominem*, Adamũ, qui verè unus dicitur, quia primus: numerantes enim primum, unum dicim⁹. *Peccatum intrauit in mundum.* Quod inuolutè diximus hactenus, tu ſic explica to. Peccatum multis modis dicitur. Reatus peccati in primis, obligatio ſcilicet ad pœnam propter peccatum, peccati nomen ſortitur. Vnde illud eſt. Secundum multitudinem miſerationum tuarum, dele iniquitatem meam. Hic eſt reatus eſt, qui deletur & dimittitur, ſecundum quod oramus. Dimitte nobis debita noſtra. Et alibi, canit Pſaltes. Beati quorum remiſſæ ſunt iniquitates, & quorum tecta ſunt peccata. Ipſa etiam pęna peccato debita, peccatũ dicitur. Tranſtulit dominus à te peccatũ tuum, idest pęnam in pęnam commutauit. Macula etiam animæ, quæ ſequitur ex peccato, nempe priuatio illius nitoris, quem cauſat oleum gratiæ, de quo dicitur. Vt exhilaret faciem in oleo, dicitur peccatum. Amplius laua me ab iniquitate mea, & à peccato meo munda me. Concupiſcentia etiam ipſa carnis, rebellis ſpiritui, radix peccatorum omnium atque fomes, quæ ut dictum eſt, ſequuta fuit priuationem illam iuſtitiæ originalis, peccatum dicitur. Non iam ego operor illud, ſed quod habitat in me peccatum. Et iterum. Non regnet peccatum in ueſtro mortali corpore. Quomodo enim ſol dicitur calidus, quia

Pſ. 50. Matt. 6. Pſ. 31. 2 Re 12. Pſal. 103. Pſ. 50. Rom. 7. Rom. 6.

quia calefacit, licet uerè non ſit calid⁹:
Ita hæc lex membrorum peccatum di-
citur, quia ad peccatum inducit: Proce-
dit enim ex peccato, licet non ſit pecca
tum, ſed pœna peccati: Et poſtremo pec
catum, dicitur actus ipſe peccati, ut bla-
ſphemare, furari, mechari, occidere.
Pſ. 50. Quoniam iniquitatem meam ego co-
gnoſco, & peccatum meum contra me
Pſal. 31. eſt ſemper. Beatus uir, cui non impu-
tauit dominus peccatum. His omnib⁹
quiſq; modis acceptum peccatum, per
vnum hominē intrauit in mundum.
Reatus primum pœnæ. Hoc eſt enim
peccatum, à quo potiſſimum intelligi-
tur nos liberos eſſe per Chriſtum Ie-
ſum. Iuxta illud quod dixit magnus ille
Ioan. 1. præcurſor. Ecce agnus Dei. Ecce qui
tollit peccata mundi. Et Paulus. Conui
Coloſſ. 2. uificauit nos Deus in Chriſto, donans
nobis omnia delicta, & delens quod
aduerſus nos erat chirographum decre
ti. Nempe hoc chirographum nō aliud
continebat, quàm obligationem pœ-
næ æternæ: pęna etiam ad nos omnes
dimanauit. Similiter, & macula, pro-
pter priuationem illius iuſtitiæ, quo mi
rum in modum nitidi & decori fuiſſè
mus in conſpectu Dei. Vnde & illas
maculas diluit Chriſtus ī ſanguine ſuo:
Fomes quoque ſurrexit in nobis: quo-
niam ordo naturę corruptus eſt & per-
uerſus, dominante plerunque in nobis
carne, & redacto ſpiritu in ſeruitutē,
contra omnia naturæ iura. Licet enim
caro, ſuapte natura diuerſum quid ap-
petat à ratione, & à ſpiritu, quia ſpūs
cæleſtia, caro terrena appetit: ex diuino
tamen munere, fiebat in primo homi-
ne factumque fuiſſet in omnibus, vt ſi-
cut ſecundæ ſpheræ rapiuntur à prima
citra uiolentiam: ita caro traheretur ad
obedientiam rationis: vt non niſi mo-
derate appeteret terrena, nec à cæleſti-
bus prorſus auocaret. Dominabatur
enim diſpotico dominio ratio ſenſui: at
ſublatum eſt hoc donum pręuaricatio-
ne eius. Diſpoticum dominium in Poli
ticum mutatum eſt. Nanque non om
ne dominium perdidit ſpiritus, cùm
Gen. 4. Caino dictum ſit. Sub te erit appetitus
tuus, & tu dominaberis illius, poſt-
quam Adam peccauit. Sed primū om-
nino dominabať, poſtea non prorſus.
Hinc non dř. Sub te eſt appetitus tuus,
& tu dominaberis eius. Sed ſub te erit.
Te ſcilicet adnitente, & tu dominabe-
ris, ſi operam huic negocio dare uolue-
ris. Actus etiam ille commeſtionis po-
mi, quæ peccatum fuit: Fuit nanque in
actu illo inobediētia, ſuperbia, gula, &
furtum, ut doctiſſimi Theologi aiunt,
ad nos ſecundum legitimam interpre-
tationem, vt dictum eſt peruenit. Volū-
tate enim noſtra interpretatiua come-
diſſe dicimur; & reputamur in ſimili-
tudinem præuaricationis Adæ, ideſt ſi-
cut Adam. Propterea enim digni ſum⁹
pœna, quemadmodum & ille: licet nō
eadem prorſus.

Vides ergo, q̄ multiplex pctūm per
vnum hoīem in nos oēs intrauerit. Mū
di.n. nomine homo intelligitur, & hæc
omnia peccata originalia dici poſſunt.
Propter quod Dauid dicit. Ecce in ini- Pſ. 50.
quitatibus conceptus ſum, & in pecca-
tis concepit me mř mea. Et nō dicit. In
iniquitate, neq; in peccato. Hoc nēpe
inſinuās, quod peccatū originale, mul-
ta peccata dici, poteſt: q̄ omnia ad nos
ob infelicem illum, cui mala mens, &
malus animus fuit peruenerūt. Sed cur
Paulus peccatū ſingulariter nominat?
communiter ēt peccatum originale dř,
non peccata originalia. Ne errore dece
ptus intelligas, aliud peccatū eſſe origi
nale, tuum & meum. Eſt nanq; unum
commune omnium, propter unitatem
principij Adæ, in quo oēs hoīes erant.
Et propterea ſubdit. *In quo omnes pecca-
uerunt.* Quod exponi poteſt. *In quo*, ſci-
licet primo homine, & *In quo*, pec-
cato primi hominis. Quoniam pec-
catum hoc, non eſt perſonale, vt di-
ctum eſt, ſed naturale. In natura
autem, omnes homines ſunt vnus ho-
mo. Igitur omnia peccata omnium
hominum, ſunt quaſi unum peccatum.
Peccatum itaque intrauit in mundum,
& bene intrauit, ianua aperta, propa-
gatione ſeminaria.

Habes ergo peccatorum noſtrorum
Genealogiam. Audi effectum peccati
illius primi. *Et per peccatum mors.*
Hic ſiſte, ne nimio zelo accenſus, non
ſecundum ſciētiam à pietate diſcedas.

Mors,

Mors,inquit Apoſtolus eſt pęna peccati,& intellige etiam mors corporis. Tolle culpam, iniuſta eſt pęna. Vbi eſt pęna peccati,ibi eſt & peccatum. Poteſt Deus relaxare pęnam peccati ſua miſericordia,& interdũ peccatum adſit,pęna abſit: ſed quod pęna adſit, & peccatum abſit, hoc derogare uidetur diuinæ iuſtitiæ. Virgo Dei genitrix,ſecundũ nos ita qui vti piè,& uerè ſentire credimus, peccatum originale non contraxit, ergo iniuſte mortua eſt: Quod ſi iuſtè, ergo peccatum originale contraxit. Quid ad hoc? Facilis eſt hæc ratio. Nã in Chriſto fuit pœna mortis, & tamen quoniam de ſpiritu ſancto, ſine ſemine viri,ex muliere ſola genitus eſt, peccatum originale non contraxit. At ne eua das. Peccata noſtra ipſe pertulit, & uoluntate morti ſe ſe pro nobis expoſuit. Ecce quid dices? De omnibus nobis baptizatis, omnes abluti ſumus à peccato originali per fidem & ſacramenta Chriſti Ieſu, & tamen manet nos neceſſitas moriendi. Ecce, Ecce reſponſio deſiderata. Vrget enim omnes hic cauillus. Si Chriſtus Ieſus abſtulit peccata mundi, cur non & pœnas peccati; mortem præcipuè terribilẽ adeo, adeo expaueſcendam? Gloriantur hoc argumento Iudæi omnes, quod arbitrentur
Eſa.25. Ieſum noſtrum Meſſiam non fuiſſe. De illo enim cecinit vates. Præcipitabit mortem in ſempiternum. Ieſus uero mortem non abſtulit, igitur nec peccata lauit. Tu hoc pacto, ſolue nodum. Pęnę quæ ante peccatorũ remiſſionem ſupplicia ſunt, poſt remiſſionem ſunt
Iob.6. certamina atque iuſtorum exercitationes. Iobum habes clamantem. Vtinã appenderentur peccata mea quibus irã merui,& calamitas quam patior in ſtatera, quaſi arenam maris hæc grauior appareret. Arguo ſic.Si iuſtus eſt Deus, quomodo pœna tam incomparabiliter maiore & duriore,illum plecti patiebatur, quàm eſſent peccata ſua? Certè non ad pęnam, uexatio illa & calamitas Iobo data fuit, ſed, vt ex agone uictoria, ex uictoria illi corona texeretur. Ita ergo dicendum. Relicta nobis eſt mors, fames, ſitis, non ad pęnã amplius,ſed ad exercitium uirtutis noſtræ. Afflictio enim patientiam operat: patientia probationem:probatio ſpem, ſpes non confundit. O magnum, pulchrumque myſterium. Si enim decuit iuxta Pauli dictum ad Hębræos, auctorem ſalutis, qui multos fratres erat in Heb.2. gloriam adducturus, per paſſionem cõ ſumari, cur non fuit conueniens, & fratres eius,per mortis agonem, ad beatitudinis coronam peruenire? Maximè autem conueniens in ipſa Deipara virgine. Quo enim erat nobilius Chriſti, Eccleſię capitis membrũ,(optimo nãq; tipo collum eius dicitur in ſacris literis,) eo maxime debuit illi eſſe conformis, vt uere eſſet adiutorium ſimile Cant 7. ſibi. Per mortem itaque peruenit ad Gen.2. palmam, exaltata ſuper omnes angelorum choros, & innixa ſuper dilectum ſuum. Hoc eſt autem,quod Iudaicam Cant.8. latet cæcitatem, ſecundus Meſſiæ aduẽtus: Tunc præcipitabit omnino mortẽ. Configurati enim paſſionibus & morti Chriſti ad gloriam immortalitatis,aſſummemur. Chriſtus nanque primum habuit plenitudinem gratiæ in anima, cum corporis paſſibilitate. Nos ergo cõformiter,primum gratiã adoptionis filiorum, qua adſcribimur ad hęreditatẽ gloriæ immortalitatis recipimus,corpus tamen paſſibile & mortale geſtantes, per paſſionem autem ad gloriam rediuiuæ vitæ immortalis peruenit. Hoc itaque & nobis,qui ſumus membra eius con uenire fas eſt, iuxta illud Pauli. Si filij, Rom.8. & hæredes,hæredes quidem Dei, cohęredes autem Chriſti: Si tamen compatimur,ut & conglorificemur. Vides ergo, quam friuolum ſit argumentum,à morte ad peccatum originale? Nequaquam tamen vllo tempore quiſpiam ue ſtrum negauerit,quin & ipſa virgo ſibi ipſi relicta, quemadmodum & cæteri, peccato illo ſordidata fuiſſet. Humanę enim naturæ ſeminaria origine propagatæ non expers,Ex ſeipſa labem illam naturalem vitare non potuiſſet. Mirum in modum,gloriæ Chriſti Ieſu derogares, ſi aliter (quod abſit) opinareris.At ſi homo ſua ipſius perſonali culpa præueniens obſtare poteſt efficaciæ iuſtificatiõis & gratiæ Chriſti Ieſu, quo minus ſaluetur per eum, qui tamen de cælo

cælo ad terras uenit omnes ſaluaturus: quæ durities, quis liuor nonnullos adegit, ut pertinaciſſime negét, Chriſti donum abſorbuiſſe prçueniendo, natura lem illam ſordem, ut nequaquam contingere potuerit uas illud puriſſimum, ornatum omni lapide prætioſo? Abſit. Abſit hoc à nobis: & non inferamus q̃ſo crimen gloriæ noſtræ. Vt Adæ filiam non inficior, quod oĩno & ipſa cũ reliquis oĩbus meruit immũditia illa, coinquinari. At in ſcripturis ſanctis, non lego eam Adæ filiam, lego eam Dei matrem, de qua natus eſt Ieſus, qui uoca-
Matt. 1. Luc. 1. tur Chriſtus. Lego eam plenam gratia. Aue grãtia plena. Lego eam Dei comitem indiuiduam. Dominus tecum. Lego eam ſingulariter benedictam. Benedicta tu in mulieribus. Lego eam ab omnibus generationibus glorificatam. Ecce enim ex hoc beatam me dicẽt omnes generationes. Lego in ea magna feciſſe eum, qui potens eſt. Quia fecit mihi magna, qui potens eſt. Cum his omnibus, conferens peccatum originale, maculam, reatum, fomitem, pęnam æternam, Dei iram & odium, horret auris pia, & religioſa dicere in matre Dei, quæ inuenit gratiam apud Deum, quæ ſalutem mundo peperit, quam laudant aſtra matutina: cum qua eſt dominus: cui magna fecit omnipotens: hanc tantam, vel per inſtãs labem fuiſſe. Cur putas ſcriptura ſacra taceat patrem Virginis, prætereat, & matrem, ſilentio, natiuitatem, mortem, genealogiam, niſi ut cum loqueris de ea, non loqueris de ea, vt Adæ filia, ſed ut Dei Mater? Sic ẽm de ea loquitur Spũs ſanctus, & non aliter. Nihil habes in ſcripturis de Maria, niſi quod genuit Deum. Et propterea, cum audis omnes peccauiſſe in Adam, nullam memoriam de ea facias, ob reuerentiam filij eius. Decuit enim tantam eſſe matris puritatem, vt ſub
Heb. 7. Deo, maior non modo non eſſe, ſed intelligi nequeat. De Melchiſedech aduertit Paulus. Neque initium dierum, neque finem, neq; genealogiã in ſcripturis commemorari, quoniã ille Chriſti figura fuit, qui eſt Deus ante ſecula.
Pſ. 73. Nos idem aduertimus de beata Virgine in nouo teſtamento. Quære, require, nihil habes apud Euãgeliſtas de Virginis Natiuitate, vel morte, vel uita. Tãtum inquiunt, concepit, & peperit uerbum carnem factum. Non incuriæ, nõ obliuioni id aſcribas, ſed ſapientiæ, ſed arti, ſed myſterio magno. Id enim factũ eſt, ut iam intelligamus hanc gratiam, nempe quod fuit Dei, mater non modo naturam uiciſſe & ſuperaſſe, ſed abſorbuiſſe penitus, redegiſſeq; ad nihilum, adeo ut de gratia hac, tantum illi collata memoria fiat: Nulla autẽ prorſus de natura infecta peccato patris. Plus enim potuit ſingulare priuilegium filij, quàm commune peccatum primi parentis. Naturalis ergo labes illa eam inficere nequaquã potuit: Deo optimo maximo, (merito filij eius,) perſonam matris ut dignum erat, præſeruante.

Et ita in omnes homines mors pertranſijt in eo, quod omnes peccauerunt. Quod in uniuerſum propoſuerat, explicat diſtinctè & particulatim Apoſtolus. Dixerat propter Adæ peccatum, diuina ſententia omnem terrarũ morte mulctatum eſſe orbem. Morte inquam acerba animæ & corporis: proſequitur dicens. Hanc ſententiam executiori fuiſſe demandatam. Quemadmodum enim primi illi parentes meruere, ita factum eſt, vt in omne hominum genus, mors ſua falce pertranſierit: quoniam unos homines peccatum illud protoplaſti conſpurcauerat. Non enim penetrauit mors in omnes, niſi eo quod omnes peccato illo primi parentis peccauerunt. Et ita litera debet legi *ἐφ᾽ ᾧ παντες ἥμαρτον. in eo quod omnes peccauerunt.* Vt reddatur ratio cur moriantur omnes, quia ſcilicet omnes peccatum illud inquinauit. Illud ergo, *Per peccatum mors.* Sẽ Gen. 2.
tentiam reſpicit Dei dicentis. Quacunque hora comederis ex eo, morte morieris. Iſtud. *Et ita in omnes homines pertranſijt.* ad executionem refertur. Non fuit vana diuini iudicij ſententia, vult dicere Paulus. Ab ea enim hora, qua lata eſt, mors peruaſit omnes hoĩes.

At hic eſt difficultas. Pleriqꝫ enim mortui non ſunt, qui tamen ex Adam originaria atque ſeminaria propagatione deſcendunt. Enoch, Helias, atque Ioannes Euangeliſta. Sed quia dicere poſſes,

poſſes, morientur. Stringo difficultatẽ. Illi ſaltem, qui in Chriſti aduentu ad iudicium uiui reperientur, nequaquam peribunt, ſed uiui rapientur in aera obuiam Chriſto in nubibus. Ita inquit
1. Theſ. 4. Paulus ad Theſſalonicenſes prima Epiſtola, capite quarto. Hoc enim uobis dicimus in uerbo domini. Nos qui uiuimus, qui relinquimur, ſimul cum illis rapiemur obuiam Chriſto in aera, & ſic ſemper cum domino erimus. Duo itaque hinc habent contra Paulum hoc in loco. Primum. Quod non ad omnes penetrauit mors. Secundum. Quod inde ſequitur, non ad omnes etiam labẽ illam originalem penetraſſe. Petitur itaq; huius difficultatis ſolutio. Ad quã breuiter reſpondetur. Eodem modo intelligi oportere locum iſtum Pauli, in omnes homines mors pertranſijt, quo-
Gen 2. modo & illum Geneſis. Quacunq; hora comederis, morte morieris. Certè enim Adam, cui hoc dictum eſt, nec ea hora, nec ea die mortuus eſt, qua comedit pomum illud. Vixit enim nongentis & triginta annis. Oportet ergo ſic intelligi. Morieris ea hora, hoc eſt ab illa hora, neceſſitati mortis addictus eris. Ex inſtitutione nanque naturæ, neceſſitatem moriendi non habuit: ſed cũ primum peccauit, fuit obnoxius morti ipſe, & vxor eius. Hic autem reatus mortis ad omnes pertranſijt, ſicut & immortalitas uitæ ad omnes perueniſſet. Vnde audenter dico. Hoc ſpectat ad fidem catholicã, quod omnes homines neceſſitatem moriendi incurrant, præter ſolum Ieſum Chriſtum, qui inquit.
Oſee 13. Ego ero mors tua, ò mors, Morſus tuꝰ, ero inferne. Oppoſitum eſt antichriſtianæ profeſſionis dogma. Quod autem aliqui à morte diuina gratia præſeruentur, etiam cõcepti & nati in peccato originali, hoc non ſpectat ad fidem, neque eſt, contra Paulum. Nam & peccatorum actualium pęnas, poteſt Deus condonare. Contra Paulum eſſet, & contra Fidem catholicam, ſi aliquis homo eſſet non obnoxius morti. Verũ hoc de nullo dici poteſt, immo nec de Virgine Deipara. Ex ſeipſa nanque fuit morti obnoxia tanquam pœnæ, vt dicebamꝰ, licet Deus, filij merito p̄ręuiſo, eam prę-ſeruarit, ne mors illi pęna eſſet. Ita quoque dico, quod omnes ex ſeipſis naſcũtur ſaltem in utero, obnoxii peccato originali, hoc ſpectat ad fidem, & qui oppoſitum diceret, in ſumma hæreſi eſſet. At, quod aliqui præſeruentur, vel non, hoc non ſpectat ad fidem, propterea citra hæreſim, poteſt utraque pars ſubſtineri modo abſit pertinacia & diabolicę emulationis liuor. In his tamen quod pium magis eſt, tenendum cẽſeo. Pro autoritate tamen Apoſtoli, ad Theſſalonicenſes. Caue ne credas ipſum definire, illos morituros non eſſe qui uiui adueniente Chriſto ad iudicium conperientur. Variæ enim ſunt de hac concluſione ſanctorum opiniones, & probabilior eſt fortaſſe, quod omnes ſint morituri, iuxta illud. Quis eſt homo, Pſal 88.
qui uiuet, & non uidebit mortem? Eruet animam ſuam de manu inferi. Et illud. Nemo eſt, qui ſemper viuat. Et il- 2. Re. 14.
lud quoque. En omnes morimur, & quaſi aqua dilabimur ſuper terram. Et illud. Semen non uiuificatur, niſi prius 1. Cor. 15.
moriatur. Illi ergo qui uiui tunc reperientur, crederem quod in mométo morientur, ſed citiſſimè reſurgent. Et ideo, propter modicam temporis intercapedinem, inter mortem & rediuiuam uitam, dicuntur viuẽtes rapi in aera, quaſi nunquam mortui: ſed de hoc aliàs. Nobis enim ſat eſt nunc, quod & illi ſi diuino priuilegio mortem non obibũt, quod non diffinio, non ob id ſequitur, vt ex ſeipſis non ſint mortis rei, immo eo ipſo quo priuilegiati ſunt, quod erant ſub lege oſtẽdit. Priuilegium enim quid eſt aliud niſi iugulatio legis? Vnde quià lege ſuo iure exempti ſunt, priuilegia non requirunt. Omnes ergo homines, uno Chriſto dempto fuerunt, ſunt, eruntq; morti obnoxij. Ab hac eñ lege, nullus eximitur, nec exẽptus eſt, neque etiam eximetur. Ab ea nanque hora qua Adam peccauit, vniuerſi homines, neceſſitatem mortis incurrerũt. Sed, cur ea hora qua peccarunt mortui non ſunt protoparentes, iuxta uerbum domini? Mortui fuiſſent illa hora, niſi inducias mortis obtinuiſſent ex merito agni illius, ex quo fecit illi Deus tunicas pelliceas, vt inquit Moſes. Agni inquam

Gen 3. inquam non materialis. Neque enim
Deus, agnorum excoriator eſt, neq; pel
lium conſarcinator, ſed agni illius, qui
abſtulit peccata mundi, vt dixit Præcur
Ioan. 1. ſor. Chriſti enim merito omnia puden-
Apoc. 5. da teguntur: Ipſe autem occiſus eſt ab
origine mundi, vt optime potuerit te-
gere infelicium illorum parentum nu-
ditatem. Veh enim illis, ſi non eorum
fuiſſent tecta peccata. Sicut & uice uer-
Pſal. 31. ſa, Beatos illos inquit Propheta, quorũ
peccata teguntur. Sequitur.

*Vſque ad legem enim, peccatum erat in
mundo. (Peccatum autem non imputabatur
non exiſtente lege) Sed regnauit mors ab A-
dam vſque ad Moyſen, etiam in eos qui non
peccauerunt.* Quibus uerbis tollit Iu-
dæorum cauillum, & dubitationem.
Initio enim dicebatur. Non omnes re
conciliationem habuiſſe per Chriſtum.
Potuiſſet inſtare Iudæus. Num lege la-
ta in Sinai, per illam non ſumus recon-
ciliati Deo? Minime inquit Paulus. To-
to enim tempore legis, fuimus inimici
Dei. Peccatum nanque originale, quo
primum homines, efficiuntur Dei ho-
ſtes, fuit in mundo ab Adam vſque
ad legem, ideſt quouſque durauit lex.
Ita enim loqui conſueuimus interdũ.
Fuerunt Hunni vſque ad Attilam. Non
vtique vſque ad principium regni eius,
ſed vſque ad finem. Intelligitis? Ita ergo
peccatum originale, non fuit deletum,
vſque ad legem, ideſt, vſque ad finem
legis, vſque ad initium gratiæ, vſque
ad Chriſti mortem. Tunc enim con-
ſummata eſt lex, & incępit nouum te-
ſtamentum, teſtatoris ſanguine confir-
matum. Vis autem tu uidere, quod
peccatum originale erat in mundo, vſ-
que ad legem, ideſt toto tempore quo
lex fuit in uigore ſuo? Ecce. Vbi eſt
pœna peccati originalis, ibi eſt pecca-
tum originale. Mors eſt pœna pecca-
ti originalis, igitur vbi eſt mors, ibi eſt
peccatum originale. Mors autem du-
rauit ab Adam vſq; ad Moyſen, ideſt vſ
que ad legem. Per Moyn ſe enim legiſ-
lator idem intelligit, quem ſupra p le-
Luc. 16. gem. Vnde & illud eſt. Habent Moy-
ſen & Prophetas. Si ergo quouſq; du-
rauit lex Moyſi, mors intrauit in toto
terrarum orbe, ergo peccatũ originale
erat durante lege. Et confirmatur. Nam
mors inualuit, non modo in hoĩes, ſed
& in pueros, qui actualiter nõ peccaue
rant, igitur peccatũ, quod erat in mun-
do, non erat tantum peccatum actuale,
quod hoĩes perpetrabant, ſed erat pec-
catũ originale primi illius parentis, qui
ſibilo ueneno ſi ſerpentis infectus, mor
tiferam hanc peſtem, q̃ ipſe hauſerat, &
cõcepat, in oẽs poſteros trãſmiſit, & ef
fudit, tanquã peccati ſui teſtimoniũ, hæ
reditario iure nobis dimittens. Per legẽ
itaq; nõ modo actualia peccata nõ fue-
re conſumpta, vt ſupra capite tertio di-
cebatur, ſed neque peccatum originale
deleri potuit.

Attende autem diligenter verbum il
lud. *Mors regnauit ab Adam vſq; ad Moy
ſen.* Non uacat myſterio verbum illud,
Regnauit. Certè. n. & nũc morimur oẽs.
Chriſtus itaq; mortem non extinxit pe
nitus, at regnũ mortis omnino abſtulit.
Viuit mors, ſed non regnat poſt Chriſti
mortẽ. Inditio ſunt Martyrum palmæ,
Apoſtolorumq; trophea, candidatæq;
Virginum aureolę. Mortẽ nanq; irridẽ
tes, torquentibus ultro ſe ſe obijciebãt,
& tanq̃ ad epulas inuitati, ad patibula
p ſaxa, p ignes intrepidè currebãt. Iure
aũt uictoria mortis, per Chři mortẽ ex-
tincta eſt. Poſtq̃ em̃ in illum ipſa deſe-
uit, in quo nulla oĩno iura habuerat vn-
quã, iuſtum fuit, & per eum quẽ indebi
tè occiderat, quot quot ei fiderent, ab
eius tyrannide liberarentur. Tunc er-
go iure ſuo proprio regnabat, cũ pœna
erat, nunc pœna non eſt, ideo non re-
gnat. Quid aũt illud eſt, quod dicit. *Pec-
catum autem non imputabatur*, nõ exiſten
te lege. vel *cum lex non eſſet?* Oſtendit
hoc uerbo, differentiam inter tẽpus ab
Adam vſque ad legem, vel Moyſen, &
à Moyſe vſq; ad Chřm. In omnibus iſtis
temporibus peccatum originale erat in
mundo: mors quoque regnabat in pœ-
nam peccati illius. Attamen ab Adam
vſque ad legis lationem, peccatum pri-
mi parentis vix agnoſcebatur, non im-
putabatur nobis tanquam morte di-
gnum, ſed Adæ duntaxat. Mors quoq;
noſtra, non imputabatur ad illius pec-
cati pœnam: morbus aderat, ſed late-
bat: Et eò pernicioſior erat. Aderat

peccati pœna, ſed ignorabatur ſſe pę-
na: propterea ad medicũ, qui ſanat om-
nes infirmitates, non recurrebant, vt
ſanarentur. Credebant mortem natu-
ram eſſe, nó pœnam: propterea ex mor
te ad morbi cognitionem non aſcende
bant. Verum adueniente lege, cępit
agnoſci, quod mors nr̃a primæ tranſ-
greſſionis pęna extiterat. Et ita peccatũ
illud non modo ei, ſed & nobis ad
mortem imputabatur. Propterea & ex
morte, illã primam tranſgreſſionem a-
gnouerunt homines: facilius autem p-
ſpecta plaga, medicinę illi quo ſanentur
adhiberi poſſunt. Lex ergo Moyſi,
hanc utilitatem contulit hominibus. O
iudæe, ne dicas illam incaſſum datam
fuiſſe: non ut per illam peccatum origi
nale deleretur, deſtrueretur que mor-
tis pęna: ſed vt & peccato, & pęna agni
ta, confugium haberét infirmi ad Sama
ritanum illum pijſſimum: illiuſque ſalu
taribus antidotis, mediciniſque ſacra-
mentalibus, & morbus & pœna tol-
leretur. Cautè uero uerbum illud in-
telligo *non imputabatur*. Si enim mors
diuino iudicio, humano generi eſt infli
cta propter peccatum originale: qũo
uerum eſt, quod peccatum originale
non imputabatur? Niſi Deus imputaſ-
ſet ad pœnam Adæ præuaricationem,
omnibus, non regnaſſet mors: regna-
uit autem etiam in infantibus, vt dictũ
eſt, ergo imputabat peccatum, ergo im
putabatur. Non imputabatur itaque ab
hominibus, ſed vtique à Deo. At per
legem cępit imputari, atque agnoſci e-
tiam ab hominibus, cum Moſes in Ge-
neſi tradidit, diuinum fędus, cum Ada
mo, atque illius tranſgreſſionem: pro-
pter quod edocti ſumus, non iure na-
turæ mortem regnaſſe, ſed iure pœnæ,
propter culpam illam ad omnes origi-
naria propagatione transfuſam. Mi-
rũ autem uidebitur uobis, quod mors
corporalis, ſit peccati originalis pœna.
Videtur enim eſſe natura, non pœna.
Quandoquidem in hominis diffinitio-
ne ponitur. Homo eſt animal rationale,
mortale. Quo à Dijs homines ſepa-
rentur, vt dixit magnus ille Philoſo-
phus. Verum, ſi ita eſt. Cur tam dili-
genter cauit Deus, ne primi parentes
de ligno uitæ comederent? Videte (in-
quit) ne ſumant de ligno uitæ, & uiuãt Gen. 3.
in æternum. Ea enim quæ naturalia
ſunt, auferri nequaquam poſſunt.
Non eſt ergo natura, ſed pœna mors ip
ſa corporis. Vnde & ligno uitæ pote-
rant illi, in immortalitate conſeruari.
Propter quod, & ſapientia ligno uitæ Prou. 3.
comparatur, quod immortales faciat ſa
pientes. Lignum uitæ eſt omnibus, qui
appręhenderint eam. In eis nanque
poteſtatem non habet ſecunda mors.
Intellige tamen aliter eſſe immortales
Deos, aliter futuros eſſe immortales Apoc. 2.
beatos, aliter fuiſſe immortales primos
illos parentes. Dij, immortales ſunt na-
tura. Angeli quoque, & corpora,
cæleſtia, ſecundum Ethnicorum Philo-
ſophiam, quoniam materia prorſus ca-
rent, qua unicè res eſſe poteſt & non
eſſe, tanquam ab interiore aluo, Beata
corpora, vel glorioſa, erunt immorta-
lia, qualitatis cuiuſdam ratione, qua
totaliter à corruptione prohibebun-
tur. Ex animæ nanque felicitate, re-
dundabit in corpus ſanitatis plenitu-
do, atque uigor incorruptionis. Adam
autem & Eua, hoc tantum modo fuiſ-
ſent immortales, qui etiam modus, no-
bis omnibus communis futurus erat,
ſi illi non peccaſſent. Deus etenim quã-
dam uim ſupernaturaliter dederat ani-
mæ, vt quandiu ipſa Deo ſubiecta fuiſ
ſet, corpus ab omni corruptione prę-
ſeruaretur. Animæ enim ſuapte natu-
ra immortali, corpus immortale uide-
batur congruere magis: Quia autem
corpus oportebat organum eſſe, con-
ſequenterque compoſitum ex materia
& forma, atq; mixtum, natura immor
tale eſſe non poterat. Virtus ergo me-
rito data eſt animæ diuinitus, qua cor-
pus conſeruare poſſet, ſupra naturam
materiæ corporalis. Gratia itaque, non
natura, corpus erat immortalitatis par-
ticeps. Et hæc eſt ratio, cur non fuit
creatus Adam in paradiſo, ſed extra Pa-
radiſum. Paradiſus enim, locus eſt ma-
ximè conueniens immortalitati. Ne er-
go putaret, ſe ſe natura immortalé eſſe,
quoniam naturale eſt, vt unaqueq; res,
in loco ſibi naturaliter conueniente
generetur, non decuit, vt in paradiſo
plaſma-

plaſmaretur. Tranſtulit autem eum deinde Deus, vt intelligeret diuina gratia, ſe ſe immortalem factum. Propterea, & gratia non natura illi paradiſum conuenire. Veruntamen & non eſt facile ſuſtinere hanc immortalitatem per gratiam. Nam ecce cibo indigebāt. Hac enim ratione dixit illi Deus.
Gen. 2. De ligno, quod eſt in medio paradiſi comede. Cibus autem non alit, niſi qui alitur agat in eum, conuertendo illum in ſuam ipſius ſubſtantiam. Omne autem agens, in agendo repatitur, & conſequenter debilitatur. Patet de uino, cui admiſcetur aqua: debilitatur enim dum in ſeipſum aquam conuertit. Primi ergo parentes tandem debilitati eſſent, adeo, vt ad extremum defeciſſent. Vna uice nanque comedentes, debilitari eos oportebat, adhuc ſecunda magis, magis tertia, & ſic diſcurrendo. Omne autem quantum, finitum, per ablationem quanti finiti conſumitur. Quis dubitat? In naturalibus loquor, non in mathematicis. Reſpondeo tamen ego. Quod illa uirtus animæ, & hoc ipſum præſtabat corpori, vt agendo in nutrimentum, non repateretur ab eo: Propter quod diligenter conſidera. Quod ex ligno uitæ, ſi nihil aliud addas, non poterant in immortalitate perpetuò conſeruari. Nam hæc ratio concludit, quæ adducta eſt. Omne agens, ſcilicet naturale, in agendo repatitur. Oportet itaque dicere, quod immortalitas ex ligno uitæ non conueniebat, ſed ex illa vi animæ lignum illud, vitam longęuam pręſtare poterat, ſed non immortalem. Et ideo Auguſtinus dicit, quod medicinæ modo, hominum corruptionem prohibebat. Medicinæ autem haud quaquam homines immortales facere poſſunt, licet diutius conſeruare eos ualeant. Quod autem dixit Deus.
Gen. 3. Videte, ne ſumant de ligno uitæ, & uiuant in æternum. Accipiendum eſt, ſecundum morem loquendi ſcripturæ ſacræ, quæ diuturna, æterna uocat: maximè autem ea, quæ per mille annorum ſpatium, perdurant. Vſque ad mille annos itaque potuiſſent ligni uitæ eſu, ſine ui ulla quam iam propter peccatum perdiderant, uiuere primi illi parentes: quod ſpatium hebraicè loco illo, Holā dicitur. Holam enim apud Hæbræos non æternum, ſed mille annos ſignificat. Cauitque Deus, ne de ligno illo ſumerent, quoniam & indignum erat, vt ſacrum millenarium explerent ſuper terram, qui terræ & cęli conditorem tam grauiter exacerbauerant. A primo ergo ad ultimum, mors non ex natura condita ſed ex natura peccato deprauata in homines intrauit. Peccatum autem Deus ipſe non fecit, ergo & uerum eſt illud. Deus mortem non fecit, ſed Sap. 1.
impij manibus & uerbis, accerſierunt mortem. Peccatum uero hominis, ex ſathana ſuggerente ortum habuit. Rectè ergo peccati pęna, mors dicitur. A morſu enim ſerpentis, mors nomen accepit. Illud autem. Mors & uita à domino Deo, intrauit à Deo: vt uendicāte, Prou. 18.
mors eſt, at uita ut inſtitēute. Ipſe.n. eſt uitę autor, nō mortis. At quia iuſtus eſt, non poteſt peccantes non vlciſci. Vnde illud eſt. Ego dominus formans lucem Eſa. 45.
& creans tenebras, pacem faciens, & creans malum. Quaſi diceret Deus. Ego dominus faciens pacē ex me, creās malum tibi ex te. Pro peccatis enim tuis, bellum tibi tribuo, quod mereris. Quod & ſi penes me iuſtum ſit, iccircoq; bonum, tibi tamen ex te fit malū: quia non ex me, ſed ex te peccaſti, & pro peccato, tibi creo pęnam, mihi quidem iuſtam, tibi tamen malam. Quomodo enim bellum uincenti bonū eſt, malum, ei qui uincitur. Ita mors quæ eſt præuaricationis vltio, & iuſta eſt iuſto iudici, & mala miſero peccatori. Deinde dicit.

Ad ſimilitudinem præuaricationis Adæ, qui eſt forma futuri. Quod uerbum adeò torquetur, ut nullum magis. Cauſa aūt huius eſt, quia nemo quem uiderim, diligēter cōſideraui, vnde ueniat, & quo tendat. Tu ergo ſcito, quod pēdet ex il- Rom. 5.
lo uerbo ſupra. Per dn̄m noſtrū Ieſum Chriſtū, per quē nunc recōciliationem accepimus. Vt hęc ſit textura. Recōciliationē accepimus p dn̄m nr̄m Ieſum Chr̄m. *In ſimilitudinem præuaricationis Adæ, qui eſt forma futuri.* Et tunc ſequatur, quod declaratum eſt: propter hoc

reconciliationem accepimus, per domi
num noſtrum Ieſum Chriſtum. Sicut p
unum hominem (ſupple Adam,) pecca
tum in mundum intrauit, & per pec-
catum mors. Sic autem uidere eſt, quá
bellè quadret, & undique conſonet tex
tus apoſtolicus, ſine ulla difficultate. Bo
ne Deus, quàm grauiter antiquiſſimi ét
interpretes plerumque hallucinantur,
quia neſciunt rapſodiam facere Epiſto
læ huius. Si tamen dura tibi uidetur
textura iſta. Texe aliter. Mors regna-
uit ad ſimilitudinem præuaricationis
Adæ. Mors enim idolum quoddam eſt
peccati illius, & imago. Aut aliter.
Mors regnauit etiam in eos, qui non
peccauerunt ad ſimilitudinem præua-
ricationis Adæ, ideſt non peccauerunt
actualiter ſicut Adam, ſed tantum origi
naliter ut pueri. Adã ergo (inquit Apo-
ſtolus) fuit forma, ideſt exemplar, ima-
go, typus, figura futuri, hoc eſt Chriſti
Ieſu: non futuri nobis, neq; Paulo, ſed
futuri ipſi Adæ, omnibuſque patribus
ante legem, & ſub lege. De his enim
temporibus, paulò ante loquebat Apo
ſtolus. Illis ergo collatus, futurus erat,
vt nobis iam à mille quingentis annis,
aduenit. Porrò uariæ, & multiplices
ſunt inter Adam & Chriſtum, ſi alterũ
Gen. 2. alteri conferre uoluerimus, ſimilitudi-
nes. Adam ſine commercio coniugali,
Dei manibus plaſmatus eſt. Et Chriſt⁹
diuino flamine couceptus ex virgine.
Adam multi iuga ſapientia repletus eſt,
adeò vt nomina rebus impoſuerit. Et
Chriſtum ipſum, Ioanne teſte, uidimus
plenum omnis ſcientiæ, omnis uerita-
tis. Ex latere Adæ, educta eſt mulier. Ex
latere Chriſti, Eccleſia. Sacramentum
Eph. 5. hoc certè magnum eſt. At nulla harum
rationum intendit Apoſtolus, hanc uni
cè molitur hoc loco. Quum non eſſet
peccatum in mundo citra angelos, per
Adã intrauit, atq; ſuo ipſius pcõ emer-
gẽte morte oĩs uita ĩter hoĩes extincta
eſt. Quum iam nulla eſſet in ũmdo iuſti-
tia, per Chriſtum reuocata eſt, & per
eius iuſtitiam, mortua mors eſt, uita re
uixit. Tranſgreſſio Adæ, uſque ad pue-
ros dimanauit, adeò ut pleriq; in illius
primi peccati pœnam, de vtero ſint trãſ
lati ad tumulum, citra propriam cul-
pam. Iuſtitia Chriſti, & ipſa aduſque
pueros etiam peruenit, vt quamuis
nullo pacto ſalutem ipſi meruerint, è
puris limphis baptiſmalibus, Chriſti
merito ad cęlos perducantur. Caput eſt
Adam peccati occidentis, princeps eſt
Chriſtus gratiæ viuificantis. Contabue
re omnes, Adæ peccato: Salui fiunt om
nes, Chriſti gratia. Terrena ſapuit ille,
qui de terra erat. Cęleſtia iſte, qui de cę
lo venit. Ni mirum ergo, ſi nos ille ad
inferna detrahit: Iſte ad cęleſtia regna
triumphantes euexit. Mortem ille ter-
renus parens, nobis theſaurizauit, cę-
leſtis iſte, rediuiuam vitam comparauit:
Lethale virus in nos omnes effudit A-
dam: Pharmaca ſalutaria vulneribus
noſtris, inſtillauit Chriſtus Ieſus. Qui
generantur ab Adam, vniuerſi pecca-
tores conſtituuntur. Qui regenerantur
à Chriſto, omnes iuſti conſtituuntur.
De ipſius maledictionis fonte, potaui-
mus omnes. De plenitudine item gra- Ioan. 1.
tiæ Chriſti, nos omnes accepimus. Per
lignum deuictus eſt ille à ſathana.
In ligno ſathanam vicit iſte. Vno
ligno, diuinam iram aduerſus ſeipſum
concitauit Adam. Per lignum ſan-
ctæ crucis Chriſti Ieſu, vniuerſas no-
bis omnibus, Deus condonauit of-
fenſas.

Sed non ſicut delictum, ita & donum.
Forma utique eſt Adam Chriſti, pecca-
tum gratiæ, mors uitæ. Adam eſt ſemi-
narium peccati. Chriſtus caput gratiæ.
Peccatum origo mortis: Gratia fons vi-
tæ. Hæc perbellè ſibi reſpondent. Ve-
rum, ne puta Adamum prorſus Chri-
ſto æquandũ eſſe: peccatum Adę, gratię
Chriſti: & mortem uitæ. Infinitum eſt
inter hæc internallum. Super excellit
Chriſtus, & Chriſti gratia, atque uita,
Adamum, peccatum, & mortem. Om-
nis enim imago, ab eo cuius eſt imago,
deficiat, neceſſum eſt. Nec Phidias, nec
Appelles imaginem effingere poſſent
rei uiuæ, quæ exactè omnino illam
referret, aut exprimeret. Abeſſet enim
ſpiritus, vt cuncta alia cedamus ar-
ti, niſi per hiperbolam loqui uolue-
rimus, Statuas caballinas, dicentes
Spiritu nequaquam carere. Itaque
cum protoplaſtus ſit Chriſti imago,

& illius

& illius peccatum gratiæ huius, atque mors uitæ, neceſſe eſt, vt Chriſtus uincat, Adamumque excedat, & gratia peccatum, ac demum uita mortem. Ob id Adæ peccatum in nobis omnibus, Chriſti gratia aboletur. At nemo eſt, qui in Chriſti gratiam ſemel receptus fuit, qui per Adæ peccatum, gratia illa priuari poſſit. Non enim redit peccatum originale, vt conſtat. Si itaque Adam, ſuo delicto potuit adeò Deum irritare, ut uno peccato īfectos, vno iudicio morti addixerit omnes, nonne potentior fuit Chriſtus, ad gratiam obtinendam pro omnibus nobis, atque uitam?

Proſequitur ergo Apoſtolus, oſtendendo (inuolutè tamē de more,) quod plus poteſt Chriſti donum, quàm Adæ delictum. Similitudo ergo eſt, quo ad rem inter hæc, ſed non quo ad modū: vt intelligas proportionem magis eſſe, quàm ſimilitudinem. Quis enim neſciat, gratiam & peccatum, adeò diuerſa & contraria (vt magis dicam eſſe) vt comparari nequeant? Comparatio nāque fit inter res eiuſdem generis: immo eiuſdem ſpeciei athomæ. Hic ergo nō eſt comparatio quo ad ſimilitudinem abſolutè, ſed quo ad proportionem tantum. Proportio autem eſt rerum diuerſarum, cōſimilis habitudo ad diuerſa. Sume exemplum. Serenitas in aere, tranquillitas in mari, diuerſa ſunt: ad diuerſa quoque comparantur, ad aerem illa, hæc ad mare. Verum, habitudo conſimilis eſt. Sicut enim ſe ſe habet tranquillitas ad mare, ita ſerenitas ad aerem. Illa ſanè quies, maris eſt, hæc aeris: proportionalia ergo eſſe dicuntur. Ita quoque florere in pratis, & ridere in homine, proportionem habent. Vnde & metaphora quadam dicimus, Prata rident. Quam enim lætitiam indicat in homine riſus, eandem indicant florentia arua. Inter peccatum itaque Adæ, reſpectu mortis, & gratiā Chriſti reſpectu vitæ, hæc proportio eſt. Nam uti ſe ſe habet peccatum Adæ ad mortem, ita gratia Chriſti ad uitam: nempe vt cauſa ad effectum: licet non omnino æqua ſit vtriuſque ratio, plus enim actiuitatis habet Chriſti gratia in vitam, quàm Adæ peccatum in mortē. *Si enim vnius delicto, multi mortui ſunt, multo magis gratia Dei. Et*, pro *Ideſt*, *donum in gratia*, ideſt per gratiam. *Eſt*.n.*In*, pro *Per*, ſicut & ſupra pluries *Per* pro *In*. *Vnius hominis Ieſu Chriſti in multos abundauit.*

Ecce antitheſis perpulchra. Vnus eſt Adam. Vnum eſt delictum. Vnus eſt Chriſtus Ieſus. Vna eſt Dei gratia illi donata. Si ergo illo, illius vnius delicto, multi mortui ſunt, multo magis huius vnius gratia, multi uiuificantur. Non dixit autem Apoſtolus, viuificantur: parum uidebatur illi, ſi tantum dixiſſet, per vnius Chriſti gratiam nos uiuificari, quemadmodum è contrario, per vnius Adæ delictum mortui ſum: Ideo dixit, *Abundauit*, vel exuberauit. Vt intelligas, alia etiam haberi per Chriſtum quàm uitam: omnem ſcilicet vitam, non unam tantum: omnem autem uitam optimam, ſempiternam, beatam, nullius boni indigam: cum per Adam tantum mors habeatur, & vna mors, non omnis, vt dictum eſt. Quandoquidem peccato originali tantum, debetur pœna illa priuationis diuinæ uiſionis. Actualibus uero, cum illa, etiā pęna ſenſus. Conſidera autem modum loquendi, *Donum per gratiam, vnius hominis Ieſu Chriſti*. ideſt donum, quod nobis largitur Deus per gratiam Chriſti. Quod autem donum eſt hoc? *Eſt* gratia Dei, quam ſupra nominauerat, *Gratia Dei*. Ne enim crederes, ex quo datur nobis per gratiam Chriſti diuina gratia, quod non donaretur, ſed redderetur, uoluit eam donū nominare. Licet enim det per Chr̄m gratia, tamen eſt & donum, non merces. Quare? quia, quod alicui datur citra proprium meritum, licet per meritum alterius, omnino illi donatur, non redditur. Ecce prima ratio. Secunda. Donū eſt gratia, quæ nobis datur per Chriſtum, quia & Chriſto donatum eſt, vt per eum donetur nobis gratia. Neque enim meruiſſet nobis gratiam, niſi donatum eſſet, vt mereri potuiſſet per gratiam illam vnionis diuinæ, & humanæ naturæ, quæ eſt omnis gratiæ principium.

Secundo. Conſidera illud. *Vnius deli-
cto multi mortui ſunt.* Supra dixerat, om-
nes. Nunc dicit multos. Intellige ergo
multitudine hominum, humanum ſci-
licet genus: vt omnino nullus ab Adæ
peccato eximatur. Nullus item à gratia
Chriſti Ieſu. Alia ſimilitudo cum diſſi-
militudine eſt. *Et non ſicut per unum, qui
peccauit, donum.* Quam hoc pacto ex-
plica. Donum Chriſti, vel Dei per Chri
ſtum, non eſt ſicut per vnum, qui pecca
uit. Ideſt non eſt ſimile Adæ peccato,
quod per eum, primo peccãtem, ad nos
omnes dimanauit. Senſus eſt. Non fa-
cit effectum illum donum Chriſti inno
centis, quem facit peccatum Adæ pec-
cantis: ſed oppoſitum. Oppoſitum aũt
vberius atq; efficacius. Quia enim Adę
peccatum, Chriſti gratiæ cõparauerat:
Comparatio autem eſt aliquorũ reſpe-
ctu unius: uoluit Paulus oſtendere, qđ
non eſt propriè comparatio. Quoniam
effectus huius, & illius ſunt alij & alij.
Abſit ergo ſimilitudo: Intelligatur autẽ
proportio. Nam effectus peccati Adæ,
eſt Dei iudicium ad condemnationem
omnium noſtrum, propter illud unum
peccatum. Effectus autem doni Ieſu
Chriſti, eſt omnium noſtrum iuſtifica-
tio. Vide quam diuerſa ſunt hæc, con-
demnatio, iuſtificatio. At iuſtificationẽ
parit ampliori modo Chtiſtus, quàm
condemnationem Adam. Polluti enim
ſumus tantum vno ex Adam peccato,
originaria ſcilicet illa labe. Qui alia pec
cata habent, ſibi ipſis non Adæ adſcri-
bant. At Chriſtus iuſtificat nos, non tan
tum unum delens peccatum, ſed mul-
ta, ſed omnia. Non tantum primam
gratiam habemus per Chriſtum, ſed ſe-
cundam, ſed tertiam, ſed omnes. Qui
iuſtificatur, qui Deo gratus eſt, omnino
totum Chriſto, nihil ſibi ipſi adſcribat.
Gratia enim Chriſti, non modo ab ori-
ginali, ſed ab uniuerſis delictis, quibus
polluti ſumus, iuſtificamur. Ecce Apo-
ſtoli uerba. *Nam iudicium quidem* Dei
videlicet, *Ex vno*, ſcilicet peccato origi-
nali, *in condemnationem* omnium nr̄m.
*Donum autem ex multis peccatis in iuſtifi-
cationem.* Vbi autem dicit multis, intel-
lige omnibus, vt ſupra. Adam itaque
vnius tantum peccati nos reos effecit.
Chriſtus ab omni peccato nos abſoluit.
Et quia mortem regnaſſe ab Adam vſq;
ad Moyſen dictum fuerat: & per Chri
ſtum nouam ſurrexiſſe vitam, pęnes re-
gnum mortis per Adam, & uitæ p̄ Chri
ſtum. Inuenit etiam Paulus ſimilitudi-
nem cum diſſimilitudine. Repetite ita-
que, quod ſupra dictum eſt. Sed non ſi-
cut delictum, ita & donum. *Si enim
vnius delicto mors regnauit*, in omnibus
hominibus, *Per vnum* ſcilicet hominẽ,
multo magis exuberantiam gratiæ, & pro
ideſt *doni iuſtitiæ accipientes, in uita regna-
bunt per unum Ieſum Chriſtum.* Per quem
ſcilicet accipiũt gratiam. Et, ideſt donũ
iuſtificationis eorum. Tribus nomi-
nibus, ut uides Gratiam appellat. Gra-
tiam, quia gratificat nos Deo. Donum,
quia donatur gratis. Iuſtitiã, quia iuſtos
facit homines. Notate autem quomo-
do bellè, dicit excellere, atq; exuberare
gratiam Chriſti. Nam per Adam mors
regnat: per Chriſtum uita non regnat,
ſed homines quod magis eſt regnant in
uita. Melius eſt enim hominẽ ipſum
regnum habere, quàm ſuper eum aliũ
quempiam. Ipſi ergo homines iuſtifica *Apoc. 7.*
ti, regnant cum agno, & agnus Dei
cum illis, vt dicitur in Apocalypſi. Et
hoc vult dicere hic Paulus noſter. Exu-
berantiam autem gratiæ intelligite, gra
tiarum multiplicitatem, quibus qui ue
rè Chriſto incorporantur, abundant.
Non enim eſt vna chriſtianorum gra-
tia tantum, ſed multæ, & uariæ. Primũ
enim, gratiam illam Dei habent, quę eſt
ipſa æterna dilectio, interdumq; dicit
Gratia prædeſtinationis, ſecundũ quod
Deus gratuito, & non ex meritis etiã
præuiſis tantum, aliquos ſibi aſciuit, vel
elegit. Iuxta illud Pauli ad Epheſios. Prę *Eph. 1.*
deſtinauit nos in adoptionẽ filiorum,
in laudem gloriæ gratiæ ſuæ. Secundo.
Habent gratiam, hoc eſt diuinum auxi
lium, quo nos mouet Deus, ad benè uo
lendum, & agendum, iuxta illud. Nõ
eſt nolentis, neque currentis, ſed miſe- *Rom. 9.*
rentis eſt Dei. Et tertio, donum habi-
tuale, quod noſtris mentibus diuino il
lapſu infunditur, quo etiam grati Deo
efficimur. Iuxta illud. Gratificauit nos, *Eph. 1.*
in dilecto filio ſuo. Ambæ autem hę ul-
timæ gratiæ, in operantẽ & cooperan-
tem

tem diſtinguũtur. Reſpectu enim illius effectus, in quo mens noſtra mota eſt, & non mouens, ſolus autem Deus mouens, ut reſpectu bonæ operationis, ſine qua bonum velle non poſſumus, operatio Deo adſcribitur. Effectus, quidem nunquam mobili, ſed motori attribui conſueuit. Secundum hoc ergo, dicitur gratia operans auxilium illud diuinum, quo mouemur, & eſt initium omnium bonorum operum. Reſpectu autem illius effectus, in quo mens noſtra mota à Deo, mouet ſeipſam, uidelicet conſenſus, dicitur cooperans. Iuxta illud. Gratia Dei mecũ. Gratia quoque gratifica, hæc duo nomina ſortitur: quoniam habet duo facere, ſicut omnis alia forma. Largitur enim eſſe gratum, & operationem gratam: ſicut calor dat eſſe calidum, & eſt calefaciendi principium. Inquantum ergo dat eſſe gratum, dicitur operans. Id enim operatur ſine nobis. Inquantum eſt principium operationum, quæ ſunt gratæ, quoniã et à libero noſtro exeunt arbitrio, dicitur Cooperans. Verum huius gratificantis gratiæ, (ut breuiter omnia perſtringamus,) quinq; ſunt effectus. Primus eſt. Vt anima ſanetur à peccato: & tũc eſt grata. Secundus. Vt bonum meritoriè velit. Tertius. Vt bonum quod uult, efficaciter, meritorièq; operetur. Quart', eſt, ut in bono delectabiliter perſeueret. Quintus eſt, vt ad gloriam æternæ vitæ perueniat. Merito ergo nominatur Præueniens, & ſubſequens, iuxta illud. Miſericordia domini præueniet me. Et ſubſequetur me omnibus diebus vitæ meæ. Incipiens quoque & proficiens, ac perfecta vel conſũmata, iuxta illud. Qui cępit in nobis opus bonũ, ipſe & perficiet. Hæ enim gratiæ non ſunt diuerſæ, ſed una gratia tãtum hæc omnia nomina ſortitur. Nam ſecundũ quod cauſat primum effectum, dicitur Præueniens, reſpectu ſecundi: Et cum cauſat ſecundum, eſt ſubſequens, reſpectu primi, Præueniens reſpectu tertij. Ita cum bonum uolumus, gratia dicitur incipiens: cum efficaciter operamur opera meritoria, dicitur Perficiẽs. cum perſeueramus, & regnum attingimus, Perfecta. Gratia enim, quæ hic

1.Cor.15 · Pſ.58. · Philip.1

incipit, in patria perficitur, ſicut & charitas, iuxta illud. Cum uenerit quod perfectum eſt, euacuabitur quod ex parte eſt. Mitto autẽ gratias gratis datas, quoniam ille non dantur, vt homo placeat Deo, & iuſtus ſit coram illo: ſed poti', vt ad iuſtificationem, & ſalutẽ alterius cooperetur. Sicut dixit Apoſtol' ad Corinthios. Vnicuique datur manifeſtatio ſpiritus ad vtilitatem, ſcilicet aliorum, ſicut Prophetia, genera linguarum, interpretatio ſermonum, gratia ſanitatũ. Gratiæ enim dicuntur hæc dona, & gratis datæ, quia ſunt ſupra facultatem naturæ. Conceduntur etiam ſupra meritum perſonæ. At non dicuntur gratificæ, quia non faciunt gratos Deo. Vides itaque, quàm multis gratijs fulgeant illi, qui iuſti ſunt dono Chriſti Ieſu, corã diuina illa maieſtate. Cõtra uero, quos Adam pollutos reddidit, uno tantum peccato ſordidauit. Eſt itaque incomparabiliter excellentius Chriſti donum, quàm Adæ delictum. Cauſa enim illa potentior eſt, cuius effectus eſt fortior: Effectus gratiæ Chriſti fortior eſt, quã delicti Adæ, ex dictis. Quare &c. Concludit ergo Apoſtolus.

1.Cor.13 · 1.Cor.12

Igitur, ſicut per vnum delictum in omnes homines in condemnationem. Supplendũque eſt, (ni fallor,) mors pertranſijt, uel regnauit. *Ita & per vnam iuſtitiam in omnes homines in iuſtificationem uitæ.* Supplẽdum eſt, gratia vel uita pertranſijt. Et litera patet. Poteſt etiam ſic legi: ſicut per vnum delictum in omnes homines diffuſum, ſententiam tulit æquiſſimus ille iudex Deus in condemnationem vniuerſalem. Ita & propter vnam iuſtitiam in omnes hoĩes diffuſam, ſententiauit Deus in iuſtificationem vitæ uniuerſalem omnium, ſcilicet hominum.

Sed hic ſunt magnæ difficultates ſuper omnibus, quæ hactenus dicta ſunt. Primo enim. Quomodo uerum eſt, qđ peccatum originale erat in mundo, ab Adã vſq; ad Moyſen? ablatum eſt autẽ per Chriſtum Ieſum. Namq; quomodo fuit tunc in mundo, eſt & nunc, eritq; ſemper vſque ad finem mundi. Tunc enim ceſſabit generatio: Quare nõ mirum ſi & peccatum originale. Quouſque autem ex ſemine generabuntur

homines, cum peccato naſcentur originali. Si dicas. Baptiſmo aufertur ex fide Chriſti. Non contradico. Sed & tempore legis, eadem fide, quam Circuncifio proteſtabatur, tolli poterat labes illa, tollebaturque reipſa. Non itaque verum eſt, quod toto tempore legis, ſine remedio durauerit.

Si iterum dicas. Remedium illud nõ erat ſine Chriſto. Admitto. Sed quid plus nouiſſimè præbuit, Chriſtus adueniens, quam olim uenturus? Nihil prorſus. Quandoquidem ſicut & tunc naſcebantur cum peccato originali homines per eum, qui mundari poterant: ita & nunc. Sicut etiam tunc, qui moriebantur in peccato originali, in æternum diuina uiſione carebãt: ita & nũc. Quid ergo profuit ad expiãdum peccatum originale Aduentus Chriſti?

Item. Concupiſcentia manet in baptizatis, ſicut in non baptizatis, quæ eſt tanquam reliquiæ peccati originalis. Hæc fidem faciũt, quod incaſſum Chriſtus aduenerit. Venit autem, vt auferret peccatum primi parentis, non abſtulit tamen.

Secundo. Quomodo eſt excellentius Chriſti donum, quàm Adæ delictũ? Nã Adã ſuo delicto perdidit omnes homines, nullo homine dempto, niſi Chri-
Matt.20. ſto, qui eſt Deus & homo. Chriſtus ſua gratia non omnes ſaluauit, ſed paucos quoſdam. Multi enim ſunt uocati, pauci electi. Vnde ipſe dicebat. Filius homi-
Mar.10. nis, uenit animam ſuam ponere in redẽ ptionem pro multis: Non dixit pro om-
Eſa.53. nibus. In Eſaia quoque legimus. Ipſe peccata multorum tulit. Item. Chriſtus
Mar.14. in cęna. Hic eſt calix qui pro uobis, &
Luc.22. pro multis effundetur in remiſſionem peccatorum. Et confirmatur. Vix enim ex tribus mundi partibus, vna Chriſto credit, vt uideatur plus in terra regnare diabolus, quàm Chr̃s. Interq; Chriſtianos etiam uidemus, quantum pręualeat iniquitas. Lõge igitur excedit Adæ peccatum Chriſti gratiã. Tẽpore quoq; antichriſti, maximè exercebit ſuã ptãtẽ contra Chriſtum diabolus, in ſignis, &
2.Theſ.2. prodigijs mendacibus, & in omni ſeductione iniquitatis, adeo vt in errorẽ trahendi, ſint ſi fieri poteſt etiam electi.

Quõ ergo exuberat Chr̃i donum? Fortius. Infantes nondum nati ex utero, Adę peccato interdũ in utero moriunt: nullus horum gr̃a Chriſti Ieſu ſaluatur. *Matt.24.*
Quãdoquidem, niſi quis renatus fuerit ex aqua & ſpũ ſctõ, non introibit in regnum cęlorum. Amplius. Oẽs qui ex Adam deſcendunt, generãtes filios, generant eos Adæ pcõ pollutos. Baptizati uero, non generant ſuos filios in gr̃a Chriſti, ſed & filij omnes chriſtianorum naſcuntur, cum peccato originali, ſicut filij Iudæorum atque Turcarum ergo longè ſuperat delictum Adæ, Chriſti gratiam. *Ioan.3.*

Ad has ergo difficultates, reſpondẽdo ad primam, dico. Quod Chr̃s nos liberauit à peccato originali cauſaliter, id eſt inſtituens cauſam noſtræ liberationis, uidelicet Baptiſmum. Cuius uirtute, nedum originale peccatum, ſed etiã reatus illius peccati dimittitur. Quod nunquã factum fuit, niſi poſt Chr̃i mortem. Pœna enim peccati originalis, eſt carẽtia diuinæ uiſionis. Reatus, eſt obligatio ad illam pęnam. Ab hoc itaq; reatu, nec ſancti patres ueteris teſtamenti fuerunt abſoluti, niſi cum Chr̃s re ipſa deſcendit ad inferos. Erant.n. à gloria vitæ æternæ excluſi, ſicut & Adam eiectus fuerat à paradiſo, & non patebat il lis aditus ad regnũ cælorũ, nec unquã patuiſſet, niſi Chr̃s eos eduxiſſet. Vnde
per Zachariam dicitur. Tu uero in ſanguine teſtamẽti tui, eduxiſti uinctos de lacu in quo non erat aqua, hoc eſt refri- *Zach.9.*
gerium. Et Paulus. Expolians principat⁹ & ptãtes infernales, ſcilicet auferendo Iſaac, & Iacob, & cęteros iuſtos, tradu xit eos, ideſt longè à regno tenebrarũ, duxit ad cęlos. Ecce ergo breuis dilu cidatio dubij, & declaratio Pauli. Ante Chr̃i aduentum, durauit peccatũ origi nale ſemp quo ad reatum, licet per circuncifionẽ, modo quo dictũ eſt, deletũ fuerit, quo ad culpam. Longe itaq; plura nobis præſtitit Chr̃s adueniens, quã uenturus. Tm̃ abeſt, vt incaſſum aduenerit, quandoquidẽ nullus poterat paradiſum illum cæleſtem ingredi, nõ ſoluto noſtræ redemptionis pretio. Solutum eſt autem Chriſti morte. Vnde Pau *Coloſſ.2.*
lus, Habemus fiduciam in introitu ſan- *Hebr.10.*

ctorum,

Num. 35. ctorum, ſcilicet cæleſtium, in ſanguine Chriſti. Quod & figuratum fuit in Numerorum libro. Vbi dicitur, quod exules non poterant in domum ſuam introire, niſi ſacerdos magnus, qui oleo ſancto vnctus erat, non moreretur. Ipſe autem ſacerdos magnus eſt, cui collati omnes, exigui ſunt. Vnxitque illum Deus, oleo inuiſibili gratiæ, quod deſcẽ

Pſal. 132. dit ab eo in nos omnes, tanquam à capite in barbam, barbam Aaron. Nemo autem miretur, quod dixi, peccatũ originale primum fuiſſe deletum, quo ad culpam, non quo ad reatum. Nam & in ſacris literis inuenimus, tolli culpã, non tolli reatum. Dixit enim Natham

2. Re. 12. ad Dauid. Tranſtulit dominus à te peccatum tuum, non morieris, veruntamẽ quia blaſphemare feciſti inimicos nomen dñi, filius, qui natus eſt tibi, morte morietur. Punitur ergo aliquis etiam, poſteaquam illi pepercit Deus. Remittit ergo reatus, ablato peccato. Hic itaque reatus peccati originalis, nunquam ablatus eſt, niſi per Chriſti mortem. Vnde qui baptizantur nunc, ſtatim euolant ad regnum cælorum, vel baptiſmo ſanguinis, vel fluminis, vel flaminis.

Quod dicebatur de concupiſcentia. Nihil eſt. Nam ſupra docuimus, quod concupiſcentia non eſt peccatum, ſed pœna peccati, non tollenda quouſque vniuerſum hominum genus liberetur,

Rom. 8 per reſurrectionem à ſeruitute corruptionis, in reuelationem gloriæ filiorũ Dei, vt dixit Paulus nr. Verum hæc eſt differentia. Ante Chriſti aduentum, pęna erat, & in pęnam relicta: nunc pęna eſt, ſed in medicinam relinquitur nobis oĩbus. Quis. n. ignorat, etiã apud Morales Philoſophos, pęnas eſſe quaſdam medicinas, vel illi qui patitur, vel alijs, qui eum uident perpeti, proficuas? Patientem enim præſeruant à culpa, vel ad virtutem promouẽt. Aljs uero, ſunt exempla bene uiuendi: atque etiã documenta, vt vnus pro alio interdum ſatisfaciat. Concupiſcentia itaq;, ad exercitium noſtræ virtutis, itemq; ut nobis profit ad medelã, relinquitur. Quo fit, vt inter Chriſti aſſeclas, hi qui ſanctitate maximè excelluerunt, cõcupiſcentiæ aculeis grauiſſimè pũgerentur. Inditio eſt Paulus, qui de ſeipſo dicit. Ne magnitudo reuelationum extollat me, 2. Cor. 12

datus eſt mihi ſtimulus carnis meæ angelus ſathanæ, qui me colaphizet: propter quod ter dominum rogaui, ut tolleretur à me, reſponſumque audiuit à domino. Sufficit tibi gratia mea. Nam virtus in infirmitate perficitur. Et quid miraris, ſi concupiſcentiam dico eſſe medicinam? Quandoquidem & Paulus noſter docet, peccatis interdũ peccata mederi. Quis hoc crederet adeò mirabile, vt niſi Paulus id diceret, (cui uera ſemper dicenti: contradicere nefas eſt), incredibile eſſet? Nouimus omnes, à ſathana veniſſe primum peccati initium. Et tamen Apoſtolus tradidit quendam ſathanę, vt diſceret non blaſphemare. Ecce opus ſathanæ, ſathanæ opere excluditur. 1. Cor. 5.

Nun non uidetis, quod calores caloribus curantur? calores, febrium, caloribus medicinalibus. Venenis etiam venena pelluntur: dolores auferuntur doloribus: atque ignes ignibus extinguuntur. Ni mirum itaque, ſi hac ratione deſerit aliqñ Deus hominem, atq; ad tempus deſtituit, ut ſathana ſuggerente in præceps uitiorũ labatur: tandemque confundatur, & i ſeipſo erubeſcat: medicumq; ſupplex efflagitans, illius ope ſanetur, ſciatque eius eſſe quod peccet, ſed nõ niſi à Deo procedere poſſe, vt liberetur. Non eñ homo eadem poteſtate ſanatur, qua po teſtate uitiatus eſt, & corruptus.

Ad ſecundam dubitationẽ. Firmiſſimè tene, & nullatenus dubites, qđ locus iſte Pauli concludit & demõſtrat cõtra Neotericos hoſce Prædeſtinatores, ut ita dicam. (licet enim fingere nomina) qui aſſerunt Chriſtum ueniſſe tantum pro Prædeſtinatis, Chriſtique mortem iuuare tantum prædeſtinatos. Reſponderi non poteſt huic argumentationi, frigidè Aquilo. Si ita eſt. Ergo efficacius eſt Adæ delictum, quàm Chriſti donum. Nam per Adam, pereunt omnes, Per Chriſtum non ſaluantur omnes. Nulla ratione euadi poteſt. Si enim dicas. Omnes qui ſaluantur, per Chriſtum ſaluantur. Frigida, ineptiſſimaque eſt declaratio.

Nam

Nan duo de Adam dicuntur.Primum. Omnes pereunt, & pereunt per Adã. Neceſſe eſt,te,uelis nolis, hæc duo de Chriſto aſſeuerare.Omnes ſaluantur, & per eum ſaluantur. Non poſſet quiſpiam ineptire magis doctoribus hiſce, qui ut hunc locum detorqueant, exemplum illud adducunt Auguſtini. Sicut(inquiunt) vno literarũ magiſtro in vrbe conſtituto, rectiſſimè dicimus omnes: Iſte hic literas docet. Non quia omnes ciues literas diſcant,ſed quia nemo addiſcit,niſi quem ille docuerit. Ita omnes uiuificantur per Chriſtum,quia nemo iuſtificatur, vel ſaluatur niſi quẽ iuſtificarit,aut ſaluarit Chriſtus.O ineptiſſimam ineptiam. Ego pare interpretatione interpretabor. Omnes in Adã peccauerunt, hoc eſt, illi qui peccauerunt, excipiamque quotquot mihi à labe illa uidebuntur. Quod ſi torqueri non poteſt locus iſte, Omnes in Adam peccauerunt, vt aliter intelligatur, quã generaliter ad omnes perueniſſe ſine delectu, labem primi parentis: Ita nec iſta ſecunda pars ſimilitudinis: Omnes per Chriſtum uiuificantur, torqueri poteſt, quo minus intelligatur,Chriſtum omnes abſolutè & indiſcriminatim uiuificare. Sunt alij, qui dicunt.Exponendũ eſſe locum iſtum,pro generibus ſingulorum,non pro ſingulis generum. Quia ſcilicet de ſingulis generibus,atque hominum differentijs aliqui per Chriſtum viuificantur. Aliqui nobiles, aliqui pauperes, aliqui ſenes, aliq iuuenes,aliqui doctores, aliquæ meretrices,aliqui monachi. Licet non ſinguli homines in his generibus, vel differentijs conſtituti. Sed abſit & hæc expoſitio à loco iſto. Hæc prima pars. In Adam omnes moriuntur,nõ poteſt exponi pro generibus ſingulorum tantũ, ſed pro ſingulis generum eam exponi oportet. Igitur & hanc ſecundam partem.Per Chriſtum omnes viuificantur, ne tñ Apoſtolum, in æquiuocatione laborare dicamus. Expone ſi ita placet
Ioan.1. locum illum. Erat lux uera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum.Illum quoque, Deus vult omnes homines ſaluos fieri. Non
1.Tim..2 vrgeo,Non contradico.Hic locus certè irrefragabilis eſt, & gloſam non recipit citra hiperbolam,& citra expoſitionem. Verum eſt. Omnes homines ex Adam ſordem contraxiſſe, citra hiperbolam, ergo,& citra expoſitionem,uerum eſt. Omnes homines per Chriſtũ ablutos eſſe,atque iuſtificatos. Ad hęc faciunt pleraque ſcripturarum teſtimonia.In primis, locus ille Pauli. Charitas Chriſti vrget nos. Exiſtimantes hæc, 2.Cor.5.
quoniam ſi unus pro omnibus mortuus eſt, ergo omnes mortui ſunt,& pro omnibus mortuus eſt Chriſtus, vt qui uiuunt,iam non ſibi uiuant, ſed ei qui ꝓ ipſis mortuus eſt. Audis Apoſtolum cohortari, vt omnes Chriſto viuant nõ ſibi:hac ratione, quoniam pro omnibus mortuus eſt. Vt intelligentes omnes ſe ſe à morte ad uitam per Chriſtum reuocatos, animaduertant,fuiſſe illi non ſibi ipſis uiuẽdũ eſſe.Friget hæc ratio ſi ꝓ prædeſtinatis uiuificandis tantum mortuus eſt. Illi enim vni tenentur viuere Chriſto, non cæteri qui è numero non ſunt prædeſtinatorum. Quod ſi omnes tenentur iuxta Paulum, pro omnibus ergo mortuus eſt, omnes ergo uiuificauit. Eſt & illud.Proprio filio non peper Rom.8.
cit Deus,ſed pro nobis omnibus tradidit illum. Illud aliud. Qui eſt ſaluator 1.Tim.4.
omnium hominum, maximè autem fidelium. Rogo mihi interpretare verba iſta, ſi ad prædeſtinatos tantum attinere poſſunt: cum diſtinctionem ponat inter omnes, & fideles. Saluator(inqt) eſt omnium hominum,maximè autem fidelium. Secundam partem potes ad prædeſtinatos torquere,ſed primã,quo modo peruertes? Ioannes quoque ait. Ipſe eſt propitiatio pro peccatis noſtris, 1.Ioan.2.
non ſolum autem noſtris, ſed & totius mundi.Eſt & ratio efficaciſſima.Cauſa.n.reſurrectionis corporalis nr̃e fuit Chriſti reſurrectio,vt docet Apoſtolus, arguens. Si Chriſtus reſurrexit, ergo & 1.Cor.15
nos reſurgemus. Omnes autem reſurgemus abſolutè,licet nõ omnes immutabimur, ergo pro omnibus reſurrexit. Quare & moriens uitam dedit omnibus. Neque enim pro alijs uitam expoſuit,& pro alijs reſurrexit. Dicendum ergo eſt ab omnibus catholicis,citra cõtrouerſiam. Quòd ſicut Adam ille terrenus

renus

rênus ſuo delicto omnes conſpurcauit, reddiditque eos morti obnoxios quantum in ſe fuit, licet plerique diuina gratia ſaluati ſint: Ita Chriſtus ſua gratia, quātum in ſe fuit, omnes ſaluauit, quāuis propria malitia plerique ſaluati non fuerint. Ad hoc enim, ut agens aliquod in paſſum inducat formam, duo requiruntur: virtus fortis actiua atque ſufficiens primū. Hinc.n. naſcit̃, vt ſcintilla, ignis, nequāq lignū quantūuis aridū, comburere poſſit. Secūdo. Præparatio materiei ad actionem ſuſcipiendam. Hinc in ceram congelatā non imprimes ullo pacto, quāuis manu fortiter agas. Cedere enim illam oporteret, & reſiſtit. Si itaque uim Chriſti & gratiæ eius reſpicias, cui dubium, quod ex ratione illius omnes ſaluarentur? ſicut ex Adæ peccato pereunt omnes, & magis, vt inquit Apoſtolus. Nam multo maior fuit Charitas Chriſti animam ſuam ponentis pro nobis, quàm nequitia Adæ vel Euæ, qui diuinum præceptum fuere tranſgreſſi. Conſequenter, magis accepta fuit Dei maieſtati ſatisfactio Chriſti, quàm Adæ offenſa diſplicuerit. Si ergo illa adeò diſplicuit, vt omnes morti addicti fuerīt, quomodo fingi poteſt, vt Chriſtus non omnes uiuificarit? At ſi diſpoſitionem noſtram ſpectes, omnes ſunt diſpoſiti ad recipiendum influxum & actionem Adæ terreni, quoniam omnes ex ſemine propagantur, vel inniti. Ideo abſolutè omnes pereūt. & per Adam pereunt. At non omnes ſe ſe per Chriſtum, ad uitam ſuſcipiendā diſponunt. Chriſtus enim largitur vitā tanquam caput, ſicut & Adam mortē. Caput autem non influit uitam, operaque uitalia membris diuiſis, ſed coniūctis tantum. Adæ omnes, natura coniūcti ſumus: ideo neceſſario ex morbido capite mortificamur, Verum Chr̃o nō natura, ſed fide atq; baptiſmo coniungimur. Naſci ſufficit etiam in utero, vt ſit membrum Adæ, at ut ſis Chriſti mēbrum, non ſat eſt etiam ex utero naſci, renaſci enim oportet. Quis eſt autem qui renaſcitur, & non uiuificetur per Chriſtum? Da mihi vnū, & do tibi herbam. Quod ſi dicas. Nec omnes regenerati ſaluantur. Quot enim millia chriſtianorum pereunt? Vtique. Sed hi regenerationis gratiam perdunt, ſpōteq; à Chriſto, cui ſe ſe addixerant, recedūt, quomodo & qui baptizatur, ab Adam, cuius membra erant. Id ergo ſat nobis eſt. Filios Adæ, donec Adę filij ſint, perire omnes. Filios Chriſti, donec ſunt filij Chriſti, ſaluatos eſſe omnes, & magis. Propter ea quæ ſuperius dicta ſunt, quoniam peccatum Adę priuat tantum uiſione diuina, Gratia Chriſti omnem tollit damnationem, omnemque felicitatem præbet. Nihil enim damnationis eſt his, qui ſunt in Chriſto Ieſu. Si vrgeas. Omnino plures pereunt Adæ peccato, quàm ſaluentur Chriſti gratia, ergo excellentius eſt dono delictū. Negabo tibi antecedens, & illationē. Quādoquidem, per Adam nō niſi homines perditi fuerunt. Chriſtus uero ſaluauit homines & angelos. Rom. 8.

Si dicas. Plures homines pereūt peccato Adæ, quàm ſaluentur Chriſti gratia. Concedam. Igitur excellentius eſt peccatum dono? Conſequentia nulla. Id enim non prouenit ex dono: quoniā & angeli ſaluati ſunt, non homines tantum, quod utique peccato fieri nō potuit. Si autem ex dono proueniret, non ſaluaſſet angelos. Prouenit ergo ex parte hominum, qui non præparant ſe ſe vt fiant Chriſti membra. Si iterum dicas. Quæ eſt ratio huius? Eorum quæ ſine ratione fiunt, non eſt quęrenda ratio. Contra rationem certè eſt, quod nō omnes toto corde Chriſto cohæreant, cuius lex immaculata penitus eſt, cuius doctrina uerax, cuius miracula ingētia, cuius uita innocentiſſima. Nihil enim turpe, nihil inhoneſtum inuenitur in ea, adeò ut erubeſcere vniuerſi debeāt, qui uerè chriſtiani non ſunt. At ut tibi dicā aliquid, perfidia iudaica, vita quoque brutalis, & beluini mores Maumethi, in cauſa ſunt, vt contra omnem rationem, fidem ſanctiſſimam, legemq; Chriſti immaculatam, per pauci amplectuntur. Sed, cur, quemadmodum natura naſcimur filij Adæ, non naſcimur, filij Chriſti & gratiæ? Vt naturam agnoſcas & gratiam. Si enim filius gratiæ homo naſceretur, iam gratia natura eſſe uideretur, non gratia. Tolleretur autē

ſic.

ſic omne meritum, omnis uirtus, omnis quoque laus,& omnis vituperatio. Nã in his quæ naturalia ſunt, nec laudamur, nec uituperamur, nec meremur, nec demeremur. Sed cur Deus ipſe, nõ diſponit omnes p ſeipſum, ut filij Chriſti efficiantur, quo vniuerſi illius gratias atq; dona participare poſſint? Quoniam rationabile eſt, vt quemadmodũ omnes voluntariè peccarunt Adæ peccato, modo ſupra declarato: ita uoluntariè Chriſti gratia, ſanentur. Propterea ergo partes ſuas agit Deus. At & qui libet ſuas agat, neceſſe eſt. Non enim ſaluat Deus, niſi uolentes. Vnde p Oſeã dr. Perditio tua ex te. Habes ergo itaq; huius rei ueritatem. Quod uero dicit. Chriſtum mortuum pro multis, nequaquam intelligendum eſt, ideſt non pro omnibus, ſed pro multitudine hominũ: & ita pro omnibus hominibus, ſicut & ſupra dixit Apoſtolus. Adam pdidiſſe multos, nec tamen uoluit dicere, non omnes, cum aperte dicat, Omnes in eo peccauiſſe,& per eum morti obnoxios effectos fuiſſe: licet tamen pro omnibus aduenerit, ſanguinemq; fuderit in ara crucis. Non omnes nihilominus, illius redemptionis fuere participes. Sed id accidit diuinæ uirtuti & gratiæ: Ipſa enim non modo maiorẽ parrem, ſed omnium hominum multitudinem ſaluaturus erat, niſi plerique obicem poſuiſſent. Quod de diabolo dicebatur, ſanè ridiculum eſt. Ne diabolum quæſo culpate. Adeo enim debilis effectus eſt, vt inquit Hieronym⁹, vt non uincat niſi uolentem. In nobis culpa omnis ſita eſt, quia diuinam miſericordiam, & redemptionis virtutem ſponte contemnitis. Refrigeſcit.n. charitas,& abundat iniquitas, ideo deuincimur,& cadimus. Ex nobis, ergo cadimus vt patet. Licet nanq; Deus glorioſus, permittat diabolum poſſe homines decipere & vexare, certis temporibus, atque locis, ſecundum occultum imperſcrutabilemque iudiciorum ſuorum abiſſum, ſemper tamen poſt Chriſti mortem, præſto eſt diuina opes omnibus & ſingulis, vt contra eius nequitias, ſe ſe tueri poſſint. Erit quoque etiam antichriſti tempore, ita ut nullus

Oſee 13.

Matt.24.

vi ſuarum tentationum aut uexationũ, ad æternum interitum deduci poſſit. Quod ſi plerique negligãt diuinas gratias, neque illis cooperetur, ſed in vanum eas recipiunt, nihil efficaciæ gratiarũ Chriſti Ieſu imminuitur. Accidit enim eis, quod illis non utamur. De eo autem, quod per accidens eſt, Paulus non conſiderat. Quæ enim accidunt ab omni arte & contemplatione, relinquẽ da ſunt: ſed tantum ea tractanda, quæ p ſe alicui conueniunt. Per ſe ergo conuenit gratiæ Chriſti, vt ſit efficacior Adæ delicto, vt iam pluries oſtenſum eſt. Bonum enim eſt efficacius malo, quandoquidem malum, nullam habet agendi efficaciam niſi uirtute boni, cuius eſt agere, vt inquit Dionyſius, quarto de diuinis nominibus. Vnde peccatũ Adę non inficit homines, niſi uirtute diuinę iuſtitiæ, & pacti quod inierat Deus cũ Adamo. Quò ergo proprium magis eſt Deo miſereri & parcere, quàm punire, eò delictum Adæ minus efficaciæ habet quàm Chriſti gratia. Huc accedit, quod licet nullus naſcatur, non obnoxius peccato Adæ, Chriſti tamen gratia aliqui præſeruati ſunt, à peccato illo. Aliqui etiam in utero ſanctificati. Verum nemo unquàm gratiam habuit, nec habere potuit, aut põt, aut poterit, niſi per Chriſtum.

Ad difficultatem uero de infantibus in utero, quos Adę delictum, inficit, nõ ſaluat autem Chriſti donum, nõ audeo reſpondere, quod pereant. Ad id enim negandum, diuina miſericordia me cõpellit. Non audeo item reſpondere qđ ſaluentur, quoniã aperta nimis ſententia illa eſt, quam iureiurando confirmauit Chriſtus Ieſus. Amen amen dico uobis, niſi quis renatus fuerit ex aqua & ſpiritu ſancto, non poteſt introire in regnum Dei. Qui enim non eſt natus ex utero, renaſci non poteſt, quare nec uidetur illum poſſe ſaluatum iri. Dicam ergo duo. Primum. Quia efficacius eſt Chriſti donũ, quàm Adæ delictum. Priuilegio quodam diuinæ gratiæ, per Chriſtum, poſſunt ſanctificationem conſequi, etiam in utero infantes, ſicut fuit de Hieremia, de Ioanne Baptiſta, atque de Virgine. Secundũ. Ioan.3.

Quia

Quia nemo renaſcitur ex ſpũ, niſi primo ſit natus ex carne. Hi cum non ſint pex carne nati, ex ſpiritu renaſci non poſſunt. Concludo, quod per baptiſmũ aquæ ſaluari non poſſunt, ſed alio modo vtique. Qui tamen ſaluãtur, omnes
Act.4. dono Chriſti ſaluantur. Neque enim eſt aliud nomen ſub cælo in quo oporteat nos ſaluos fieri, niſi Ieſus. Conſtat autem diuinam Chriſti gratiam, ſacramentis alligatam non eſſe. De his tamẽ qui pereunt, ſi qui ſunt, nemo ueſtrum
Pſ.35. angatur. Iudicia enim Dei abiſſus mul-
Ioan.17. ta. Nouimus enim in primis, dixiſſe Chriſtum Ieſum. Pater, quos dediſti mihi, ego cuſtodiui, & nemo periit,
Mar.14. niſi filius perditionis. Secundo. Scimus de iuda dictum eſſe. Bonum erat ei ſi natus non fuiſſet homo ille: quandoquidem mitiſſima eſt eorum apud inferos pęna, qui in utero moriuntur, peccato originali duntaxat obnoxij. Et iuſtitia ergo, & miſericordia Dei ſimul efficiunt, vt aliqui infantes in utero moriantur. Iuſtitia quidem enim exigit, ut filius perditionis intereat: miſericordia uero ut citiſſimè, ne peccata peccatis addijciens, grauius iam tor-
Sap.4. queatur, iuxta illud. Raptus eſt, ne malitia immutaret intellectum eius. Quod autem dixi, mitiſſimam eſſe puerorum pœnam, qui cum peccato originali decedunt, Ideo eſt, quia illi pęnam damni tantum habent, uidelicet carentiam diuinæ uiſionis: Nullo autem modo pœnam ſenſus: ſicut illi qui cum diabolo & angelis eius, inferni cruciantur in ignibus. Pęna enim debet cul-
Deut.25 pæ reſpondere, iuxta illud. Secundum menſuram delicti, erit & plagarum modus. Peccatum autem originale eſt, tantum carentia, ergo pœna illi debita, eſt tantum priuatio. Deum ergo uidere nequaquam poſſunt. Sed tamen neque anima, neque corpus ardet apud inferos. Peccatis nanque actualibus, quæ propria uoluntate perpetrantur, ignis pœna reſpondet. Dicente Diuo Bernardo. Sola propria uoluntas, ardet in inferno. Si queras. Num doleant infantes illi, & triſtentur hac ipſa priuationis pœna, ſcilicet viſionis Dei. Dico tibi quod non. Nam dolor, & afflictio pœnæ, delectationis culpæ reſpondet, iuxta illud.
Quantum glorificauit ſe, & in delitijs Apo.18.
fuit, tantum date illi tormentum & luctum. At in peccato originali, quod in utero contrahimus, nulla eſt delectatio, ergo neque erit dolor, vel afflictio de pœna. Et quid mirum, ſi infantes illi de pœna illa non dolent, quando nec ſciunt illam eſſe ſibi ipſis pœnam? Neſciunt enim ſe ſe à Deo creatos fuiſſe, vt gloria illa æternæ vitæ, cum angelis & beatis fruerentur: quandoquidem id ſupernaturali lumine tantum afflati, cognoſcunt. Paulo ex Eſaia dicente. 1.Cor.8.
Oculus non uidit; nec auris audiuit, Eſa.64.
nec in cor hominis aſcendit, quæ pręparauit Deus diligentibus ſe. Nobis 1.Cor.2.
autem reuelauit Deus, per Spiritum ſuum. Ad naturalem ſanè cognitionem ſpectat, ut omnis anima ſciat ſe ſe ad beatitudinem creatam eſſe. Et id etiam infantes agnoſcunt. Nam melius, quàm Philoſophi omnes, animæ ſeparatæ, naturalium omnium ſcientiam habent. Sed quod beatitudo in Dei uiſione conſiſtat, & in fruitione perfecta, hoc non niſi fide ſciri poteſt. Fidem autem infantes illi non habent, qui originali labe polluti ſunt. Igitur id non agnoſcunt. Quanquam ergo careant beatitudine illa, abſque dolore aliquo tamen, pœnam illam poſſident. Infelices itaque ſunt. Sed eò minus infelices, quò ſe ſe infelices eſſe non intelligũt. Plus ergo poteſt Chriſti donum, etiam in pueris hiſce, qui pereunt, quàm Adæ delictum. Ex delicto enim Adæ, naſcuntur in utero filij iræ, longè tamen magis miſericordiã exercet Deus in eis, quàm iram atque vindictam.

Veruntamen hic ſunt difficultates. Primo enim Diuus Auguſtinus, adeò huic peccato eſt inimicus, vt deſeuire in pueros hoſce, pluſquam par ſit interdum uideatur. Firmiſſimè (inquit) tene, & nullatenus dubites, paruulos qui ſine baptiſmatis ſacramẽto, de hoc ſeculo tranſierunt, æterno igne punien dos eſſe.

Secundo. In extremo iudicij magni die,

die, duæ acies tantum fient. Altera à dextris: Altera à ſiniſtris. Illi oues erũt: Iſti hędi. Illi benedicentur, maledicentur iſti: Dicetur eis. Venite benedicti patris mei poſſidete regnum paratum vobis à conſtitutione mundi: Iſtis. Ite maledicti in ignem æternum. Vnde & aīarũ purgationes tẽpore illo ceſſabũt. Grauitate enim ſuppliciorum, purgationis diuturnitas compenſabitur, ſicut Theologi credunt. Infantes ergo iſti, in qua acie, cum quibus computabuntur? An cum benedictis, an vero cũ maledictis? Nõ certè cũ benedictis, quia in ciuitatem ſupernæ Hieruſalem, non ingreditur quicquàm coinquinatum. Cũ maledictis ergo. Igne itaq; perpetuo torquebuntur. Et confirmatur. Quia pęna non eſt carere uiſione Dei, ſed natura. Homo enim in naturalibus cõſtitutus, ſine omni peccato, non poteſt videre Deum citra gratiam diuinam. Gratia em̃ Dei uita æterna. inquit Paulus. Hęc eſt autem uita ęterna, vt cognoſcant te ſolum Deum, & quem miſiſti Ieſum Chriſtum. Inquit ſaluator noſter. Peccato autem originali reſpondet aliqua pęna, quia nullũ malum impunitũ, ergo ignis pęna, quã damnati oẽs habent, illa eſt qua pueri non baptizati plectendi ſunt.

Matt. 25.

Apo 21.

Rom. 6.

Ioan. 17.

His tamen non obſtantibus, piè credendum eſt, cum omnibus ferè ſanctę orthodoxæ Eccleſię doctoribus, nullam aliam pęnam habere infantes, qui citra baptiſmalium undarum lauacrum intereunt, niſi quod perpetuò carent illa cæleſti beatorũ gloria. Parum enim agnoſcere uidetur, diuinam miſericordiam, qui aliter ſentit. Quandoquidem miſericordia Dei, punit citra condignũ, ſicut aliàs oſtenſum eſt.

Ad Auguſtinum autem, non eſt difficile reſpondere. Pleraque argutiſſimus ille dialecticus cum diſputat, magnis cautelis adducit in medium, quibus ipſe tamen non adhæret. Is enim omniũ dialecticorum mors eſt. Quantus autẽ Auguſtinus fuerit in dialectica, Ambroſius docet, qui orabat, A logica Auguſtini, libera me domine. Tale quidem eſt hoc. Quoniam enim ſuis temporibus maximè inualuit Pelagij hæreſis, atque Iuliani aſſeclæ, qui à paruulis originale peccatum tollere nitebantur: dicebantque eis nullam deberi pęnam, Siquidem ab omni culpa ſunt immunes. Auguſtinus contrà, adeo originale peccatum exaggerat paruulorum, vt etiam ad hanc hiperbolam ueniat, aſſerens eos cum diabolo, & damnatis ignibus infernalibus torqueri. Cum tamen ipſe in Enchiridion aſſeueret, mitiſſimam eſſe illorum pęnam. Non ergo vos moueat Auguſtinus vel tantillũ. Hoc eſt enim illi peculiare, vt cum aliquem expugnat errorem, tanta uehementia illum eſſaggeret, vt alteri errori oppoſito anſam præbere uideatur. Ita cum Arrium inſectatur, videtur fauere Sabellio. Cum Sabellium, Arrio. Cum Pelagium, Manicheis. Cum Manichæos, Pelagio. Quod admodum ponderare oportet. Ita enim fiet, vt nunquam ex Auguſtino, errandi occaſionem accipiatis, qui ſanè omnium hæreſium malleus extitit fortiſſimus. Sermones quippe ex dicendi cauſa librandi ſunt. Addam ego audenter vnũ. Hunc morem fuiſſe omnibus ſanctis patribus communem, adeò ut vna expugnata hæreſi, ex eorum dictis, noua hæreſis ferè ſemper, occaſione à maleuolis accepta, inſurgeret. Cum enim Baſilius, Athanaſius, Chryſoſtomus, Ambroſius, contra Manichęos oſtendiſſent libero noſtro arbitrio actiuitatem, & vim quandam ad bona opera conuenire, idque pugnaciſſimè defendiſſent, ecce ſuperbus monachus ille Pelagus ſubintrauit: & occaſione accepta ex ſcripturis & à rationibus, quas ipſi adduxerant, dogma condidit, quo oſtendebat, Totum in noſtra eſſe poteſtate, ſpreta etiam omnino Dei gratia. Rurſus contra illum uigilarunt ſui ſeculi patres. Hieronymus, Auguſtinus, & Proſper, accerrimis diſputationibus, demonſtrantes abſque diuina gratia nihil boni poſſe homines ad æternam uitam operari. Ex his perperam intellectis, Monachorum quorundam ſecta, Auguſtino adhuc uiuente ſurrexit, quę liberum noſtrum arbitrium, figmentũ, & rem de ſolo titulo eſſe prædicabat, Contra hos ſcripſit Auguſtinus librum

de gra-

de gratia & libero arbitrio, ad Valentinum oſtendens primas partes gratiæ, ſecundas libero arbitrio dandas eſſe. Et tamen adhuc noſtra ætate, hæreſis illa tunc extincta,(proh dolor) reuiuiſcit. Vides ergo quomodo ex patrũ dictis, optima intentione prolatis, miniſtri ſathanæ.venena conficere ſemper ſtuduerunt. Ita ergo ex hoc loco, quod pueri igne plectantur: Nihil enim tam ſanctè dicitur, quod torqueri non poſſit, quando & ſpiritus ſancti uerba, in canone Bibliç ab hæreticis deprauantur. Sed mittamus, vt ex animo loquatur Diuus Auguſtinus. Igne (inqt) cruciantur infantes nõ baptizati. Quid inde? Num habentes Ambroſios, Hieronymos, Scotos, Thomas, Bonauentu ras, Riccardos, Albertos, Guillelmos, Alexandros, Petros, Durandos, vni Auguſtino adhærebimus, tantam & doctorum, & ſanctorum patrum cateruam reijcientes? Abſit, ut propter vnius Auguſtini authoritatem, à tantis patribus (adde, à pietate, & à ratione) diſcedam. Diſplicerem & ipſi Auguſtino, ſi tot, tantiſque reiectis patribus, illi uni adhærerem.

Verum, neque Auguſtinus illius ſententię fuit, vt dictum eſt. Vis autem vt alia via tibi ego illius mentem atque uerba interpreter? Ecce. Scripturæ ſacræ mos eſt, vt interdum ſpeciem vſurpet pro genere: & quandoque etiam ge
Exo.34 nus pro ſpecie. Legimus enim in præce ptis Decalogi. Non facies tibi Deos cõ
Leuit.19. flatiles. Num ergo fuſiles facere licuit? minime. Non furtum facies. Num rapinam facere licuit? Abſit. Prohibentur itaque Dij conflatiles, ut intelligatur tamen & ſculptiles, fuſiles, omneque genus tale. Prohibetur furtũ:
Exo.20. intelligitur tamen, & rapina, quæ eſt furti ſpecies. Eſt & ille locus. Panem non comedit, & aquam non bibit. Generaliter enim intelligit, nihil comedit, aut bibit. Quid mirum ergo, ſi Auguſtinus hunc tropum imitatus, dicit, pueros plecti igne? Namque per ignẽ, non ſpeciem illam, ſed genus potuit intelligere, pęnam ſcilicet, cuius ignis, ſpecies eſt ignis. Eorum igitur eſt diuina carere viſione.

Sed ut uerum fateor. Auguſtinus nõ dicit, Igne, ſed ſupplicio ignis. Fortaſſe ergo in ſenſu diuiſionis intelligendum eſt, illo ſupplicio torquebuntur, quod eſt in igne. Pęna autem damni, eſt in æterno igne: illa igitur pęna non tamen igne mulctantur.

Ad ſecundum. Reſpõſio patuit alias. Hi nanque infantes, non iudicabuntur, immo nec aliqui infideles, iudicio illo diſcuſſionis vel examinationis. Vnicè autem qui fidem Chriſti habuerint, fuerintque adulti, quibus dicetur. Eſuriui, & non dediſtis mihi manducare, ſitiui, & non dediſtis mihi bibere. &c. Item. Eſuriui, & dediſtis mihi Matt.25 manducare, Sitiui, & dediſtis mihi bibere. Illorum ergo duæ acies fient, ut dicitur in argumento. At hi tanquam iudicati, ab Euangeliſta relinquuntur. Qui enim nõ credit, iam iudicatus eſt. Ioan.3. Hinc Dauid. Ideo non reſurgunt impij Pſal.1. in iudicio, hoc eſt reſurgunt quidem, ſed non iudicandi.

Ad Tertium, dico. Quod natura eſt, vt non debeamus habere gloriam illam. Excedit enim naturam noſtram: ſed pœna eſt, vt debeamus non habere. Quare homo in puris naturalibus, ſine omni peccato, non habet in ſe, unde ad illam gloriam peruenire poſſit. Illi ergo non debetur. Si igitur non perueniret, non eſſet ei pęna, ſed defectus. Conſequitur enim naturam creatam, iſta impotentia. Quemadmodum omnem vim naturæ creatæ, excedit gloria illa. Verum homo in peccato originali conſtitutus, habet ut illi debeatur, quod non poſſit ad illam aſcẽdere: hoc ergo pœna eſt. Aliud ergo eſt (vt breuiter dicam) non debere habere. Aliud debere non habere. Primum, defectus naturę eſt. Secundũ pęna peccati.

Verum, mens non benè capit. Quomodo ſi infantes, viſione priuentur diuina, mitiſſima ſit eorum pœna. Videtur enim tollerabilior eſſe gehenna, & omnis inferorum cruciatus, quàm carentia uiſionis & fruitionis Dei. Ipſe eſt enim omne bonum, & omnis felicitas, igitur illo carere, eſt pœnarum omniũm maxima. At ſi conſideres, quod uiſio diuina eſt bonum ſupernaturale,

turale, uidebis, quod carere illa mitiſſima eſt pœna: ſicut leuiſſima ruſtico pœna eſt, ſi non aſſumitur ad regnum, quod illi nullo modo debetur, grauiſſima autem eſſet, ſi patrimonio eius, quantumuis exiguo, priuaretur. Si bonum ſpectas, maius eſt regnum, quàm patrimonium, grauior ergo eſt pęna regno priuari, quàm patrimonio. Verum ſi illum reſpicias ruſticum, cui patrimonium omni ratione debetur, regnum autem nulla, leuiſſima profectò eſt illi pœna regno priuari, grauiſſima priuari patrimonio. Et generaliter quò bonum eſt magis proprium alicui: & connaturale alicui, priuatio illi⁹ grauior eſt, quò minus leuior. Quia ergo uita æterna eſt ſupra omnem naturam, nulloque pacto nobis debetur niſi gratiam habeamus, illius priuatio mitiſſima pœna inter omnes prædicatur. Patet itaque, quid dicendum de infantibus nōdum natis ex utero. Sunt tamen, qui dicant, eiuſmodi paruulos, qui baptiſmum non in re, ſed in uoto duntaxat parentum, regulariter ſaluari poſſe. Si ſcilicet parentes, prolem quam in utero geſtat mater, benedicant, atque Deo optimo maximo inuictæ crucis dæmonibus, formidabili ſigno offerant, cum ſanctiſſimæ Trinitatis inuocatione. Sed id non audeo ego aſſeuerare. Duriſſimum enim mihi uidetur & crudele, quod cum hac uia omnibus infantibus ſuccurri poſſit, adeò ut nullus ferè periret, Deus qui ſalutis noſtræ adeo ſtudioſus eſt, vt pro omnibus ſaluandis mori uoluerit, tantum remedium ſuæ ſanctæ Eccleſiæ ad hæc vſque tempora, non reuelauerit. Nequaquam ergo crediderim, baptiſmum in uoto proficere, ſed tantum in re: potiſſimè cum ex Euangelio clariſſimè inſonet auribus noſtris. Niſi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu ſancto, non poteſt uidere regnum Dei. Quo fit, vt nondum natis, qui ablui unda non poſſunt, baptiſmus minimè proficiat: Sed ſi Chriſti donum, citra noſtrũ miniſterium proficit, modus nobis ignotus eſt. In ſpem ergo miſericordiæ eius, reijciamus illos, rati quod nemo vnquam ſperauit in Deo, & confuſus eſt. Spes enim non confundit, ut ſupra dixit Apoſtolus.

Ioan. 3.

Eccleſiaſtici. 2.

Rom. 5.

De loco autem puerorum, ſcriptura ſacra, citra paradiſum beatorum, omnia animarum loca infernum appellat. Vnde & lymbus patrum, infernus dicitur. Deſcendam ad filium meum, lugens in infernum. Non derelinques animam meam in inferno. Quod hæreticis aduertere nolentes, locum medium inter damnatos, & beatos, quem Purgatorium dicimus, impudenter negare non ſunt ueriti. Nobis nunc de locis illis, non eſt agendum. Sat ſit probaſſe, impares eſſe damnatorum & infantium pœnas, quod nouiſſimè ſancta mater Eccleſia in Concilio, quod Ferrariæ cęptum eſt, & Florentiæ expletum, patrum Græcorum & Latinorum unà cum conſenſu determinauit. Nunquam enim antea ſuper hoc ſententia lata fuerat.

Gen. 37.

Pſ. 15.

Quod dicebatur Chriſtianos generare filios ſuos in peccato originali, uerum eſt. Sed id te conſiderare oportet, quod non generant inquantum Chriſtiani, ſed inquantum filij Adæ, uel inquantum homines. Chriſtianus em̃ vt Chriſtianus, eſt qui regeneratus eſt, per Chriſtum, iuxta illud. Voluntarie genuit nos uerbo ueritatis, vt ſimus initium aliquod creaturæ eius. Hæc autem regeneratio, eſt ſecundum ſpiritũ, non ſecundum carnem. Caro enim remanet in peccati uetuſtate: ſpiritus ſolus eſt, qui renouatur. Iuxta illud. Corpus quidem mortuum eſt, propter peccatum. Spiritus uero, uiuit propter iuſtificationem. Cum autem generamus filios, ſecundum carnem generamus, generatione carnali, non ſpirituali: Igitur non inquantum Chriſtiani. Ni mirum ergo, ſi Chriſtianorum filij, cum originaria illa labe naſcuntur. Inde tamen non ſequitur, quod Chriſti donum minoris ſit uirtutis Adæ delicto. Quæ enim ex dono Chriſti proueniunt, efficaciora ſunt, quàm quæ ex Adæ peccato, vt ſupra abunde monſtratum eſt. At generare non eſt ex hoc dono, vt patet. Si dicas. Nemo dat quod non habet. Quomodo ergo poteſt baptiſmus, culpam illam ad prolem transfun-

Iac. 1.

Rom. 8.

transfundere, à qua ipſe iam baptiſmalibus undis expurgatus fuit? Reſpondet tibi Auguſtinus contra Iulianum, hunc in modum vrgentem.

Non baptizatur in homine, quicquid eſt in homine: ſanatur enim tantum quo ad mentem, qui baptizatur. non liberatur, quo ad morboſam carnis infectionem: quandoquidem, & ſanctiſſimus Apoſtolus, dicit ſe ſe adhuc carne ſeruire legi peccati. Tolli enim
Rom. 7. prorſus hanc corruptionem, viatorum ſtatui repugnat. Ni mirum itaque, ſi Chriſtianorum filij, ea parte, qua ab immundis parentibus propagantur, de immundo, ſcilicet
Iob. 14. concepti ſemine, iuxta Iobum, obnoxij ſunt peccato illi primorum parentum.

Reuertamur modo vnde digreſſi ſumus. *Sicut enim per inobedientiam vnius hominis, peccatores conſtituti ſumus multi. Ita & per vnius obedientiam, iuſti conſtituentur multi.*

Per multos autem, ſemper intelligo omnes. Nota in primis loquendi modum. *Peccatores conſtituti ſunt multi.* Hoc eſt ſine proprio, & particulari peccato. Peccatum ergo Adæ, fuit peccatum, non perſonæ tantum, ſed naturæ. Per illud enim vniuerſi homines tanquam membra, & partes humanæ naturæ, conſtituti ſunt peccatores. Participatione enim ſpeciei, plures homines, ſunt vnus homo. Sicut itaque peccatum hominis participat manus, pes, oculus, Ita Adæ peccatum, ad nos omnes dimanauit, & nos ſordidauit. *Ita ergo per Chriſti gratiam, iuſti conſtituuntur,* homines, hoc eſt, ſine proprijs operibus bonis. Id molitur Apoſtolus.

Alieno peccato infecti ſumus, aliena iuſtitia reſanamur. At cauè ne hic ſiſtas. Alieno illi peccato addimus, & peccata actualia propria: neceſſe eſt, & alienæ Chriſti iuſtitiæ, addere propria opera bona. Omnium delictorum tamen radix, eſt illud originale. Omnium etiam meritorum, radix eſt Chriſti gratia. Sine proprijs delictis, aliqui uno illo peccato, vt dictum eſt, damnantur: infantes non baptizati. Aliqui etiam vno Chriſti merito, citra propria opera iuſtificantur, & ſaluantur: infantes baptizati. Nullus perditionis initium, ex ſeipſo recognoſcit, ſed ex Adam omnes. Omnes ergo inſtificationis, & vitæ initium, ex Chriſto, non ex nobis recognoſcamus. Non perditur propter Adæ delictum, niſi qui ſeminaria propagatione ex Adam, vt eius membrum, naſcitur. Non iuſtificatur gratia Chriſti, niſi qui fide, charitate formata, per eum regeneratur. Hæc omnia hic ſub intelligenda ſunt: & propter impoſtores, qui prætextu extollendæ gratiæ Chriſti Ieſu, meritis proprijs detrahunt impudentiſſimè. Et propter ſuperciliosos homunculos, phariſaica ambitione elatos, qui ſuam iuſtitiam, Rom. 10.
quærentes ſtatuere, iuſtitiæ Dei non ſunt ſubiecti.

Nota ſecundo. Peccatum Adæ ſpecificati ab Apoſtolo, ſimiliter et Chriſti meritum: Hactenus enim generaliter tantum hæc expræſſa ſunt, nunc particularius exprimuntur. Illud inquit fuit inobedientia: hoc obedientia. Quod facilè patet. De Chriſto Philip. 4.
enim legimus. Factus eſt obediens vſque ad mortem, mortem autem crucis; propter quod Deus exaltauit illum, & dedit illi nomen, quod eſt ſuper omne nomen. Meritum itaque illius ex obedientia fuit, & magna quidem ratione. Mors enim Chriſti, fuit ſacrificium Deo acceptiſſimum, iuxta illud. Tradidit ſeipſum pro nobis obla Eph. 5.
tionem, & hoſtiam Deo in odorem ſuauitatis. Obedientia autem omnibus ſacrificijs antefertur. Melior eſt 1. Re 15.
obedientia, quàm uictimæ. Igitur rationabile fuit, vt ex obedientia morti vitam exponeret: meritum autem eius eſt ex morte, meritum ergo eſt ex obedientia. Vnde & in pſalmo dicebat. In capite libri ſcriptum eſt de me, vt Pſal. 39.
facerem uoluntatem tuam Deus meus uolui. Et in Euangelio. Pater, non Matt. 26.
ſicut ego uolo, ſed ſicut tu. Fiat voluntas tua. Poteſtatem habeo po- Ioan. 14.
nendi animam meam, & iterum ſumendi eam, & hoc mandatum accepi à patre meo: ſcilicet, ponendi ani-

Ioan 19. mam meam, & ſumendi eam. Pro-
pterea & moriens dixit. Conſum-
matum eſt. hoc eſt executioni de-
mandatum eſt, quod iuſſiſti pater.
Adam autem terrenus, fuit forma fu-
turi cęleſtis, ſi Chriſtus itaque obedien
tia meruit, ille inobedientia deliquit.
Pſ.68. Propter id Chriſtus in pſalmo. Quæ
non rapui, tunc exoluebam. Quæ
non rapui, per inobedientiam, exol-
ui, per obedientiam. Exoluit autem,
quod Adam rapuit, igitur Adam, per
inobedientiam peccauit. Sed cui du-
Gen.2. bium id fuit unquam? Adamo nan-
que præcepit Deus. De omni ligno
paradiſi comede, de ligno autem ſcien-
tiæ boni, & mali non comedas. Ip-
Gen.3. ſe uero, ne delitias ſuas contriſtaret,
pręcepta Dei contempſit. Hinc Deus
ad illum. Audiſti vocem uxoris tuæ,
& comediſti de ligno de quo pręce-
peram tibi, ne comederes. Chriſtus ue-
Ioan 8 ro ut patri complaceret, quem toto di-
lexit pectore, illius præcepto paruit, iux
ta illud. Quæ placita ſunt ei, facio ſem
per. Quamuis enim carnis infirmitas
mortem refugeret, ſpiritus tamen a-
Eſa.63. deo fortis fuit, vt pro patris uolunta-
te perficienda, libens morti ſe ſe expo-
ſuerit. Hinc dicitur. Oblatus eſt,
quia ipſe uoluit. Voluit autem, quo-
niam voluntatem illam ei inſpirauerat
Matt.26. pater. Ipſo dicente. Non mea uoluntas,
ſed tua fiat. Sequitur.

Lex autem ſubintrauit, vt abundaret delictum. Vbi vero abundauit delictum, ſuperabundauit gratia.

Poteſt hoc uerbum iungi immediate præcedentibus. Per obedientiã uni⁹ Chriſti Ieſu, iuſti multi conſtituuntur: non autem per legem. *Lex nanque ſubintrauit, vt abundaret delictum.* Sed magis placet, vt ſuperius dicta recolamus. Peccatum non imputabatur, cum lex non eſſet. Lex autem ſubintrauit, vt abundaret delictum. Vbi autem abundauit delictum, ſuperabundauit & gratia. Habes ergo tria tempora. Ante legem, ſub lege, & ſub gratia. De tempore ante legem, dictum eſt. Nunc de temporibus legis, & gratiæ Chriſti Ieſu dicendum. Lex ergo, inquit Paulus. *Subintrauit.* hoc eſt ſubſequenter intrauit, primo
tempore expleto. Omnia nanque Eccl 3.
tempus habent. *Vel ſubintrauit.*
Hoc eſt latenter intrauit. Iudæis qui-
bus data fuit, eam uix intelligentibus,
aut etiam uidentibus. Nam uelamen 2. Cor 3.
poſitum eſt, ſupra cor eorum. Cre-
diderunt nanque, legem parituram eſ-
ſe iuſtitiam in hominibus, ò cæci. Il-
la autem pia quadam fraude, peccata
auxit. Tantum abeſt, vt iuſtos effe-
cerit. Vnde ſequitur. *Vt abundaret delictum.* Expone autem hoc uer-
bum: Vt conſequutionem ſignificet,
non intentionem. Non eſt data lex
hac intentione, vt peccata augerentur.
Lex enim ſancta, mandatum bonum. Rom.7.
Sed tamen lege data id euenit, vt
peccata maximè adaucta ſint duppli-
ci ratione. Primo quidem. Quoniam
idem peccatum cæteris paribus, poſt
acceptam prohibitionis legem graui-
us eſt, quàm antea fuerit. Chriſto
dicente. Seruus ſciens uoluntatem do- Luc 12.
mini ſui, & non faciens, uapulabit
plagis multis. Secundo. Quoniam
concupiſcentia fortius nititur in ea,
quæ per legem expreſsè uetantur, iux-
ta Paulum. Occaſione accepta pecca- Rom.7.
tum, per mandatum reuixit. Præter
hanc ergo intentionem, vt augerentur
peccata omnia, intrauit lex. Quod pul-
chrè uoce illa græca inſinuatur. Νό-
μος δὲ παρεισῆλθεν, ἵνα πλεονάσῃ τὸ πα-
ράπτωμα. Lex autem præter aduenit,
vt abundaret peccatum: hoc eſt præ-
ter hanc intentionem, vt abundaret
delictum: grandiuſque fieret, data eſt
lex. Si enim quæras, quæ fuit inten-
tio legis? Dicendum eſt, hanc fuiſſe,
vt duri, & contumaces tanquam
per flagellum arcerentur: proficientes
erudirentur tanquam per pedagogum:
perfecti tanquam, per vmbram & Si-
gnum conſolarentur. Sed præter hanc
intentionem, auxit peccatum, occa-
ſione accepta, non data. Cum ergo
aduenisset plenitudo temporis: cum
ad ſummum peccata creuiſſent, cum
uerum eſſet illud: Omnis conſumma-
tionis vidi finem. Tunc maximè di- Pſal.118.
uina effulſit gratia. Miſit enim Deus
filium ſuum, vt nos à peccatis, &
à iugo

à iugo legis, quo peccata creuerant, liberaret. Exitialem morbum ſanare, nequit tenuis medicina. Oportet enim vt plus uirtutis habeat potio, quę propinatur ægrotanti, quàm morbus, quo ille infelix proſtratus eſt. Vt ergo tanta peccatorum magnitudo aboleretur, ſuperabundare oportuit diuina gratia, exuberareque mundi peccata. Superabundauit itaque. Plus enim potuit gratia Chriſti Ieſu, quàm & Adæ peccatum, & omnia ſimul peccata, grandiora etiam facta per legem. Vis uidere exuberantiam ſalutis? reſpice, quam mundo præſtitit, in extrema ualetudine laboranti. Peccatum regnabat vbique ad mortem: hic erat terminus, finiſque peccatorum,
Rom.6. mors animæ, & corporis. Stipendia enim peccati, mors. Non aliò enim tendit tirânis ſæua peccati, quàm
Iac.1. ad mortem. Peccatum, cum conſummatum fuerit, generat mortem. Adueniente Chriſto, pulſa ſunt peccata omnia: diuina gratia regnare cæpit, propter omnium iuſtificationem hominum. Regnare inquam, vt ſuo regno, uitam pareret æternam, quod & fecit. Erat & tunc gratia, in mundo antequam Chriſtus aduenisset: ſed non regnabat. Nemo enim vitam æternam ingredi poterat, quantalibet ſanctitate inſignis. Nunc etiam poſt Chriſti aduentum, & mortem, ſunt quidem peccata in mundo, ſed non regnant. Aboleri quippe facile poſſunt, adeo vt maximi peccatores, eius ope iuſtificati, ſtatim conuolare poſſint ad cæleſtia regna. Ecce Paulus. *Vt ſicut regnauit peccatum in mortem, ita & gratia regnet per iuſtitiam, in uitam æternam, per Ieſum Chriſtum.*

Legendum eſt autem hoc, Vt, & cauſaliter, & conſequutiue. Superabundauit enim gratia, in aduentu magni Dei, hac intentione, vt gratia regnaret per iuſtitiam, ad æternam uitam omnium hominum: ſicut peccatum, ideo regnabat, vt pareret mortem perpetuam. Ipſa quoque gratia ſuperabundante, hoc factum eſt, vt gratia regnauerit ad uitam: ſicut peccatum antea regnabat ad mortem. Aduerte autem, quod ante legem dixit, mortem regnare: In lege dicit, peccatum regnare ad mortem. Quia ſci licet ante legem, non imputabatur peccatum ad mortem: poſt uero, vtiq;, vt ſupra declarauimus.

Aduerte ſecundo, verbum illud. *Vt gratia regnet per iuſtitiam.* Oſtendit nanque magno iure Chriſtum, pro nobis decertaſſe. Poſtquam enim tirannide peccati, mundum ſibi ſubiecerat diabolus, iuſto iudicio factum eſt, non tantum potentia, vt expulſus fuerit à regno. Hinc Chri- Ioan.14.
ſtus. Nunc iudicium eſt mundi, nunc princeps mundi huius eijcietur foras. Eo autem expulſo, gratia regnare cæpit ad uitam. Ex his tu animaduerte, quàm magno myſterio, tot ſecula Chriſti Ieſu aduentum præceſſerint. Neque enim tanta gratiæ magnitudo agnita fuiſſet, niſi morbi primum grauitate perſpecta. Eò, nanque charior medici opera ægris eſſe conſueuit, quo ſe ſe citra omnis naturæ ſpem, acutiore morbo laborare cognoſcunt. Rationabile ergo fuit, vt lex peccata augeret, peccatorumque magnitudinem, & multitudinem prius oſtendiſſet, antequam expectatus ille, & deſideratiſſimus medicus nos inuiſeret, & ſanaret. Quando & vileſcunt citò oblata: dulcius autem, quæ ſub aliqua dilatione præſtantur, accipiuntur. Hinc accipe, & interdum Dei Optimi Maximi, prouidentia, deſeri ad tempus hominem, quò grauiſſimè peccet. Ita enim plerunque fit, vt diuino auxilio tandem, vel leuiter pulſatus, ardentiſſimè ſurgat. Et ſicut exceſſit in peccatis, & in pœnitentia excedat. Iuxta illud. Multiplicatæ ſunt infirmitates eorum, poſtea Pſ.
accelerauerunt. Non id intendit Deus, vt quem ipſe deſerit, grauius peccet, ſed ut humilietur. Ad hunc enim finem permittit abundare peccata. Nulla enim uia, ex parte infirmi melior eſt, vt uelit, & quærat medicum, quàm morbum augeri, durare, cognoſci, non liberans tamen. Inditio eſt, quod de Maria illa Magdale-

næ legimus: quæ cum mulieres omnes, flagitioſa uita ſuperaſſet, ſuperauit & gratia. Quoniam & humilior, & cautior ſurrexit à vitijs, & medicum pia importunitate oportuna quæſiuit. Hinc Chriſtus ait. Remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum. Talium tamen, quos Deus ſuo iudicio deſerit ſemper iuſto, ſed ſemper occulto, plerique etiam cum in grauiſſima peccata prolapſi ſint, magnitudinem peccatorum ſuorum conſiderantes, deſperant. Iuxta illud. Impius cum in profundum peccatorum venerit, contemnit: ſequitur eum opprobrium, & ignominia. Talis ille Cain fuit, qui dixit. Maior eſt iniquitas mea, quàm vt veniam merear. Sed confidite. Nemo enim perit, niſi filius perditionis. Quemadmodum enim in omni cibo ſunt excrementa, quæ reijciuntur: ita in nobis, qui effecti ſumus pabulum Dei, qui ignis conſumens eſt, accidit. Omnes excoquit Deus, omnes purgat, omnes in ſeipſum traijcere ſtudet. Etiam ſi lignum, & ſtipula ſimus iuxta Paulum. Lapidem vero, vel ferrum, aut fecem, nullo modo concoquendam, ad ſeceſſum demittit, ad latrinas, vt ita dicam inferni. Sicut ergo, per Adam omnes filij perditionis pereunt: Ita per Chriſtum omnes ſaluandi, ſaluantur. Placuit enim Deo anthiteſis iſtis, mundum exornare, & illuſtrare: vt ſit vnum ſemper contra unum: duo contra duo: contra malum bonum: contra uitam mors: contra uirum iuſtum peccator. Sic enim intueri licet, in omnibus operibus altiſſimi.

Luc. 7. Prou. 18. Gen. 4. Ioan. 17. Deut. 4. 1. Cor. 3. Eccleſiaſtici. 33.

Hæc de Quinto capite.

CAPVT

CAPVT SEXTVM.

QVid ergo dicemus? Manebimus in peccato, vt gratia abundet? Eo potiſſimum tẽpore, diuinas gratias per Chriſtum Ieſum, in omnes homines exuberaſſe dixerat Apoſtolus, quo flagitia ad ſummum creuerant, concupiſcẽtijs aucta, quarum ignes ſuccenderant pręcepta legis. Hinc angi, offendique potuiſſet infirmus. Hinc item murmurare maleuolus. Si peccatis abundantib9, abundant Dei gratiæ, cur peccata horremus, deteſtamur, odio habemus? Peccata potius ſunt addenda peccatis, ſcelera ſceleribus, quo deſideratiſſimæ illæ χαριτες exuberent. Sapientiſſimus ergo, itemque benigniſſimus præceptor, licentioſam hanc, profanamq; peccandi libertatem compeſcit. Sed audite, quàm impare ratione. Murmurantibus, indigneq; quærentibus, uno uerbo tantum ſatisfacit. *Abſit.* Neq; enim dignus eſt reſponſione, qui tam impudenter obmurmurat. Cum uniuerſa peccatorum colluuies, mũdum omnẽ eſſet perditura, flumina gratiarum ruere cęperunt è cælis ad terras. Nos ergo peccatis omnibus immergamur, uolutemur in cęno, vt Deus ampliora dona nobis elargiatur. *Abſit.* Abſit inquam hæc ſathanæ excogitata impietas. Num enim de Alexandro, ego ipſe peſſimè meritus, ſi in fluuium cadẽs, illius opera præripiar, ne aquis merſus intereã, non exiſtimabor inſanus? Qui rurſus in Tiberim inſiliam, quo experiar, nũ Alexander ſecundo adueniat me de
D eu.6. gurgite extracturus? Cur ſcriptum eſt. Non tentabis Dominum Deum tuum?
Mat.4. niſi vt nemo ſe ſe periculis inijciat, quibus experiatur, an Deus illum miraculo quopiam ſeruare uelit? Miraculum omnium maximum fuit, quando Dei filius, pro nobis ſaluandis, cum maximè indigni eſſemus, caro factus eſt, eluxitque miraculo illo, quàm maximè diuina magnificentia. Gratia nanq; tunc potiſſimum manifeſtatur, cũ indignorum meritis comparatur. An ergo enitendum eſt, vt nos ipſos peccatis obruamus, quo & indigni rurſus efficiamur? diuinis fauoribus, Deoq; ingratiſſimi appareamus, hac una vanitate impudentiam noſtram pallia tes, quod uidelicet creſcentibus flagitijs, diuina miracula creſcant & gratiæ? *Abſit.* Si ſuapte natura peccata, gratiam promererentur, & peccatorum copia, copiam gratiarum, vtique manendum eſſet in peccatis, quo gratia abundaret. Sed irã peccata merentur, pęnamque, & odiũ Dei, citra indignitatem rei, citra iuſtitiã: vnicè diuina iuſtitia factum eſt ſemel, vt peccatis abundantibus, gratia abundarit. Qua ratione ergo, non deteſtanda, non horrenda peccata, quæ niſi nobis immenſa illa pietas affuiſſet, nos omnes ad mortem facilè perduxiſſent, & traxiſſent? Hæc ad improborũ ora obſtruenda, qui & Apoſtolo impingebant, vt dicerent. Faciamus mala, ut veniant bona, quorum damnatio iuſta eſt. Simplicioribus autem, & pio animo dubitantibus audite, qua nam man Rom.3.
ſuetudine reſpondeat. *Qui mortui ſumus peccato, quomodo adhuc uiuemus in illo?* Iac.1.
Peccatum cum conſummatum fuerit, generare mortem, ſuperius concluſum eſt, cum illud examinaremus. Pecca- Rom.5.
tum intrauit in mundum, & per peccatum mors. Ab una cauſa reſpectu eiuſdem materiei, contrarij effectus prouenire non poſſunt. Scio ſolem lutum congelare, glaciemque diſſoluere. Scio item, quod æra igne molleſcunt, lapides concocti dureſcunt. At ſol glaciem ſemper ſoluit, non modo ſoluit,

modo perſtringit. Ignis ſemper indurat lapides, non modo mollificat, modo indurat. Quomodo ergo à peccatis, poteſt etiam vita noſtra procedere, ſi ſuapte natura pariunt mortem? Quæ enim pugnantia maior, quàm mortis & uitæ? Subijcite modo uos. Nemo autem eſt, qui non natura uitam diligat, mortemque abhominetur & fugiat. Si itaque peccato ipſo, mortui fuim⁹ omnes, Ob id enim Chriſtum Ieſum adueniſſe diximus, vt quemadmodum peccatum in mortem regnarat, & gratia regnaret in uitam: quo colore fingi poteſt, vt iterum ſit ad peccata redeundũ? Si uitam præſtare poſſent, ſortaſſe dicẽdum eſſet, Maneamus in peccatis. At ſi occidunt, quomodo adhuc uiuificare
Eccleſiaſtici.21. poſſunt? Hinc ſcribitur. Tanquam à facie colubri, fuge peccatum. Ad Argumẽ
Rom. 5. tum. Vbi abundauit delictum, ſuperabundauit & gratia. Verum eſt. At id per accidens fuit. Non enim ideo abũdauit gratia, quia abundauit peccatũ. Plerumque enim peccata abundant, & non abundat gratia: ſed tunc peccatis abundantibus, quia diuina miſericordia vnicè orbi mederi poterat, ideo ne perditus iret, ſe ſe maximè diffudit, occaſione accepta, ex infinita benignitate, non occaſione data à peccatis. Verum, quæ per accidens ſunt, ab arte relinquuntur. Sed difficultas eſt, propter verbum Angeli in libro Apocalypſeos.
Apoc.22. Qui nocet, noceat adhuc. Qui in ſordibus eſt, ſordeſcat adhuc. Si dicas. Imprecatio eſt. Indecora nimis uidetur Angelo. Cum enim Michael Archangelus, cum diabolo diſputans altercaretur de corpore Moyſi, non eſt auſus iudicium inferre blaſphemiæ, ſed dixit tantum. Imperet tibi Deus, vt in Epiſtola Iudæ habetur. Multo igitur min⁹, audendum fuit uni Angelo, vt crimina criminibus adijciantur, imprecari. Quj nocet, adhuc noceat, qui in ſordib⁹ eſt, ſordeſcat adhuc. Ordinatio ergo eſt, & præceptum, ſicut & quod ſequitur. Quj ſanctus eſt, ſanctificetur adhuc: qui iuſtus eſt, iuſtificetur adhuc. Ergo ſicut iuſto progrediendum eſt ſemper in iuſtitia: ita peccatori in peccatis: non autẽ alia ratione, niſi ut gratia abũdet. Quoniam ſuapte natura, appetibile non eſt peccatum, igitur omnino manendum eſt in peccatis, ut abundet gratia Dei? Si autem locum illum declarauero, diluet cauillus. Scire ergo debes, hebreiſmum eſſe in uerbis illis. Frequentiſſimus nanque hæbreiſmus eſt, accipere imperatiuum pro futuro. Ita paradoxon illud Eſaiæ. Excæca cor populi hu *Eſa. 6.*
ius, & aures eius aggraua, & oculos eius claude. Interpretatus eſt Romæ. Paulus Apoſtolus in concione illa, quã *Rom.1.*
habuit à mane vſque ad occaſum ſolis. *& 2.*
Vt ſit ſenſus. Cor huius populi excæcabitur, aures aggrauabuntur, oculi claudentur. Et hic ergo. Qui in ſordibus *Apo.22.*
eſt, ſordeſcat adhuc. Futurum debet intelligi. Sordeſcet, nocebit, vt ſit tantum præſcientia, non ordinatio, neque minus imprecatio. Dicam etiam aliter. Qui in ſordibus eſt, ſordeſcat adhuc, id eſt dignum eſt, vt ſordeſcat adhuc. Sicut illud. Qui de gladio ferit, de gladio *Matt.26.*
perit, ideſt dign⁹ eſt, vt fereat. Sed quoniam ſequitur ibi. Qui iuſtus eſt, iuſtificetur adhuc. Qui ſanctus eſt, ſanctificetur adhuc. Quæ non poſſunt tamen ad præſcientiam referri. Siquidem bona non modo præſcit Deus, ſed prædeſtinat. Ecce ſubtilior intellectus, pro omnibus illis uerbis ſimul declarandis. Intelligendum eſt itaque, uerbis illis ordinem diuinæ reprobationis, vel preſciẽtiæ, & prædeſtinationis ſimiliter inſinuari. Nam inter primum peccatum illius, quem Deus præſciuit, vel odio habuit, & ſequentia, hæc differentia eſt. Primum enim eſt, permiſſum à Deo dũtaxat: poſteriora uero ſunt, & permiſſa, & in præcedentis pœnam ordinata, iuxta illud Pauli ſupra. Propter qđ *Rom 1.*
tradidit illos Deus, in reprobam mentẽ. Atque etiam in bonum electorum. Tollerantur enim reprobi, propter prędeſtinatos: mali propter bonos, iuxta *Apo.7.*
illud. Nolite nocere terræ & mari, neq; arboribus, quoadusque ſignemus ſeruos Dei noſtri in frontibus eorum. Et illud. Expectate adhuc modicum tem- *Apo.6.*
pus, donec impleatur numerus fratrũ ueſtrorum. Ex quo manifeſtè patet, Deum aliquando ſontes non uindicare, ſed eos ꝓpter electos tollerare: quo-

uſque

uſque ſcilicet electorum numerus compleatur. Nec mirum: quoniam & reprobos & dęmones, & omnia ad electorum exercitium ordinauit Deus: adeò ut uniuerſa & ſingula illis cooperētur in bonū. De his ergo peccatis poſterioribus reproborum, quæ ſpeciali modo ſunt diuinæ ordinationi ſubiecta modo prædicto, dicit Angelus. Qui
Apo. 22. in ſordibus eſt, ſordeſcat adhuc. Qui nocet, noceat adhuc. Præſupponit Angelus initium dicens. Qui nocet, qui in ſordibus eſt, ordinat deinde progreſſum, noceat adhuc, ſordeſcat adhuc. Significans etiam aliquando, cum ad mēſuram peccata peruenerint, finem illis imponendum eſſe. Diffiniuit enim De⁹ quouſque ferre velit delinquētium peccata, quos prēſciuit: quamuis ipſi ſi ſem per uiuerent, ſemper etiam peccarent. Ita etiam diffiniuit, quouſque prædeſtinatorum merita progredientur: quamuis etiam ipſi ſi ſuper uiuerent, ſuperadderent & alia merita. Et hoc fortè intelligitur aduerbio illo. Adhuc. Iuſtificetur adhuc, ſordeſcat adhuc. De prę ſcitis itaque loquitur Angelus, & non de alijs, & vult dicere, qui præſcitus eſt, nocens, vel in ſordibus, tolleretur adhuc, vt impleat ſuæ iniquitatis menſuram. Tempus enim iudicij prope eſt.
Apo. Ibi Ecce enim uenio cito, & merces mea mecum eſt, dare unicuique ſecundum opera ſua. Ita quoque prædeſtinatos alloquitur. Qui iuſtus eſt, iuſtificetur adhuc. Qui ſanctus eſt, ſanctificetur adhuc, hoc eſt impleat menſuram ſanctitatis & iuſtitiæ ſuæ. Bona enim opera prædeſtinatorum omnia, & ſub ordinatione, & ſub efficientia cadunt diuinæ prædeſtinationis. Non ita tamen intelligas (caue) Deum dare tempus adhoc, vt aliquis peccet. Scriptum eſt. Ne
Eccleſiaſtici. 16. mini mandauit Deus impiè agere, & nemini dedit ſpatium peccandi: ſed ſua uiter nos regens & diſponens, dimittē do nos ipſos in manu conſilij noſtri, pmittit nos peccare, & in multa patientia ſubſtinet poſt peccata nos in illis pſeuerare. Propter quod, noñ ſolum permiſſione, ſed ordinatione diuina, nobis conceſſum eſt tempus peccandi: materialiter intellige, tempus ſcilicet, in quo peccamus, & peccantes exercemus electos, noſque ipſos mulctam⁹ vel inuiti. Sed non conceditur peccandi tempus formaliter, adhoc ſcilicet ut peccemus. Pugnant enim hæc ex diametro, peccatum, & ordinatū à Deo. quando peccatum eſt contra diuinum ordinē, quo omnia referuntur in Deū. Ordinat itaque Deus, vt peccata, quæ in multa patientia ipſe ſubſtinet, prorogando vindictam, & in pœnam peccantium ſint, & in electorum exercitium: ſed non ordinat vt peccata fiant. In peccatis ergo, nequaquam manendum eſt, ſed ſurgendum, enitendumq; vt ſurgamus: quoniam nobis propria eorum ratione non niſi obeſſe poſſunt. Si proſunt, id tantum contingit diuina miſericordia, quæ de uenenis etiā medicinas conficere nouit. Quid nanque pernitioſius ſanctæ Eccleſiæ eſſe poteſt hæreſibus, quibus patrum Concilia labefactantur: Tunica Chriſti ſcinditur; frigent pij mores? Et tamen mirum, pfecto, mirum quàm multos, & quàm magnos fructus colligat ex illis Deus, omnipotens. Videre id licet noſtra tēpeſtate, Romani. Diuinæ enim ſcripturæ olim, (proh dolor) quanto omnium damno negligebantur? Vigebat ſpinoſa & moleſta neſcio, quæ theologia, de inſtantibus, de relationibus, de quiddi tatibus, de formalitatibus. Itemq; hæc omnia, ſyllogiſmis arte contortis, & humanis duntaxat argutijs, quæ proculdubio qua autoritate recipiuntur, ea & refelli poſſunt, pertractabantur. Tota pęnè ætas, in hominum decretis, quę inter ſe pugnantia ſemper, nullo tempore concilianda, alunt perpetuam per ſecula litem, conterebatur. Is ſublimis Theologus habebatur, qui maiora portenta pro ſuis traditiunculis effingere ſciret: prætijque pars erat, glorioſæ inanis, non intelligi grandia illa uerba, quę alto ſupercilio, inter mulierculas de ſacris literis Philoſophantes trutinabant. Iurauerant vniuerſi, diuini uerbi duces in magiſtrorum verba. Hinc ſexcentæ ſectæ. Thomiſtæ. Scotiſtæ. Occaniſtæ, Bacconiſtæ, Albertiſtæ, Egidiani, Alexandrei, O ſcelus. Poſt habebantur Euangelia, Epiſtolæ. Chriſtiana ſa-

pientia deliteſcebat, à pauciſſimis tra-
ctabatur, ſed frigidè, non enim dicam
inſincere. Ecce nunc in hoc ſeculo, bo
norum literarũ uernanti, occaſione ac-
cepta, ab impijſſima hac hęreticorum ſe
cta, diuina gratia emergit Chriſtus, Mo
ſes, Paulus, Petrus. Quot hominum pi-
gritiam excuſſit Deus? quot ſpiritus ſu-
ſcitauit, ut occurrãt lupis hiſce, qui cau
læ dominicæ oues mactare uenerunt?
Quot abdita ſcripturarum ſenſa, enu-
cleauit labor eorum aſſiduus? Sed hæc
omnia, pręter hęreticorum intentionẽ
facta ſunt, atq; per accidens. Num ergo
hæreticis parcendum eſt, quia Deus in
tam ſalubre pharmacum, lethale eorũ
virus commutauit? minime. Reſecan
dæ ſunt putridæ carnes, & ſcabioſa o-
uis à caulis repellenda, ne tota domus,
maſſa, corpus, & pecora ardeat, corrum
patur, putreſcat, intereat. Arrius in
Alexandria, vna ſcintilla fuit, ſed quo-
niam non ſtatim oppreſſus eſt, totum
orbem eius flamma populata eſt. Hinc
Matt.18. Chriſtus. Neceſſe eſt, ut ueniant ſcan-
dala, ſed veh homini illi, per quem ſcã-
dalum uenit. Oportet & hæreſes eſſe
1. Cor.11 iuxta Paulum. Non tamen oportunum
eſt hæres eſſe, niſi quia hæreſibus abuti-
tur Deus, in Eccleſiæ utilitatẽ. Id quod
per ſe eſt, ſpectare oportet, non id quod
per accidens. Simile quid ergo eſt, pec-
catis abundantibus, interdum abũdat
Chriſti gratia. Hoc enim fit magno my
ſterio, vel quia vbi abundauit peccatũ,
abundet etiam feruor, atque dolor
malæ actæ uitæ, vt in diuo Bonifacio
fuit, qui inter ſcorta & in ſtupro inuen-
tus, ſtatim pęnituit. Ita & in latrone, at-
que in Maria Magdalena, ut ſupra dictũ
eſt. Vel quia Deus vult, meraciſſima
miſericordia ſuę gratiæ efficaciam oſtẽ-
dere, ſine ulla præuia peccatoris diſpoſi
tione, illum ſubito diuinis implens mu
neribus. Sicut accidit in Paulo Apoſto-
Eccl.12. lo. Facilè enim eſt in oculis Dei, ſubito
honeſtate pauperem: ut dicitur in Ec-
cleſiaſtico. Hinc ergo, inferre ne licet,
quod permanendum ſit in peccato vt
gratia abundet? Nequaquam. Certan-
dum eſt vſque ad ſanguinem, ut pecca-
Hebr. 12 ta repellamus. Hinc Paulus alibi. Non-
dum vſque ad ſanguinem reſtitiſtis ad-
uerſus peccatum repugnantes. Conſi-
dera autẽ quod dicente Paulo. Vbi abũ Rom 5.
dauit delictum, ſuperabundauit & gra-
tia. Et arguente deinde. Ergo manen-
dum eſt in peccato, vt gratia abundet?
Si argumentum eſt ad propoſitum, p̄-
manere in peccato eſt intelligendum,
multiplicanda eſſe peccata: recte autẽ
hoc pro illo accepit. Nam qui manet
in peccato, quadam neceſſitate (vt ita di
cam) peccatis illis noua addit peccata.
Peccatum enim, quod per pœniten-
tiam non diluitur, mox ſuo pondere
ad aliud trahit: quod tamẽ examinabi-
tur infra. Nequaquã itaq; multiplican-
da ſunt peccata in futurum, ut gratia
multiplicetur.

At probandum erat Paulo, quod
poſſimus in futurum reſiſtere peccato.
Quod enim peccata præterita Chr̄i gra
tia abolita ſint, probatũ eſt ſupra. Quod
uero peccata etiã de cætero caueri poſ-
ſint, hoc eſt difficile. Quò ergo, & hac
uia alia demonſtret, Chriſti donum
primi parentis delictum excedere: ad
id ſe ſe accingit Apoſtolus. Vide autem
contextum. *Qui mortui ſumus peccato.* (&
eſt ablatiui caſus, ideſt per peccatum:
vt ſupra, iuſtificati fide. τῃ πίςει ideſt
per fidem) *Quomodo uiuemus in illo?* Ab-
ſit ergo, vt ſit manendum in peccato, id
eſt vt ſint multiplicanda peccata. Poſ-
ſunt autem non multiplicari, quia poſ-
ſunt vitari. Ecce. *An ignoratis, quod
quicunque baptizati ſumus in Chriſtum Ie-
ſum, in mortem ipſius baptizati ſumus? Con
ſepulti ergo ſumus ipſi, per baptiſmum in
mortem, vt quemadmodum ſurrexit Chri-
ſtus ex mortuis per gloriam patris, ita &
nos in nouitate uitæ ambulemus.* Senſus au
tem rationis huius, hic eſt, & ſumma.
Baptiſmus proportione morti Chriſti
reſpondet. Sicut enim moriente Chri-
ſto, mortua eſt caro illa, quæ ſimilitudi-
nem habuit carnis peccati. Ita baptiſ-
mo noſtro, moriuntur uerè omnia pec
cata noſtra præterita. Et ſicut Chriſtus,
mortuus eſt carni illi, ita nos morimur
peccatis noſtris abrenunciantes diabo
lo & pompis eius. Nam de filijs perdi-
tionis, filij adoptionis efficimur. Vnde
priori naturæ, hac nr̄a natiuitate ſpiri-
tali p̄morimur. Propterea, quẽadmodũ

Chriſtus

Chriſtus mortuus, in corde terræ ſepultus eſt, nos quoque cum baptizamur, ſub aquæ elemento terræ cognatum immergimur. Sicut etiam ille à mortuis tertia die ſurrexit, ita & nos poſt trinã immerſionem, à ſinu fontis adſurgimꝰ. Quomodo ergo Chr̃s Ieſus mortuus carni, & ſepultus, per gloriam patris ſurrexit: ita & omnes, qui in Chriſtum Ieſum baptizantur, poſtquã commortui ſunt, & illi conſepulti, poſſunt in nouitate uitæ ambulare, adeò vt peccata omnia deuitẽt, modo uelint. Id enim indicauit glorioſa illa reſurrectio, vt intelligeremus nobis eſſe in uitę nouitate ambulandum: non in illa quæ primũ uiuebamus, antequã peccato moreremur. Vnde & alia uita fuit Chriſtus poſt triũphum, alia ante mortem. Niſi autẽ hoc eſſet poſſibile ambulare ſemper in nouitate uitæ, fruſtra myſterium illud pactũ eſſet. Ideo enim ſurrexit in gloria, vt nos ad eius ſimilitudinem in nouitate uitæ ambularemus. Gloria autem uitæ Chriſti, fuit immortalis. Mortuus eſt enim ſemel, ſed ſurrexit ſemper uicturus. Significatum eſt ergo, vt nos à peccatis ſurgentes, nunquam amplius, in peccata relabamur. Poſſibile eſt ergo, vt ambulemus in hac nouitate uitæ ſpiritalis immortaliter, ita vt peccata omnia, per Chriſti gratiam deuitemus. De lethalibus ſemper intellige, quæ mortalia uocãt. Ita quod complementum huius rationis, eſt ibi infra. Si autem mortui ſumus cum Chriſto, credimus, quia ſimul etiam uiuemus cum illo. Sciẽtes, quod Chriſtus reſurgens ex mortuis, iã non moritur, mors illi ultra non dominabitur. Vt hoc ſit Antecedens. An ignoratis, quod quicunque baptizati ſumus in Chriſto Ieſu, in morte ipſius baptizati ſumus? Illud Conſequens. Si autem mortui ſumus cum Chriſto, credimus quia ſimul etiam viuemus cum illo. Iſtud autem totum, Conſepulti enim ſumus cum illo, vſque ibi. Si enim complantati facti ſumus. &c. eſt parẽtheſis, quæ declarat antecedens, quõ baptiſmꝰ reſpondet morti Chriſti proportione. Illud uero. Si enim complantati, eſt alia parentheſis, quę conſequentiã probat. Si mortui ſumus cum Chriſto, ergo uiuemus cum illo. Et certè eſt probatio euidens. Ecce. *Si enim complantati facti ſumus ſimilitudini mortis eius, ſed & reſurrectionis erimus.* Supplendum, ſimilitudini complantati. Eſtque hebraiſmo quodam, ſermo defectiuus, ſed ſenſus facilis. Si enim complantati facti ſumus ſimilitudini mortis eius, ſed & ſimilitudini reſurrectionis erimus complantati. Vultque dicere. Potuit ille, quia uerè carni illi mortuus erat, reſurgens, nouam uiuere uitam, igitur ſi nos uerè peccato moriamur, uerè poterimus ſurgentes, à fonte baptiſmalium undarũ, in nouitate uitæ ſpiritalis ambulare. Si enim ſimilitudinem mortis uerè habemus, uerè & ſimilitudinem reſurrectionis habebimus. Notandum eſt autem illud *Complantati*. Quod non eſt verbum, vel participium, ſed nomen verbale *σύμφυτοι*. Homo à ſapientibus, metaphoricè arbor euerſa dicitur. Cum ergo moritur, dicitur tranſplantari ex hoc mundo in alium, ſeruata metaphora: Sicut arbor ex una regione, in aliam tranſplantatur. Nos itaque, qui ſimul baptizati ſumus, & conſequenter cõmortui peccato, tranſplantati dicimur ex terra mala peccati, & complantati omnes in terram bonam gratiæ, ad ſimilitudinem Chriſti Ieſu, qui moriens & ipſe uiſus eſt, plantatus eſſe in alia terra ab ea, quam primum incoluit, cũ primam uitam reliquit, nouamque aſſumpſit. *Si igitur complantati facti ſumus ſimilitudini mortis eius.* & eſt *Si* pro *Quia*. Fortè nunc eſt *Si* conditionaliter accipiendum. Nam qui ad baptiſmum fictus acceſſit, non eſt in gratiæ terram complantatus. Ideo nimirum ſi non poteſt fructificare bona opera, & cauere peccata. Spũs enim diſciplinę effugiet fictum. At qui uerè cõplantatus Sap. 1. eſt Chr̃o, refloreſcet cum eo. Rami eñ, qui complantantur, floreſcunt. Conſidera autem, quod per complantatũ, fortaſſe inſiticium intelligit Apoſtolus. Finitima. n. ſunt hęc. Nã inſiticius ramus, in eandem coit arborem: ideo complãtatus dici poteſt. Intentio ergo eius eſt, quod qui inſiticius eſt Chr̃o morienti, inſiticius & erit Chriſto reſurgenti. Is autem inſiticius eſt Chriſto morienti,

qui

qui moritur peccatis omnibus,fiditque
Chriſti morti ſe ſe ſaluandum eſſe, ne-
que enim aliter Chriſto incorporamur.
Hi ergo qui hac fiducia in Chriſtum fre
ti ſunt,cum baptizantur,etiam reſurre-
ctioni inſerentur, ut poſſint nouam ui
uere uitā ſine omni peccato:ſicut Chri-
ſtus reſurgens, nouam uixit uitam glo-
rioſam. Facultas nanque proficiendi in
melius,præſtabitur nobis à Chriſto Ie-
ſu.Vide itaque baptiſmi efficaciam,&
Pauli ordinem admirare Apoſtoli. De
originaria labe diſſeruerat capite quin-
to. Par fuit,vt ſtatim de remedio mor-
bi illius hic tractaret. Peccato originali
agnoſcimur eſſe filij Adam : Baptiſmo
aſcribimur,in cathalogum filiorū Chri-
ſti. Iure ergo,poſt peccatum ſequitur
ſermo de Baptiſmo. Recordare etiam
eorum omnium, quę dicebantur ſupra
de circunciſionis carnalis Iudæorum
inutilitate. Et huc enim ſpectat Apoſto
lus, vt chriſtianorum baptiſmum,præ-
ferat Iudæorum circunciſioni. Baptiſ-
mus ergo Chriſti,(ut ſummatim pſtrin-
gam,)primum tollit omnia peccata, ori
ginale,actualeque, & ueniale, iuxta
Ezech.36 illud. Effundam ſuper uos aquam mun
dam, & mundabimini ab omnibus in-
Eph 5. quinamentis ueſtris. Et illud Pauli.Mū
dans eccleſiam lauacro aquæ,in uerbo
uitæ. Quæ potētia eſt hæc tam magna,
tam latens in aqua,vt corpus tangat, &
cor abluat? Hinc renaſci dicimur cum
baptizamur, quaſi mortui Adæ, inci-
pientes autem uiuere Chriſto & Deo.
Ioan.3. iuxta illud. Niſi quis renatus fuerit ex
aqua & Spiritu ſancto, non poteſt uide
Gal.3. re regnum Dei. Et illud. Quicunque
baptizati eſtis, Chriſtum induiſtis. Si
autem uiuimus Chriſto & Deo, quo-
modo nō ablutæ ſunt omnes ſordes ini
2.Cor.6. quitatum noſtrarum? Quæ enim parti-
cipatio iuſtitiæ cum iniquitate?Quæ ſo-
cietas lucis ad tenebras ? Quæ conuen
tio Chriſti ad Belial? Secundum.Tollit
omnem reatum æternæ pęnæ, atque ēt
purgatoriæ,aperitque baptizatis ianuā
paradiſi.Hinc cum Chriſtus baptizare-
tur,in huius rei ſignum,apertum eſt cę
Luc 3. lum,vt ſcribit Lucas. Quoniam enim
incorporamur paſſioni Chriſti cum ba-
ptizamur, applicaturque nobis uirtus
eius,paſſione autem illa reſeratæ ſunt
fores regni cæleſtis, ipſo dicente latro-
ni. Hodie mecum eris in paradiſo. Et *Luc.23.*
Ioannes in Apocalypſi. Poſt hæc uidi *Apo.4.*
oſtium magnum apertum in cęlo: Con
ſequens eſt, vt cum de Baptiſmo quiſq;
egreditur, gloriæ illius ianua ei aperia-
tur. Tertium.Perficit diuina gratia,at-
que etiam virtutibus baptizatos. Sal-
uos nos fecit inquit Apoſtolus,per la- *Tit.3.*
uacrum regenerationis,& renouatio-
nis Spiritus ſancti,quem effudit in nos
abundè. Ideſt ad remiſſionem peccato-
rum, & copiam virtutum, vt gloſa ibi
exponit.Et confirmatur:Quia de pleni-
tudine Chriſti nos omnes, cum bapti-
zamur, accipimus.Chriſtum autem ui- *Ioan.1.*
dimus plenum gratię,& virtutis.Ex his
ſequitur Quartum.Quod intendit Apo
ſtolus hic, uidelicet. Per baptiſmū ho-
mo habet, vt à peccatis non ſuperetur.
Poteſt ergo peccata cauere,niſi gratiam
baptiſmalem abijciat : & conſequēter
fructificare ſemper in bonis operibus,
atque proficere. Hinc Dauid. Super *Pſal.22.*
aquam refectionis educauit me, ſignifi
cās animam peccatorum, ariditate iam
ſterilem fęcundari baptiſmalium unda
rum fluentis irriguis. Notanda ſunt
autem duo,pro literæ explanatione.Pri
mum eſt,baptiſmatū pluralitas,de qui-
bus Paulus ad Hæbræos. Baptiſmatum *Heb 6.*
doctrinæ.Et ad Corinthios.Omnes ba- *1.Cor.10*
ptizati ſunt in nube,& in mari. Marcus *Mar.7.*
quoque Euangeliſta de Iudæis.Seruant
baptiſma calicum,& cramentorum.Di-
luuium ergo fuit unum baptiſma.Sicut
enim per baptiſmum Chriſti,paucę ani
mæ ſaluæ fiunt in Eccleſia ſancta:ita tūc
paucæ animæ,per diluuiū ſeruatę ſunt
in archa. Sicut dicitur in prima Petri
Epiſtola. Secundo.Tranſitus maris ru- *1.Pet.3.*
bri,fuit unum baptiſma , quo liberati
ſunt filij Iſrael à ſeruitute Pharaonis,ſi-
cut qui baptizantur in Chriſto,à ſerui-
tute peccati & dęmonis, iuxta Paulum.
Tertio. Omnes illæ ablutiones in uete
ri inſtrumento,erant baptiſmata, præ-
figurantia baptiſma Chriſti, quo ad
omnium peccatorum purgationem.
Quarto.Baptiſmus Ioannis fuit præpa-
ratorius ad baptiſmum Chriſti. Ille ēm
erat in pęnitentiam. Iccirco, qui bapti-

zabantur ab eo, confitebantur peccata
Matt 3. ſua, ut narrat Matthæus, quo ſecundū
peccatorū quantitatem & qualitatem,
pęnitentia ſatisfactoria eis à Ioanne iniungeretur. At baptiſmus Chriſti eſt baptiſmus remiſſionis, non pęnitentiæ. Idcirco non requiritur, vt qui accedit ad eius lauacrum, etiam ſi millies Deū offendiſſet, confiteatur, vel ſatisfaciat. Cuius ratio eſt. Quia per baptiſmum iſtum, Chriſti morti incorporamur, hoc eſt ei Chriſti mors cōmunicatur, ad remiſſionem omnium peccatorum, ac ſi ipſe ſicut Chriſtus paſſus & mortuus eſſet. Illa autem Chriſti paſſio, ſatisfecit ſufficienter pro peccatis noſtris, non ſolum autem noſtris, ſed totius mundi. Igitur ille liberatur, mundaturque ab omnibus peccatis, ac ſi ipſe ſufficienter pro illis ſatisfeciſſet. Et propterea nō iniungitur ſatisfactio, non gemitus, nō fletus ei qui baptizatur, quia eſſet Chriſti morti iniuriam facere, ac ſi ipſa non eſſet ſufficiens, ad plenariam omnium delictorum abſolutionem. Citra omnem aliam operam, requiritur certè, vt homo interius peccata ſua recognoſcat, & doleat. Non enim poteſt homo nouam incohare uitam, niſi eum ueteris vitæ pęniteat. Hinc Petrus Apoſtolus.
Act. 2. Agite pęnitentiam, & baptizetur unuſquiſque ueſtrum. Sed id fit per pęnitentiam, quæ uirtus eſt ſine ſacramento, & ſine alio actu exteriore. De hoc ergo baptiſmo Chriſti loquitur Apoſtolus, non de illis figuratiuis, neque de baptiſmo Ioannis. Et ideo dicit. *Quicunque baptizati eſtis in Chriſtum Ieſum.* Non in figuram eius, non etiam in præparationē. Quia aūt loquuti ſumus tātum de baptiſmate aquæ: ne puta nos ſanguinis baptiſmo derogare, De quo in Apocalypſi.
Apoc. 7. Hi ſunt, qui uenerunt ex magna tribulatione, & lauerunt ſtolas ſuas, & dealbauerunt eas in ſanguine agni. Plus enim uidetur operari Spiritus ſanctus, & etiam Chriſti paſſio in hoc baptiſmo, quàm in baptiſmo aquæ. Spiritus enim ſanctus, qui eſt principalis cauſa, operatur per potiſſimum dilectionis effectū, qui eſt animam ponere pro Chriſto, iuxta illud. Maiorem charitatem nemo habet, vt animam ſuā ponat quis pro amicis ſuis. Paſſio etiam Chriſti, operatur in eo, qui baptizatur hoc baptiſmo, per imitationem operis: cum in baptiſmo aquæ operetur Spiritus ſanctus tātum, per uirtutem quandam latentem: & paſſio Chriſti per quandam figuræ, vel ſimilitudinis proportionem. Hinc Diu. Auguſtinus. Baptizatus aqua, confitetur fidem ſuam coram ſacerdote: Martyr, coram perſequutore. Ille poſt confeſſionem aſpergitur aqua, hic ſanguine, ille per impoſitionem manus Pontificis, recipit Spiritum ſanctum, hic templum efficitur Spiritus ſancti. Quod teſtimonium apertius quæris, pro excellētia Martyrij, quod baptiſmum ſanguinis appellant? Non detrahimus etiam baptiſmo Spiritus vel flaminis: quo per Spiritum ſanctum, ſine aqua & ſine ſanguine, aliquorum corda mouentur, ad credendum in Chriſtum, atque diligēdum Deum, pęnitendumq; de peccatis. Vnde & interdum baptiſmus pęnitentiæ appellatur: De quo per Eſaiam.

Ioan. 15.

Si ablueri dominus ſordes filiorū Siō, Eſa. 4.
& ſanguinem Hieruſalē lauerit de medio eius, in ſpiritu iudicij, & ſpiritu ardoris. In hoc etenim baptiſmo, operatur etiam Spiritus ſanctus, per cordis commotionem, & paſſio Chriſti p quādam affectionem. Vnde & præſupponitur baptiſmo ſanguinis. Neque enim effundere ſanguinem baptiſmus eſſet, niſi ex affectione effunderetur, & charitate Chriſti, iuxta illud. Si tradidero 1. Cor. 13
corpus meum, ita ut ardeam, charitatē autem nō habuero, nihil mihi prodeſt.
Charitas autem, diffunditur in cordi- Rom. 5.
bus noſtris per Spiritum ſanctum, qui datus eſt nobis. Sed illud tantum uolumus intelligi, quod baptiſmus ſanguinis, & flaminis, baptiſmi nomine appellantur: Inquantum ſupplent uicem baptiſmi aquæ, & non aliter: Neque enim ſunt ſacramenta, licet habeant ſacramēti effectum. Hinc Paulus optimè dixit.
Vnus dominus, vna fides, unum ba- Eph. 4.
ptiſma. Vnde & qui martyrium reciperet pro Chriſti nomine, quamuis excellentiſſimè baptiſmi aquæ effectus habeat, ſi reſurgeret, tamen eſſet baptiſmo aquæ baptizādus. Ille enim ſolus imprimit caracterem in anima, & eſt uerè

ſacra-

ſacramentum. Sacramentum nanq; ha
bet rationem ſigni. Alia duo baptiſma-
ta, habent effectum baptiſmatis huius.
Et ita conueniunt cum eo: ſed non quo
ad rationem ſigni. Si ergo ad celebran-
dum myſterium baptiſmi aquæ, in an-
guſtijs temporum ſuccurri non poteſt,
illa ſufficiūt. At oportet, vt propoſitum
adſit baptiſmi aquæ, vel contrarium ſal
tem non habeatur in mente: quod dici
tur propter innocentes illos, qui pro
Chriſti noīe, ab iniquo rege occiſi ſunt.
Nemo autem miretur, quod noſtrarum
ſordium expurgationē inſtituerit Chri
ſtus Ieſus, per aquā baptiſmalem fieri.
Quemadmodum enim in lege, quæ iu-
gum grauæ erat & importabile pōdus,
par fuit, vt propriæ circuncisionis, vul-
nere acerbiſſimo expiarentur Iudæi:
ita in Euangelio, quod iugum ſuauiſſi-
mum eſt, conueniens erat, ut per aquā
quæ ſymbolum pietatis eſt atque clemē
Ioan.7. tiæ, mundaremur. Hinc Chriſtus ſe ſe
Ioan.4. aquam uocauit, ſponteque ad potum
& ad lauacrum magna pietate, & ſa-
maritidi, & iudæis in templo ſe ſe exhi-
buit. Et illa aqua ſuper cæleſti, cuiꝰ hæc
elementaris ſignū eſt, in baptiſmo pur
Heb.1. gamur, atq; regeneramur, De Chriſto
Tit.3. enim legimus. Purgationem peccato-
rum faciens. Et regenerauit nos in ſpē
uiuam, per lauacrum regenerationis,
& renouationis Spūs ſancti, quem ef-
Apoc.1. fudit in nobis abundè, per Ieſum Chri
ſtum. Lauit nos à peccatis noſtris, in ſan
guine ſuo. Propterea dicitur ſacramen-
tum, aqua iſta, quaſi ſacræ rei ſignum ſe
cretum. Detrahe enim uerbum ab hac
aqua, qua baptizamur, quid eſt aqua, ni
ſi aqua? Quomodo igitur ſpūm expia-
re poterit? Vis ergo in uerbo, nō in fon
Pſal.106. te eſt. Miſit uerbum ſuum, & ſanauit
eos. Vos mundi eſtis, propter ſermonē
Ioan.15. quem loquutus ſum uobis. Illud autem
uerbum, fons dicitur. Fons ſapien-
Eccleſia- tiæ uerbum Dei. Secundum quod cō-
ſtici.1. ſiderandum occurrit eſt. Quia Paulus
proportionem aſſignans, & ſimilitudi-
nem inter Chriſtum mortuum, reſur-
gentemque, & inter nos baptizatos,
magno myſterio non eiſdem utitur uer
bis. Dicit enim. *Ipſe ſurrexit per gloriam*
patris, vt nos in nouitate vitæ ambularemus.

Vides verba diſſimilia? Chriſtus ſurgēs
per gloriam patris, uixit nouam uitam.
At nos uiuentes nouam uitam, non ui-
uimus per gloriam patris. Plus ergo eſt
in Chriſto Ieſu reſurgente, q̄ in baptiza
tis. In Chriſto reſurgente eſt nouitas ui
tæ cū gloria patris, in baptizatis eſt no-
uitas uitæ, ſed non cum gloria, cum ſpe
tamen gloriæ. Tu itaque propoſitionē
illam *Per*, expone pro *Cum*, ſicut ſupra,
per circuncisionem præuaricatores le-
gis, vt ſit ſenſus. Chriſtum cum patris
gloria reſurrexiſſe, non cum infirmita-
te, in qua ſeipſum exinaniuerat, ſed cū
maieſtate, adeò ut uix agnoſceret. Iux-
ta illud. Et ſi agnouimus ſecundū car- 2.Cor.5.
nem Chriſtum, ſed iam nunc non noui
mus. Sequitur.

Hoc ſcientes, quod uetus homo concrucifi-
xus eſt. Soluit Apoſtolus magnam dif-
ficultatem, contra id quod hactenus ip-
ſe probauerat, uidelicet baptizatū pec-
catis omnibus reſiſtere poſſe, quæ mor
talia uocant. Ecce autem difficultas. Li-
cet homo per baptiſmum diuinam ſu-
ſcipiat gratiam, qua ſanatur, quo ad mē-
tem, remanet tamen in eo corruptio, &
infectio, quo ad carnem. Non enim au-
fertur infirmitas carnis, quouſque mor
tale hoc non induerit immortalitatem.
Corpus autem, quod corrumpitur, ag- 1.Cor.15.
grauat animam. Igitur impoſſibile eſt, Sap 9.
vt tanto concupiſcentiæ pondere præſ-
ſus homo, & aggrauatus, non deorſum
tendat, auertendo ſe ſe ab incommuta
bili bono, & ad commutabile bonum
conuertatur. Si fomes peccati, ꝑ gra-
tiam baptiſmalem tolleretur, poſſet ho
mo reſiſtere peccatis, ſed non tollitur,
ergo non poteſt. &c. Huic ergo difficul
tati reſpondet Apoſtolus. Præmitur, q̄
baptizatus eſt, concupiſcentia. Fateor.
Sed non neceſſario uincitur: habet in-
firmitatem in malo, ſed habet gratiam
in bono, ut poſſit peccare propter liber
tatem, & infirmitatem, poſſit etiam nō
peccare ad mortem propter libertatem
& gratiam adiuuantem. Non eſt mor-
tuus fomes peccati, vel extinctus, cruci
tamen affixus eſt. Viuit aculeus concu-
piſcentiæ, ſed morti adeō propinquus,
vt pugnare quidem poſſit aliquantulū,
ſed tamen facilè, Deo adiuuante ſupe-
retur.

retur. Sicut enim. Rex aliquis capiens hoſtem atrociſſimum, non ſtatim eum interficit, ſed patitur eum, cum dedecore uiuere, quo grauior ſit illi vita, quàm mors; deſideret mortem, & mors fugiat ab eo. Ita Chriſtus fecit cum fomite carnis noſtræ, in ſignũ triumphi, noluit eum extinguere, & enecare, ſed ſuæ cruci eum affixit in baptiſmo noſtro. Coloſſ. 2. Hoc eſt enim chirographum illud, de quo Paulus meminit: ita vt viuat quidem in nobis, ſed cum tãta ignominia, vt minima gratia poſſit quiſque illum deuincere: Et ex illius tropheo, ſibi per pugnæ ſpiritalis agonem, coronam maiorem promereri, iuxta illud, quod legitur Iud 3. in teſtamento ueteri de Cananæis, quos dominus reliquit, vt in eis Iſraelẽ erudiret, diſcerentque filij eorum, ex præliandi conſuetudine, certare cum hoſtibus, atque uincere. Per ueterem ergo hominem, fomitem peccati intelligite, ex uetuſto illo peccato antiqui parentis noſtri Adæ, in omnibus nobis natum, & propagatum. Sicut Gal. 6. enim id quod ex Chriſto habemus, quo ſaluamur, fides ſcilicet, quæ per charitatem operatur, nouus homo, & noua creatura dicitur à Paulo. In Chriſto Ieſu, neque circunciſio aliquid ualet, neque præputium, ſed noua creatura. Induite nouum hominem, qui ſecun- Eph. 4. dum Deum creatus eſt. Et hoc ideo, quoniam Chriſtus ipſe omnino nouus Matt. 26. eſt. Vnde & ſuum teſtamentum, nouum dicitur: Et Eccleſia noua ſponſa: Apo. 3. Apoc. 21. Et noua facit omnia, ipſo dicente. Vetera tranſierunt, ecce facio omnia no- 2. Cor. 5. ua: Ita id quod ex Adã habemus, quo perdimur, antiquum dicitur, vel vetuſtum. Vetuſtas enim ad interitum du- Heb. 8. cit, iuxta Paulum. Quod antiquatur, & ſeneſcit, propè interitum eſt. Quia ergo Adam morti fecit omnes obnoxios, vt ſupra oſtenſum eſt. Ni mirum ſi ipſe vetus dicitur, & conſequenter uetuſtatem ſapiunt omnia, quæ dimanant ab eo. Contra, diuinæ gratiæ nunquam ueteraſcunt, refloreſcunt potius ſemper, & iuueneſcunt in homine. Inclinatio ergo noſtra ad bonum, quæ eſt per Chriſti gratiam, nouus homo dicitur. Inclinatio ad malum, quæ eſt ex peccato Adæ relicta, uetus homo appellatur. Totius autem hominis (ſi nomẽ habent) hæc duo. Ne mirare: nam totũ hominem ſanauit Chriſtus, & renoua- Ioan. 7. uit. Totum hominem corrupit Adam, & antiquauit, potiſſimum quidem animam: At anima homo dicitur, & eſt apud Sapientes. Nos igitur cum peccata ſequimur, ueterem hominem amplecti dicimur, & ueteraſcere: Cum virtutes, nouum induere hominem, atq; renouari, fierique noui homines. Hinc. Expoliantes ueterem hominem. Indui- Coloſſ. 3. te nouum hominem. Renouamini ſpiritu mentis ueſtræ. Hæc ergo uetuſtas, Eph. 4. dicit, crucifixa eſt, per baptiſmum debilitata, penè extincta, diminuta admodum per gratiam Chriſti Ieſu. Omnes enim reliquiæ peccati originalis Adæ, ſi non ſunt ablatæ, quia reuera ablatæ non ſunt: Clamabit enim infra Paulus. Infelix ego homo, quis me liberabit de Rom. 7. corpore mortis huius? Mente ſeruio le- ibidem. gi Dei, carne autem legi peccati: ſunt tamen extenuatæ, & impeditæ ab operibus vetuſtatis, à peccatis ſcilicet. Hoc nanque intelligitur uerbo illo metaphorico, crucifixionis. Tu dices. Ergo baptiſmus, non reſpondet morti Chriſti, quia Chriſtus non ſolum, fuit cruci affixus, ſed uerè mortuus eſt. Immo reſpondet. Nos enim ſumus, qui baptizamur: nos autem morimur peccato, & omnibus reliquijs peccati, ſed ipſa non moriuntur nobis. Nos enim peccare nolumus, ipſa tamen extimulant ſemper nos ad peccatum. Ecce Paulus. Ibidem. Non quod uolo bonum hoc facio, ſed quod nolo malum illud ago. non autem iam ego operor illud, ſed quod habitat, in me peccatum. Propterea igitur ſupra dixit. Baptizatos mortuos, & ſepultos eſſe peccato, nedum crucifixos. Hic autem de inclinatione loquens ad peccatum, non dicit, quod ſit mortua, ſed tantum crucifixa. Sed quid ſibi, vult illa nota coniunctionis, concrucifixus? Ad quid refertur? Ad nos. Nos ergo, commortui, & conſepulti ſumus, in baptiſmo. At uetus, hic noſter homo nobis, quidem concrucifixus eſt. Sed non

Rom.6. non commortuus, neque conſepultus.
An non legiſti, latronem illum cum cru-
ci eſſet affixus, eo, adhuc tempore, cum
ſuorum ſcelerũ lueret pœnas, blaſphe-
Luc.23. maſſe Chriſtum Ieſum, quem ſi ſupplex
exoraſſet, ſicut erat patibuli comes, fuiſ
ſet & regni? Ita ergo caro crucifixa qui-
dem eſt, non ceſſat tamen concupiſce-
re, aduerſus ſpiritum. Sed citiſſimè ille
ſpiritum reddidit: ita & caro, (modo ue
lis,) facile expugnabitur, mortificabi-
tur, atque ſuperabitur. *Vt deſtruatur cor
pus peccati, ne poſt hac ſeruiamus peccato.*
Ecce ſolutionis punctus, *Quoniam uetus
homo crucifixus eſt.* Sequitur. *Vt deſtru-
ctum ſit corpus peccati.* Ergo non neceſſa-
rio tirannicæ ipſius poteſtati ſubijci-
mur, ſed poſſumus ita agere, vt pecca-
tum non nobis dominetur. Hac enim
ratione crucifixus eſt, vt ex eius cruci-
fixione deſtrueretur corpus peccati: Poſ-
ſimuſque non ſeruire illi. Sed magna
poteſtate, ab illius imperio nos ipſos di
mouere ualeremus. Per corpus pecca-
ti autem, neſcio quid melius, quàm om
nium multitudinem peccatorum intel
ligere poſſimus. Vnum uitium, vnum
membrum peccati eſt. Tota delictorũ
vniuerſitas, corpus peccati efficit. Iux-
ta enim varias hominis potentias atq;
diuerſa membra, uarios ramos habet
peccatum. Totum enim hominem vul-
nerat & inficit, corpus ergo dicitur, tã-
quam ſi noſtris artubus metaphora qua
dam reſpondeant artus. Peccati huius
autem corporis, caput eſt peccatum ori
ginale Adæ. Hac metaphora cõgeriem
virtutum uideo appellati à Chr̃o cor-
pus, cuius quidem corporis intentio-
nem, dicebat oculum eſſe. Si oculus
Luc.11. tuus ſimplex fuerit, totum corpus lu-
cidum erit, ideſt. Si intentio recta, om-
nia, quæ bene geſſeris probabuntur.
Senſus ergo Pauli hic eſt. Fomitem eſ-
ſe cruci affixum unà nobiſcum, in ba-
ptiſmo, vt non modo peccatum origi-
nale, ſed omnia peccata deſtruantur.
Sicut enim omnia Chriſti membra, in
cruce mortua ſunt, ita par fuit, vt vni-
uerſa peccata, non aliqua tantum, in no
bis deſtruerentur. Quoniam autem
ſermo iſte amplior, quàm par eſſet ui-
deatur, corrigit ſe ſe Apoſtolus. Hoc
inquit eſt, quod dixi. *Deſtruendum eſſe
peccati corpus, ne nos ſeruiamus alicui pec-
cato.* Si enim omnino, corpus peccati
deſtrueretur, uetus homo deſtrueretur.
Deſtructio itaque peccati tantum intel
ligitur, ut nos omnino cuilibet peccato
moriamur, licet non prorſus peccata
ipſa, nobis moriantur. Remanet enim
omnium peccatorum ſeminarium, ra-
dix & fomes quidam in nobis, adeo vt
plerunque reuiuiſcant. Sed id ſat eſt,
quod ipſi, cum mortui ſimus peccatis,
poſſumus non reuiuere illis, neq; enim
ſicut prius ſuam poſſunt in nos tiranni-
dem exercere. Mors quippe omnia de-
bita tollit. Mortuus ergo peccato, non
tenetur amplius parere, peccato. Po-
teſt itaque ſi uelit, eximere ſe ſe ab om-
ni peccatorum ſeruitute. Et hæc eſt ue
ra libertas, iuxta illud. Si filius Dei vos Ioan.8.
libertauerit, uerè liberi eritis. Vbi ſpũs 2. Cor.3.
Domini. ibi libertas. *Qui enim mortuus
eſt*, ſupple peccato. *iuſtificatus eſt*, ideſt
abſolutus *à peccato.* Et ita factus liber à
peccato, cum primum ſeruus eſſet, pec
cati. Iuxta illud. Nunc liberati à pecca- Rom.6.
to, ſerui autem facti Deo. Eius enim ſer
ui eſtis, cui obediſtis. Et tu aduerte.
Quod hic habes terminorum declara-
tionem, quibus vtitur Apoſtolus. Quid
eſt enim mori peccato, niſi remitti pec-
catum? niſi fieri iuſtum? Ipſa ergo iuſtifi
catio peccatoris, peccati mors eſt. Bapti
zatus eſt iuſtificatus coram Deo, ergo
mortuus peccato, ergo non ultra ſerui-
re cogitur peccato. Et ſic patet difficul-
tatis ſolutio, quæ tota debet legi per pa-
renthesim. vt Apoſtoli ratio completa
diſcernatur. Ecce ergo modo Conſe-
quens rationis. *Si autem mortui ſumus,
cum Chriſto.* Intellige ſecundum propor
tionem. Si quemadmodum Chriſtus
mortuus eſt uitæ illæ infirmæ, nos mor
tui ſimus peccato. *Credimus*, indubitã-
ter ſcilicet confidimus. Neq; enim ſim
plicem credulitatem, indicat uerbum
πιδίμαι, ſed fiduciam magnam. *Quod
& conuiuemus illi*, ideſt uiuemus cum il-
lo. Ille uitam gloriæ uixit, nos uitam
gratiæ, in hoc ſeculo viuemus. Sed au-
di, quid ſubdit pro declaratione.

*Scientes quod Chriſtus excitatus ex mortuis,
non etiam moritur: mors ipſi vltra non do-
minatur.*

minatur. Igitur (ſubintelligẽdum eſt em totum hoc.) & nos ſuſcitati à peccatis p baptiſmũ, uiuemus, adeò ut mors peccati non ſit amplius nobis dominatura. Hanc tamen differentiam, hoc in loco animaduerte. Nam Chriſtus reſurgens non potuit mori, neque uitam amittere. At baptizatus poteſt peccare, & ita mori Deo, amittendo gratiam. Plus ergo eſt in Chriſto ualde, quam in
Apo.1. nobis. Nec mirum. Ipſe enim mortis & uitæ dominus eſt, & habet claues
Apoc.20 mortis, & inferni: Item mors & infernus, dederunt mortuos ſuos. Non poteſt igitur mori. Verum nos id tantum habemus, quod poſſumus non mori, ſicut Adam poterat. De morte peccati intellige ſemper. Ecce ergo, quàm magnum eſt Chriſti donum, ut nos in Adam perditos, in priſtinam reſtituat dignitatem. Adam non eſt factus impeccabilis. Neque enim peccaſſet, ſi peccare non potuiſſet. Sed poterat nõ peccare. id commune eſt omnibus in Chriſtum Ieſum baptizatis. Adde. Multis datum eſſe, ut non peccent. Adamo uero, id non eſt datum. Quoniã non peccauiſſet, ſi dono Dei, vt non peccaret, accepiſſet. Poterat ſi uoluiſſet, ſed non eſt datum, vt uellet. At multis datur vt velint. Efficacius ergo eſt Chriſti donum, quàm Adæ delictum. Hinc
1 Cor. 12 Chriſtus Paulo dixit. Sufficit tibi gratia mea. Non autem ſufficiebat, ſi per eã peccata omnia mortalia uitare non poterat. Qui ergo in Dei gratiam recept⁹ eſt, ab oĩbus peccatis mortalibus abſtinere poteſt, quod unicè intẽdimus. Cũ uero beati erimus, uoluntas ita plenè ſubijcietur Deo, quod nequaquam poterit peccato ſeruire. O nos felices, ſi tanta libertate frui, aliquando nobis cõceſſum erit.

Verum hic magna eſt dubitatio. Nõ enim uidetur, quod quilibet baptizat⁹, per diuinam gratiam baptiſmalem, quã ſuſcepit, ab omnibus peccatis mortalibus poſſit abſtinere. Nam ſi ita eſt, cur conuenienter petimus ad dominum. Et
Matt.6. ne nos inducas in tentationem. Sed libera nos à malo? Nullus tenetur petere ab aliquo, neque à Deo, quod per ſeipſum poteſt. Si baptizatus poteſt uitare per gratiam, quam ipſe in ſemetipſo habet, ut formam, peccata mortalia, ergo non tenetur dicere orationem dominicam. Tenetur autem, quicunque chriſtianum nomen profitetur, quantalibet ſanctitate præpolleat, vt inquit magnus Ciprianus. Igitur nemo p gratiam gratificam, quam habet, à peccatis omnibus mortalibus abſtinere poteſt. Et confirmatur. Quoniam Apoſtolus, ſanctis loquens ad Corinthios, inquit. Oramus Deum, vt nihil mali faciatis. Incaſſum oraret, ſi ipſi ex ſua eorũ gratia, mala omnia deuitare poſſent. 1.Cor.13
Rurſus. Pleriſq; dat Deus gratiam, quibus non dat perſeuerantiam. Si autem per gratiam homo poteſt omnia uitare peccata, ergo per gratiam poteſt perſeuerare. Omnes ergo, qui habẽt gratiam, habent perſeuerantiam. Quod ſi ita eſt, non erit igitur Dei donum peculiare, perſeuerantia. Contra Auguſtinum, de bono perſeuerantiæ. Immo cõtra Chriſtum: Nã in oratione dominica inſtituit, vt ab omnibus, etiam ſanctificatis in gratia, perſeuerantiæ donum petatur, particula illa. Sanctificetur nomen tuum. Sicut annotauit Cyprian⁹. Matt. 6.
In Oppoſitũ tamen eſt Apoſtolus hoc in loco, vt uidetis. Et ratio eſt. Quia ſi donum Chriſti maius eſt, quàm nocumentum, quod intulit Adam per peccatum: Oportet ut ad minus, ſicut Adam ante peccatum potuit non peccare, ita poſt Chriſti donum, homo poſſit non peccare. Et iſtam rationem, neſcio ego ſoluere. Neque enim eſt æquale donum Chriſti, Adę peccato, niſi ita res ſe ſe habeat. Tantum abeſt, vt poſſit eſſe maius. Et propterea indubiè ſpectat, ad fidem catholicam dicere, quod baptizatus poteſt uitare omnia peccata mortalia, per gratiam quam habet. Et confirmatur. Quia homo per gratiam, omne bonum poteſt operari, igitur omne uitare malum. Nam eodem principio, quo poſſumus in aliquid, uitam⁹ & contrarium. Eodem quippe principio ignis calefacit, & fugat frigus. Graue deſcendit, & reſiſtit ſurſum impellenti. Fortis politicus, aſſerit libertatem patriæ, & tyrannum interficit. Notandum tamen eſt, propter difficultates, adductas.

adductas. Quod gratia baptiſmalis infu ſa, non tollit (ut dictum eſt,) carnis infirmitatem, neque etiam omnem intel lectus obſcuritatem. Pleraque enim ignorant etiam ſancti uiri, quæ eis expedirent, adeò vt Paulus dicat. Quid
Rom 8. oremus ſecundum quod oportet, neſcimus. Homo itaque habens in ſeipſo gratiam infuſam ex una parte, quæ ſem per inclinat ad bonum: & carnis infirmitatem, intellectuſque ignorationē ex alia, quibus trahitur in diuerſum ali quando, indiget aliquo intrinſeco inter hæc contraria poſitus, ut dirigat, ne in iudicio intellectus per ignorantiam erret; & ne per carnis infirmitatem ab opere retrahatur: ſed ſemper gratiam ſequatur. Scio quod minima gratia, quā tum eſt de ſe, ſufficit ad reſiſtendum omnibus, quæ poſſent emergere, cum ex ignorantia, tum ex infirmitate. At gratia non reſiſtit: homo eſt, qui reſiſtit per gratiam. Non conſideremus ergo gratiam ſeorſum, ſed conferamus gratiam homini, qui cum gratia habet hæc duo aduerſantia gratiæ. Certè ſi habet gratiam, reſiſtet ſemper: ſed inter hæc contraria poſitus, vt ſequatur gratiam ſemper, & non declinet vnquam ad infirmitatem, vel ad ignorantiam, exter na indiget ope. Si enim externa ope non indiget, & tamē ab intrinſeco ſemper ſequitur gratiam, nunquam concupiſcentiam, cum tamen vtrumque ſit intra eum: Ergo eſt in tali ſtatu, quod eſt impeccabilis: ita vt non poſſit pecca re, aliter enim ab intrinſeco non poteſt, quis ſemper in bono perſeuerare: cum habeat duas formas, vnam ad bonum trahentem, aliam ad malum: nec ad ma lum uerti non poſſit. Cur enim lapis ab intrinſeco ſemper deſcendit? quia impoſſibile eſt, vt ab intrinſeco aſcendat. Cur flamma ſemper aſcendit? quia non poteſt deſcendere. Baptizatus autē non eſt impeccabilis, vt liberum eius arbitrium ſit factum per gratiam ad malum immobile, mobile ergo eſt ad malum, vt poſſit à gratia declinare, & ſequi con cupiſcentiam. Quod ergo nunquam declinet, hoc non poteſt ab intrinſeco prouenire. Nota uerbum nunquam: pſeuerare enim notat continuationem in bono nunquam interruptum. Iſtud uero ex gratia ſola gratifica haberi non poteſt: Ipſa quidem ex ſe ſemper inclinat ad bonum, & ſufficienter. At homo natura uertibilis, habens contraria, quę & ſi non fortius, ſenſibilius ſaltem eū trahunt, & illiciunt, niſi adeſſet externa quædam opes, non diutius, gratiam ſequeretur. Tantum abeſt, vt ſemper. Dices fortaſſe. Cum liberum hoīs arbitrium, ſit tanq̄ mediū inter hæc, cōtraria, ex ſeipſo poterit'ſe determinare, vt ſemper ſequi velit gratiam, atque reipſa ſequatur: nunquam autem ad concupiſcentiam declinet. Poterit vtiq;. Nam non eſt homo ſicut brutum, quod (vt Philoſophi dicunt) ſi duo adſint, carniū fruſta, æqualiter præſentia, æqualiterq; trahentia, fame moreretur: nulla enim eſſet ratio, cur magis accederet ad vnū, quàm ad aliud: ad nullum ergo accederet, quia ducitur, non ducit. Homo autem ducit, quia liber, poſſet itaq; ſe determinare. Sed cum ſuapte natura pronius ſit ad malum, quàm ad bonum, niſi externa quadam ope fulciatur, potius claudicabit ad malum, quàm erigatur ad bonum. Quare hoc corroborat ratio nem. Gratia fortiter vrget, agitq; hominem ad bonum, concupiſcentia ad malum ſenſibiliter: liberum hominis arbitrium eſt inter hęc conſtitutum, proni natura ad malum, quàm ad bonum, ergo ſi contra naturam ſuam ſequatur, non modo per horam, per diem, ſed ſemper ſine intermiſſione, inclinationem gratiæ ad bonum. hoc eſt alicuius extrinſeci ope, qua fortificatur ſemper: aliter enim durare non poſſet, in hac contra ſeipſum uiolentia. Nullum quippe uiolentum perpetuum. Ecce ergo id qđ intendimus. Vis autem tu id exemplo intelligere? Ecce. Pone hominem infirmum: infirma eſt caro: anima non eſt infirma: neque enim tabeſcit anima, maxime intellectus, qui nullius corporis actus eſt. Quia tamen infirmæ ſunt uires, quæ intellectui deſeruiunt ad intelligendum, & interiores, & exteriores: ex hac infirmitate efficitur, ut non poſſit diutius continuare actum intellectus in iudicando rectè, & contemplando vt oporteret, niſi opem quis ferat,

rat, qua vires corporeæ ſubleuentur: quamuis intellectus optime ſit diſpoſitus, nec tantillum defatigatus. Cum enim aliæ uires à nobilioribus ſenſibilibus hebetentur, ſolus intellectus ab egregijs intelligibilibus roboratur atque perficitur. Applica modo ad rem. Homo in Dei gratiam receptus, ſanus eſt quo ad mentem, carne tamen infirmus eſt, vt non poſſit omne illud
Rom. 7 bonum agere quod vult. Velle adiacet mihi, perficere non inuenio.

Ergo licet ad horam, his etiam contranitentibus poſſit homo bene operari, citra omnem culpam, continuare tamen ſimpliciter eſt impoſſibile propter vertibilitatem, atque ad malum pronitatem liberi arbitrij: quod quidem gratia, non facit immobile, vel confirmatum in bono, vt patet. Aliquando itaque homo, inter hæc conſtitutus, cederet illi infirmitati, vel pronitati, & gratiam abijceret. Vt ergo id nunquam fiat, extrinſeco auxilio opus eſt, quod omnino petendum eſt ſemper à Deo, vt nos dirigat, & protegat, contra tentationum impulſus, contra improuiſos eorum euentus, contra omnia, quæ occurrere poſſunt ad ma-
Matt. 6. lum trahentia. Et ne nos inducas in-
Pſ. 50. tentationem. Ne proijcias me à facie
Pſal. 16. tua. Spiritu principali confirma me. Perfice greſſus meos in ſemitis tuis, vt non moueantur ueſtigia mea. Hinc Auguſtinus. Sicut oculus corporis, pleniſſimè ſanus, niſi candore lucis continenter adiutus, non poteſt uidere, ſic & homo, perfectiſſimè etiam iuſtificatus, niſi æterna luce diuinitus ſemper adiuuetur, rectè uiuere non poteſt.

Pro intelligentia autem Apoſtoli, notandum eſt hoc. Aliud eſt poſſe ab omni peccato abſtinere, & poſſe uſque ad finem vitæ, in hac abſtinentia ab omni peccato, perſeuerare. Poſſe enim abſtinere, explicat potentiam ferri ſuper negationem tantum, Senſuſque eſt, poſſe non peccare, hoc dicit Apoſtolus, & verum eſt, quod baptizatus poteſt non peccare. Cum enim baptizato occurrit aliquid, ſub ratione peccati mortalis, ex habituali gratię inclinatione poteſt reſilire ab illo, niſi uelit in contraria niti, ſequens ſcilicet carnis concupiſcentiam, non efficaciam gratiæ, agentis eum ad bonum. Verũ cum dicitur, Iſte ex gratia gratifica poteſt vſque in finem, in abſtinentia à peccato perſeuerare, potentia fertur ſuper affirmationem, ſuper perſeuerantiam vſque ad finem vitæ. Hoc autem falſum eſt, quod quis poſſit ab intrinſeca gratia, perſeuerare in hac abſtinentia vſque ad finem, quoniam vt dictum eſt, iſtud ab aliquo intra nos fieri, non poteſt, niſi tollatur illa pronitas, & fiat impeccabilis: aliter eſſet uiolentia perpetua, ut dicebam. Externis autem auxilijs Dei fit, qui non tollit pronitatem, ſed quoties peccati occaſio ſe ingerit, mentem diuinitus excitat efficaciter ad reſiſtendum. Iſtud ergo eſt, quod petitur ſemper à Deo, & peti oportet etiam à ſanctiſſimis uiris, aliter enim perſeuerantia, in hac uita haberi non poteſt. Gratia baptiſmalis, largitur perſeuerantiæ virtutem, propoſitumque perſeuerandi, ſed niſi Deus, cum adulti ſimus, continenter nos adiuuet, illud propoſitum perdimus, & actu non perſeueramus. Quod ſi dicas. Ergo nõ quilibet chriſtianus in baptiſmo habet, vt poſſit perſeuerare. Reſpondeo. Sicut differt potentia intelligẽdi, & actus intelligẽdi, ita differt potentia pſeuerãdi, & actus perſeuerandi. Liberũ arbitriũ, cũ gr̃a gratifica eſt potentia pſeuerãdi, quia eſt omnis boni operis principiũ: & ita oẽs baptizati habent potentiã pſeuerandi. Verum, actus perſeuerãdi, qui eſt exercitium continuatum, & nunq̃ intermiſſum omnium bonorum operum, non habet ex gratia illa, niſi ſemper nobis adſit externum auxilium diuinę prouidentiæ, nos in ſuo beneplacito dirigentis, mouentis, & gubernãtis. Et ideo non eſt, in noſtra poteſtate, etiam ſi ſimus Deo gratiſſimi, ſed id continuis precibus habet obtineri.

Omnes igitur baptizati, habent potentiam perſeuerandi, non omnes tamen poſſunt perſeuerare: quemadmodum infirmus habet potentiam ſemper intelligendi, non tñ poteſt ſemper intelligere, quia coexigit uires corporeas fortes ad intelligendũ. Et homo exiſtẽs in

tenebris, habet potentiam uidendi, nõ
tamen poteſt uidere, quoniam indiget
externo lumine. Potentia enim exi-
gens aliquod extrinſecum, ad executio
nem ſui actus, ſola non ſufficit ad il-
lum exercendum. Quia ergo ho-
mo, in gratia conſtitutus, ex ſeipſo non
ſufficit, ad continuandum ſemper in
bono (niſi dicas, quod ſit impeccabilis,
quod impoſſibile eſt) ſed oportet ex-
ternum adeſſe Dei auxilium, propter
impedimenta quæ dicta ſunt. Iccir-
co, quamuis habeat potentiam perſe-
uerandi, non poteſt tamen perſeuera-
re. Hinc pauciſſimi fuerunt, qui ſem-
per perſeuerarint. Quiſque enim
modo ſtat, modo cadit: ex Deo quidem
ſtamus, at ex nobis cadimus. Propte-
1.Theſ.5. rea dicebat Paulus. Orate ſine inter-
miſſione. Et Chriſtus. Oportet ſem-
Luc.18. per orare. Vt intelligamus ſemper Deo,
nunquam nobis ipſis, innitendum eſ-
Matt.26. ſe. Hinc ad humilitatem cohortans
dicebat. Vigilate & orate, ne intretis
in tentationem. Spiritus enim prom-
ptus, caro autem ſemper infirma, ſine
interpollatione igitur, ab ipſo Deo pen
deamus: in ipſum toto corde ſuſpenſi.
Is nanque ſolus poteſt à malo, in bo-
num noſtras flectere uoluntates, in la-
pſum pronas conuertere, & in ſibi
placitos dirigere greſſus. Propterea
2.Cor.7. Paulus dicebat. Cum timore, & tre-
more, ſalutem ueſtram operamini. De'
1.Theſ.2. eſt enim, qui operatur in nobis uelle, &
perficere pro bona uoluntate. Qua-
re cum timore, & tremore dixit, cum
potius dicendum fuiſſet, cum ſecurita-
te, ſi Deus operatur velle, & perfi-
cere? Niſi quia poteſt cito ſubripere ani
mo noſtro, ſine quo in nobis non ope-
ratur Deus velle, neque perficere; vt
quod benè operatur, ſuum tantum-
Pſal.29. modo exiſtimet, & dicat. In abun-
dantia mea, in virtute gratiæ meæ, &
virtutis meæ, non mouebor in æter-
num. Tunc enim Deus, qui præſti-
terat decori eius virtutem, auerteret
faciem ſuam ab eo, fieretque contur-
batus, iuxta uerbum Dauidis. Oportet
itaque ſemper timere, & nunquam
altum ſapere. Nam cogitationes no-
ſtræ, improuiſo mentem, animumque

confundunt: atque aliò trahunt, quàm
tu propoſueris, ad ſecularia reuocant,
mundana ſuggerunt, voluptates inge-
runt, illecebra intexunt, ipſoſque tem-
pore, quo mentem eleuare paramus,
inanibus obruti cogitationibus, ad ter-
rena plerumque deijcimur, niſi præci-
bus obtineamus, vt pijſſimus pater, qui
nos præuenit in benedictionibus dul- Pſ.20.
cedinis, ſubſequatur nos, cum miſeri- Pſal.58.
cordia ſua omnibus diebus vitæ noſtræ.
Ab adoleſcentia ſua natura noſtra ua-
ga eſt, incerta, inſtabilis, imperita, infir
ma ad efficiendum, facilis ad ardendũ,
in cupiditatibus cæca, in honoribus tu
mida, curis anxia, ſuſpitionibus inquie
ta, gloriæ quàm uirtutum auidior, famæ
quàm conſcientiæ diligentior, continẽ-
ter itaque orandum eſt. Ne des ad mo- Pſ.35.
uendum pedem meum. Ne tradas me Pſal.139.
domine, à deſiderio meo peccatori. Fiat Pſ.79.
manus tua, ſuper uirum dexteræ tuæ,
quem confirmaſti tibi, & non diſcedi-
mus à te. Actiones noſtras aſpirando p̃-
ueni, & adiuuando proſequere. Cõfir-
ma hoc Deus, quod operatus es in no- Pſ.67.
bis. Inclina cor meum Deus, in teſtimo Pſal.118.
nia tua. Illumina oculos meos, ne unq̃
obdormiam in morte. Deus in adiuto- Pſ.12.
rium meum intende. Domine ad adiu- Pſ.69.
uandum me feſtina. Cum defecerit vir-
tus mea, ne derelinquas me domine.
Ne proijcias nos in tẽpore ſenectutis. Pſ.70.
Quis enim ignorat ſcriptum eſſe. Peti- Ibidem.
te & accipietis, pulſate & aperietur uo- Luc.11.
bis? Cum itaque ex gratia gratifica, (ſi
eam ſequi uoluerimus,) omnia peccata
cauere poſſimus, Deo nos adiuuante,
vt illam ſemper ſequi uelimus, & ſequa
mur, fiet vt ſemper illam reipſa ſequa-
mur, conſequenterque in peccatorum
omnium abſtinentia perſeueremus.
Hinc enim dicebatur, ex gratia gratifi-
ca, nos minime poſſe perſeuerare, ni-
ſi externa Dei ope ſuffulti, quoniam
non poſſumus eam ſemper ſequi ex ui
eius tantum. Si ergo hoc poſſe dederit
Deus, poterimus perſeuerare. Dabit au
tem, quoniam ſcriptum eſt. Dat ſpiritũ
bonum, omnibus petentibus. Et de hoc Ibidem.
ſatis. Sequitur.

Quod enim mortuus eſt, peccato mortuus eſt ſemel, quod autem uiuit, uiuit Deo. Ita &

uos

vos exiſtimate vos ipſos mortuos quidem eſſe peccato, viuentes autem Deo, in Chriſto Ieſu Domino noſtro. Hactenus probauit nos peccata poſſe vitare, ratione ſumpta à Ieſu Chriſti morte, & reſurrectionis triumpho. Nunc ab eadem cauſa ſumit argumentum, ut oſtẽdat nos, ab omnibus peccatis abſtinere debere. Quo tandem id fiat, vt abſtineamus. Si enim poſſumus, & debemus, cur non itam abſtinemus? Poſſe nanque, nos de inertia conuincit, debere autem, de ingratitudine. Vide autem quanta arte contexuit hanc rationem præcedenti, vt non uideatur noua ratio, ſed probatio, præcedentiſque declaratio. Dictum eſt nanque ſtatim ſupra, Chriſtum mortuum quidem fuiſſe. Verum ad rediuiuam uitam ſurrexiſſe, immortalitate amictum, vt nec mori potuerit denuo, neque poſſit. Dicere potuiſſes. Cur hoc? Quia inquit Paulus. *Quod mortuus eſt, mortuus eſt peccato, quod viuit, viuit Deo.* Tu vero ne puta, cum Chriſtum audis peccato mortuum, eodem ſenſu id eſſe intelligendum, quo intelligitur nos in baptiſmo mori peccato. Qui enim peccato nũquam uixit, quomodo ipſi mori potuit? ergo nunquam peccato mortuus eſt: nos uero vix concepti: viuimus peccato: cum uero baptizamur, morimur peccato. Hic ergo ſenſus eſt genuinus. Chriſtum mortuum eſſe peccato, ideſt ex peccato, vel propter peccatum. Ita quod nos morimur peccato: & *Vt* datiui caſus eſt, & *Vt* ablatiui in diuerſis ſenſibus. Chriſtꝰ vero unicè accipiendo in ablatiuo caſu. Datiuus enim Græcis eſt, pro ablatiuo frequentiſſimè. Intellige autem, Mortuum eſſe Chriſtum propter peccatum, quoniam vt peccatum aboleretur,
Eſa. 53. non ſuum, ſed noſtrum, morti traditus eſt, iuxta illud. Vere dolores noſtros ipſe tulit, & languores noſtros ipſe ſana-
1.*Pet.* 2. uit. Et illud. Peccata noſtra ipſe pertulit in corpore ſuo. Nam nulla alia ratio fuit ſuæ mortis, niſi ut peccata noſtra dilueret, in ſanguinis ſui aſperſione. Vnde niſi primus parens peccaſſet, eũ mori, nõ oportuiſſet. Quia autem mors ſua, omnia peccata ſufficientiſſimè de-
1. *Ioan.* 1. ſtruxit, iuxta illud. Ipſe eſt propitiatio pro peccatis noſtris, non ſolum autem noſtris, ſed etiam totius mundi, Ideo ſat fuit, quod ſemel tantum moreretur. Statutum eſt hominibus omnibus, ſemel mori propter peccatum, in-
quit Paulus. Chriſtus ergo vnicè pro- *Heb.* 11.
pter peccatum iſtud abolendum, quo oẽs homines morti addicti ſunt, mortuus eſt: nec requiritur vt ſecundo moriatur, poſtquam una oblatione ſui ipſius, iam deſtructum eſt. In hoc enim excedit Chriſtus Ieſus, omnes teſtamenti ueteris pontifices. Illi nanque ſingulis anni, s ſemel cũ ſanguine alieno, ſanctorum ſancta ingrediebantur, quo populi peccata expiarentur, nec tamẽ
expiabantur. Impoſſibile eſt enim, ſan- *Ibidem.*
guine hircorum, aut taurorum auferri peccata. Chriſtus autem ſemel in omni uita, in cõſummatione ſeculi, ad peccatorum deſtructionem ſe ſe offerẽs, hoſtiam Deo patri, & proprium effundẽs ſanguinem, omnium peccata lauit. Vt per bellẽ alto illo ingenio, oſtendit Paulus ad Hæbræos. Hoc itaque intelligitur uerbo iſto. *Quod enim mortuus eſt.* Scilicet Chriſtus, *Peccato mortuus eſt ſemel.* Semel enim ſat fuit, eum mori. *Quod autem viuit*, vita rediuiua. *Viuit Deo.* ideſt ex Deo, vel per Deum, in glo-
ria Dei ſcilicet, cum quo etiam regnat. 2.*Cor.* 13
Iuxta illud. Crucifixus eſt ex infirmitate, uiuit autem ex uirtute Dei. Nam
tunc data eſt illi omnis poteſtas, in cęlo, & in terra. Nonne quoque ſuper omne nomen, vt in nomine Ieſu, *Matt* 28. *Philip.* 2.
omne genu flectatur, cæleſtium, terreſtrium, & infernorum, & omnis lingua confiteatur, quia dominus noſter Ieſus Chrs, in gloria eſt Dei patris? Subintelligendum itaque eſt. Ergo oportet vt uiuat immortalis, quoniam vita diuinæ glorię, immortalis eſt. Hæbræi nanque vt plurimum, iſtas defectiuas, vel detruncatas locutiones vſitare ſolent: vt ex vno contrario aliud intelligatur, quamuis non expraſſum. Ex hoc ergo, quod dictum eſt, quoniã mortuus fuit
Chriſtus peccato, ſat fuiſſe, vt ſemel mo- *Heb.* 9.
reretur, ad multorum exhaurienda peccata, intelligitur conſequenter, cum ſe cũdam uitam uixerit per Deum, quod oportuit eum uiuere ſemper, & in æternum.

num. Ecce modo concluſio, quam intẽ
dit Apoſtolus. Qui Chriſti Ieſu benefi
cio, per lauacrum baptiſmalium unda-
rum, mortui eſtis ipſi peccato, debetis
Chriſtum ipſum imitantes, quo ad po-
teſtis, & rediuiuam vitam ueſtram, ui-
uere Deo ipſi, non amplius peccato.
Quia enim Chriſtus, cum nulli pecca-
to eſſet obnoxius, propter peccata no-
ſtra in ligno crucis, mortuus eſt: illi qui
liberati à peccato, ad peccata ſecundo
redeunt, mortis ſuæ cauſam reiterare
uidentur: ac per hoc uidentur negle-
ctui habere, quod ſemel mortuus ſit.
Si enim tanti facerent myſterium illud
crucis, quanti faciendum eſt, ſemel cru
ce Chriſti erepti, in peccata iterum non
prolaberentur: quibus quantum in ſe-
ipſis eſt, ſumma ingratitudine Dei fi-
lium rurſum, cruci affigere, uelle vi-
Heb 6. dentur. vt altiſſimè dicitur in Epiſtola
ad Hebræos.

Attende autem Pauli verba, quibus
hic utitur, in hac adhortatione. *Ita.*
Ad ſimilitudinem mortis, & rediuiuæ
uitæ Chriſti Ieſu, *Et uos mortui peccato, vi
uentes Deo exiſtimate.* Non exiſtimate,
vel imaginatione ſpeculatiua, ſed practi
Philip. 2. ca. Hoc ſcilicet ſentite in uobis, quod &
in Chriſto Ieſu. *Vos ipſos mortuos quidem
eſſe peccato, viuentes autem Deo.* Nõ ſat eſt
ita eſſe, oportet vt & ita eſſe exiſtimetis,
atq; ſentiatis, ut ſcilicet in uita, in cogita
tionibus, in actibus, in moribus, ĩ uer-
bis, in factis uos ipſos tanquã uiuentes
vni Deo, mortuos peccato, exerceatis.
Sine ſenſibus exanima cadauera iacẽt,
vt videtis, & uos ſine ullo ſenſu peccati,
tanq̃ prorſus exanimes, manere opor-
tet, vt in uobis nihil omnino ſit, quod
peccatũ redoleat. Vnde ad Philippẽſes.
Quæcunque ſunt uera, quęcunq; pudi
Philip. 4. ca, quęcunq; iuſta, quæcunque ſancta,
quęcunq; amabilia, quęcunq; bonæ fa-
mæ, ſi qua virtus, ſi qua laus diſciplinæ,
hæc cogitate: quæ & didiciſtis, & accipi
ſtis, & audiſtis, & uidiſtis in me. Addit
aũt hic, & omnem ueſtram uitã, vitęq;
functionem, uiuatis Deo, ad laudẽ ſci-
1. Cor. 10 licet Dei. iuxta illud. Siue manducatis,
ſiue bibitis, vel aliquid facitis, omnia
in gloriam Dei facite. *In Chriſto Ieſu Do-
mino noſtro.* Iuxta illud, quod alibi dixit.
Omne quodcunq; facitis in uerbo, aut
in opere, omnia in nomine domini no- Ibidem
ſtri Ieſu Chr̄i facite, gratias agẽtes Deo
pr̄i per ipſum. Significatq; innitendum
eſſe ſemper meritis Chr̄i Ieſu, & gratiæ
eius: nunquã autem nr̄is meritis: adeò
vt omnia, quę facimus, etiam ſi propter
Deum faciamus, arbitremur Deo acce-
pta eſſe nequaquã poſſe, niſi per Ieſum
Chr̄m offerantur. Quę uero ipſe obtu-
lerit, Deum optimum maximũ, omnia
in odorem ſuauitatis odoraturũ. Hinc Heb. 13.
& alibi hortabatur. Per Ieſum ergo of-
feramus hoſtiam laudis ſemper Deo, id
eſt fructum labiorũ nr̄orum, confiten-
tium nomini eius. Et rurſus. Cãtantes, Eph 5.
& pſallentes domino, gratias agentes
ſemper pro omnibus Deo patri, in no-
mine domini nr̄i Ieſu Chriſti. Viuen-
dum eſt ergo Deo, inquit Apoſtolus, in
Chr̄o Ieſu: Non. ſ. in nobis ipſis. Quia
enim Chr̄s Ieſus mortuus eſt, pro no-
bis, ratio exigit, vt & nos propter eum
nobis ipſis moriamur: ut ſcilicet illius
intuitu nos ipſos abnegemus, iuxta il-
lud. Qui uult uenire poſt me, abneget Luc. 4.
ſemetipſum. Hinc Paulus. Mortuus eſt 2. Cor. 5.
pro omnibus Chr̄s Ieſus, vt & qui ui-
uunt, iam non ſibi uiuant, ſed ei qui ꝓ
ipſis mortuus eſt. Quod ut ſanctè do-
cuit, ita & integrè ſeruauit pręceptor o- Gal. 2.
ptimus. Viuo ego, iam nõ ego, viuit au
tem in me Chriſtus. Sequitur.

*Non ergo regnet peccatum in ueſtro mor-
tali corpore, vt obediatis ei in concupiſcentijs
eius.* Quibus uerbis, declarat quid intel
lexerit cũ dicit. Exiſtimate uos mortuos
pcõ. Id ergo eſt. Vt pcm̃, non regnet in
uobis. *Peccati* aũt noĩe, reliquias pecca-
ti intelligite, hoc eſt fomitẽ, & inclina-
tionẽ ad malũ, quã & legẽ mẽbrorum Rom. 7.
infra appellabit. Peccatũ aũt dr̃: & quia
ex pcõ Adæ ſurrexit, & quia ad pecca-
tum inclinat & extimulat: & quia uerè
peccamus ſi illi conſentimus: & quia ſe
cundum ſe, etiam uitio minime caret.
quamuis Chriſti gratia, baptizatis non
imputetur. Quæ omnia notãda ſunt. Ita
ergo agendum eſt, vt peccatum iſtud
inquit Paulus, hoc eſt, vt fomes iſte,
non regnet, & ſi uiuat in nobis. Viue
re fomitem mali, erit exercitium ad co-
ronã, at regnare, uia erit ad interitum.

Patiamur ergo, quod viuat. Verum pro
virili quiſque noſtrum adnitatur, vt nõ
regnet, ne in nobis locum habeat mors
Apoc.21. ſecunda. Quid eſt autem regnare re-
gem, niſi regnum in illius eſſe poteſta-
te? Si regnicolæ non illi paruerint, Rex
quidem eſſe poterit, ſed non regnabit.
Nos itaque peccato haud obediamus,
in corporis concupiſcentijs, & iam
peccatum non regnabit. Si mulierem
uides, & ſubrepit tibi fornicandi con-
cupiſcentia, non eas poſt illam concu-
piſcentiam, freno potius illam arce, &
a peccati regno liberius euades. Niſi
enim mente conſentias concupiſcentiæ
carne, peccatum non erit. Et quid di-
cam, concupiſcentiam carnis bonam
1.Cor.11 eſſe? quoniam exercendæ uirtutis ma-
teria eſt. Iuxta illud. Virtus in infirmi-
tate perficitur. Non.n. concupiſcentiã
carnis prohibuit Deus, cum dixit
Exo.20. Non concupiſces. Sed concupiſcentiæ
mentis, de quo dictum illud extat Ie-
Matt.5. ſu Chriſti: Qui uiderit mulierem ad cõ
cupiſcendum eam, iam mecchatus eſt
in corde ſuo. Neque enim tantum mec
chari, quod huius concupiſcentiæ, effe-
ctus eſt, peccatum eſt, quod indocta
Iudæa exiſtimabat, ſed & ipſa uolun-
taria concupiſcentia. Verum niſi hęc
adſit, qua corporis concupiſcentijs o-
bediamus, illę ipſę concupiſcentiæ pec
cati rationem habere nequaquam poſ-
ſunt: quando & omnem deliberatio-
nem, omneque iudicium rationis prę-
uenit, velimus, nolimus titillatio quæ-
dam, quam ſenſus, & caro ſuggerit.
Quis autem neſciat, primos motus in
noſtra non eſſe poteſtate, conſequen-
ter nõ eis peccati aliquam ineſſe ratio-
nem? Si itaque carnis concupiſcentiam
repellis, uirtus eſt. Si delectatione mo-
roſa in ea permaneas citra conſenſum,
venialis eſt culpa. Si uero conſen-
tias, letalis. Propterea ergo dicit.
Non obediatis ei. ſcilicet peccato. (Eſt e-
nim. *Ei*, generis fœminini, & pro-
pterea ad peccatum refertur, quod
ἁμαρτία dicitur, genere fœminino)
In concupiſcentijs eius, ſcilicet corporis,
quod neutri eſt generis. Quia enim
loquitur de carnis concupiſcentijs, nõ
dicit, quod non concupiſcamus. Hoc
enim eſſet peccatum mortuum eſſe, nõ
modo, non regnare. Sed tantum dix-
it, quod non obediamus concupiſcẽ-
tijs. Iuxta illud. Fili, poſt concupiſcen Eccleſia-
tias tuas non eas: & a voluntate tua ſtici.18.
auertere. Si enim præſtes animæ tuæ
concupiſcentias ſuas, faciet te in gau-
dium inimicis tuis. Non incaſſum au-
tem additum eſt, *In veſtro mortali corpo-
re.* Magnam quippe ſpem dat nobis,
verbum iſtud, mortale corpus. Intelli-
gemus enim ſi fomes viuit, & ipſum
eſſe cum corpore moriturum. Certe-
mus itaque, & pugnemus acriter con-
tra regnum peccati. Breui nanque cer-
tamina finientur & agones, coronam-
que immortalem parta uictoria conſe-
quemur. Aliud quoque hinc intellige-
re potes, quò diuinæ gratiæ, largitas,
atque copia maximè demõſtratur. Adã
noſtrum omnium protoplaſtum, fomitẽ
hunc peccati nõ habuit, antequam pec-
caſſet. Sed quid mirum? Nã corpus im-
mortale habuit: tu fomitem habes: ne
quærare. Nã corpus mortale geſtas. Sed
ille corpus habens immortale, fomiteq;
peccati carens, peccauit tamen. Tu fo-
mite actus, in corpore viuens mortali,
potes non peccare. Non enim ui ꝓpria
peccatum regnat ſuper te, ſed tua deſi-
dia, tua voluntate. Vnde ergo hęc excel
lentia tua, vnde hoc inſigne, vnde hæc
gratia? A dono Chriſti Ieſu, quod tibi
in baptiſmo contulit Deus. Quàm ergo
pręcellit Chriſti donum Adę delictum?
Verum enimuero, quoniam dicere po-
tuiſſet quiſpiã. Paule, Paule, nemo no-
ſtrum eſt, qui peccato pareat ſpõte ſua:
trahi potius uidemur in ſcelera, in cõcu
piſcẽtias, q̃ duci. Quis eſt enim qui mu
lierem uideat, vel ſemel ornatam or-
natu meretricio, præparatam ad deci-
piendas animas, & concupiſcen-
tiæ calor non diffundatur? delectatio
non ſequatur? atq; demum non etiam
conſenſus uoluntarius? Oculus me- Tre.3.
us, (dicebat ille) deprædatus eſt ani-
mam meam in cunctis filiabus vrbis
meæ. Facilè dicis, non obediatis con-
cupiſcentijs. Sed vtinam id ita faci-
lè, præſtare poſſemus omnes, ſicut
egregiè dicere nemo neſcit. Ideo
quid Paulus dicat, aduertite.

Vera ſunt hæc omnia Romani: inquit
Apoſtolus. Sed ecce medela. En antido
tum ſalutare. *Neque exhibete membra
ueſtra, arma iniquitatis peccato.* O ſalu-
berrimum, itemque potentiſſimum re
medium. Armis ſacra militia vtitur, ad
repellendas iniurias, ad prorogandam
Rempublicam; ad arcendos tirannos.
Armis item latrones, ſicarij, prædones,
& piratæ utuntur ad perniciem, interi-
tumque hominum. Non eſt peccatum
in armis, eorum crimen eſt, qui armis
malè vtuntur. Nam bellica ars, inſtitu-
ta eſt, vt proſit, non ut obſit. Membra
ergo noſtra, oculus, lingua, manus, ar-
morum inſtar, & ad uirtutem, & ad ui-
tium exerceri poſſunt, quanquam idcir
co data ſint, vt ad uirtutem exerceãtur.
Tu ergo, qui teipſum noſti, cum mulie-
rem curioſius reſpicis, incaleſcere, ab-
ſtine, fuge, auerte oculos tuos, ne vi-
Pſ. 118. deant uanitatem. Neque enim libidi-
nis furor uincitur, niſi fuga. Hoc eſt,
Matt 5. quod dicebat ſaluator. Si oculus tuus
ſcandalizat te, erue eum, & proijce
abs te. Nequaquam erui iubet hos ocu
los dominus, quos ipſe dedit. At iuxta
Eccleſiaſtici 9. Salomonem, auertendam eſſe faciem à
muliere compta: propter ſpeciẽ enim
eius, multi perierunt. Concupiſcentia
enim quaſi ignis exardeſcit. Qui id non
facit, exhibet oculum ſuum ſpiculum
atque telum iniquitatis, mucroneque
illo confoditur, vnde ſaluari potuit.
Hoc eſt ergo exhibere membra, arma
iniquitatis, in fauorem peccati, pugna-
reque pro peccato, quo regnum eius p-
durare poſſit: non fugere ſcilicet occa-
ſiones, ex quibus iniquitates originem
habent. Fugiendæ itaq; ſunt. Hinc Da-
Pſal. 54. uid. Ecce elongaui fugiens, & manſi in
ſolitudine. Si enim obediendum non
eſt iniquo regi huic, uidelicet peccato,
multo minus pugnandum eſt pro illo,
vt regnet. Tunc autem pugnamus, cum
ea, quibus in peccatum trahimur, pro
Hier. 9. virili non euitamus. Occaſione enim
accepta, ingreditur mors, per feneſtras
Iob. 31. noſtras, per ſenſus noſtros. Hinc Iobus
ille. Pepigi fędus cum oculis meis, vt
nec cogitarem quidẽ de uirgine. Hinc
Matt. 5. Chriſtus, ſanguinarijs illis Iudęis etiam
iram prohibuit, peierantibus etiam
iuſiurandum, litigioſis etiam conten-
dere iudicio: furentibus etiam reſiſte-
re malo: uſurarijs etiam, & ipſa col-
libia: vindictam ſitientibus, etiam o-
dium cordis interdixit: ne ulla ratione,
noſtris armis contra nos ipſos militare-
mus. *Sed exhibete vos Deo, tanquam ex
mortuis viuentes, & membra ueſtra arma
iuſtitiæ Deo.* En antitheta. Dixerat non
eſſe peccati regno obediendum. Con-
tra ergo dicit. Obediendum eſſe Deo.
Dixerat ita agendum nobis cum pecca
to, ac ſi illi omnino mortui eſſemus, cui
primum viuebamus. Contra, dicit agẽ-
dum eſſe cum Deo, tanquam viuamus
illi, cui primũ mortui eramus, ſub pec-
cati regno degentes. Dixerat non eſſe
pro peccato armis noſtris, ideſt mẽbris
noſtri corporis pugnandum. Cõtra er-
go dicit, conficienda ex uiribus omni-
bus iuſtitiæ arma, vt pulſo tiranno illo,
regnet omnino Deus in nobis. Oculus
qui ante uideret ad peccandum, nunc
uideat ad boni operis miniſterium: ma
nus quam ad expoliandum extẽdebas,
ad largiendum extendatur: omnia mẽ-
bra ab iniquitate ad miſericordiam re-
uocentur. Non enim ſat eſt à malo de-
clinare, ſed oportet facere bonum, vt
inquit Pſaltes. Cum ergo dixerit, quid *Pſ. 30.*
non agere oporteat, dicendum illi fuit,
quid nam ſit agendum. Vim autẽ atq;
energiam Apoſtolicę vocis attẽde. Duo
ſunt Reges, Deus & peccatum: peccati
regno mortui fuimus omnes, & perdi-
ti, adeò vt nullus nobis ſubſidium fer-
re poſſet. Deus omnipotens ille fuit, q
nos ad uitam reuocauit: vitam inquam
gratiæ immortalem. Nonne ergo mi-
litari gloria indignum eſt, pugnare pro
peccato, quod nos uniuerſos occidit?
Nonne item debet quiſque noſtrũ mi-
litare Deo, ſumma alacritate, poſtquam
per eum ex mortuis, ad uitam fuimus
reſtituti? Interroga milites, duces, num
deceat rebellem eſſe Regi, qui te ſum-
mis honoribus illuſtrarit, à mortuiſque
reuocarit ad uitam: & non potius pro
illo continenter ſit pugnandũ? Pugnan
dum autem eſt ſtrenuè. Grauè enim bel
lum nobis inſtat illius iniqui regis: uali
dis igitur armis opus eſt. ieiunijs, vigi-
lijs noſtra hæc corpora maceramus, &

arma fortiſſima erunt ad peccati acies
profligandas. Omnis qui in agone con-
1. Cor. 9. tendit, ab omnibus ſe abſtinet, & illi
quidem vt corruptibilem coronam ac-
cipiant, nos autem incorruptam. Tu au
tem hinc nota metaphoram tanti Apo-
ſtoli. *Exhibete membra ueſtra arma iuſti-
tia Deo.* Hac enim, & aliàs non ſemel
Rom. 13. vſus eſt. Abijciamus opera tenebrarũ,
2. Cor. 6. & induamur arma lucis. Per arma iuſti
tiæ à dextris, & à ſiniſtris. Induite vos
Eph. 6. armaturã Dei. Sumite ſcutum fidei, vt
Ibidem. poſſitis omnia tela nequiſſimi ignea ex
tinguere. Sumite loricam iuſtitiæ, galeã
ſalutis, gladium ſpiritus, quod eſt ver-
bum Dei. Neque enim diuino ſpiritu,
afflatus Paulus, nomina rei deteſtabilis,
& damnatæ, atque profanæ ad optima,
ad ſanctiſſima quæque uſurparet. Quo-
modo ergo tanta loquacitate, tantaque
impudentia, argutatiunculis quibuſdã
freti, tractare arma, belligerare, conten-
dunt nonnulli rem eſſe iniquam, & (vt
eorum uerbo vtar) pluſquam tartareã?
2. Tim. 2 Paulus comparat dignos epiſcopos bo-
nis militibus. Labora ſicut bonus mi-
les: Ornans chriſtianorum uitam, mili-
2. Cor. 10 tiam uocat. Arma militiæ noſtrę. Quid
plus? Seipſum militem appellat, pugnã
tem, decertantem. Quis militat ſuis ſti-
1. Cor. 9. pendijs unquam? Ego pugno, non qua-
2. Tim. 4. ſi aerem verberans. Bonum certamẽ cer
Apo. 12. taui. Angelici Spiritus, & milites fue-
runt, & militum officio functi. Factum
eſt prælium magnum in cœlo; Michael
& angeli eius præliabantur cum draco-
Hier. 7. ne. Deus ipſe dominus exercituum
voluit appellari. Chriſtus Ieſus militię
cæleſtis imperator, prędicitur in Apoca
Apo. 19. lypſi: Vocabatur nomen eius uerbum
Dei, & exercitus qui ſunt in cęlo ſe-
quebantur eum. Vnde & ipſo naſcente
Luc. 2. refert Lucas, multitudinem cæleſtis e-
xercitus perſonuiſſe. O inſcitiam er-
go. O leuitatem eorum, qui chriſtianã
philoſophiam dedocere bellum, tanq̃
iniquum, & antichriſtianum: & teme
rè, & falsò, & dicunt, & ſcribunt. Sed
de hoc aliàs. Nunc id ſat eſt, quod &
arma pro iuſtitia tractari poſſunt. Vnde
& illud eſt. Ius eſt in armis. Propter qđ
dicit Apoſtolus, *Arma iuſtitiæ. Peccatum
enim vobis non dominabitur: non enim ſub
lege eſtis, ſed ſub gratia.* Accendit militẽ
chriſtianum, ſpe conſequendę uictorię:
ſimulque declarat fructum conſilij, qđ
iam dedit, cum diceret, Neq; exhibete
membra ueſtra. &c. Sed exhibete mẽm
bra ueſtra iuſtitiæ. &c. Si enim ita fece
rimus, ĩquit Apoſtolus modo. *Peccatum,*
Fomes ſcilicet peccati, *non dominabitur
nobis,* & ſi uiuerin nobis, nulla eſt uia
alia, qua à regno peccatum eijci poſſit:
niſi iſta. Hæc autem optima eſt: pu-
gnantibus enim nobis mente genero-
ſa, indubiè ſuccumbet rex ille, nos ui-
ctores erimus. Quoniam tamen uicto-
ria non militibus, ſed duci adſcribitur,
iure maximo propterea inquit Paulus,
& hanc noſtram uictoriam, non eſſe no
ſtris uiribus adſcribendam, ſed duci no
ſtro inuictiſſimo, diuinæ ſcilicet gratię.
Nam Iudæi, qui in ducatu legis milita-
bant, quanquam peccatum regno, to-
tis (ut aiunt) neruis expoliare conaren-
tur, nunquam tamen id aſſequi potue-
re. Si ergo nos poſſumus, quia certè poſ
ſumus, non nobis ipſis arrogemus, ſed
diuinæ gratiæ feramus acceptum. Hoc
eſt ergo, quod dicit Paulus. Abſcedat
ignauia, torpor, deſidia, enitamur, &
peccatum non dominabitur cuiq; no-
ſtrum. Iam enim ſub infirmitate legis,
non ſumus amplius, ſed ſub potentia
gratiæ. Quis eſt ergo, qui deſperare au
deat, vel animo concidere? Si hoc no-
ſtrum liberum arbitrium non aſtruũt,
quid aſtruetur? Adeſte, Adeſte humani
generis hoſtes perpetui, & uidete ſi re-
ſpondere poteſtis Pauli rationibus. Nõ
exhibeatis membra veſtra, arma iniqui-
tatis peccato, ſed exhibete uos Deo, &
peccatum uobis non dominabitur: uos
dominabimini peccato: quoniam gra-
tia diuina nõ deerit: illa præſens eſt ſem
per uobis: uoluiſſe ſat eſt. Dux enim ad-
eſt, ſemperque præſto eſt ad ferendum
auxilium. Ante omnia in bello, duce
opus eſt, & ſtrenuo, & ſapientiſſimo.
Dux noſter gratia Dei eſt, inuicta ſemp
& inuincibilis, vincemus omnino pec-
catum. Priſca ætas ſub legis uexillo mi-
litauit, propterea peccatum nunquam
potuit ſuperare. Docebat dux ille, bel-
landi artem, at uictoriam præſtare non
poterat. Milites faciebat, at non uicto-

res, vel triumphatores. Eò minus ſub legis imperio, Iudæorum exercitus pec cato potuit dominari, quò magis per le gem peccata abundauere, vt ſupra dicebatur. Nunc autem vniuerſus orbis, ſub beneuolentia militat redemptoris noſtri: qui & pugnandi artem docuit, & uincendi: exemplum quoque præbuit, & conatus ad extremum adiecit, p uirtutem Spiritus ſancti, quo à peccati iugo, & ſeruitute, modo uelimu, s liberari valeamus: fiamuſque iuſtitiæ mancipia, qui antea iniquitatis eſſe ſolebamus. Qui ergo puſillanimes fuiſtis & pauidi ſub legis ducatu, nunc ducem omni exceptione maiorem nacti, qui & poteſt, & ſcit, & vult uos ad triumphum perducere, eia agite viriliter, confortamini, pugnate contra peccatum, ne timeatis, dominus uobiſcum eſt. Vincet quiſque ueſtrum modo velit: non obediatis ei: non fiat quod iubet, reſiſtite. Sanctum eſt rebellare tiranno. Surgit ira, noli ad maledicendum linguam luxare: non manum ad feriendum. Surgit libido, noli oculos extollere, vt concupiſcentiæ ſeruiant, ad pudicitiam expugnandam. Ne dicas non poſſum: ex te certe non poſſes, ſed tanti ducis virtute ſuffultus, quomodo dicere audes, quod non poſſis? Id potius dicas cum
Philip. 4. Paulo. Omnia poſſum in eo, qui me confortat. Iudæe, qui Chriſto contempto, adhuc ſub lege degere mauis: Tu certè non potes. Imbecilla nanque eſt, legis moſaicæ uirtus, & perexigua ad uitanda peccata. Verum nos ſub gratia ſumus, legis onere non premimur: iuuamur gratiæ ſpiritu. Manibus Moſi non grauamur, uirtute Chriſti Ieſu ſubleuamur. Tam magna ergo eſt potentia noſtra, vt nemo ſit, cui peccatum, (niſi ipſe ſe ſe illi dedat, atque ſubijciat ultro,) valeat dominari: Vide quam excellentius eſt eſſe ſub gratia, quàm ſub lege. Sub lege enim peccatum, regnabat ad mortem, vt præcedente capite dicebatur. Sub gratia uero, regnnm eius deſtructum eſt.

Verum dubitabit Nouitius. Si qui ſub lege erant, peccata uitare non poterant, ergo neceſſario peccabant. Id enim neceſſarium eſt, cuius oppoſitum eſt impoſſibile. Si autem neceſſario peccabant, igitur non peccabant. Eſt enim ratio, in ſe falſa: peccatum neceſſarium, claudens contradictionem, non minus, quàm homo irrationalis, vel belua rationalis. Item. Vel ſub lege, vel ſub gratia conſtitutus homo, ſemper eſt liberi arbitrij compos. Quæ enim accidunt extrinſecus, ea quæ natura ſuapte alicui conuenit, tollere nequaquam poſſunt. Si autem liberi arbitrij, facultas, ſemper adeſt, ergo ſemper poteſt reſiſtere peccato: Dicam quidem, quod poteſt reſiſtere facilius ſub gratia, ſed omnino etiam extra gratiam poteſt, aliter perit liberum arbitrium. Rurſus. Cur diſtinxit Apoſtolus ſtatum ſub lege, à ſtatu ſub gratia? Nam & ſtatus iſte gratiæ, eſt ſub lege. Quis enim neget Euangelium ſtatuere legem?
Quod ſupra Paulus aſſeruit. Et ſtatus legis omnino fuit, etiam ſub gratia. Quomodo enim quiſquam ſaluus fieri potuiſſet ex priſcis patribus, ſine gratia Dei? Rom. 5.

Reſponſio autem facilis eſt, ad primum, & ſecundum ſimul. Dicendum eſt. Quod id tantum molitur Apoſtolus, peccatum regnaſſe ſub ſtatu legis, quoniam per legem tolli nequaquam potuit. Fruſtra ergo quæritur. Potuerint ne, an non potuerint, qui ſub lege erant, peccata vitare? Id ſat eſt, quod per legem minime potuerunt. Augebantur enim lege peccata, non tollebantur, vt ſupra oſtenſum eſt. Spetialis tamen illa difficultas. Num per liberum arbitrium, poſſint uitari peccata ſine gratia, licet facilius, cum gratia. Eliminanda prorſus eſt, & anathematizanda. Abſit enim, vt cum Pelagio, ſentiamus Dei gratiam faciles duntaxat, nos reddere ad uitanda peccata, peragendaſque virtutes: noſtro autem libero arbitrio abſolutè vtrumque poſſe. Dixit enim Chriſtus Ieſus. Sine me, nihil po- Ioan. 15.
teſtis facere: Et non dixit. Sine me nihil facilè, poteſtis facere. Sicut optime in Concilio Mileuitano definitum

tum eſt: & abundius capite ſequente pertractabitur. Nec tamen iam ſequitur, quod non ſit liberum, quamuis ad uitanda peccata, obſeruandaque Dei mandata, diuino ſemper indigeat adiutorio. Vt falſo colligebat Pelagius. Quod, & ſibi obiectum Paleſtinæ, damnare compulſus eſt. Hæc enim eſt ſolius Dei libertas, vt nullius rei indignus, quæcunque vult, ſiue in cœlo, ſiue in terra facere poſſit. Liberum autem hominis arbitrium, ſic prædicamus, (vt inquit Hieronymus ad Damaſum Papam) vt dicamus nos ſemper diuino indigere auxilio ad bene agendum. Hinc Auguſtinus, diffiniens liberum arbitrium. Facultas (inquit) eſt intellectus, & voluntatis, qua poſſumus bonum eligere gratia Dei aſſiſtente, & malum eadem gratia deſiſtente. Video autem te obijcere velle: Ergo non eſt liberum niſi ad malum. Nam liberum eſt, quod ex ſe agit, ex ſe non poteſt, in bonum, igitur. &c. Immo eſt liberum ad malum, & ad bonum. Abſit ab Eccleſia, qui oppoſitum dicit pertinaciter. Agens enim liberum, opponitur naturali agenti, nonne? Ita natura, naturale agens determinatum eſt ad vnum, liberum vero indeterminatum. Sume ergo ignem, qui naturaliter agit, quomodo dicitur neceſſario agere, & determinate? quia Deo primum coagente, præſente paſſo, ſi nihil impediat, non vrere, non poteſt. Hæ conditiones omnes, neceſſariæ ſunt. Non enim abſolute dicitur, neceſſario urere ignis. Poteſt enim non urere, ſi materies abſit. Item ſi Deus non coagat, vt patuit in trium puerorum fornace. Verum omnibus iſtis aggregatis, non poteſt non urere. Intellige itaque tu, agens liberum, non dici liberum, quia abſolutè poſſit agere quodcunque illi libet, ſed quia omnibus aggregatis, quæ requiruntur, vt agere poſſit vnum, & ut agat, ipſum poteſt cohibere ſe ſe ne agat illud, & agere oppoſitum. Applicemus ad hominem. Homo nō dicitur liber ad bonum, quia ex ſe abſolutè poſſit agere bonum. Abſit.

Dan. 3.

Abſit hæc impietas à nobis. Iuſtum eſt enim, mortalem ſubditum eſſe Deo, & homuntionem non paria Deo ſentire. Caueamus hunc ſuperbie tumorem, ne uolentem hominem facere liberum, ſacrilegum faciamus. Sed dicitur liber, quia cum diuinam gratiam, qua poteſt agere bonum, habet comitem, tunc adhuc poteſt motus ab ea reſilire, per ſeipſum, & agere malum: quod nulla cauſa naturalis poteſt. Et poteſt etiam cooperari ei, & diuina mandata ſeruare, ſe ſe mouens ad actum. Intelligis modo hominis libertatem? Intelligienim nequaquam poteſt, niſi primum intelligatur quomodo cauſa naturalis dicitur neceſſario, & determinate agere. Oppoſitum nanque iuxta ſe oppoſitum, magis eluceſcit. Eſt itaque homo liber ad bonum, quia habens omnia, quæ requiruntur ad bonum, ex ſe ſe determinati poteſt ad bonum, & ad malum. Inuictus eſt ergo, Paulus noſter, cum dicit. In lege extra Dei gratiam, peccatum regnum, obtinuiſſe. Cum dicis, Ergo neceſſario ſub peccato fuerunt. Concedo totum. Non enim poterant non eſſe ſub peccato. Debes quippe ſcire, quod magna differentia eſt inter peccare, & eſſe ſub peccato. Eſſe enim ſub peccato, reatum peccati iam perpetrati ſignificat. Ab hoc ergo reatu, nunquam ſe ſe eximere potuerunt. Peccare neceſſario, eſt ratio in ſe falſa. At eſſe ſub peccato, neceſſario nequaquam. Ita enim res ſe ſe habet, quod qui peccauerat, vel ſemel, non erat amplius in ſua poteſtate, vt ſe ſe à peccato redimeret. At Chriſtus redemit omnes, ianuam aperiens paradiſi: Abſolutè ergo neceſſario, qui ſub lege erant, omnes erant ſub dominio peccati, nullo dempto. Nunc autem ſoluti ſumus, à peccati dominio, quia ſumus ſub gratia, reſeratis foribus regni cæleſtis, Chriſti morte ſanctiſſima.

Sed ſi quæris. Num illi neceſſario peccarent peccatis actualibus. Dico, quod quatenus ſub lege erant, occaſione accepta à lege, neceſſario peccabant.

Non enim per eam peccatum poterant deuitare. At aliunde poterant, uirtute gratiæ Dei. Et hoc eſt ſatis Apoſtolo.

Sed tunc currit tertia difficultas. Diſtinguit enim Apoſtolus, ſtatum legis, & ſtatum gratiæ. Si ſub lege fuit etiam gratia, ridenda eſt diſtinctio. Debet eñ diſtinctio dari per oppoſita. Verum, ſi id quod, per ſe inſpectes, eſt diſtinctio per oppoſita, admodum & incompatibilia. Nam lex terret, lenit gratia. Indicat morbum lex, quem gratia tollit. Nihil eſt in lege, quod per ſe illi conueniat, quin gratiæ repugnet, & è cõtra. Propterea Paulus attendens ea, quæ p ſe vtrique ſtatui conueniunt, hos duos ſtatus diſtinguit. Sed non vult dicere, quod in ſtatu legis, gratiarum copia nõ etiam haberetur. Aliter enim nequaq̃ vllus, aliqua ratione à peccatis abſtinere potuiſſet. Habuerunt igitur gratiam, ſed non quatenus ſub lege erant, ſed quatenus ſub euangelio, per fidem in Chriſtum uenturum. Non ergo abſolutè, dices peccatum illis dominabać, q erant ſub lege, qđ tamen intendit Apoſtolus. Immo & abſolutè, ſine gloſa, quatenus ſub lege erant, vel etiam ſimpliciter. Quoniam nulli tanta affuit gratia, vt à peccati reatu expiari poſſit. Et ita peccatum omnibus dominabatur, etiã ſanctiſſimis, qui ad Euangelium, non ad legem ſpectabant. Quia nemo poterat cœleſtia ingredi regna. Poſtquam enim primus parens, à terreſtri paradiſo eiectus eſt, ſancitum eſt, vt uſque ad magni illius Pontificis mortem, omnes à cœlis exularent. Omnes itaque neceſſario, ſub peccati iugo fuere detenti: Contra, nemo in præſentiarum. Aſcẽdit enim Chriſtus, pandens iter ante nos omnes. Et hoc principaliter intendit Paulus. Mich.2.

Illud uero, quod ultimo obijciebatur. Nos etiam ſub lege eſſe, licet ſimus ſub gratia. Diſſoluendum eſt hoc pacto. Nemo enim poteſt duobus dominis ſeruire. Si ergo ſumus ſub gratia, iam non ſumus ſub lege. Pugnant enim lex, & gratia, vt dictum eſt. Quod dicitur Euangelium ſtatuere legem, hoc maxime probat, quod non ſimus ſub lege. Niſi enim legis dominium, finem per Chriſti gratiam habuiſſet, legem ſtatuere non oportebat. Stabilita enim eſt, & confirmata: quia ex ſe iam iam ſuccubuerat. Licet ergo pleraque ſeruare teneamur, quæ lege præcipiuntur, id tamen non eſt, ut per legem, ſed vt in Euangelio, per Chriſtum præſcripta ſunt. Euangelium autem, quid eſt aliud, quàm gratia? Ergo non ſub lege, ſed ſub gratia ſumus. Adde. Quod non omnia iura legis ſtatuta ſunt in Euãgelio, ſed aliqua. Ea ſcilicet, quę decalogo tantum continentur. Quo colore itaque dici poteſt, nos eſſe ſub lege, quando & ante legem, & poſt omnes gentes ea ſeruare tenebantur? Nemo tamen dixerit, ſub lege fuiſſe Gentiles, ſed tantum Iudæos. Qui enim ſub principis cuiuſpiam ditione uiuit, omnia q̃ ille iuſſerit, perficere debet. Qui itaque ſub lege eſt, debitor eſt vniuerſæ legis faciendæ: Cum autem aduenit plenitudo temporis, filius Dei caro factus, ſe ſe legi emancipauit, quo nos à legis grauitate, à ſexcentis ſcilicet præceptis nos liberaret. iuxta Paulum. Miſit Deus filiũ ſuum factum ex muliere, factum ſub lege. Iam ergo ſub legis dominio nos eſſe, nemo uerè dixerit. Hac ratione declarari poteſt, quod nec illi ſanctiſſimi patres ueteris legis, erant ſub gratia, quamuis gratiam haberent: quoniã nõ omnes effectus gratiæ participabant. Siquidem eis regnum cęlorum nõ aperiebatur. Verum nos omnes ſub gratia ſumus. Ex hoc autem quod dictum eſt de grauitate legis, aliud caput habere poſſumus, quo nobis ex loco iſto Pauli, perſuadeatur ſi uiriliter agere uoluerimus, peccatum nullatenus poſſe nobis dominari. *Non enim ſumus ſub lege*, præceptorum, innumerabili numero oneroſiſſima. *Sumus ſub gratia.* quæ onus leue eſt, & ſuaue. Non itaque magnus erit labor, ſed facilè aſpirante Deo, peccata omnia ſuperabimus, & ipſum peccatorum fomitem. Poterant ſe ſe excuſare Iudæi, quod legem illam grauiſſimam ſeruare non ualerent: nunc nullus eſt excuſationis locus. Paucis, mini miſque contentum eſt Euangelium. In his enim duobus præceptis pendet. Diliges dominum Deum tuum, & proximum

Mat.6. Gal.4. Mat.11. Mat.22.

ximum tuum ſicut teipſum. Vnde & minima appellata ſunt à Chriſto Ieſu præcepta Euangelica. Qui ſoluerit vnū de mandatis iſtis minimis. Quis ergo victoriam non ſperet, in duello contra peccatum, quando fauores gratiæ abundant, & ceſſant onera legis?

Matt.5.

Hinc autem naſci poſſet magni erroris, occaſio. Indoctus nanque, & male moratus audiens, Iam non ſumus ſub lege, ſed ſub gratia, à uindictæ timore ſolutus, & pernicioſa hac libertate furens, diceret cum impijs. Peccamus ergo. Exiguum & cum tędio eſt tempus vitæ noſtræ. Venite itaque, & fruamur bonis quæ ſunt: utamur creatura, eaq; in iuuentute celeriter: vino prætioſo, & vnguentis optimis impleamus nos: roſis coronemus nos, antequam marceſcant: nullum ſit pratum, per quod non tranſeat luxuria noſtra: opprimamus pauperē iuſtum: non parcamus uiduæ, neq; ueterano, nec teuereamur canos multi temporis: quodlibet licet, ſoluti enim ſumus à lege, hac ergo libertate gaudeamus quo ad poſſumus. O libertatem omni ſeruitute, & ipſa Dioniſiaca tirannide deteriorem. Hæc eſt libertas, cuius prætextu, putant ſibi licere omnia noui iſti chriſtiani, qui prædicātes placentia, mirum nō eſt, ſi abducūt diſcipulos poſt ſe. Contra quos clamat Paulus. In libertatem vocati eſtis, tantum ne libertatem in occaſionem detis carnis. Tollens itaque hanc anſam Apoſtolus, inquit ex eorum perſona addubitans. *Quid ergo? Peccabimus? Quoniam non ſumus ſub lege, ſed ſub gratia?* Et ex animo ſoluens. *Abſit.* Indigna nāque eſt reſponſione alia hæc argumentatio. Horret enim religioſus animus, & pia auris hanc impiam vocem. Sum^9 ſub gratia, ergo licentioſè uiuendum, peccandumque impunè. Quid enim deteſtabilius eſſe poteſt, quàm ex chriſtiana libertate, ad diabolicam perduci ſeruitutem? Num enim eſt libertas ſeruire peccatis? Audi Iobum. Vir uanus in ſuperbiam erigitur, & tanquam pullum onagri liberum ſe putat. Verè ſe liberum putat, ſed non eſt liber. Quæ eſt crudelior ſeruitus eſſe poteſt, cuius finis mors eſt? Vera autem ſeruitus, ſerui-

Sap.2.

Gal.5.

Iob 11.

re Deo eſt. Audi illum. Seruire Deo regnare eſt. Sed tu miſerorum omnium miſerrimus, fregiſti iugum, rupiſti uincula, dixiſtiq; non ſeruiam. Num enim ſpem concipere debueras, ſi fragilitate peccares, diuina gratia te releuari poſſe? Licentiæ & relaxationis temeritate cōcepta, inſoleſcere cæpiſti, dicens, peccādum eſt, quoniam ſub gratia ſumus, remittentur nobis omnia. Non eſt Deus vltionum, ſed miſericordiarum pater. Probat itaque Apoſtolus reflectendo argumentum, quod nullo modo peccandum eſt hac vna ratione, videlicet, quia ſumus ſub gratia, & inquit.

Hier.2.

Pſ.93.

2.Cor.1.

An neſcitis, quod cui exhibetis vos ſeruos ad obediendum, ſerui eſtis cui obeditis, ſiue peccati ad mortem, ſiue obedientia ad iuſtitiam? Gratia autem Deo, quod fuiſtis ſerui peccati, obediſtis autem ex corde, in eam formam doctrinæ, in quam traditi eſtis. Liberati autem à peccato, ſerui facti eſtis iuſtitiæ. Ratioque iſta conſiſtit in hoc. Cui homo ſe ſe ſubijcit ultro ad obediendum, illius ſe ſe ſeruum efficit ipſo iure. Qui eſt ſub gratia, ſe ſe ultrò gratiæ ſubiecit ad obediendum, igitur eſt gratię ſeruus effectus. Verùm ſi peccato pareat, iam à gratiæ obedientia recedit, ergo nō eſt ſub gratia amplius, ſed ſub peccato. Vt ergo ſit ſub gratia, peccata omnia cauere debet. Vos ergo, qui ſub gratia eſtis, & gratiæ obediſtis, quæ vos à peccato ad iuſtitiam auocauit, ne peccate. Nunquid enim indignum non eſt, à Dei ſeruitute recedere, & ſeruire peccato? cui ſi quis obediat, morte mulctatur perpetua. Seruitutis uero diuinę prēmiū, eſt ipſa iuſtitia, vel iuſtificatio. Vt enim ſiquis captiuum à crudeliſſimo liberet tiranno, illum ipſum in ſeruum ſibi uēdicat perpetuum. Ita Deus omne hominum genus gratuitò eripiens, à peccati duriſſimo imperio, nos ſibi ipſi iure optimo in mancipia comparauit. Quæ ratio ergo exigit, vt ſpræto benigniſſimo domino noſtro, iterum tiranno ſeruire velimus? Præterita mala primū recordemur, & immaniſſimam tirannidem, & pudebit nos ad eandem redigi velle miſeriam. Secundo. Tantum libertatis donum, quod nobis contulit moriens Dei filius, reuocemus ad mentē,

& uere-

& verebimur adeò ingrati eſſe, vt in tã ingẽtem malorum uoraginem, rurſum præcipites ſpontè curramus. Illiq; nos altera vice dedamus, à quo nõ niſi Dei morte liberari potuimus. Futura quoque, (tertio loco) conſideremus. Mors nanque peccati, ſeruos manet, & mors acerbiſſima, non qualis eſt iſta corporea, ſed quæ nulla lingua poſſit explicari: mors animæ, inferorũ gehenna. Neceſſe eſt enim, eos ſine fine torqueri, qui liberati à peccato, ſe ſe ſponte prodiderunt. Illamque mortem nullus diſſoluet. Chriſtus enim ſemel mortuus eſt, vt illam aboleret: rurſus autem mori nequaquam poteſt. Et à præteritis ergo, & à præſentibus, & à futuris, moueri quiſque debet, ut peccata detrectet, & Deo optimo maximo ſeruiat toto corde. Adde. Quod infidelitatis arguemur, ueniamque, aut excuſationem nõ habebimus, ſi ad peccata priſtina reuertamur. Nam ad diuinam ſeruitutem, & ſi diuinis fauoribus euocati fuimus, nõ tamen inuiti acceſſimus, nõ coacti, ſed animo lubenti, ſed ſpontè, ſed uoluntariè. Si itaque non vi, non timore, non neceſſitate, ſed ex animo, ſed ex corde hilariter receſſimus à peccatis, & diuinis obſequijs addicti ſumus, qua ratione defendi poterimus, vel excuſari, ſi cum diabolo fędera inientes, deiq; rebelles effecti, uoluerimus adhuc peccato ſeruire? Gratiæ ſunt agendæ Deo, qđ uos tantæ maieſtatis, honorabiles ſeruos effecerit, qui primum adeò contemptibili ſeruiture, peccatis ſeruiebatis. Tantum abeſt, vt relicta Dei ſeruitute, iterum ad calamitatem illam, uobis ſit redeundum. Et uerum dicit Apoſtolus, Gratias eſſe agendas Deo: nam quod à peccatis liberemur, non eſt ex nobis, ſed ex Deo, contra Pelagium, qui hominem lapſum, à peccatis per liberũ arbitrium, ſine gratia reſurgere exiſtimauit. Surgere enim à peccato hominem, vel à peccato liberari, non eſt tantum à peccato nouo ceſſare, ſed eſt ad ea, quæ per peccatum ammiſerat, reparari. Neque enim aliter uerum eſſe poteſt peccata deleri, niſi omnia quæ propter peccatum homo perdidit, recuperentur. Hæc autem ſunt damna illa, quę quiſque incurrit, cum letaliter peccat. Primum enim donis gratuitis expoliatur, & in naturalibus uulneratur, iuxta Parabolam illam. Homo quidam de- Luc. 10.
ſcendebat ab Hieruſalem in Hierico, & incidit in latrones, qui expoliauerunt eum, & plagis impoſitis, abierũt, ſemiuiuo eo relicto. Ecce expoliatur homo iſte, & deinde vulneratur: ad gratuita ergo id refertur, hoc ad naturalia. Cũ autem naturalia audis uulnerari, inclinationem intellige, quam omnis homo ſuapte natura habet ad virtutem. Ratio enim hominis, ſemper deprecatur ad optima. Vnde & vitium omne, dicitur eſſe contra naturam, quia vitium malum eſt, virtus bona: natura autem ſemper appetit bonum, & malum refugit. Vnde eſt illud Dionyſij. Nullus intendens ad malum, operatur. Iſta ergo inclinatio ad virtutem, cum peccamus, vulneratur, non tollitur prorſus, (quicquid moderniores dicant, vt omnino ſeruum arbitrium noſtrum conſtituere poſſint.) Debilitatur tamen, atque diminuitur. Quis enim ignorat, quod ex omnibus noſtris actibus, fit inclinatio quædam in homine ad conſimiles act⁹, & eò maior, quo magis illi frequentantur? Hac quippe via, addiſcere põt auarus liberalitatem, ſi frequenter erogare incipiat. Qui enim frequenter erogat, ad frequentius erogandum inclinatur. Cum ergo peccamus, fit in nobis inclinatio ad peccandum. Ex hoc autem, qđ ad alterum contrariorum aliquid inclinatur, inclinatio eius ad aliud diminuitur. Siquidem omne medium quò ad vnum extremorum accedit, eò recedit ab altero, & è contra. Quò ab uno extremorum recedit, eò accedit ad aliud. Igitur cum peccatum, & virtus contraria ſint, eo ipſo quo peccamus, inclinatio ad uirtutem diminuitur. Vnde omnes animæ uires remanent quodam modo proprio ordine deſtitutæ, quo ad virtutem naturaliter inclinantur. Et hæc ipſa deſtitutio vulneratio dr̃ naturæ. Rõ in qua eſt prudentia, in agendis hebetat: ecce vulnus ignorantiæ. Voluntas in qua eſt iuſtitia, induratur ad bonum: Ecce vulnus malitię. Iraſcibilis, in qua eſt fortitudo, difficilis ad bene agendum redditur.

ditur: ecce vulnus infirmitatis. Concupiſcibilis, in qua eſt temperantia, ad delectabilia immoderate exardeſcit: Ecce vulnus concupiſcentiæ. Secundum dānum hominis ex peccato eſt, id quod Macula dicitur, de quo in Eccleſiaſtico.
Eccleſiaſtici 47. Dediſti maculam in gloria tua. Et ad
Eph. 5. Epheſios. Vt exhiberet ſibi eccleſiam glorioſam, non habentem maculam, neque rugam. Macula enim propriè corporum eſt, & maculatū dicitur corpus, quando ex alterius corporis tactu, nitorem perdit. Sicut ueſtis, aurum, vel argentum. Transfertur autem & hoc ad ſpiritalia, hunc in modum. Anima duplicem habet nitorem. Vnum quidem ex ſplendore, & fulgore luminis naturalis rationis, qua homo in actibus ſuis dirigitur. Alterum uero, ex luce diuinæ legis & gratiæ, qua ad bene, beateque viuendum perficitur. Eſt autem quaſi quidam animæ tactus, cum anima alicui rei per amorem inhæret. Peccando ueto, inhæret rebus aliquibus cōtra lumen rationis, & etiam gratiæ, atque diuinæ legis. Hunc itaque nitorem perdit hoc metaphorico tactu, conſequenterque maculata dicitur, & eſt.
Ioſ. 22. Remanetq; macula hæc, etiam poſt peccatum, iuxta illud. An parum eſt uobis, quia peccaſtis in Beelphegor, & vſque in præſentem diem macula huius ſceleris, in uobis permanet? Tertium vero eſt reatus, de quo ſupra meminimus, & hæc ſatis ſint. Quando ergo ſurrexiſſe dicitur à peccato, qui peccauit? cū in integrum reſtitutus eſt: abſolutus à reatu: mundatus à macula: ſanatus à vulnere, donis gratuitis u eſtitus. Quis autem ignoret, quod non niſi per diuinam gratiam reſtitui poteſt? Nam in primis, Ordo atque inclinatio animæ ad virtutem, reparari non poteſt, niſi anima primum Deo ſubijciatur, & ad Deū ordinatur, qui eſt caput omnis ordinis atque princeps. Anima autem Deo nō ſubijcitur, niſi Deo eam ſibi ſubijciente, & ſeque trahente. Iuxta illud. Nemo venit ad me, niſi pater meus, qui miſit me, traxerit eum. Macula auferri non poteſt ab anima, niſi exhilaret faciem
Pſal. 103. eius in oleo, Deus glorioſus. Gratiæ ueſtem, ſolus Deus largitur, de quo dicitur. Gratiā & gloriam dabit dominus. Pſ. 83.
Reatum quoque æternæ pœnæ, ſolus ipſe remittere poteſt: & quia ipſe iudex eſt, & quia ipſe peccatis offenditur. Ergo abſolutè conuincitur, quod homo à peccato liberari non poteſt, niſi diuina gratia liberetur. Hinc eſt, quod dicit dominus per Eſaiam. Ego ſum qui deleo iniquitates tuas, propter Eſa 43.
me. Dauid quoque in Pſalmo inquit. Remiſiſti iniquitatem plebis tuæ, operuiſti omnia peccata eorum. Vnde non Pſ. 84.
præcipitur homini lapſo in peccatum, vt tollat ipſum à ſe, ſed vt deprecetur, operetúrque quantum in ſeipſo eſt, vt à Deo auferatur. Fili peccaſti, ne adijcias, & de præteritis deprecare, vt dimittantur tibi. Impoſſi- Eccl. 21.
bile nanque non præcipit Deus, pro aliquo ſtatu. Propter hoc clamamus, Dimitte nobis debita noſtra. Item. Sana animam meam, quia peccaui tibi. Optimè itaque inquit Paulus. Matt. 6. Pſ. 4.
Gratias Deo, quod fuiſtis ſerui peccati. Obediſtis autem ex corde in eam formam doctrinæ, in quam traditi eſtis. Non agit gratias, quod fuerint ſerui peccati. Id enī non eſt materia gratiarum actionis. Sed quod cum fuerint ſerui peccati, vltro obedierint Chriſto, & de ſeruitute peccati, ad gratiæ ſeruitutem tranſlati ſint. Hæc enim omnia dona Dei ſunt. Fortaſſe autem, & de illo gratias agit: nanque ſi de peccatis, non ſunt agendæ gratiæ, cur dixit Beatus Gregorius. O felix culpa, quæ talem ac tantum uirum, meruit habere redemptorem? O certè neceſſarium Adæ peccatum, quod Chriſti morte deletum eſt? Peccatis enim abundantibus, occaſione accepta à Deo glorioſo, abundauit gratia, in peccatoribus. Vnde eſt & illud. Lex ſubintrauit, vt abundaret delictum. Vbi autem Rom. 5.
abundauit delictum, ſuperabundauit & gratia. Et illud. Cui plus di- Luc. 7.
mittitur, plus diligit. Vnde & meminimi dictum eſſe ſuperius, diuinæ miſericordiæ donum eſſe, quod peccator aliquis ſibi dimittatur, & amplius peccet, vt deinde ſurgat, feruentior atque cautior, quo tandem excedat in gratia, ſicut exceſſit in culpa.

Notan-

Norandus eſt autem loquendi modus,
quo vtitur Paulus in ratione ſupra de-
clarata, antequam vltra procedatur.
*Cui exhibetis ſeruos ad obediendum, ſerui e-
ſtis eius cui obediſtis, ſiue peccati ad mor-
tem, ſiue obedientiæ ad iuſtitiam.* Quid enī
clarius dicere potuit, pro noſtri arbitrij
libertate, qua quiſque poteſt ſe ſe, vt li-
bet ſeruum, vel peccati, vel virtutis ex-
hibere? Vbi ſunt qui dicunt, quod ho-
mo eſt tantum liber ad male agendum?
Paulum audiant, & reſipiſcant. Au-
Eccleſiaſtici.25. diāt. Deus ab initio conſtituit hominē,
& reliquit illum in manu conſilij ſui, a-
diecit mandata, & præcepta ſua. Si uo-
lueris mandata conſeruare, conſerua-
bunt te. Appoſui tibi ignem, & aquā,
ad quocunque uolueris, porrige manū
tuam. Ante hominem uita, & mors,
bonum & malū, quod placuerit ei, da-
bitur illi. Hoc eſt, quod explicat Paulus
hic. *Cui exhibetis vos ſeruos, ad obedien-
dum, ſerui eſtis eius cui obediſtis.* Hoc enim
libertatem indicat ad vtrumque, vt pla
cet. Loco autem uirtutis quæ oppo-
nenda fuerat peccato, poſuit obedien-
tiam. Quia omne peccatum, eſt inobe-
dientia. E regione etiam mortis, non
collocauit uitam, ſed iuſtitiam, quoniā
vita æquiuoca uox eſt, ad vitam corpo-
ris & animæ. Vt ergo intelligas, diuino
rum mandatorum obedientiam, animę
uitam parere, iuſtitiam ſignanter exprę[ſ]
ſit. Iuſtitia enim qua iuſtificamur, eſt no
ſtrarum animarū uita, ſicut anima cor-
porum. De uita autem animæ ſermo
eſt, in præſentiarum. Dicit autem dein
de. *Gratias Deo.* Gratia quippe ſecun-
dum communem loquēdi modum, tri-
pliciter accipitur. Primo. Pro dilectio-
ne alicuius. Conſueuimus enim dice-
re, miles iſte habet gratiam Regis, ideſt
eſt dilectus à rege, vel gratus regi. Hūc
modum vſurpauit Moſes. Si inueni gra
Exo.33. tiam in oculis tuis, oſtende mihi faciem
tuam. Secundo. Pro aliquo dono gra-
tis dato. Sicut & in uſu eſt, vt dicatur
1.Cor.12 Principi. Peto à te hanc gratiam. Vnde
illud eſt. Diuiſiones gratiarum ſunt.
Hic neutro modo ſumitur, ſed tertio, p
gratiarum actione, vt & dici aſſolet, Ha
Rom 1. beo tibi gratiam, vel gratias. Gratias a-
go Deo meo, dicebat Paulus. Hi autem
tres modi gratiarum, diſtinguuntur, ra-
tioneque huiuſmodi ordinantur. Nam
ſecundus modus pendet ex primo, ter-
tius ex vtroque. Ex amore enim quo Cę
ſar militem illum habet gratum, proce-
dit vt donum aliquod illi gratis impen-
dat. Ex beneficijs autem gratis datis, &
& amore etiam, ſurgit gratiarum actio,
in eo, qui donatur & amatur. *Obediſtis
ex corde*, ideſt ſponte, voluntarie, & etiā
non fictè, ſed uerè citra hipocriſim, nō
externis obſequijs tantum, ſed interno
animi affectu. *In eam formam.* ideſt re-
gulam Doctrinæ, noui teſtamenti, vel
Euangelij. *In quam traditi eſtis.* Audis,
quomodo Romanos laudat, quod eā
doctrinam imbiberint, in quam fuere
traditi, quam ſemel edocti ſunt à Petro?
vtinam retinuiſſent, nec fuiſſent in eis,
ſchiſmata illa, quę naſcentem eccleſiam
propè extinxerunt. Magni periculi res
eſt mihi crede, Roma. Si poſt Propheta
rum oracula, poſt Apoſtolorū teſtimo-
nia: poſt martyrum vulnera, ueterem
fidem quaſi nouellam diſcutere præſu-
mas. Et poſt tā manifeſtos ducesq́, in er-
rore permaneas: & poſt morientium ſu
dores, otioſa diſputatione contendas.
Hinc hæreticos in ſpiritu videns Pau-
lus, ſeductores, nouitatumque cupidiſ-
ſimos, monebat vt poſthabitis eorū in-
uentis, vetera dogmata ſectaremur.
Mali homines & ſeductores proficient
in peius, errantes, & in errorem mit- 2 Tim 3.
tentes: tu uero permane in his quæ di-
diciſti, & credita ſunt tibi, ſciens à quo
didiceris. Iterum. State, & tenete tradi
tiones meas quas didiciſtis, ſiue per E-
piſtolam, ſiue per ſermonem. O quàm 2 .Theſ2.
impium eſt à patribus diſcedere, & tā 1.Tim.4.
leuiter ſpiritibus erroris, & doctrinis
demoniorum adhærere. O inſenſati.
Quis uos faſcinauit non obedire verita
ti? Conſidera enim, quod non dicit. Gal.3.
Obeditis in eam formam doctrinæ, in
quam traditi eſtis. Sed obediſtis, ut eos
coarguat, qui eo tempore, & ipſi ſciſ-
mata diſſeminantes, quę faciebāt in Ec
cleſia Dei, cum primum magna pietate
& humilitate ſe ſe exhibuiſſent ad obe-
diendum ueritati euangelicæ, in quam
traditi fuerāt. Erubeſcite Romani, vult
dicere Apoſtolus. Inuicem enim mor-

Gal 5. detis,& comeditis: uidete ne ab inuicē conſumamini. Gratiæ ſunt agēdæ Deo, quod iam Petro obediſtis, id eſt ſapientes, & credentes. Sed nunc culpandi vos eſtis, quod non eadem ſimplicitate obediatis. Laudo vos, quod obedieritis, in hoc non laudo, quod non obeditis. Dicit autem. *In quam traditi eſtis.* Et non quæ tradita eſt uobis, vt intelligamus, oportere nos ſubijci diuinæ legi, non legem nobis. Quemadmodum eſt equum dirigit ſeſſor: ita dirigit nos diuina gratia. Non autem dixeris, ſeſſorem tradi equo, ſed equum ſeſſori. Hinc uoluntas noſtra pediſequa dicitur gratiæ. *Traditi autem in eam formam doctrinæ. Liberati à peccato eſtis, & ſerui facti iuſtitiæ.* Quinanque ſe ſe Deo ſubijcit, ab omnibus expiatur peccatis, Deoque in gratiam reconciliatur. Et ita ſeruit præceptis ſuis, quo amplius iuſtificetur. dicitq; in corde ſuo. In æternū non obli-
Pſ.118. uiſcar iuſtificationes eius, quia in ipſis viuificauit me. Sequitur.

Humanum dico propter infirmitatem carnis ueſtræ. Quemadmodum enim exhibuiſtis membra ueſtra, ſerua immunditiæ & iniquitati, ad iniquitatem, ita & nunc exhibete membra ueſtra, ſerua iuſtitiæ ad ſanctificationem. Conſilium dederat ſupra Apoſtolus, pro uitandis peccatis egregium, & ſalutare, ut obediremus Deo, qui primum obediebamus peccato: vt membra noſtra, pro Dei regno pugnarent, quæ antea pro regno peccati pugnauerant: vt vitijs moreremur, qui olim virtutibus mortui eramus. Ne ergo magnū quid, & impoſſibile factu dixiſſe uideretur, declarat, quàm id rationi humanæ ſit conſentaneum, atque etiam omnium noſtrum fragilitati, non poſſibile modo, ſed facile. Se ſe etiam excuſat, quod parum dixerit. Reges iſti, inquit Apoſtolus, Deus, & Peccatum, inter ſe longiſſimè diſtant. Optimus, Deus eſt: Peccatum uero, pernitioſum & peſſimum. Huius & illius imperij, maximum diſcrimen eſt. Tirannidem enim peccatum exercet: Iuſtè imperat Deus. Euidentiſſimè & ipſa fœdiſſima ſeruitus peccati, indignior apparet Dei ſeruitute. Oportebat ergo, nec id me latet, præcipere, vt multò maiore ſtudio ſeruiretis Deo, quàm ſeruieritis peccato. Iuxta illud Baruch. Sicut fuit ſenſus Baruch.4
veſter, ut erraretis à Deo, decies tantum conuertentes, requiretis eum. Verumtamen nihil amplius peto ego. Scio enim quod, & ſi uoluntas ueſtra ardētiore ſpiritu inhiaret, caro tamen reluctaretur. Infirma ſiquidem caro eſt, li- Matt.26.
cet ſpiritus promptus ſit. (Cernis quomodo non uoluntatem infirmam dicit, ſed carnē, vt quo laudari ſe intelligunt, eò animentur magis.) Id ergo mihi ſat eſt, vt quemadmodum olim peccato ſeruiebatis, nūc ſeruiatis Deo. Quis adeò miſer erit, vt nolit tantum ſeruitutis præſtare Deo, quantum præſtitit peccato? Immo quis ferre poterit, vt dicatur nō magis eſſe ſeruiendum Christo, quàm peccato ſeruierimus? Quemadmodum ergo ſeruientes peccato, omnia membra ueſtra dediſtis impietati, immunditiæ, non aliqua tantum. Ita nunc ſerui facti Dei, omnia membra emancipate Deo: Totos uos præbete virtuti, ſicut totos uos uitijs præbuiſtis. Nullum mēbrum Deo inſeruiebat olim: nunc nullum diabolo famuletur. Nullus timor ad peccandum cogebat, ſed ſola libido, voluptaſque peccandi: Et nūc, non metus gehennæ uos urgeat, ſed delectatio amorq; iuſtitiæ. Carnis uoluptates virtuti proponebantur, anteponatur, & modo virtus uoluptatibus vniuerſis. Pro iniquitatibus perpetrandis, quot labores, quot erumnas perpeſſi eſtis? Nō ergo durum uideatur, pro iuſtitia ſubire incommoda, tollerare afflictiones, & damna perferre. Dicit ergo. *Humanum dico.* Hoc eſt, minus quàm par ſit exigo, remperatum, mediocrè, commu niterque, facile humanis viribus omnium hominum. *Propter infirmitatem carnis veſtræ.* Parcens ſcilicet fragilitati. *Sicut enim exhibuiſtis,* ſponte, ex animo. *Membra veſtra,* tam interiores uires, quàm exteriores. *Serua immunditiæ.* Venerea peccata intelligite hoc, *Immunditiæ* nomine. Illis enim contumelijs afficiuntur corpora noſtra, vt ſupra capite primo dicebatur. Nam qui forni- 1.Cor.6.
catur, in corpus ſuum peccat. Eſt autē communius peccatum hominum, peccatum carnis: Ideo ſignanter illud expræſſum

præſſum eſt. Continua quippe pugna eſt, & rara uictoria. *Et iniquitati.* A ſpecie tranſit ad genus: & eſt exaggeratio. Omne peccatum enim, iniquitas eſt. *Ad iniquitatem*, ſcilicet conſummatam. Habet nanque iniquitas initium, progreſſum, & metam. Iuxta illud. Qui nocet, noceat adhuc: Qui in ſordibus eſt, ſordeſcat adhuc. *Ita & nunc*, proportionaliter. Poſtquam addicti eſtis Deo. *Exhibete membra ueſtra*, pare diligentia & uoluntate, pare affectu, pare ſtudio, pare uigilantia, qua uſi eſtis ad explenda peccatorum deſideria, vtentes vt ſint, *Serua iuſtitiæ.* Iuſtitiam autem tantum nominat, cum ſupra immunditiã, & iniquitatem nominatit, quoniam iuſtitia eſt omnis uirtus: poteſtque merito ipſa una, è regione omnium peccatorum collocari. *Ad ſanctificationem.* Sanctificatio enim eſt iuſtitia conſummata. Plus enim eſt eſſe ſanctum, quàm iuſtũ. Vnde in Apocalypſi dicitur. Qui iuſtus eſt, iuſtificetur adhuc. Et ſubditur quaſi pro conſummata iuſtitia. Qui ſanctus eſt, ſanctificetur adhuc. Eſt enim ſanctus Græcè Ἅγιος, quaſi ἀνάγαιος. id eſt ſine terra, qui nihil terreni affectus habet, ſed eſt totus cœleſtis, ex eorum numero, qui dicunt. Noſtra conuerſatio in cœlis eſt. Et de quibus dicitur. Vos in carne non eſtis, ſed in ſpiritu. Quàm autem rationabile ſit, & quàm humanum, eadem menſura ſeruire Deo hominem, qua peccato ſeruiuit, probat Apoſtolus à fortiori. Tria nanque affert ſeruitus peccati, maximè indecora, & indigna. Tria item per antitheſim, affert ſeruitus Dei, maximè honeſta & deſiderabilia. Quis itaq; non uideat plus eſſe exigendum pro ſeruitute iſta, quã pro illa? Valde ergo humanum eſt, ſi nihil amplius exigatur. Sed hæc omnia opere prætium eſt aperire. Primum igitur, quod habent, qui peccato ſeruiunt, eſt, quod effrenatè peccant: habenis. n. iuſtitiæ non reguntur, ſed ſoluti omnino & liberi, præcipites in uniuerſa ſcelera prolabuntur. O mala libertas. Veh illis, qui hanc habent libertatem. Quid enim peius contingere poteſt homini, quàm hæc profana peccandi licentia? *Cum enim ſerui eſſetis peccati, liberi fuiſtis iuſtitiæ.* Ideſt, ab omni iuſtitia penitus alieni. A iugo uirtutis ſoluti, cum ſummo ueſtro dedecore & damno, putãtes uobis licere quod placebat, in omnib' peccatis verſabamini. Secundum eſt, quod & illius ignominioſæ ſeruitutis recordatio, ſine rubore & pudore eſſe, non poteſt. Multo ergo magis ipſa ſeruitus, omni pudore digna eſſe probatur. Gloria in confuſione ipſorum, qui terrena ſapiunt. Et tamen, ò magnum & mirum, qui peccãt erubeſcere neſciũt, nec intelligunt, ſe rubore digna opera perpetrare. Vtinam autem non etiam glorientur. Scriptum eſt enim. Quid gloriaris in malitia? Et iterum. Lętãtur cum malè fecerint, & exultant in rebus peſſimis. *Quem ergo fructum habuiſtis tunc in illis, de quibus nunc erubeſcitis?* Sola ſcilicet peccatorum memoria? Quàm ergo erubeſcendũ fuit tunc, in ipſis actionibus peccati, ſi nunc earum recordatio, cum tñ in tantam gratiam Dei ſis receptus, tibi pudorem affert? Tertium, eſt finis ſummopere formidãdus, mors animę, & æternus interitus. *Nam finis illorum, mors eſt.* Poteſt referri *Illorum*, ad peccata, de quibus ſtatim. Quem fructum habuiſtis in illis, de quibus nunc erubeſcitis? Et ita propriè finis eorum, ad quem ſuapte natura ducunt peccantes, mors eſt. Qui enim talia agunt, digni ſunt morte. Poteſt referri etiam ad peccati ſeruos. Ita autem mors terminus magis eſt eorũ, quàm finis. Vltimum quippe eſt, non tamen ab eis intenditur, ut patet. Ergo non eſt finis. Vnde & repræhenditur ille qui dixit. Mortem eſſe hominum finem: Vltimum certè eſt, at finis, minimè.

Declaranda modo ſunt illa tria, q̃ ſecũ affert ſeruire Deo. Primum ergo eſt hoc. Nã ſicut qui peccato ſeruiunt, ſunt à iuſtitia alieni: ita qui Deo, alieni, liberatique ab omni peccato. *Nunc uero liberati à peccato, ſerui autem facti Deo.* Ordinem noſtrum ſeruat Apoſtolus, vt uer' Philoſophus. Ex parte Dei, primo datur gratia, qua ſerui Dei efficimur. Secũdo. Liberamur à peccato. Verum ex parte noſtra. Primum liberamur à peccato. Deinde ſerui efficimur Dei, ſicut ſupra declaratum eſt. Attende autem myſterium.

Marginal notes: Apoc. 22. — Apoc. 22. — Philip. 3. — Philip. 3. — Pſ. 51. — Prou. 2. — Gal. 5.

rium. Non dicit, liberi à peccato, ſicut ſupra dixit, liberi iuſtitiæ, vel à iuſtitia. Sed *Liberati à peccato.* Cur hoc? vt intelligas, quod ex te quidem liber eſſe potes à iuſtitia, at non à peccato. Liberari enim oportet aliunde, externo ſcilicet fauore Dei optimi maximi, vt ſupra demonſtratum eſt. Ex nobis enim peccamus, ſed non ex nobis à peccatis reſurgimus. Ex nobis ſerui peccati efficimur, ſed filius Dei nos à peccato liberat. Hinc illud. Si filius Dei uos liberauerit, verè liberi eritis. Adam enim malè utens arbitrij libertate, ſe perdidit, & ipſam, inquit Diuus Auguſtinus. De quo tamen infra. Secundum eſt hoc. Vbi eorum, qui peccato ſeruiunt, fructum eſt ignominia atque uerecundia, etiam poſt liberationem. Contra. Seruientium Deo, fructus eſt iuſtitia uſque ad ſanctificationem. Vbi autem hæc ſunt, eſt & magna fiducia. Procul ergo abeſt oīs pudor. *Habetis fructum ueſtrum in ſanctificationem.* Ponit enim tantum terminū, non initiū mſructus. Sanctitas nanque, eſt conſummatio iuſtitiæ, ut ſupra dicebatur. Subintelligendum eſt ergo, fructus ueſtræ ſeruitutis, (niſi aſpiciatis retro, redeatiſq; ad peccata, ſicut canis ad vomitum,) terminatur, ad ſanctitatem per gratiam diuinam, Vt inter diuos ab hominibus magno honore referri ualeatis. Tertium eſt. Illorum enim finis erat interitus: horum uero eſt æterna vita, ſine metu mortis. Non modo uos beatos exiſtimabunt homines, ſed reuera beati eritis. *Finem vero vitam æternam.* Quàm ergo turpe eſt, flagitioſumque, & miſerabile ſeruire peccato, tā glorioſum eſt, & omni felicitate felicius ſeruire Deo. Non modo enim à prauitate eripimur, cuius qui meminerit dūtaxat, erubeſcat neceſſe eſt, niſi hominē exuerit prorſus, non modo iuſtitiæ freno, corripimur atque gubernamur: Ita vt nihil mali faciamus, ſed & ſanctitatē adipiſcimur, cuius pulchritudo vniuerſos homines ad amorē allicere debet & inflammare, atque demum vitam non temporalem caducamue ſortimur, ſed ſempiternam. Conſidera autem, quod fortaſſe tota hæc clauſula. Humanum dico propter infirmitatem

Ioan. 8.

2. Pet. 2.

carnis veſtræ. Non eſt appoſita niſi pro metaphoræ illius declaratione. Sicut exhibuiſtis membra ueſtra, ſeruire immunditiæ, & iniquitati, ita exhibere membra ueſtra arma iuſtitiæ. Quæ carnalibus hominibus aliqualiter obſcura uideri potuiſſet, dicit. Humanum ergo dico. Stilo hominis facile loqui nūc intendo. Vnde & illud eſt. Scribe ſtilo hominis, hoc eſt plano & facili, ꝓpter infirmitatem carnis ueſtræ, ideſt uirorum puſillorum, & carnalium, qui ſunt inter uos. Animalis enim homo non pcipit, quæ ſunt Dei. Spiritualis autem omnia ſcrutatur. Metaphora itaq; declaratur hoc modo. Sicut exhibuiſtis membra ueſtra iniquitati, ita nunc exhibete membra ueſtra iuſtitiæ. Et hæc expoſitio mihi magis placet. *Stipendia enim peccati mors, donum autem Dei vita æterna, in Chriſto Ieſu Domino noſtro.* Obſerua hunc locum. Quia enim dixerat. Finem eorum qui peccato ſeruiunt, mortem eſſe. Contra uero, eorum qui Deo famulantur, æternam vitam: Ne crederes pare ratione mortem peccatis & uitam reſpondere bonis operibus, explicare uoluit, quàm diuerſa ſit ratio vtriuſque finis. Mors igitur (inquit Apoſtolus,) eſt merces debita peccato. Omnis inquam mors, & animæ & corporis, quod dico propter peccatum originale: Non dicit autē merces, ſed ſtipendiū, perſeuerans in militię, & armorū, atq; regni metaphora. Qui ergo peccato militat, inquit Paulus, ſtipendium quod illi debet, mors eſt. At uita æterna, non eſt ſtipendium, quod his qui Deo ſeruiunt, debeatur. Quādoquidem ipſi potius Deo debent, qd in ſeruorum ſuorum numerū ſint recepti, quàm ſtipendium aliquod illis debeatur. Quæ profecto felicitas maior nobis contingere poteſt, quàm vt ſerui Dei vocemur & ſimus? Erepti enī ſunt ab omni miſeria, qui Deo puro corde ſeruiunt, & in ſpiritu, iuxta Paulum, omniq; felicitate abundantes, nihil ſentiunt aduerſi: Quotidie moriuntur propter Deum, periculorum imbres ſubſtinent, calamitates patiunt, inedias, tormenta perferunt, blaſphemantur, cruci figunt, & tn̄ ridēt omnia, unico illo Dei

Eſa. 8.

1. Cor. 2.

amore contenti, cui ſemper inhiant, &
intendunt. Contra, eos qui peccato ſe
totos dederunt, quamuis maximis uo-
luptatibus frui uideantur, angor tamen
perpetuus excruciat, & nullus illis eſt
ſine felle dies. O beatos illos ergo, qui
tanta gloria perfruuntur: Nõ autẽ pro-
pria uirtute ſerui Dei euadimus, ſed di
uino fauore. Videtur ne ergo tibi, quod
huic excellẽtiſſimæ ſeruituti, uel (vt me
taphoram ſeruemus) militiæ, ſtipendiũ
aliquod ſit reddendum? Stipendium
Deo perſoluere dicunt, qui illi militãt,
non Deus ipſis. Verum inexhauſta il-
la Dei liberalitas Optimi Maximi, quæ
vinci neſcit, quamquàm pro tam hono
rabili ſeruitute, nos illi omnia, & nos ip
ſos debeamus, qui & à peccati ſeruitu-
te infeliciſſima redemit, & tranſtulit in
ſuam ſeruitutem, cui regna omnia com
parari non poſſunt, donare tamen pro-
miſit, & re ipſa omnibus illi famulan-
tibus, donat æternam uitam. Donum
agnoſce, non debitum. Nihil tibi debet
Deus, O homo, etiam ſi æque ac Pau-
lus ille, ſumma puritate, pietate, & cha-
Iob. 35. ritate famuletis. Audi Iobum. Si iuſte
egeris, quid donabis ei? aut quid de ma
nu tua accipiet? Et iterũ. Quid prodeſt
Iob. 22. Deo ſi iuſtus fueris? aut quid ei cõferes
ſi immaculata fuerit vita tua? Audi Da
Pſ. 15. uidem. Bonorum noſtrorum nõ indi-
ges domine. Tu Deo potius debes, cu
ius & dona ſunt vniuerſa, quæ bene
Philip. 2. agis. Operatur enim in nobis velle &
Eſa. 26. perficere. Hinc Eſaias. Omnia opera
noſtra, operatus es in nobis domine.
At pro ſua ingenti munificẽtia, ſi bene
egeris, vitam æternam accipies, æque
ac qui male egerit, ſtipendium mortis:
non magis dono illo fraudaberis, q̃ ſi
Rom 2. ſtipendium eſſet: Oĩbus male operãti-
bus, reddit̃ mors pcõ debita, quia non
iniuſtus eſt Deus. Omnibus bene ope-
rantibus, donatur æterna uita. Quia
fidelis eſt Deus, & non poteſt negare
ſemetipſum. Ne puta unquam tibi
debere Deum. Puta autem, quod ſi-
Ioan 10. bi ipſi debeat. Promiſit enim. Ego ue
ni vt uitam habeant, & abundantius
Pſal 115. habeant. Igitur. Quia omnis ho-
Rom. 3. mo mendax, Deus autem uerax, om-
nes ſerui Dei, uita illa perhenni in cę-

lis potiuntur. Ne mirare autem, quod
nihil explicet Apoſtolus, cui hæc æter-
na uita donetur. Sicut explicat id cui
redditur ſtipendium mortis, videlicet
peccatum. E regione enim peccati, ex-
plicanda fuerat virtus vel iuſtitia, aut
aliud id genus. Sed quia facile poteſt
intelligi. Si pro peccatis redditur mors,
quod pro iuſtitia donatur æterna uita,
detruncauit ſermonem hebraico mo-
re. Quod autem dicit donari uitam æ-
ternam. *In Chriſto Ieſu Domino noſtro.* In-
tellige per Ieſum Chriſtum dominum
noſtrum, vt illum promeruiſſe nobis,
hoc tam eximium donum, non nos ip-
ſos intelligas. Quare aũt & ſi opera no-
ſtra ſpectantes quamuis egregia, vitam
æternam, donum, gratiamq; appellare
debeamus, innitentes tñ merito Chri-
ſti Ieſu, coronam iuſtitiæ, mercedemq;
& ſtipendium appellare poſſumus.
Ipſe enim inquantum Eccleſiæ caput,
& humanæ ſalutis autor, meruit nobis
æternam uitam. Iuxta illud. Qui mul- Heb. 2.
tos filios in gloriam adduxerat, autorẽ
ſalutis. Vnde & ſancti omnes, Chriſto
fidunt non ſibi. Dicit enim Eſaias. Ego Eſa. 8. &
ero fidens in eum. Eccleſia quoq; om- Heb. 2.
nes orationes ad Deum, dirigit ipſius Ioan. 1.
medio, quoniam ex ipſo Gratia eſt. Gra
tia per Ieſum Chriſtum facta eſt. Ex ip- 1. Cor. 1.
ſo eſt noſtra iuſtitia. Qui factus eſt pro
nobis iuſtitia, ſanctificatio, & redem-
ptio. Ex ipſo æterna uita. Oues meæ uo
cem meam audiunt, & ſequuntur me, Ioan. 10.
& ego uitam æternam do eis. Vnde Ioan. 4.
& inquit Samaritidi. Qui biberit ex
aqua quam ego dabo ei, fiet in eo fons
aquæ ſalientis in uitam æternam.

Sed hic ſunt difficultates. Prima qui
dem. Quia abrogata uidetur omnis
noſtra libertas propter peccatum, ex
modo loquendi Apoſtoli. Peccatores Ioan. 8.
enim, peccati ſeruos uocat. Iuxta il-
lud. Qui facit peccatum, ſeruus eſt
peccati: Quod millies dictum eſt. Pu-
gnat autem ſeruitus, cum libertate,
ex diametro. Igitur. &c. Confirma-
tur. Diuina gratia per Ieſum Chriſtum,
à peccati ſeruitute liberamur, & non
ex nobis, Dicitur autem in Euangelio,
quod & ſupra citatum eſt. Si filius Dei Ioan. 8.
vos liberauerit, uerè liberi eritis. Ergo
niſi

niſi liberauerit, non ſumus uerè liberi. Non ergo ex nobis liberi, quare nec ſemper liberi. Hoc eſt itaque quod dicunt moderni, quod arbitrium noſtrum, ſeruum non liberum dicendum eſt. Non eſt enim liberum niſi nomine, reipſa ſeruum, quoniam omnes peccatores ſumus.

Secunda verò eſt, quoniam è medio tollit Apoſtolus omne hominum meritum, appellans vnicè donum, vel gratiam, æternam uitam. Si enim donum eſt, donatur non redditur, eſt miſericordiæ munus, non corona iuſtitiæ. Meritis autem debetur corona, & redditur, non donatur. Qui ergo aſſerit merita, non appellat vitam æternam donum, ſed mercedem. Paulus uero incunctanter ex animo appellat donum, igitur meritum non agnoſcit. Fauere ergo uidetur hæreticis, qui vnicè Chriſti meritum agnoſcunt, noſtra autem merita repudiant. Nec euadi poteſt, quod operibus noſtris bonis, ut noſtra ſunt, donatur uita æterna, non redditur, vt exeunt autem à Spiritus ſancti gratia, redditur, quia uerè ut Dei ſunt, merentur, non ut hominum. Locus enim iſte, hanc gloſam non recipit. Loquitur enim Apoſtolus de his, ꝗ Deo ſeruiũt. Et inquit, quod donatur eis uita æterna, ſicut redditur his, qui peccato ſeruiunt, æternus interitus. Qui autem Deo ſeruiunt, iam in Dei gratiam ſunt recepti, ergo illis vt ſic donatur æterna uita. Secundum Apoſtoli intentionẽ. Et confirmatur. Quia meritum & merces, ad idem referuntur. Merces enim dicitur, quod pro operis, vel laboris retributione alicui recompenſatur, quaſi quoddam prætium ipſius. Eſt ergo actꝰ iuſtitiæ, mercedis exhibitione, alicuius merita recompenſare, non minus, quàm ſoluere iuſtum prætium pro re empta. Iuſtitia autem æqualitas quædam eſt. Vbi ergo non eſt æqualitas, nec iuſtitia. Inter Deum & homines nulla æqualitas eſt, infinita potius inæqualitas. Diſtant enim ſine fine creator & creatura, ergo nec iuſtitia inter eos eſſe poteſt. Quare nec homo apud Deum mereri poteſt, nec Deus reddere homini mercedẽ. Omnino ergo donum eſt æterna uita, vel accipiàs hominem vt in gratia, vel ſecus. Nam & vt in gratia, in infinitum diſtat à Deo, ergo nihil meretur ab eo.

Ad Primam itaque dicendum eſt. Multiplicem eſſe libertatem. Eſt libertas à culpa, à iuſtitia, à miſeria, à coactione, & à neceſſitate. Qui Deo optimo maximo famulatur, in eiuſque gratiã receptus eſt, liberatus eſt à culpa, vel etiam liber. Et ſi enim potius liberatio dici debet, quàm libertas. Nam Apoſtolus dicebat. Liberati à peccato, non liberi. Chriſtus tamen etiã libertatem uocat. Si filius Dei vos *Ibidem.* liberauerit, uerè liberi eritis. Et idem Paulus. Vbi Spiritus domini, ibi li- *2. Cor 3.* bertas. Hæc ergo prima libertas, non conuenit homini per naturam, quare nec ſemper, ſed per gratiam diuinam gratificam duntaxat contingit nobis. Habuit primus homo hanc libertatem, nõ fuit liberatus ipſe, ſed creatus liber. Conditus enim fuit in natura, hac ſumma libertate, libera & ſine peccato, vt ſi uellet, poſſet non peccare, & facilè poſſet. Non dico tamen ſine Dei auxilio, in bono conſeruantis. Id enim ſi ſubtraxeris, etiam natura ipſa in nihil redigetur, ex quo cõdita eſt. Hanc autem libertatem perdidimus omnes, in ipſo Adam, cum peccauit. Neceſſario enim ſub peccato ſumus, & velimus nolimus, in peccatis naſcimur, & cum difficultate magna, quin in alia labamur peccata, poſſumus abſtinere. Hoc eſt, quod dicere uoluit Auguſtinus. Adam male vtens libero arbitrio, ſe perdidit & ipſum. libertatem ſcilicet à peccato, & à facilitate non peccandi. Sumus ergo omnes propter Adam, hac orbati libertate, ſicut niſi peccaſſet, vnuſquiſque hac libertate potitus eſſet. In ini- *Pſ. 50.* quitatibus nanque quiſq; concipitur, & in peccatis concipit eum mater ſua. *Ioan. 8.* Qui autem facit peccatum, ſeruus eſt peccati. Petendum itaque eſt, vt liberemur cum Propheta. Libera me de *Pſ. 50.* ſanguinibus Deus, Deus, ſalutis meæ, id eſt de peccatis. Peccata enim, carnis & ſanguinis nomine, in ſcripturis ſanctis appellantur. Iuxta illud. Caro & ſanguis regnum Dei non poſſidebunt. *1. Cor. 15.*

Concedimus itaque, nullum peccato-
rem eſſe liberum hac libertate. Nullus
enim peccator, ex ſe poteſt eſſe ſine pec
cato illo, quod commiſit, niſi per Deũ
liberetur, vt ſupra oſtenſum eſt, ergo.
Contra: quilibet peccator, quia extra
Dei gratiam eſt, liber eſt à iuſtitia. Ser-
Rom.6. uus nanque peccati eſt. Cum autem
ſerui eſſetis peccati, liberi fuiſtis iuſti-
tiæ, dicebat ſupra Apoſtolus. A nati-
uitate itaque, omnes hanc libertatem
nobiſcum habemus. A natiuitate di-
co, etiam in utero. Quoniam ſinguli
adeò polluti naſcimur, vt liberè omnia
peccata ex nobis ipſis nullo adiuuan-
te, facillimè perpetrare ualeamus. O
mala libertas. Propter id diuinæ gra-
tiæ freno cohibetur, ut non quod libet,
ſed quod licet, immo nec quod licet, ſed
quod decet faciamus. Niſi enim hanc
libertatem arceret Deus, veh nobis. Ar
cet autem per gratiam baptiſmalẽ, qua
ſerui Dei efficimur, & originalis cul-
pa deletur prorſus, & fomes peccati de-
bilitatur, vt dictum eſt, donaturque
libertas à peccato in Adam perdita.
Gal.4. Vnde illud eſt. Non eſtis ancillæ filij,
ſed liberæ, qua libertate Chriſtus uos
liberauit. Libertas à Miſeria, non ha
betur in hoc ſeculo, ſed in futuro ex-
Rom.8. pectatur, iuxta illud Pauli. Ipſa creatu-
ra liberabitur à ſeruitute corruptionis,
in libertatem gloriæ filiorum Dei.
Ibidem Nam omnis creatura ingemiſcit, &
parturit vſque adhuc. Vt enim vniuer
ſas alias miſerias ommittam. Hæc om
mitti non debet, à qua nemo liber ex-
titit. Omnes quippe homines, quan-
talibet ſanctitate præpolleant, fomi-
tem habent, quo in peccatum trahun-
Gal.5. tur & inclinantur. Caro enim concu-
piſcit aduerſus ſpiritum, ſpiritus au-
tem aduerſus carnem. Ita ut magna
difficultate, etiam ſi ſint in Dei gratia,
bonum operentur, atque ſalutem con-
Matt.11. ſequantur æternam. Hinc illud eſt.
Regnum cælorum vim patitur, & uio-
lenti rapiunt illud. Vnde Paulus hac
ratione ſe ſe infelicem vocat. Infelix
Rom.7. ego homo, quis me liberabit de cor-
pore mortis huius? Intellige autem dif-
ficultatem eſſe ad bene operandũ: non
quia, non adſit adiutoriũ potens. Qui.
enim in gratia ſunt, auxilium habẽt ma
ximum, quo facilè peccata uitare pñt.
Sed difficultas eſt, quia non eſt amotũ
impedimentũ, illa uidelicet inclinatio
ad peccandum. Si ergo adiutorium ſpe
ctas, facile eſt, ut ſupra dictum fuit, ſi
impedimẽtũ, difficile. Corpus.n.quod Sap.9.
corrumpitur, aggrauat aĩam. Simplici-
ter itaq; dices, non excedit Chr̃i donũ
Adæ delictum, quia Adã facilè ſimplici
ter pcã uitare poterat: Homo autem in
gratia exiſtens, non abſolutè facile, Im-
mo excedit. Quia ubi maior difficultas,
& maius meritum. Merebimur nõ ma-
gis cæteris paribus bene viuentes, q̃
meruiſſet Adam ſi non peccaſſet. Diffi-
cultas ergo hæc eſt ad coronam. Adde
autem, aliquos etiam Chriſti dono mi-
nime peccaſſe. Paruulos ſcilicet illos,
in quibus fomes uidetur omnino pe-
culiari Dei dono fuiſſe extinctus. Sed
& hi (ne à propoſito diuagemur) non
fuerunt vndequaque à miſeria liberi,
aliter enim cum Chriſto eſſe, & diſſol-
ui haud quaquam optaſſent. Vnde &
Adam, cuius libertas ſumma prædicit,
non fuit liber ab omhi miſeria, quoniã
licet fomitem non haberet, peccare ta-
men poterat, quod euentus oſtendit.
Hanc ergo ſeruitutem, poſſe peccare,
quæ opponitur ſummæ illi libertati dei
& ſanctorum, in ſuperna Hieruſalem, Gal.4.
quæ liberrima eſt, & eſt mater noſtra,
videlicet nõ poſſe ullo mõ peccare, nõ
dicimus eſſe culpam, neq; ex culpa, ſed
ex nã. Quia nanq; ex nihilo conditi ſu-
mus, hanc miſeriã nobiſcum perpetuã
habemus comitẽ, quod ad malũ defle-
cti poſſumus, niſi ſuper nos fiat dextera
eius, q̃ de nihilo vniuerſa creauit. Vnde
& Angeli nõdũ cõfirmati, peccare po-
tuerũt, & ſuo libero peccarũt arbitrio.
Ecce q̃ ſeruiũt ei, nõ ſunt ſtabiles. In pa- Iob.4.
tria aũt liberabimur, ita vt nequaq̃ pec
care poſſimus. Sicut enim corpus no-
ſtrum, ſuapte natura corruptibile, dono
gratię, incorruptibile efficitur, Iuxta il-
lud. Oportet incorruptibile hoc in- 1.Cor.15
duere incorruptionem. Ita libe-
rum arbitrium, ſuapte natura ad ma-
lum flexibile, per gratiam confirma-
bitur, vt omnino mors non poſſit no-
bis (nec corporis, nec animę) dominari.
Et

Et ideo inquit Auguſtinus. Quod poſſe peccare, non eſt pars libertatis. Nam libertas eſt maxima perfectio, vnde & transfertur ad Deum. Poſſe autem peccare, miſeria eſt, & imperfectio, aliquando à nobis omnibus abolenda. Conſequitur tamen noſtram hãc libertatem, quo ad ſumus in uia. Libertas autem à Coactione, & à Neceſſitate illa eſt, de qua dicitur. Deus ab initio conſtituit hominem, & reliquit eum in manu cõſilij ſui. Ante hominem uita & mors, bonum & malum, quod placuerit ei, dabitur illi. Quod ne diceres, de primo homine tantum ſcriptum eſſe, repetitur in Deuteronomio ad Iudæos omnes. Conſidera, quod hodie propoſuerim in conſpectu tuo vitam & bonum, & è contrario, mortem & malum, vt diligas dominum Deum tuum: & ambules in vijs eius. Et iterum. Teſtes inuoco hodie cęlum & terram, quod pro poſuerim uobis vitam & bonum, bene dictionem & maledictionem. Elige ergo uitã, vt & tu viuas & ſemen tuũ. &c. Neſcio quid vehementius, quid apertius pro noſtra libertate dici potuit. Electio enim, non eſt actus niſi liberi agẽtis. Quid enim eſt electio, niſi è duobus vnius lectio? Quoniam itaque hominis eſt eligere, oportet ut homo ad unum nequaquam ſit determinatus: ita ut coactione, vel neceſſitate vnum velit. Sed ſit indifferens ad duo contraria, ad bonum & ad malum: Aliter enim eligere non poteſt. Qui enim iam primum ad vnum determinatus eſt, optionem nõ habet, vt eligat. Hanc ergo indeterminationem, vel indifferentiam, libertatem vocamus à coactione, & à neceſſitate. Et de hac cõmuniter ſermo eſt, cũ dicimus hominẽ eſſe liberi arbitrij. Intelligentes à natura propria in quocũq; ſtatu, vel in gratia, vel extra gratiam, hominem eſſe dominum ſuorum actuũ. Itaque liberè, & libenter agit ſemper, vel ſit in gratia, vel in peccato. Nam neque à gratia, neq; à peccato, neceſſitatẽ ſuatũ ſortiť actionum, licet magnã inclinationem. Et enim à gratia motus ad bonum, poteſt reſilire, & gratię nõ cooperari. Aliter nanq; non adhortareť Apoſtolus. Hortamur uos, ne ĩ uacuũ grãm Dei recipiatis. Noli negligere grãm. Videte ne quis uſum deſit gratię Dei. A pcõ quoq; inclinatus ad aliud pcũm, reſilire põt, & in aliud nõ prolabi pcũm: aliter non diceret Eſaias. Quieſcite agere peruerſe. Et alius Vates. Peccaſti fili, ne adijcias iterum. Non incaſſum autẽ addidi liberum eſſe hominẽ à coactione, & à neceſſitate. Plus.n. negat libertas à neceſſitate, q̃ à coactione. Vnde aliqui dicunt. Hoĩem non cogi à gratia ad benè agendum, neceſſitari tñ. Nã cogi eſt, cum uiolentia: violentum aũt repugnat & libero & natutali. Vnde nullus actus naturalis uiolẽtus eſt, licet pleriq; neceſſarij ſint. Repugnat ergo (inquiunt) libertati uiolentia, ſed nõ neceſſitas. Quę tñ opinio hęretica eſt, & fatua ſimul. Fateor neceſſitatẽ abſolutẽ, libertati non repugnare. Nõ.n. repugnat libertati diuinæ. Liberè nanq; ſpiratur ſpũs ſcũs, non tamen contingenter, ſed neceſſariò. At libertati nr̃æ, quoad ſumus in uia, repugnat adeò, vt plus repugnare non poſſit. Quod qui mecum non concedit, audenter dicam, hoĩem exuit, ſenſum negat, & à fide recedit. Si quidem & fides, & ſenſus, & humana rõ oſtendunt hominis libertatem: contingentiam quandam eſſe, qua uerti poteſt, vt modo unum velit, modo aliud. Omnia autem cum indifferentia ad cõ tradictoria: quæ indifferentia neceſſitatem prorſus tollit. In primis quidem Fides, quoniam vbi eſt neceſſitas, meritum eſſe non poteſt, nec demeritum. Pręcepta ergo & prohibitiones quæ diuinitus fiunt: Comminationes etiam & promiſſa fruſtra eſſent, niſi in hominis poteſtate eſſet, facere & non facere. Qui enim, ita ex neceſſitate agit aliquid, vt illud uitare nõ poſſit, q d mereť? quid item demereť? cur puniť vel ẽt p̃miatur? Certum eſt enim, neminẽ iuſtè puniri vel premiari, pro his quę in eius non ſunt poteſtate, ſed ex fide ſcimus, iuſtè redditurum eſſe Deum vnicuiq; ſecundum opera eius. Ergo ex fide intelligitur, hoĩem poſſe operari, & nõ operari, benè & male. Sunt aũt & innumera ſacrarũ literarũ teſtimonia, quibꝰ reuelauit Deus, eſſe in hoĩe hoc liberũ volũtatis arbitriũ: hanc. ſ. indifferẽtiam.

Eccleſiaſtici. 15. *Deut. 19.* *Deut. 4.* *2. Cor. 6.* *2. Tim. 4.* *Heb 12.* *Eſa. 1.* *Eccleſiaſtici. 21.* *Matt. 16.*

Eſt ergo, eſt certè liberum arbitrium in omnibus hominibus. Et ita per liberũ arbitrium agunt, quęcunque agunt, tãquam per primum principium intrinſecum ſuarum actionum. Licet enim ſi vim uocabuli attendas, liberum arbitrium actionem exprimat. Quid nanq; liberum arbitrium eſt, niſi liberum de uoluntate iudicium? Tamen uſus obtinuit, quod per liberum arbitrium, intelligatur potentia, quæ eſt principium, quo homo liberè iudicat. Quia autem iudicium, vel iudicare, actum ſignificat intellectus, vel rationis, Intellectus aũt vt intellectus formaliter, non eſt liber, natura eñ eſt, & naturaliter agit. Ideo non nominatur liberum iudicium, ſed liberum arbitrium. Iudicem enim oportet, ſecũdum iura, cauſas, & lites terminare. Arbiter uerò poteſt ad libitũ ſuæ uoluntatis, ſententiam ferre. Et ita iudicium, actum rationis importat, legibus vel diuinis, vel humanis regulatum. Arbitrium uero, actum à propria uoluntate regulatum. Vt ergo hęc hominis libertas exprimatur, qua poteſt ad libitũ ſe ſe ad bonum, vel ad malum ad hoc, & ad illud determinare, dicitur liberũ arbitrium magis, q̃ liberum iudicium. Ne tamen ſit lis in uerbis, ſi placeat magis liberum iudicium, quàm liberũ arbitrium appellare. Diſtingue iudicium. Iudicant nanque doctores in cauſis, & iudicant item reges, & principes. Illi proponunt, & conſulunt: hi eligũt, decernunt, & imperant. Primum eſt intellectus, ſecundum uoluntatis. Cum ergo noĩas liberum iudicium, intellige de iudicio regio, quod per auctoritatẽ fit à noſtra uoluntate: & idem eſt quod electio. Sicut optimè declaratur in Moralibus. Agimus ergo per liberum iudicium, ideſt per liberam electionem. Neq; enim ageremus, ſi iudicio intellectus tantum inniteremur. Circa agibilia nanque, intellectus vtrinq; rationes habet, aliter non diſcurreret, non ſillogizaret. Suſpenſus itaque eſſet, niſi uoluntas iudicaret, hoc eſt alteram partẽ eligeret: vt breuiter dicamus. Intellectus eſt duorum contrariorum æqualiter, ſanitatis & morbi: mali & boni: virtutis & uitij. A contingente æqualiter, nulla prouenit actio: quia da oppoſitũ. Ergo ageret duo contraria ſimul. Quod eſt impoſſibile. Oportet ergo intellectũ ad unum determinari, ut agat. Illud itaque à quo determinatur, eſt tanquàm dñs in regno nr̃o, in cuius poteſtate ſunt vniuerſæ nr̃æ actiones. Quid autẽ illud eſt, niſi uoluntas, quæ merito uoluntas dicitur, quaſi volutans? Hinc.n. & inde, huc & illuc uoluitur ad libitũ: Ad imperium quoque eius, intellectus & omnes animæ humanę uires mouẽtur, vt ancillæ ad nutum dñæ ſuæ. Ecce ergo tandem, liberum arbitrium, & radix eius. Radix enim libertatis eſt ab intellectu. Niſi enim intellectus practicus eſſet indifferens in ſuo iudicio, uoluntas, non poſſet eſſe ad iudicandum indeterminata, hoc eſt ad eligendum, quare nec ad operandum homo liber eſſet. Inditio huius eſt, quod furentes & frenetici, quia intellectum ligatum habent, non ſunt liberi ad actus ſuos. Agũtur enim & non agunt, ducuntur, & non ducũt. Quare nihil eis imputatur, imputaretur autem ſi liberè ageret. Eſt & aliud ſignum. Quia enim iudicium brutorum, eſt ad unum determinatum, appetitus & actio eorum, etiam ad unum determinatur. Apes quippe, non habent iudicium niſi ad mella. Hirundines non niſi ad nidos. Formicè nõ niſi ad theſaurizãdum. Ouis uiſo lupo, neceſſe habet timere. Non.n. põt iudicare, niſi quod uenerit ad nocendum. Canis bile ſurgente, neceſſe habet latrare, & proſequi ad uindictã. Vnde ſi ſubtiliter conſideremus, apparebit, quod quẽadmodum rebus inanimatis, motũ tribuimus & actionem. Ita, & non aliter brutis, iudicium de agẽdis tribuendum eſt. Non.n. dirigunt ſeipſa in motibus ſuis inanimata, ſed diriguntur ab arte diuina, vt ſagitta à ſagittario. Ita ergo bruta à ſeipſis, in ſuo iudicio non diriguntur. Nam de iudicio proprio iudicare non pñt. Neq;.n. reflectit ſenſus ſup actum ſuũ, ſed ſequunt iudicium, ſibi à Deo inditum. Nõ.n. ex collatione aliqua iudicant: nam & ſui iudicij rationẽ ignorant, ſed ex naturali extimatione. Verum homo per intellectum, de ſuo iudicio põt iudicare, qui rerũ habitudi-

nes, de quibus iudicat, cognoſcit, & per quas iudicat. Propterea ad omnia ſe extendit iudicium hominis, non ad aliqua tantum. Quare & appetitus, non eſt ad appetendum vnum determinatus, ſed eſt liber, & indifferens ad omnia. Appetitus nanque cognitionem ſequitur. Electio ergo quæ eſt actus liberi arbitrij, progreditur quidem ab vna virtute. Neq; enim poteſt una actio à duabus virtutibus prouenire. Attamen non exit ab illa vna, niſi ſecundũ quod habet ordinem ad alteram. Si autem quæris, à qua potentia exit? Dicendum, quod à uolũtate. Quamuis enim Philoſophus ille, ſub dubio reliquiſſe uideatur, An ſit actus uoluntatis, an rationis: ſupponatque quod modo quodam eſt vtriuſque uirtutis, dicẽs ipſam eſſe appetitus intellectiui, vel intellectus appetitiui. Tandem nihil minus concludit, & benè, quod eſt appetitus præcõſiliati: In eandemque ſententiam uenit Paulus, electionem ſcilicet eſſe actum voluntatis præelicitum. Elegit nos
Eph. 1. in ipſo, ante mundi conſtitutionem, vt eſſemus ſancti & immaculati in cõſpectu eius. Qui prædeſtinauit nos in adoptionem filiorum &c. Conſtat aũt prædeſtinationem eſſe actum uolũtatis, ergo & electionem, quæ ad prædeſtinationem attinet. Voluntas itaque, ut ordinem habet ad hunc actum, qui eſt eligere, dicitur liberum arbitrium. Et ita cum electio, non ſit ſine actu intellectus præcedente, ni mirum ſi liberum arbitrium, dicitur facultas intellectus & uoluntatis. Non quod tertia quædam poteſtas ſit, his addita: non quod ſit ex his duabus aggregatum: ſed qđ ipſa uoluntas hunc actum, qui eſt eligere, reſpectu cuius dicitur liberum arbitrium, non habeat niſi in ordine ad intellectum, qui oppoſita demonſtrat ipſi voluntati. Ad hoc enim ſignificandum, & ratio & uoluntas in obliquis ponuntur, in liberi arbitrij diffinitione. Ex his ſoluuntur obiecta.

Difficultates tamen, quàm plurimæ ſunt, contra hanc libertatem à coactione, & à neceſſitate, ſed alibi adducentur & ſoluentur. Ad difficultatem vero illam de merito. Quò reſponſio facilior ſit, & declaratio melius intelligatur, dicendum primum, quid eſt meritum. Vox iſta, Mereri, primũ ex ſeruitijs inuenta eſt, in quibus merces primo nominata apparet. Vnde & ſerui mercenarij dicuntur, qui quo mercedem mereantur, dominis inſeruiunt. A ſeruitijs autem, ad obſequia, atque ad beneficia, & ad officia extenſo nomine tràſlata eſt. Vnde obſequentes, & benefacientes, vel etiam fauentes, de nobis, vel de republica, bene meritos uocamus. Meritum itaque eſt aliquid, vel acceptatum, vel acceptandum in aliquo, pro quo is qui acceptat, quaſi debitum aliquod reddit ei, vel alteri pro quo ille meruit. Licet autem, & reſpectu boni dicatur, & reſpectu mali. Nam & bonos ſeruos, dicimus premiũ mereri, malos ſupplicium. Iuxta illud. Mercedem quam oportuit erroris, in Rom. 1.
ſemetipſis recipientes. Propriè tamen dicitur reſpectu bonorum: demeritum autem reſpectu malorum. Vnde & quia vere bona, ſunt bona æterna, theologi communiter hac voce meritum, non utuntur, niſi reſpectu felicitatis æternæ, cum dicunt, homines mereri apud Deum, vel eſſe in ſtatu merendi: Concurrunt autem ad meritum quatuor. Primum. Perſona bene merens, vel bene merita. Secundo. Ipſum meritũ. Tertio. Merces. Et quarto, is qui mercedem bene merenti reddit, vel alteri pro quo meruit. Eſt enim meritum alicuius ut merentis, & alicuius vt mercedis, & ad aliquem mercedis redditorem. Fruſtra nanque operaretur, & laboraret aliquis, pro mercede à nullo habenda. Meriti autem exhibitio, & redditio mercedis, æquiparari debent, vt meritum ſit mercedi æquale, & è contra. Quia ergo iuſtitiæ tantum eſt, æqualitatem facere, vt ab Ethicis ſcitur: Sequitur quod ad meriti rationem exigitur ratio iuſti: Quia autem, quod iuſtũ eſt, debitum eſt, ad meriti rationem exigitur, vt merces, quę reddit, ſit debita merito cui reddit. Quare, & qui mercedem reddit, debitor eſt, ut reddat. Habes ni fallor completam rationem meriti generalem. Deſcendendo ergo ad quæſtionem, dico, quod poſſumus

compa-

comparare hominem, in gratia bene operantem, ad mercedem æternæ uitæ ſibi reddendam, & ad Deum redditorem. Iam enim declaratum eſt, meritum referri, & ad remunerationem, & ad remuneratorem. Remunerator nanque in caſu, Deus eſt, qui dat uitam æternam. Si ergo ad Deum referatur, dico nullum purum hominem, cum omnibus gratijs, poſſe mereri à Deo uitam æternam. Immo nec aliquid boni, quantũuis exigui. Nam ratio illa concludit, inter quos non cadit æqualitas, nec iuſtitia. Quare nec meritum, neq; merces. Vnde inter patrem & filium, quia non cadit ius, non cadit etiam merces, neque meritum, niſi impropriè ualde. Secundum hoc ſcilicet, quod iuſtum eſt, ſi filius digne agit, vt filius, & pater cum illo agat, vt pater, licet hæc eſt proportio quædam, nõ æqualitas, ergo nec iuſtitia propriè, quare non meritũ, neque merces. Homo autem in gratia, quid plus eſt, quæſo, quàm filius Dei glorioſi adoptiuus? Igitur non plus iuſti ſortitur apud Deum, quàm filius aliquis ſimpliciter apud patrem. Immo lõge minus cadit iuſtum inter Deum, & Ioannem Baptiſtam, quàm inter patrẽ aliquem & filium. Quomodo ergo Ioãnes Baptiſta, poteſt mereri quibuſuis ſuis operibus apud Deum? Certè non poteſt. Eſt ius paternum inter Deum, & nos omnes, cum ſumus in gratia. Sicut ergo filius meretur impropriè apud patrem, ita nos cum ſumus in gratia, apud ad Deũ meremur. Quod magis congrui meritum appellare, quàm condigni. Meritum quippe condigni, iuſtũ eſt ſimpliciter. Iuſtitiam autem ſimpliciter hic non uideo, quantalibet ſanctitate, & gratia polleat homo qui meretur, ſed tantum iuſtitiam proportionaliter. Quod ſi Paulus alicubi dicit, Deum qui

2. Tim 4. iuſtus eſt iudex, redditurum ſibi eſſe coronam iuſtitiæ, id optimè declaratur ratione iuſti paterni, ſiue etiam dominatiui. Aliam iuſtitiam inter Deum & hominem, non intelligo. Hæc autem ad proprium meritum, haud quaquam ſufficit. Quod ſi inſtes, Iuſtum eſt ſimpliciter, quia promiſit bene operantibus æternam uitam, & ita actus noſtros, ad conſequendam mercedem illam ordinauit. Eſt ergo debitor ſibi ipſi, & reddens mercedem, ſuæ ſatisfacit ordinationi. Id totum admitto, fateor, & approbo. Sed ſat mihi eſt, quod homo, neque ex ſe, neque ex gratia, quam habet apud Deum, mereri poteſt. Sed rõ meriti apud Deum tota eſt, ſecundum diuinæ ordinationis præſuppoſitionẽ. Itaque homo in gratia, non meretur apud Deum, niſi quia Deus ordinauit hominis actus, in gratia exiſtentis, Deum reſpicere, vt mercedis debitorem. Et propterea iuſtum eſt, ut reddat. Sed quid inde? Eo modo dicimus etiam iuſtum eſſe, vt aquila roſtrum habeat. Ebur Elephas, manus homo. Hæc tamen debita, quæ in rebus naturalibus inueniuntur, ſunt debita tantum ex ordinatione ſua. Et ita Deus, quaſi ſibi ipſi debitum ſoluit, cum quibuslibet dat propria, non autem rebus ipſis. Conſtat autem, quod eiuſdem ad ſeipſum, non eſt propriè iuſtitia: quia iuſtitia eſt ad alterum. Ergo pro hoc quod Deus, ſibi ipſi debet, & conſequenter hac ratione tãtum bona opera remunerat, non poteſt dici ex iuſtitia propriè id fieri: meritum autẽ propriam exigit iuſtitiæ rationem, vt dictũ eſt, ergo nos ad illum collati, nihil oĩno meremur. Hinc illud. Quis ueſtrũ ha- Luc. 17.
bens ſeruum arantem, aut paſcentem boues, qui regreſſo de agro dicat illi ſtatim. Tranſi hinc & recumbe, & non potius para, quod cenem? præcinge te, & miniſtra mihi donec manducẽ & bibã: & poſt hoc, tu mãducabis & bibes, nũquid gratias habet ſeruo illi, quia fecit ei, quæ imperauerat? Non puto. Sic & vos cum feceritis omnia, quæ præcepta ſunt uobis, dicite quia ſerui inutiles ſumus: quod debuimus facere, fecimus. Hinc ſenior ille filius, reprehenditur, quod patri obiecerit. Ecce tot annis ſeruio tibi, & mandatum tuum Luc. 15.
nunquàm præteriui. Nam filius, omnia, & ſeipſum debet patri. Tãtum abeſt, vt quicquam pater filio debeat. Multo minus ergo Deus homini: meritum ergo nullum.

Tu dices. Nonne gratia ipſa meretur? Caue. Hoc eſt enim, quod decipit.

Gratia

Gratia ipſa non operat, ergo non meretur. Eſt prima cauſa meriti, ſed nō meretur. Patet ergo prima concluſio. Accipe modo ſecundā. Si aũt referatur homo in gratia exiſtens ad mercedem, ad æternam ſcilicet vitam, ſine dubio illam homo uerè, & propriè meretur, bonis operib⁹ in gratia factis, abſq; omni alia ordinatione diuina. Ecce Paulus. Si filij, & hæredes. Hæreditas profectò eſt æterna uita: per gratiam aũt ſumus filij. Arguatur itaq; hunc in modum. Filio obedienti, & bene operanti debet paterna hæreditas, ipſo iure ſtrictè accepto: ita quod non niſi iniuſte poteſt priuari, ergo nobis in gratia exiſtentibus, & benè operantibus, ipſo iure ſtricto, & ꝓprio, vita debetur æterna. Ita quod iniuſtè ſubtraheretur merces iſta tempore debito ei, qui in gratia perſeuerãter operatus eſſet. Et Deus, qui contrarius haud facere poteſt, ſicut nec contrà ſeipſum, non poteſt hanc ſubtrahere mercedem. Hinc Paulus dicebat. Nō eſt iniuſtus Deus, vt obliuiſcatur laboris noſtri: quaſi iniuſtus eſſet, ſi benè operantes non remuneraret. Cum quo tamen ſtat, quod de potentia abſoluta, poſſit beatos omnes annihilare. Sed id eſt extra quæſtionem præſentem. Tãta eſt itaque gratiæ dignitas, atq; preſtãtia, quia per illam deificamur, et diuinę gratiæ per adoptionem conſortes efficimur, vt de iure, ex miſericordia non donetur, ſed ex iuſtitia ſempiterna reddatur illa felicitas, his quidem qui bene fuerint operati. Eſt enim æqualitas inter gratiam & felicitatem, ſi non in actu, in virtute: quemadmodum inter ſemen & arborem. Tota nanq; arbos eſt in ſemine, ſecundum virtutem, licet non ſecundum actum. Ita gloria, quã conſequimur, eſt in uirtute, in gratia, quam habemus quoad peregrinamur à dño. Et propterea Apoſtolus, eã appellat pignus noſtræ hęreditatis, in Epiſtola ad Corinthios, poſteriore. 2. Cor. 1.

Rom. 8.

Obijciet doctior. Nam Deus pręmiat vltra condignum, ergo præmiũ eſt ſemper maius merito. Non eſt ergo iuſtitia ſtricta, inter gratiam & gloriã, quia non æqualitas. Conſequenter actus, qui ex gratia fiunt, non ſunt ſuapte natura, illa gloria digni, ſed diuina liberalitas ſupra meritum remunerans, non adimit uim meritis. Et ſi enim actui merenti vt duo, ſtricta iuſtitia, gloriã reddat vt quatuor, non tollitur quin uerè duos illos glorię gradus meruerit. Probat ergo argumẽtum, quod totum illud premium non meremur, quo à diuina donamur liberalitate. Quod concedo. Sed non probat, quod omnino non ſint actiones noſtræ, quę ex gratia prodeunt, æternæ illius felicitatis meritorię. Quanquam ſi Deum reſpicias ſemper eſt donum, nũquam ſtipendium, vel merces. Inquantum enim redditur à Deo, qui nullatenus debet, meriti rationem excedit. Matt. 6. Et propterea ſemper præcamur. Adueniat regnum tuum, id dono Dei euẽturum nō noſtro merito ſignificantes, & credentes. Ita fit, vt & donum Dei ſimul, & meritum noſtrum agnoſcamus. Quo intelligentes donum, nō ſupbiamus, neque nobis illã gloriam arrogemus. Intelligentes uero meritum, nō animo concidamus, & in bonis operationib⁹ frigeamus, quaſi nihil recepturi. Aſpiciamus ergo eum, Moſe in remuneratorem, & gaudeamus, atq; exultemus, quoniam merces noſtra copioſa eſt in cęlis. Matt. 5.

Sufficiat hæc autem de Sexto capite. Quod ſi non me mea fallit opinio, totum poteſt per parẽtheſim legi. De moribus enim tantum pertractat, non de dogmatibus. Dogmata tamẽ proſequitur vſque ad duodecimum caput, Apoſtolus noſter. Hanc autem noſtrã intentionem, ex capitis ſeptimi initio, clarè uidere liquet.

CAPVT

CAPVT SEPTIMVM.

A*N ignoratis fratres.(Sciẽ-*
tibus enim legem loquor,)
Quod lex in homine domi-
natur quanto tẽpore viuit?
Quanquam enim cõ-
necti poſſit, hoc princi-
pium cum parte illa ſexti capitis. Non
enim ſub lege eſtis: ita ut hic, illud pro-
betur: Melius tamen eſt, vt cum fine
quinti capitis coniungatur, hunc quip
pe in modum. Quia nanque in capite
quinto, concluſerat legem ſubintraſſe,
vt abundaret delictum: Vbi autem pec
catum abundaſſet, per Ieſum Chriſtú
diuinas gratias ſuperabundaſſe: vt quẽ-
admodum per legem peccatum in mor
tem regnauerat, per Chriſtum gratia re
gnaret in uitam. Reiecta illa impudẽ-
tia. Ergo manendum in peccatis, vt gra
tiæ abundent? Et probato quod nequa-
quam peccandum eſt, poſtquam ſumus
in Dei gratiam recepti: Quæ omnia
digrediendo uiſus eſt dixiſſe Apoſtol⁹,
& extra principalem eius intẽtionem.
Núc ad illud reuertitur, oſtendẽs quod
Chriſti gratia, vti nos à peccati regno li-
berauit, ita liberauit à Moſi lege, quæ
peccata, neſcio quonam modo fouerat
& auxerat. Per legem inquiebat a-
bundauit peccatum, peccato abundan
te uenit Chriſtus, & abſtulit peccata
Ioan. 1. mundi. Addit modo. Abſtulit etiam le-
gem, cuius occaſione peccata regna-
bant. Vſque ad Chriſtum uixit lex: Ob-
Rom 3. noxij ergo erant Iudæi, omni illo tẽpo-
re legi, & qui à legis orbita recedebant,
maledicebantur, quanquam & in Chri
ſtum uenturum crederent. At núc mor
tua eſt lex penitus, nõ amplius Moſen
ſponſum habet Iudæorum ſinagoga.
Vnus eſt ſponſus omnium animarum,
Oſee 2. Chriſtus Ieſus, qui iuxta Oſeã nos anu
lo fidei deſponſauit. Cur ergo adhuc
Iudæi contenditis? Vos conuenio, vos
obteſtor, inquit Paulus. Cur inquã pu-
gnaciter, & pertinaciter eſſe Gentibus
etiam legalia ſeruanda aſſeueratis? Ab-
ſoluti vndequaq; ſumus, à legis obſerua
tione, non minus, quàm mulier à uin-
culo maritali, ſi uir eius naturæ ceſſerit.
Nolitè itaque gentes, quod legem non
ſeruent, detrectare. Exemit enim & Iu-
dæos Chriſtus, à ſeruitute legis. Tantũ
abeſt, vt Ethnici illius uinculis ſint alli-
gati. Confide iudæe, nequaquam adul-
ter uocaberis, ſi Moſe relicto, Chriſto
adhęreas. Mortuus enim eſt Moſes. Scri Ioſ. 1.
ptum eſt autem, Mortuo Moſe, qui nõ
obedierit Ieſu, morte moriatur. Profa- Leuit. 12.
num eſt morticinum tangere. In ui- Ezech. 54
duitate viuere uitam, & non derelin-
quere ſemen in Iſrael. Quis non hor-
ret? Poſtquam ergo mortuo Moſe, fru-
ctum nullum afferre potes ex illo, cum
& ipſo viuente fructificares morti, nõ
uitæ, peccato non iuſtitiæ: Quid eſt qđ
non vnum Chriſtum amplecteris, ſed
ſub Moſe adhuc uiuere mauis? Euange
lium enim cum lege iungis, quæ tanta
contrarietate inuicem pugnant, vt plus
pugnare non poſſint. Lex nanq; auget
peccatum, gratia tollit: Lex terrorẽ in-
cutit, gratia inſtillat amorem: lex eſt Iu-
dæorum tantum, gratia omnium Gen-
tium ſimul: lex eſt pedagogus, Gratia Gal. 3.
pedagogiæ finis. Lex mortem mina-
tur, gratia uitam promittit. Lex antiqua-
tur & ſeneſcit, Gratia ſemper floret.
Lex ordinata eſt ab angelis, gratiam lar-
gitur dominus. Lex per Moſen, data Ioan. 1.
eſt, gratia per Ieſum Chriſtum facta eſt. Exo. 32
Lex in tabulis eſt ſcripta lapideis, Gra- Rom. 4.
tia diffuſa in cordibus. Lex iram opera- Gal. 3.
tur, gratia pacem: Lex propter trãſgreſ-
ſionem poſita eſt, gratia, propter iuſtifi-
cationem. Lex latenter intrauit, gratia
palàm mundo illuxit. Lex nunquã cul-
pa uacauit, gratia legem conſummauit.

Lex erat umbra, Gratia ueritas eſt. Si
ergo aduenit gratia, nonne mortua lex
eſt? Non itaque ullo amplius pacto no-
Gal 3. bis lex dominetur. Chriſtus enim fa-
ctus eſt pro nobis maledictum, vt alibi
dicit Apoſtolus, vt nos de maledicto le-
gis redimeret. Quemadmodum enim
2. Cor. 5. de eo dicitur. Eum qui nõ nouerat pec
catum, peccatum fecit, vt nos à peccato
redimeret. Factus eſt nanque ſacrificiũ,
pro peccato noſtro abolendo: optimè
Leuit. 23. in hirco illo emiſſario figuratus, qui pec
cata populi extra ciuitatem deferrebat.
Heb. 13. Vnde et illud eſt, quod huic alludit. Ie-
ſus, vt per ſuum ſanguinem ſanctifica-
ret populum, extra portam paſſus eſt.
Exeamus ergo ad eum extra caſtra, im-
properium eius portantes. Ita maledi-
ctionem legis, illam inquam maledi-
ctionem, quæ ſcribitur in lege. Maledi-
Gal 3. ctus omnis, qui pendit in ligno, ſubſti-
nuit Chriſtus Ieſus, vt nos de omni ma-
ledictione legis liberaret, & culpæ &
pœnæ. Cur ergo conuertimini adhuc
ad elementa legis emortua? Agnoſci-
Galat. 4. te. Agnoſcite legem ceſſaſſe. Cur puta-
tis ad magnam illam Chriſti gloriam,
Moſen ab inferis ueniſſe, niſi ut iura
omnia, quæ olim habuerat, tunc ſponte
Chriſto cederet. Sinagogamq; quã vxo
rem bis mille anni ſibi deuinxerat, illi
commendaret, quo ex illa ſuſcitaret ſe-
men fratris ipſius, ſcilicet iam uita fun-
cti? Quo ad uixit Moſes, ſinagoga ab eo
diuortium facere nequaquam potuit,
vt alteri copularetur. Sed iam eo mor-
tuo, quo colore fingi poteſt, ut non ſit
copulanda Chriſto, qui ſemper uiuit?
Hæc omnia molitur Apoſtolus. Et ideo
dicit. *Lex dominatur in homine, quandiu
tempore uiuit.* Quandiu ſcilicet lex ipſa
viuit: non ultra, nec citra, omni tempo-
re quo durat dominatur, cum ceſſat, nõ
dominatur. Id proprium eſt omni le-
gi, vt cum eſt abrogata, vel noua lege,
vel conſuetudine, quæ uim legis ha-
beat, nequaquam amplius dominetur.
Scientibus legem loquor. Romanis enim
loquor, qui leges tradiderunt uniuerſo
orbi. Dicite vos Romani. Curiatæ Ro-
muli: Numę Pompilij leges, dñantur ne
amplius in vrbe Roma? Nequaquàm.
Quoniam mortuæ ſunt, nouis ſuperue-
nientibus. Ecce. Ecce ergo. *Lex in homi-
ne dominatur, quandiu tempore uiuit.* Gręci,
vos compello. Nnm Athenis vigent So
lonis leges? Minime. Quia abrogatę
ſunt. *Lex ergo in homine dominatur, quan-
diu tempore uiuit.* Nõ Barbaros alloquor,
qui ſine legibus viuunt. Vos omnes Iu-
dæi, Græciq;, & Latini, qui Romę de-
gitis. Romę inquàm, quæ non vrbs, ſed
orbis eſt: vbi uigent leges omnes. Scitis
ſi mentior. Cum ergo lex Moſi, gratia
adueniente abrogata ſit, iam nõ poteſt
vobis dominari, niſi uos ultro illi iterũ
in mancipia dedatis. Nemo autem mi-
retur, ſi tam uehemẽs eſt Paulus in hoc
legis deſtruẽdę negotio. Nã tota diſcor-
diæ Gentium, & Iudęorum occaſio in
vrbe Roma, & in omni Eccleſia, erat ſu
perbia Iudęorum ex lege.

Hic tamen eſt difficultas. Nam in li- Baruch. 4.
bro Baruch dicitur. Hic eſt liber mãda-
torum Dei, & lex quæ eſt in æternum.
In Geneſi etiam, loquens de circunci-
ſione, Deus inquit. Erit pactum meum, Gen. 17.
in carne ueſtra, in fędus æternum. In Eſa. 54.
Eſaia etiam legimus, dixiſſe Deũ. Mon
tes commouebuntur, & contremiſcẽt,
miſericordia autem mea non recedet à
me, & fedus pacis meæ non mouebi-
tur. Quomodo ergo dicit Paulus. *Lex
dominatur quandiu uiuit?* Semper uiuit, er
go ſemper dominatur. Eam enim ſemp
uicturam dicit Deus, & in æternum
duraturam. Vidit omnino obiectionẽ
hanc Apoſtolus, & ni fallor ẽt ob id pa-
rentheſim illã addidit. (*Scientibus enim le
gem loquor.*) Hi quippe qui corticem tã-
tum legunt, certe capere nequaquam
poſſunt, diuinam legem temporariam
non perpetuam eſſe, vt Iudæi recẽtio-
res, qui uſque in hodiernum diem, vela
men habent poſitum ſuper cor eorum.
Verum qui profunda ſcrutantur, id pa- 2. Cor. 3.
lam colligunt etiam ex ſacris literis, ip-
ſius diuinæ legis. Nanque in Hieremia Hier. 31.
legimus. Feriam domui Iſrael, & domui
Iuda fœdus nouum, non ſecundum pa-
ctum quod pepigi cum patribus anti-
quis. In Eccleſiaſte. Non erit memoria Eccl. 2.
priorum. In Eſaia. Ne memineritis prio Eſa. 43.
rum, & antiqua ne curetis. Ecce ego fa-
cio omnia noua. In Leuitico. Nouis Leuit. 26.
ſuperueniẽtibus, uetera proijcietis. Eſt
etiam

etiã famoſum magni Prophetæ Heliæ dictum. Bis mille inane, Bis mille lex, Bis mille Meſſias. Propter quæ, plurimi Iudæorum Rabbini, & veteres, & doctiſſimi, pro explorato habuerunt, in Meſſiæ aduentu, ceſſaturam eſſe legẽ. Eccl. 5. Rabbi Chezchigià, ſuper verbo illo in Eccleſiaſte. Vide bonum, & ecce etiã ipſum uanitas, inquit, Bonum legis, ua nitas eſt. Quomodo autem ait. Vana eſt lex Dei? Vana eſt, ſi comparetur ad legem uenturi ſeculi Meſſiæ: ut habetur in Midras coheleth, ideſt in expoſitione eccleſiaſtis. Rabbi etiam Iehoſuam ben leui, ideſt filius leui, interpre Deut. 6. tans illud Deuteronomij uerbum. Serua præceptum, decreta, atque iudicia, quæ ego præcipio tibi hodie, vt facias, magna ſubtilitate, & alto ingenio, inquit. Recte dicit. Præcipio tibi hodie, vt hodie facias, non ut facias cras, ideſt antequam Meſſias ueniat, & non poſtquam uenerit. Eſt Rabi ſe lo mo, Rabbi Benzumà. Et alij. Sed hi ſatis ſunt. Neque enim euangelica lampas, Iudæorum tenebroſis facibus eget. Solutio autem difficultatis facilis eſt. Scire em̃ debes, quod vbicunque nos habemus his in locis adductis, æternum, textus hæbræus habet Holam, quod apud hæbræos idem ſignificat, quod apud latinos perpetuum. Perpetuum verò propriè apud latinos: idẽ eſt, qđ cõtinuũ: illud ſcilicet quod continuatè pro aliquo ſeculo, ſine interruptione durat. Iuxta illud. Ad mea perpetuum, deduci te tempora carmen. Hinc orationem perpetuam dicimus, quæ continua, & abſque interruptione eſt. Hinc perpetuus adminiſtrator: perpetuus Cõſul, perpetuus Cenſor, perpetuus Imperator dicitur, qui ſemper dum uixit Cẽſor fuit, vel Conſul, aut Imperator, vel adminiſtrator. Quo tamen uicta functo, ſuffectus eſt alius. Hoc itaque modo concedendum eſt, circuncïſionem, ſabbatum, & totam legem datam eſſe in fœdus Holã. hoc eſt ut perpetuo ſeruaretur, & continuè quo ad ſeruanda, eſſet, ſine interruptione. Et ad hoc alludit Paulus hic ni fallor, cum dicit. Legẽ tanto tempore *Dominari*, ſemper ſcilicet, non aliqua interruptione facta.

Quanto viuit. Quod ſi hæc expoſitio tibi durior uideatur, meminiſſe te oportet, quod in libro Regum legimus, dixiſſe 1. Re. 1. matrẽ Samuelis de eo. Et adducam eũ, & apparebit in conſpectu Dei, & mora Deut. 15. bitur ibi in æternũ. In Deuteronomio, Accipies ſubulam, & dabis eam in au rem eius, & erit tibi ſeruus in æternũ. In Pſalmo. In ęternum non obliuiſcar Pſal. 118. mandata tua. Num ergo hæc uox in æternum, æternitatem ſignificat? Minime quidem. Vt enim alia ommittam. Seruus, quinquageſimo anno Iubilei, ſemper liberabatur à ſeruitute: qui tamẽ dicitur eſſe ſeruus in æternum. Significat ergo ſeculum, vel aliquod tem pus determinatum, hæc uox Holam, pro qua, ſemper uertunt noſtrates in æternum, neſcio qua ratione: fortaſſe autem nominum anguſtioſiſſima caritate. Vnde hæbræa lingua, cum uult ueram exprimere ſempiternitatem, non utitur hac voce Holam, ſed iſtis alijs uocibus. Sela, nezzah, Vahed. Vnde illud eſt ĩ Eſaia. Velò lanezzah. Echzoph. Eſa. 54. Et non in ſempiternum iraſcar. Et il- Hier. 3. lud Dauidis. Ie bone ne ha holam ſela. Pſal. Rectificabit, vel ordinabit eam vſque in ſeculum ſemper. Illud quoque Exodi, Adonai iimloch Leholam Vahed. Hoc eſt. Deus regnabit in ſecula ſemp. Exo. 15. vel in æternum. Si autem omnia illa loca legantur, in quibus dicitur, quod lex, vel circunciſio, vel alia myſteria legis ſint ęterna, nullibi legimus nezzah, neque Sela, neque Vahed, ſemper autem Holam. Patet ergo, quàm friuolum ſit locis iſtis, pro miſeris iudeis defendendis, inniti velle. Sed nonne etiam defendi poſſet, omnes cæremonias legis illius æternas eſſe? Optime. Quandoquidem Paulus dixit ſupra. Legem ſtatuimus, non de- Rom. 3. ſtruimus. Æterna enim ſunt omnia, quæ ad legem ſpectant: non in ſignis illis, ſed in his, quæ ſignis reſpondent: in veritate ſcilicet, non in figura. Vnde ſacramenta nouæ legis, in æternum durabunt, vſque ad conſummationem ſeculi, uidelicet. Et ipſa tota lex. Iuxta illud. Poſt hæc Apoc. 10. tempus amplius non erit. Et illud. Fædus perpetuum feriam eis. Eſa. 61.

Cum

Cum enim hæc Chriſti Ieſu lex, ſit per-
fectiſſima, in ipſa ſupremam manum
impoſuit Deus, nec aliquid amplius ha
bet, cui hanc uice materiæ, vel imperfe
ctioris formæ ſubſternere poſſit. Ma-
net ergo lex illa in radice: in ſtipite au-
tem, & in ramis renouata eſt, ut ſit ue
2. Cor 5. rum illud. Vetera tranſierũt, facta ſunt
1. Cor. 10 omnia noua. Omnia enim in figura
Heb 10. contingebant illis. Vnde & dicitur. Vm
bram habens lex futurorum bonorũ.
Illis ergo præſentibus, vmbra ceſſare
debuit. Mutata ſunt itaque ſacrificia.
Heb. 9. Non enim per ſanguinem hircorum,
aut uitulorum, ſed per proprium ſan-
guinem, introiuit ſemel in ſancta, æter-
na redemptione inuenta. Mutatum
Heb. 7. eſt ſacerdotium. Habemus enim pon-
tificem magnum, non ſecundum ordi-
nem Aaron, ſed ſecundum ordinẽ Mel
1. Cor. 5 chiſedech. Mutatum eſt Paſcha. Pa-
ſcha noſtrum immolatus eſt Chriſtus.
Mutatæ ſunt Neomeniæ, ciborum dele
Coloſſ. 2. ctus, dieſque ſabbathi. Nemo uos iudi-
cet in cibo, aut potu, aut in parte diei fe
ſti, aut Neomeniæ, aut ſabbathorum.
Ioan. 4. Mutatus eſt locus adorandi Deum. Ve-
nit hora & nunc eſt, quando neque in
monte hoc, neque in hieroſolymis ado
rabitis patrem. Mutatum eſt teſtamen-
Heb. 9. tum. Noui teſtamenti mediator eſt.
Nam ſi prius culpa uacaſſet, non utiq;
Heb. 7. ſecundi locus inquireretur. Mutata eſt
tota lex. Translato ſacerdotio, neceſſe
eſt vt legis translatio fiat, quæ tamẽ ſuo
tempore ſemper durauit. Patet itaque
propoſitio illa Pauli. *Lex in homine do-
minatur, quanto tempore ipſa viuit.* Decla-
rat autem illam Apoſtolus, & probat
exemplo, à lege matrimonij. Et eſt lo-
cus rethoricus. Rethorum enim eſt e-
xemplis vti. *Quę enim ſub uiro eſt mulier,
uiuente viro alligata eſt legi. Si autem mor-
tuus fuerit vir, ſoluta eſt a lege uiri. Sane er-
go viuente viro, cenſebitur adultera, ſi fuerit,
cum alio uiro. Si vero mortuus fuerit vir, libe
rata eſt à lege, vt ipſa non ſit adultera ſi iun-
gatur alteri uiro.*

Nemo autem miretur: cur hoc exem
plum adduxerit Apoſtolus, cum innu-
mera ſuppeteret. Matrimonium enim,
& ſi in remedium concupiſcentiæ in-
1. Cor. 7. ſtitutum ſit Paulo dicente. Propter for-
nicationem autem, unuſquiſque ſuam
vxorem habeat: etiã iterum. Qui non
poteſt continere, nubat in domino. Me
lius eſt enim nubere, quàm uri. Prima
tamen neceſſitas, & prima ratio reſtituẽ
di coniugij, fuit prolis multiplicatio ad
hominum ſpeciem, longè latèque pro-
pagandam. Hinc legimus, antequã pec
caſſet Adam, cuius peccato deinde ſur
rexit concupiſcentiæ fomes, inſtitutũ
eſt matrimonium, datamque illi mulie-
rem in adiutorium generationis. Dixit Gen. 1.
enim Deus. Non eſt bonum hominem
eſſe ſolum, faciamus adiutorium ſimile
ſibi: Vnde & inquit Moſes. Maſculũ
& fęminam creauit eos, benedixitque
eis, & dixit. Creſcite & multiplicami-
ni, & replete terram. Quis autem ne-
ſciat, & legem & Euangelium data eſſe
hominibus, vt Deo ſpiritales filios, bo-
na ſcilicet opera tãquã fętus pulchros,
& formoſos ederent & parerent? Neq;
enim ſine lege, ſuo illo tempore iudæi,
neque nunc ſine euangelio poteſt quiſ-
piam, aliquid boni concipere, vel gene
rare. Omnis nanque noſtra fæcundi-
tas aliunde uenit, à Deo ſcilicet, qui tũc
per legem, nunc per euangelium ſpiri-
tali coniugio nobis omnibus voluit co-
pulari. Ni mirum igitur, ſi matrimoniũ
carnale adducit in medium, vt ad ſpiri-
tale iſtud translatio fiat. Omnes enim
transferentes, ſecundum aliquam ſimi-
litudinem, transferunt. Lex itaq; &
euangelium, ipum gerunt ſponſi: nos
vxoris. Audite modo Apoſtolum de ma
trimonio diſſerentem, & inde magno
ingenio ratiocinantẽ. Vxor quoad ſpon
ſus uixerit, lege coniugali adeò eſt illi
alligata, vt nequaquam citra adulterij
crimen, & notam, alteri uiro hęrere poſ
ſit. Cum primum is moritur, poteſt al-
terum ſponſum accipere, citra culpam
quem magis uoluerit. Ita habetur ad
Corinthios. Mulier alligata eſt legi, quã 1. Cor. 7.
to tempore vir eius uiuit. Quod ſi dor-
mierit vir eius. (eſtque dormitio pro
morte, iuxta illud. Nolumus uos igno- 1. Theſ. 4.
rare de dormientibus. Et illud. Obdor- Act. 8.
miuit in domino. Et illud. Sanctam dor- 1. Mac. 12
mitionem acceperunt) liberata eſt à le-
ge, cui autem vult, nubat tantum in do
mino. Nunc mortua eſt lex, cui tan-

quam

quam primo ſponſo ſinagoga deſponſata fuerat. Soluti ergo eſtis à lege, itaque ſponſum quæratis Chriſtũ Ieſum: Pſal. 18. Ipſe enim tanquam ſponſus proceſſit de thalamo ſuo. Infamia eſt apud Gẽtes, ſi mulier infra annum ſecundo nubat. Sequi enim oportet luctus annuus mortem viri. Vos æque infamia manet, culpa atque pœna, niſi citiſſimè poſt legis mortem, Chriſto non hæreatis. Nõ potuit coniunx ille, prolem aliquã derelinquere: ſterilis admodum erat Moſes, neceſſe ergo eſt, vt ex hoc ſponſo fœcunditatem obtineatis. Hic profectò ille eſt, quem ardẽtiſſimo deſiderio de- Exo. 4. ſiderabat ipſe dicẽs. Obſecro domine, mitte quem miſſurus es, vt ſuſcitaret ſemen eius. Intelligis rationis ſcopum? Hoc certe molitur Apoſtolus, & hoc dicere uoluit, vt ex ſuo patet exemplo. Nunc mortua eſt lex. Liberi ergo eſtis prorſus, vt citra culpã euangelio adhærere poſſitis. Non ita tamen dixit, ne iudæi exacerbarentur, legem mortuam audiẽtes. Sed dixit. *Itaque fratres mei, & uos mortificati eſtis legi, per corpus Chriſti, vt ſitis alterius, qui ex mortuis reſurrexit, vt fructificetis Deo.*

Vides quomodo magna aſtutia exẽplum inuertit? Ne indignentur, appellat eos hac aſtutia etiam fratres, vt dulciſſimo fratris nomine audito, conquie- 2. Cor. 11 ſcant. Ni mirum certè, ſi illi Pauli nomine dicebant. Cum eſſem aſtutus, dolo uos cæpi. Exemplum fuit, quod uiro mortuo, liberatur mulier à lege, & dominio uiri. Declaratio autem & applicatio eſt, quod nos qui in ordine vxoris locabamur, mortui ſumus legi: Nõ autem quod mortua ſit lex, quam in viri ordine locauimus, ſed omnino reipſa hoc intendit. Nam mulier uiro nõ moritur, niſi uir moriatur. Eo enim uiuente, & ipſa uiuit illi ſemper, & ſub eius poteſtate, vt dictum eſt. Nos ergo nulla ratione mortui eſſemus legi, niſi lex mortua eſſet. Sententiam igitur exẽpli ſeruat Apoſtolus, ſed linguam corrigit, ne Iudæi offendantur, vel ſcandalizentur. Quis enim neſciat & utile, & neceſſarium eſſe, vt multæ ueritates interdum & differantur, & taceantur, vbi ſcandalum imminet puſillorum, ne ſcilicet eos, qui non capiunt, peiores faciamus, dum volumus eòs, qui intelligunt facere doctiores? Melius enim eſt, vt illi peiores non fiant, quàm vt hi doctiores euadant. Hinc illud Chriſti. Ad- Ioan. 16. huc multa habeo uobis dicere, ſed non poteſtis portare modo. Et illud Pauli. Non potui uobis loqui quaſi ſpiritualibus, ſed quaſi carnalibus, tanquã par- 1. Cor. 3. uulis in Chriſto, lac potum dedi uobis, non eſcam. Nondum enim poteratis. Sed nec adhuc poteſtis. Quæ ex malitia proficiſcuntur ſcandala, negligi dicuntur prorſus ab omnibus, qualia erant phariſæorum. De quibus illud. Sini- Matt. 15. te illos. Cæci enim ſunt, & duces cæcorũ. Verum quæ ex infirmitate, aut ex ignorantia, contemnere nemo debet, minimè autem hi, qui docent. Gratia enim illis data eſt in ædificationem, nõ in deſtructionem. Hinc Paulus noſter, 2. Cor. 10 præconium omnium, ne Petro quidem excepto, prudentiſſimus. Galatis qui ex malitia delinquere videbantur: recepto enim euangelio, à pſeudo Apoſtolis ſeducti, deſciſcere incipiebant, apertius loquitur, acrius eos exaggerat, veritatem vehementius referat, nec eorũ offendicula timet. O inſenſati Galatæ: Gal. 3. quis uos faſcinauit non obedire ueritati? Qui ex operibus legis ſunt, ſub maledicto ſunt. Miſit Deus filium ſuum Ibidem. factũ ſub lege, vt eos qui ſub lege erãt, redimeret. Si quæ deſtruxi, iterum reæ- Gal. 4. difico, præuaricatorem me conſtituo, reſtiti Petro in faciem, & dixi ei corã omnibus, Cur Gentes cogis iudaizare? Cur dies obſeruatis, tempora, menſes, & annos? Timeo ne ſine cauſa in uobis laborauerim. Cum venit fides, iam nõ ſumus ſub pedagogo. Ergo inimicus factus ſum uobis, uobis vera dicens? Stare, & nolite iterum iugo ſeruitutis cõtineri. Vellem apud vos eſſe modo, & mutare vocem meam, quoniam confundor in uobis, qui ſub lege vultis eſſe. O magnam Pauli vehementiã. Cũ Romanis autem, alia incedit uia. Et ſi idem ſit, huius & illius epiſtolæ negotium. Mitius enim & lenius eos alloquitur, cedens infirmitati, parcens pudori, timens ſaluti, periculo conſulens. Illi enim in Chriſti fide prouecti erant.

Roma nuper conuerſa fuerat. Pleraque ergo tacere oportuit, in hac epiſtola, adoleſcentibus in fide ſcribentem, quæ ſi alibi tacuiſſet, quod is de Petro olim dixerat, in eum nos dicere potuiſſemus: quod ſcilicet uerè repræhenſibilis erat. Si enim de ueritate ſcandalum ex malitia ſumitur, vtilius ſcandalū naſci permittitur, quàm ueritas taceatur. Nemo tamen Apoſtoli exemplo hinc argumentum ſumat, ut ueritates illas, quarum cognitio ad ſalutem neceſſaria eſt, propter puſillos tacendas eſſe prorſus exiſtimet. Quid enim in doctrina ſana grandius, mirabilius, difficilius, periculoſius inueniri poteſt uoce
Ioan. 1. iſta. In principio erat verbum, & uerbū erat apud Deum, & Deus erat verbū. Hoc erat in principio apud Deum. Verbum caro factum eſt, & habitauit in nobis? Verè filij tonitrui eſt uox iſta. Si enim altius intonuiſſet, totus mundus capere non potuiſſet. Quis aūt Chriſtianus id tacere poteſt? Num paruulis tacendum eſt hoc myſterium, ne offendantur? An potius omnibus id declarādum, modo quodam dicendi, ut lac ſit paruulis, & eſca grandibus? Neq; enim minus timendum eſt, ſed multo magis ne tacentibus nobis neceſſaria, qui ueritatem capere poteſt, falſitate capiatur, quàm ſit dubitandum ne nobis loquentibus, qui ueritatem capere non poteſt, offendatur. Hoc itaque modo cum Romanis procedit Apoſtolus. Re ipſa dicit, Mortuam eſſe legem. Id enim egregiè intelligunt docti ex exēplo, verbis tamē parcit, quò qui puſilli ſunt, non offendantur. Id tacere prorſus non licebat. Eſt enim neceſſaria huius ueritatis notitia, euangelium legem abrogaſſe. At id apertis uerbis enūciare, minimè expediebat. Paulus itaque, qui optimè nouit, quæ liceant, quæ expediant, ueritate nullatenus læſa, offendicula deuitauit. Attende autem, quod non dicit ēt nos legi mortuos eſſe, ſed mortificatos. Plus nanque eſt mortuum eſſe, q̄ mortificatum. Hinc ergo legem, non prorſus emortuam eſſe, ſed mortificatā tantum intelligendum eſt. Moralia em̄ quæ Decalogo continentur, nequaquā aboleuit euangelium. Sed cęremonias tantum, & iudicia. Si ergo hæc ſeorſum accipias, mortua penitus ſunt. At ſi totā legem, mortificata eſt, non mortua. Soluta ergo es & tu Roma à lege, inquit Paulus, ſicut & ego tanquam à primo uiro, vt iam modo ſis ſpōſa alterius ſpōſi. Chriſti uidelicet, non Moſeos. *Vt fructificetis Deo.* Eſtq; illud Vt cōſequutionis, & etiam intentionis. Niſi enim mulier uiro copuletur, filium natura gignere nequaquam poteſt, uel enim materiē tantum miniſtrat, vel ſi agit, exiguum quid eſt ſua actio actioni maris collata. Ita vos, niſi ſpiritali coniugio Chriſto Ieſu adhæreatis, fructū boni operis, Deo patri afferre non poteritis. Quis.n. neſciat mulierem membrum uiri eſſe, iuxta illud Adam. Hoc os de oſſibus meis, Gen. 2.
& caro de carne mea? Nos item Chriſti membra ſumus. Caput enim mulie- 1.Cor 11.
ris vir, viri autem Chriſtus. Membrum ſi à capite præſcindatur, emoritur. Vos itaque niſi Chriſto adhęreatis, quomodo fructum poteritis afferre? Hinc illud. Sicut palmes non poteſt afferre fru- Ioan. 15.
ctum à ſemetipſo: Ita & uos niſi in me manſeritis. Et ſi enim homo agat, nec tantum patiatur in bonis operibus, nō agit tamen, niſi primum actus. Vnde merito agi potius dicitur, quàm agere, iuxta illud. Qui ſpiritu Dei agunt, hi fi- Rom. 8.
lij Dei ſunt. Nota autem uerbum illud. *Vt fructificetis Deo.* Indicat enim nos cū bene operamur, hunc ſcopum ſpectare debere, vt Deus glorificetur magis, q̄ vt nos æternam uitam mereamur. Qui enim ſecus facit, quærit ſibi nō Deo fructificare. Mulier alligata, non fructificat ſibi, ſed marito. Pr̄is nāq; appellatione, appellantur filij, non autem matris. Ita ergo & nos, omnia opera noſtra facere debemus, vt glorificetur pater noſter, qui in cælis eſt. Hoc autem maximè p̄ſtat Chriſti Ieſu doctrina, quæ omnia in æterni patris gloriam refert. Chriſto igitur adhæreamus omnes, non item legi. Sed cur additum eſt verbum illud, de Chriſto. *Qui ex mortuis reſurrexit?* Iſtud autem, exemplum iam dictum deſtruere uidetur. Nam mulier moriente uiro, adeo à lege eius ſoluta eſt, vt ſi is ēt ſurrexerit, illum in maritum habere nō teneatur, neq; etiam denuo acciperet.

Cur

Cur ergo dicit Apoſtolus. Mortua lege nobis eſſe Chriſto adhęrendum, qui ex mortuis reſurrexit? Hoc omnino tacendum erat. Nam ſequitur, quod & Chr̄s mortuus eſt, ſi reſurrexit. Reſurrectio enim eſt eius, quod cecidit iterata in eſſe ſurrectio. Si aūt & ipſe mortuus eſt, ergo & à lege, & à Chr̄o ſoluti ſumus, ut nec Moſi, neq; Euangelio adhærere teneamur. Verū nihil temere dicit Apoſtolus. Indicauit uerbo illo, non cōſummatum eſſe inter Chriſtum & nos magnū hoc ſpiritalis matrimonij ſacramētum, niſi cum magno illo triumpho, uictor mortis & inferni ſurrexit Chriſtus Ieſus, anima è limbo, corp⁹ è ſepulchro, tunc.n. naturam noſtram tanq̄ ſponſam chariſſimam, dotibus illis inſigniuit, dignitemq; & glorioſam effecit. Vt intelligas, cum alij ſponſi, à ſponſa dotem accipiant. Contra, Chr̄m nobis dotē atq; ſupra dotem, donaria innumera reſurgendo, largitum eſſe. O ſponſum magnificum. Indicauit & aliud. Quam ſit uehementer optandum, huic ſponſo adhærere, nempe quia adeò potens eſt, vt à mortuis ſeipſum excitarit ad uitam.

Moſes mortuus eſt, ſed non adhuc re-
Matt. 17. ſurrexit. Quod enim dicitur Moſen, in monte Tabor Chr̄o affuiſſe, animam eius intelligendum eſt, corpus quoddā peregrinum aſſumpſiſſe, quod ut organum moueret, non quod animaret: ut propriam materiem perfectione uitæ donandam. At Chriſtus tertia die magna potentia reſurrexit. Num itaque mortuo, illi ſponſo inhiandum eſt adhuc, expectandumque, ut in nouiſſimo reſurgat die; an non potius ſponſo huic præpotenti Chriſto, cui & mors ipſa inuicta cedit, adhærendū toto corde? Si enim ſeipſum potuit à mortuis ſuſcitare, & uos poterit à mortuis ad uitā priſtinam reuocare. Nemo profectò olim, ſeipſum ab inferis excitauit, cum tamen pleriq; aliorum animam in corpora reſtituerint. Conſequens ergo eſt. Si ſponſus iſte virtute ſua reſurrexit, ut ſponſam ſuam magis à mortuis ſumma facilitate, tanquam è ſomno excitare poſſit. Cur ergo non ſumus huius ſpōſi ſecundi? Addere potes nona calcaria, ex uerbo illo à mortuis reſurrexit.

Bit. ad Rom.

Cur enim mortuus eſt? cur etiam reſurrexit? Nonne propter nos hæc omnia myſteria patrata ſunt? Traditus eſt propter delicta noſtra, & reſurrexit ꝑpter iuſtificationem noſtram: Cur ergo huius ſponſi amore, non languemus omnes? Candidus enim eſt, & rubicundus. Candidus eſt cum reſurrexit: rubicundus cum patitur: electus ex millibus, in quo pater ęternus ſibi complacuit. Huius, huius ergo ſimus omnes. Empti enim ſumus ab eo: noſtri ergo non ſumus, ſed ſui. De neceſſitate itaque, cur non virtutem facimus? Viuente uiro, mulier eſt legi alligata. Sponſus iſte ſemper uiuit. Iam enim non moritur, mors illi ultra non dominabitur. Illi ergo ſemper adhærēdum eſt. Dicit autem Moſen, vel legem mortuam eſſe, *Per corpus Chriſti*. Quid ſibi vult hic loquendi modus? Ni fallor eſt conſtructio intrāſitiua: per corpus Chriſti, ideſt per corpus, quod Chriſtus eſt. Vmbra enim eſt lex, inquit Paulus. Vmbra autem ad corpus refertur. Lex autem ad Chriſtum tendit. Finis enim legis Chriſtus: Chriſtus igitur eſt corpus: quo adueniente, legis vmbra ceſſauit. Dices fortaſſe. Vmbra ſequitur corpus, non præcedit. Reſponſio autem eſt, quod & Chriſtus legem præcedit. Nam dicitur, Occiſum eſſe Chriſtum ab origine mundi. Tunc autem non erat lex. Poteſt tamen & aliter exponi, vt intelligatur per corpus Chriſti legem ceſſaſſe: ideſt per carnem Chriſti, per mortē eius. Mortem enim, carnem appellat Paulus. In diebus carnis ſuæ: Et eſt loquēdi modus, quo prouerbialiter, cum aliqui occiduntur dicere ſolemus. Fiunt carnes in foro. Sequitur. *Cum enim eſſemus in carne*. Sed antequam vlterius progrediamur. Dicendum eſt aliquid ſuper illa Matrimonij lege, quā adduxit Apoſtolus. *Quæ ſub uiro eſt mulier*. Non quia aliqua mulier ſit, quæ de iure eſſe non debeat ſub uiri poteſtate. Hac em̄ maledictione multactus eſt, oīs ſexus fœmineus: poſtq̄ prima illa mulier, tātorū cā malorū extitit, lachrimaſq; & funera terris intulit, vt. ſ. ſub uiri dn̄io eſſent, iuxta illud. Sub viri poteſtate eris,

Rom. 4. Can. 5. Matt. 17. 1. Cor. 6. Rom. 6. Heb. 10. Rom 10. Apoc. 13. Heb. 5. Gen. 3.

Futuræ enim alioquin erant mulieres, virorũ ſociæ, non ancillæ. Sed hoc modo loquitur, quia plurimæ ſunt mulieres, de facto nulli ſubditæ uiro. Hinc vſu uenit, vt coniugatas ſub viri poteſtate eſſe dicamus, ſolutas uero liberas. Cõiugata itaque mulier, quæ propriè mulier dicitur. *Alligata eſt lege*, viuẽte viro. Bene alligata, nõ ligata tantum. Duobus enim uinculis ligata eſt. Primum, quia uiro debitum reddere tenetur. Secundum, quia alteri ſeſe copulare nequaquã poteſt. Sed à uiro repudiata mulier, non ne poteſt ſecundum Moſi legem, alteri nubere? Vtiq; videtur quod poſſit. Cur ergo Paulus dicit, eam viuente uiro alligatam eſſe? Poteſt dici Primo, quod non eſt uir amplius, qui repudiauit. Vir enim propriè maritum ſignificat, Iuxta illud. Vade uoca
Luc. 4 uirum tuum. Non habeo virum. Quinque uiros habuiſti, & nunc quem habes, non eſt tuus uir. Secundo dici poteſt. Quod iam non uiuit, qui repudiauit, uiuit quidem vita naturali, ſed non uita ciuili, vel legali. Sicut enim non dr̃ viuere mundo, qui religionem ingreditur. Hinc nanq; religioſos omnes, dicimus mundo mortuos. Ita qui repudiauit, non viuit amplius matrimonio, vel matrimoniali legi: Perinde igitur agendum, ac ſi naturæ ceſſiſſet. Sed tandẽ dicendum. Tacite noluiſſe Paulum, hoc loquendi modo, illum infamem repudij libellum abrogare, iuxta Chriſti Ieſu doctrinam in Euangelio. Ab initio enim inſtituti coniugij, non fuit ſic, vt vxorem repudiare liceret. Siquidem primus hominum parens, ab extatico il lo excitatus ſopore, tanquam Deo ple-
Gen. 2. nus, in hæc uerba prorupit. Relinquet homo patrem & matrem, & adhærebit vxori ſuæ, & erunt duo in carne vna. Quos ergo Deus cõiunxit, homo non ſeparet. Verum Moſes ad cordis Iudæorum duritiam, qm̃ minus malum erat vxorem ingratam dimittere, q̃ occidere, quo illud uitaretur, ratus populum illum, cui dicebat dñs, neruus ferreus,
Eſa. 48. ceruix ſua domari non poſſe, vt patienter iniquã mulierem ferret, repudium pmiſit. Quod ſi dicas. Libellũ repudij pcepit, nõ permiſit. Fatebor. At repudiũ nõ pcepit. Vide tu hic magnã Moſeos artem. Qui dimittere (inquit) uoluerit Deut. 24. vxorẽ, ſcribat, & det ei libellũ repudij. Cur hoc? niſi vt iracundiam temerariã vxorem eijciendi, ſcribendi libelli cogitatio temperaret. Dimittendi.n. quæſiuit moram, vt quantum poterat, duris illis hoĩbus ſignificaret, ſibi repudium maximè diſplicere. Sicut ergo Moſi placuere magis, qui ad uſuram, nec cæteris, nec Iudæis mutuabant, q̃ hi qui cæteris, cum tamen legatur in libris eius. Nõ fæneraberis fratri tuo, ſed alieno. Deut. 23. Ita dubio procul, lõge magis intẽtioni eius ſatisfaciebant, qui indiuiduã uitæ conſuetudinem, cũ uxoribus pro fide ſacri coniugij, retinebant. Omnes iniurias forti animo ſubſtinentes, q̃ qui ſecus: licet in lege ſcribatur poſſe uxorẽ, quã quis odio habuerit, repudiari. Hoc ergo innuens Apoſtolus ni fallor, dicit abſolutè. *Mulier viuenti viro alligata eſt lege*. vt ſit adultera nubens alteri, etiam ſi ſit repudiata. Indiuiſibile eſt. n. matrimonium ex ordinatione diuina, & ex ſua rõne propria. Secundum oẽm uitã alterius coniugum, niſi tñ mutuo conſenſu Deo optimo maximo emancipari velint coniuges, vel alter tantum concubitum. Quid eſt enim matrimoniũ, niſi coniunctio maris & fœminæ, inter legitimas perſonas, indiuiduam vitæ cõſuetudinem, ideſt indiuidualem retinens? Nunquid aũt uir ita alligatus eſt lege viuenti vxori, ſicut uxor uiro? vt ſcilicet vir alteri mulieri adherere haudquaq̃ poſſit, ſicut nec mulier alteri uiro? Diu Ambroſius dicit, quod non. Licet (inquit) uiro aliam ducere. Inferior enim hac lege non omnino vtitur qua ſuperior. Mulier autem inferior eſt uiro. Chriſtus quoque in Euãgelio Matthæi, Matt. 5. huic ad ſtipulari uidetur. Qui dimiſerit vxorem ſuam, niſi ob fornicationem, & aliã duxerit, mecchatur. Innuit ergo, quod propter fornicationem vxoris, poteſt vir aliam vxorem ducere. Paulus ſimiliter, ſi huius opinionis non eſſet, quemadmodum dicit, quod mulier uiuenti viro alligata eſt: idem de uiro diceret. Neque enim hoc tacendum erat, tanti momenti verbum: non dicit autem, itaque indicat hoc ipſo ſilentio,

quod

quod ſit impar uiri ratio, & mulieris, quoad iſtud uinculum. Verum his non obſtantibus, Scitote uos æquam eſſe, vtriuſque conditionem de iure naturę, ne dicam tantum de iure diuino. Vidimus enim bruta, aues, & feras, tempore æducandæ prolis, vbi fœmina non ſufficit, marem illi perpetuo adhærere. & è contra. Accidit nanque quod cito recedat alter ab altero: quia modici temporis intercapedine, uolucrum filij, & omnium brutorum uictum ſibi procurare poſſunt. Quoad enim indigent filij vtroque patente, non ſeparantur. Iunge tu huic naturæ ordini, prolis æducationem ad cultum diuinum multiplicandum, matrimonij finem eſſe, non generationem tantum. Adde magna & longa tempora, quibus ad filios educandos egemus. Dimidiā enim ætatis ſuæ partem communiter attingunt parentes ad minus, antequā primus eorum filius ſibi ſufficiat. Quis enim ſibi ante decimum octauum annum ſufficit? Quis item ante decimū ſeptimum vxorem ducit? Trigeſimum ergo quintum annum regulariter agūt parentes, vel circa, antequam primum filium emancipare poſſint. Conſidera, quod & eò tempore, quo primus educatur, naſcuntur & alij, vel ſaltem naſci poſſunt. (Accidentia enim ea, quæ regularia ſunt tollere nequaquam dicuntur,) Illi uero educatione & tempore, eadem egent menſura. Ex his omnibus, inuincibili ratione concluditur, ut in humana natura indiſſolubile prorſus ſit vtrinque ſacrum coniugium. Quod dicitur uirum eſſe muliere ſuperiorem: pluraque ob id ei licere, quæ mulieri non liceat. Scio priſcos patres veſtros Romanos, admodum mouiſſe, vt & ipſi cum iudæis hac libertate repudiandi vxores, aliaſque ducendi gaudere vellent, At parcat mihi Roma, nullius eſt momenti. In coniugio eī ſunt pares, vir & mulier: immo non pares,
Gen. 2. ſed vnum. Erunt (inquit) duo in carne vna. Diuus vero Ambroſius, nequaquā illud dixit, quod legit in libris eius, ſed impoſtores, atq; falſarij ad eius iniuriā id addiderunt, mero aconita miſcētes. O quot addere, quot itē tollere conati ſunt hæretici, corruptores animarū, et ex ſacris literis, quibus addat Deus plagas, diminuatq; (niſi reſcipiſcant) partem de libro vitæ. Verbum illud Chri, detruncatum eſt hæbraica conſuetudine, ex eoque propoſitiones duæ ſunt conſtruendæ. Prima. Quicunq; dimiſerit uxorem ſuam, excepta cauſa fornicationis, quoad thorum ſcilicet, & habitationem, peccat: & contra ius matrimonij agit. Secunda. Qui aliam duxerit, etiam propter mulieris fornicationem, mecchatur, & adulterat. Concedimus ergo, non tantum permittimus licere viro, propter uxoris fornicationem, illā dimittere, ne mulieris adulterio fauere uideatur. Immo id concedit dn̄s, non concedo ego. Sed aliam uxorem ducere, nulla rōne licet. Huius expoſitionis dat nobis radicem Chrs, ſuo loquendi modo. Non enim dicit. Qui dimiſerit & aliam duxerit, niſi ob cauſam fornicationis, mecchatur. Sed inter dimittere, & aliam ducere, ponit cām fornicationis. Cauſa igitur fornicationis facit, vt liceat dimittere, ſed non facit, vt aliam ducere liceat. Si enim hoc eſſet, vtriuſq; cauſa, non interponeretur, ſed vel utrumq; ſequeretur, vel vtrūq; præcederet. Ex illoq; Chri uerbo, colligitur manifeſtè, quod plures vxores habere minimè liceat. Nam ſi liceret, dimiſſa una, etiam non fornicaria, poſſet vir citra culpam, ad aliam accedere, cōiugioque vti cum illa. Chrs aūt nō uult virum, vxorem poſſe dimittere, niſi ob fornicationem, itaq; non uult quod habeat, niſi vxor una. Per hoc aūt Platonis opinio, prorſus excluditur, qui uoluit uxores eſſe communes, quē in noua lege ſequutus eſt Nicolaus vnus ex ſeptem diaconibus, à quo dicti ſunt Nicolaite, de quibus in Apocalypſi habetur. Apo 2. Quod Paulus hic tm̄ mulierem alligatam eſſe dicat, non item virū, nullipendendum eſt. Nā locat nos in ordine mulieris, legem, & Chriſtum in ordine uiri. Quia autem nos Chriſto debemus, debuimuſq; legi: nō itē legem, neq; Chriſtum nobis, nihil illi dicendū fuit de uiro, ſed de muliere duntaxat. Ad Corinthios autē ſcribens, paria uincula dixit eſſe viri, & uxoris. Primum

quo ad actum reddendi debiti. Vxori
1. Cor. 7. vir debitum reddat: ſimiliter autem &
vxor uiro. Mulier poteſtatem ſui corpo
ris, non habet, ſed uir. Similiter aũt &
vir, ſui corporis poteſtaté nõ habet, ſed
mulier: nolite fraudare inuicé. Secun-
dũ. Quo ad indiſſolubilitaté matrimo-
1. Cor. 7. nij. His autem qui in matrimonio iun-
cti ſunt, præcipio, non ego, ſed domin⁹.
Vxorem à viro non diſcedere: & vir v-
Ibidem. xorem non dimittat. Eſt & illud ad ui-
ros. Alligatus es uxori, noli quærere ſo-
lutionem. Sequitur. *Cum enim eſſe-
mus in carne, affectus peccatorum, qui per le
gem erant, operabantur in membris noſtris,
vt fructificarent morti. Nunc autem ſoluti ſu
mus à lege morientes, in qua detinebamur:
ita ut ſeruiamus in nouitate ſpiritus, & non
in uetuſtate litera.*

Quia enim dixit, & iudæos ipſos, ne
dum Gentiles, Chriſto Ieſu iungẽdos
eſſe, vt fructificarent Deo, declarat qđ
cum ſub lege eſſent, Deo nequaquã fru
ctificabant: nec fructificare poterant.
Nunc autem ſoluti à lege, poſſunt per
Chriſtum Ieſum. Vide aũt quomodo
verbis appropriatiſſimis vtitur Apoſto-
lus, quę maximè huic intentioni deſer-
uiunt. Legem. n. uetuſtam, appellat euã
gelium uero nouum. Iuuentam quip-
pe fęcunditas ſequitur, refugit ſenectu-
tem. Carnem etiam appellat legẽ: euã-
gelium ſpiritum. Caro enim non ꝓdeſt
quicquam, ſpũs eſt, qui uiuificat. Spiri-
Ioan. 6. tibus enim mouemur, generamus, au-
gemur, intelligimus, non carnea iſta
maſſa. O magna vis ſpirituum. Dicit ita-
que. *Cum eſſemus in carne.* Adnumerat
ſeipſum iudæis, vt leuius ferant. Sẽſuſ-
que eſt. Cum ſecundũ carnem uiuere-
mus, cum carnaliter legem obſeruare-
mus. *Affectus peccatorum*, concupiſcen-
tiæ, quæ hominem afficiunt & inficiũt.
Vnde & paſſiones dicuntur, quoniã
corrumpunt, quàm maximè hominẽ,
niſi deuincantur. *Qui per legem erant*,
excitati ad peccandum, legis prohibitio
1. Cor. 15 nibus. Hinc. n. dicit Paulus alibi. Virtus
peccati lex. *Operabantur in membris no-
ſtris*, commouendo ea, ducendoq; ad
mala opera: oculum ad curioſos aſpe-
ctus, linguã ad teſtimonia falſa, pedes
ad effundendũ ſanguinem, aures ad fa-
bulas, & ſtultiloquia. *Vt fructificarẽt mor
ti.* Cum peccamus, fructificamus mor
ti, operamurq;, & pugnamus pro ea.
Redditur. n. peccatis nr̃is mors ualde
potentior. Vnde & Paulus dicit. Pec- 1. Cor. 15
catum eſſe ſtimulum mortis. Sicut enĩ
extimulatus equus, velocius & fortius
currit: ita vt aſcenſoré quãdoq; deijciat.
Sic & peccatis nr̃is mors impelli uide-
tur, ut ſuper nos maiore potentia regna
re, de nobis triumphos maiores repor-
tare poſſit. *Nunc autem.* Ecce nunc tem 2. Cor. 6.
pus acceptabile, ecce nunc dies ſalutis.
Poſtq̃ Chr̃s venit. *Soluti ſumus à lege mo-
rientes.* Morientes ſcilicet legi, ſoluti ſu-
mus à dñio eius, vti ſpõſa mortuo uiro.
In qua, ſcilicet lege. *Detinebamur.* ſub do
minio eius conſtituti ſerui, non liberi,
creſcentibus peccati affectibus, etiã no
bis inuitis. *Ita ut ſeruiamus.* Non. n. hæc
libertas eſt in licentiã uitæ carnalis, &
profanæ occaſionem accipienda. Ideo
enim liberati ſumus, vt in bonis operi-
bus cõtinuè uerſantes, ſeruiamus. Cui? Gal. 5.
nõ hominibus, ſed Deo. In libertatem
vocati eſtis, nolite fieri ſerui homi-
num. Ipſa eſt uera libertas, propter re
ctè facti lætitiam: & pia ſeruitus ſi-
mul, propter præcepti obedientiam.
Quomodo? *In nouitate ſpiritus*, ideſt in
operibus noui hominis interioris, &
ſpiritualis, renouati per ſpiritum ſan-
ctum, iuxta illud. Spũm rectum innoua Pſ. 50.
in uiſceribus meis. Emitte ſpũm tuum,
& creabuntur, & renouabis faciem ter Pſ. 103.
ræ. Dat. n. cordium nouitatem. Iuxta il-
lud. Dabo uobis cor nouum. Nouitaté
linguarum. Linguis loquuntur nouis. Ezec 36.
Nouitatem alimoniæ. Illi guſtarunt no
uam eſcam. Nouitatem ſacramentorũ. Mar. vlt.
Per lauacrum regenerationis, & reno- Sap. 16.
uationis ſpiritus ſancti. Nouitatem prę
ceptorum. Mandatum nouũ do uobis. Tit. 3.
Nouitatem carminum. Immiſit in os Ioan. 15.
meum canticum nouum. Nouitaté pre-
miorum. Ecce creo cęlos nouos, & ter Pſ. 35.
ram nouam. Iccirco & ad noua bella
nos accendit, ut pro eo pugnemus cõ-
tra dęmonem, carnemq;, & mundum. Eſa. 66.
Dicitur enim. Noua bella elegit dñs.
Hoc eſt ergo, quod dicit, vt ſeruiamus Iud 5.
Deo in nouitate ſpiritus. *Et non in uetu-
ſtate litera.* Ideſt in ritu antiquo obſer-

2. Cor. 3. uantiæ literalis legis. Litera enim occidit, ſpiritus autem viuificat. Nolo (inquit Paulus) omnino non ſeruare legē, ſed nolo eam ſeruare ſecundum literā, quo ad carnales illas ceremonias: at ſecundum ſpiritum, myſteria legis quęrimus, & medullam, non uerba, non corticem: vigebunt ſemper myſteria, uerum litera iam interijt. Non enim ab
Heb. 8. re dicta eſt ſemper antiqua. Quod eīn antiquatur & ſeneſcit, prope interitum eſt. Sequitur.

Quid ergo dicemus? Lex peccatum eſt? Magnam & difficilem ſibi proponit Apoſtolus quæſtionem, vt ſuſpitionem corrigat Iudæorum ex his ortam, quæ toties & in hac epiſtola, & in alijs inculcauit. Quaſi legem callumniatus, quam per Moſen olim dederat ſummus ille parens, hominumque Deumque, & rerum inuiolata poteſtas. Quid enim in legis iniuriam, non dixit Paulus, ſi verba non animum, ſpectes? Audi quęſo, ſi religione tactus Iudæus poteſt nō
Rom. 4. commoueri. Vbi non eſt lex, nec pręua
Rom. 5. ricatio. Lex iram operatur. Lex ſubintrauit, vt abundaret delictum. Lex
Gal. 3. propter tranſgreſſionem poſita eſt. Qui
Rom 6. ex operibus legis ſunt, ſub maledicto ſunt. Peccatum uobis non dominabitur. Non enim eſtis ſub lege. Affectus
Ibidem. peccatorum per legem erant. Arbi-
Rom. 7. tramur iuſtificari hominem ſine lege. Si teſtamentum uetus culpa uacaſſet, non utiq; ſecundi locus inquireretur.
Heb. 7. Nihil ad pfectū adduxit lex. Virtus pec
1. Cor. 15 cati, lex. Reprobatū ſit legis, pp infirmi
Heb. 7. tatē, & inutilitatē. Lex in hoīe dn̄atur,
Rom. 6. quāto tempore viuit. Si ſpū ducimini,
Gal. 5. iā nō eſtis ſub lege. O verba duriſſima.
Rom. 3. Adde. Quod legem appellat vbiq; uetu
Heb 8. ſtā, carnē, literā, miniſtrationē mortis,
2. Cor. 3. Litera occidit, ſpiritus autem uiuificat. Si miniſtratio mortis literis deformata in lapidibus fuit in gloria. Bellum igitur aſſumpſiſſe uidetur Paulus irreconciliabile contra legem, tanquam malam, & malorum omnium fomitem: vt omnino excuſari poſſe uideātur Manichei, qui anſam ex his locis accipientes, ueterem legem & malam, & à malo Deo hominibus latam & dixerunt, & docuerunt. Hanc itaque quæſtionem ſibi proponit Paulus. *Lex peccatum eſt? Quid dicemus?* Si uera ſunt, quæ ſuperius dicta fuere, hoc ſequitur, vt ipſa lex peccatum ſit. Si hoc non eſt verum, ergo quæ dicta ſunt, uera non ſunt. Quid ergo dicendum? Vide autem quomodo quæſtionem magnifacit. *Quid dicemus?* Conſilium videtur quærere, tanquam in medium omnis eccleſiæ, proponens controuerſiam hanc diſcutiendam. Non enim dicit. Quid dicam? Sed quid dicemus? Quaſi dicat. Res magni momenti eſt, vtrinque rationes urgent. Legem eīn in ſacris literis, commendat ſpiritus ſan
ctus, A ueritate. Lex ueritatis fuit in Mal. 2.
ore eius. A puritate. Lex domini immaculata. Ab æquitate. Iuſtitiæ do-
mini rectæ. A ſanctitate diuini cultus. Pſal 118.
Pro grauiſſimis & ſanctiſſimis legibus,
honeſta morte perfungar. A feruore Pſal. 18.
charitatis. In dextera eius ignita lex. Mach. 26.
Quomodo ergo peccatum eſſe poteſt? Deut. 33.
Ex alio latere, ſunt omnia loca ſuperius commemorata, quæ accepi à domino, & tradidi uobis. Sit ergo iudicium, perſcrutemur, conſulamus, inquiramus, quid in hoc tanto negotio dicendum. Num lex peccatum eſt? *Abſit. Sed peccatum non cognoui, niſi per legem.* Vide, quàm breuiter ueritatem defendit, ſimul & probat Apoſtolus. *Lex* peccata uitare docet, igitur impoſſibile eſt, vt ipſa peccatum ſit. Eſt ergo dictio aduerſatiua illud *Sed.* Et eſt, ac ſi dixiſſet, *Abſit*, vt dicamus legem eſſe peccatum. Tantum enim abeſt à peccato, ut ipſa peccata accuſet omnia. *Non enim cognoſcitur peccatum, niſi per legem.* Intelligendum autem eſt, Non cognoſcitur peccatum, eſſe peccatum, niſi p legem. Res enim quæ eſt peccatum, cognoſcitur ſine hac lege: at non cognoſcitur, quod ſit peccatum. Si enim aliunde ſciretur eſſe peccatum, aliunde etiam ſciretur uitandum eſſe: non docetur autem uitandum eſſe, niſi per hanc legem, ergo non niſi hac lege intelligitur eſſe peccatum. Et ſimile iſtud eſt ei, quod dicimus, (citra tamen fidem.) Philoſophos ipſos imaginem Dei cognoſcere: quia animam noſtrā, quæ imago Dei eſt, cognoſcunt.

At non cognoſcunt eam, vt imaginem, niſi per fidem. Ita quoque Deum trinũ & unum cognoſcunt, quia cognoſcunt Deum, qui reipſa trinus eſt & unus. Verum ad hoc ipſi non aſcendunt, eum eſſe trinum & vnum, ſed fidei id propriũ eſt. Ita ergo ſine lege iſta, id quod peccatum eſt, certe cognoſcitur, ſed tamen nõ cognoſcitur eſſe peccatum, niſi hac lege. Vnde & non prohibebatur niſi præceptis huius legis. Arguatur modo ſic. Quod peccata vitare docet, peccatum non eſt, neque peccata fouet. Lex iſta propriè & vnicè peccata vitare docet. igitur. &c. At obijcies. Non dicit Paulus, legem docere vitanda eſſe peccata, ſed dicit legẽ docere peccata eſſe peccata. Verum eſt: ſed hoc ex illo ſequitur. Vnde qui docet aliquid eſſe malum, docet id uitandum eſſe. Quoniã nullus intendens ad malum, operatur, inquit magnus Dionyſius. Lex itaque oſtendens ea, quæ peccata ſunt ſub ratione peccati, docet quod omnino cauenda ſunt, & fugienda. Cum autem proprium huius legis eſſe docere, prohibere, deteſtarique peccata intelligitis, euãgelium nequaquam excludatis, cui maxime conuenit radicitus peccata euellere omnia. Moſes eñ cohibet manum: Chriſtus manum & animum. Sed exponatis, Eam legem quæ primo peccata prohibuit, hãc legem Moſi fuiſſe, ut hac ratione lex iſta ſupra naturæ legem, non autem ſupra euangelium, commendetur. Non ita tamẽ, & hoc intelligendum eſt, vt dicamus in lege naturæ, plenam fuiſſe peccatorum ignorãtiam. Quis enim neget eo tempore peccata aliqua fuiſſe agnita? Notior enim Gen 42. eſt uox illa Ioſippi fratrum, quàm ut hic referatur. Merito hæc patimur, quia peccauimus in fratrem noſtrum. Sed per legem Moſi, plenior fuit habita peccatorum notitia: Antequam enim illa inuulgaretur, quædam non agnoſcebantur peccata eſſe, cum tamen peccata eſſent. Vt concupiſcere res alienas, atque uenerea. Quædam læuia putabantur, & grauia erant, vt ſimplex fornicatio. Rurſus nulla putabantur, irritare, offendereq; Deum, eſſeque ęternis penis plecti da æterno ac diuino iudicio.

Tribus ergo his modis oppoſitis, Primum lege Moſaica, peccatum agnitum eſt eſſe peccatum, & omnia enim quæ peccata ſunt, agnouimus eſſe peccata, & quædam grauiora fore, & omnia diſplicere Deo, eſſeq; à Deo poſt hanc uitam punienda. Hæc autem cæcitas, ideo cõtingit ante Moſi legem, quoniã homines quæ foris ſunt appetentes, à ſeipſis etiam modo quodam exules facti erant. Scripta erant hæc omnia, in cordibus. Sed quæ ſcripta erant, non legebant. Fugitiui nanque erant cordis ſui. Ab illo ergo, qui vbique eſt, com præhenſi ſunt, & ad ſeipſos intro reuocati, obiecta eorum oculis lege ſorinſecus ſcripta, quæ clamat. Redite, Redite Eſa. 46. præuaricatores ad cor. Niſi enim terrenis cupiditatibus homo, ſcripturã cordis, quam Deus formauerat, deformaſſet: lege in tabulis ſcripta, qua peccata cognoſcerentur, non indiguiſſet. Ideo nanque data eſt lex literæ, vt naturę legem commemoraret. Matt. 7. Hinc dixit Chriſtus. Omnia quæcunque vultis, vt faciant uobis homines, & uos facite illis. Hæc eſt enim lex & Prophetæ. Indicãs legem & prophetas, non aliud intendere, niſi ut quod uolumus nobis fieri, alijs faciamus: & quod nollemus nobis fieri, alijs minime faciamus. Hoc autẽ eſt ius naturale, vt conſtat. Ob id ergo, data eſt lex, uiuæ uocis oraculo, & lapidibus ſculpta. Quoniam lex iſta, quã manu ſua ſcripſerat formator Deus, cõſepulta fuerat. Quæ ſi in noſtris cordibus viguiſſet, illa fuiſſet ſatis. Vt hinc colligatis, quàm iuſtè etiam ſint iudicãdi Ethnici, quibus lex data non eſt. Nemo enim ab orbe condito, ignorare permiſſus eſt, quid lege diuina ſit illi agendum, quidque cauendum. Vnde ſcriptum eſt. Sap. 1. In cogitationibus impij, interrogatio erit. Vbi autem interrogatio, & accuſatio, ibi lex eſt. Quis ergo inde, non uideat legem in cordibus, Dei digito uiui, exaratam? Hinc illud eſt. Senſu impleuit corda illorum, bonaque & mala oſtendit eis. Eccleſiaſtici. 17. Fiat ergo hæc ratio, qua probetur legem Moſi peccatũ non eſſe. Lex uerè peccatum non eſt. Hæc autem confirmat illam, ſine ea obliteratam ferè & deletam prorſus, ergo peccatum

catum

Rom. 10. catum eſſe nullatenus poteſt. Cõfirmatur. Quia lex iſta à Deo eſt. Oſtẽdo. Finis enim legis huius. Chriſtus eſt. ordinabatur ergo ad Chriſtũ, cum teſtimonium illi perhibens, Iuxta illud. Oportet impleri omnia, quæ ſcripta ſunt in lege, pſalmis, & prophetis de me. Et illud. Si crederent Moyſi, crederent & mihi: Tum retrahens homines ab idolorum cultu, concludenſq; eos ſub Dei vnius fide, à quo tandem per Chriſtum omne hominum genus ſaluandũ erat. Iuxta illud. Priuſquam ueniret fides, ſub lege cuſtodiebamur, concluſi in eã fidem, quę reuelanda erat. Quis neſciat autem, quod ad idem agens ſpectat, ad finem diſponere atque perducere? Si ergo Chriſti euangelium à Deo eſt, & lex Moſi, quanquam illud immediatè, hæc angelorum miniſterio. Sathanas enim hanc legem dare mundo haudquaquã potuit. Quis enim credere poteſt eum, qui à Chriſto pro virili abducere nitebatur: quippe quia per eum abijciẽdus erat foras, hanc legem condidiſſe, qua homines ad Chriſtum adducerentur? Non enim pugnat ſathanas contra ſeipſum, ut per bellè oſtendit Chriſtus in eos inuectus, qui illi obijciebant, quod in Beelzebub demoniorum principe, eijceret demonia. Si autem à Deo eſt, à quo peccatum eſſe non poteſt, conuincitur, quod lex peccatum non eſt. Adde poſtremo. Nã finis legis, eſt dilectio Dei, iuxta illud. Finis præcepti eſt charitas. Et illud. Primum & maximum mãdatum in lege eſt, Diliges dominum Deum tuum. Item. Timor iuxta illud. Et nunc Iſrael, quid dominus Deus tu' petit à te, niſi ut timeas dominum Deũ tuum, & ambules in uijs eius? Quid autem melius eſſe poteſt, quàm diligere & timere Deum? His enim calcaribus, ſubditi fiunt omnes homines Deo. Quomodo ergo lex peccatum eſſe poteſt? Cuius finis adeò optimus eſt, cuius monita tam ſalutaria, cuius intẽtio puriſſima? Abſit itaque ut dicamus, legem peccatum eſſe. Nemo autẽ miretur, ſi has rationes non adduxerit Apoſtolus, ſed illam tantum. *Peccatum non cognoui, niſi per legem.* Adducere enim uoluit rationem unam, quæ ſimul legem

Luc. 24.

Ioan. 5.

Gal. 3.

Luc. 11.

1. Tim. 1

Matt. 22

Deut. 19.

non eſſe malam probaret, & legis infirmitatem quoque inſinuaret. Nulla autẽ efficacior iſta. Lex docet uitare peccata. Hoc enim uerbo doctioribus indicatur, quod peccata quidem per legẽ cognoſcuntur, ſed minime auferũtur: prohibentur ſed non abluuntur: aggrauantur, ſed non expiantur, arguuntur, ſed non remittũtur. Vnde illud eſt. Reprobatio fit præcedentis mandati, propter infirmitatem eius & inutilitatem: Quia autem uides Apoſtolum de ſeipſo loquentem, Peccatum non cognoui, niſi per legem. Et ita uidebis ſemper in hoc capite, intellige Paulum, perſonã; vicemque omnium hominum, optimè induere. Sequitur. Heb 7. Rom. 7.

Nam concupiſcentiam neſciebam, niſi lex diceret, non concupiſces. Explicat, declaratque hoc uerbo, quo nam modo intelligi debeat, quod primum per legẽ Moſi, peccatum agnitum ſit eſſe peccatum, & inquit. Adulterium, homicidium, furtum, etiam ante legem Moſi, quamuis naturalis lex, in hominum cordibus magna parte obſcurata eſſet, agnoſcebantur eſſe peccata, licet non ut à Deo punienda, vt dictum eſt: At concupiſcere rem alienam, exardeſcereq; in alterius coniugem, primum hac lege oſtenſum eſt, quod peccata ſunt: & verum dicit. Ea enim duntaxat, arbitrabantur peccata eſſe homines ante legem, quibus cõmunis hominum pax, turbari poteſt. Propterea & illa, pęnis uarijs mulctare nitebantur. Verum ſola concupiſcẽtia nulli nocet, niſi concupiſcenti. Nulla ratio ergo uidebatur, qua concupiſcentia credi poſſet eſſe peccatum. Hoc autem ideo erat, quia tantum humanis legibus innitebantur, non amplius legi diuinæ in cordibus ſcriptæ. Leges quippe humanæ, niſi praua opera exteriora, prohibere haud poſſunt. Peccata cordis, ſolus Deus prohibet: Nam ipſe ſol' corda ſcrutatur & tenet: Homines uero non uident niſi quæ foris patent. Vt ergo diuina illa lex renouaretur, cordis concupiſcentia prohibita eſt. Hocque argumento maximè oſtenſum fuit, qđ Dei lex erat, non hominum. Quippe quia cordis munditiam exigebat. Dixit itaque Deus, Decalogi legem terminando. Hier 17. 1 Re 16.

Deut.5. do. Non concupiſces vxorem proximi
tui.Non concupiſces domum alterius,
non ſeruum,non ancillam,ſub vno pręcepto arcens nos omnes,ab illicito ap-
petitu tàm boni delectabilis, quàm bo-
ni vtilis. Delectabilis quidem, dicens.
Non concupiſces vxorem alterius. Vti
lis vero,dicens. Non concupiſces do-
mum alterius,non ſeruum.&c. Tan-
quàm à peccatis, quibus ipſe exacerba-
ri,irritarique ſoleat. Conſiderandum
autem,quod ad iſtas duas concupiſcen
tias, omnis concupiſcentia reducitur.
Omnis enim illicita cõcupiſcentia eſt,
vel boni vtilis, vel boni delectabilis.
Nullum uero peccatum, ſine concupi-
ſcentia committitur. Si itaque nihil il-
licitum homo concupiſcit,nullum om-
nino peccatum habebit. Vide ergo ar-
gumentum forte,ex hoc Apoſtoli uer-
bo,ad oſtendendum legem peccatũ nõ
eſſe. Lex quæ radicem prohibet pec-
cati omnis, quomodo peccatum eſt?
Lex Moſi,concupiſcentiam prohibuit,
ſine qua non peccatur. Quo colore er-
go fingi poteſt,quod peccatum ſit? Vi-
des quomodo Iudæis gratificatur.Cum
itaque audis. *Concupiſcentiam neſciebam.*
Subintellige,peccatum eſſe. Concupi-
ſcentia profecto nota erat ante legem,
concupiſcebãt & tunc homines. Gera-
Gen.12. ritæ Sarram concupierunt: concupie-
Gen.19. runt Sodomęi Angelos. Filij Dei viden
tes hominum filias, quod pulchræ eſ-
Gen.6. ſent, adamarunt eas. Vnde & diluuiũ
factum eſt ſuper terram:At concupiſcẽ
tiam neſciebant peccatum eſſe: dico cõ
cupiſcentiam cordis: concupiſcentia
enim carnis,uerè peccatum nõ eſt. Cũ
autem aduenit lex, concupiſcentiam
prohibens, tunc primum intellexerũt,
quod peccatum erat. Per legem ergo
non eſt inſita concupiſcentia. Eſt enim
naturæ ante legem vitiatæ morbus, ſed
demonſtrata tantum: vti & peccatum,
non fit per legem, ſed indicatur. Cum
autem legis prohibitione agnitum eſt,
quod peccatum ſit concupiſcentia, in
mentẽ tibi veniat cognitio,nõ tam ſim-
plicis intelligentiæ, q̃ approbationis.
Lex.n.non tantum ſpeculatiuam hanc
notitiã parit, Cõcupiſcẽtia peccatũ eſt,
ſed hanc practicam, ergo uitãda eſt,atq;
fugienda: q̃m Deo diſplicet,illumq; ad
iram prouocat:adeo vt plerumq; puniã
tur,qui temerè concupiſcunt, quamuis
opere non expleant,quod cõcupierint.
Intelligis quo ſpectat Apoſtolus? Sed ſi
hoc uerum eſt,quomodo dicitur, quod
lex cohibet manum,non animum? Euã
geliũ uero vtrumq;? Intelligitur in ple-
riſq; præceptis, quoad mulctam. Non
enim omnia cordis peccata,lege moſai-
ca puniebantur,omnia autem lege euã
gelica puniuntur: quamuis nõ eccleſia-
ſtica. Vt & hinc intelligas,perfectio-
rem eſſe Chriſti legem,q̃ Moſi. Moſes.
nanq; dicit tantum, Non concupiſces
vxorem alterius. Chr̃s uero latius ad-
modum loquitur. Qui concupierit mu
lierem,vel vxorẽ,vel nõ vxorẽ, mecha- Matt.5.
tur. Immo non ſolum,qui concupierit,
ſed qui viderit ad concupiſcendum. Vt
ſimul damnet, & cordis concupiſcẽtiã,
& concupiſcentiæ concupiſcentiã, ani-
mum ſcilicet concupiſcendi:& externũ
prohibet intuitum, à quo incentiuum
ſumit libido interior. Sequitur.

Occaſione autem accepta, peccatum per mandatum operatum eſt,in me omnem concupiſcentiam.

Hactenus ad materiẽ r̃ndit difficulta
tis propoſitę.Quid ergo dicemus? ex ha
bitis ſequitur, legem eſſe malã? ipſamq;
à culpa abſoluit, vt uiſum eſt. Nunc ad
formam r̃ndit,& quę ſuperius dixerat,
declarat; ex quibus ſanè quæſtio ortum
habuit.Illis autẽ declaratis, ſublata erit
oĩs addubitandi rõ. Inquit ergo, cõce-
dẽdum eſſe, quod lex ſit peccatorũ om
nium, ac maximè concupiſcentiæ cor-
dis, aliqua rõne effectrix. Sed id totũ p
accidens eſt. Neq; enim ipſa,peccati ali
cuius occaſionem dedit,quæ pcã oĩa,vt
ab omnib[9] uitarent, accuſauit. Sed pec
cati fomes,qui hoc in loco pcũm noĩa-
tur,ſicut & ſupra ſępe numero,ex lege,
occaſionẽ accepit,nos oẽs inſtigandi ad
peccandũ.Quid ergo,ſi occaſione ſum-
pta à lege, non aũt data,pcã creuerunt?
Nũ inde ſequit, qđ ipſa ſit in cã pcõrũ
nr̃orũ? Abſit. Hac.n.rõne,& p̃ceptum,
qđ dedit Deus primo hoĩum parẽti,ma
lũ fuiſſe dicere oporteret.Qñquidẽ oc-
caſionẽ inde accepit Eua, lignũ uetitum
ardentius deſiderãdi, atq; demum gu-
ſtandi.

Ioan.15. ſtandi. Chri quoq; aduentum in culpã fuiſſe, cæcitatis Iudęorũ, quis negare valeret, cum is dixerit. Si non ueniſſem, & loquutus eis nõ fuiſſem, pcũm nõ haberent? Legem ẽt naturę, à culpa excuſare difficillimũ eſſet, & propè impoſſibile, qm̃ per eam ſummi Gentiũ Philoſophi, inexcuſabiles effecti, idola coluerũt, uero Deo neglecto. Patientiã defendere diuinã, nemo poſſet, qm̃ pp illam Pharao magis ĩduruit. Chri crucẽ, quis tutaret? cum propter eam pleriq; ſcandalum acceperint, ruinam, atq; mortẽ?
1.Cor.1. Sed quid immoror? Maximũ illud incarnationis beneficiũ filij Dei, quo & angeli, & hoĩes ſaluati ſunt atq; glorioſi effecti: malũ oĩno fuiſſe aſſeuerare cogeremur. Inde.n. irrupit ſuperbia luciferi, cũ nollet hoĩem, ſed Angelũ deificari, vt hoĩes Angelo, nõ Angeli hoĩ genua flecterent. Adde, quod oẽm orbẽ malum quid eſſe, dicere oporteret. Siquidẽ occaſione accepta, à mũdi hui⁹ pulchritudine, plurimi Deũ aliũ, haudquaq̃ cognouerunt, q̃ Solẽ, Lunã, Stellas, aerẽ, aquam, terram: ignem, rati nihil his pulchrius, nihil itẽ admirabilius eſſe poſſe. Deus ad extremũ, nõ eſſet peccati ex-
Rom.2. pers, qñquidem Deo pleriq; abutuntur, ſecũdũ duritiam ſuã, theſaurizãtes ſibi ipſis irã in die iræ. Quis aũt abſurda hæc conceſſerit, niſi admodum deſipiat, ſitq; ille abſurdiſſimus? Ob id eñ, quod bonis, malè mali vtuntur, bona ne calumniari licet? Pharmacum parat medicus ægroãti: verum ſi is Pharmacum intempeſtiuè ſumat, & intereat, num ars medica culpanda eſt? Num medico dandum eſt uitio? An non potius laudanda ſunt hæc omnia, arguendus autem eſt ęger, qui Pharmaco, quo ſanari potuerat abuſus eſt? ad perniciẽ, Iudas ex loculis occaſionem ſumpſit ea furandi, quæ pauperum erant, uenundandi Chriſtum Ieſum, uiliſſimo triginta denariorum pretio, atq; ad extremũ ſeſe ſuſpendendi. Num ergo pecunias, theſauroſque tanquã malos abijciem⁹? Ob id quod mens illa perdita, ex nummis in auaritiam coniecta eſt, & in tam horrenda ſcelera? Si quis febre correptus & exeſtuans, aqua frigida, quã prudens medicus interdixerit, ad explendam pernicioſam illam, & mẽdoſam ſitim bibat, atq; ita magis, ac magis accendatur, creſcatque cupiditatis ardor ille noxius: Num aquæ potum culpare debet, an unicè ſuam ipſius incontinentiam? Pare ergo ratione, nullatenus culpanda lex eſt, quæ à peccatis omni quo decuit modo, abſterrebat, vitiaque omnia prohibebat, vt nos ab eis auerteret. Quamuis occaſione accepta, ad ſummum per eam creuerint flagitia vniuerſa, id enim legis crimen non fuit, ſed recipientium legem. Lucrum nanq; non modicum, ex lege conſequi potuiſſent, ſed ſuo ipſorum vitio, damna maxima conſequuti ſunt vtique per legem, ſed minime procurante lege. Immo contra legis intentionem. Data quidem fuerat, vt proficeret, ſed tamen obfuit. Vis autem ratione conuincere, & declarare, quomodo per legem peccata creuerint, occaſione tantum accepta, non data? Ecce. Naturale eſt, & id ratio, ſenſuſque, & experientia teſtantur, per antipatiſtaſim, alterũ contrariorũ creſcere, augeri, roborariq; ſurgente altero contrario. Hinc aquam calefactam & citius, & fortius congelari, quàm frigidam nemo non expertus eſt. Hinc & in crepuſculo, frigidiorem eſſe aerem, quàm media nocte ſenſu probatur. Dices ne tu propter hoc, calorem augere frigora, & frigus calores? Abſit. Calor enim molitur corrũpere frigus, & frigus calorem. Tãtum abeſt, vt quęrant ſe ſe inuicem augere. Verum calor ſurgente frigore, quò illi reſiſtat, augeſcit, & frigus è contra ſurgente calore. Eſt itaque tantum occaſio, unum cõtrarium augendi reliquum, non cauſa. En ergo modus, quem intendit Apoſtolus noſter. Adueniente lege, pcõrum omnium inimica, fomes pcõrum, fortior, ualidiorque ſurrexit, ut ſuas acies defenderet, quas illa expugnare nitebatur: & ita concupiſcentias oẽs auxit illicitas, ad patrocinium peccatorũ. Oẽs inquàm, & ſecundum omnes gradus, quibus actualiter concupiſcitur, uidelicet cogitationis, delectationis, conſenſus, & operis. Merito ergo dicit, *Occaſione autem accepta peccatum, per mandatum operatũ eſt in me, omnem concupiſcentiam.*

Ad

Ad hunc modum cernere cuique licet, cum in uere, regia hæc flumina Tiberis & Eridanus exundare ſolent, ſi in aliquam partem impetus aquæ uehementius influat, illum obice oppoſito magnæ molis, maiore uiolentia præcipitè ferri, adeò ut plerumque undarum cumulus excreſcens, euincat molem, prataque pererret & agros. Quid mirum ergo, ſi legis repagula, quæ defluentes noſtræ concupiſcentiæ motus, tanquã ſepta arcebant & cohibebant, accidentaliter effecerunt, ut impetu facto, concupiſcentiarum fluenta in legem irruerint, eamq; deſtruxerint, & ſepe deſtructa, vbique peccatorum aquæ intrauerint? Homo enim ſuper omnia, quæ deſiderare ſolet, libertatem deſiderat. Nihil nanque eſt ipſa libertate charius, nihil prætioſius. Exiſtimabat autem ille, qui in peccatis uerſatur, ſe ſe maximè liberum eſſe, cum nullis habenis frenatur, cum ſine lege uiuit, cum impudenter agere poteſt, quod libet, cum tamen ſit tũc, maxime ſeruus. Eſt quippe minime homo, cum à ratione deflectit. Hinc illud. Nonne tibi uidetur beſtialior beſtia, rationem habens, & ratione non vtẽs? Ergo minime liber, ſeruorum aũt oĩum, magè miſerrimus. Cũ itaque vniuerſi homines, eo tempore quo legem tulit Deus, peccatis omnib' obruti eſſent, regnaretque tirannus ille fomes peccati in omnibus ad mortẽ: Ni mirum, ſi legem detrectabant, tanq̃ propriæ libertatis inimicam. Vt itaque libertatem illam proſanam tuerentur, cui contrariabatur lex, ab iniquo rege illo excitati, peccatorum exercitus coegerunt, effrenatèque peccantes, per legem ſibi interitum, damnationemque compararuere: cui ſi paruiſſent, meliorẽ libertatem nacti, ſeruari potuiſſent. Si non fuiſſet data lex, ſua illa libertate cõtenti, cui nihil aduerſabatur, minus peccaſſent. Verum data lege, frenata illa eorum licentia, veteris concupiſcentijs delectabilium & utilium, tanquã egreferentes mandatis arceri, & inter legis ſepta detineri, quod prius uel nullo modo, uel leuiter concupiſcebant, vt libertatem defenderent, qua tot temporibus gauiſi fuerant, incęperunt ardentiſſimè omnibus modis concupiſcere. Famoſum profectò illud eſt. Nitimur in uetitum ſemper, cupimuſque negata. Et illud Philoſophorum. Materia appetit formam, propter priuationẽ. Hoc eſt ergo, quod Apoſtolus dicit. *Occaſione autem accepta, peccatum per mandatum.* Non ut per inſtrumentum: non vt per medium: ſed vt per contrarium, *Operatum eſt in me mortem.*

Scio autem te obijcere uelle. Cõtra. Maiora enim erant peccata ante legem, quàm poſt legem. Sed reſponſio facilis eſt. Erant maiora extenſiuè. Numerus peccatorum hominum maior erat, ſed peccata minora erant. Propheta nanq; ille non mentitur, qui dicit. Viciſti Sodomam, peccatis tuis ſceleratius agens. Ezech. 16 Ecce Paulus, q̃ optimè id aperit, ſubiungens. *Sine lege enim peccatum mortuũ erat. Ego autem viuebam ſine lege aliquando. Sed cum ueniſſet mandatum, peccatum reuixit. Ego autem mortuus ſum.* Declarat enim reſponſionem datam. Quomodo uidelicet occaſione accepta, per legem ipſum peccatum operatum ſit omnem cõcupiſcentiam. Et ita quomodo lex non ſit cauſa peccati, ſit tamen occaſio. Dicit ergo. Hoc ideo eſſe, vel fuiſſe, quia cum lex non eſſet data, *Peccatum*, fomes ſcilicet pcõrum, *Mortuum erat.* Quod per hiperbolã debet intelligi, ideſt debile erat, parum uigebat in comparatione ad tempus latæ legis, extenſiuè magis, ſed intenſiuè minus. Adueniente autem lege, quaſi oppoſito ſibi obice, rebellare cæpit, inualuit, reſumpſit uires: in pace uidebantur eſſe omnia, quę peccatum, & diabolus peccati auctor poſſidebat. At duce Moſe aduenientе, vt eorum ſpolia, diriperet, conſilium fecerunt, & ad pugnam fortiſſimè ſe ſe accinxere, ad proprię libertatis defenſionem omnino contendentes. Nota autem uerbum illud, *Peccatum reuixit.* Vixerat ille fomes in primis noſtris parentibus, dum poſt ligni eſum, uidẽtes quod nudi eſſent, & erubeſcentes, fecerunt ſibi perizomata. At deinde omni Gen. 3. illo tempore, quo nullum mundo datum fuerat præceptum, conniuebat, iacebat, ſopiti erant ardentes eius igniculi. Data per Moſen lege, viſus eſt

quaſi à mortuis reuixiſſe. Cępit enim
vrgere acrius tirannus iſte noſter inte-
rior: Peccata autem actualiter, in om-
nibus hominibus ſub lege adaucta, o-
ſtendebant quod reuixiſſent. Peccare
quidem actu, quod peccatum uiuit &
diabolus, indicat. Non peccare, vel mi-
nus peccare, quod mortui ſint, indica-
care uidetur. Audi verò rem mirabi-
lē. *Cum peccatum mortuum erat, ego uiue-
bam.* Eo tempore, quo lex data nequa-
quam erat. *Cum peccatum*, per legem
reuixit, *mortuus ſum*, illico. Vita ergo
peccati, hominum mors eſt. Contra.
Mors eſt uita. Cauſaliter autem, nō for-
maliter intellige. Eſtque hic hiperbola.
Neque enim ante legem viuebant ho-
mines, eo etiam tempore mortui erant
propter peccatum, ſicut & fomes ille
viuebat. At minus erant mortui, quàm
poſt legem. Mors enim animæ, eſt Dei
odium. Conſtat autem Deo exoſos eſſe
magis, qui legem cęlitus datam trāſgre-
ditur, quàm qui ſecus. Re ipſa nanque
grauius eſt, accepta lege peccare, quàm
ſine lege. Vnde & minore pęna plectē-
tur, qui legem non habuerunt. Si ergo
tempus iſtud ante legem, tempori legis
conferre uolueris, illud erat tēpus, quo
peccatores aliqualiter uiuebant: iſtud
uero, quo penitus mortui erant, diuina
recōciliatione ſcilicet indigniſſimi. Ser-
Luc. 12. uus enim ſciens uolūtatem domini ſui,
& non faciens, plagis uapulabit mul-
tis. Vnde & apud Deum, & apud homi
nes, & etiam apud ſeipſum, quiſque iu-
dicat maiora eſſe peccata, dato præce-
pto, quàm antea. Et hoc forte molitur
his uerbis Apoſtolus. Nouerant & an-
te legem quando peccabant: at planius
& exactius, id data lege intelligebant.
Quando non natura ſola, ſed & lex eos
accuſabat, & redarguebat. Tunc ergo
uidebatur quaſi mortuum peccatum,
non agnitum: Lata lege ſurrexit, ad no
titiam hominum deueniens. Sicut igi-
tur fomes ſemper uixit, quia ſemper
peccata abundauerunt, ſed poſt legem
magis, ita nos ſemper mortui fuimus,
ſed minus ante legem. Legem autem
Mandatum appellat, quia abſentibus à
Deo data eſt, & per nuntium miſſa, ui
delicet per Moſen, qui ad populos lo-
quebatur: Ob id quod Deum audire,
digni minime eſſent. Concludit itaque
quod intēdit. Videlicet, ex homine cau-
ſaliter mortem peccatorum pœnam pro
dijſſe, verū lege tātum occaſionaliter,
tanquam ex contrario. *Et inuentum eſt
mandatum ipſum* Dei, *quod erat ad uitam*; Deut. 4.
vt ſcilicet obſeruatum, pareret vitā ani-
mæ, iuxta illud. Et nunc Iſrael, audi prę
cepta, & iudicia, quæ ego doceo te, vt
faciens ea uiuas in eis. Et illud. Si uis
ad uitam ingredi, ſerua mandata, *Hoc* Matt. 19.
eſſe mihi, non obſeruanti ſcilicet, ſed trāſ
gredienti, vrgente peccati aculeo, *Ad
mortem*, æternæ pœnæ, & animæ. De Pſ. 33.
qua illud eſt. Mors peccatorū peſſima.
Peccatum enim, cum conſummatum
fuerit, generat mortem. Quia nō igno Iac. 1.
rans peccaui, ſed ſciens non eſſe peccā
dum contra diuinum mandatum. No-
ta autem loquēdi modum. *Inuentum eſt.*
Significat enim hoc uerbo, ſe ſe huius
rei nouitatem demirari. Bone Deus, q̄d
monſtrum eſt hoc? quàm abſurdum, q̄
incredibile? Lex enim data eſt ad uitā,
& experimento inuenta eſt fuiſſe ad
mortem. Præter ſpem accidit hoc, non
legis malitia, ſed abutentium lege. Et
vinum inuentum eſt inebriaſſe Noe:
non eſt tamen uini culpa, eſt culpa bibē
tis. Ne ergo legem culpare velis O eth- Gen. 9.
nicè. Nō enim ſuapte natura eſt ad mor
tem, ſed ad uitam. Inuenta tamen eſt
fuiſſe ad mortem. Id enim per occaſio
nem tantum accidit, vt rem totam in Iu
dæorum caput, nō in legem uertamus.
Nam *Peccatum*, fomes ſcilicet peccati,
Occaſione accepta, non data, *Per manda-
tum*, quia quod concupiſcitur, dulcius
fit cum uetatur. Habet enim hoc hu-
mana infirmitas, ut difficultate magna
ſeruari poſſint, quæ prohibentur. *Sedu
xit me*, vel Græcè, *Illexit*. falſa ſcilicet
dulcedine me fefellit, ſub prætextu fal-
ſæ libertatis defendendæ, à bono ad ma
lum trahens, alliciens, & inclinans, à
viaque ducens, immo præcipitans in
denium. Hoc enim ſignificat ſeducere.
Caſtè autem intellige trahens, & præci
pitans, non cogendo, ſed uehementer
inclinando. Nemo quippe malum agit
inuitus. *Et per ipſum occidit*. Mortem ſci
licet animæ intulit, cum me præuarica-
torem,

torem, vel tranſgreſſorem conſtituit. Poteſt autem hoc referri ad mandatum, & ad ſeductionẽ: & per ipſum.ſ. mandatũ, & p ipſum.ſ. qđ ſeduxit me, occidit. Vides, quõ peccatũ redarguit ſemper: legem uero ab omni excipit criminatione. At criminatur legem, (dices) cum inquit, humanum genus ſine lege uixiſſe, Adueniente uero lege, mortuũ fuiſſe. Immo ſi diligenter aduertis, hinc maxime legem extollit. Indicat enim legẽ ſummopere peccata oĩa deteſtari, quib9 animæ pereunt. Hac quidem ratione, & nec alia, ſicut dixim9 eſt, factum eſt, vt pcã creuerint, quo ſe à legis gladio tutari poſſent. Datus enim erat gladius ille ſanctus, munus à Deo, vt peccata omnia enecarentur. Adde etiam legis gloriam, ex his quæ dicta ſunt. Antea.n. quaſi mortui, & non ſentientes peccabant, lege ſuperueniente, cęperũt agnoſcere quod peccabant. Id autem nõ parum ad iniquitates abijciendas cõducere poterat. Nemo enim peccatum abijcit, niſi peccatũ agnoſcat, quod ſi agnouerimus, facile abijcimus omues. Si tamen non abiecerunt iudæi, id legi nõ eſt imputandum, ſed eorum omnium deprauatiſſimis mentibus, pcõ ipſo ꝓſtratis atque profligatis. Tu tamen hic conſidera, ex his quæ dicta ſunt, excuſari quidem à malitia legem, accuſari tamen ab infirmitate, aut imbecillitate. Si enim eximiæ fuiſſet uirtutis & efficaciæ, vt quemadmodum peccata prohibebat, indicabatque: ita ẽ medio ea ptorſus tollere potuiſſet, quamuis per antipariſtaſim illa creuiſſent, nequaquã tamen reſiſtere potuiſſent, quo minus legis uigore omnino ſublata non fuiſſent. Nanque & moles, quæ fluentis opponitur, vt amnis excreſcentis impetum rapidum cohibeat, ſi magna ſit & fortis, aquarumque uim ſuperet, aquis minime euincitur. Si etiam calor aquę, frigus continentis aeris excedat, non congelabitur aqua. Cum ergo ui legis, peccata tolli non potuerint, ſed aucta ſint, quàm maximẽ, id oſtendit quidẽ, quod lex nõ eſt, mala. Quippe quia, peccatis omnibus aduerſabatur. Sed & inſinuat, quod imbecillæ erat uirtutis, quia peccatorũ ui ſuperabatur. Cur autem hoc? Quia pro mala concupiſcentia, concupiſcentiam bonam non inſpirabat: hoc eſt charitatẽ in cordibus noſtris, non diffundebat. Ni mirum ergo, ſi peccata creſcebant. Fomes enim, qui eſt inclinatio malẽ operandi, ac deſiderium, non extinguitur, niſi contrario deſiderio rectẽ faciendi. Contrarijs eñ contraria pelluntur. Hoc autem deſiderium non habetur, niſi ubi fides per dilectionem operatur. Hæc uero, donũ, gratiæ eſt, non habetur ex lege. In lege enim, uetus homo, formidinis coarctatur anguſtijs. In gratia nouus charitatis latitudine ſpatiatur. Sed ſi hoc eſt, cur Apoſtolus dicit, legem datam fuiſſe ad uitam? Difficilis enim eſt locus iſte, & inuentum eſt mandatum, quod erat ad uitam, hoc mihi fuiſſe ad mortem. Quo modo erat ad uitam, ſi vitam præſtare non poterat? Vita nanq; gratia eſt. Lex autem & gratia pugnant, ſicut timor & amor. Reſpondeo. Erat ad uitam, non vt ipſa vitam præſtaret: ſed vt ad vitam diſponeret, & pararet. Magna quippe iubebat, non vt ea faceremus, quæ fieri impoſſibile erat ex nobis, ſed vt ea facere conantes, in noſtra infirmitate fatigati, gratiæ adiutorium per fidem poſcere noſceremus. Fides enim gratiam impetrabat, qua impetrata, lex ſeruabat: & lege ſeruata, uita reddebatur. Vnde & hoc ipſo, quod lex occidebat, quod ſcilicet per legem abundabant peccata ad mortem, ipſa etiam lex ad uitam ꝓficiebat. Proderat enim ad uitam ſuperbis, vt abundaret delictum. Qui nãque ſe ſanos eſſe iactabant, de ſuis uiribus confidentes: timore legis humiles facti, liberatorem, ſaluatoremq; requirebant, eiuſque ope, quod per legem iubebat Deus, dabat per gratiam: quod per literam præcipiebat, per ſpiritum dabat: *Itaque lex quidem ſancta, & mãdatum ſanctum, & iuſtum, & bonum.* Gal. 6.

Non ſat fuit Paulo inculpatam relinquere legem, voluit & eam commendare, ſi quo modo carnem ſuam ad emulãdum prouocare poſſet, & ſaluos facere aliquos ex eis, pro quibus & optauit aliquando anathema fieri à Chriſto Ieſu. Rom. 9. Inquit ergo. *Itaq;* ex hoc ſcilicet, quod lex oſtẽdit & prohibuit peccata omnia, vt

vt pareret vitam, ſequitur vt non modo nõ ſit mala, ſed ut ſit ſancta, mandatumque eius & ſanctum, & iuſtum, & bonum. Durum tamen uidetur hoc legis encomion. Nam non videtur quomodo à contradictione defendi poſſit Paulus. Is enim de lege loquens ad Hæ
Heb 8. bræos, & de Euangelio, quæ teſtamenti ueteris, & noui nomine appellat, ait. Nam ſi illud culpa vacaſſet, non vtique ſecundi locus inquireretur. Concilientur hæc loca. Eſt ſancta lex, iuſta, & bona, & culpa non uacat. Eſt & locus in
Ezech.20 Ezechiele, quo oſtenditur quidem, legem Moſe non fuiſſe malam, ueruntamen nec bonam. Ego (inquit dñs) dedi eis præcepta non bona, & iudicia in quibus non uiuent. Nihilominus incõcuſſa, inuictaq; eſt Pauli quæſtio. Sicut enim doctrina dicitur vera, quæ rectæ conſonat rationi: ita lex dicitur bona, quæ eidem rationi eſt conſentanea. Lex autem uetus, rationi maximè conſentanea erat, quoniam concupiſcentiam prohibebat, ex qua peccata omnia, vt ex equo troiano prodeunt. Quid enim rationi aduerſum magis, quàm peccare? cum ratio ſuapte natura, ſemper deprecetur ad optima? Ergo bona erat. Hinc infra dicet Paulus hac ratione uictus. Conſentio legi, quoniam bona eſt. Condelector enim legi, ſecundum interiorem hominem. Illud ergo, quod dictum eſt ad Hæbræos, legem ipſam peccato nõ caruiſſe, dupliciter exponi poteſt. Primo quidem, quia non fecit peccata carere eos, quibus data eſt, ſicut gratia facit. Eſt enim Hebręis peculiaris iſte loquẽdi modus, vt ex linguæ ſanctæ eruditionibus, abundè ſcimus. Videlicet, ut aliquid ab aliquo denominetur, quod tamen eius non eſt, vel in eo: ſed in alio propter ipſum. Dicitur nanq;, Deus ex tempore noſcere, vel uidere, cum uidere facit iuxta illud. Nunc cognoui, qđ
Gen. 22. timeas dominum, ideſt cognoſcere fe-
Rom. 8. ci. Et illud. Spiritus poſtulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus, ideſt poſtulare facit. Lex itaque dicitur non vacare culpa, quia non euacuat à culpa. Non enim peccata delet, ſed indicat. Contra, Euangelium à peccatis omnibus mundat, iuxta illud. Et uos mundi eſtis, propter ſermonem quem loquutus ſum uobis. Ioan. 15. Secundo uero declarari poteſt. Accepta culpa eo modo, quo accipitur peccatum infra, cum dicitur. Omne quod non eſt ex fide, peccatum eſt. Rom. 10. Intelliguntur enim omnia opera, quorum fundamentum fides nõ eſt, deficere à perfectione. Intrepidè autem fatendum eſt, legem culpa, vel peccato, non vacaſſe. Neque enim perfecta fuit lex illa. Heb 7. Paulo dicente. Nihil ad perfectum adduxit lex. Diſpoſitio fuit ad perfectionem: perfectio autem euãgelicæ conuenit doctrinæ, quæ lex gratiæ, & uitæ ſpiritus extitit. Chriſto dicẽte. Verba, quæ ego loquor, ſpiritus & Ioan. 6. uita ſunt. Hoc autem eſt, quod omnino dominus in Ezechiele inſinuare uoluit, Ezech. 20 cum dixit. Præcepta legis non eſſe bona, quia non antonomaſticè bona. Bonum quippe, cum abſolutè profertur, id quod excellit, intelligi debet. Vnde Chriſtus Ieſus illum coarguit, qui eum compellarat, Magiſter bonè, quid faciẽ- Luc. 10. do uitam æternam poſſidebo? Cum tamen hominem illum crederet, non itẽ Deum. Quid me (inquit) appellas bonum? Nemo bonus, niſi ſolus Deus. His ergo nequaquam cõtradicit, quod bona ſit lex, & ſancta; licet euangelio collata, à bonitate & à ſanctitate mirum in modum deficiat. Nam & bonos, & ſanctos dicimus pleroſque homines, quos tamen ſi Deo compararis, nec bonos, nec ſanctos appellabimus, ſed clamabimus, Tu ſolus ſanctus. Lex itaque eſt *Sancta.* Hoc eſt honeſta, ſancta præcipiens, & ſanè docens. Quid eſt enim lex, niſi iuſſio ſancta, iubens honeſta, prohibenſque contraria? *Et mandatum ſanctum*, Pondera ſingula quæque uer- Exo. 20. ba. *Mandatum*, hoc uidelicet, Non concupiſces, quod peculiare legis fuiſſe dictum eſt, paulò ſupra. *Sanctum, & iuſtum, & bonum*, Sinonima fortaſſe ſunt hæc, dicet quiſpiam. Verum ſcias, quod non eſt inanis uerborum ſtrepitus, in copia Pauli: Tam diſtat paulina eloquentia à cæteris. *Sanctum* ergo, dicitur eſſe præceptum iſtud in ſe, quia honeſtum. *Iuſtum* vero

vero, in cōparatione ad obſeruationē, quia ſeruatum iuſtificat hoīem, ſine autem gratia, non ſeruatur. *Bonum*, tandem, in ordine ad finem, quoniam perducit ad vitam. A fine enim, media, & bona, & mala denominantur. Meliora item & peiora. Quibus nanque homo reducitur magis, & propius ad finem, ea ſanè potiora ſunt. Quibus è contra abducitur, peiora. Hæc eſt expoſitio optima. Poteſt tamen, & per mandatum, omnium mandatorum plenitudinem intelligere Paulus. Omniū inq̄, non modo eorum, quæ decalogo continentur, ſed omnium abſolute. Omnia enim, quæ præcepit Moſes, Moralia, Ceremonialia, Iudicialiaq;, vnum mandatum ſunt, ſecundum ordinem ad vnum finem: plura tamen ſecundum operum diuerſitatem. Iuxta illud. Legē mandatorum decretis euacuans. Eph. 2. Erit itaque ſenſus. Non modo lex ipſa, quā Moſes dedit, ſancta eſt in vniuerſum accepta, ſed & omnia, & ſingula huius legis mandata, ſimiliter ſancta, iuſta, & bona. Sancta quidem, hoc eſt pura, munda: nihil enim impuri habent. Et iuſta, vel recta, nihil habent obliqui: Et bona, vtilia: nihil ſuperflui habent, vel nociui. Item ſancta, quia ſanctum faciunt. Iuſta, quia proximo quod ſuum eſt, reddunt. Bona, quia Deo placent. Nemo nanque ignorat, quod lex ordinat, componitque hominem, & reſpectu Dei, & reſpectu ſui, & reſpectu proximi. Vt Deum rectè, & pie colimus, boni dicimur: ut ad proximum reſpicimus ordine debito, iuſti: ut nos in nobis mundi ſumus à peccatorum labe, ſancti. Si tamen hæc tria adiecta, ſanctum, iuſtum, & bonum, tribus præceptorum generibus, quæ lege continentur aptare uoluerimus, facilè poſſum', & credo argutiſſimum hunc, ſimulque doctiſſimum Apoſtolum, his tribus uocibus, omnia cōplecti uoluiſſe. *Sanctum* enim ad ceremonias diuini cultus refertur. *Iuſtum*, ad iudicia. *Bonum*, ad mores. Religionis enim ſanctitas propria eſt: Iudiciorum iuſtitia: morū probitas, vel bonitas. Omnia ergo, quæ lege præſcribuntur, non modo culpa vacāt, ſed culpam vndequaq; deteſtantur, ut ſummatim Apoſtolicum ſenſum perſtringamus. Deinde dicit.

Quod ergo bonum eſt, mihi factum eſt mors. Poteſt & interrogatiuè, & concluſiuè legi. Attende quomodo legem vbiq;, ſurſum, deorſum, iugiter uerſat. Dixerat reſpondendo quæſtioni. Inuentum eſt mandatum, quod erat ad uitā, hoc eſſe mihi ad mortem. Hoc ergo, nunc uentilat, arguentis uicem primū induens, & deinde reſpondentis. Replica igitur, hæc eſt, contra illud dictū. Si ita eſt, inquit. Ergo quod bonum eſt, abſolutè, mihi malum factum eſt, & mortis cauſa. Hoc enim per mortem intelligit. Atqui, conſequens hoc impoſſibile eſt. Nam quod ſuapte natura bonum eſt, cuicumque compatetur, ſemper eſt bonum. Si lex ſuapte natura ad uitam erat, quomodo mihi mortem peperit? Ex Dialectica item ſcitur. Ex falſis ſequi uerum, ſed ex ueris nil niſi uerum. Ex malo itaque poteſt ſuboriri bonum, ſed ex bono malum, impoſſibile eſſe uidetur. Cum ergo ex lege, ſequatur mihi mors, & interitus, conſequēs eſt, ut ſuapte natura ſit mala: quia ſcilicet perditionis cauſa. Vel ſi ex ſe, non eſt mala, quomodo inuenta eſt fuiſſe ad mortem? Mors enim mala eſt. Ideo dicitur. Deus mortem non fecit. Sap. 1. Si itaq; mors, ex lege mihi euenit, lex non poteſt mihi mala eſſe. Quod ſi nō eſt mala abſolutè, mihi ſaltem mala eſt: mihi inquam habenti, ſcilicet fomitem peccati, qui nititur in uetitum. Sicut enim vinum abſolutè bonum eſt, malum tamen eſt febricitanti: & aqua abſolutè bona eſt, frigido nihilominus ſtomacho mala eſt. Ita lex, licet bona ſit, mihi ſaltem quem vrit concupiſcentiæ ignis, videtur eſſe mala. Quoniam concupiſcentia adueniente lege, in ea exardeſcit, quæ frigidè antequām cohiberentur, appetebat. Hoc eſt nanque, quod uult dicere Apoſtolus. Non ē incaſſum addidit *Mihi.* Quod bonum eſt in ſe, *Mihi factum eſt mors.* Legem hanc ergo, mihi dari non debuit; Ade vtique dari debuit in ſtatu innocētiæ, cum non habebat fomitem. Verū nobis dari non debuit, quia mala nobis? *Abſit*, Vide quantum horret offendi-

cula

cula Iudæorũ Paulus. Concedere poterat, legem mihi eſſe mortis cauſam, per accidens, iuxta dicta. Occaſio nanque ad cauſam, per accidens reducitur. Si itaque eſt peccati occaſio, igitur & mortis. Quis id non intelligit? Vanaq; ſunt omnia, quæ in oppoſitum adducũtur. Quandoquidem per ſe bonum, nõ eſt cauſa mali, ſed vtique per accidens. Immo non eſt aliquod malum, niſi ex aliquo bono. Nec aliquod falſum, niſi ex aliquo uero. Sicut egregiè demõſtrauit Dionyſius, quarto de Diuinis nominibus, & Auguſtinus in Enchiridiõ. Nec

Matt.7. obeſt, quod dixerit Chriſtus. Nõ poteſt arbor bona, malos fructus facere. Certè enim mali fructus, ex arbore mala naſcuntur: ſed arbor mala nonne naſcitur ex bona terra? Non omne malum ex omni bono. Fateor. At omne malum ex aliquo bono. Et quis quæſo ignorat, etiam frigidum calefacere per accidẽs? quia conſtipat. Hinc in hieme melius concoquimus, & digerimus. Calidum item frigefacere per accidens, quia calidi eſt, rarefacere. Hinc uenti autumnales periculoſiores hiemalib' exiſtũt, quia poros inueniũt apertos ęſtiuis caloribus. Nihil ergo prohibet, vt legem, quæ nata eſt vitam parere, dicere ualeamus, occidere, mortemque nobis eam tranſgredientibus, per accidens inferre. Attamen caſtius loqui uoluit Apoſtolus hoc ideo. Cum enim dicitur. Lex eſt cauſa mortis, ſine addito, intelligit per ſe, & non per accidens tantum, ex modo loquẽdi. Hoc ergo defendit Paulus, quod nequaquam concedendum eſt uerbum iſtud, ſecundum ſenſum, quem facit. Videlicet legem ſuapte natura bonam, pręuaricatoribus eſſe mortis cauſam. Quid ergo eſt cauſa mortis? Peccatum. Vnde inquit. *Sed peccatum.* Et ſupplendum eſt, mihi factum eſt mors. Exponit autem iſtud, ne recantare uideat, *vt appareat peccatũ per bonũ, operans mihi mortem.* Dixerat eñ, & inuentum eſt mandatum, quod erat ad uitam, hoc eſſe mihi ad mortem. Declarat ergo ſeſe, & totum legi oportet p parentheſim. O miram, ſed ſolidam ſubtilitatem. Cedant, cedant dialectici omnes, & Philoſophi Paulo noſtro.

Inuentum eſt certè mandatum, quod erat ad uitam, mihi eſſe ad mortem. Sed id non euenit ex mandato. Ex peccato euenit, ex fomite ſcilicet peccatorum, qui bono mandato abuſus, id mihi uertit ad mortem, quod datum mihi erat ad uitam. Gladio quem portabam, vt inimicum illum occiderem, qui continenter mecum bella gerit, is inimic' meus occidit me, in Goliæ morem. Nõ eſt culpa legis ulla, ſed fomitis, qui unde reprimi debuerat, hinc exarſit. Non eſt enim ſimile, quod dicebatur de uino. Vinum quippe ſuapte natura febricitanti malum eſt: & ut caſtius dicã, ineptè datur febricitanti: quia calorem febrilem per ſe auget, & non ex febricitantis abuſu. Eſt enim uinum calidum. Simile autem additum ſimili, facit furere. Verum lex ſuapte natura, fomitem haudquaquam auget, non enim habet ſymbolum cum fomite, ſicut uinum cum febribus, ſed fomes ſe auget per antipariſtaſim, vt legi reluctetur. Bona ergo eſt lex: bonum quoque fuit legem dare etiam homini lapſo, & aptè data fuit. At malum fuit, lege abuti. Nota autem uerbum illud. *Vt per bonum.* ideſt per legem, *appareat peccatum.* Cauſam finalem notat illa propoſitio, *Vt.* Ecce autem ſenſus. Geſtire cępit fomes iſte iniquus data lege, inani inflatus gloria, cupiens ſuas oſtendere uires contra legẽ, quod ergo frigidè antea appetebat, poſt, tanquam pro ſua gloria pugnans, in legis deſpectum, uehementius concupiſcere incępit: vt oſtenderet quantum poſſet, vt appareret quod erat, peccatum: tirannus ſcilicet noſter, & malorum omnium fomes. Poteſt tamen & conſequutionem ſignificare illud *Vt*, non cauſam finalem. Vt ſit ſenſus. Adueniente lege, peccatum operatum eſt mortem. Ita autem factum eſt, ut per bonum, peccatum apparuerit. Nam oppoſita iuxta ſe poſita, magis eluceſcunt. Non apparebat admodum fomes ante legem. Vnde & dicebat mortuus tunc reuixit. Concluſio ergo eſt, fomite ipſo, pro ſua libertate contra legem pugnante, *Ego mortuus ſum.* Non lex me occidit, ſed fomes irritatus, & prouocatus à lege. Ex ipſo enim nata ſunt peccata

omnia:

omnia: à peccatis autem oritur mors, non quidem à lege. *Vt fiat ſupra modum peccans peccatum per mandatum.* Legendum eſt autem hoc *Vt*, conſequutiuè non finaliter. Ita inquit factum eſt, *Vt peccatum*, fomes, *Per mandatum*, fiat ſceleſtius, vel ſceleſtior effectiuè, quàm antea eſſet, non data lege. Nec myſterio vacat uerbum illud *Supra modum*. Modum nanque & menſuram habere uidebatur, ante legem peccatū, per ignorantiam: ſupra modum autem eſt peccatum, quod poſt legem ſcienter admittitur. Vnde hæc poteſt eſſe, quinta ratio, cur fomes peccatum vocetur, non autem inclinatio ad peccatum. Magnitudo enim iniquitatis, ad quā inſtigat, exigit, vt peccatum uocetur. Occaſione quippe accepta, non data à lege, cæpit urgere magis ad facinora, quàm prius urgeret, & ad ſumma facinora. Glorioſus eſt enim animus hominis, & in ardua & difficilia ſemper tendit: quare nititur ſemper in uetita. Hæc eſt ergo prima ratio, cur magis poſt legem, q̄ ante peccatur. Vis ſecundam rationem? Ecce. Cum per legem concupiſcibilia concupiſcere prohibetur, ad memoriā reuocantur. Excitatur ergo imaginatio, quare & deſiderium. Tertio. Diabolus uidens legem, dari homini in adiutorium, maiora molitur, vt eum à lege auertere poſſit. Quarto. Peccato ſimplici additur tranſgreſſionis culpa, cum legem præuaricamur, ergo omnino peccatum fit, per ipſam legem grandius, vt inquit Apoſtolus: propter haſce quatuor rationes. Sed hoc totum per accidens eſt, & præter legis intentionem. Neque enim fomes ad augenda peccata utitur lege, ut Golia gladio Dauid, vſus eſt: neq; vt febre exeſtuans uino, vel aqua. In his profectò cauſalitas nō eſt prorſus accidentalis. Sed uis exempla accommoda? Ecce. Vt patientia diuina abuſus eſt Pharao. Vt Iudas loculis: mūdi ſapientes hac rerum machina. In his enim fieri nequit, ut vel tantillum culpę in res iſtas retorqueamus, quibus prauitate iſtorum mentes, ſuo tantum uitio abutebantur. Relinquitur itaq;, quod in lege nulla eſt omnino culpa, nec ī ſe, nec etiam ut lapſis hominibus, in quibus viuit fomes comparatur. Quamuis ea lata, peiores ſupra modum facti ſint homines ut dictum eſt. Hinc ergo exurge tu homo ad gratiæ Chriſti Ieſu magnitudinem conſiderandam. Quantū enim putandum eſt, fuiſſe humani generis morbum, qui remedio legis adhibito ingrau eſcebat, uenenoſiorq;, & peſtilentior fiebat? Coronemus ergo Chriſti piiſſimi dona, quibus factū eſt, vt incurabile illud malum, in eccleſiæ ſtabulo, perlatis duobus illis denarijs, natura Dei & hominis ſemel unita, facile radicitus extirpatum fuerit, quod lex adhibitis omnibus ſuis præceptis, atque antidotis, nequaquam efficere valuit. Hic nanque eſt Pauli ſcopus, oſtēdere quidem, quod lex ſit bona, ſed nihilominus infirma: quod maximè ex his, quæ dicta ſunt, patet. Deinde dicit.

Scimus enim quod lex ſpiritalis eſt. Ego autem carnalis ſum. Vides legis imbecillitatem? Ipſa quidem ſpiritalis eſt, attamen hominem ſpiritalem facere nequit. Relinquit enim eos, qui ſub lege ſunt, in ſua carnalitate. Quod ſi potens eſſet, & efficacius uirtutis, cum ſit ipſa ſpiritalis, faceret omnes ſub lege exiſtentes ſpiritales. Sicut Euangelium Chriſti Ieſu. His enim, qui ad euāgelium ſpectāt, dicitur. Vos in carne non eſtis, ſed in ſpiritu, Huius autem ratio eſt, quia potentiſſima eſt gratia ipſius quàm euangelium continet. Vnde non dicitur ſpiritale, ſed ſpiritus. Verba quæ ego loquor, (inquit Chriſtus,) ſpiritus & uita ſunt. Ni mirum ergo, ſi ſpiritales efficit obſeruatores. Verum lex Moſi, ſpiritus non eſt, licet ſpiritalis ſit. Ideo *Ego*. inquit Paulus. *Ego* inquàm ſub lege exiſtens, *Carnalis ſum*, Nomine autem carnis, uel carnalitatis, hominis pars non intelligitur, ſed totus homo, qui inferioris partis deſideria, uidelicet ſenſualitatis, ſequitur, ad modum brutorum. Vnde & illud eſt. Improbos homines migrare in bruta. Obbruteſcere enim uidetur homo, cum ſe carni penitus ſubijcit. Et è contra, eſſe uerè uir, cum ſe ſpiritui tradit. Vnde illud eſt. Caro concupiſcit aduerſus ſpiritū, ſpiritus autem aduerſus carnem. Accipitutque uice verſa ſpiritus, pro toto homine ſecundum ſuperiorem

Ioan. 6.

Gal. 5.

riorem portionem hominis. Senſus ergo eſt. Legem quidem ſpiritalem eſſe, præcipere ſcilicet ea quæ ad ſpiritũ hominis, ad ſuperiorem ſcilicet, eius partem, quæ ſola eſt propria homini ſecundum quod homo, attinent, qualia ſunt
Gal. 5. illa quæ in Epiſtola ad Galatas, ennumerantur, quibus totus homo interius ordinatur, & exſterius ſecundũ quod, ratio exigit in omnibus ſuis uiribus: reſpectu Dei, reſpectu ſui: & reſpectu proximi. Charitas, gaudium, pax, patiẽtia, longanimitas, bonitas, benignitas, manſuetudo, fides, modeſtia, continenria, caſtitas. Charitas enim & gaudium, cõcupiſcibilem perficiunt: pax, & patientia, & lõganimitas iraſcibilem: bonitas rationalem: benignitas & manſuetudo ordinant rectè ad proximum: fides reſpicit Deum, modeſtia autem, continẽtia & caſtitas componunt hominem in ſeipſo. Hæc omnia lege præcipiuntur. Quis enim neſciat, legis decalogo hæc omnia contineri? Tantum ergo abeſt à peccatis lex, vt plus abeſſe non poſſit. Nam peccata omnia à carne ueniũt & proficiſcũtur: ab homine ſcilicet vt ſenſualitatem ſequitur. Paulo dicente. Manifeſta ſunt opera carnis. Fornicatio, immũditia, luxuria, idolorum ſeruitus, veneficia, inimicitiæ, cõtentiones, æmulationes, rixæ, diſſentiones, inuidiæ, homicidia, ebrietates, conuerſationes, & his ſimilia. Lex autem Moſi præcipit ea, quæ ad ſpiritum attinent, quibus ſupramodum caro aduerſatur. Igitur nullatenus peccatum eſt. Sed cum ſupra, legem carnem appellarit: & alibi ſæpe, quomodo eam nunc ſpiritalem appellat? Ceremonias legis ſecundum literã obſeruatas, carnem appellat, atque literam. Verum nunc de moralibus præceptis ſermo eſt. Illud nanque mandatum in medium attulerat. Non concupiſces, quo peccatorum omnium radix euellitur. Quis itaque dubitare poteſt, an ſit carnis inimica, & conſequenter ſpiritalis, licet tamen non ſit ſpiritus, quia nec eſt uita, licet ad uitam modo quo ſupra declarato, diſponat? Si itaque uera eſſet opinio illa, quæ tamen uera eſſe non poteſt, ſpiritum à Deo eſſe, & carnem à demone. Lex quę

Bit ad Rom.

ad ſpiritum attinet, à Deo omnino erit, non à demone, ergo mala eſſe non poteſt. Cum omni tamen ſua bonitate, nõ efficit, ut ego bonus ſim, inquit Paulus. Remanet enim ſequens carnem, & carnis deſideria. Qui nanque ſub lege erant, quatenus ſub lege erant, tales erant omnes, quod ſi aliquis ſpiritum ſequebatur, ille ſanè ad euangelium, non ad legem attinebat. Non ẽm ex lege, ſed ex gratia ſpiritum ſequebatur. Gratia autem ad euangelium ſpectat, non ad legem: quoniam gratia nõ niſi per Chriſtum Ieſum habebatur. Quotquot autem Chriſto Ieſu innitebantur, iam ad nouum teſtamentum pertinebant, non ad uetus. Habes Pauli mentem? Vide autem tu hic magnũ myſterium, paulinæ ſapientiæ. Lex ſpiritalis eſt ex dictis, ergo obſeruatores exigit ſpiritales. Qui itaq; carnalis eſt, legem implere non poteſt. At ex gratia Dei, per Chriſtum Ieſum, non ex lege ſpiritales efficimur, ergo per legem ſine gratia, legẽ ſeruare nõ poſſumus.

Declarat autem quomodo quilibet, ſub lege carnalis erat, & quare. *Venundatus ſub peccato.* Non redimebãt ꝑ legẽ hoĩes à peccato, Sed redẽpti ſunt poſtea Chriſti Ieſu morte: Quamuis itaque legem haberent, erant tamen adhuc ſerui peccati, & ſub dominio eius. Qui uero ſeruus eſt, domino parere cogitur. Parebant ergo & tunc illi, vel etiam inuiti peccato. Carnem itaque ſequebantur, peccati miniſtram, non autem ſpiritum. Quanquam igitur lex ſpiritalis ſit, qui tamen legi ſubijciuntur, carnales ſunt: uitio ſcilicet carnalis concupiſcentiæ aſtricti, vt ſpũi, vel ſecũdum ſpiritum viuere nequaq̃ poſſint, niſi Chriſti gratia in ſpiritales transformentur. Nota autẽ uerbum illud, *Venditus ſub peccato*, ideſt ſub dominio peccati. Venditi quippe fuerant homines vniuerſi, & à primis parentibus, qui ꝓ cibo illo omne hominum genus demonis ſeruituti addixerunt, ut uerè de illis dici poſſit illud Hieremiæ. Dederunt præcioſa quæq;, pro cibo. Et pro- *Tre. 1.*
prijs etiam peccatis, ſe ſe uendiderunt, iuxta illud, quod dicitur de A- *3 Re. 21.*
chab. Venditus es, vt faceres malum.

Eſa 59. Vnde Eſaias. Ecce (inquit) in iniquitatibus ueſtris venditi eſtis. Congrue autem uenditio nominatur. Ecce commertium, inter uenditorem & emptorem. Proponit enim demon, qui peccata ſuggerit, ſuæ iniquitatis conſilium, & dat illi homo propriæ uoluntatis aſſenſum. Accipit autem homo animæ uenditæ prætium, peccandi uoluptatem, & mortiferam de iniqua ſuauitate dulcedinem. Emptum itaque à diabolo hominem, Chriſtus redimit, non lex; vult dicere Apoſtolus. Quamuis enim legem haberet, adhuc tamen demonis, & peccati mancipium erat, uirtute ſanè illius uenditionis. Quod ut clarius manifeſtet, addit.

Quod enim operor, non cognoſco. Non enim quod uolo, hoc ago, ſed quod odio, illud facio. Cum dicit. *Quod operor non cognoſco.* Oſtendit quod carnalis eſt. Carnis enim eſt, non cognoſcere. Contra, ſpiritus cognoſcit. Vnde & hominem dirigit in actibus ſuis. Non quidem dirigeret, niſi cognoſceret. Contra, caro dirigere non poteſt, ſed dirigitur. Qui ergo, non cognoſcit, quod operatur, ſecundum carnem uiuit, nō ſecundum ſpiritum. Non igitur uiuit vt homo, quia ſpiritus eſt id quod proprium homini eſt, ſed magè brutis eſt comparandus. Quod facilè patet. Bruta enim aguntur magis, quàm agant. Homo autem ut homo, agit magis, quàm agatur. At qui operatur, nec illud cognoſcit, quod operatur, dirigitur, non dirigit, ut conſtat. Compa-

Pſ. 48. ratur ergo iumentis inſipientibus, & ſimilis factus eſt illis. Abeſt ergo à ſpiritu, & carnem ſequitur. Neque id per legem, ſed per gratiam tollitur. Cū autem dicit.

Non quod volo hoc ago, ſed quod nolo, illud facio. Oſtendit ſe eſſe peccati ſeruum, & uenditum, non redemptum. Nam ſeruus non agit, quod illi placet, ſed quod domino. Vnde & frequenter agunt ſerui, quod illis diſplicet, ut domino obediant, cui parere coguntur, vel inuiti pœnæ timore. Ad hunc ergo modum, ſe ſe habet homo pecca-

Ioan. 8 tor, quia qui facit peccatum, ſeruus eſt peccati: Ab hac uero ſeruitute, non redimit lex, ſed Chriſti gratia, iuxta illud. Si filius Dei uos liberauerit, uerè liberi eritis. *Ibidem* Vult enim agere bonum, & non poteſt: cauere peccata deſiderat, & tamen non poteſt per legem, niſi adſit gratia. Iuxta illud, parum infrà. Non quod uolo bonum, illud ago, ſed quod nolo malum, id facio. Et iterum. Velle adiacet mihi, perficere autem non inuenio. Et Diuus Auguſtinus. Homo peccatis uincitur, dum uiribus ſuis iuſtè uiuere conatur, ſine adiutorio gratię liberantis, quæ liberum arbitrium liberat, vt liberatori credat: atque ita contra legem non peccet. Omnia autē hæc, & in ſententia, & in uerbis difficillima ſunt. In uerbis quidem. Quomodo nanque uerum eſt, quod operor non cognoſco? Nam homo non operatur, niſi uelit: non uult autem niſi cognoſcat, ergo non operatur, niſi cognoſcat. In ſententia autem. Nam hic eſt maxima difficultas, & vix inter omnes dubitationes, quæ non paucę occurrunt in paulina hac Epiſtola, ullus labirinthus inexplicabilior iſto. Exanclata enim uidetur hoc loco omnis peccatorum libertas. *Non quod volo bonum, illud ago, ſed quod nolo malum, illud facio.* Si enim homo exiſtens in peccato, & carnalis, vult facere bonum, & non poteſt, ſed agit malum contra ſuam uoluntatem, quia illud odit, & nollet facere, tamen inuitus facit, quomodo liber eſt niſi titulo tantum, & nomine? Si enim uere liber eſt, poteſt in vtrumque oppoſitorum. Vitare ergo poteſt, & committere peccatum. Si enim ut liber non poteſt, iam liber nō eſt. Quod homo ſit liberi arbitrij, determinatum eſt. Quid poſſit liberum arbitrium, cum Dei gratia, ſupra docuimus. Videndum itaque eſt, quid per ſeipſum poſſit ſine gratia Dei. Ita nanque de homine loquitur hic Apoſtolus, Poteſt ne non peccare? An neceſſario peccat? Intellige autem ſemper mortaliter, non venialiter. Non accipio aute liberū arbitrium hominis, in puris naturalibus, citra peccatum & gratiam. Id eñ tantum fuit in protoplaſto. Quicunq; alius homo, ſemper eſt, & fuit, & erit, de communi lege, vel in gratia, vel in peccato,

peccato ſecundum rem. Non enim datur ſtatus medius in uia. Omnis [Luc. 11.] quippe homo, vel eſt amicus Dei, vel inimicus, iuxta illud. Qui non eſt mecum, contra me eſt, & qui non colligit mecum, diſpergit. Non enim datur nec inimicus, vel non amicus. Si autem amicus, gratiam habet, ſi inimicus, eſt in peccato mortali. Excluſa ergo gratia, quæſtio eſt de homine in peccato mortali exiſtente, num ex ſuo libero arbitrio, peccatum cauere poſſit: non dico commiſſum. Oſtenſum eſt.n.quod nõ poteſt quis à peccato reſurgere, niſi per gratificam gratiam. [Pſ. 4.] Iuxta illud. Sana animam meam, quia [Pſ. 50.] peccaui tibi. Libera me, de ſanguinibus Deus, Deus ſalutis meæ. Sed dico, de nouo committendum: an neceſſario incidat in noua peccata, niſi gratia diuina à primo liberetur. Paulus Apoſtolus enim, dutiſſimam uidetur ferre ſententiam. Si enim homo in gratia exiſtens, poteſt non uti gratia, & ita non neceſſario benè agit, ſed poteſt malè agere: cur homo exiſtens in peccato, non poteſt non uti peccato, & ita non male agere, ſed bene? In poteſtate enim hominis eſſe videtur, vti gratia & non uti: vti peccato & non uti. In hoc nanque ſua libertas conſiſtit. Facile ergo eſt, & fauorabile aſſeuerare, quod ſi homo utitur peccato, neceſſario peccabit: ſicut ſi gratia vtitur, illi cooperãdo, neceſſario bene agit. At ſi non vtitur peccato, non peccabit. Si enim tibia curua, poſſet non uti curuitate, non neceſſario ſemper claudicaret. Sed poſſet non claudicare, etiam exiſtens curua. Ideo nanque neceſſario claudicat, quia non poteſt, non vti curuitate. Et confirmatur. Quia ſi peccator neceſſario peccat nouo peccato, iam illud non uidetur illi ad culpam imputari poſſe. Omne enim peccatum eſt uoluntarium, ergo nullum neceſſarium. Nemo quippe peccat in eo, quod vitare non poteſt. Pugnat enim uoluntarium cum neceſſario. Quoniam autem Apoſtolus, ſuæ aſſertationis rationem ſumit ex fomite, qui ſemper ad peccandum inſtigat, vincitque, niſi per gratiam reprimatur: Obijcio. Nam ratio ſuapte natura, etiam ſine gratia, eſt fortior concupiſcentia, ſicut ſpiritus carne. Ratio autem ſuapte natura, depræcatur ſemper ad optima, ergo etiam ſine gratia vincet concupiſcentiam. Vnde illud eſt, quod dixit dominus ad Cain, poſt peccatum. Sub te erit appetitus tu- [Gen. 4.] us, & tu dominaberis illius. Quare iratus es? & cur concidit facies tua? Nonne ſi bene egeris, recipies? Adde. Nam bonum naturæ non tollitur, licet diminuatur per mortalia peccata. Naturali autem lumine fultus homo, poteſt agere opus bonum ex genere, & moraliter: & ita poteſt non peccare. Aſſumptum probatur. Tum quia experimur, quod exiſtentes in peccato mortali, etiam pertinaciſſimè in illo perſeuerantes, poſſumus reddere id quod mutuatum nobis fuit, quando oportet: cui oportet: & propter quod oportet, quia ſcilicet iuſtum eſt. Hoc autem eſſe opus moraliter bonum, quis negabit? Tum quia aliter dicere oporteret, quod infidelis, & omnis homo in mortali exiſtens peccato, in omnibus ſuis actibus deliberatis mortaliter peccaret. Quod dicere, impium eſt. Quod ſi ad demonis poteſtatem recurras, de quo ſcriptum eſt. Non eſt po- [Iob 41.] teſtas ſuper terram, quæ comparetur ei. Et propterea cum peccator ſit dęmonis mancipium, dicas illum nulla virtute ſuper terram, ſed tantum diuina gratia, poſſe non peccare, eo ſemper urgente ad noua peccata. Obijciam tibi illud. Debilis eſt hoſtis, qui non uincit niſi uolentem. Fatebor quidem, quod ſine diuina gratia gratifica, demonẽ uincere homo haudquaquam poteſt. Verum id mihi ſat eſt, quod ipſe poteſt nõ uinci. Datur enim medium inter uincere & uinci, reſiſtere. Plus nanque importat uincere, quàm reſiſtere. Vincere quidem illum dicimus, qui aſſequitur illius oppoſitum, quod hoſtis moliebatur. Diabolus intendit hoc unicè, reddere hominem Deo inimicum, & æterno dignum ſupplicio. Si ergo tu bellum

cum demone gerens, non modo non efficiaris Deo inimicus, ſed reconcilieris magè, non modo gehennæ obnoxius euadas, ſed paradiſi gloriam merearis. Viciſti demonem, id autem cer
1.Cor.15 te fateor, niſi diuina gratia obtineri nõ poſſe, iuxta illud. Deo autem gratias, qui dedit nobis uictoriam, per Ieſum Chriſtum dominum noſtrum. At reſiſtere, eſt tantum non uinci: non uinci à demone, eſt demoni non conſentire, noua peccata ſuggerenti. Durum uidetur, quod homo ſine gratia id mi-
Luc 4. nime poſſit, cum ſcriptum ſit. Reſiſtite diabolo, & fugiet à uobis. Quod & probatur. Facilius eſt enim vnicuiquę rei ſecundum naturam moueri, quàm contra naturam. At peccata omnia contra naturam ſunt: virtutes autem ſecundum naturam. Videtur itaque, quod ſi peccato conſentire poteſt, poteſt etiam ad uirtutem moueri & reſilire. Non ergo neceſſario peccat. Et ut uerum fatear. Cum homo in peccato habeat naturale iudicium rationis, licet aliqualiter obſcuratum, & quendam inſtinctum naturalem, contra malum remurmurantem, non ſit etiam in malo confirmatus, videtur du riſſimum quod neceſſario peccet. His tamen non obſtantibus, paulina ſententia noſtris intonat auribus. *Non quod uolo, ego carnalis. Illud facio, ſed quod nolo, illud ago.* Cui addit Auguſtinus, diuinæ gratiæ aſſertor uocaliſſimus. Quia homo noluit peccata uitare dum potuit, inflictum eſt ei, ut non poſſit cum uelit. Et iterum. Qui contendit ad non peccandum, gratiæ Dei adiutorium, non eſſe homini neceſſarium, ſed ſola lege accepta humanam ſufficere uoluntatem, ab auribus omnium remouendum, & ore omnium anathematizandum eſſe non dubito. Hinc liberum arbitrium, definire cõſueuit. Liberum arbitrium eſt, facultas uoluntatis & rationis, qua bonum eligitur gratia aſſiſtente, & malum gratia deſiſtente. Ergo uidetur, quod gratia deſiſtente, non poſſit eligere bonum. Rurſus. Dicunt Pelagiani, gratiam Dei quæ data eſt, per fidem Ieſu Chriſti, quæ nec lex, nec natura eſt, ad hoc tã tum ualere, vt peccata præterita dimittantur, non ut futura uitentur, non ut repugnantia ſuperentur. Sed ſi hoc uerum eſſet, vtique in oratione dominica cum dixiſſemus, Dimitte nobis de- Matt.6.
bita noſtra, Et ne nos inducas in tentationem, non adderemus. Illud enim dicimus, vt peccata præterita dimittãtur: hoc, ut ſequentia caueantur. Adhuc præuaricatorẽ legis, dignè lux deſerit veritatis, qua deſertus, vtique fit cæcus. Vnde neceſſe eſt offendat, & cadendo uexetur, vexatuſque non ſurgat. Diuus etiam Gregorius. Peccatum, quod per pœnitentiam non diluitur, mox ſuo pondere ad aliud trahit. Eſt. & Pſaltes, qui clamat. Dum defecerit uirtus mea, ne derelinquas me Pſ.70.
domine. Deficit ergo uirtus hominis, quandoque ad bonum agendum. Quando autem defuit, niſi cum eſt, in peccato mortali? Tunc itaque orandum eſt, vt Deus ab alijs peccatis illum auertat. Fruſtra uero oraret, ſi ex ſe ea cauere poſſet. Eſt & ratio. Nam ſi ſcriptura dicit. Cum Pſ.17.
ſancto ſanctus eris, & cum peruerſo peruerteris, ideoque vitandas eſſe prauorum hominum ſocietates iubet: quia Corrumpunt bonos mores, 1. Cor.15
colloquia mala: Quomodo poſſibile eſt, quod exiſtente intra nos, peruerſo affectu, cum in peccato ſumus, non peruertamur? Neceſſario ergo, ex ſcelere in ſcelus declinamus. Hinc Chryſoſtomus ſuper illud. Soluite & Matt.21.
adducite mihi. Sicut (inquit) nauis fracto gubernaculo, non quo uult uadit, ſed quo tempeſtas impellit. Ita homo, diuinæ gratiæ auxilio perdito, non agit, quod uult ipſe, ſed quod Diabolus. Cõſtat autem, quod diabolus ab initio pec cat, ergo. &c. Et confirmatur. Quia donum fuit primo homini collatum, iſtud poſſe ſine noua gratia gratifica in innocentia perſeuerare. Iſtud autem donum, propter peccatum ammiſimus omnes. Quomodo ergo poſſibile eſt, vt additis etiam peccatis noſtris lætalibus, poſſimus peccata cauere? Repugnat hoc infirmitati noſtræ naturæ, & liberi arbitrij. Talis nanque naturæ libertas, incolu-

incolumi, & integræ naturæ conuenit, non quidem ſauciatæ, aut ægrotanti. Habetis difficultatem, & difficultatis rationes, quantum mihi uidere datur. Magna certè hæc quæſtio eſt, & quæ Theologorum omnium, cum veterum, tum recentium ingenia, mirum in modum exercuit. Et fortè monſtraſſe difficultates, ſat eſſet. Experiar tamen & ego ipſe, num hæc noſtra conflictatio, ueritatem poſſit redde re lucidiorem.

Si Philoſophos ſequemur, facilis eſſet ſententia noſtra. Ipſi enim non intelligentes naturam noſtram peccatis lætalibus vulnerari, nomen etenim iſtud peccatum mortale, hoc eſt animæ mortem inferens, & vitam tollens, Ethnica Philoſophia ignorat. Docuere, quemadmodum homo à recta ratione exorbitans fit iniuſtus, ita aſſidua iuſtitiæ exercitatione, illum fieri poſſe iuſtum. Prauus inquiunt, ad meliores exercitationes deductus, aut multum proficiet, aut perfectè in contrarium habitum reſtituetur. Gratiam omnem abijciunt, natura & exercitatione freti tantum, & dicunt. Quod uitioſus per ſeipſum à vitio ſurgere poteſt, virtutem acquirere ex frequentatis actibus: & demum uirtuoſè operari. Verum, religionis Chriſtianæ profeſſio, hanc ſuperbiam horret. Agnoſcit nanque, hominis naturam originali labe illa corruptam, & infirmatam. adeò, vt ea vis animi qua iudicamus: quam non refert, ſiue νοῦν hoc eſt mentem appelles, vel λόγον, hoc eſt rationem, quamuis ex ſe tendet ſemper ad optima, inclinata ſit nihilominus ad ea preferenda, quæ ſecundum carnalem ſenſum, delectabilia ſunt, tanquam magna ex parte obſcurata. Voluntas etiam qua eligimus, aut refugimus, ſit adeò deprauata, vt ſuis naturalibus uiribus, à peccatis quibus ſe ſe ſemel addixerit, ad meliorem frugem reuocari minime poſſit. Verum hæretici Manichæi, hanc originariam labem, & vim carnalis concupiſcentiæ, pluſquam par ſit exaggerantes, ad id deuenerunt, vt dixerint, quod homo neceſſario peccat, nec aliquo modo peccatum quodpiam uitare poteſt. Quia autem, id liberum arbitrium prorſus tollere uidebatur, contra eos ſurrexit Pelagius, qui noſtram uolens defendere libertatem, quia ille dicebat, nullum peccatum, à nobis uitari poſſe, dixit, quod quilibet poteſt omnia uitare peccata, etiam ſine diuina gratia. Ita tamen, vt ſalus hominis, non homini, ſed Deo debeatur. Hæc enim ipſa libertas, dicebat donum Dei eſſe, qui cum potuerit, pro homine ſerpentem, vel ranam producere, glorificandus eſt, gratiæque illi ſemper ſunt habendæ, quod hominem produxerit, tantæ gratiæ compotem. Horum autem contradictorias extremas hæreſes, condēnauit Eccleſia, quaſi altera ſoccordiam, altera ſuperbiam pareret. Habes itaque, quid Philoſophi, & quid Hæretici ſentiant. Nunc quid ſancta ipſa Eccleſia, doctoreſque orthodoxi credant, intellige. Non una eſt catholicorum patrū ſuper hoc lata ſententia: pluribus igitur incedunt uijs. Qui enim deſperationem vitare, ad ſpemque & conatum acuere uolunt homines, pluſculum libero arbitrio tribuere uidentur, quàm qui temeritatem, & humanarum virium confidentiam, ex n̄ris cordibus euellere nituntur, tanq̃ perniciem, uerę pietatis propenſiores, ſunt in gratiæ fauorem, quā & merito vbiq; Paulus inculcare uidetur, & Auguſtinus. Ambo enim ex Chriſti perſecutoribus, potentiſſima gratia miraculosè mutati ſunt. Vnus tamen eſt omnium ſcopus. Reiectis nanque Philoſophorum tumoribus, inter hæreticos hoſce, media incedunt uia, non declinantes ad dexteram, neque ad ſiniſtram. Ita tamen noſtram libertatem tuentur, contra Manichæos, vt diuinæ gratiæ neceſſitatem aſtruant contra Pelagianos. Num. 22.

Hoc ante omnia conſiderandum eſt. Paulum maximè hinc hominis libertatem ſtatuere, vnde maximè aboleri exiſtimatur. Dicit enim aperte. *Non quod uolo bonum illud ago, ſed Quod nolo malum, illud facio.* Vult ergo bonum, quamuis ſit in peccato & carna

Bit. ad Rom.

 lis,

lis, licet non faciat. Liberum autem arbitrium, actum interiorem reſpicit magè, quàm exteriorem ergo, &c. Addit etiam. Velle adiacet mihi, perficere autem non ualeo. Quis itaque negare
Rom.7. poterit, quod peccator ſit liberi arbitrij etiam ad bonum? Nihil profectò obeſt, quod non poſſit facere. Sat eſt quod poteſt velle & uult. Pleraque enim ſunt, quæ facere non poſſumus, licet uellimus. Neque enim viuere ſemper poſſumus. Nemo tamen dixerit nos, ob id minus liberos eſſe. Intelligis uim apoſtolicæ ſententiæ? Licet autem dicat. *Quod nolo illud facio,* non id te moueat, ut in peccatore, peccandi neceſſitatem intelligas. Sicut nanque habitus uirtutis, non facit, vt neceſſario virtuosè agam aliquid in particulari, licet tantum inclinet ad actum habitui conformem in generali. Ita nequaquam poteſt intelligi, quod peccatum quantumuis radices altas, in homine miſerit, neceſſitatē inferat ad peccata alia perpetranda: ita quod non poſſit peccator, non peccare alio peccato. Non enim deſtruitur eſſentia hominis, per peccatum, igitur nec libertas. Et de hoc dubitare non oportet. Vnde cum quærimus, Nū peccator alia cauere poſſit peccata, non quærimus de potentia abſolutè. Hoc enim uerti non debet in dubium, nec à Philoſophis, nec à Theologis. Habet nanque intellectum & uoluntatem, ergo habet liberum arbitrium, ergo poteſt. Sed ſermo noſter eſt de potentia propinqua, quę reducitur immediate ad actū. Vtrum ſcilicet ita poſſit, quod de facto alio peccato non peccet: vel actu ſemper peccet: De hoc eſt difficultas & magna. Diſtinctio patet huius ſecūdis potētiæ. Nam in tenebris homo pōt uidere potētia remota, nō proxima. Quod de potentia proxima ſit ſermo, patet. In moralibus enim nō oportet loqui, ut in metaphiſicis, vel naturalib' loquimur. Quia non eſt omnium ſciētiarum eadem methodus, ac ſępenumero modus ſciendi vnius ſciētiæ ad aliā tranfert. Non ergo potentia logica, neq; de naturali remota, ſed de illa quæ exit immediate in opus, ſermo eſt. Vtrum poſſit uitare, vel non. Et non, Vtrum habeat potentiam uitandi, vel non habeat. Ad memoriam itaque, in primis reuocandū eſt. Quod actus liberi arbitrij eſt electio, ut ſupra oſtendimus. Electio uero, conſilium, & deliberationem rationis ſequitur, vt conſtat ex Ethicis. Si aliqua ergo ſunt, quæ rationis deliberationem ſubterfugiant, ita quod ratio de eis deliberare non poſſit, vel circa ea diſcurrere, dubio procul circa talia electio eſſe non poteſt: quare nec liberum arbitrium ad iſta ſe extendit, dico ſemper ut potentiā proximā. Talia autem ſunt, quę repente occurrunt, & impræmeditate. Vnde dicitur, quod primi motus non ſunt in poteſtate hominis. Si homo ad talia, rationis attentionem & conatum apponeret, reprimere poſſet. Verum quia non apponit, ob id quod ſubitò occurrunt, ideo uitare non poteſt. Et nihilominus hinc, nō dicitur non liber: immo ab omnibus cōceditur hac ratione, nec tolli, nec minui hominis natiuam libertatem. Ex inclinatione autem uirtutis, contingit aliquid quaſi repente in nobis. Nam vt in Ethicis dicitur. Vir fortis eſt in repētinis timoribus impauidum, & imperturbatum eſſe, magis quàm in præmanifeſtis. Operatio enim eò magis ab habitu eſt, quo minus eſt præmeditata. Qui nanq; ratiocinatus fuerit & diſcurrerit, ſine uirtutis habitu, aget illud q̄d virtutis eſt: At non repente. Quæ enim repente fiunt, ſecūdum habitum ſunt. Nam habens habitum, ſi illi aliquid habitui cōueniens occurrat, ſtatim illud eliget, niſi ex aliqua maiore conſideratione & deliberatione impediatur. Ecce modo, vt ad rem deſcendamus. Ille qui eſt in peccato mortali, licet uitij illius habitum, non habeat, quo peccauit, vel luxuriæ, vel gulæ. (Nam poteſt ſemel tantum peccaſſe: ex uno autem actu, habitus non generatur.) Volūtas tamen eius derelicto incōmutabili bono, bono cōmutabili, nempè ſibi, quaſi fini adhæſit: adeo ut affectum hunc in ſeipſo habeat, uidelicet amorem ſui inordinatum, qui φίλαυτιά dicitur. Nō eſt enim peccatum mortale ſine φιλαυτιά. Iſti enim duo amores, ſibi inuicem ſemper ſuccedunt, Amor ſui, & Amor

Dei. Duo amores inquit Auguſtinus; fecerunt duas ciuitates. Amor Dei uſque ad contemptum ſui ciuitatem dei, Hieruſalem. Amor ſui vſque ad contẽptum Dei, ciuitatem diaboli, Babilonẽ. Qui enim eſt in gratia, amat Deum vſque ad ſui contemptum. Qui in peccato mortali eſt, ſeipſum amat vſque ad Dei contemptum. Et hoc eſt generale, in omni peccato, tanquam finis præcõceptus peccatorum. Subſume. Non poteſt homo ab hoc affectu, niſi per Dei gratiam liberari: ſicut non poteſt niſi per ſpiritum ſanctum, Dei amorem habere,
Rom. 5. iuxta illud. Charitas Dei diffuſa eſt in cordibus noſtris, per ſpiritum ſanctum, qui datus eſt nobis. Conſequens ergo eſt, vt ſi caro, demon, mundus illi homini aliquod peccatum mortale ſuggerant, niſi uigili meditatione atq; conſideratione retrahatur, ſecundum illius praui affectus inclinationem, ipſe ſit mortaliter peccaturus. Sola enim præmeditatio eſt id quo efficitur, ut homo inclinationem, vel habitũ, vel pronitatem ſemper non ſequatur. Semper uerò ſuggerunt, ergo niſi ſemper homo multa deliberatione ſe ſe cohibeat, ſemper peccabit. Impoſſibile eſt autem hominem ſemper in tanta perſiſtere uigilantia, quanta ad deteſtanda omnia peccata reqritur, tali deteſtatione qualis neceſſaria eſt, ut uitentur: propter multa, circa quæ mens hominis implicatur, diſtrahitur, & occupatur. Hominis enim infirmi & languidi natura, non patitur hanc aſſiduam conſiderationem, igitur non poteſt ſemper peccator cauere, quin denuo, (immo forte nec diù) peccet. Si contra nitatur ſecundum ultimum ſuæ potentiæ, ſingulum peccatum poterit uitare, at agat quantum poteſt, impoſſibile eſt, ut diu omnia uitet, quia non poteſt adeo peruigil eſſe, ut non aliquando à demone aliquo modo deijciatur. Si poſſet perſiſtere, fortè omnia uitaret. Sed non poteſt diu in hac ſumma uigilantia perſiſtere, quia per peccatum inſtabilis
Tren. 1. factus eſt. Iuxta illud. Peccatum peccauit Hieruſalem, & propterea inſtabilis facta eſt. Omnino itaque ſuccũbet, nõ neceſſario peccabit, aliquo uno peccato, ſed neque per ſe ab omni peccato poterit abſtinere. Ergo uitare quælibet poteſt, ſed non omnia ſimul. Vidiſtis ne unquam in agonis ludis ueſtri pugiles decertare? Cũ enim alter ex una parte ſe ſe tueri ſatagit, in alia percutitur. Exponit humerum ut caput defendat, & amputatur brachium. Ita ergo peccator pugnãte cum eo ſathana, certè quibuslibet ictibus ut non peccet, reſiſtere poteſt, ſed non omnibus ſimul, habet enim mille pugnandi modos. Si itaqne nõ uno ſuccumbimus ictu, alio ſuccumbemus. Eſto tamẽ cautus. Nã quod dixi, peccatorem poſſe reſiſtere ſingulis ictibus, & quodlibet uitare peccatum, intelligi non debet, ut Dei auxilium omne excludatur. Abſit enim, ut dicamus aliquem peccatorem, auxilio diuino omnino deſtitutũ eſſe. Veh nanque nobis, ſi cum ſumus in peccato, diuina prorſus deſtitueremur ope. Eſt enim quoddam Dei Auxilium, omnium creaturarum cõmune, quod influxum generalem uocant: quod & gratia dici poteſt, quia gratis Deus ſecũdis cauſis cooperatur, & eas in eſſe ſeruando, & earum actiones adiuuando. Gratia tamen nõ dicitur, quia communiſſima eſt, & quaſi naturalis cenſetur, ſicut & pleraq; admiranda Dei opera, miraculi nomen, quaſi uiluerint, ammiſerunt: quæ tamen maiora ſunt, quàm uiperas excutere, pellere demones, morboſos reddere incolumitati. Eſt aliud Auxilium, hominibus omnibus chriſtianis peculiare, quò Deus ad bonum excitat, atque extimulat, & angelorum cuſtodia, & præconum uocibus, inſpirationibus internis, atque uermibus conſcientiæ. Ipſe etiam uigilat pro nobis, ne pereamus. Fidelis eſt enim 1. Cor. 10.
Deus, qui non patietur nos tentari ſupra id quod poſſumus, ſed faciet cum tentatione prouentum, vt poſſim' ſubſtinere. Quæ omnia, gratiæ datis datæ dicuntur, & ſunt actus diuinæ prouidentiæ, miſericorditer hominem ad bonum dirigentis. Eſt & tertium Auxilium, quod peccatum abolet, hominẽque Deo gratum efficit, & opera eius accepta reddit in ordine ad æternam uitam, quod Gratia gratifica dicitur, &

iſta ſola dicitur uerè gratia: & communiter: Quam Auguſtinus, Operantem, & Cooperantem uocat. Operantem, vt Deo hominem reconciliat. Cooperantem, vt eius opera accepta facit. Alij Præuenientem, & ſubſequentem dicunt. Cum ſumus in peccato, hac tertia gratia caremus, ſed non prima, neque ſecunda de communi lege. Ob id itaq; fit, vt peccata ſingula vitare poſſimus, ſed ad omnia uitanda, hæc tertia gratia, quæ peccatum deleat, planè requiritur. Quæ affectum diuinum nobis infundat, & amoris proprij affectu illo prauo, nos expoliet. Tunc enim anima ſana erit: & vt ſana in omnibus poterit rectè operari. Non poteſt autem in omnibus, cum eſt infirma. Nã & homo corpore æger, aliquam actionem habere poteſt vt ſanus, ſed non omnes. Audit certè, vt ſanus, ſed nõ ambulat vt ſanus. Non ergo infirmus, à ſano difert, in hoc quod nullum opus ſani exerceri poſſit. Poteſt enim aliqđ, ſed non omnia. Ita peccator, poteſt aliquod peccatum uitare, uerum non omnia. Quod autẽ poteſt cauere? Quodlibet ſigillatim quod ei offertur, modo contraniti uelit, quantum poteſt. Attamen collectim omnia, impoſſibile eſt. Hoc enim eſt proprium ſani hominis, & per gratiam iuſtificati. Nemo uero admiretur. Nam & Philoſophi dicunt, materiã ſtatutis formis expoliari poſſe, non tñ oĩbus. Mathematici ẽt dicũt, cõtinuũ poſſe diuidi, & eſſe ſecũdũ ſingulas partes diuiſum. At nõ ſecundũ oẽs. Ita ergo theologi dicunt, peccatorem quodlibet peccatum cauere poſſe, ueruntamen non omnia. Facile autem, vtranque huius deciſionis partem intelliges, ſi ad hæc duo aduertere volueris. Primum. Intellectus ex ſuis naturalibus, diuinis illis adiutus gratijs, poteſt rectè circa aliquod unum agibile, rectitudine morali determinare. Voluntas, ſua libertate poteſt ſe illi conformare. Conformando autem ſe rectæ rationis dictamini, de nouo non peccat. Poteſt itaque in aliquo actu non peccare. Si dicas. Quod non poteſt uoluntas ſe conformare. Arguo fortius. Ergo non eſt libera. Ergo non peccat, quod intendo. Patet itaq; prima pars. Pro ſecunda autem, hoc ſecũdum notetur. Licet enim naturaliter ad bonum inclinemur, voluntas tamen frequenter ſeducitur: vel errore intellectus, malorum ſatore diabolo operãte. Vel ſenſus illecebris, uel terroribus, vel ſeculi blandimentis, vel carnis aculeis. adeo vt plerumque etiam, cum omnibus Dei gratijs, magna difficultate bonum uelimus. Quinimmo perſæpe gratiam abijcimus, etiam gratificam, propter tot laqueos, quibus illigamur, & trahimur ad malum. Nam & propter peccatũ primi hominis, omnis ætas ad peccandum prona eſt. Quomodo ergo poſſibile eſt, ut gratiam nõ habentes gratificam, omnia peccata euadamus? Poſſibile certè eſt, ſed adeo difficile, vt maxima illa difficultas, peccandi neceſſitas dici poſſit, & debeat. Hoc ideo, q͂a de proximo non poſſumus, niſi diligentiã maximam, & continuam conſiderationem adhibeamus. Hanc uero adhibere minime ualemus, niſi affectũ proprium exuerimus, quò infirmi ſumus, & impotentes ad conſiderationem huiuſmodi. Hanc autem corruptionem, non niſi per gratiam gratificã exuimus, non poſſumus ergo uitare peccata omnia ſine gratia gratifica, nos à morboſa illa qualitate liberante, qua languidi detinemur.

Nunc modo plura hic obſtare uidentur.

Primum. Quia ſi repente peccat homo, occurrente peccati tentatione, à mortali peccato excuſari videtur. In his enim quæ repente accidunt, nõ eſt culpa niſi uenialis.

Secundum. Quoniam non uidetur tam multa, & magna meditatione opus eſſe, ut peccator non poſſit omnia uitare peccata, ſicut unumquodque. Sufficit nanque hæc conſideratio, quod omnia quæ occurrunt, peccata ſunt mortalia, & contra Deum. Hæc uerò facilè, & breui tempore haberi poteſt.

Tertium. Quandoquidem non uidẽtur peccata ſequentia, imputari poſſe, ſi aliquomodo, neceſſitate uidelicet ab homine perpetrantur.

Quar-

Quartum. Quia ſi amor proprius ille eſt, quo efficitur, ut peccata omnia uitare haudquaquam poſſimus, efficiet etiam, vt nullum uitare poſſimus, quoniam radix eſt omnis peccati: ſicut amor Dei, omnis boni. Omnia itaque quæ peccator aget, immunda erunt,
Rom.14 nullum autem opus erit bonum. Hinc Paulus. Omnia munda mundis, coinquinatis autem, nihil eſt mundum.

Quintum. Si Deus dat auxilium, vt ſingula peccata vitare poſſimus, Cur ēr non dat ut omnia? Non eſt tamē difficile reſpondere.

Ad Primum. Non eſt intelligendū, quod ſimpliciter repentè homo peccet, ſed eſt aliqua deliberatio, qua optime perpenditur, id quod eligitur, peccatū eſſe mortale, & contra Deum: Et tamē conſentit homo atque peccat. Sicut etiā non intelligitur abſolutè, quod homo habens uirtutis habitum, repente operetur. Nam uirtus eſt habitus electiu⁹, ergo eius operatio non poteſt eſſe omnino abſque deliberatione. Sed intelligitur, quod uirtutis habitum habenti, iam eſt, in eius electione finis determinatus. Ideo quando aliquid illi fini conueniens occurrit, ſtatim eligitur, niſi ex maiore & attentione & deliberatione, impediatur.

Ad ſecundum. Iſta concluſio intellectus practici, vel hæc deliberatio quod inuidere, verbi gratia, ſit mortale peccatum, non ſufficit ad retrahendum hominem ſuperbum ab inuidia. Superbi nanque propriè eſt inuidere: quia dum finem in ſua ſtatuit excellentia, neceſſe eſt, vt ex aliorum excellentia torqueatur, quaſi aliena felicitas, propriæ deroget. Vis autem uidere, quod hæc deliberatio non ſufficit? Ecce. Nemo ab aliquo in quod maxime inclinatur, retrahitur, niſi quatenus id proponitur ei ut malum. At ſuperbus, qui iam ſpreto Deo, in propria excellentia finem ſtatuit & præfixit, vt malum, dolere de aliena excellentia, non exiſtimat: immo vt bonum, quia ſuo conuenit fini. Non itaque ab inuidia retrahitur, ex hoc ipſo quod illam peccatum eſſe mortale nouerit. Sed oportet vlterius in conſiderando procedere, quouſque ad aliquod, quod ſanè non poſſit ab ipſo, non exiſtimari malum, perueniatur. Ad hoc uidelicet, quod inuidia plus inuido, quàm inuidioſo nocet. Et Sap.2. quod Inuidia mors introiuit in orbem terrarum. Et quod inuidi, uelut à tinea, & in hoc & in alio ſeculo, conſumuntur. Antequam autem tanta fiat deliberatio, quanta in homine requiritur ſic male affecto, ad uitandam inuidiam: cō ſenſus præcedet: & ita inuidebit, mox taliterque peccabit. In homine in gratia exiſtente, ſufficit illa conſideratio: iam omnia peccata vitare poteſt. Sed in homine, qui eſt in peccato mortali, & in illo perſeuerat, vtique non ſufficit.

Ad Tertium. Cum peccator illis duabus Dei gratijs adiutus, quibus vt dictum eſt, nemo deſtituitur, à peccato reſurgere poſſit, parando ſe ſe ad gratiam gratificam, quæ peccatum illud delebit, & conſequenter ſequentia prohibebit, nullum colorem habet hæc querela. Igitur peccata ſequentia, imputari non debent. Maximè nanque imputari dicuntur, quoniam cum, non patrari poſſint, patrantur. Poſſunt enim hac ratione. Quia poteſt peccator (modo velit facere quod in ſe eſt,) ab illo peccato, quod radix eſt aliorum, diuina gratia liberari. Vnde Auguſtinus. Non tibi imputatur ad culpam, quod uulnerata membra non colligis, ſed quia volentem ſanare contemnis. Et hoc eſt, quod Pelagium decepit, ni fallor ego. Quia enim peccator nunquam caret omni Dei gratia, neſciuit ipſe inter dona naturalia & gratuita diſtinguere. Sed quod gratiæ adſcribendum fuit, naturæ dedit. Gratiæ eſt, quod homo à peccato poſſit liberari & ſe ſe ad gratiam parare. Ipſe uero, illud liberi arbitrij naturæ tribuit. Veruntamen ſi conſideraſſet gratiam eſſe, quod homo ſe ſe parare poſſit ad peccatorum abolitionem & hanc gratiam, miſericordia diuina nunquam derelinquere nos, omnibus etiam facinoribus obrutos, iuxta illud. Ego ſto ad oſtium, & pulſo. Sto in- Apo.3. quam non uado, uenio, & non arro-

gaſſet ſibi, quod Dei erat, & minimè quidem erraſſet. Debuit ſanè ſcire, quod non omnis gratia, gratifica eſt: illum ammittit peccator continuo, cum peccat, ſed alias minimè. Quare ſeparandum eſt, & diſtinguendum, id quod naturæ, & id, quod gratiæ eſt. Iſtud etiam eſt, quod noſtrates decipit, contrario modo. Quia enim non intelligunt, has gratias omnibus peccatoribus continenter adeſſe: conſiderantq; in homine peccatore, tantum naturam infirmam, claudam, deſtitutam: Dicũt, quod ad gratiam gratificam ſe ſe parare non poteſt. Et quod neceſſario peccat. Et concedendum eſt, quod ſi omnino diuino auxilio deſtituti eſſemus, neceſſario ſimpliciter peccaremus. Tãtum abeſt, vt nos ipſos ad gratiam parare poſſemus. Scriptum eſt enim. Con-
Eccl.7. ſidera & vide, quia nemo poteſt corrigere, quem ille deſpexerit. Sed hæc opinio inclementior eſt. Videlicet, q̃d regulariter peccator, diuina ope deſtituatur. Si enim dominus ſeruo in cõpedibus aſtricto, multa præcipiat, Veni huc, Fac hoc, curre, recurre, & dira ni pareat, minitetur, neque ipſe ſe ſe à uinculis ullo modo ſoluere poſſit, nec illũ abſoluat dominus: iamque non obediẽtem ſupplicijs afficiat, nonne ſeruus iure domino cedenti obmurmurabit, eũque crudelem merito dicet, quod ab illo percutiatur vel occidatur, quia ea non fecerit, quæ ut faceret nullo modo in ſua ipſius erant poteſtate? Scio. Scio quid hi reſpondere poſſint. Nos peccantes, propria uoluntate nobis ipſis hæc omnia impoſſibilia fecimus: non eſt ergo vt de Deo conqueri ualeamus. Si enim ſeruus ſponte ſe ſe compedibꝰ illigaſſet, hærum nequaquam cauſari valeret, ſi etiam impoſſibilia illi præciperet, quàm facile ab eo expleri potuiſſent, niſi ipſe vltro hanc impotentiam ſibi peperiſſet. Atqui rigida nimis eſt hæc reſponſio, & quæ diuinam nõ decet pietatem. Sententiæ nanq; Nouati finitima eſt, qui durior quàm Chriſtianum decet, poſt baptiſmũ nullam peccatorum veniam eſſe poſſe exiſtimauit. Si enim conſideres, quod poſt lapſum indiget homo magis Dei ope, quàm in natura condita. Si huic addas, quod nõ defuit, neq; deeſt Deus in neceſſarijs. Si iuxta Paulum adiungas, quod Chri- *Heb.9.*
ſtus Ieſus apparet vultui Dei, ſemp ad interpellandum. Qui & in cruce pro nobis oblatus eſt, & quotidie offert.
Cognouit enim figmentum noſtrum, *Pſ.192.*
& recordatus eſt quia puluis ſumus. Si demum conſideres, quod mos eius eſt efficere, vt qui peccant, cautiores ſurgant, colliges & iuſtitiam, & ſapientiã, & miſericordiam Dei decere, vt nunq̃ peccatores ſua deſtituat ope, quo minus illi, peccata præterita deteſtari, & ab eis reſipiſcere non poſſint. Iuſtitiam quidem, quia plus indigent. Sapientiã, quia optimus optimè malis vtitur. Miſericordiam, quia pro inimicis mortuꝰ eſt. Et hoc indubie tenendum eſt. Ad ſcopum tamen argumenti nõ uidetur adhuc reſponſum eſſe. Scopus hic eſt. Nõ imputatur quod neceſſario agitur. Ecce reſponſio. Quod ſimpliciter neceſſario agitur, non imputatur, ſed q̃d ex ſuppoſitione alicuius uoluntarij neceſſario agitur, imputatur me neceſſario peccare. Verum eſt ex ſuppoſitione huius, quod uoluntarium eſt: quia non reſurgo. Voluntarius enim non reſurgo, non neceſſario: non reſurgendo autem, neceſſario pecco. Diſtinctio hæc neceſſarij patet. Me etenim nauigare, contingens eſt. Verum ſi Siciliam ire uolo, neceſſarium: Ita uolũtarie ſum inuidus, at neceſſario ſi uolo, ſum etiam ſuperbus.

Ad Quartum. Amor proprius non dominatur in homine peccatore, reſpectu cuiuslibet peccati, quod ſuggerit. Quis enim eſt magis φίλαυτος auaro? & tamen in auaro, φιλαυτία non dominatur quo ad hoc peccatum, quod eſt bona propria diſſipare. Ita neq; in prodigo, quoad hoc quod eſt retinere. Propterea non ſequitur, quod qui eſt in peccato, neceſſario peccet omni peccato, ſed aliquo. Videmus etiam, quod qui circa aliquid afficitur quaſi habitualiter, ſi actualiter conſideratione uehementi oppoſitum conſideret, põt affici illi, & illud aliud aliqualiter deteſtari. Frequenter enim nos iraſcimur, & cõtra aliquem excandeſcimus, quem tamen

men vehementer amamus. Ex diligẽti ergo, & elaborata conſideratione fieri poteſt, vt homo peccator ab aliquib⁹ abſtineat peccatis, quamuis affectum illum habeat, à quo peccata omnia prodire ſuapte natura ſolent. Sed difficile
Rom. 14 eſt uerbum illud Apoſtoli. Omnia mũda mundis, coinquinatis autem nihil eſt mundum. Verum reſpõſio eſt, Apoſtolum intelligere coinquinatos eos eſſe, qui mala intentione agunt quæcũq; agunt. Mala enim intentio eſt, mala ar
Mat. 7. bor illa de qua Chriſtus. Non poteſt arbor mala, fructus bonos facere. His ergo quibus mala mens eſt, nihil eſt mũdum: quamuis etenim opera quę agũt, interdum bona ſint ex genere, mala tamen ſunt & pernitiem afferunt. Contra: omnia opera, modo mala non ſint ex genere, bona ſunt, his qui pura ĩnte
Mat. 6. Luc. 11. tione op- rantur. Iuxta illud. Si oculus tuus ſimplex fuerit, totum corpus tuũ lucidum erit. Non fauet ergo, vel tantillum Apoſtolus, his qui dicunt, peccatorem in omni actu ſemper peccare. Et certe mirum eſt, quomodo hoc iſti ſubſtinere uelint. Aliud nempe eſt, dicere omnem actum peccatoris, in bonitate deficere, & eſſe imperfectum. Aliud eſt dicere, omnem eius actum eſſe malum. Primum eſt abſolutè uerum, ſecundum chriſtianam Theologiam. Nullus enim actus hominis in peccato mortali exiſtentis, eſt ſimpliciter bon⁹. At hoc ſecũdum, quod ſemper peccet, impiũ & impoſſibile. Fateor quod omnia opera, quæ agunt, ex affectu illo prauo quo infecti ſunt, peccata ſunt. Sicut enim omnia opera, quæ facit iuſtus ex Dei gratia, tanquam ex radice, meritoria ſunt: ita omnia quæ facit peccator ex peccato, peccata ſunt. Verum enimuero, quemadmodum habens gratiam poteſt aliquem actum agere, quem ad Dei amorem nõ refert. Venialiter eñ & mortaliter peccare poteſt. Ita peccator poteſt aliquid agere, non referens ad finem peccati: ergo in illo actu, non peccabit. Quis enim dicet, peccatorem peccare ſi ex ciuilitate, vel amicitia amicum ſalutet? Si ex naturali pietate parentes reueneatur & amet? Si ex cõpaſſione animam exhalanti pauperi ſubueniat? O ſcelus. Quod ſi dicas. Quilibet tenetur omnia propter Deum, & propter Dei amorem agere: Peccator autem nihil agit, nec etiam uirtutis opera, propter Dei amorem: quia ex quo in peccato eſt, non amat Deum. Qui. n. Deum amat, iam in gratia eſt, non in peccato. Dilectio nempe Dei effundit, Rom. 5.
in cordibus noſtris, per ſpiritum ſanctum. Quare in uirtutis operibus peccat uerè, quia deficit in illis operibus vna circunſtantia neceſſaria, videlicet circunſtantia finis. Carentia autẽ vni⁹ circunſtantię debitæ tantum, malum conſtituit actum: non modo imperfectum. Hoc eſt fortius argumentum, quod in hac materia adduci poſſit, modicæ tamen eſt efficaciæ. Quod nanq; decipit, hoc utique eſt, quia ignorare uelle uidentur, quod circunſtantia huius finis, tantum requiritur ad hoc, vt actus ſit meritorius, non ad hoc quod ſit bonus moraliter. Dicendum ergo eſt tandem, quia nunquam peccator, quouſque peccator eſt, diligit Deum. Amor enim ſui, Dei amori repugnat. Ideo nunquam quouis ſuo ope, vitam meretur æternam, etiam operibus uirtuoſis. Radix quippe meriti, amor Dei eſt, & mereri volentem, Deum amare oportet. Quia tamen non ſemper ad actualiter diligendum Deum obligat, ſicut nec ſemper ad mereri. Ideo poſſunt aliqui actus eius eſſe boni, cum tamen tenetur, tunc actus eius non ſolum non eſt meritorius, ſed eſt malus. Verum quia Diuus Auguſtinus pleriſque locis inculcare uidetur, quod nullus actus peccatoris eſt bonus, etiam ſi nudum cooperiat, vel fame pereuntẽ alat, quia ubi non eſt charitas Dei, ibi nulla eſt uera uirtus. Ideo notanda eſt diligenter hæc declaratio. Ratio boni principaliter cõuenit fini. Quod enim bonum eſt, omnia appetunt. Primum autem quod appetitur, finis eſt, quia omnia propter finem appetuntur. Primum igitur bonum, finis eſt. Vnde q finem tollit, bonum deſtruit. Quæ igitur ſunt ad finem, dicuntur bona, & ſunt propter finem, & in ordine ad illum. Vnde quæ non faciunt ad finem, dici bona non debent. Finis hominis ſimpli-

ſimpliciter, ſecundum chriſtianæ fidei
veritatem, eſt Deo adhærere, viſione, &
fruitione perfecta. Bonum ergo ho-
minis in hoc conſiſtit, ut ſummum bo-
num intelligat, intelligendo amet, amã
do poſſideat, poſſidendo fruatur. Iux-
Pſ.72. ta illud. Mihi adhęrere Deo bonum eſt.
Quia itaque peccator, nullo ſuo actu,
nullaque uirtute, vt fini illi coniunga-
tur mereri poteſt: propterea nulla ſua
virtus dicitur bona ſimpliciter, quia ſci-
licet ad finẽ ſimpliciter non perducũt.
Cum hoc tamen ſtat, quod bonæ & ue-
ræ ſint virtutes in genere, quia ad ali-
quem finem particularem bonum in
genere, licet non ſimpliciter bonum
perducunt. Quoniam autem boni no-
mine, cum ſine addito profertur, ſim-
pliciter bonum intelligi cõſueuit, ſicut
& cũ profertur finis, finis vltimus nõ
ſub fine intelligitur. Propterea Augu-
ſtinus ſolertiſſimus, qui omnes artes
callebat non minus, quàm ſacras lite-
ras, dixit. Peccatorum uirtutes non eſ-
ſe ueras neq; bonas, quia charitate Dei
1.Cor.13 formatæ non ſunt. Paulum imitatus,
qui dixit. *Si diſtribuero in cibos pau-
perum omnes facultates meas, & ſi
tradidero corpus meum, ita ut ardeã,
charitatem autem non habuero, nihil
mihi prodeſt.* Non enim ſenſus eſt, qđ
abſolutè non proſint: nam nullum bo-
num irremuneratum, ergo proſunt.
At dicuntur non prodeſſe, quoniam ad
finem illum conſequendum nequaquã
proſunt, ad æternam ſcilicet uitam pro-
merendam. Dices. *Si ſunt bonæ mora-
liter, proſunt de congruo.* Verum vt no
ſti, mereri de congruo non eſt mereri.
Vnde non tenet illatio. Peccator exiſtẽs
in peccato, meretur de congruo, ergo
meretur. Sicut neq; tenet iſta. Ethiops
eſt albus dentes, ergo eſt albus. Qui au
tem hoc intelligit, nequaquam miratur
ſi quandoque dicitur à ſanctiſſimis Pa-
tribus, quod liberum arbitriũ ſine Dei
gratia non eſt liberum ad bonum. Pius
eſt nanque illorum ſenſus, & minime
ille quem noui iſti pſeudo Apoſtoli Ger
maniæ eis imponunt. Bonum enim in-
telligitur, id quod perducit ad finem,
quod ſcilicet meritorium eſt. Et liben-
ter concedendum eſt, hominem ſine
hac Dei gratia mereri non poſſe. Poteſt
agros colere, domos ædificare, nudos
ueſtire, paſcere eſuriẽtes, ieiunare, ora-
re: at nullo tali opere, uitam propriè me
retur æternam. Oportet primum Deo
reconciliari: hoc autem non fit niſi per
gratiam: gratiam uero non habet, niſi
cum peccatum exuerit. Nec mihi di-
cas, igitur liberum non eſt, ſed ligatum,
ſi mereri non poteſt. Non enim ipſum
ligari oportet ad hoc, vt mereri nõ poſ-
ſit, quia eius naturam excedit, ſicut uo-
lare. Nam homo, etiam ſi non ligetur,
uolare non poteſt, quia non habet alas:
ſi autem haberet alas, vtique uolaret.
Dat itaque Deus homini quaſi alas, cũ
dat gratiam ſuam, qua ſurſum agitur,
promerendo bonum illud, ad quod ex
ſe nunquam attingere potuiſſet. Mereri
nanque, non eſt, tam agere, quàm mo-
dus agendi: Quod conſtat. Quia eadẽ
actione unus homo meretur, alter ue-
ro demeretur. Iſte ergo modus à Deo
venit, & non ex nobis, O Pelagi. Sed
non ſine nobis, O Manes. Et hinc tu ui
dere potes, inter Philoſophos, Ethni-
cos, & Chriſtianos differẽtiam. Illi pro-
fectò, hominis bonum in naturali feli-
citate conſtituunt: ſupernaturalem eñ
ignorant, propterea de uirtutibus non
diſtinguũt, quod ſine Dei charitate bo-
næ ſint, ſecundum quid tantum, cũ cha
ritate, ſimpliciter. Sed abſolutè uirtutes
morales appellant bonas ſimpliciter,
quia perducunt ad finem hominis ſim-
pliciter. Mitto autem uirtutum ſimili-
tudines & vmbras, qualis eſt auarorũ
prudẽtia in excogitandis locellis innu
meris: aut temperantia, qua ſumptibus
parcunt & luxurię: vel etiam fortitudo,
qua per mare pauperiem fugiunt, ꝑ ſa-
xa, per ignes, Iuſtitia quoque, qua alie-
nas res propriatum metu reſtituãt. Hæc
quippe falſa ſunt uirtutum ſimulachra.
At Theologi Chriſtiani, quod Philoſo-
phi bonum ſimplicitet uocant, bonum
in genere, & ſecundum quid appellãt,
quandoquidem altiorem finem conſi-
derant. Et ita diſtinguunt atq; definiũt
virtutes. Sine Dei amore, eſſe bonas tã-
tum ſecundum quid. Cum uero Dei a-
more formantur, ſimpliciter eſſe, & ab-
ſolutè bonas. Et ſi hoc notaueris, innu-

meros

meros cauillos euelles, de virtutibus Gētilium, an fuerint ueræ uirtutes, vel non. Secundum Philoſophos enim, ſimpliciter fuere virtutes. Secundū Theologos, tantum ſecundum quid.

Ad Quintū. Millies docuimus, Deū mouere omnia ſuauiter, ſecundum ſcilicet rerum conditionem. Homo itaque mouetur à Deo, ad uitanda peccata ſuis illis auxilijs, ſecundum quod hominis natura patitur. Multiplicare em̄ miracula ſine neceſſitate, abhorreo, Natura autem hominis in peccato exiſtētis, nempe languentis & infirmi non patitur, vt ad uitanda peccata omnia ſimul, ſufficienter uigilare poſſit. Triplici quippe incommodo, miſerabiliter laboramus, cum peccauimus, vt inquit Diuus Bernardus. Nam faciles ſumus ad ſeducendum: debiles ad operandū: & fragiles ad reſiſtendum. Si diſcernere volumus, inter bonum & malum, decipimur. Si temptamus facere bonum, deficimus. Si conamur reſiſtere malo, deijcimur. Ni mirum ergo, ſi quantumuis diuina illa auxilia habeamus, non omnibus peccatis reſiſtere poſſumus. Poteſt tamen peccator inuigilare, vt quodlibet peccatum euitet, his gratijs adiutus. Quare poteſt ſingulum euitare, non ſine tamen difficultate. Quandoquidem difficile eſt, vt intellectus peccatoris & voluntas, ad reſiſtendum demoni & carni, vltimum ſuū conatum apponant. Immo plerumque condeſcendunt, & propterea ſemper peccant. Appetitus nanque ſenſitiuus, in primis ad id procliuis eſt ſuapte natura: in cuius contrarium ratio tendit, & propter omnium potentiarū harum connexionem. Voluntas vero facile appetitui illi concordat, & ei condelectatur. Secundo. Ratio propter paſſiones, iram, gaudiū, metum, ſpem, obnubilatur admodum, ne rectè iudicet. Nā nubila mens eſt, ninctaque frenis, hæc vbi regnant. Errante aūt intellectu, uoluntas recta eſſe non poteſt. Tertio. Amor ſui inordinatus, afficit uoluntatem ad malum. Licet igitur ſingula peccata ſemper uitare poſſit, non tamē facile uitat: hoc eſt non promptè, non delectabiliter. Libertas enim nō infert hanc facilitatem, nec difficultas hæc libertatem tollit. Orandum eſt ergo ſemper, & ſine intermiſſione ad Deum, cū letali culpa nos grauatos eſſe agnoſcimus, vt rationem ne erret, illuminet, voluntatem ne rationi diſſentiat, refrenet, executiuas potentias confirmet, ut imperata opera perficiāt: hoſtium inuiſibiliū fraudes ſubmoueat, ne illaqent. Feritatem cohibeat, ne præualeant, mala cuncta remoueat, & bona cuncta tribuat. Ita enim fiet, vt ingenti illa ſua pietate Deus, non modo à futuris peccatis præſeruet, ſed & præterita aboleat. Facienti profecto, quod in ſe eſt, Deus deeſſe non poteſt, quo minus illum à ſpiritali morte exſuſcitet: cum ex ſe ad uitam perditam reuocari nemo poſſit. 1. Theſ 5.

Hoc eſt autem facere, quod in ſe eſt, diuinæ iuſtitiæ intuitu, adniti quantum poſſibile eſt, uigilare, pugnareq; ne denuo pecces. Et rurſus, diuina miſericordia ante oculos poſita, te totum illi per Chriſtum Ieſum committere, omnemque tuam ſpem, tuis conatibus, tanquam nullis habitis, in illum vnum reijcere: gratias illi in cunctis agere, orationique continenter inſiſtere. Et ſi enim liberum arbitrium ſine gratifica illa gratia multa poſſit, quæ communiter precibus impetrantur, raro tamen, vel nunquam ſecundum ſuæ virtutis vltimum, niſi ad malum operatur. Et ita, intelligi debent pia ſanctorum verba, quæ ſonare uidentur interdum, quod liberum arbitrium, non poteſt in bonum ſine hac Dei gratia. ideſt vix poteſt. Vel, (& fortaſſe melius,) non poteſt, quia non poteſt ſufficienter, ſua vti poteſtate. Propterea ab orationibus ceſſandum non eſt, vt bonum efficaciter velit, atque tandem perficiat. Scriptum eſt enim, Deus operatur in nobis uelle & perficere. Philip 2.

Ex his, (ni me mea fallit opinio) habes, quid ſecundum ueritatem tenendum ſit. Quia ergo rationes, & difficultates vtrinque adductę, contra determinationem militare aliquo modo poſſent, propterea omnes declarare oportet. Eo uero ordine quo propoſitæ ſunt, diſſoluentur.

Illa

Illa ergo in primis, quæ dicebatur. Homo peccator, poteſt non vti peccato, ſicut iuſtus non uti gratia. Concedo potentia abſoluta, ſed non proxima. Debes enim ſcire, quod poſſe non vti gratia, eſt infirmitas, & poſſe nõ uti peccato, eſt poteſtas atque ſanitas. Oſtẽdo. Gratia enim auget vires liberi arbitrij: peccatum diminuit. Poſſe itaque non vti peccato, eſt potentia, ſicut poſſe nõ peccare. Poſſe autem vti peccato, eſt infirmitas, ſicut & poſſe peccare. Cum vero ĩ peccato eſt aliquis, infirmus eſt, ergo non ita poteſt, non vti peccato, q̃d potentia magna eſt. Sicut poteſt non vti gratia, quando gratiam habet, quod eſt infirmitas. Fateor itaq; quod peccator poteſt non uti peccato, ſed requiritur, vt curam magnam appareat, vt abſolutè non utatur. Si enim nõ utetur quoad vnum, utetur quo ad aliud: & ita peccabit. Non enim tantam curã apponere poterit, quanta requiritur, vt omnino non peccet. Verum cum homo habet gratiam, non admodum conari oportet, vt peccemus. Facile enim peccamus, & ſine mnlta conſideratione. Immo qui multum cõſiderat, & diligẽter, cum eſt in gratia, nunq̃ peccat.

Ad illud, qnod ratio eſt fortior, cõcupiſcentia carnis. Reſponſio eſt, quod non ſuperatur homo propter carnis potentiam, ſed propter rationis negligentiam. Verba autem illa domini ad Cain.
Gen.4. Sub te erit appetitus tuus, & tu dominaberis illius. Declarantur hunc in modum. Peccator enim, ſingulos concupiſcentiæ motus reprimere poteſt, diuinis illis adiutus ſuffragijs. Non tamen omnes ſine gratia gratifica. Dicitur tamen, & omnes ex ſe ſuperare poſſe, quoniam faciendo quod in ſe eſt, ilalm impetrare poterit, qua incolumitati redditus, in vniuerſum bene agere poterit adeò vt lætaliter non peccet. Sic enim interpretatus eſt illud Auguſtinus, contra Pelagianos.

Quod addebatur. Lumen rationis naturale, extinctum non eſſe. Probat, quod aliquod opus bonum agere poſſimus, cum in peccato ſumus. Non probat tamẽ, quod omnia. Nec enim emortuus eſt igniculus vitæ in ęgro, & tamẽ non omnia opera, quæ efficit ſanus, efficere poteſt, licet aliqua utique. Diabolum non uincere, niſi uolentem veriſſimum eſt, ſed adeò inducit, allicit, mouet, trahit, uoluntatem illaqueat, vt uix non uelle peccare non poſſit. Adeo corrupta eſt, & per peccatum deprauata. Et propterea orandum eſt ſemper, vt Deus corruptionem illam remoueat. Aliter enim uix reſiſtere poteſt, quin uelit id quod diabolus vult. Facilius eſſe moueri ſecundum naturam, quàm contra naturam, tunc uerum eſt, quando natura non eſt debilitata. Quis.n. ignorat, ęgrotãtem facilius mori, quàm conualeſcere? quanquam mors ſit contra naturam: uita atque ſanitas ſecundũ naturam? Vt lapis facilius deſcendit, q̃ aſcendat, quia cum aſcendit, non corrũpitur neque diminuitur vis grauitatis ſuæ? E ſuperis ergo ad ima maxima facilitate deſcendunt grauia: & ex imis ſumma petunt leuia. Voluntas uero cum peccat, infirmatur, hębetatur. Lõge itaq; facilius auernum petet, quàm ſuperas reuocetur ad auras. Magnus.n.
hic labor eſt. Nec obeſt quod Christus Matt.11.
dixerit. Iugum meum ſuaue eſt, & onus meum leue. His enim qui peccato exuerunt, qui Deum amãt, ſuaue eſt & leue. Hi ſanè dilatato per charitatem corde, celeriore paſſu domini mandatorum viam percurrunt. Iuxta Dauidẽ.
Viam mandatorum tuorum cucurri, Pſal.18.
cum dilataſti cor meum. At qui in peccatis degunt, maximus eſt illis labor, ac duiſſimaq; prouintia. Iuxta illud. Arcta
eſt uia, & pauci ingrediuntur per eam. Matt.7.
Et ſic patet ad primæ partis fundamentum: quid dicendum ſit.

Ad ea uero, quæ pro altera parte adducebantur, nunc eſt ſatisfaciendum. Verbum Pauli in primis. *Non quod volo, illud ago, ſed quod nolo, iſtud facio.* Quod deinde declarat, cum dicit. *Volo bonum, nec tamen illud ago: Odio malum, tamen illud facio.* Ita debet exponi. Vt ſit ſenſus. Hominem uoluntate rationali uelle omne bonum agere, & nullo modo peccare, quamuis ſit in peccato: Tamen id aſſequi non poſſe: quandoquidem oĩa peccata uitare peccator haudquaquam poteſt, ſicut dictum eſt, licet ſingula

ſingula. Et ita neque vniuerſaliter, motus omnes inordinatos ſenſualitatis impedire, vel reprimere poteſt, licet quoſlibet. Huius autem tota ratio eſt. Quia ſicut intellectus, peruigil admodum nõ eſt: Ita nec uoluntas, efficax eſt in uolẽdo. Vult enim peccator, omnia uitare peccata, & omnia bona facere, exiliter ſatis & remiſsè. Non omnem quidẽ conatum quem poteſt, apponit, partim vult, partim non uult. Iuxta illud. Vult,
Prou.25. & non uult piger. Secundum aliquid enim, uult quod ratio dictat eſſe uolendum, frigidè. Et ſecundum aliud vult, quod ſenſualitas uult. Et propterea in peccatum non nolens, abſolutè trahit. Hoc enim libertati repugnat, ſcilicet, Volens quoquomodo, & quoquomodo nolens. Quomodo mercator, maritima tempeſtate agitatus, quò uitã tueatur, merces proijcit in mare. Hinc eſt, quod licet ſingulum poſſit periculum vitare, raro tamen deuitat ullum. Verũ tamen, ſi efficaciter uellet, (quod utiq; eſſet, ſi diligenter, conſideraret atq; uigilaret,) pleraquę deuitaret. Sed iſtud haberi uix poteſt, niſi homo ab infirmi
Sap.9. tate liberetur. Corpus enim quod corrumpitur, aggrauat animam. Quod dicit Auguſtinus. Quia homo noluit peccata uitare cum potuit. &c. Verum eſt. Nam cum eſſet in gratia homo, omnia poterat deuitare peccata. Cum autẽ infirmatus eſt per peccatum, iam quamuis uelit, exiliter uult, nec poteſt efficaciter nelle, ſecundum vltimum ſuæ potentiæ. Ideo omnia deuitare minimè poteſt. Vincitur enim peccatis homo, non tamen inuitus peccat, ut dictum eſt. Nam quodlibet peccatum, quod cõmittit, uoluntariè committit modo dicto. Vi ſanè carnis fit, vt quod ſecundũ rationem efficaciter eſt uolendum, exiliter uolitum ſit.

Diffinitio autem illa liberi arbitrij, intelligi debet. Non quod ſemper liberum arbitrium gratia deſiſtẽte, malum velit, ſed ſæpe. Sicut nec poteſt intelligi, quod gratia aſſiſtente, ſemper bonũ velit, ſed ſæpe. Quandoque enim malum uult, cum in uacuum diuinam re
1.Cor.15 cipit gratiam. Quo contra dicitur. Gra
2.Cor.6. tia Dei in me vacua non fuit. Et iterũ. Hortamur uos, ne in uacuum gratiam Dei recipiatis. Cur autem orandum Matt. 6. eſt, Ne nos inferas in tentationẽ? Contra Pelagianos dictum eſt. Vt ſcilicet liberum arbitrium ad operandum, excitetur ſecundum ultimum potentię ſuę. Quod raro uel nunquam facit, ſine gratifica gratia, licet poſſit. Sunt tamen, q dicunt. Has orationes ab Eccleſia fieri, non ut ſimpliciter quod petitur, detur, ſed ut eo modo detur, qui nobis ad uitã proficiat æternam. Hoc enim modo ex nobis, nihil agere poſſumus, quia hoc eſt mereri. Radix uero meriti, gratia eſt iſta gratifica. Non deſunt, & qui dicunt, multa operari Deum ſupernaturaliter, quæ tamen naturæ limites nõ excedunt. Nam & Apoſtolis, multarum naturalium veritatum ſcientiam infudit, quas ipſi naturaliter addiſcere, multos quoque ægros reddidit incolumitati, qui natura conualeſcere potuiſſent. Propterea ni mirum, ſi pleraque petuntur à Deo, quæ tamen ex nobis fieri poſſunt. Vnde, & melius, & expeditius fiunt diuina ope, quàm noſtra uirtute. Verum enimuero, duæ illę primæ reſponſiones, magis placent.

Dictum Gregorij. Peccatum, quod p pęnitentiam nõ diuiditur, mox ſuo põdere ad aliud trahit. Non debet intelligi, quod uerè & propriè trahat, ſed vehementer inclinet. Nam & dicitur à Poetis. Trahit ſua quemque uoluptas. Quia enim inferior appetitus, rationi ſubditus non exiſtit, plurimi inordinati motus cõtingunt in eo, contra rationem. Ita, quia ratio non eſt Deo ſubdita, plurimi contra Deum motus inſurgunt, quos reprimere omnes propè impoſſibile eſt: niſi citiſſimè per gratiam, ratio reſtituatur ad debitum ordinem ſub Deo, & ſenſualitas ſub ratione, vel magna præmeditatione ſe ſe à peccatis futuris cohibeat homo, quam tamẽ habere ſicut oportet, vix aliquis poteſt. Propterea rectè dicitur ab Auguſtino, quod deſertus luce illa gratiæ homo, neceſſe eſt, ut cadat: Aliquando ſcilicet. Non tamen neceſſe eſt, vt cuilibet tentationi ſuccumbat. Pſaltes autẽ, qui orat. Dum defecerit uirtus mea, ne de- Pſ.70. relinquas me. Intelligẽdus eſt hunc in modum.

modum. Deficit nanque hominis uirtus, cum in peccato eſt, quoniam cum omnibus ſuis viribus, à peccati ſeruitute, neque eripi, neque reſurgere poteſt. Sed neceſſaria eſt gratia illa gratifica, Iuxta illud. Gratiam non abijcio, aliter enim Chriſtus gratis mortuus eſſet. Ratio illa. Cum ſancto ſanctus eris, & cum peruerſo peruerteris. Oſtēdit, quod plus & facilius poteſt homo, ex prauo deijci affectu in ſcelera, quàm ex mala ſocietate. Quod concedo. Verum omnimodam neceſſitatem, quoad ſingulum peccatum, non probat. Nam neque malis ſocietatibus, omnes homines corrumpuntur. Vixit enim inter Caldæos iuſtiſſimus, pater Abraam, Inter Vſitidas Iobus. Inter Sodomæos Loth. Verbum illud Chryſoſtomi, abſolutè concedendum eſt, de eo qui prorſus diuina deſtituitur ope. At neminē ſic deſtitui credendum eſt, niſi ſcriptura ſacra id dicat, vel ſpiritus ſancti teſtimonio reueletur. Cum ſcriptum ſit. Si impius egerit pęnitentiam à peccato ſuo, uita uiuet & non morietur.

Gal. 2.
Pſ. 17.
Ezech 18

Vltimum quod dicebatur. Poſſe non peccare primo homini donatum eſſe. Verum eſt ad hunc ſenſum. Vt poſſet nullo modo peccare. Hoc ergo donū ammiſimus. Homo nanque qui in peccato eſt, non habet vt ſimpliciter poſſit non peccare, vt dictum eſt. Sed hoc tantum, vt ſingula peccata cauere poſſit, non tamē omnia. Qui ſanatus eſt Chriſti gratia, poteſt id quod Adam potuit, & maiore merito, at relapſus proprio vitio, nequaquam. Vnde & quò magis peccamus, atque frequentius, eò min⁹ etiam peccata cauere poſſumus. Fit enim peccandi conſuetudo, quæ & in naturam uerſa, vires omnes ferè non peccādi tollere uidetur. Nam & qui iurare conſueuit, quādo minimè putat, incurrit. Hæc uero peccandi conſuetudo, maximè in illis fuit, qui Chriſti aduentum præceſſere. Quorum perſonam Paulus induit, toto hoc ſermone, vt oſtendat humanam naturam, inſanabilia q̄dam vulnera fuiſſe perpeſſam, nec potuiſſe niſi mediatoris gratia conualeſcere. Vnde inquit. (Modo enim verba clara erunt, poſtquam Deo dante ſcopū attigimus.) *Quod enim operor, non cognoſco.* Senſus eſt. Non cognoſco eſſe malum. Operor enim malum, iuxta illud. Quod nolo malum, illud ago. Tamen quod malum ſit, non cognoſco. Cognoſco potius quod bonum ſit. Nam nullus intendens ad malum, operatur. Vnde illud eſt. Errant, qui operantur malum. Cui & Philoſophi adſtipulantur. Omnis malus ignorans. Si itaq; quod malum eſt, cognoſcerem, illud nō operarer. Cum ergo reuera malum ſit, non bonum: ego autem id vt bonum cognoſcam, id non cognoſco. Fallor enim in illius cognitione. Nam aliud ipſum eſt, & aliud mihi eſſe uidetur.

Prou. 14.

Verum, ſiſte. Si per legem cognoſcitur omne peccatum, quomodo dicit Apoſtolus, hominem ſub lege quod operatur, non cognoſcere eſſe malum? Non plenam ignorātiam intelligit Paulus, ſed imperfectam notionem exprimit, & inſinuat. Sciunt peccatores in vniuerſali, malum eſſe fornicari, concupiſcere, blaſphemare: at paſſione, vel fomite neſcio quomodo rapti & alienati, interdum hallucinātur. Vim quādam, cum circa hæc ſe ſe occupāt, ſubſtinēt, vt vel inuiti, & cæci facti, ſuccumbant. Neque enim fornicationem, vt fornicationem appræhendunt, neque blaſphemiam, vt blaſphemiam, ſed vtrumque vt bonum delectabile, quaſi decepti & præſtigiati. Verum qui eſt in gratia, luce illa illuſtratus, nec faſcinatur, nec circunuenitur, quia huius mundi lucem vidit. Qui autem ambulat in nocte, offendit. Ioan. 11.

Poteſt tamē & alius ſenſus eſſe. *Quod enim operor, non cognoſco.* Eſſe operandum. Hinc ergo maximè conuincitur, quod carnalis ego ſum. Nam caro non cognoſcit quid operari debeat. At ſpiritus vtiq;, quia dirigit, iuxta dicta ſuperius. Cognoſco magis quod non eſt operandum, id quod operor. Malum enim operandum non eſt, iuxta legem. Et id ego ſcio atq; approbo: & tamen illud operor, trahor, impellor, uim patior ab hoſte, q intrinſecus mihi bella mouet. Quocunq; enim pergo, hoſtem meum mecum porto. *Non enim quod uolo* mente, uitare ſcilicet peccata omnia, & omnia

nia agere bona, *Hoc ago.* opere. *Sed*
quod nolo, vel odio ſecundum interio-
rem hominem , uidelicet peccare ali-
quo peccato: hoc enim eſt quod nollē.
Illud facio, ſecundum exteriorem. Ra-
pior enim neſcio quo pacto, in aliquod
peccatum : cum tamen ego ipſe nullo-
modo peccarē uellem. Verum ſi dixe-
ris. Non eſt peccatum niſi uoluntariū.
Matt.26. An ignoras dixiſſe Chriſtum. Spiritus
promptus, caro autem infirma? Se-
cundum ſpiritum nanque, is mori non
modo uolebat, ſed ardentiſſimè cupie-
Eſa.53. bat. At caro reluctabatur. Vis uidere
Matt.26. uoluntatem ſpiritus? Audi. Oblatus eſt
quia ipſe voluit. Vis videre volunta-
tatem carnis? Pater ſi fieri poteſt, tran-
ſeat à me calix iſte. Et hanc tamen car-
nis uoluntatem, ſuam dixit uoluntatē.
A carne etiam ſeipſum denominans,
non modo à ſpiritu. Non ſicut ego vo-
lo, ſed ſicut tu. Quid mirum ergo, ſi
peccator unum vult ſecundum mentē,
contrarium ſecundum carnem: & v-
trumq; dicitur velle ipſe & nolle? Vult
peccator bonum, & uult malum: bonū
ſpiritu, malum carne. Ita odit malum,
& bonum, vice uerſa. Hinc illud. Cor
Prou.15. ſtultorum diſſimile erit. Non ergo ab-
ſolutè uult bonum, nec abſolutè odit
malum: ſed partim vult, partim odit v-
trumq;. Si abſolutè uellet efficaciter bo
num, operaretur bonum : quia uolūtas
regina eſt, nec poſſunt omnes uires ani
mæ, uoluntati non parere. At remiſsè
vult: & magis vult malum q̄ bonum.
Ideo quamuis bonum velit, non id fa-
cit. Si etiam abſolutè malum odiret, nō
faceret: ſed partim odit, partim nō odit.
Sed ſi ita eſt (dices.) Cur dixit Paulus.
Non quod volo bonum, hoc ago, ſed quod no-
lo malum illud facio? Si omnino uult qđ
operatur, & magis atq; ardentius? Re-
ſponſio eſt. Quod & ſi in homine ſint
hæc duo uelle. Vnde & homo eſt quo-
dā modo geminum animal, ex his dua-
bus naturis coaleſcens, ſpiritu & car-
ne. Attamen ab eo quod potiſſimū eſt,
nomen ſortitur, & retinet. Quia ergo
ſpūs potiſſima pars hominis eſt, id dr̄
uelle ſimpliciter, quod ſm hanc naturā
vult: id odire, quod ſecundum hanc
partem odit. Quia ergo rōnis & ſpūs eſt
velle bonum, nolle malum. Contra, car
nis velle malum, nolle bonū : Homo dr̄
ſimpliciter uelle bonum, & nolle malū.
Operatur itaq; quod non uult: nō ope-
ratur quod uult. Si dicas. Rō deprauata
peccatoris, vult malum cum peccator
operatur malum. Verum eſt ut depra-
uata: at non ut ratio. Semper enim natu
ra, ſuapte deprecatur ad optima. Vt ra
tio autem propria eſt homini, nō ut de-
prauata. Obbruteſcere enim uidetr̄ ho-
mo, cum ratio deprauatur: non iam am
plius uirum ſapere. Et ideo dicitur ho-
mo operari quod non vult. Verum (di-
cet Iunior) ſi peccator uult oē bonum,
& odit omne malum, iā videtur quod
non ſit peccator: hoc eſt maxima uirt⁹,
uelle omnia bona. Verum eſt: ſi eſ-
ſet voluntas efficax, ſed eſt uoluntas
remiſſa, ut dictum eſt. Hæc autem non
facit bonum hominem, neque iuſtum.
Sequitur.

Si autem quod nolo iſtud facio, conſentio
legi quoniam bona eſt. Aduerte intētio-
nem primum, modū quo illam exequi-
tur, & myſteriū pulchrū quod exprimit
Paulus. Intentio eſt, probato quod lex
hominem in ſua carnalitate, & ſeruum
relinquit, probare quod ipſa nihilomi-
nus ſpiritalis eſt. Probatio uero eſt, ex
eius cōtrarietate quod facimus, & eius
quod uolumus. Conſiſtitq; in hoc. Ope
re facio id quod nolo mente, ſed lex p̄-
hibet id quod ego nolo, ergo lex prohi-
bet id cui etiam uoluntas rōnalis con-
tradicit, quę bona eſt. Quod maius teſti
moniū in legis fauorē, q̄ teſtimoniū na
turę & rōnis? Bona eſt itaq; lex, ergo ſpi
ritalis. Spūs.n. in bonū tēdit, caro in ma
lū; ex dictis ſupra. Egregiè aūt dicit. *Con*
ſentio legi. Cū.n. de ſeipſo, vt de duobus
loquut⁹ fuerit. Volo, Nolo, Volo & nō
facio, Nolo & facio. Significat nūc ho-
minē denominādū eſſe, ab ea parte qua
bonum uult magis, quàm ab ea, qua
non facit. Et ita ab ea, qua non uult ma
lum, magis quàm ab ea qua malum fa-
cit. Videtur enim eſſe à ſeipſo alienus,
qui facit malum, & propterea ab ho-
mine diſtinguendus. Hinc ſtatim ſub-
dit, hominem malum non operari,
ſed id quod, in homine eſt. At id
quod vult bonum, eſt uerè homo.

Homo igitur interior, eſt uerè homo. Ille quippe eſt, qui legi conſentit, non homo exterior. Hinc ſapiens ille Plato. Homo inquit, eſt anima corpore utēs. Quaſi corpus nihil ad hominem ſpectet, niſi vt ſerra vel malleus ad artificē. Non dicit ergo Paulus, Mens conſentit, ſed ego conſentio. Sed cum loquitur de carne, non illud ſibi adſcribet quod carni, ſed diſtinguit ſe à carne. Ecce.

Nunc autem iam non ego operor illud, ſed quod habitat in me peccatum. ex quo ſcilicet mente conſentio diuinæ legi, malum prohibenti: illudque nolo ego quod ipſa prohibet. Sequitur, ut non mens, ſed caro uitiata, morbuſque ille originarius, me quo ad id quod mihi peculiare eſt, & potiſſimum aſſiduè reclamante, in ſcelera protrahat, & rapiat vel inuitum. Mea quippe mens, ſum ego ipſe. Mens mea vult bonum operari, legi conſentiens. Ergo ipſe ego, malum non operor. Quia quod ego ipſe operor, mens operari dicitur. Cautè ueio intelligatur. Nam non eſt peccatum, niſi mens conſentiat & velit. Debet ergo exponi. Mens vult malum, ſed non vt mens: at ut carni coniuncta: & iam brutalis facta. Vel mens operatur malum, ſed non principaliter. Ipſa nanque inclinatur & ſeducitur, atque allicitur à peccato, id eſt à fomite qui in carne eſt: non è contra mens ad malum inclinat. Et quia dixerat, *Quod habitat in me peccatum.* Addit parentheſim. (*Scio enim quod non habitat in me, hoc eſt in carne mea bonum*) Vides, quomodo non uult ſe ſe à carne denominare, ſed diſtinguit carnem à ſeipſo: Cum enim dixit. *Scio quod non habitat in me*, quaſi ſermonem corrigens, inquit. (*Hoc eſt in carne mea*) *bonum.* Reijcit enim peccata omnia in carnem, quæ tamen tollit à ſeipſo. Quaſi dicat. Ergo in me habitat bonum. Aliter enim legi conſentire quod bona ſit, haudquaquàm poſſem: ſed in carne mea bonum non habitat. Rectè non habitat, hoſpitatur quandoque, ſed minimè habitat. Cum enim caro in ſpiritus ſeruitutem redigitur, ab ijs qui carnem ſuam, cum uitijs & concupiſcentijs crucifixerunt, idem eſt uelle carnis, & ſpiritus. Coeunt nanque in unum, tanquam vir & fęmella, creſcunrque, & filios ſpiritales in terra Eccleſiæ. Tunc ergo eſt bonum in carne, in appetitu ſenſitiuo. At hoſpes eſt & aduena illud ſanctum in carne deſiderium. Actus quidem eſt, non habitus. Proprius autem & perpetuus illius habitator, peccatum eſt, fomes qui in carne continuè perſeuerat in nobis, tanquam memoriale perhennæ primæ prę uaricationis protoplaſti: quod nullo vnquam tempore, niſi in regeneratione noſtra extrema aboleri poſſit: tanquam habitus autem, ſemper inclinat ad malum. Hoc ergo inquit Apoſtolus. *Scio*, ideſt experior, hoc pacto. *Nam velle adiacet mihi, perficere autem bonum non inuenio.* Si in carne mea bonum, ſicut in mente, habitaſſet, eo modo quo volo bonum, perficere etiam illud poſſem. Non enim remiſſe vellem, ſed efficaciter. Quoniam caro menti nō reluctaretur. Verum experior me uelle quidem, exequi tamen non poſſe bonum. Signum igitur eſt, quod caro ſpiritui contrariatur. Spiritus autem appetit bonū perpetuò, ergo in carne malum habitat, non bonum. Hinc dicit, quod notandum eſt. *Velle adiacet.* Cur enim non dixit adhæret? Sed adiacet? niſi vt notaret, quod eſt infirmum & debile, nequaquam propter carnis cōtrarietatem valens exurgere, quæ in diuerſum tendit. Intelligendum eſt autem iuxta dicta, peccatorem velle omne bonum, & hoc velle adiacet. Re ipſa enim perficere non poteſt, vellet omnia uitare peccata, minimè tamen poteſt. Verum enimuerò, cum homo gratiam habet gratificam, perficitur illud uelle, non iacet, ſurgit, atque in opus exit: ita ut omnia peccata deuitet. Deus autem operatur velle & perficere. Si uero urgeas. Apoſtolum de quolibet ſeorſum, non de omnibus ſimul intelligere. Concedatur. Senſus tunc eſt. Peccatorem nullum bonum perfectum efficere ſimpliciter: quod uerum eſſe iam ſupra docuimus. Poteſt uelle mereri, ſed mereri non poteſt. Poteſt uelle ſaluari, Philip 2.

ſed

ſed non poteſt quantumuis adnitatur, ſaluatum iri, niſi peccatum exuat. Quod nec effici poteſt, niſi Chriſti Ieſu gratia. Vnde ſubdit id ab effectu, declarando. *Non enim quod uolo facio,* (bonum) *Sed quod nolo,* (malum) *Hoc ago.* Quod ſupra declaratum eſt. Paulus tamen illic bonum & malum non expreſſerat: ſed tantum dixerat. Non enim quod uolo hoc ago: ſed quod nolo malum, iſtud facio. Hinc ergo tu cōple. Sequitur.

Si autem quod nolo illud facio, iam non ego operor illud, ſed quod habitat in me peccatum.

Dixerat ſupra. Non ego operor illud, ſed quod habitat in me peccatum, quod non ſatis probarat. Nunc ergo probat ex eodem antecedente, quo legem eſſe bonam & ſpiritalem, proximè probatum eſt. Videlicet ex hoc, quod facimus quod nolumus. At illic medium erat, quia nolumus quod facimus, hic quia facimus quod nolumus, vt uideas aliqualem eſſe differentiam. Dicebatur enim. Nolo malum mente, & lex prohibet malum, ergo ego teſtificor mente ipſa, quod bona ſit. Dicitur nunc. Facio malum, quod tamen mente nolo, ergo id ex mente non uenit, ſed ex carne, habitat igitur peccatum in carne: & illud eſt quod ad peccandum me cogit. Non quod omnino cogat me peccare, ſed quod efficiat uerè vt peccem. Verum omnino non ſum ego ſine culpa. Licet enim ex me ipſo illi reſiſtere non poſſem, præſto tamen eſt Dei gratia, quam ego ſi efficaciter eam vellem, impetrarem. Sequitur.

Inuenio ſanè legem uolenti mihi facere bonum, quoniam tamen malum adiacet.

Et hic completur ratio nuper incohata, qua uidelicet concluditur, quod peccatum in carne eſt illud, quod operatur malum. Ne aliquis diceret, legem ipſam Moſe, eam eſſe quæ malum operatur. Simulque oſtenditur, legē inutiliter datam non fuiſſe, licet peccata per accidens augeret. Vnde & poteſt hæc particula cum illa ſupra cōiungi. Scimus quoniam, quod lex ſpiritualis eſt. Vt hæc ſit probatio illius. Oſtenditur nanque, ſpiritalem legem eſſe, ex hoc quod dicit. Lex enim inquit data eſt mihi volenti facere bonū. Inuenio igitur, ideſt experior, illam mihi volenti bene agere, præſidio eſſe Sicut enim ego conſentio mente legi qd bona ſit. Ita ipſa, me uolentem bonum operari, adhortatur, extimulat, docet. Quanquam ut benè agam, non efficiat. Imbecilla ſiquidem eſt, nec malum tollit quod mihi adiacet. Fomitem ſcilicet illū, quo urgeor ad peccata. Verum & maiore difficultate bene agerem, niſi data fuiſſet lex, quoniam malum hoc grande latuiſſet, quod mihi adiacet citra legis beneficium. Oportuit itaque hoc patefacere, vt ſciremus id eſſe fugiendum: oportuit & oſtendere bona quæ ſunt agenda. Hæc autem omnia lex facit, præcipiēs id quod uolo bonum: prohibens id quod nolo malum. Fuit ergo neceſſaria lex. Tantum abeſt, vt fuerit inutilis & nociua. Fuit nanque data tanquam frenum, vt malum quod mihi adiacet, & pronitatem ad peccandum, prohiberet. Licet occaſione accepta, præter legis intentionem, ſecus acciderit. Si ergo ego non operor malum, nec lex, quid aliud eſſe poteſt cauſa, niſi peccatum quod in carne eſt? Fomes ſcilicet, qui non eſt peccatum, ſed cauſa peccati? Nam id quod peccatum propriè eſt & forma, in anima eſt non in carne. Hic ergo fomes eſt inimicus ille intrinſecus & familiaris, de quo dicitur. Inimici hominis domeſtici eius. Quis ergo non uideat, hinc legem ſpiritalem eſſe? Quoniam carnis fomiti, qui ſemper ad malum inclinat, aduerſatur. Litera ergo ſic conſtrui debet. *Inuenio legem mihi uolenti.* ideſt in fauorem mei volentis facere bonum. Supplendum eſt datam eſſe. Sed cur? *Quoniam mihi malum adiacet.* Matt. 10.

Condelector enim legi Dei ſecundum interiorem hominem.

Quis de cætero dicere audebit, Paulum legis eſſe inimicum, cum audiamus omnes, eum delectari in lege ſecundum interiorem hominem? Hoc autem uerbo probat, quod dictum eſt, legem ſcilicet iuuare hominem uolentem facere bonum: & conſequenter

bonam eſſe. Neque enim mens quæ ſemper vult facere bonum ex ſupra dictis, legi, ſi ipſa ad malum inclinaret, condelectaretur. Delectatio enim eſt in his, quæ ſymbolum habēt. Eſt enim coniunctio conuenientis cum conueniente. Non eſt ſymbolum inter bonum & malum, ergo nec condelectatio. Condelectatur autem mens legi, igitur hoc eſt, quia quod præcipit lex, idē vult mens, dicens præ delectatione le-
Pſal. 118. gis. Quàm dulcia faucibus meis eloqa tua? Per mentem vero, vel interiorem hominem intellige, & rationem rectā, & uoluntatem illi conformem. Etiam ſine gratia gratifica. Nemo enim tam perditæ uitæ eſt, qui modo cogitet, & mente voluat aliquando ſacrum decalogum, quamuis concupiſcentiæ ui, aut praua conſuetudine contrafaciat, non iudicet ſanctiſſima eſſe præcepta illa. Non enim requiritur lumen ſupernaturale gratiæ ad hoc cognoſcendum, di-
Deut 5. cente Moſe. Iuxta te eſt uerbū hoc ual-
2. Cor. 3. de in corde tuo. Quod ſi Paulus alibi dixit. Non ſumus ſufficientes cogitare aliquid ex nobis tanquam ex nobis: Intelligitur de myſterijs fidei Chriſtia-
Eccleſiaſtici. 3. næ: de quibus illud eſt. Plurima ſupra ſenſum hominis oſtenſa ſunt tibi. Vnde & hoc innuens, ſubdit Paulus. Ex
2. Cor 3. Deo eſt, q idoneos nos fecit miniſtros noui teſtamenti, non litera, ſed ſpiritu. Cum enim ſint ſupra naturalem rationem, non niſi ſupernaturali lumine intelliguntur. At naturali lumine tantum fulus homo, poteſt intelligere pręcepta ſanctiſſimę illius decadis, optima eſſe. Quod dicitur. Omne uerum à quocunque dicatur, à ſpiritu ſancto eſt. Approbo. Verum non à ſpiritu ſancto nos per gratiam inhabitante, ſed mouente nos, vt primo motore. Vnde Auguſtinus. Non approbo inquit, quod in oratione dixi. Deus, qui non niſi mundos, ueritatem ſcire uoluiſti: Multi enim non mundi, poſſunt multa uera non ignorare. Mundi quippe non ſumus, niſi per gratiam. Iuxta illud.
Pſ. 50. Cor mundum crea in me Deus. Sine gratia autem, poſſunt multa uera ſciri. Vnde & ſupra tribuebat Apoſtolus Gentibus quæ idola colebant, quod eas conſcientia propria damnaret, atque argueret. Quod utiq; eſſe non poſſet, ſi non bonam homo interior iudicaret legem, quam exterior uiolabat. Idem enim præcipit lex Moſi, quod lex naturæ primum iubebat. Homo ergo ad naturæ legem aſpiciens, iubentem, dictantemq; bonum, delectatur. Videns poſtmodū in ſcriptis, illud idē iuberi, condelectatur.

Sed video aliam legem in membris meis, contra pugnantem legi mentis meæ. Ecce ergo omnium peccatorum origo. Hæc reluctatio legis naturæ, inditæ menti, & legis concupiſcentiæ inditæ carni. Caro enim concupiſcit aduerſus ſpiri- Gal. 5.
tum, & ſpiritus aduerſus carnem. Quod & Ethnicos Philoſophos non latuit. Rectè inquiunt, ad optima depræcatur ratio. Videtur autem aliquid præter rationem innatū, quod rationi aduerſatur. Ad quid autem adiecit hoc Paulus? Quia egregiè admodum Moſi legem laudauerat, ne hinc ſuperbirent Iudæi: uoluit eos compeſcere. Ne glorieris inimica mea, bona certè eſt lex, & mens illi conſentit, atque condelectatur: nihil minus parum profecit. Tirannidem enim carnis vim atque impetum, cohercere nō potuit. Quamuis nanque legem illam habeam, *Video tamen aliam legem in membris meis.* Lex.n. Dei ligat me ad bonū honeſtū, quod & mens appetit. Verū lex mēbrorū ad bonū utilē vel delectabile, quod mens ferè ſemper deeertat. Hanc legē ex Adæ peccato accepimus, ſed nō ſuſtulit eam de medio lex Moſi. Solet nouæ legis editio, ueterem abrogare, non ita accidit de Moſi lege. Non enim abrogauit legem iſtam vetuſtiſſimā. Onus itaque ſupra onus accepimus, cum lex data eſt. Quis hæc grauia pondera ferret? Quod igitur hactenus peccatum nominauit, videlicet fomitem peccati, nunc legem nominat, quia inſtar legis ligat atque inclinat, ſed ad malum. ſibiq; ſenſualem ſubijcit appetitū: qui tàm impenſè obtemperat atq; deſeruit illi, quàm legi Moſaicæ, vel naturæ ratio, vel mens. Sed cum lex ſit iuſſio ſancta, præcipiens honeſta, prohibēſq; contraria, quomodo fomes iſte dī lex?

Eſt

Eſt enim ſupra omnem legem, & omnis legis inimicus. Eſt metaphorica hęc legis appellatio. Nam & bona ad mala transferimus, vt cum dicimus bonus latro, cum tamẽ nullus latro bonus ſit. Lex itaque dicitur fomes, quamuis ſit
Philip.3 ſupra omne ius. Sicut enim Apoſtolus vocat uentrem Deum gulonum ob id quod tanquam Deo illi pareant. Ita quoniam qui ſub lege Moſi ſunt, & non ſub gratia, carni obediunt tanquam ſanctiſſimæ legi, dicitur lex. Hinc autem habes hominem exteriorem, cum dicit. *In membris meis.* Sicut enim ratio recta, & uoluntas rationalis, homo interior dicitur. Ita appetitus ſenſitiuus, cũ membris carnalibus, homo exterior nuncupatur, qui ut plurimum peccato ſeruit. Rectè autem dicit *In membris.* Nõ in membro. In omnibus quippe membris, inclinatio iſta eſt, in oculis, in auribus, in naribus. Eſt enim prĩcipaliter in appetitu ſenſitiuo, qui omnia membra complectitur. *Et captiuantem me in lege peccati, quæ eſt in membris meis.* Eadem eſt lex membrorum, & lex peccati apud Paulum. Sed vt ad bonum vtile, vel delectabile inclinat, membrorum lex dicitur, vel carnis. Vt bonnm autem vtile & delectabile ſequentes, per eam refugimus honeſtum, in quo conſiſtit uirtus, dicitur lex peccati. Inclinatio igitur carnis tam vehemens, in utilia & uoluptuoſa, redigit me in ſeruitutem legis peccati. Facit enim me vel inuitum deuiare ab honeſto, atque peccare, dum ſuccumbere cogor malis appetitionibus, quas mihi ſuggerit. Lex autem verè peccati eſt, quia à peccato ædita primi parentis, ad peccatum ſemper inſtigat. O duram legem. O importabile pondus. O, ſarcinam grauiſſimam. Qua per ſæpe fit, vt inuitè delectet, quod non licet. Lex meritò dicitur, quia iure ſupplicij impoſita eſt vitiatæ naturæ. Lex quippe iuſtis,
1.Tim.1. non eſt poſita, ſed iniuſtis.

Sed cum hæc lex à Deo ſit, & mala ſit, malum ergo à Deo? Quis ignorat malum pœnæ à Deo eſſe? Non
Amos.3. eſt malum in ciuitate, quod non faciat dominus, inquit Amos. Verum, mala culpæ, à nobis ſunt. Ideo autem malum pœnæ à Deo eſt, quia pęna mala non eſt: bona potius eſt, quia iuſta. Licet mala uideatur ei, qui punitur.

At Apoſtolus altius quid intendens, non dicit hanc legem à Deo eſſe: Vnde non vult eam Dei legem appellare, immo eam à Dei lege diſtinguit. *Condelector,* (inquit) *Legi Dei ſecundum interiorem hominem. Video autem aliam legem in membris meis. &c.* Scis tu quare? Quoniam nec pœna propriè dicitur à Deo eſſe. Nolens enim & inuitus punit Deus. Heu inquit, conſolabor de hoſtibus meis. Id ergo dicitur à Deo *Eſa.1.*
eſſe, quod ab eius uoluntate exit directè. Verum quod à Deo eſt irritato, ab eo non eſt. Vnde quia dixit. Dabo eis *Oſee 13.*
regem in furore meo: dixit etiam de malis regibus. Ipſi regnauerunt, & non ex me: principes fuerunt, & non cognoui. Hæc lex data eſt in pœnam à *Oſee 8.*
Deo, iudicante peccata & uindicante, non itaque Dei lex dicitur. Sed lex peccati: quaſi primum peccatum illud, tanquam titannus noſter nobis hanc legem intenderit, vt ſemper ad malum proni ſimus. Nõ autem Deus. Vnde & dicitur. Perditio tua ex te Iſrael eſt. Res tamen ita ſe habet, quod Deus eam le- *Oſee 13.*
gẽ nobis, in primæ illius præuaricationis pęnam intulit, quanquam nunc ſit chriſtianis medicina, non pęna.

Meminit igitur hactenus Paulus, quinque legum, ſi diligenter quæ didiciſtis, memoria tenetis. Legis naturæ. Legis ſcriptæ. Legis fidei. Legis membrorum, & Legis peccati. Verum iſtæ duæ vltimæ, ſunt vna lex tantum. Habetis itaque quatuor leges ex Paulo. Hæc autem ultima ſola eſt, quæ captiuos nos reddit. Agit nanque vt captiui inſtar, faciamus quod nolumus, quandiu pugna durat inter carnem & ſpiritum. Quis non hanc captiuitatem deploraret, qua vitiorum tirannidi patemus, vel nolentes? Ecce Apoſtolum exclamantẽ, & ingemiſcentem. *Miſer ego homo.* O me miſerum, mi ſeram ſcilicet mentem: miſerum hoĩem interiorẽ, q̃ uitiatę naturę morbo, cogit ſalutem refugere, & morti ſe ſe tradere.

Natura enim languida eſt. Lex ſcripta infirma: peccatum potens. Ideo facio quod nolo: merito hæc patior, quia peccaui in Deum meum. Legitime quidem factum eſt, vt quia homo Deo noluit obedire, nec caro ei obediret.

Verum ſtatum hunc ægro animo fero. Habeo enim mentem hæbetatam. Siquidem uidemus per ſpeculum in ænigmate: paſſiones & anxietates innumeras, duros corporis mei ſuſtineo dolores, curarum ſollicitudinem ingemiſcimus grauati. Corpus enim quod corrumpitur, aggrauat animam. Suſpiro itaque, ingemiſco. *Quis me liberabit de corpore mortis huius?* Corpus mortis, ni fallor, vim atque efficaciam peccati intelligit, quo in animæ mortem trahimur vniuerſi. Iuxta illud. In expoliatione corporis carnis. Petit itaque liberari humanum genus, à mortiferis & lætalibus uitijs, à quibus nec lex, nec natura liberare poteſt. Transfert nanque in ſeipſum homines omnes, iuxta illud. Hæc in me transtuli fratres. Eſt enim mos iſte, illi peculiaris, unde & inquit alibi. Nos qui uiuimus, ſimul rapiemur, obuiam Chriſto in aera. Cum tamen ipſe de ſeipſo diceret. Ego enim iam delibor, & tempus meæ reſolutionis inſtat. Fortaſſe autem diſſolui cupit ab hoc corpore caduco, mortalique, & immortale corpus ſuperueſtiri: quod ſenſuales hoſce motus, nequaquam amplius miniſtrabit. Nec dicendum eſt, Paulum pro reliquis tantum hominibus, id deſiderare, non item pro ſeipſo. Crediderim enim ego, & illum magnis aſfectibus, non ſemel optaſſe, carnem potius non habere, quàm domare. Nam & caſtiſſimæ animæ, in turpes nonnunquam labuntur aſſenſus. Quia ſane in iſta humana miſeria, peior hoſtis eſt cauenda ſuperbia, propterea non penitus extinguitur in ſanctorum carne, iſta concupiſcentia, vt dum pugnat, aduerſus eam periculorum ſuorum animus admoneatur, ne ſecurus infletur, donec humana fragilitas ad tantam ſanitatis ſpiritalis perfectionem perueniat, ubi nulla putredo laſciuiæ, nullus ſuperbiæ tumor formidetur. Cum Apoſtolo ergo ingemiſcamus & nos, hunc exire carcerem deſiderantes: hoc exuere mortale corpus, quod recte græci σῶμα, quaſi σῆμα, hoc eſt ſepulchrũ appellant. Clamamus cum Propheta. Educ de carcere animam meam: Vt à morte corporis & animæ liberati, omni ſanato carnis concupiſcentiæ lãguore, non ad pœnam iterum, ſed ad gloriam hanc tunicam induamus. Reformabit enim ſaluator corpus humilitatis nr̃æ, cõfiguratum corpori claritatis ſuæ.

Sap. 9. — Coloſſ. 2. — 2. Cor. 4. — 1. Theſ. 4. — 2. Tim. 4 — Pſ. 141. — Philip. 3.

Gratias ago Deo, per Ieſum Chriſtum dominum noſtrum. Non reſponſio, ſed apoſtropha eſt. Poſtquam enim nec natura, nec lex ſalutem attulit contra hanc fragilitatem, conuertit ſe, & dicit. *Gratias ago.* Non naturæ, non legi, ſed Deo, quod ſcilicet non naturæ opera, non legis præcepto, non liberi arbitrij uirtute, ſed Chriſti Ieſu merito, mihi tantam opem contulerit, ut nulla poſſim peccati uiolentia ſuperari. Et ſi enim Chriſti gratia iuſtificatus, concupiſcam carnali concupiſcentia, tamen ego corde nõ conſentio. *Sane ergo* per Chriſtum Ieſum *Ego ipſe* geminus homo, *mente ſeruio legi Dei, at carne legi peccati.* Extra gratiam Chriſti, mente & carne, ſeruio legi peccati. Concupiſco enim, concupiſcentijſque conſentio, at fultus gratia redemptoris, peccato uiriliter aduerſari poſſum. Vt ſi caro concupiſcat, mens tamen reluctetur. Et iccirco concupiſcẽtia ad culpam, non imputetur. Si enim omnes carnis motus, imputaret iuſtis altiſſimus, quis caſtus uiuere poſſet? En ergo, huius capitis ſumma.

Ante legem Moſi, nulla cum carne pugna erat, vel modica. Totum enim licere arbitrabantur illius ſeculi homines. Accepta lege, pugnare cœperunt, ſed vincebantur. Sub Chriſti gratia pugnamus, & Deo noſtros conatus iuuante, per Chriſtum Ieſum uincimus, quia nõ timore, ſed dilectione Deo militamus. Tolle itaque Chriſti gratiam, tollis uictoriam, quare & coronam. Non enim coronabitur, niſi qui legitimè certauerit. Quid autem eſt legitimę certare, niſi vincere? Victoriam autem quis dat niſi ille, de quo ſcriptum eſt. Super uincimus per eum qui dilexit

2. Tim. 2. — Rom. 8.

xit

1. Cor. 15 xit nos? Et iterum. Deo autem gratias, qui dedit nobis victoriam, per Ieſum Chriſtum dominum noſtrum. Sed ſi tantam ante gratiæ aduentum tirannidē, exercebat peccatum, cur tā magna virtutis opera, hominibus ſub lege & non ſub gratia exiſtentibus, præſcribebantur? Cur etiam, qui peccabant, puniebātur, cum dominante peccato, non peccare non poſſent? Memini me alias dixiſſe, Tam multa, magnaque fuiſſe præcepta, vt fatigati ad gratiam confugerent, qui primum de ſuo libero arbitrio confidebant. Nunc aliam faciliorem reſponſionem audite. Minora dicendum eſt, fuiſſe illis præcepta, quàm nobis. Non enim ad ſummum virtutis cogebat eos Deus, ſicut nos. Nam illis repudium permittebat, pluralitas quoque uxorum uindicta iuſta, ira, lex talionis. Nos grauiores vndique pugnæ manent. Nam lex noua addit ad legem
Matt. 5. ueterem, dicēte Chriſto. Audiſtis quia dictum eſt antiquis. Diliges proximum tuum, & odio habebis inimicum tuū. Ego autem dico uobis. Diligite inimi-
Ibidem. cos ueſtros. Et niſi abundauerit iuſtitia ueſtra pluſquam ſcribarum, & Phariſæorum, nō intrabitis in regnum cęlorum. Quæ itaque poterant fieri, etiam dominante lege peccati, iubebantur, nō maiora. Iure ergo puniebantur: moderatam, leuemque legem irritam faciētes, & tranſgredientes. Inditio autem eſt leuitatis legis. Quod multi qui ante legē fuerunt, quibus minora præſidia ad bonum opitulabantur, ea omnia præſtiterunt, quę ſcripta lege præcepta ſunt. Iudæorum ergo deſidia fuit, ſi id ipſi felicius non ſunt aſſequuti. Non inde tamen, me dicere exiſtimes, nouam legē, uetere grauiorem eſſe. Scio enim dixiſ-
1. Ioan. 5. ſe Ioannem illum. Mandata eius grauia non ſunt. Chriſtum quoque. Iugū meū
Matt. 11. ſuaue eſt, & onus meum leue. Quo
Act. 14. contra dicitur à Petro Apoſtolorū principe, de Iudæorum lege. Hoc onus, neque nos, neque patres noſtri portare potuerunt. Verum enimuero vnicè dico, & conſtanter, nobis præſcribi multa, quæ ſi ſecundum ſeipſum accipiantur, longè grauiora ſunt omnibus, quæ
2. Cor. 11 lege vetere continebantur. Quid em difficilius, quàm intellectum in captiuitatem redigere, ad credendum incompræhenſibilia arcana illa, quæ euāgelica lege tenenda, proponuntur? uidelicet (vt alia mittam.) Deum eſſe trinum & vnum. Verbum Dei carnem factū. Cruci fuiſſe affixum? Quid difficilius q̄ Matt. 5.
ſi oculus ſcandalizat te, eruere eum, & ptoijcere abs te? Non iurare, non ira- Ibidem.
ſci, non reſpicere ad concupiſcendum, orare pro inimicis, odientibus benefacere? O præcepta difficillima. Abſolutè tamen grauia nō ſunt. Tum quia, omnia hæc rationi rectæ maximè conſentanea ſunt: quò fit, vt eorum obſeruatores, miras delectationes ſpirituales, in his operibus obeundis, ſentiant, Audi Dauidem. In via teſtimoniorum tuorū delectatus ſum, ſicut in omnibus diui- Pſal. 118.
tijs. Delectatio autem perficit opus, atque facilè reddit, & coauget. Tum quia ineſtimabilis præmij magnitudo, quod nobis promittitur, & repromittitur, omnia ſæua & immania, non modo facilia, ſed nulla reddit. Cōſideratio quippe præmij, uim minuit flagelli. Tū quia ingentibus gratiarum copijs, anima ſic confortatur, inflammaturque, & accenditur amore diuino, ut celerrimo paſſu, arduiſſima diuinæ legis huius itinera, dilatato corde percurrat. Vt aliàs diximus, iuxta illud. Viam mandatorum tuorum cucurri, cum dilataſti cor meū. Ibidem.
Sicut enim operari iuſtum iuſtè, difficile non eſt, ſed iniuſtum. Iniuſtus nanq;. Licet agat facile iuſta, non tamen ſine difficultate iuſtè: Quandoquidem nō habens iuſtitiam, iuſta promptè, & delectabiliter non operatur. Ita eum qui Dei gratiam habet, difficile minime eſt, omnia Chriſti Ieſu præcepta ſeruare. Verum difficillimum illi eſt, qui in Dei gratiam receptus non eſt. Tum quia pauca ſunt, quæ chriſtiana lege illis præcipiuntur collata, quæ olim præcepta fuerant. Erant enim illa ex una parte, tot penè, quot anni dies. Ex alia uero, quot ſunt humani corporis oſſa. Hinc itaque bis centum, & quadraginta octo. Illinc, ſexaginta quinque ſupra trecenta. Verum religionem noſtram, pauciſſimis pręceptis, diuina miſericordia voluit liberam eſſe. Quod ſi homi-

nes oneřa grauia & importabilia ſuper hominum humeros imponunt, digito autem ſuo nolunt ea mouere, ipſi uiderint. Manet enim eos ira Dei. Nemo tamen veſtrum contemnat, ſed dominis, & propoſitis veſtris obedite: Non ſolũ bonis & modeſtis, ſed etiam diſcolis. Ipſi quidem ſunt rationem reddituri, pro animabus ueſtris, quibus æternæ damnationis laqueos inijciunt. Quod dicebatur, legem noſtram hinc uideri poſſe grauiſſimã, quia lex fidei eſt: nõ ſciẽtiæ. Credit enim magis quàm doceat. Ardua autẽ & naturæ impoſſibilia credenda proponit, quæ incredibilia eſſe videntur: neminem ueſtrũ mouere debet. Si enim quod credimus incredibile eſt, non minus quidem incredibile eſt, ſed magis, homines ignobiles, infirmos, pauciſſimos, imperitos, rem tã incredibilem, tam efficaciter mundo, & in mundo etiam doctiſſimis perſuadere potuiſſe, vt mundus illud crederet, ſicut iam crediditſſe uidetur. Hoc autẽ qui non credit, mũdum ſcilicet illa quæ incredibilia dicuntur, crediditſſe, negat omnino ullis ſcriptoribus credendum eſſe. Ergo à fortiori tandem, quæ credit fides facilè credi poſſunt. Huc ſpectat, quod generale eſt homini uitam ducere, actioneſque uitæ fide non ſcientia dirigere. Fide etenim tenemur patres, matres, filios. Fide conuerſamur. Fide commercia, negotiationeſque exercentur. Fides reſpublicæ, regna, atque imperia adminiſtrantur. Tolle ab hominibus fidem, cuncta ruunt. Hoc itaque teſtamur, quod ſuaue eſt omnino animo humano duci fide, fideiq; regi præceptis. Lex ergo Chriſti, quæ fidei innititur, maxime leuis erit nobis omnibus & ſuauis. Propterea legis difficultatibus laborantes, peccatis etiam ſeculi oneratos ad ſe uocat dicens. Venite ad me omnes, qui laboratis & onerati eſtis, & ego reficiam vos. Et inuenietis requiem animabus ueſtris. Hinc optimè exorditur Paulus, initium octaui capitis, à chriſtianorum felicitate, quiete, & ſecuritate. Viſa legis imbecillitate & carnis miſeria. Vnde & deſiderio ſuo: Quis me liberabit de carcere mortis huius? hic reſpondebitur.

Matt. 23. Heb. 13. Matt. 11.

CAPVT

CAPVT OCTAVVM.

NIhil ergo nunc damnatio-
nis eſt his, qui in Chriſto
Ieſu, Vel. Nulla ergo núc
condemnatio οὐδὲν κα-
τάκριμα eſt his qui in
Chriſto Ieſu. O magnę
ſpei verbum. Nihil nos chriſtianos ma
net, propter quod condemnãdi ſimus.
Ab omni condemnationis timore libe-
ri ſunt, non qui in lege ſunt, ſed qui in
Chriſto. Qui ſcilicet Chriſti Ieſu mem-
bra ſunt. Vndiq; timeant qui ſub lege
ſunt. Lex enim eos accuſat, caro impel-
lit, animi uires deficiunt. Verum qui in
Chriſto Ieſu ſunt, nihil habent, vnde ti
mere debeant. Siquidem ſecuri ſunt de
ſalute. Pendet itaq; initium hoc, tã fau-
ſtum, & felix ex hoc quod vltimò dictũ
eſt in fine præcedentis. Eum qui parti-
ceps eſt effectus gratiæ Chriſti, licet car
ne ſeruiat legi peccati, mente tamé ſer-
uire, & toto corde legi Dei, non modo
legi condelectari, non modo legé lau-
dare, ſed & eam obſeruare contendit.
(per legem enim nudam id fieri nequa
quam poteſt.) Ex hoc itaque conuinci-
mus iſtud, ut nulla ſit condemnatio his
qui in Chriſto Ieſu ſunt. Qui ſcilicet di-
lecti à Chriſto, viciſſimi Chriſtũ amãt.
Hoc eſt enim in Chriſto eſſe, non tan-
tũ à Chriſto amari, ſed & Chriſtum a-
mare. Vt anſam tollamus illis, qui dicũt
ex hoc Pauli loco, chriſtianorum nemi
nem, periturum eſſe: quandoquidem
in Chriſto ſunt, qui Chriſto credunt.
Omnes uero credunt, qui baptizati
ſunt, ergo omnes ſaluabuntur. O ri-
dendam uanitatem. Hæc fides amo-
rem comitem habeat, neceſſe eſt. Cum
charitas ſola regni filios, à perditionis
1.Cor.6. filijs diſtinguat. Iniqui, ait Paulus,
regnum Dei non poſſidebunt. Si au-
tem Chriſtianorum multitudinem con
ſideres, & diſcutias, quàm pauci ſunt,
qui iniqui non ſint? Videbis quod
verus eſt domini ſermo, etiam de eis.
Multi uocati, pauci autem electi: Non Matt.22.
omnis qui dicit mihi domine, domi- Matt.7.
ne, intrabit in regnum cælorum.
Non ſat eſt ergo, corde credere Chri-
ſto, & ore Chriſtum confiteri. Hoc eſt
enim bis dicere Domine, Domine. O-
portet & amare Chriſtum, operatique
propter eum, & hoc eſt tertio dicere.
Domine. Vnde magno myſterio di-
xit Chriſtus, quod non ſufficit dicere.
Dñe. Dñe, quaſi dicat. Oportet dicere.
Dñe, Dñe. Dñe, aliter non ſaluabimur.
Immo grauius puniemur. Iuxta illud.
Melius erat eis, uiam ueritatis nõ agno 2.Pet.2.
uiſſe, q̃ poſt agnitam ueritatem retror-
ſum abire, ab eo quod traditũ eſt illis,
ſancto mandato. Tantum abeſt, ut ſit
nobis Chriſti fides, ad æternam uitam
profutura, niſi eũ dilexerimus. Quod 1.Cor.3
ſi dicas. Paulus inquit alibi. Si cuius o-
pus arſerit, detrimentum quidẽ patietᷣ,
ſaluus tamen erit ſic quaſi per ignem.
De his loquens, qui fundamentum ha-
beat fidei chriſtianę. Chr̃s item dicit.
Qui mãducat meam carnem, & bibit Ioan.6.
meum ſanguinem, in me manet, & ego
in eo, & habet uitam æternã. Id chr̃iani
omnes faciunt, ergo omnes uitam ęter
nam habebunt. Facilis eſt rñſio. Pau-
lus enim fundamentum fidei, fidẽ cha
ritate formatam intelligit, cui peccata
uenialia minime obſiſtũt, quæ ligno, fę
no, & ſtipula ſignificantur. Et ſi.n. for-
nacæ purgatoria cremari debeant, pur
gati tamen aliquando, conuolant ad ſu
peros. Chriſtus uero intelligit Eucha-
riſtiæ ſacramentum, ex uirtute ſacra-
menti ad uitam æternam perducere.
Cum enim in alijs ſacramentis detur
gratia, ipſum Euchariſtiæ ſacramẽtũ eſt
ipſa gratia. Verum. O quot ſunt, qui im
purè ad pura ſacramenta accedunt. 1.Cor.11
Iudicium

Iudicium ergo ſibi manducãt & bibũt. Habes itaque quid ſibi velit verbum illud. *Nihil condemnationis eſt his, qui ſunt in Chriſto*: Non enim dicit oĩbus Chriſtianis, ſed omnibus qui ſunt membra Chriſti: Conſidera autem adhuc, quod non dicit ſub Chriſto Ieſu. Sicut mos eius eſt dicere, ſub lege: ſub peccato, ſed in Chriſto Ieſu. Non enim dominatur nobis Chriſtus tanquam tirannus, ſed eſt in medio noſtrum, ſicut qui mi- *Luc.22.* niſtrat. Iam non dicam (inquit) uos ſeruos, ſed amicos. Nõ dicit etiam in qui- *Ioan.15.* bus eſt Chriſtus Ieſus. Sed qui ſunt in Chriſto Ieſu. Cur hoc? Audi myſteriũ. Amori hoc eſt proprium, vt amantem extra ſeponat in rem amatam, ex Dioniſiaca Theologia. Deus ergo nos diligens, quodammodo in nobis eſt. Nos contra eum diligentes, in eo ſumus. Ne ergo (O predeſtinatores) amorem quo ipſi Deum diligimus, prorſus nullipẽdatis: Apoſtolus inſinuauit opus eſſe, vt Deum amemus, non modo amemur à Deo. Neque enim aliter in Chriſto ſumus, niſi eũ diligamus. Chriſtus in no- *Eph.3.* bis eſt etiam per fidem, iuxta illud. Habitare Chriſtum per fidem in cordibus noſtris. At nos non ſumus in Chriſto, niſi per charitatem. Iuxta illud. Deus *1.Ioan.4.* charitas eſt, & qui manet in charitate, in Deo manet & Deus in eo. Omnia in Chriſtum referenda ſunt. Non enim quia Chriſtum diligis, ſed quia Chriſt⁹ diligit te, putare debes te eſſe ſaluandũ. *Ibidem.* Non enim nos Chriſtum in primis dileximus, ſed ipſe prior dilexit nos. Quis *Rom.11.* enim prior dedit illi, & retribuetur ei? Diligentibus itaque Deum, ac propterea in Chriſto manentibus, nulla imminet condemnatio: nec propter originale peccatum, nec propter actuale, nec propter legem, nec propter fomitem. Originale enim peccatũ aboleuit Chriſtus. Actuale delet quotidie, Legẽ deſtruxit. Fomitem non imputat Deus: Relinquitur enim ĩ carne, vt primi motus quandoque inſurgant, non ad peccatum, ſed ad exercitium. Quia id ipſe nobis meruit, vt non imputetur. Nihil autem eſt aliud, propter quod homines condemnentur, abſolute itaque nulla eſt condemnatio Chriſti aſſeclis, qui Chriſto incorporati ſunt, (vt ita dicam,) puro & perfecto amore. Remota quippe cauſa, remouetur effectus.

Ne autem crederes, quod ſufficiat initiatum eſſe fide, & dei amore, addit. *Qui in Chriſto ſunt, non ſecundum carnem ambulant, ſed ſecundum ſpiritum.* Indicans non modo ſtatim, ſed continuum progreſſum neceſſarium eſſe in fide, amore, & bonis operibus. Vt torpor atque ignauia à nobis omnibus excludatur, qui chriſtianam religionem profeſſi ſumus. Nam in uia Dei non progredi, regredi eſt: non proficere, deficere eſt. Hoc igitur indicat Paulus, cum dicit. *Ambulant*, non ſtant. Ambulandum eſt inquit, *non ſecundum carnem.* Non enim perficienda ſunt carnis deſideria, *Sed ſecundum ſpiritum*, iuxta illud aliud. Spũ ambulate, & deſideria carnis *Gal.5.* non perficietis. Contra tepidos nanq; inuehitur Apoſtolus. Non ſat eſt inqt, non ambulare ſecundum carnem, abſtinere à malis, nõ peccare, ſed oportet ſecundum ſpiritum ambulare, bene agere. Qui enim non bene agit, hoc ſaltem malum committit, quod bona omittit, & id tepidorũ proprium eſt. Exiſtimantes enim ſe in Dei gratia eſſe, diſcutere negligunt interius, quàm paucis ſint ornati uirtutibus. Et ita nõ progrediuntur, quaſi ſint de ſtatu ſecuri. Hoc autem nihil pernicioſius. Facilius enim reſipiſcit peccator, qui malum ſe eſſe cognoſcit, quàm proficiat bonus, ꝗ bonum ſe putat, & quaſi tutus tepeſcit, cum hoc ipſo tepore, valde deficiat. Nã ſibi ipſi videtur bonus, nec proficere curat. Vnde illud eſt. Vtinam frigidus aut calidus eſſes, ſed quia tepidus *Apo.3.* es, incipiam te euomere ex ore meo. Dicis enim diues ſum, & locupletatus, *Ibidem.* & nullius egeo, & neſcis quia tu miſer es, miſerabilis, pauper, cæcus, & nudus. Fortaſſe tamen Apoſtolus hic, *Per carnem*, cæremonias illas legis intelligit, vultque dicere. Chriſtianos illos à condemnatione exemptos & liberos eſſe, qui Chriſto Ieſu ſeruiunt non carnali illa ceremoniarum obſeruatione, ſed ſpirituali: iuxta dicta ſuperius. Vt eos coarguat, qui legalia miſcebant euangelio:

cum

cum iam ceſſaſſe ea præcedente capite, oſtenſum ſit: Verum, ſi ſemper nobis ambulandum eſt, & nō ſecundum carnem, ſed ſecundum ſpiritum, ad hoc vt nulla nobis immineat condemnatiō, qui Chriſtum profitemur, quid de illis dicemus, qui non ſic ambulant, ſed in præterita vitia magis relabuntur, quibus abſoluti fuerant, condemnandi ne ſunt? Vtique uidetur ex apoſtolicis uerbis, quibus & Iacobus adſtipulatur, dicens. Qui in uno offenderit, factus
Matt. 5. eſt omnium reus. Et Chrs Ieſus. Qui ſoluerit unum de mandatis iſtis minimis, minimus uocabitur in regno cęlorum.

Verum altius hic conſiderandū eſt. Quod quemadmodum primi illi aſſerentes, eos qui chriſtiani ſunt, ob id qđ chriſtiani ſunt, damnari non poſſe, licentiam quandam peccandi ſibi acquirunt. Ita hæc aduerſa ſententia, deſperationem alere atque fouere uidetur. Dicens. Chriſtianos illos, qui ſecundū ſpiritum non ambulant, æterni ſupplicij reos omnino eſſe. Quomodo enim fieri poteſt, ut non ſæpe labamur? At non ita eſt. Potes enim reduci, ſi te actorum pęniteat, & ad meliora conuerſus, in Dei gratiam denuò recipietis. Cui iterum nulla condemnatio immi-
Ezech. 18 nebit. Scriptum eſt enim dixiſſe dominum. Omnium iniquitatum eius quas operatus eſt, non recordabor. Et iterū.
Hier. 3. Tu fornicata es cum amatoribus multis, uerumtamen reuertere ad me, & ego ſuſcipiam te. Cōſtat enim Deo, peccata admodum diſplicere. Propterea ſemper præſto eſt delere ea, atque deſtruere, ne quod creauit, diſperatione ſoluatur, quod amauit non corrumpatur. Peccaſti ergo, pęnitere, millies peccaſti, millies pęnitere: & millies miſericordiam conſequeris. Medicum ſanè Chriſtus ſe uocabat, & non ſanis, ſed male habentibus, oportunum. Medicorum autem eſt, centies infirmum, cēties curare. Qualis itaque medicus eſſet Chriſtus, qui iteratum morbum curare neſciret? Propterea multos infirmos, cęcos, claudos, & debiles diuerſis temporibus ſanaſſe Chriſtum legimus, vt in illis pluribus, eidem ſæpe peccata dimittenda eſſe intelligeremus. Abſit Nouatus ille, qui Chriſti baptiſmo regeneratum hominem, impoſſibile eſſe dixit per pœnitentiam remiſſiouem conſequi peccatorum, ſi denuo labatur. O ſcelus. Habetis Ioannem dicentem. Filioli mei, hæc ſcribo uobis, ut non pec- 1. Ioan. 2.
cetis, ſed & ſiquis peccauerit, aduocatum habemus apud patrē Ieſum Chriſtum, dominum noſtrum iuſtum, & ipſe eſt propitiatio, pro peccatis noſtris. Clarum eſt enim, quod hæc uerba fidelibus iam renatis proponebat. Habetis & Paulum. Gaudeo, non quia contriſta 2. Cor. 7.
ti eſtis, ſed quia contriſtati eſtis ad pœnitentiam. Non eſt itaque uerum, quod accepta baptiſmali gratia qui relabitur, denuo reparari non poſſit. Eſt & illa auctoritas in Hieremiæ oratione. Conuer Tre 5.
te nos domine, & conuertemur. Innoua dies noſtros, ſicut à principio. Ex qua manifeſtè colligitur, baptizatis, q poſtmodum labuntur, adhuc ſicut à remedio, patere aditum ad ſalutem. Sūt qui dicant. Si quis poſt baptiſmum peccauerit, illum non uerè in diuinam gratiam receptum fuiſſe, aſtruentes, eos q gratiam ſpiritus ſancti ſemel perceperint, nunquam excidere poſſe. Sed hūc errorem manifeſtè refellit Ioānes, dicēs in Apocalypſi. Habeo aduerſum Apo. 2.
te pauca, quia charitatem primam reliquiſti. Paulus item. Nolite contriſtare Eph. 4.
ſpiritum ſctūm Dei, in quo ſignati eſtis. Caſtigo corpus meum, & in ſeruitutē 1. Cor. 9.
redigo. Qui ſe exiſtimat ſtare, videat ne 1. Cor. 10
cadat. Contemplantes, ne quis deſit gratiæ Dei. Neque radix amaritudinis ſur- Heb. 12.
ſum germinans, impediat. Ad ſummā Heb 11.
ergo, Baptizatis, ſalutis ſpes tolleretur: ex quo peccare poſſunt accepta gratia, niſi per pœnitentiam ad meliorem frugem reuocari poſſent. Deſperatio autē, eſt uia liberè & licentioſè peccādi: iuxta illud. Deſperantes tradiderunt ſemet Eph. 4.
ipſos impudicitiæ, in operationem omnis immunditiæ & auaritiæ. Quid autē chriſtiano deteſtabilius, quàm in uitiorum ſentinam homines protrahere? Periculoſiſſimū itaque eſt aſſerere, his qui poſt baptiſmum ceciderint, peccata dimittenda non eſſe. Poteſt addi poſtremo ratio hæc, ad inopinabile ducens. Num enim perfectior eſt Deo homunculus?

Matt. 5. culus? Abſit. Cum ſcriptum ſit. Eſtote perfecti, ſicut & pater ueſter cæleſtis perfectus eſt. Miſericordia igitur hominis, nequaquam diuinam excellit mi-
Luc. 6. ſericordiam. Sed contra potius. Num dicebat ſaluator. Eſtote miſericordes, ſicut pater ueſter cæleſtis miſericors eſt? Nobis autem præcipit, vt quoties in
Matt. 18. nos quiſpiam alius peccabit, non modo ſepties, ſed uſque ſeptuagies ſepties dimittamus. Quomodo igitur exiſtimari poteſt, vt non ſit Deus peccata noſtra dimiſſurus nobis, niſi ſemel, cum baptizamur? Incaſſum itaque chriſtiani, ora-
Matt. 6. rent: Dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris.
1. Cor. 5 Erraſſet Paulus, qui inceſtuoſum illum Corinthium, quem ſathanæ tradiderat, pœnitentem ſuſcepit, ratum habens, quod Deo iam reconciliatus eſſet, iuxta Chriſti verbum, quod dictum fue-
Ioan 20. rat Apoſtolis omnibus. Quorum remiſeritis peccata, remittūtur eis. Sed quid
Gal. 4. immoror? Nonne Galatas à fide auerſos, denuo ſuſcipiebat dicēs. Filioli mei, quos iterum parturio, donec formetur Chriſtus in uobis? Concludendum eſt itaque, ex diuinæ pietatis abundantia, & ex gratiæ & meriti Ieſu Chriſti efficacia, non eſſe negandum chriſtianis poſt baptiſmum peccantibus, pœnitentię remedium, quo minus ſecundum carnē ambulantes, redeuntes autem ad ambulandum ſecundum ſpiritum, ſint ſaluandi, tanquam ab omni condemnatione immunes. Quod ſi in Epiſtola ad Hebræos dictum illud, Nouato fauere videtur. Impoſſibile eſt eos, qui ſemel ſūt illuminati, & guſtauerunt donum cæleſte, & participes ſunt facti ſpiritus ſancti, guſtauerunt nihilominus bonum uerbum Dei, uirtureſque ſeculi ventu-
Heb. 6 ri, & prolapſi ſunt, renouari rurſum ad pœnitentiam. Hoc eſt, quia loquendi modus non ponderatur. Non enim dicitur. Impoſſibile eſt reuocati, vel cōuerti ad pœnitentiam, ſed impoſſibile eſt renouari ad pœnitentiam. Renouatio autem, ad baptiſmum propriè ſpectat, qui ab Apoſtolo lauacrum regenerationis, & renouationis ſpiritus ſancti appellatur. Intelligit ergo de pœnitentia poſt baptiſmum, de qua illud eſt.

Pœnitemini, & baptizetur vnuſquiſque in nomine domini noſtri Ieſu Chriſti. Quis autem ignorat, baptiſmalem illā Act. 3.
pœnitentiam, atque baptiſmum iterandum non eſſe? Mutilatur item, & detrūcatur uerbū illud. Subdit enim ſtatim. Rurſus crucifigentes ſibimetipſis filiū Dei, & oſtentatui habentes. Apertè itaque ſignificat ſe ſe tantum intelligere, quod non eſt rebaptizādus qui poſt baptiſmum peccat. Baptiſmo enim dūtaxat concrucifigimur Chriſto, & illi commorimur, iuxta illud ſupra. Quicū Rom. 6.
que baptizati ſumus, in mortem ipſius baptizati ſumus. Id quippe clariſſimum prorſus eſſe debet. Nam ſicut qui morbum aliquem incurrunt, curari quidē poſſunt, ita vt arte ſanentur, non ita tamen ut denuò naturali generatione naſcantur. Ita baptizati qui Chr̄o uiuunt, cum peccant, ſanari poſſunt pœnitētia, quæ eſt quaſi quædam animæ ſpiritalis alteratio: at renaſci per baptiſmum non poſſunt, qui eſt regeneratio ſpiritualis. Satis uero à peccato deterremur, cum hæc renouatio baptiſmalis impoſſibilis eſſe prædicatur, quanquàm remaneat pęnitentiæ remedium. Hac ratione. Sicut enim ægrotū ſanari totaliter ab extrinſeco, poſſibile eſt. Habet enim eger in ſeipſo principia uitæ, ex quibus ſanitas à medicina cauſatur. Si nanque natura prorſus defecerit, ars medica vana erit. Eſt enim adiutrix naturę. Ita animę perditæ ſanitas, per pœnitentiam reſtitui nequaquam poteſt, niſi & ipſa externæ medicinæ, diuinæ ſcilicet gratiæ intus cooperetur. Verum in baptiſmo, nulli noſtri conatus ſunt neceſſarij, ſed totum ab extrinſeco numinis fauore, nobis contingit. Ob id itaque baptizatis magna eſt difficultas ad diuinam gratiam redeundi. Quandoquidem & eos, non nihil agere oportet, ſi Deo conciliari voluerint. Id autem facilè nō eſt, amore proprio in diuerſum trahente, vt ſupra dictum eſt. Contra, qui veniūt baptizandi, ſat eſt Chriſto fidant. Is. n. citra omne eorum meritum, cūcta agit. Præter hæc etiam dici poſſet, quod impoſſibile fortaſſis, uſurpauit Apoſtolus pro difficile. Si de pœnitentia, non de baptiſmo intendebat. Quod & Petrus Act. 14.
fecit,

fecit, de lege dicens. Hoc onus, neque nos, neque patres noſtri portare potuimus. Senſus enim eſt, uix potuimus. Sequitur.

Lex enim ſpiritus uitæ in Chriſto Ieſu, liberauit me, à lege peccati & mortis. Hinc collige reſponſionem ad Pauli ſuſpiria. Quis me liberabit de corpore mortis huius? Inuertit tamē uerba. Apoſtolus. *Lex ſpiritus vitæ* (inquit) *In Chriſto Ieſu, liberauit me à lege peccati, & mortis.* Non dicit à corpore mortis, aſſerens ſe ſe per Chriſti Ieſu gratiam, à iure & tirannide peccati atque mortis, liberatum, vitæq; reſtitutum. Quãuis non à corpore mortis ſolutum prorſus, nec à corpore hoc caduco, nec etiam à concupiſcentia. Expectatur nanque, libertas hæc duplex in alio ſeculo per gloriam, non hic, habetur quidem per gratiam. Conſidera autem quod Chriſti Ieſu gratiam, ſpiritus legem appellauit. Nemo in primis miretur, ſi gratia gratifica, ſpiritus dicitur. Spiritibus enim impellimur. Hinc nanque venti, primum nomen habent ſpiritus, quod aera maximè impellant,
Pſ.148. & agitent. Quid eſt enim uentus, niſi concitus aer? Ignis, grãdo, nix, glacies, ſpiritus procellarum. Angeli quoq; ſpiritus dicuntur, quod magnæ ſint acti-
Pſ.103. uitatis & efficaciæ. Qui facis angelos tuos ſpiritus. Animæ noſtræ, nobiliorē portionem ſpiritum dixere Philoſophi, quod intus hanc molem agitet. Spiritus intus alit. Deum quoque, omnes ſapientes ſpiritum dicunt, quod nihil ſit eo efficacius. Gratia ergo Dei qua agimur, urgemur, trahimur, cur ſpiritus dici non debet? Chatitas Chriſti ur-
2.Cor.5 get nos, inquit Paulus. Qui ſpiritu a-
Ioan.6. guntur, hi filij Dei ſunt. Nemo uenit ad me, niſi pater meus qui miſerit me,
Rom.5. traxerit eum, inquit Chriſtus. Magna ratione dubio procul, ſpiritus dicitur.
Act.2. Vnde illud eſt. Repleti ſunt omnes ſpiritus ſancto. Spiritus ſanctus quem dedit Deus, omnibus ſibi obtemperantibus. Effundam de ſpiritu meo ſuper omnem carnem. Lex autem dicitur, & lex ipſius ſpiritus, eo modo quo & peccatum appellatum eſt ſupra lex, & lex peccati. Vrget ad peccata pecca-
Ioel.2. tum; ideo *Lex peccati* dicitur: Vrget ad ſpiritalem uitam gratia, propterea *Lex ſpiritus* dicitur. Verum quoniam, & legem Moſe ſupra ſpiritalem legem uocarat, licet non ſpiritum, ideo vt hæc ab illa diſtinguatur, addit *Spiritus uitæ*. ideſt uiuificantis, vel uitam largientis. Lex enim Chriſti, Moſe legem in hoc potiſſimum excedit. Non modo enim vrget ad ſpiritalem uitam, hoc nanque & illa facit, quanquam non tanta uehementia, tamen non auferat peccatorum occaſiones, ſed & illam præſtat. Quo contra de lege Moſe dici- Ezech.20
tur. Dedi eis præcepta in quibus non uiuent. Si appellaſſet legem gratiæ, vel gratiam, *Spiritum*, abſque hoc quod *Vitæ* addidiſſet, diſtinctio manifeſta erat inter vtramque legem, nouam & veterem. Non eſt enim ſpiritus lex Moſe, quia ſpiritales non facit. At quoniam non ſpiritum, ſed legem ſpiritus appellauit, in tropo perſeuerans, id autem vtrique conuenire poteſt, quò de noua lege ſermonem eſſe clare oſtenderetur: neceſſe fuit addere *vitæ*, Vetus enim propè interitum eſt. Tan- Heb.8.
tum abeſt, vt obſeruantibus uitam elargiri poſſit. Verum noua, haud dubiè Ioan.6.
uiuificat, dicente Chriſto. Verba quæ ego loquor, ſpiritus & uita ſunt. Hæc itaque lex Chriſti nouiſſima, ſcripta non atramento, ſed ſpiritu Dei ui- Rom.5.
ui, non in tabulis lapideis, ſed in tabulis cordis carnalibus, iuxta illud, Chari- 2.Cor.3.
tas Chriſti, diffuſa eſt in cordibus noſtris, per ſpiritum ſanctum, qui datus eſt nobis, per Chriſtum ipſum, legem illam uetuſtiſſimam & duriſſimam, carnis concupiſcentiæ, vel fomitis, quæ peccati atque mortis lex dicitur, abrogauit. Vbi enim ſpiritus domini, ibi libertas à peccato, & à Ioan.8.
morte. Nam uita mortem tollit, igitur & peccatum, quoniam peccatum generat mortem. Vbi ergo eſt, ô mors uictoria tua? Abſorpta eſt 1.Cor.15
in Chriſto Ieſu, ideſt per Chriſtum Ieſum. Sicut ergo legem nouam Chriſti: duplici adiecto nominauit, *Spiritus & vitæ*. Ita legem carnis vel membrorum per antitheſim, legem peccati & mortis appellat. *Peccati*, contra ſpiritum. & *Mortis*, contra vitam.

Intel-

Intelligitur autem, non ſolum mortis animæ, ſed & corporis. Sicut & Chrs vtranque uitam largitur, vnam quidem nunc in re, alteram in ſpe, vt infra oſtédetur. Si autem Chriſtus in uobis eſt, corpus quidem mortuum eſt, propter peccatum. Fortaſſe tamen, & legem Moſe, intelligit per legem peccati & mortis, à qua etiá lege, liberati ſumus, inuulgato Chriſti Ieſu euangelio. Non dicitur autem lex peccati, quia ad peccatum inducat: neq; mortis, quia mortem inferat. Sed quia mortis aculeus, peccatum eſt. Virtus uero peccati lex. modo ſupra declarato. Quomodolibet auté intelligatur, ratio inuicta eſt. Qui in Chro Ieſu ſunt, qui ſcilicet illi, tanquam membra capiti hærent, omnes per ipſius legem, à lege peccati & mortis, nullo dempto eximuntur. Ob id qđ lex eius, lex ſpiritus eſt, & uitæ. Nulla itaque eos condemnatio manet. Quę enim condemnatio manere poteſt eos, qui à lege omnis condemnationis exépti ſunt? Peccata quidem ſunt, quibus homines in mortem vnicè condemnãtur. Si ergo & à lege peccati, & mortis per Chriſtum liberati ſumus, nihil eſt penitus, quo condemnationi ſubijciamur. Attendendum autem quod non dicit. Lex ſpiritus uitæ, liberauit me in Chriſto Ieſu à peccato & à morte: ſed à lege peccati & mortis. Non enim gratia hominem impeccabilem reddit, ſed fomitis uim minuit, atque conſuetudinis peccandi. Aufert etiam malorum occaſiones, ac bené uiuendi magna pbet adiutoria. Ita ut quamuis in carne ſit concupiſcentia, non liget tamen inſtar legis, non dominetur ur tirannus, nec ſibi ulla uiolentia cordis uendicet conſenſum. Qui tamen ſi etiam acceſſerit, non neceſſario perdurat, ſed reuocari poteſt, ita ut à morte qui peccauit, ad uitam redire valeat. Quod lege illa Moſaica, fieri nequaquam poterat. *Nam quod impoſſibile erat legi, in quo infirmabatur propter carnem. Deus filio ſuo miſſo, in ſimilitudinem carnis peccati, & de peccato damnauit peccatum in carne.* Sententiam primú accipe, deinde uerborum ordo declarabitur. His uerbis rationem conſtruit Apoſtolus, qua fida

Rom. 8.

1. Cor. 15

mus per Chriſtum Ieſum, nos à peccati lege liberos eſſe. Ita ut nullam de cætero condemnationem timeamus. De inquit, peccatum ipſum condemnauit, quomodo itaque vos peccatum ipſum poterit condemnare? Peccati iura imminuta ſunt admodum, maximum illi damnum à diuina iuſtitia illatum eſt, nequaquam igitur amplius expaueſcédum eſt, ut per peccatum condemnari poſſitis. Cum uos condemnabat, iudex ueſter eſſe uidebatur, & rex. Poteſtatis enim eſt iudicare & condemnare. Si ergo in iudicio ipſum condemnauit Deus, tanquam peccati reum, non uideo quomodo, aut quo pacto uos amplius condemnare, aur adijcere morti poſſit. Quo autem iudicio, & qua iuſtitia condemnauerit peccatum Deus, audite. Philoſophabatur ad Hæbræos Paulus, quomodo Chriſtus demonem vicit iuſtitia, magé quàm potentia, & dicebat. Per mortem deſtruxit eum, qui habebat mortis imperium. O ſenſum altiſſimum. In Chriſto, nihil morte dignú inuenit Sathan, voluit dicere Apoſtol. Impulit tamé Iudæos illos peruicaces, vt illam occiderent, & occiderunt. Iuſtum itaque fuit, ut debitores quos mortuos in inferorum regno renebat, viuos dimitteret & liberos, in eum credentes, quem ſine mortis debito occidi uoluit. Per Chriſti mortem itaque deſtruxit eum Deus, qui habebat mortis imperium. Aman enim in patibulo ſuſpéſus eſt, quod Mardocheo parauerat. Ita ergo & non aliter, damnauit peccatum Deus, per ipſummet peccatum. Peccatum nanque quod ante Chri mortem, omnibus hominibus vt tirannus dominabatur, fomes inquam ille, qui captiuabat in lege peccati & mortis, Iudæorum corda, liuore, odio, timore ſuccendit, adeo vt uicti in ſcelus illud grauiſſimum filij Dei necis inciderint. Æquum ergo fuit, vt Deus iuſtiſſimus, quemadmodum per mortem, mortis regnum deſtruxit, ita per peccatú, peccatum condemnauerit, imperioq; ſuo priuauerit: atque nocendi poteſtate ſpoliauerit. Et ita factum eſt, omnes ſuas uires, totos (vt aiunt) neruos huc contulerat peccatum, vt peccatum iſtud omni

Heb. 2.

Heſt 7.

ni horrore horrendum, magis patrare-
tur. Patratum eſt,ſed hoc ipſo peccato,
omnium peccatorum maximo, delicto
rum omnium ſordes ablutæ ſint, &
tirannis peccati exinanita. Vertit enim
Deus peccatum in ſacrificium pro pec-
cato. Iniuſtè patiebatur Chrs: id pecca
ti uires augere uidebatur. Simile enim
augetur ſimili: Ecce peccatum. Sed lu-
bens & uolens patiebatur. Ecce ſacrifi-
cium pro peccato. Oblatio nanque fuit
Eph.5. & hoſtia Deo in odorem ſuauitatis, at-
que illico patratum eſt, dámnatum in-
quam hac iuſtitię ratione, vt quia nimis
audenter in uitæ principem ſurrexit, à
nobis omnibus terrigenis atque morta
libus, illius uirtute reprimi poſſit. Au-
ſus eſt tirannus ille in innocētem. Nos
ergo nocentes, ab eius poteſtate abſolu-
ti ſumus. Peccauerat nimis, ne igitur
amplius peccare quempiam cogere poſ
ſet, damnatum eſt. Hoc eſt ergo quod
dicit Paulus. *Damnauit peccatum.* Fomi-
tem de peccato, ideſt peccati, ut peccati
reum. Peccati inquam huius, quod di-
ctum eſt: Chriſti mortis: Et eſt loquen-
di modus, quem & uſurpamus com-
Ioan.16. muniter. Iuxta illud. Arguet mundum
de peccato, ideſt peccati. Poteſt etiam
intelligi de peccato, ideſt propter pec-
catum, vel ex peccato. Et idem eſt ſen-
ſus, propter peccatum mortis Chriſti:
vel pro peccato mortis Chriſti. περὶ em̄
ꝓ interdū ſignificat. Vt περὶ σοῦ μαχο-
μαι, pro te pugno. Ita hic. περὶ τῆς ἁμαρ-
τίας, de peccato, ideſt pro peccato. Vi-
de ergo hic Dei artem. Nam omnis me
dicina contrarijs contraria curat. Verū
diuina, ſimili ſimilia, peccato peccatū.
Poteſt nihilominus, & aliter legi locus
iſte: vt ſit hæbraiſmus. De peccato, id-
eſt peccato damnauit peccatum. Pecca-
tum autem hoc, quo peccatum damna
1.Cor.5. tum eſt, Chriſtus eſt. Iuxta illud. Eum
qui non nouerat peccatum, pro nobis
peccatum fecit. Sicut enim ſerpens
æneus quia ſerpētis formam habebat,
licet ueneno careret, ſerpens tamen di-
cebatur. Ita Chrs, quia peccati formam
habuit, formam ſcilicet humanæ carnis
peccatricis, licet peccato careret, pecca
tum dictum eſt. Vltra hoc, quod in Iu-
dæorum exiſtimatione, & peccator erat
adeo ſceleſtus, ut peccatum dici poſſet.
Quomodo itaque ſerpente ſanabatur
Iudæi à ſerpentum morſibus, tolleban-
turque uenena. Ita Chro liberati ſunt
homines à peccati dominio, ablataque
ſunt peccati iura. Tum quia chriſtianis,
fomes ad ęternam mortem minimè im
putatur. Tum etiam quia non adeò
urget, vt prius. Sicut declaratum eſt.
Hoc autem impoſſibile erat legi, inquit A-
poſtolus. Videlicet nos à peccati lege li-
berare, & condemnare peccatum.
Infirmabatur enim in hoc, ideſt erat in-
firma vel imbecilla ad hoc explendum,
Per carnem, rebellantem ipſi legi. Nō.n.
carnis fomitē lex tollebat, neq; extenua
bat, quin potius illū augebat, & excita-
bat vt dictū eſt, occaſione accepta. Si id
per legem fieri potuiſſet, ſuperfluè ad-
ueniſſet Chrs moriturus. At quia lex
omnibus ſuis uiribus, id præſtare non
ualuit, ideo *Deus miſſo filio ſuo.* (Non em̄
tunc primum, cum miſit filium ſuum id
factum eſt, ſed eò duntaxat tam iniuſtè
obeunte mortis ſupplicium) de pecca-
to illo ter maximo, ideſt peccati illius
ter maximi, *Damnauit peccatum*, ideſt fo
mitem peccati, *In carne*, qui ſcilicet fo-
mes, vel quod peccatum eſt in carne,
non in mente, vel *Damnauit in carne*, id-
eſt addixit damno peccatum in ipſa car
ne. Non enim tantum mens, non cogi-
tur conſentire peccato, in his qui in
Chri gratiam recepti ſunt: Nanque &
per Moſi legem id fit, ſed etiam caro mi
nus urget. Efficitur quippe Chriſti be-
neficio, morigera. Concupiſcentia em̄
debilior eſt, extincta non eſt, imminu-
ta tamen. Vnde & non dixit, extinxit
peccatum, ſed *Damnauit*. Extinguetur
autem etiā Chri beneficio, nec diu du-
rabit. Cum enim hoc corpus immorta-
litatem induerit, exulabit prorſus, im-
mo morietur. Iuxta illud. Deſtruetur ini 1.Cor.15
mica mors. Vide autem quam arte le-
gem ſimul extollit, deprimit, & excuſat.
Deprimit quidem cum dicit. Quod non
potuit peccatum damnare. Excuſat cū
dicit. Hoc accidiſſe non eius uitio, ſed
carnis potius. Extollit quàm maximè,
cum concludit Chrm adueniſſe, ut legi
contra carnem ſubſidium ferret. Idque
præſtaret quod ipſa moliebatur. Oſten-
dit

dit enim legem Chriſto cõſonare, Chri
ſtumque legi. Quæ gloria maior? Dicit
uero hunc Ieſum Chriſtum adueniſſe,
In ſimilitudinem carnis peccati. Non in ſi-
militudinem carnis. Veram profectò
carnem habuiſſe Chriſtum, quis neget,
Ioan 20 qui dicit. Palpate & uidete, quia ſpiri-
tus carnem & oſſa non habet, ſicut me
Sap. 7. videtis habere? Iterum. In uentre ma-
tris, figuratus ſum caro. De quo & illud
Ioan. 1. eſt. Verbum caro factum eſt. Sed in ſi-
militudinem carnis, quæ peccatum ha-
bet, vel in qua eſt peccatum. Intelligen-
do ſemper peccatum, pro fomite pecca-
ti. Caro enim noſtra, caro peccati eſt, &
omnium hominum caro, ſuapte natura
fuit caro peccati, poſt Adæ lapſum. Car
nem igitur talem peccati, nõ aſſumpſit
Dei filius. Quomodo enim peccatum
caro illa habuit, quæ abſtulit omnia mũ
di peccata? Attamẽ ſimilis omnino fuit
carni noſtrę, in his quę peccatũ ſequun
tur: ex quibus ſcilicet cognoſcitur quod
caro noſtra, caro peccati eſt. Famem.n.
paſſus eſt Chriſtus, ſitim, caumata, al-
gores, ad extremum & mortem. Hęc in
pęnam relicta fuerant peccati illius ꝓ-
toparentis. Nullum autem iſtorum nõ
habuit Chriſtus Ieſus. Igitur *Similitudi-
nem carnis peccati.* Veſtigia ſcilicet pec-
cati in carne ſua accepit, non item in
mente. Nos enim pleraque habemus
in anima, quaſi peccati reliquias. Nihil
tale Chriſtus habuit, non ignorantiam,
non infirmitatem, non malitiam: puriſ-
ſima fuit illa anima omnis gratię, & om
nis ueritatis plena. Rectè igitur, di-
ctum eſt, quod ſimilitudinẽ carnis pec-
cati aſſumpſit, non ſimilitudinem pec-
cati abſolutè. Sed cur nõ dixit carnem?
Quia carnem uſurpauit hactenus, &
pro uita carnali vſurpabit, abſtinuit à
nomine carnis, quia inde Manichæorũ
errorem uidebat, dicentium Chri car-
nem, phantaſticam fuiſſe. Non ibi ſen-
tentiam terminauit. *In ſimilitudinem car
nis*, ſed addidit *Peccati.* Vt intelligas ſi-
militudinem carnis peccatricis, nõ car
nis abſolutè. Sed nonne ſatis erat dice-
re, Mittens filium ſuum? Hoc ipſo uer-
bo declaratum non fuiſſet, magnũ iſtud
myſterium, ſcituque digniſſimum: quo-
modo videlicet peccatum, peccato dã-
nauit omnipotens: ſimilitudine carnis
peccati, peccatores à peccato liberans.
Hæc omnia igitur addere oportuit, in
ſimilitudinem carnis peccati. Litera er
go ſic legatur.

*Nam Deus miſſo filio ſuo, in ſimilitudinẽ
carnis peccati, & de peccato damnauit pec-
catum in carne.* Illud uero totum eſt pa-
rẽtheſis, *(Quod impoſſibile erat legi, in quo
infirmabatur propter carnem).* Nemo autẽ
putet, ſermonem hunc eſſe defectiuũ,
vel mancum, propter copulam illam,
Et. Eſt enim pro *Etiam*, & ad ſupradicta
refertur. Eſtque ſenſus. Non modo, lex
ſpiritus uitæ in Chriſto Ieſu, liberauit
me à lege peccati, ſed etiam per Chri-
ſtum Ieſum, peccatum ipſum condem-
natum eſt: & ut nõ imputetur, & ut mi
nus ferueat, atque liget. *Vt iuſtitia legis
impleretur in nobis, qui non ſecundum car-
nem ambulamus, ſed ſecundum Spiritum.*
Ecce finis condemnationis peccati: per
Chriſti mortem. Propterea inquit Apo
ſtolus, condemnatum eſt, vt eo dam-
nato, omnia legis præcepta ſeruare poſ
ſimus, & iuſtificari. Intellige autem mo
ralia. Nam illa ſunt, quibus iuſtitia attri-
buitur, non ceremonialia, neque iudi-
cialia, modo tamẽ alias declarato. Huic
autem intentioni, addi poteſt etiam pa
rentheſis illa, videlicet. Quod impoſſi-
bile erat legi, in quo infirmabatur per
carnem. Si enim per legem iuſtitia, er-
go gratis Chriſtus mortuus eſt. Non eſt
autem gratis mortuus, per legem itaq;
non poterant homines iuſtificari. legis
autem obſeruatores iuſtificabãtur, iux
ta illud. Non auditores legis iuſti ſunt Rom. 2.
apud Deum, ſed factores legis iuſtifica-
buntur. Non poterant itaq; legem ob-
ſeruare. Vt ergo obſeruari poſſet, pec
catum damnare oportuit. Et hoc eſt qđ
dicitur. *Vt iuſtificatio legis impleretur*, id-
eſt ut præcepta moralia legis, executio-
ni demandarentur.

Difficultas tamen eſt. Quoniam Mo-
ſes ex Pauli teſtimonio inquit. Qui fece Deut. 4.
rit iuſtitiam legis, uiuet in ea. Paulus
item gloriatur quod in lege uixerit ſine Philip. 3.
querela. Quod eſſe non poteſt, niſi legẽ
obſeruauerit. Neq; euadi poteſt, quod
gratia mediatoris Chri Ieſu id illi con-
tigerit, quandoquidem Saulus tunc Act. 9.
erat

erat ſpirans minarum, & cædis in diſcipulos domini. Extra gratiam itaq; erat. Ob id ergo intelligendũ eſt, apud Paulum duplicem Iuſtitiam eſſe, vnam ciuilem, Dei aliam, vel apud Deum. Prima eſt, cauere ab omnibus his, ꝓpter quæ lex mortem corporalem intermi-

Heb. 12. nabatur. Iuxta illud. Irritam quis faciens legem Moſi, abſque ulla miſeratione morietur. Hanc ſine Chriſto Saulus habuit, quæ perfunctoria eſt & literalis obſeruatio legis, quo ad pleraque externa facta. Sed illam tandem ut ſtercora & quiſquilias exiſtimauit. Secunda uero eſt, quo ad interiores animi motus, & ſecundum operum ſubſtantiam, & ſecundum legislatoris Dei intentionem præcepta diuina ſeruare, atque uitam æternam promereri, carereque peccatis omnibus, non modo querelis. Plus nanque eſt peccatum, quàm querela. Vnde non dicitur, Epiſcopos ſine peccato eſſe, ſed ſine que-

1. Tim. 3. rela tantum. Hæc ergo nulli unquam contigit, citra Chriſti Ieſu beneficiũ. Mortua enim ſunt omnia opera, niſi Chriſti ſpiritu uegetentur. Vnde illud

Ioan. 15. eſt. Si quis in me non manſerit, mittetur foras, & areſcet. Sicut enim palmes non poteſt ferre fructum à ſemet ipſo, niſi manſerit in uite, ſic neque uos niſi in me manſeritis. Tantum abeſt, vt quiſpiam citra Chriſti gratiam, ſine peccato eſſe poſſit. Vt ergo, hæc iuſtitia diuina, hæc immunitas ſcilicet à peccatis omnibus, quæ donum Dei eſt, & iuſtitia legis dicitur, vel quia à lege intenta, vel quia manifeſtata à lege, & ſignicata, non cauſata à lege vel exhibita, ſed à gratia, nobis cõtingeret, mortuus eſt Chriſtus, & morte ſua damnauit peccatum: quo regnante, fiebat, ut hæc iuſtitia plenè haberi non poſſet. Pugnauit ergo Chriſtus contra peccatum, vicitque, & nobis vicit. Vnde & nos in ipſo vicimus. Poſſumus enim illius ope hanc iuſtitiam aſſequi, quatalibet ui repugnante peccato, vt videlicet ſimus abſque labe illa, modo oſcitantes & ſupini ualde eſſe nolimus. Propterea addit, vt adhuc intelligas tibi eſſe pugnãdum, neque de uictoria Chriſti ſecurus torpeſcas. *Qui non ſecundum carnem ambulamus, ſed ſecundum ſpiritum.* Quo intelligitur concluſionem illam propoſitam, nullam eſſe condemnationem his qui in Chriſto Ieſu ſunt, non ibi complendam fore, ſed ubi dicitur. *Qui non ſecundum carnem ambulant, ſed ſecundum ſpiritum.*

Nemo autem miretur, quod dixerim, poſſe nos abſque omni culpa abſolutè eſſe. Nam & iterum dico, poſſe per Dei gratiam, & liberum eius arbitrium, hominem perfectam aſſequi iuſtitiam coram Deo: immunitatem ſcilicet ab omni peccato, modo uoluntas eius non deſit, adiuuante diuina ope. Quanquam tamen fateor, quod nemo tam perfectæ iuſtitiæ in hac uita fuerit, vel ſit, uel futurus ſit citra Chriſtum, qui ſolus iuſtitiam hanc impleuit, legique ſatisfecit abundè. Vnde & merito ſuo, noſtrorum operum imperfectionem in ſe transferens, noſtrarum uiriũ exilitatem ſupplet, dum pleraque non imputantur, quæ imputanda eſſent. Tibi uero abſurdum fortaſſe uidebitur, rem quæ fieri poſſit, ſine ullo exemplo eſſe, ac idcirco dubitare non deſines, quomodo poſſit homo iuſtitiæ perfectionem nanciſci: cum tamen citra Chriſtum nemo talis fuerit, nec futurus ſit. Verum, nemo ueſtrum dubitat ſicut credo, per foramen acus camelum nunquam tranſiuiſſe, vel tranſiturum eſſe, & tamen Deo, id eſſe poſſibile dixit Chriſtus. Legis Luc. 18.
etiam, duodecim angelorum legiones, pro Chriſto pugnare potuiſſe, ne pa- Matt. 26.
teretur, nec tamen factum, neque faciendum. Legis & montem fide, Matt. 17.
in mare transferri poſſe, quod tamen nunquam factum legimus, neque audiuimus, neque fiendum expectamus. In dubium ergo reuocari nequaquam debet, quod non ſit homini impoſſibilis perfecta iuſtitia, quamuis ſit ſine exemplo. Fieret enim, ſi tantæ uoluntas adhiberetur, quanta ſufficit tantæ rei. Eſſet autem tanta, ſi & nihil eorum nos lateret, quæ ad iuſtitiam pertinent, & ea omnia, ſic animum delectarent, vt delectatio illa omnem aliam uoluptatem, aut dolorem ſupe-

raret, quæ delectationem illam impedire poſſunt. Quæ ſanè omnia, ut hic non ſint, ſed in futuro expectentur ſeculo, non ad impoſſibilitatem, ſed ad iudicium Dei abditum pertinet, & profundum. Et ut omnes ad ſupernam illam Hieruſalem, ſuſpirare cogãtur, & vt omnium etiam iuſtorum ora obſtruantur, & niſi in Ieſu Chriſti laudem aperiantur. Cuius eſuriant, ſitiantque iuſtitiam, tanquam panis uiui, & fontis uitæ. Qui ſic iuſtitiam in ſanctis ſuis, in huius uitæ tentatione laborantibus, operatur, vt tamen ſit ſemper aliquid, quod petentibus largiter adijciat, & aliquid quod confitentibus clementer ignoſcat. Si tamen & aliquem tanta gratia donaret, vt tota penitus carnis uetuſtate conſumpta, nulla lex in membris eius mentis ſuæ legi repugnaret: Deumque ita præſentem cognoſceret, & amaret, ſicut beati cognoſcunt & amant in cælorum regno, qd fieri poſſe nemo negat: Quis demens affirmare audeat, quod non deceret? Cur autem non faciat præter ea quæ dicta ſunt, ſi curioſè quærunt homines, rogo attendant ante omnia ſe homines eſſe, ſciantque duo:
Rom. 9. primum. Quod ſicut impoſſibilitas, ita iniquitas, non eſt apud Deum. Se-
1 Pet. 5. cundum. Quod ſuperbis reſiſtit, humilibus autem dat gratiam. Sequitur.

Qui enim ſecundum carnem ſunt, cum carne ſentiunt. Eſt nanque græciſmus, hic. τὰ τῆς σαρκὸς φρονοῦσιν, ac ſi dicerem, τὰ ἐκείνου φρονῶ, ideſt cum illo ſentio. *Qui uero ſecundum ſpiritum ſunt, cum ſpiritu ſentiunt.* Eodem græciſmo. Incipit autem Apoſtolus his uerbis declarare, quid per ambulare ſecundum carnem, & ſecundum ſpiritum intelligat. In omni nanque doctrina, nihil videtur difficilius, terminorum notitia. Illam enim ab eo qui doctrinam tradit, haurire oportet. Siquidem eiſdem uocibus diuerſi, diuerſo modo vtuntur. Initio itaque accipe, hominem ex ſpiritali natura, & carnea compoſitum, medium quodammodo eſſe inter carnem & ſpiritum. Sicut & colores hi, pallor, rubedo, uiriditas, medij ſunt inter extremos hoſce, album, nigrumque, ex quibus quanquam refractis, coaleſcunt. Omne autem medium, ſi extremo alteri comparetur, ea ratione qua ab eo deficit, alterius naturam ſapit, & redolet. Pallor nanque nigredini cõparatus: albedo eſſe videtur. Contra, viriditas ſi albedini conferatur, nigredo. Elementa etiam media, aer, aqua, ſi extremis comparentur, alterius naturam ſapiunt. Igni leuiſſimo comparatus aer, grauis, terreuſque dicitur. Contra, terræ, igneus & leuis. Ob id quod vtriuſque naturam participat quodammodo. Nam cum leui, leuitat: cum graui, grauitat. Homo itaque ex corpore, & ſpiritu conſtitutus, tanquam orizon huius & illius orbis, ſpiritibus illis ſupercæleſtibus collatus, qui meraciſſimæ mentes ſine mole exiſtunt, caro dicitur. Collatus uero brutis, quæ caro ſunt. Spiritus nunquam eſt totus caro, nũquam totus ſpiritus, ſed ſemper carnem & ſpiritum habet. Verum quia hinc recedere à ſpiritu, & hinc à carne, uidetur, ob id quod neque tantum ſpiritus eſt, ut mentes cælicæ, neque tantum caro, ut iumenta. E regione illorum, caro dicitur, duntaxat vel carneus, E regione ratione horũ ſpũs, vel ſpiritalis. Quia autem uiuere uiuẽtibus eſt eſſe, eo modo quo ſecundum eſſe dicitur homo, & ſpiritalis & carnalis: Tanquam etiam medius conſtitutus, ſecundum ipſius uitam, magno myſterio hæc ſortitur nomina. Quo enim à uita brutali magis recedit, eò uitę mentium illarum propinquior fit. Contra, quò à uita illa nobiliſſima diſtat, eò ad brutorum uitam accedit. Hac itaque parte, dicitur uitam agere carnalem, illa ſpiritalem. Hinc ergo carneus dicitur, vel carnalis, ſeu caro. Illinc ſpiritalis, vel ſpiritus. Habes igitur terminos Paulinæ ſapientiæ. Non ſpectat eſſe Apoſtolus, ſed uiuere. Intelligit itaque hominem carnalem eſſe, vel ſpiritalem, non natura, ſed affectu, uita, moribus, translata tamen ſimilitudine ab eſſe, eo modo quo dictum eſt. Propter hoc ſcilicet, quod cum ipſe ſit natura medius uoluntate, quam liberam

ram dedit illi Deus, poteſt ſurſum, deorſumque flecti. Vt uel cum brutis carneam, ſenſualemque uitam uiuat, uel cum angelis ſpiritalem: vt in cœlis ſpatietur mente, vel in terra reptet, vt cum dijs felicitate potiatur, vel cum beſtijs obbruteſcat, & ut breuiter dicam, vt fiat Deus vel belua. Sicut enim qui adhæret Deo, unus ſpiritus
1. Cor 6. efficitur cum illo, & qui adhæret meretrici, unum corpus, cum illa efficitur, vt inquit Paulus, miſticæ huius altiſſimæque transſmigrationis magiſter, Ita qui adhæret beſtiæ, euadit beſtia. Quis autem ignorat, in nobis eſſe innumeras beſtias, quæ ad brutalem ſæpe nos vitam impellunt? beſtiales ſcilicet affectus, nobis cum beſtijs communes. Hinc enim illud Caldæorum, Vas tuum inhabitant beſtiæ terræ.

Qui ergo his beſtijs ſe ſe dederint, licet hominis figuram gerant, animum tamen ſub humana ſpecie ferunt bel-
Matt.7. uinum. Hinc illud Chriſti. Attendite à falſis prophetis, qui ueniunt ad vos in veſtimentis ouium, intrinſecus autem ſunt lupi rapaces. Illud Hiere-
Hier.5. miæ. Equi amatores in fœminas, & emiſſarij facti ſunt. Illud Conciona-
Eccl.3. toris Salomonis. Dixi in corde meo de filijs hominum, vt probaret illos Deus, & oſtenderet ſimiles eſſe beſtijs. Vt iam non ſit difficile paradoxon illud Pithagoreum. Improbos homines migrare in bruta. Eſt enim Philoſophus Philomithis. Homines itaque (vt ſummatim perſtringam) qui ratione duce, agunt quæ agunt, bonum honeſtum vnice expetentes, carnis uoluptatibus omnino poſthabitis, ſpiritales dicuntur à Paulo. Et quid
Psal 81. mirum. Quando à Chriſto Dij appellantur? Ego dixi Dij eſtis, & filij excelſi omnes. Contra. Qui bono utili, & voluptuoſo carnis inhiant, in eoque felicitatem conſtituunt, ſpreta uirtute, brutales, vel carnei appellantur. Vt enim ferrum igne correptum, ignis efficitur, propria tamen ſeruata natura. Ita anima hominis, igne ſanctiſſimo diuini amoris, vel carnis, atque cæco libidinis flamma ſuccenſa, in Deum uertitur vel in carnem. Illinc itaque ſpiritalis dicitur, hinc cōtra. Illinc cœleſtis, hinc terrena. Immo illinc Deus & cœlum, hinc caro & terra. Iuxta illud Auguſtini. Si Deum amas, Deus es. Si terram cogitas, terra es. Illi iuſtitiam conſequi poſſunt coram Deo: qui carnales, nequaquam. Hoc enim molitur Apoſtolus, cum dicit. Iuſtitia legis impletur, in nobis, qui non ſecundum carnem ambulamus. Ecce autem prima ratio. *Qui enim viuunt ſecundum carnem.* (Hoc nanque intelligitur, cum dicitur. Qui enim ſecundum carnem ſunt(*Cum carne ſentiunt*, id eſt carni conſentiunt, carnis deſiderijs condeſcendunt, beluæ ſcilicet illius, quam domandam ſuſcepimus, non colendam: optima exiſtimantes vniuerſa quæ caro appetiuit, fornicari, epulari, delectari, Ab his autem abeſt longe diuinus ſpiritus, iuxta illud. Non permanebit ſpiritus Gen.6.
meus in homine, quia caro eſt. Et illud. Animalis homo, non percipit ea, 1.Cor.2
quæ ſunt ſpiritus Dei. Hi ergo coram Deo, iuſtificari non poſſunt. Cōtra, qui ſpiritualiter uiuunt, ſpiritui, rationi, menti conſentiunt, omnium uirtutum operibus ſolliciti, & intenti, vt ſpiritum ſanctum, quo ſignati ſunt, nequaquam contriſtent. Hi ergo coram Deo iuſtificantur. Secunda ratio. *Nam prudentia*, vel ſenſus, *Carnis*, mors eſt. *Prudentia autem*, vel ſenſus, *Spiritus, vita, & pax.* Iuſtitia eſt animæ uita, vult dicere Paulus. Iuxta illud. Iu- Rom.1.
ſtus ex fide viuit. Verum ſenſu carnis, id eſt hominis, vt carnem ſequitur, cauſatur mors animæ in his, qui illi conſentiunt. Peccant enim carni conſentientes, peccatum autem generat mortem. Omnino itaque impoſſibile eſt, Iac 1.
vt hi iuſtificentur. Contra. Qui ſenſum, & ſpiritus prudentiam ſequuntur, uitam habent, poſſunt igitur iuſtificari. Eſt ergo cauſalis propoſitio illa. *Senſus carnis mors.* Ita illa. *Senſus ſpiritus vita.* Quia autem tantum dixerat, *Prudentia carnis mors.* De ſpiritu uero addiderat. *Vita & pax.* Ideo addit antitheton pacis, bellum uidelicet, & inimicitiā, ex parte carnis, ſtatim ſubdens. *Quoniam prudentia*, vel ſenſus,

ſapientiæ neſcierunt. Sed ò nos miſeſſos. Vtinam contra prudentia uteremur in his quæ Dei ſunt, quanta in his quæ carnis & mundi ſunt vtimur. Audite Christum. Filij huius ſeculi, prudentiores ſunt filijs lucis in generatione ſua. Videmus enim homines carnales, ad carnis deſideria perficienda magis eſſe feruidos, & ſollicitos, atque aſtutos, quàm ſpiritales ad explenda ſpiritus deſideria. Et utinam non tam magnus eſſet tepidorum numerus. Sunt autem hic aliqua declaranda.

Luc. 16.

Primum. *Prudentia carnis non eſt ſubiecta legi Dei.* Videtur enim, quod à legibus ſummi creatoris, nihil penitus ſe ſe ſubtrahere poſſit, à quo pax omnis vniuerſitatis adminiſtratur. Et dicendum. Quod nõ omnino uerum eſt, carnem, ſenſumque eius, Dei legi non ſubijci. Sed intelligitur tantum, quoad eius actiones, & deſideria, atq; ſuggeſtiones. Inclinat enim ad actiones legi diuinæ contrarias, verumtamen abſolutè ſubijcitur. Nam legibus diuinæ ſapientiæ punietur homo ille, qui carnis deſideria perfecerit. Quo ad pœnam ergo ſubijcitur, quo uero ad actionem, minimè. Vnde illud Dei eſt. Sapientiã ſapientum reprobabo, & perdam prudentiam prudentium.

1. Cor. 1.

Secundum eſt. *Nec enim quidem poteſt.* Non enim intelligitur, quod homo qui carnis prudẽtiam ſequitur, obedire Deo vel diuinæ legi non poſſit: ſed ipſa carnis prudentia, id eſt carnalis ipſe affectus, diuinis mandatis haudquaquàm parere poteſt, nec quo ad credenda, nec quo ad agenda. Quo ad credenda quidem, quia myſteria ſupernaturalia fidei noſtræ, credere non poteſt: vnde ſtultitiam carnales illi, crucis prædicationem uocabant. Quo ad agẽda uero, quoniam non poteſt iudicare ſpiritualia eſſe bona, voluptuoſa eſſe mala, id enim illi repugnat, vt calore frigus. Perinde ergo eſſet carni iubere, vt Deo obediret mandanti, Curam carnis ne feceris: ac ſi præciperetur ſoli ne luceret, aquæ ne flueret, lapidi ne deſcenderet. Ergo (inquies) non eſt punienda caro ſi obedire non poteſt? Punitur homo, qui cum ſit carnis, & ſpiritus medius, ſpiritu neglecto ad carnem deflectit.

Rom. 13.

Sed illud obſtare uidetur. *Qui in carne ſunt, Deo placere non poſſunt.* Non igitur peccant, ſine cauſa ergo plectuntur. Verum id intelligi debet hoc modo, quandiu ſecundum carnem viuunt, Deo ſimul placere, non poſſunt. Nemo enim poteſt duobus dominis ſeruire. Qui nanque Deo placent, ſpiritales ſint, neceſſe eſt & prudentes ſecundum ſpiritum, quo ad credenda, & quo ad agenda. Quia Deus ſpiritus eſt. Quouſque itaque carnaliter affecti ſumus carni, ſemper extra Dei amicitiam ſumus, & morte digni. Cum primum ſpiritales fieri incipimus, tunc Dei amicitiæ participes efficimur, & uita æterna donandi. Vnde illud eſt. Qui ſeminat in carne, de carne metet corruptionem. Meſſis profectò maledictæ huic terræ conueniens, quæ non profert niſi ſpinas, & tribulos, cuius finis in combuſtionem. Qui autem ſeminat in ſpiritu, de ſpiritu in alio ſeculo metet æternam uitam, hic autem pacem. Iuxta illud. Fructus ſpiritus charitas, gaudium, pax. Nam hic Paulus dicit. Senſus carnis, uita & pax: vita in futuro, pax in pſentiarum.

Matt. 6. Ioan. 4. 2. Cor. 9. Gal 5.

Tertium eſt. *Sapientia carnis inimica eſt Deo.* Nam non eſt malum ſcire malum. Mala uero duntaxat odit Deus. Ob id non mihi placet, vt uertatur *Sapientia*, ſed *Prudentia*, ſicuti uerè habet textus, φρονήμα. Nulla eſt enim hic uarietas, qua tamen interpres vti voluit, vt primum diceret prudentia, nunc ſapientia. Quæ tamen uarietas, neque decora, neque conueniens eſt. Prudentia nanque magis, q̃ ſapientia operationem reſpicit. Crediderim autem ego, ſapientiã mali Deo inimicam non eſſe, vt in cognitione ſiſtit, ſed prudentiam vtique, quæ agibilium ratio eſt. Non enim poteſt quis eſſe prudens in malo, quin approbet malum. Et ita non eſt notitia ſimplex, ſed approbationis notitia. De qua dubio procul illud uerum eſt. Melius eſt quædam neſcire, quàm ſcire. Vnde hac ratione dicitur Deus, ma-

Abac.1. la neſcire. Oculi Dei mundi ſunt, & non poſſunt reſpicere ad iniquitatem. Matt.25. Item & malos. Diſcedite à me, nunquã Matt.7. noui uos. Si tamen *Sapientia* legere velitis, pro *Prudentia* exponite. Finitima enim hæc eſſe videntur. σοφία καὶ φρόνημα. Cum & σοφία transferatur ad τέχνας, ideſt ad artes quæ tamen dirigunt in opus. Nam & principes artiũ, ſapientes dicimus, multo magis itaque prudentes dici poſſunt, ſapientes. Ars enim facit, prudentia agit. Plus autem diſtat à ratione ſapientiæ facere, quàm agere. Siquidem externa tantum fiũt, uerum agimus etiam ea, quæ in nobis manent. Hæc ergo ſapientia, carnis prudentia eſt. Inimica nanque Deo eſt, Iac.3. iuxta Iacobum. Terrena eſt, quatenus ex oculorum concupiſcentia oritur. Animalis, vt à carnis cõcupiſcentia ſuggeritur. Diabolica, ſecundum quod venit ex ſuperbia uitæ. Vt terrena, temporalia bona ſibi finem præſtituit. Vt diabolica, honores ambit, & Deum contemnit.

Quartum. Quod annotari debet, eſt, quàm grauiter decipiatur Manes, qui carnem malam eſſe, atque à malo ortã inaniter hinc effinxit. Enimuero *Carnis* nomine, non intelligitur hoc loco corpus iſtud, vel huius carnis ſubſtantia, ſed uita hominis carni addicta, luxu atque delitijs plena, quæ totum hominẽ in carnem vertit. Neque uero inde anſam arripite, quoniam carnis nomine prauam uitam appellat. Nam & mundi nomine, ſceleſtos homines atque ne Ioan.15. farios appellauit Chriſtus. Si mundus uos odit, ſcitote quia me priorem uo Ioan 7. bis odio habuit. Non poteſt mundus Ibidem. odiſſe uos. Teſtimoniũ p hibeo de mũdo, quia opera eius mala ſunt. Quis itaque inde mundum uituperet? cum ſcriptum ſit, Mundus per ipſum factus eſt? Ioan.1 Vidit Deus cuncta quæ fecerat, & erãt Gen.1. bona valde? Hominem etiam, nonne 1.Cor.3 Paulus in ſenſum uſurpauit peſſimum, dicens. Cum ſit inter uos Zelus & contentio, nonne homines eſtis, & ſecun 1.Cor.2. dum hominem ambulatis? Item. Animam. Animalis homo nõ percipit quæ ſunt Dei? Quis tamen hominem callũniabitur, atque animam? Senſum igitur non uerba Pauli ſpectare oportet. Vides enim quot abſurda ſequerẽtur, ſi nudis ſanctæ ſcripturæ verbis innitere mur, ut perbellè & hic quadret illud, li- 2.Cor.3. tera occidit, ſpiritus autem uiuificat. Spiritum in bonam partem ſemper accipiunt, Chriſtus & Paulus. Carnis prudentiam, ſemper in malam. Anima & caro, media ſunt. Si ad carnis prudentiam deflexerint, mala erunt. Si ſurſum ſeſe eleuauerint, bona. Prudentiam uero carnis, non intelligite abſolutè, cũ homo ſuæ carnis curã habet, vt alatur, veſtiatur. Nemo quippe carnem ſuam Eph.5. vmquam odio habuit. Et ita hæc peccata non ſunt, fouere carnem, alere, ueſtire. Sed cum in carnis uoluptatibus finem conſtituimus, inordinateque illã amamus, ordinantes animã potius ad carnem, quàm è contra, volentes ancillam dominari, & dominam ancillari, iſtud quidem eſt, quod peccatũ mortale eſt. Sequitur.

Vos autem in carne non eſtis, ſed in ſpiritu.

Gaude felix Roma, quæ tanta laude, à tanto Apoſtolo digna cenſeris. Quis te vmquam tantis quæſo extulit præconijs? Omnem domuiſſe barbariem: externas uiciſſe nationes: vniuerſo orbi imperaſſe, exigua laus eſt, ſi huic comparetur, quam laudatiſſimus hic Apoſtolus, omnium ſanctorum fama, priuilegio, poſt Chriſtum facile princeps, te perpetua immortalitate donauit. Vos inquit, qui Romæ eſtis. Romæ inquã vbi omnis innocẽtia, omnis pudor, omnis religio, ſub impijſſimorum Cęſarũ tirannide laborabat. Romæ. Vnde omnis ſpiritus, omnis ſanctitas, omnis uirtus exulare cogebatur. Vos per diabolum olim tenacius illigati, nunc p Chriſtum mirabilius abſoluti: amoris ſanctitate transformati igne ſuccenſi, è carne migraſtis in ſpiritum. Spiritus ueſter carni antea addictus, caro uidebatur, non ſpũs. Nunc, & caro ueſtra ſpiritui addicta, non iam caro eſt, ſed ſpiritus. Video, & corpora ueſtra, iam in ſpiritus tranſijſſe naturam. Videre uideor & uos ipſos quaſi alatos, mente ſuper æthera cum mentibus illis ſupramundanis volitantes. O uos felices Romani. Quamuis enim carne circundati, ſpi

ritualiter

ritaliter tamen in terris uerſantes, iam angeli, non homines eſtis. In carne nan que præter carnem uiuentes, Dij in ho minibus hoſpitali, non iam terrigenæ, mortaleſq; homútiones dicendi ſunt. quales & hi erant quibus dictum eſt.
Ioan. 15. Vos ex hoc mundo non eſtis. Verum audi infelix quid ſequitur. *Si tamen ſpiritus Dei habitat in uobis.* Erat olim ſpūs Dei in vrbe Roma, cum hanc Epiſtolā ſcribebat Paulus. At noſtra tempeſtate, putas ne Roma in te ſit diuinus hic ſpiritus? Vbi tanta in ambiendis honoribus temulentia? in explendis cupidinibus tam magna procacitas? in ſaturandis odijs tam perditus furor? in turpibus lucris tam ingens ſollicitudo? in publicis adminiſtrationibus tam illiberales atque ſeruiles negotiationes? in Deum & ſacra tam hipocritius fuc⁹? in uirtutes tam impia conſpiratio? in uitia uniuerſa, tam uniuerſus conſenſus? Receſſit. Receſſit mihi crede ſpūs Dei, & exagitat te ſpiritus nequā. Non enim poſſes niſi à demone arrepta, tam turpiter debacchari. Nolim tamen deſperes. Thronus hic ſitus eſt omnis ſanctæ Eccleſiæ, à qua prorſus abeſſe non poteſt
Matt. 26. ſpūs ſanctus. Chriſto dicente. Ego ero uobiſcum, vſque ad conſummationem
Rom. 11. ſeculi. Confide itaque Roma. Scriptū eſt enim, Reliqui mihi ſeptem millia uirorum, qui non curuauerūt genua ſua ante Baal. Sed cur dixit Paulus uerbum iſtud. *Si tamen ſpiritus Dei habitat in vobis?* Quo accenderentur ad perſeuerādum in gratia, quam ad Chriſtum conuerſi, baptiſmalibus undis acceperant. Effugit nanque ſpūs, cum tu auerteris ab eo. Corripitur quippe à ſuperueniēte iniquitate, ut dicitur in libro ſapiētię.
Sap. 1. Non quia tuo uincatur peccato. Vinci enim non poteſt Deus. Sed quia te non cogit, ut quod tibi donat lubens, tu in-
1. Re. 15. uitus teneas. Proijciens ergo illum, pijcieris ab eo. Iuxta illud. Proiecisti me, & ego proijciam te. Tanquam certus igitur, quod baptizati diuinum ſpūm ſuſcepiſſent, dixit. *Vos in carne non eſtis, ſed in ſpiritu.* Et tanquam incertus, an deinde dignos ſe tāto munere præbuiſſent, ad illos extimulandos ſubiunxit. *Si tamen ſpiritus Dei habitat in vobis.* Et notanter dixit. *Habitat*, ideſt finaliter & perſeueranter manet, ut domus hoſpitij, non vt hoſpes. Ita enim & quandoque manet in reprobis & præſcitis. Non tamen unquam deſerit, niſi primum deſeratur. Verum. Cur hoc totū adiecit Paulus. *Vos in carne non eſtis, ſed in ſpiritu, ſi tamen ſpiritus habitat in uobis?* Vt rationem quam huius capitis initio incoharat, compleret. Iam altè enim humanas uires depræſſerat, tam uehemēter concupiſcentiæ fomitem, legiſq; imbecillitatem, præcedente capite exaggerauerat, vt ad deſperationem ferè, & Iudæi & Ethnici cogi uiderentur. Cæpit itaque erigere omnes in ſpem uiuā. Nihil inquiens damnationis eſt his, q in Chriſto Ieſu non ſecundum carnem, ſed ſecundum ſpiritū ambulant. Subijcere oportebat. Vos ſecundū carnē nō ambulatis, ſed ſm ſpm̄. O Romani, (illis nanque ſcribens, quos primum exacerbarat, conſolari, atq; erigere debuit) vobis igitur, nulla imminet condemnatio: modo ſpiritus Dei uobiſcum habitet indiuiduus comes. Hoc enim pro concluſione intelligendum eſt. Illa ergo particula tota. *Qui enim ſecundum carnem ſunt. &c.* hucuſque. *Vos in carne non eſtis, ſed in ſpiritu.* Tanquam propoſitionis aſſumptæ declaratio, & probatio, legi debet per parentheſim. Quorū uerborū intentio hæc eſt. Duas enim partes habuit concluſio propoſita, in principio huius capitis. Nulla eſt condemnatio his qui in Chriſto Ieſu ſunt, ambulantibus ſecundum ſpiritum, non ſecundum carnem. Eſſe ſcilicet in Chriſto Ieſu, & ambulare ſecundum ſpiritum, non ſecundum carnem. Ordine autem præpoſtero, ſecundam partem prius declarauit. Nunc itaque primam declarat. Quid ſit eſſe in Chriſto Ieſu. Et inquit. Eſt habere ſpiritum Chriſti. *Qui enim non habet ſpiritum Chriſti, hic nō eſt eius*, ideſt Chriſti. Et ſenſus eſt. Non eſt membrum Chriſti (omnia enim mēbra ab eodem ſpū uegetantur.) Ac propterea, qui Chriſti ſpūm non habet, nō eſt in Chriſto Ieſu, ideſt illi tanquam capiti membrum non hæret. Et ita nō eſt de corpore eius Eccleſiæ miſtico, niſi numero. Contra uero. Qui Chriſti ſpi-

ritum habent, in Chriſto vt palmites in
vite ſunt, vt rami in arbore, vt mem-
bra in capite vel in corpore. Iuxta
1. Cor. 6. illud. Vos eſtis corpus Chriſti, & mẽ
brum de membro. Ipſum nanque
Chriſtum dedit Deus caput, ſuper om-
nem Eccleſiam, quæ eſt corpus eius, ut
Eph. 5. ad Epheſios dicitur. Quid autem ſit ſpi
ritus Chriſti, facilè uidere eſt, ſi uerbi
quod in Euangelio Lucæ ſcribitur, me-
Luc. 9. minerimus. Cum enim Samaritæ Chri
ſtum recipere nollent hoſpitio, impa-
tientes diſcipuli illi Iacobus & Ioãnes,
recordati quantum terrorem magnus
4. Re. 1. Helias, uniuerſo populo incuſſerit, cum
ignem de cœlo ſuper principes illos
quinquagenarios deſcendere fecit. Vt
& ipſi Samariam omnem territarent, di
xerũt. Vis domine vt dicamus, ut ignis
deſcendat de cælo, & conſumat eos,
ſicut fecit Helias? Quibus Chriſtus. Ne
ſcitis cuius ſpirit⁹ eſtis. Filius hominis,
non uenit mactare, ſed ſaluare. Spũs er-
go Chriſti, amoris ſpiritus eſt. Contra.
Spiritus legis ueteris, ſpiritus timoris
Eſa. 42. eſt. Vnde de Chriſto legimus in Eſaia.
Ecce electus meus, complacuitq; ſibi in
illo anima mea. Dedi ſpiritum meum
ſuper eum. Non clamabit, neque audie
tur uox eius foris, calamum quaſſatum
non conteret eum. &c. Qui itaq; mem-
brũ Chriſti eſſe uoluerit, iuſtitiæ amo-
re, non timore pęnæ, Deo optimo inſer
uiat. Ita enim fiet, vt nulla illi ſit condé-
natio. Nam qui hunc Chriſti ſpiritum
habuerit, amorem ſcilicet diuinum,
Luc. 12. ignem illum uiuificum, quem ipſe ue-
nit mittere in terram, hic habebit ſpiri-
tum ſanctum. Quid eſt enim ſpiritus
ſanctus, niſi amor increatus? Contra.
Qui pœnam tantummodo timet, iuſti-
tiam non amat, Spiritum ſanctum ha-
bere non poteſt. Quare nec in ſpũ eſt,
ſed in carne. Carnis enim proprius eſt
Matt. 26. timor, quia infirma eſt. At ſpirit⁹, amor,
quia promptus eſt. Vnde & illud legi-
Pſal. 110. mus. Initium ſapientiæ timor domini.
Eccleſia- Et illud in Eccleſiaſtico. Radix ſapiẽtiæ
ſtici. 1. eſt timere dominum. Non eſt tamẽ ip-
ſa ſapientia. At ſapientia ipſa eſt pietas,
Iob 28. inquit Iob. Pietas autem amore perfi-
citur. Perfecta uero charitas, foras mit-
1. Ioan 4. tit timorem. Timorem inquam ſerui-
lem quatenus ſeruilis eſt, qui eſt timor
pœnæ tantum, ſine iuſtitiæ amore. Hic
profecto erat Iudęorum timor, illis ex-
ceptis, qui per Chriſtum venturũ, amo
rem Dei in corde geſtabant. Hic er-
go timor, Chriſti ſpiritus, non eſt. Nam
qui timore iſto ductus aliquid agit, &
ſi bonum ſit, id quod agit, non tamen
benè agit: quare neque uitam meretur
æternam, ergo neque Dei ſpiritum ha-
bet. Vt & optime tota hæc litera expo-
ni poſſit. *Si tamen ſpiritus Dei habitat in
nobis. Siquis autem ſpiritum Chriſti non
habet.* Hic ſpiritus quem habet, non
eſt ſpiritus Dei, id eſt non eſt gratia Dei.
Nam effectus gratiæ Dei, amor eſt. Di-
citur autem amor eſſe Spiritus Chriſti,
quoniam Chriſtus illum peculiariter
edocuit, quanquã & ipſe Spũs ſanctus,
cuius effectus eſt amor, dicitur eſſe ſpi
ritus Chriſti. Et quia Chriſtus Deus eſt,
à quo ille procedit: Vnde dicebat. De Ioan 16.
meo accipiet. Et quia Chriſtus homo
eſt, qui ab initio, illo Spiritu plenus
fuit. Non enim dedit illi Deus ſpiritũ Ioan. 3.
ad menſuram.

Duo hic conſideranda ſunt. Primũ.
Siquis ſpiritum Chriſti non habet, hic
non eſt eius. Quantumuis ergo ſis præ-
deſtinatus, cum extra gratiam Chriſti
es, iam non es in Chr̄o Ieſu. Quantum-
uis præſcitus ſis, ſi Chriſti gratiam ha-
bes, ad Chr̄m attines. Cadit enim ſę-
pe prædeſtinatus: & præſcitus ſæpe in
Dei gratiã recipitur. Hinc quidem eſt,
quod Chriſtus noluit eradicari Ziza-
niã, ne (inquit) eradiceris ſimul & triti- Matt. 13.
cum. Zizania interdum triticum effi-
citur. Secundum. Siquis ſpiritũ Chri-
ſti non habet, hic non habet ſpũm Dei.
Qui ſpũm Dei non habet, non eſt in ſpi
ritu. Qui non eſt in ſpiritu, in carne eſt.
Qui eſt in carne, Deo placere non pōt.
Qui Deo placere non pōt, Deo diſpli-
cet, & inimicatur. Qui Deo inimicus
eſt, nihil agere poteſt, quod illi placeat.
Tandem igitur, quicunque extra Chri-
ſti ſpiritum eſt, quęcunque agit, peccat,
& Deo diſplicet. Quõ ergo illud uerum
erit, quod ubiq; inculcare ſolemus, Pec
catorem quod in ſe eſt facientem, ad di
uinum amorem conciliandum parari
poſſe? Nihil uidetur falſius dici poſſe.

Nam & cum facit, quod in ſe eſt, peccat, cum parat ſe peccat, quia non eſt in ſpiritu, ſed in carne. Hæc.n. duo apud Paulum immediatè opponuntur. Caro autem inimica eſt Deo. Cuncta opera inimici, inimica ſunt, & deſpecta. Hinc dominus peccatoribus dicebat per Eſaiam, oſtendens ſeſe ad eorum ſacrificia

Eſa. 66. nequaquã reſpicere. Qui immolat bouem, quaſi qui interficit uirum. Qui mactat pecus, quaſi qui ſanguinem ſuillũ offerat. Qui recordatur thuris, quaſi qui benedicat idolo. Neque hic eſt locus euadendi, vt dicamus, peccatorem non mereri.. Apertè nanque dominus dicit eum peccare, & lethaliter. Nã interficere virũ, peccatũ letale eſt. Si itaq; peccator thura, holocauſta offerẽs Deo, perinde ſeſe habet, ac ſi uirum interficeret, nemo negare poteſt, quin in omni opere mortaliter delinquat.

Ad hanc difficultatem, rñdendũ eſt. Dico itaq;, ut breuiter ueniam ad rem, & ſcopum tangam. Carneum & ſpiritalem hoĩem opponi quidem immediate ad hunc ſenſum. Quod null' homo eſt, quin vel carneã vitam viuat, vel ſpiritalẽ. Verum nõ ita, quod oĩa & ſingula opera hoĩs vniuſcuiuſq;, vel ſpiritalia, vel carnalia ſint. Sicut.n. prudentia ſpũs, non omnino naturæ corruptionẽ, fomitẽ ſcilicet peccatorũ tollit. Ita nec carnis prudentia', naturæ inclinationẽ ad uirtutem prorſus corrũpit. Poſſunt itaque aliqua opera fieri ab homine ſpiritali, non tamen ſecundum prudentiam ſpiritus. Aliqua item ab homine carneo, non ſecundum prudentiam carnis. Et bone Deus. Quis ignorat, ſpiritales hoĩes & diuinos, quandoq; uenialiter delinquere? Cũ ſanctiſſimus ille, qui dicebat. Fui in ſpũ, teſtaretur. Si

Apo. 1. 1. Ioan. 1. dixerimus, quia peccatum non habemus, ipſi nos ſeducimus? Vnde hæc ꝓueniunt, a prudentia ſpiritus? Minimè. Nam ſpũs niſi ad optima non inclinat. Neque tñ à carnis prudentia ueniunt, qm̃ prudentia carnis inimica eſt Deo. Minutis uero hiſce culpis, Dei hoſtis nemo efficit. Quid mirũ ergo, ſi & carnalis homo aliqd facit, quod tñ à carnis prudentia non naſcitur', neq; à diuina gra. Sed à rõne, à mente, ſuapte natura nunquam ad bonum non inclinante? Nam & in dãnatis eſt inclinatio naturalis ad virtutem. Aliter.n. conſcientiæ uermis, in eis nõ eſſet. Fateor itaq;, quod qui ſm̃ carnem viuunt, quatenus & quouſq; ſecundum carnem uiuunt, ſemper peccant. Verum & hi poſſunt aliquid agere, non ſecundum carnem vel prudentiam carnis. Illa ipſa ergo actione non peccabunt, licet non merebuntur, quia ſecundum ſpũm non agunt. Non enim agunt diuina gr̃a. Verũ inquies, Nõ docuit Paulus mediũ hoc inter carnem & ſpũm. Sed quid inde? Certè nõ negauit, certè nõ contradixit. Id nobis ſat eſt. Nõ enim omnia Paulus edocuit ſcriptis. Pleraq; enim per epiſtolã, pleraq; per ſermonẽ, vt alibi faſſus eſt. At ſcitote uos Paulũ apprimè ab eo quod plus eſt, intellexiſſe rẽ quancumq; eſſe denominandam. Quamuis itaq; carnalis homo & peccator, non nihil agat, nõ ſecundum carnis prudentiã. Spiritalis item non nihil, non ſm̃ ſpm̃: Neq; tamen ille carnei, neq; hic ſpiritalis noĩe carere debet. Sed nonne Paulus apertiſſime dixit. Ego autẽ carnalis ſum? Carne ſeruio legi peccati, mente uero legi Rom. 7.
Dei? Condelector legi ſm̃ interiorem hominem? Video autẽ aliam legẽ in mẽbris meis? Nunquid nõ dixit. Velle adiacet mihi, perficere nõ inuenio? Nõ.n. quod uolo bonum, illud ago? Velle bonum, nũ eſt à prudentia carnis? Abſit. Eſt ne à prudentia ſpũs? Nõ certe. Quia ſpiritus operatur velle & perficere. Quid clarius ergo, pro hac noſtra ſententia tuenda dicere potuit? Quod non omnia opera ſunt, ſecundum prudentiam ſpiritus, vel carnis? Hominis nanque carnalis ſunt aliqua opera, non ſecundum prudentiam carnis, quæ tamen ſecundum prudentiam, nequaquam ſunt. Fieri itaque poteſt, vt non omnia opera peccatoris, peccata ſint, quamuis, cum ſecundum carnem viuit, nullo omnino peccato careat. Sed difficultas illa fortior eſt. Homo carnalis inimicus eſt Deo, igitur omnia quæ agit, inimica ſunt, & odioſa. Neque enim grata ſunt munera Regi, niſi primũ qui offert munera, gratus ſit. Vnde illud eſt. Reſpexit Gen. 4.

Deus

Deus ad Abel primum,deinde ad munera. Huic tamen dupliciter reſponderi poteſt. Primo quidem,vt dicamus ſic. Homo carnalis,homo eſt,& carnalis. Vt carnalis inimicus eſt. Omnia igitur quæ agit, vt carnalis, Deo ſunt ingratiſſima. Verum ut homo, vt mẽs,
Sap 11, à Deo dilectus eſt. Diligit enim omnia quæ ſunt, & quæ fecit. Hominem ipſe fecit, carnalem non fecit. Opera ergo, quæ facit vt homo,vt mens, non quidem ut caro, Deo placent. Sed q̃m hoĩes, vniuerſaſque creaturas mentis participes hac tantum ratione dicitur diligere Deus, quoniam uidelicet illis gratiam ſuam impartitur. Conſtat autem hunc hominem carnalem,nullo pacto eſſe in Dei gratiam receptum. Spiritalis enim non carnalis dicendus eſſet. Iccirco eſt alia reſpõſio. Cum enim dicitur, Hominem carnalẽ odit Deus,dicendum eſt,quod non ſimpliciter & omnino odit, ſed hac tãtum ratione, quia ad cælorum regnum non vult illum admittere,niſi illi primũ concilictur,& pro virili ſatisfaciat. Agat itaque quæcunque poteſt, nunquam illũ omnia eius opera dignum,efficient qui regnum illud ingrediatur. Verum hac ratione alia,vniuerſos diligit peccatores. Vult nanque unicè,pietate ſua citra etiam meritum, præterquam Chři, illis opem ferre, qua ipſi (modo ſegnes non ſint,) à peccato reſipiſcere ualeãt, illique in gratiam conciliari. Si ergo nõ carnem ſed mentem ſequentes, à diuino numine contin enter citati, inſpirati, propulſatique, quod poſſunt,agant peccatores, Deo optimo maximo conciliabuntur. At locus ille Eſaiæ,durior videtur. Sed in cauſa ille eſt,qui Eſaiã nobis reddidit adeò obſcurum. Non enim habetur ita in textu hæbræo, ſed
Eſa.67. hoc modo. Qui immolat bouem,interficit uirum. Qui mactat pecus, ſanguinem ſuillum offert. Qui recordatur thuris,benedicit idolo. Senſus ergo, illi admodum uerbo perſimilis eſt, quod in eodẽ Eſaia legimus,de ieiunio. Quæ-
Eſa.58. ritis,quare ieiunauimus & non aſpexiſti? Humiliauimus animas noſtras, & neſciuiſti? Ecce in die ieiunij ueſtri,inuenitur uoluntas ueſtra, & omnes debitores veſtros,repetitis: ad lites & cõtentiones ieiunatis. Nunquid eſt tale ieiuniũ quod elegi? Indicat ergo Deus his uerbis, ſe ſe à peccatoribus non placari, ſi cum illa ſacra faciunt, animum occidendi habeant,vel fornicandi,ſi cũ ieiunãt litibus inſiſtere cogitẽt, vel inſidijs contra proximum. Adde, ſi cum orant,appetunt uideri ab hominibus. Fermentum enim iſtud,totam maſſam 1.Cor.5.
illam corrumpit. Oportet enim animũ, ab omni mala intentione prorſus exuere, ſi uis Deum placare, & te ad ſuam parare gratiam. Nemo uero à me exactè ſcire deſideret, modum quo quiſq; ad diuinam gratiam præparari poſſit. Non enim omnium,eadem eſt menſura induidua. Sed pro criminum qualitate,maior & minor exigitur. Hoc itaque indubiè ego ſcio, quod non qualiſcunque uoluntatis motus ſufficiẽs eſt, ad gratiam præparatio: ſicut nec qualiſcunque dolor ſatis eſt, ad peccati remiſſionem. Scio & hoc, determinatum motum quendam eſſe, citra quem homo gratiam minimè conſequitur. At modum illum ſcio me ꝑfectò neſcire, opinorque nulli homini notum eſſe. Nam quis ad unguem modum ſcire poteſt, quo materies diſponatur ad formam? Ignota forma, ſiquidẽ diſpoſitiões ſunt propter formam: donum gratiæ ipſum, notitiam hominum naturalem excedit, igitur & modus quo ad illam anima ꝑparatur. Age itaque quantum potes, ſimulque Deum præcare, vt te dirigat, & ſecurus eris. Quando nanque ad aliq̃d agendum, una quædam methodus requiritur agenti ignota, gubernante indiget, & dirigente. Quis autem Deo ipſo, te melius dirigere poteſt, qui gratiã impartitur? Ob id ergo præces ad illum effundit ſcriptura. Dirige me in ueritate tua. Quanquam & alia ratione præ- Pſal.24.
candum eſt, vt ſcilicet ipſe,in hominũ mentibus operetur, conuertatque nos ipſos ab eo in quo erramus ad ſemetipſum. Nam omnis motus,à primo mouente immobili eſt: vnde & ſcriptura exorat. Cõuerte nos Deus ſalutaris noſter. Nos enim aperire quidem poſſumus ad Deum corda noſtra. Iuxta illud. Si quis apeuerit,intrabo ad illum. Pſ 84.

Verum

Apo 3. Verum tamen non ſine Deo. Vnde &
1. Mac.10 ſcriptum eſt. Adaperiat dominus cor ue
ſtrum. Sicut & labia aperire poſſumus,
Pſ.81. dicente domino. Dilata os tuum, &
impleboillud. Verum non ſine Deo,
Pſ.50. propter quod canit Propheta. Domine
Prou.17. labia mea aperies. Præparari itaque etiã
poſſumus. Salomone teſtãte. Hominis
eſt præparare animam. Non tamẽ abſq;
Deo. Dicitur in ſacris literis. Voluntas
præparatur à domino. Sequitur.

Si autem Chriſtus in uobis eſt, corpus quidem mortuum eſt propter peccatum. At ſpiritus vita eſt, propter iuſtificationem. Vide quanta arte telam ſequitur, quam orditus eſt. Legem ſpiritus uitę, hoc eſt gratiam diuinam, per Chriſtum Ieſum liberare nos à lege peccati & mortis pro poſuit Paulus. Liberationem à peccato, factã eſſe Chri beneficio hactenus bellè oſtendit: quoniam ipſum peccatum de peccato damnatum eſt. Nunc oſten dit quomodo à morte, per Chriſtum Ieſum liberamur. Dicit ergo. *Si Chriſtus in uobis eſt.* Eſt autem, ſi ſpiritus eius in no bis eſt. Nã & Chriſtus à ſpiritu ſuo denominatur, vti homo ab anima. Mortale quidem eſt corpus iſtud propter peccatum, fomitem uidelicet illum, corruptionemque naturæ, quæ penitus non aufertur. Accepit enim mortuum pro mortale: At ſpiritus noſter non modo viuit, ſed eſt uita ipſa propter iuſtificationem diuinam, quam ſpiritu Chriſti nanciſcitur. Quomodo, nanque uita nõ erit, ſi indiuiduè ſpiritui diuino adherẽs qui uita eſt, vnius ſpũs efficitur? dicitque cum ſpiritu Pauli noſtri. Viuo
Galat.2. ego iam non ego, viuit autẽ in me Chriſtus? Ne tu ergo dubita, qui Chriſtum in teipſo habes fide, quæ per charitatẽ operatur, ne mortem carnis huius expaueſcere. Nam ueram & perhennem poſſides ipſe vitam. Intereat corpus, cadauer efficiatur: iaceat in monumẽtis, à uermibus cõſumatur, quod ſemel accepiſti, reſumes. Adeo potens eſt hæc vita, vt tuis reſolutis cineribus, vitam nouam tribuere poſſit: cui ſecunda mors nullo unquam tempore ſit ſucceſſura. Suſcepit mortale corpus Chriſtus, & mortuus eſt, vt peccatum de peccato damnaret. Atqui ſub capite ſpinoſo, membrum delicatum eſſe minimè fas erat. Decuit itaque illo patiente, mo rienteque, & tuum corpus paſſibile eſſe, & morti obnoxium. Reſurrexit uero, immortalitatis ſtola circumamictus. Fide ergo, & tuba illa altiſona, te aliquã do ad meliorem uitam reuocandum. Nec enim corpus decorum eſſet, ſi caput uiueret, membris ceteris emortuis. Quemadmodum nec è contra. Si mem bra uiuerent immortalia, corpore mortuo. Propterea ſequitur.

Quod ſi ſpiritus eius, qui ſuſcitauit Ieſum à mortuis habitat in uobis, qui ſuſcitauit Chriſtum à mortuis, uiuificabit & mortalia corpora ueſtra, propter inhabitantem ſpiritum eius in uobis. Ne tu mihi quæſo dicas. Quid vult ſeminiuerbius iſte Paulus nobis imponere, qui mortuorum reſurrectionem prædicat? Illam enim Prophetæ omnes, Chriſtus, & Apoſtoli docuerunt. Viuẽt mortui mei, interfecti mei
reſurgent, ait Eſaias. Ezechiel item. A Eſa.26.
quatuor uentis veni ſpiritus, & inſuf- Ezech.37
fla ſuper interfectos iſtos, & reuiuiſcãt. Iob 19.
Iobus etiam. In nouiſſimo die, de terra ſurrecturus ſum, & in carne mea uidebo Deum ſaluatorem meum. Salo-
mon quoque. Spoliaui me tunica mea, Cant 5.
induam eam. Oſeas rurſus. Viuificabit Oſee 6.
nos poſt duos dies, in die tertia ſuſcita-
bit nos, Chriſtus ipſemet. Veniet hora. Ioan. 6.
quando mortui audiẽt vocem filij Dei, & qui audierint viuent. Cabaliſtæ Rabbini Iudæorum omnes, Seduceis exceptis, reſurrectionem futuram eſſe, & afferunt, & contendunt. Fatere tu animorum immortalitatem, quam qui negat, vniuerſas leges, facilè euertere poteſt, eſtque communis omnium hominum pacis & felicitatis inimicus. Et reſurrectionem corporum futuram aliquando inuicta ratione demonſtrabis. Naturale enim animæ eſt vniri, corpori, præter naturam itaque ſeparantur. Quis uero dicet, id quod naturale eſt, tam breui momento durare, quod præter naturam, ferè ſemper? Oportet itaque, animam velis nolis rurſus hãc induere carnem, ne tam diuturnum diuortium ſit iſtud, quod & anima & caro impenſè refugiunt. Neque tam breuis hæc mutua in hac uita cohabitatio,

quæ

quæ vtrinque admodum deſideratur. Si euadas autem ad antiqua illa deliramenta, animas uniri quidē denuo corporibus, at non illis ipſis, ſed alijs. Vt q primum Panthoides Euphorbus erat. Troiani tempore belli, intercedētibus tot temporū curriculis, Pithagoras euaſerit. Migrante Euphorbi anima, in Pithagoræ corpus, quod & Hærodes exi
Luc.9. ſtimaſſe olim uiſus eſt, dicens. Animā Ioannis Baptiſtæ, quem decollarat, in Chriſtum migraſſe, vnde & ſibi timebat. Compræhēdā te ſtatim ratione naturali. Nanque anima non unitur corpori, vt motor mobili, vt artifex inſtrumento, ut nauta naui, ut homo ueſtimento, ſed ut forma materiæ, vt ἐντελέχεια τοῦ σώματος, diuerſis itaq; corporibus, nulla vnquam ratione commigrādo poteſt aptari, ſed tantum uni. Non enim omnis forma, cuilibet materię vniri poteſt, ſed determinata determinatè. Aliter enim dicam. Quodlibet fit ex quolibet, quod omni Philoſophiæ repugnat. Formæ artificiales non ita ſe ſe habent. Fit enim phiala in auro, in argēto, in auro etiam phiala, atque lampas, & tuba. At naturales formæ, neceſſariò habent proprias, determinataſque materies, & vnaquęque materies, propriā, determinatamque formam. Quod qui non intelligit, ad philoſophādum aptus nō eſt. Fingi ergo ne poteſt cum lamijs, animam humanam in culicem, in ueſpam, in anguem, in lupum migrare? animamque meam in ſophoniſcum, in Palamedem, in Lentulum? O portenta. O Fabellas. O nugas inanes. Erit. Erit itaq; credite Paulo, noſtrorum corporum re
Rom.8. ſurrectio. Viuificabit (inquit) mortalia corpora noſtra. Non ueſtra, non alie
Iob.19. na. In carne mea (ait Iobus) uidebo Deum ſaluatorem meum. Quē uiſurus ſum ego, & oculi mei conſpecturi ſunt, & non alius, id eſt non factus alius ex Iobo non Lentulus. Ex Helia non Ioannes. Mortalia autem dicit, nō mortua. Vt intelligas & mortem & mortalitatē tollendam. O magnum reſurrectionis
1.Cor.15 myſterium. Si non eſſet reſurrectio, inquit Paulus, inanis eſſet fides noſtra, quæ ſcilicet & animos immortales eſſe, & Chriſtum reſurrexiſſe prædicamus. Nam ſi corpora non reſurgunt, anima immortalis non eſt. Si item Chriſtiani non reſurgunt, neque Chriſtus reſurrexit. 1.Cor.15

Attendendum autem, quod ſupra capite quarto dixit Paulus, Chriſtum reſurrexiſſe, iuxta Dauidem. Ego dormiui & ſomnum cępi, & reſurrexi quoniam dominus ſuſcepit me. Hic uero dicit, eum fuiſſe ſuſcitatū, iuxta Patriarcham. Ad prædam aſcendiſti fili mi, vt leo, & quaſi Leena. Quis ſuſcitabit eū? Cui & Petrus adſtipulatur dicens de eo. Quem Deus ſuſcitauit, ſolutis doloribus inferni. Conſidera igitur pro his locis conciliandis, quod quamuis Chriſto moriente, uerè anima à corpore ſeparata fuerit: animæ tamen & carni deitas ſemper unita fuit. Anima itaque & caro quatenus deitas, vtroque comes erat, ſe ſe denuo vnire potuerunt: ita, vt anima, corpus quod depoſuerat reſumpſerit, & corpus animam. Hoc ergo modo reſurrexit Chriſtus ex ſe ipſo, non fuit ab alio ſuſcitatus. Cōtra uerò, nos ſuſcitamur, non reſurgimus. Sicut & Chriſtus aſcendit, nos uero aſſumimur. Vnde neque de Virgine dicitur. Aſcendit in cælum, ſed aſſumpta eſt. De Chriſto vero Aſcendit. Si tamen animam & carnem Chriſti mortui conſideres, vt anima, vt caro, non vt vtrūq;: Deus erat. Sic impoſſibile fuit, vt ex ſe ipſis reunirent: & ita reſurgeret Chriſtus mortuus. Sed diuinitas renuiuit, & ita ſuſcitauit. Illa tamen diuinitas una eſt patris, filij, & ſpūs ſancti: quare ſicut ſuſcitatus dicitur Chriſtus à patre, ita à ſeipſo, & à ſpiritu ſancto dici pōt, & debet. Hæc enim duo ſe conſequuntur. Vt uidelicet Chriſtus, uirtute diuina patris, & ſpūs ſancti, excitatus fuerit, & ſui ipſius.

Rom.4. Pſal. Gen 49. Act.2. Mar.vlt.

Secundum conſiderandum eſt, quia dicit Paulus. *Si ſpiritus eius, qui ſuſcitauit Ieſum à mortuis habitat in uobis*. Videtur enim diſtinguere ſpiritum Chriſti, de quo parum antea dixerat. Si quis ſpiritum Chri non habet, hic non eſt eius, à ſpiritu Dei, qui illum ſuſcitauit. Quoniam nanque Chriſtum ſuſcitatum dixit, non reſurgentem, Chriſtum hoīem expræſſit. Eſt autem alius ſpūs, ſpiritus Dei,

Dei, & ſpiritus Chriſti hominis vt homo. Quamquam abſolutè ſit idem ſpiritus Dei & Chriſti. Quandoquidem Chriſtus Deus eſt, & quia plenus ſpiritu diuino, vt ſupra dictum eſt. Sed quid ſibi vult conditio illa. *Si ſpiritus Dei habitat in uobis, Deus qui ſuſcitauit Ieſum Chriſtum, viuificabit mortalia corpora ueſtra?* Num etiam prauos ſuſcitauit Deus? Scriptum eſt enim. Omnes reſurgemus. Vel igitur habitet ſpiritus Dei in nobis, vel non, mortalia noſtra corpora viuificabuntur. Praui non dicuntur, reſurgere. Immo relabi, vel denuò cadere. Suſcitabuntur certè omnes: at impij continuè mille mortibus morientur. Tantis enim afficientur ſupplicijs, vt longe ſit deſiderabilius mori, quàm illa tormenta perferre. Verum electi, uerè uiuificabuntur: Quia impaſſibiles, non modo immortales erunt. Pati nanque, nonne quædam mors eſt? Propterea enim ſupra Apoſtolus fomitem, corpus mortis appellabat. Quia dum ab eo urgemur, & affligimur, morimur quodammodo. Huic uero uitæ duplici, vel reſurrectioni noſtræ, videtur apponere duo antecedentia Apoſtolus. Primum eſt. Chriſti reſurrectio. Secundum eſt. *Propter inhabitantem ſpiritum eius in nobis.* Ita enim dicit. *Si ſpiritus eius;* videlicet Dei. *Qui ſuſcitauit Ieſum Chriſtum à mortuis; habitat in vobis. Ipſe Deus, qui ſuſcitauit Ieſum à mortuis, viuificabit mortalia corpora noſtra, propter inhabitantem, ſpiritum eius in nobis.* Vides quomodo nil ſeminat in antecedente, quod in conſequente non metat? Antecedens eſt. *Si ſpiritus eius, qui ſuſcitauit Ieſum Chriſtum à mortuis habitat in uobis.* Conſequens. *Qui ſuſcitauit Ieſum à mortuis, viuificabit mortalia corpora noſtra, propter inhabitantem ſpiritum eius in nobis.* Vt intelligas quod non eſt tota cauſa & adequata (ut aiunt) noſtræ reſurrectionis, Chriſti reſurrectio. Quamuis enim Chriſtus non reſurrexiſſet, (quod fuiſſet profectò, niſi eum mori oportuiſſet,) electi nihil minus ſurrexiſſent. Neque enim vllo tempore paſſus fuiſſet Deus, vt eorum corpora perpetuo, uermibus atque ſerpentibus in eſcam data eſſent, quorum animas uidiſſet ſuo ſanctiſſimo ſpiritu fulgentes & radiantes. Vnde hoc eſt, quod dicit. *Viuificabit mortalia corpora noſtra, propter inhabitantem ſpiritum eius in nobis.* Non propter merita ueſtra primum, ſed propter gratiæ dignitatem, qua decori eſtis & formoſi. Decet nanque, vt & carnes veſtræ, quas macie, verberibus affeciſtis, vt ſpiritibus, his ueſtris ſubigerentur: & ipſe ſpirituum ueſtrorum pulchritudinem, atque beatitudinem tunc participent, fiantque glorioſæ, & rutilantes, quas primum cicatricibus, plagiſque corruptibilia ſpectacula mundo, exhibuiſtis. Nunc itaque poſtquam Chriſtus mortuus eſt, & reſurrexit, vtraque cauſa ſimul iungi debet, vt hæc ſit quaſi motiua, illa uero exemplaris. Si autem myſterium iſtud peractum non fuiſſet, hæc una cauſa reſurrectionis extitiſſet, Dignitas ſcilicet diuini ſpiritus, noſtras mentes inhabitantis. *Ergo fratres, debitores ſumus non carni, vt ſecundum carnem viuamus.* Optima concluſio, & quæ perbellè magna euidentia, ex dictis immediate ſequitur. Viuificabit nos Deus, propter inhabitantem ſpiritum eius in nobis. Quia ergo tantam gloriam expectamus, propter diuinum ſpiritum hunc nos inhabitantem, ſpræta carne, ſpiritalem vitam uiuere debemus. Tacet uero partem concluſionis vnam, & defectiua locutio eſt, ſecũdum uſitatum Hæbræorum morẽ. Non enim dicit cui ſumus debitores, ſed tantum cui non, ſignificat. *Debitores ſumus* (inquit) *non carni.* Subintellige tñ, igitur ſpũi, vt ſecundum ſpiritum, non ſecundum carnẽ viuamus. Carni neceſſaria prouideamus, cibos, tegumenta, medicinas. At carnis deſideria, ne perficiamus, poſt carnis concupiſcentias ne eamus. Scriptum eſt enim Cibaria, & uirga, & onus aſino. Panis, diſciplina, & opus ſeruo. Hoc ſanè uult dicere, *Eccleſiaſtici. 33.* Non eſt uiuendum ſecundum carnem. Poteſt autem ſequi hæc concluſio, ex omnibus ſupradictis. Prudentia carnis, *Rom. 8.* mors,

mors: Prudentia ſpũs, uita. Prudentia
carnis, inimica Deo. Prudentia ſpirit⁹,
pax. Qui in ſpiritu ſunt, ſpũm Dei in
ſeipſis habent. Ieſum Chriſtum in cor-
de geſtant, quaſi alati ſuper ethera uo-
litant, ex hominibus, angeli euadunt.
Immo Dei efficiuntur. Qui in carne
ſpiritum profanum habent, Deo ſunt
odioſi, hominem exuunt, obbruteſcũt,
moriuntur. Igitur. *Debitores ſumus non
carni, vt ſecundum carnem uiuamus.* Sed
ſecũdum ſpũm. Nota autem uerbum
illud. *Debitores ſumus.* Quæcunque tu
agis homo, agere debes, nihil ex libera-
litate cum Deo agis. Ex debito potius
aguntur cuncta à nobis omnibus. Nõ
enim noſtri ſumus, ſed Chrĩ, ſed Dei,
qui nos magno prætio redemit. Illi igi-
tur uiuere debemus, non nobis. Secũ-
dum ſpiritum itaque, non ſecundum
1. Cor.6. carnem. Hinc illud eſt. An neſcitis,
Ibidem. quia membra ueſtra templum ſunt ſpi-
ritus ſancti, qui in uobis eſt? Et nõ eſtis
veſtri? Empti enim eſtis prætio magno,
glorificate, & portate Deum in corpo-
re neſtro. At. Contra. Deus nulli de-
Rom.11. bet. Quis nanque prior dedit illi, &
retribuetur ei? Vbi eſt ergo hipocrita il-
Luc. 18. le, qui bona opera iactat? Nõ ſum ſicut
cæteri homines, ieiuno bis ĩ ſabbatho.
decimas do omnium quæ poſſideo? Hu
Luc.17. miliamini, humiliamini omnes, & cum
omnia feceritis, quæ præcepta ſunt uo
bis, dicite quia ſerui inutiles ſumus,
quod debuimus facere, fecimus. Ne
tamen putares, ob id quod omnia &
teipſum Deo debeas, tibi nullum eſſe
reddendum præmium, propter tuas ſpi
ritales actiones, & à carne deterrens, &
alliciens ad ſpiritum. Subiunxit Apo-
ſtolus. *Si enim ſecundum carnem vixeri-
tis, moriemini. Si autem ſpiritu actiones car-
nis mortificaueritis, viuetis.* Vnuſquiſq;
debet uitam appetere, atque refugere
mortem, debitores itaque ſumus vni-
uerſi, vt ſecundum ſpiritum, non ſecũ-
dum carnem viuamus. Nempe vita car
nalis, mortem parturit, ſpiritalis autem
vitam perhennem. Hinc autem decla-
rabitur & verbum illud ſupra. Prudẽ
Rom 8 tia carnis, mors. Prudentia ſpiritus, ui-
ta. Senſus enim eſt. Qui ſecundum pru-
dentiam carnis vixerit, morietur, &
morte animæ, & perpetua corporis paſ
ſione poſt reſurrectionem, quę & mors
dici poteſt. Contra. Qui ſpiritu diuino
humanum ſpiritum inhabitante, actio-
nes, deſideria, ſuggeſtiones carnis do-
muerit, frenauerit, ne ſcilicet inſurgãt,
ne inſurgentes præualeant, ne præua-
lentes regnent, corpore & anima, in cę
lorum regno perpetua illa uita feliciſſi-
ma potietur. Attende autem, quod non
dicit Apoſtolus. Qui carnis actiones
extinxerit, ne diceres impoſſibilia quę-
rit: impoſſibile eſt enim carnem non tẽ
tare, non urgere, non concupiſcere, nõ
ſuggerere. Sed tantum dixit. Qui mor
tificauerit, qui frenauerit. Id nãq; quis
eſt, qui Dei adiutus ope, modo uelit, nõ
facile poſſit? Si dicas. Ante Chriſti ad-
uentum id à nemine, vel à paucis ſine
maxima difficultate præſtari potuiſſe.
Victas tibi dabo manus. At poſtquam
gratiarum flumina, tam magno impetu
facto, in perditam hanc peccati molem
irruerunt, & virginitas, & mortis cõ-
temptus, & aduerſitatum tollerantia,
& dęmonum triumphi, & tandem ſui
ipſius uictoriæ, tanta facilitate ab om-
nibus pie Chriſtum colentibus, obti-
neri poſſunt, quanta primũ omnes ſuc-
cumbere poterant. Inditio huius ſunt,
tot Virginum chori, tã innumeræ Mar-
tyrum cateruæ, & inenarrabiles Mo-
nachorum greges, qui Chriſtum Ieſum
ſequuti fuere. Non apud nos tantum,
ſed apud Scithas, apud Thraces, inter
Indos, Perſas, & Barbaros omnes, qui
primum uirtutem omnem exuiſſe vi-
debãtur, & beluino more tanquam car
nis mancipia facti, abiecta prorſus mẽ-
te, viuebant. Quis itaque in tanta ieiu-
nantium, continentium, morientium,
pauperum, ſpiritalium, religioſorũ ho-
minum copia excuſabitur, quod carnẽ
domare, aut in ſpiritus ſeruitutem redi
gere. his modis omnibus non poſſit?
Quæ primum te captiuum efficiebant,
mihi crede cõciderũt, oĩa deſierũt, ex-
territa ſunt, pauere cæperunt, diuinæ
gratiæ uirtute primum adueniente.
Si ergo adhuc ſecũdum carnem viuis,
lumen ſpiritus tu ipſe extinguis: aurigã
tuum,

tuum, Deum optimum maximum, tu ipſe extrudis, naufragium itaque tu tibi ipſi paras & mortē. Quod ne fiat, poſtquam diuino illo ſpiritu, uiuimus per gratiam, diuino etiam illo ſpiritu duce ambulemus, vt ad gloriæ æternæ uitā
Gal 6. peruenire ualeamus. Ita enim dicit Paulus. Si ſpiritu uiuimus, ſpiritu & ambulemus. Id autem fieri non poterit, niſi primum petulantis carnis concupiſcentias coherceamus, & affigamus cruci.
Gala. 5. Nam qui Chriſti ſunt, carnem ſuā crucifixerunt cum uitijs & concupiſcentijs. Prius ſiquidem eſt, ueterem hominem exuere, quàm induere nouum. Ob id Paulus primo monet, vt non ſecundum carnem viuamus. Dehinc vt uiuamus ſecundum ſpiritum. Nota uero loquendi Apoſtoli modum. Si actiones carnis mortificaueritis. Quid enim apertius quæris ad id aſtruendū, quod homo eſt diuinæ gratiæ *συνεργὸς*. *συνεργεῖν* conuenit Deo, fateor, ſed *συνεργεῖν* nobis, alioquin quomodo dicit, *Mortificaueritis*? Non mihi dicas. Homo inſtrumentum eſt, vel organū mortificationis peragendæ. Organo non adſcribitur actio. Quis, enim dicet. Serra hanc cathedram fabrefecit, vel malleus? Homini autem carnem mortificare adſcribitur, homo itaque agit, non vt inſtrumentum, ſed ut cauſa, vt cauſa tamen ſecunda. Indubiè enim hoc uerum eſt. At ſecunda cauſa dices, organum dicitur primæ. Fateor. Sed organum viuum, quod omnino ſua uirtute primæ cooperatur. Sol enim eſt *συνεργὸς* Dei, & homo ſolis. Ita ergo anima ad carnem mortificandam, diuinæ gratiæ cooperatur, nec in homine tantum mortificatur, ſed ab homine. Expone
1. Ioan. 3. mihi quæſo hoc uerbum Ioannis. Omnis qui habet hanc ſpem in Chriſto, ſanctificat ſe, ſicut ille ſanctus eſt. Si homo non agit, quomodo te ipſum ſanctificare potes, ſi nihil facis? Sanctificare eſt
Rom. 13. eſt ſanctum facere. Expone & illud Pauli. Abijciamus opera tenebrarum, &
2. Pet. 1. induamur arma lucis. Quomodo nanque abijcimus, ſi nihil agimus? Petrus etiam dicit. Satagite fratres, vt per bona opera ueſtra, certam faciatis uocationem & electionem ueſtram. Ac parum antea. Omnem curam ſubinſerentes, Ibidem. miniſtrate in fide ueſtra virtutē, in uirtute ſcientiam, in ſcientia abſtinentiam, &c. Si tantum patimur, nonne frigent hæc uerba omnia? Violentia autē nimium magna erit, ſi dicas, tu diceris facere, abijcere, induere, ſatagere, mortificare, quia ſpiritus diuinus in te agit, facit, abijcit, mortificat. Itemque refellit gloſemma iſtud Paulus, qui dicit. Si ſpiritu facta carnis mortificaueritis, viuetis. Vult itaque non ſpiritum mortificare, ſed hominem. At ſpiritum eſſe id quo ab homine caro mortificatur. Quia tamen hoc durum erat, ſenſumq; abſurdiſſimū parere potuiſſet, ut quod negatum eſt de homine, de ſpiritu ſancto concederetur. Quod uidelicet non eſſet agens, ſed tantum eſſet inſtrumentum carnis mortificandæ: ita quod homo eſſet agens principale, & ſpiritu vteretur, ut faber ferra. Agitur nanq; ferra à fabro, non faber à ferra. Propterea Apoſtolus uoluit declarare, quod ſpiritus ſanctus eſt prima cauſa, agens non acta, mouens non mota. Homo autem ſecunda, agens quidem ſed nō niſi acta, mouens ſed non niſi mota. Vt intelligas, hominem ſpiritu carnem mortificare, non alio modo, niſi eo quo cōmuniter dicitur ſecundam cauſam, agere virtute primæ. Quia ſcilicet ſecunda agitur à prima vt agat. Ita homo agitur à ſpiritu ſancto. Ideo ſequitur. *Quicunque enim ſpū Dei aguntur? hi ſunt filij Dei.* In primis autem, non te terreat cum audis, nos à diuino agi ſpiritu, non item audis nos agere. Audi Auguſtinum, qui te conſolatur. Aguntur (inquit) ut agant, non ut ipſi nihil agant. Agi autē dicūtur magis, quàm agere amici Dei: vt cum egerint, non in ſeipſis glorientur, ſed gratias illi agant, à quo acti primum fuerunt, vt ſecūdo agerent. Quis enim dubitat, & plus, & prius Deum in ſanctis agere, quàm ipſi agant? Vt ergo & primas, & optimas partes, pſtare diuinam gratiam intelligeres, vltimas & infimas hominis uoluntatem, dictum eſt quod aguntur, non quod agant. Vis autem intelligere iſtud? Ecce. An ignoras naturales res, quæ non agnoſcunt, in earum actionibus non errare? Cur

putas

putas hoc accedat, niſi quoniam rememorantur (vt uoce magni illius Philoſophi utar) ab arte diuina? Diriguntur.n. & aguntur ab intelligentia non errante. Vnde hoc eſt maximum argumentũ, diuinæ prouidentiæ contra Philoſophaſtros. Ad hunc etiam modum ſe ſe habent inter homines hi, quos benè fortunatos vocamus. Quibus cuncta feliciter accedunt, etiam ipſis non intendentibus. Diriguntur nanque à principio, quod ratione, & conſilio melius eſt. Quid autem eſt melius ratione & conſilio niſi Deus? Hinc ſimplicioribus uidemus pleraque optimè ſuccedere, agẽte eos, in cunctis fauore diuino, cui ſe ſe totos dedunt & committunt. Tanq̃ hi, qui prudentiæ & ſapientiæ expertes ſunt. Contra uero, ſtultos & callidos, qui propriæ fidunt prudentiæ, raro fortunatos eſſe cõſpicimus. Freti enim ingenio & experientia, diuinos impetus ſequi nolunt, quo fit, vt ſæpe incidant in laqueum quem fecerunt. Compræ- 1. Cor. 3
hendit enim Deus ſapientes, in ſapientia eorum, & conſilia prauorum diſſipat. Hinc illud eſt. Vbi plurimum de intellectu, ibi minimum de fortuna. Cõtra. Vbi minimum de intellectu, ibi plurimum de fortuna. Ad hunc itaque modum, amici Dei agũtur, non modo reguntur. Regitur enim, qui non parũ agit. At agitur, qui uix agit. Agit Deus omnia in omnibus certè, & ita omnia aguntur à Deo: non modo quia omnes cauſas ipſe creauit, ſed quia omnia cauſarum ſecundarum opera à Deo exeũt. Neq; enim minus pendet à Deo natura, quàm ars à natura. Ars autem nihil agit, niſi ſimul coagente natura. Igne enim molleſcit ferrum, ut malleo arte fabrili extendatur. Igitur nec natura aliquid agit niſi coagente Deo. Immo nec mali agũt, niſi agente Deo. Verum peculiare quid eſt hoc, quod Paulus dicit. Sanctos, Dei filios agi à diuino ſpiritu. Aguntur ut agant, vt bona opera agãt, vt ea tanquam filij agũt, vt amore agunt, non timore, vt boni placeant, ut hæreditatem poſſideant, ut dij efficiantur, ut extra ſeipſos acti, & rapti, ſoli Deo à quo aguntur, intendant. O beatos illos, qui diuini ſpiritus vehementia, non modo diriguntur, vel ducũtur, ſed propriè aguntur, cientur, impelluntur. Ita ut quandoque cæteris hominibus, qui animales ſunt, nec percipiunt, quæ ſunt Dei, in amentiam, & in furorẽ uerſi eſſe uideantur. Sic agebatur Paulus noſter, qui diuino correptus numine, ita ſupra hominem loquebatur, vt Feſtus magna voce clamarit. Inſanis Paule, multæ te literæ ad inſaniam vertunt. Act 26.
Sic agebatur Pſaltes ſanctiſſimus, cum ante archam domini, concinentibus choris ſaltaret, propter quod & 2. Re. 6.
Michol eum irriſit. Et ante regẽ Achis, 1 Re 21.
cum uultum immutauit, ſaliuæque in eius barbam fluebant. Vnde dictum eſt de eo. Vidiſtis hominem inſanum? Cur adduxiſtis eum, ut fureret coram nobis? Sed nonne & Chriſtus Ieſus, ita ex ſpiritu ſancto agi uiſus eſt, & furere, cum turbis eum præmentibus, eoque eſuriente admodum, ex nimio alienæ ſalutis deſiderio, propriæ neceſſitatis obliuiſcebatur? Exierũt enim ſui tenere eum, (inquit Marcus,) dicebantq;, quoniam in furorem uerſus eſt. O ſacrum, ſanctumque furorem. O impe- Mar. 3.
tum optabiliſſimum, quo agitante caleſcimus, quique ſacræ ſemina mentis habet. Quomodo Apoſtoli rudes & idiotæ, elingues, uirgines, puellæ, tanta conſtantia, in Regũ & Ceſarum cõſpectu, tam admiranda myſteria loqui potuiſſent, niſi hoc diuino ſanctiſſimi ſpiritus furore acti fuiſſent? Audi Chriſtum Ieſum. Cum ſteteritis ante reges & præſides nolite cogitare quomodo, aut quid Matt. 10.
loquamini, dabitur enim uobis in illa hora quid loquamini. Non enim uos eſtis, qui loquimini, ſed ſpiritus patris ueſtri, qui loquitur in uobis. *Qui*, ergo hoc modo, *Aguntur a ſpiritu diuino*, à dei gratia. *Hi filij Dei ſunt*. adoptione ſcilicet gratuita, & Deo chari. O quàm pauci ſunt noſtra tempeſtate Roma. Furere nos faciunt humani morbi, tirannidæ, perturbationes, carnis affectus, profani amores, diabolici inſtinctus, quibus mentes noſtræ iam amentes, temerè, & citra omnem rationem, vtinã nõ cõtra huc atque illuc præcipites feruntur. At nemo furit, diuino ſpiritu actus. Cauete itaque, ne id uobis dicat Chriſtus. Ioan 8.

Vos

Ioan. 8. Vos ex patre diabolo eſtis, & deſide-
ria patris ueſtri vultis facere. Sed exa-
minandum eſt verbum iſtud Apoſto-
li. *Qui ſpiritu Dei aguntur, Hi filij Dei
ſunt.*

Hinc nanque anſam arripuere com-
plures, vt exiſtimarint diuinam gratiā
nobis neceſſitatem, vimque inferre,
vt à ſpiritu acti, ſecundum ſpiritum
bene agamus. Non enim agi dicere-
mur, ſi reſilire poſſemus. Verum erro-
rem refellere facilè poſſumus. Si nan-
que ſemel legimus, nos à Dei ſpiritu
agi, millies nos duci legimus. Spiritus
Pſ.142. tuus bonus, deducet me in terram re-
Pſal.118. ctam. Deduc me domine, in ſemitam
Eſa.63. mandatorum tuorum. Deſcendēs ſpi-
ritus domini, ductor eius fuit. Ductus
Matt.4. eſt Ieſus in deſertum, à ſpiritu. Addu-
Oſee 2. cam eam in ſolitudinem, & loquar ad
cor eius. Duci autem uolentis eſt, vt
patet, non neceſſitatem patientis. Agi
itaque, non neceſſitatem, ſed uehemen
tem inclinationem, hoc in loco ſigni-
ficat. Quod ſi uocabulum urgeas,
memento hiperbolas ſcripturæ ſacræ
familiares eſſe. Nam & Eſaias, vo-
Eſa.59. cat Chriſtum, vel ſpiritum ſanctum,
& eius gratiam, fluuium uiolentum.
Violentiam tamen à ſpiritu ſancto in-
ferri, nemo dicet. Et ſi fortaſſe nonnul-
li neceſſitatem. Cū uenerit inquit, qua-
ſi fluuius uiolētus, quem ſpiritus domi-
ni cogit. Ita ergo per hiperbolam agi di
cimur à Paulo. Nulla tamen nobis in-
fertur vis, neque neceſſitas. Et cur mi-
raris hanc uocem agi, cum Marcus ma
ius, quid dicat de Chriſto Ieſu? Im-
Mar.1. pulit eum ſpiritus in deſertum, vel ex-
pulit? Senſum mihi crede, ſpectare o-
portet, non uerba nuda. Alioquin quo-
modo conciliabuntur Euangeliſtæ?
Matt.4. Matthæus dicit eum duci. Lucas agi.
Luc.4. Marcus impelli. Ductus eſt uolunta-
te & ratione. Actus magno affectu.
Impulſus ſummo feruore. Abſit er-
go neceſſitas, ſaluaque ſit ſemper li-
bertas. Hac declaratione etiam, con-
2. Cor.5. ciliatur locus ille. Charitas Chriſti
urget nos. Non enim intelligitur,
quod propriè cogat, ſed quod uehemē-
ter impellat & agat. Magna nanque
eſt vis amoris. Fortis eſt ut mors dile-
ctio, dura ſicut infernus æmulatio.
Aquæ multæ, non potuerunt extingue Cant 8.
re charitatem. Ille alius. Nemo ue-
nit ad me, niſi pater meus traxerit eū. Ioan 6.
Verè quippe neminem Deus trahit.
tractu illo, qui inter motus uiolentos,
à ſapientibus computatur, ſed tractu
hiperbolico, de quo illud eſt. In funi-
culis Adam traham uos, in vinculis Oſee 11.
charitatis. Et illud. Trahe me poſt te,
curremus in odorem unguētorum tuo Cant.1.
rum. Neque hoc fuit vnquàm mens
ſaluatoris, ut diceret, neminem ad eū,
niſi tractus, coactuſque à patre acce-
dere poſſe. Id enim, quomodo intelli-
geret, ipſemet expoſuit eodem loco.
Murmurantibus nanque nonnullis, de
carnis ſuæ & ſanguinis ſacramento, di-
centibuſque, Durus eſt hic ſermo, Ioan. 6.
quis poteſt eum audire? Sciens Ieſus
apud ſemetipſum, quia murmurarent
de hoc, dixit. Hoc vos ſcandalizat?
Spiritus eſt qui viuificat, caro non pro-
deſt quicquam. Verba quæ locutus
ſum vobis, ſpiritus & uita ſunt. Sed
ſunt quidam ex uobis, qui non credūt,
propterea dixi uobis, quia nemo poteſt
venire ad me, niſi fuerit illi datum à
patre meo. Ecce quid intelligebat, cum
ſupra diceret. Nemo uenit ad me,
niſi pater meus traxerit eum. Hæc
eſt expoſitio. Nemo poteſt uenire ad Ioan. 6.
me, niſi fuerit ei datum à patre meo. Il
le alius locus. Exi in uicos, & in uias, Luc. 14.
& ſæpes, & compelle intrare, vt im-
pleatur domus mea. Hoc eodem mo
do declaratur. Non enim propriè
quiſquam à Deo optimo maximo com-
pellitur, ut regnum cælorum, ubi do-
minica illa cęna paratur, introeat. cum
magis vim ianitori inferre oporteat, ut
nos ad epulas illas admittere velit.
Regnum enim cęlorum uim patitur, Matt. 11.
& uiolenti rapiunt illud. At compel-
li dicuntur plerique, qui doctrinæ ef-
ficacia, miraculorum quoque magnitu
dine, adeò ad fidem cōmouentur, & ad
bona opera, vt uix reſiſtere poſſint, qn
credant, & benè operentur. Et reuera
non reſiſtunt. Veritas enim uincit,
& inualeſcit, & non eſt qui poſſit aduer
ſus eam, inquit Zorobabel. Quid ita-
que inſinuet uox illa agi, intelligis. 3. Eſd. 3.

Significat enim efficaciam magnam di-
uinæ gratiæ, non uolũtatis quidem no-
ſtræ neceſſitatem. Sed mittamus etiã
hiperbolam, ne verbum hoc *ἄγομαι*
euadere uideamur. Nonne etiam ſe-
cundum linguæ græcæ proprietatem,
duci, oblectari, demulceri ſignificat?
Plutarchum lege. *Οἷς χαίρειν, ὁ δῆμος
καὶ ὑφ᾽ ὧν ἄγεσθαι πέφυκε.* ideſt quibus
gaudet populus, atque à quibus duci
natura ſolet. Audis *ἄγεσθαι*? Sic Ci-
cero pro Murena dixit, ludis oblecta-
mur, & ducimur. At mittamus adhuc,
quod Paulus, nos à ſpiritu diuino co-
gi diceret. Num & illud non legi-
Luc.14 mus. Et coegerunt illum? Vnde & in
uſu eſt, ut dicamus. Amicus meus me
coegit. Eſt ne tamen uera coactio, ab-
ſolutaque neceſſitas? Abſit. Sed cur
vſus eſt hac voce *Aguntur*, non ducun-
tur Paulus? vt in vehementia & feruo-
re à carnis deſiderijs, deſiſtendi, per-
ſeueraret, & ambulandi ſecundum
ſpiritum. Agi enim propriè hoc in lo-
co, ſi & myſterium quo de agimus, &
uerbi ethimologiam ſpectes, eſt à cor-
pore abſtractum animum diuino inſtin
ctu concitari, & non tepide, ſed acrius
in diuina exardeſcere. Vnde & vates
alienatos, diuinoque furore correptos
agi dicimus, & rapi. Quoniam ab eo,
quod eſt ſecundum naturã, in id quod
eſt contra naturam, vi ſuperioris natu-
ræ, eleuantur. Hæc neque eſt raptus,
vel extaſis ratio. Nunc enim non di-
ſtinguimus raptum ab extaſi. Quid mi
rum itaque, ſi homo ui diuinæ gratiæ
gratificæ, quæ tanquam magnes caly-
bem trahit, ab infirma natura ad diui-
nam participandam eleuatus. (Fit enim
diuinus, immo Dei filius, quinimmo
Deus) agi dicitur & rapi? Verum neq;
Prophetæ neceſſitatem à diuino ſpiri-
tu patiuntur, quo pleni prophetant, ſi
1.Cor.14 Paulo credimus. Non enim tantum
id aſſerit, ſed & probat ad Corinthi-
os dicens. Prophetæ duo, aut tres di-
cant, & cæteri dijudicent. Quod ſi
alij reuelatum fuerit ſedenti, prior
taceat. Poteſtis enim omnes per ſin-
gulos prophetare, vt omnes diſcant, &
omnes exhortentur, & ſpiritus pro-
phetarum, prophetis ſubiecti ſunt.

Neque igitur hi quos mouet gratia gra
tifica, neceſſe agunt. Vis igitur cla-
rius? Tu tamen hic aduerte, quod
duo ſunt in Prophetis. Illuminatio mẽ
tis eorum, reuelatio ſcilicet prophe-
tiæ: & reuelationis ſibi factæ denun-
ciatio. Primum certè non eſt in eorum
poteſtate. Non enim ſemper quan-
do uolunt prophetæ, fiunt eis reuela-
tiones. Notum quippe eſt illud Heli-
ſęi de Sunamite. Anima eius in ama- 4 Re 4.
ritudine eſt, & dominus celauit à
me, & non indicauit mihi. Item co-
ram Ioſaphat ſcire non potuit, quid
prophetaret. Mox tamen canente Pſal-
te, facta eſt ſuper eum manus domini,
& prophetauit. At ſecundum eſt pro-
culdubio, in eorum poteſtate. Loqui
ſcilicet, vel non loqui quæ eis reuela-
ta fuerunt. Hinc eſt itaque, quod
Prophetę ſemper nouis indigent reue-
lationibus, vt ſciant ſemper prophe-
tare, & non ſicut habitus manens.
Quod optime in Exodo ſignificatur.
Cum tranſibit gloria mea, ponam te in Exo.33.
foramẽ petrę. Et in libro Regum. Egre- 3.Re.19
dere, & ſta in monte. Ecce enim do-
minus pertranſijt. Verum habita re-
uelatione, illa vti poſſunt, ad placitum
inuulgare, & non inuulgare. Ita
ergo habere gratiam gratificam, iuſtifi-
cari, non eſt in noſtra poteſtate, ſed
Dei, qui non neceſſario illam imparti-
tur. At illa habita gratia, ipſa tibi ſubij-
citur, ut habitus potentiæ. Potentia
enim utitur habitu. Ita & anima, ipſa
gratia, iuxta illud. Si ſpiritu facta car- Rom.8.
nis mortificaueritis, uiuetis. Ecce ſpiri-
tus eſt habitus, quo nos utentes, per eũ
carnis facta mortificamus, quoniam ſpi
ritus ipſe, ut ſupra dixi, eſt cauſa prima,
mouens non mota: comparaturque ho
mini, vt ſeſſor equo.

Difficultas tamen nonnulla hic eſt, Iob 4.
propter uerbum Iobi. Conceptum ſer
monem, quis continere poteſt? Et ite- Iob.32.
rum. Plenus ſum ſermonibus, & co-
arctat me ſpiritus uteri mei. Hiere- Hier.20.
mias etiam ait. Factus eſt in corde
meo ſermo domini, quaſi ignis æſtuãs,
& defeci. Adde. Nam & Salomon
inquit. Non eſt in hominis poteſta- Eccl.8.
te prohibere Spiritum. Patet etiam Num.23.
quod

quod Balaam conceptum, vel immiſſum à diuino ſpiritu, benedictionem continere non potuit, ſed eo nolente, illam inuulgauit. Verum hęc omnia nullius roboris ſunt. Stat enim in acie inuictus Paulus, ſpiritus prophetarum, prophetis ſubiecti ſunt. Quo contra, quos agit ſpiritus phanaticus: arreptitij ſcilicet, & demoniaci, illi ſpiritui ſubijciuntur. Non enim poſſunt tacere ſi uelint. Hi nanque mente turbata, quaſi tantum ab illo acti, dicunt, quæ dicunt, vt quod non ipſi loquuntur, ſed alius per eos loquitur, optimè diſcernatur. Vnde in ipſa alienatione loquentes poſt alienationem, vt plurimum quæ viderint, neſciunt, & referunt ſe ad ea, quæ in ipſa alienatione poſiti, uolentes, vel nolentes dixerunt. Hi ergo quos Deus docet, & ad Eccleſiæ ædificationem illuminat, volentes loquuntur quæ reuelata ſunt, & mente ſanè quieta, ut ipſi, non alius per eos loqui uideantur. O ergo ignarum uulgus. O ſtultam plebeculam. Quot mulierculas, quod homunculos adorat in ipſius pernitiem, qui uel quę extaſim patientes, pleraque in Chriſti perſona dicunt, uel virginis, quaſi acti vel actæ ab illo, ſeu ab illa, & non ex proprio ſenſu pronuntiantes? Quos tamen iam conſtat ſeduci, vel ſeducere, quia ſpiritus prophetici, prophetis ſubditi ſunt, quo ad promulgationem, vt dictum eſt. Nemo tamen hic aduertit, ſed paſſim hæc uerba, hos actus, has mulieres, hos homines adoramus vniuerſi, ſtupemus, admiramur. Vtinam aliquando, hanc imprudentiam exuamus. Vtinam a perniciosa iſta curioſitate & ignoranti, aresipiſcamus.

Verba illa Iobi. Hieremiæ, & Salomonis, magnam diuini ſpiritus vehementiam duntaxat ſignificant, quan quam uerbum illud. *Eccl. 8.* Non eſt in hominis poteſtate prohibere ſpiritum, de vitali ſpiritu intelligatur. At quod de *Num. 23.* Balaam dicitur, non obſtat. Regulariter, enim intelligi debet ſpiritū propheticum, ſubiectum Prophetis eſſe. Verum quandoque Deus, eis inuitis facit eos loqui, quæ tacere mallent.

Nemo autem miretur, ſi de gratia gratifica agens, ſermonem tranſtuli ad raptum, ad extaſim: Nanque magnus Dionyſius, ita me docuit, qui pro exploratohabet, quod omnes Deo chari, qui Deum diligunt, à Deoque viciſſim diliguntur, extaſim patiantur. Extaſim (inquit) facit diuinus amor. O quàm rari ſunt, qui extaſim patiantur, Quàm rari ergo ſint, qui Deum ament, quique amentur à Deo, tu collige. Aduerte nihilominus ne erres, & ne animo concidas. Bifariam contingit in extaſim rapi. Eleuari ſcilicet ab exterioribus ſenſibilibus, quibus naturaliter intendunt homines, ad ea quæ ſupra hominem ſunt. Quandoque enim eſt extaſis, quo ad intentionem & affectum tantum, vt ſcilicet cum aliquis externis ſenſibus, & ſenſibilibus vtitur, attamen mente, affectu, non niſi diuinis rebus inhiat, & intendit, ut eas toto corde intelligat atque diligat. Ita extaſim patiuntur omnes, qui ſunt in diuinam gratiam recepti, qui ſpirituales dicuntur, qui ſecundum carnem non ambulant: qui re ipſa, non modo uoce religioſi ſunt: vident, audiunt, comedunt, poſſident, & tota eorum mens ad eam ſemper reſpicit, qua uritur & cō coquitur, diuinam flammam. *1. Cor. 7* Vtuntur his rebus, non fruuntur, de quibus Paulus. Qui habent, tanquā non habentes: qui flent, tanquam non flentes: qui gaudent, tanquam non gaudentes. Hoc nanque eſt quod Dionyſius dicit. Eſt autem extaſim faciens diuinus amor. Aliquando uero eſt extaſis ſeu raptus, vel mentis exceſſus, cum homo ab vſu ſenſuum etiam, & rerum ſenſibilium abſtrahitur ad aliqua ſupernaturaliter uidenda, vel pręter ſenſum exteriorem tantum uiſione imaginaria. *Gen. 2.* Sicut accedit Petro ac Ioannis Euangeliſtæ. Vel præter imaginationem etiam, uiſione intellectuali. Sicut primo hominum parenti cum ſopore illo detineretur. Vel tandem ſupra intellectum uiſione faciali diuinæ eſſentiæ, vt Paulo noſtro ſuper tertium cœlū. *2. Cor. 12* Ita autē communiter ſermo eſt de extaſi, &

paucis admodum hæc extaſis contin-
git. Eſt itaque ratio inuincibilis iſta,
ſi quos tanta vehementia agit diuinus
ſpiritus, vt extaſim iſtam hoc modo
patiantur, vt ſit illis liberum ſi ue-
lint obliteſcere: multo magis hominis
voluntas, quamuis à diuina agatur gra-
tia, cum non rapiatur in illam extaſim
homo, erit ſui iuris, ut illi acquieſce-
re poſſit, & reluctari ut libuerit. Ha-
bes ergo Apoſtoli mentem, quid ſibi
velit cum dicit. *Qui ſpiritu Dei agun-
tur, hi filij Dei ſunt.* Sed quò iſta ſpectat
propoſitio? Huc. Dictum eſt, quod ꝓ-
pter inhabitantem ſpiritum Dei in no-
bis, viuificabit Deus mortalia corpora
noſtra, vt anima & caro viuant vitam
glorioſam & perhennem. Et repetitum
eſt. Si ſpiritu vos agente, carnis actio-
nes mortificaueritis, uiuetis. Ne id ti-
bi dubium uideretur, probare uoluit.
Probatio igitur hæc eſt. Qui inhabitan
tem in ſeipſis ſpiritum Dei habent, quo
aguntur, vt ſecundum ſpiritum ui-
uãt, non ſecũdum carnem, hi filij Dei
ſunt. Filijs Dei debetur hæreditas Dei:
hæreditas eſt æterna uita, & glorio-
ſa: habentibus igitur ſpiritum Dei, æ-
terna uita illa debetur. Iſte eſt ſcopus.
Sequitur.

*Non enim accepiſtis ſpiritum ſeruitutis
iterum ad timorem, ſed accepiſtis ſpiri-
tum adoptionis, in quo clamamus Abba.*
Quod interpretatur, vel eſt. *Pater.* Quo
verbo, hoc myſterium pulchrè decla-
rat. Dictum eſt enim. Si ſpiritu facta
carnis mortificaueritis, uiuetis. Po-
tuiſſet quiſpiam dicere. Non poſſumus.
Immo, inquit, Apoſtolus. Poteſtis, non
ex uobis, ſed ex ſpiritu diuino. Iudæi
etiam ſpiritum habuere, nec tamen po-
tuerunt. Efficacior eſt ſpiritus chriſtia
norum valde, quàm Iudæorum. Ha-
buere Iudæi ſpiritum in uetere lege, ue
rum retrahebantur magis ſpiritu illo,
quàm agerentur. Chriſtiani uero agũ
tur, non retrahuntur ab opere. Quid
enim retrahit magis, quàm timor? Vn-
de qui timore agit, agere nollet. Quid
autem agit magis, quàm amor? Iudæi
quatenus ſub lege erant, continuè per
omnem eorum uitam, in timore ſue-
runt, ne lex eos accuſaret, & puniret.
Quandoquidem ſciebant ipſam ea re-
qrere, quę humanis uiribus ſine gratia,
nequaquam præſtari poterant, quã ip-
ſa ſanè minimè largiebatur. Abſolu-
tè igitur legem facere nolebant, & niſi
pœnam timuiſſent, haudquaquàm fe-
ciſſent. Verum Chriſti euangelium,
oſtendit rem totam facilem eſſe, Deo in
nobis uelle & perficere operante, qđ
in lege non fiebat. Velle enim opera-
batur, at non perficere, Paulo ſupra di
cente. Velle adiacet mihi, perficere au Rom. 7.
tem non inuenio. Accendimur itaque
ad operandum per legem Chriſti, quẽ-
admodum per Moſi legem, deterreba-
mur, ſeruos itaq; nos conſtituebat lex.
Verum Euangelium filios. Seruorum
enim timere eſt, & puſillanimes atq; ui
les eſſe. At liberi generoſi ſunt animi,
ardenteſq; in operibus ut patri quẽ di-
ligunt, complaceant. Operantur nan-
que ad patris nutum magno aĩo, quic-
quid ille iuſſerit, quamuis arduum &
difficile. Propterea ipſi Deum dñm uo-
citabant: nos Patrẽ cum ꝑcamur, appel-
lamus. Ita profectò orare nos docuit
Chr̃s Ieſus. Pr̃ nr̃ qui es in cęlis. &c. Vn
de nõ puto, ita legendũ. *Abba pater.* Sed Matt. 6.
Abba, quod interpretatur, uel quod eſt Pater.
Ita enim habet textus gręcus. ἀββᾶ ὁ
πατήρ. Eſtque ὁ articulus, ut patet, qui
hoc loco poſponi debuiſſet, niſi hunc
ſenſum uoluiſſet habere Paulus. Fuiſ-
ſetque, magè uſurpandus Vocatiuus
caſus, quàm Nominatiuus. ἀββᾶ ὦ
πατερ. At ſcribens Græcæ græcis,
& Latinis vocem Hæbræam, vel Si-
ram. ἀββᾶ, Græce uoluit interpre-
tari, ὁ πατήρ. Et eſt Nominatiuus
caſus.

Sunt autem hic aliqua annotatione
digna. Primum enim, uidetur multi-
plicare Apoſtolus diuinum ſpiritũ, Ser-
uitutis, & adoptionis. Secundo. Quo-
modo ſerui erant Iudæi: nos uero filij.
Nonne ipſi filij appellati ſunt? Primoge
nitus meus Iſrael. Ex Ægypto uoca- Exo. 4.
ui filium meum. Ego dixi Dij æ- Oſee 11.
ſtis, & filij excelſi omnes. Nos item Pſal. 81.
non appellamur ſerui? Euge ſerue
bone. Fideliſ ſeruus, & prudens. Matt. 25.

Paulus

Paulus ſeruus Ieſu Chriſti. Cum fece-
Rom. 1. ritis omnia, quæ præcepta ſunt vobis,
Luc. 17. dicite quia ſerui inutiles ſumus. Ter-
tio. Quomodo Deus erat Iudæorum
dominus, nonne pater? Nonne erat,
dicebaturque pater eorum? Nonne ip-
ſe eſt pater tuus, qui fecit, & creauit, &
Deut. 32. poſſedit te? Nonne eſt, & noſter do-
minus? Per dominum noſtrum Ieſum
Chriſtum. Quarto. Quomodo illi ti-
mebant, nos uero amamus? Nonne &
hi diligebant, nos quoque timemus?
Deut. 6. Diliges dominum Deum tuum, ex to-
to corde tuo. Timete eum, qui poteſt
Luc. 12. animam & corpus, mittere in gehennã
ignis.

Ad Primum dubium. Reſpõdeo.
Non ſpiritum, ſed ſpiritus dona multi-
plicari. Spiritus enim ſanctus, in Iudęis
timorem effecit quaſi quid imperfectũ,
atq; animale. Deinde in nobis amorẽ,
1. Cor. 15 quaſi quid ſpiritale & perfectum. Non
enim prius quod ſpiritale eſt, ſed quod
animale. Hinc ergo fit, vt illa duo uera
ſint, quæ in Sapientię libro ſcripta ſunt.
Sap. 7. Spiritus Dei vnicus eſt, & multiplex.
Vnicus eſt in eſſentia, multiplex in effe
ctibus. Timor igitur ille (dices) erat do-
num ſpũs ſancti. Fateor. Sed ille ſerui-
lis erat. Concedo. At non quatenus ſer
Ioan. 8. uilis erat, à ſpiritu ſancto erat. Vbi eſt
ſpũs domini, ibi libertas. Timor ſerui-
lis eſt pęnam timere, hoc eſt à ſpiritu
ſancto, & bonum eſt. Verum timere tã-
tum pęnam, malum eſt: & hoc nõ eſt
à ſpiritu ſancto. In hocque completur
ratio timoris huius, vt ſeruilis. Sed ti-
mor ab opere retrahebat, dices. Conce
do iterum. Sed occaſione accepta, vt ſer
uilis. Hic autẽ à ſpiritu ſancto non erat.
Et de hoc ſatis.

Ad illa tria ſimul. Reſpõdetur. Quod
Iudæi quatenus ſub lege ſeruierant, nõ
filij, timebant, non amabant: Deumque
habebant in dominum, nõ in patrem.
Nos item è contra. Quatenus ſub gra-
tia filij ſumus, diligimus: Deumque pa
trem magna fiducia appellitamus. Ve-
rum non obſtat huic, quia & Iudæi ab-
ſolute filij dici poſſent, & Deum dili-
gerent, atq; eum patrem vocarent. Nos
viciſſim ſerui dicamur, deumq; vt do-
minum timeamus. Sat eſt Paulo, quod
res ita ſe ſe habet, ſi legem vt lex, gratiã
vt gratia conſideres. Lex enim terret,
minatur. Vnde & cum terroribus data
eſt. Cęperunt nanque audiri tonitrua, Exo. 19.
micare fulgura, nubes denſiſſima ope-
rire montem, clangorq; bucinæ uehe-
mentius perſtrepebat, fumabatque to-
tus mons Sinai, eo quod dominus in
eum deſcendiſſet in igne. At Chriſti
Euangelium, gratia ſpiritus ſancti, lenit,
mulcet, blanditur, promittit, conſola-
tur. Tanquam ſeruis itaque data eſt lex
Iudæis: nobis tãquam filijs illuxit Chri-
ſti gratia. Diſtinguit enim ſemper
Paulus vt uidiſtis, gratiam à lege. Quia
autem aduieniente Chriſto, euãgelium-
que inuulgante, gratia hæc ad omnes
Gentes promiſcuè, nullo delectu habi-
to effuſa eſt, omnes Dei filij effecti fuiſ-
ſe dicuntur, & diuino repleti amore.
Vt hinc haberi poſſit alia ſolutio. Scri-
bit nanque Romam Apoſtolus. Romæ
autem erant & Iudæi, & Gentes. Vos
ergo omnes (inquit) Accepiſtis ſpiritũ
adoptionis, in quo clamamus Abba pa-
ter. Non tantum Iudæi. Licet antea il-
li filij, Gentiles uero ſerui dicerentur:
ſed primam reſponſionem ſubſtine. Ne
ſcio enim duriorem ſeruitutem, uidere
quàm Iudęorum illa, vt ſub lege con-
cluſi tenebãtur. Seruus erat eorum in-
tellectus, qui non niſi figuras, vmbras,
& enigmata ſpeculabatur, vt illis maxi-
mè conueniret. Videmus nunc per 1. Cor. 13
ſpeculum in ęnigmate. Nobis autem,
quod ſequitur. Videmus facie ad faciẽ.
Luce quippe euangelij aduieniente, ceſ
ſarunt figurarũ ęnigmata. Affectus erat
ſeruus. Nã affectus liber, ex ſe mouet,
quod amori ꝓpriũ eſt. Qđ uero ab alio
mouet, ſeruus eſt, quod quidẽ timor ef
ficit. Ipſi ſemp in timore erãt. Effectus
ẽt ſeruus erat. Nobis nãq; pp opera bo
na, tanq̃ filijs ęternę uitę hęreditas pro-
mittitur. Suis operibus, tanquam ſer-
uis munera caduca dabantur. Ni mi-
rum ergo, ſi magna ratione, noſtrę di-
gnitatis intuitu inſtituit Chriſtus, &
Deus, & homo orationem, qua mox
renati ex ſpiritu, noua illa atque in-
audita generatione, citra omnia me-
rita noſtra, Deum optimum maximum
patrem uocaremus, quod nullo vn- Matt. 6.

quam ſeculo contigit. Nullibi enim legitur in ſacris literis, Iudæos olim hac uerborum forma orationes ad Deum fudiſſe. Verum poſt Chriſtum, omnes diuino agitante ſpiritu, clamamus. *Abba Pater.* Signum igitur eſt, quod illi ut ſub lege, adeò non fidebant, vt Deum Patrem vocarent. Verum nos fidimus. quia uerè ſcimus quod ſumus filij eius, non ſerui. Hanc enim rationem tangit Paulus ſubijciens. *Ipſe enim ſpiritus conteſtus eſt ſpiritus noſtri, quod ſumus filij Dei.* Et ſenſus eſt. Spũm noſtrum, ſpiritumque ſuum nos inhabitantem, ſimul teſtari quod ſumus filij Dei. Ex hoc ipſo uidelicet, quod clamamus, *Abba Pater.* Neq; enim ſpiritus ſanctus nos ad clamandum impelleret, (non enim impellit ad mendacium.) neque nos tanta fiducia clamaremus. Vereremur quidẽ eum dicere patrem, cuius filij non eſſemus. Huius ſignum eſt, quod qui in peccatis degunt, cõſcientiæ aculeo extimulati, anguntur quandoque an Deũ patrem appellare debeant, cuius filij non ſunt. Quoniam eius præcepta trãſgrediuntur. Poſtquam igitur ſancti & religioſi viri, ex inhabitante eos ſpiritu vrgentur, vt clament, *Abba Pater.* teſtimonium efficitur validiſſimum, & omne exceptione maius, quod filij Dei ſunt, quatenus ſunt ſub gratia. Quod ſanè Iudæis ut ſub lege, nequaquam conueniebat. Cum autem clamorem audis, deuotæ mentis affectum intellige, qui non tam ſermone ponitur, quã magna totius cordis intentione profer-
Pſal. 118. tur. Iuxta illud. Clamaui in toto corde meo. Eſt enim clamor cordis, uehemẽs piæ cogitationis intentio, quę cum chriſtianus orat, magnum exprimit deſiderantis & petentis affectum, vt effectum non deſperet. Rectè autem dicit Pſaltes. Clamaui in toto corde meo, vt intelligas nihil aliud eſſe cogitandum, quando clamas ad dominum. In ſola enim religioſa cogitatione totus ſpirit⁹ occupari debet, ne mens diuiſa, quod poſtulat, nequeat impetrare. Clamor oris, non ſemper eſt à ſpiritu ſancto. Di
Eſa. 29. cit enim dominus. Populus hic labijs me honorat, cor autem eorum, longe eſt à me. At clamor iſte cordis, aliunde eſſe non poteſt. Iuxta illud Pauli. Ne-
mo poteſt dicere, dominus Ieſus, niſi in 1. Cor. 12
ſpiritu ſancto, ideſt per ſpiritum ſanctũ. Intelligitur enim dicere corde, non ore tantum: aſſerere ſcilicet, & credere. Nam qui dicit tantum ore, non dicit, non aſſerit, ſed mentitur potius. Vnde ſcriptũ eſt. Nõ oĩs qui dicit mihi Dñe, dñe &c. Hinc ad Galatas nõ dr̃, nos clamare. Sed ſpiritũ ſanctum in nobis. Mi-
ſit (inquit Apoſtolus) ſpiritum filij ſui in Gal. 4.
corda noſtra, clamãtem abba, quod interpretatur Pater. Non quod ſpũs ſanctus clamet, vel oret, ſed quod ab ipſo ſit noſter iſte clamor, noſter affectus, noſtra pia oratio. Vnde & dicit hic. *In quo clamamus*, ideſt per quem. Ipſe quidẽ nos clamare facit, deſiderij clamore, ad dominum, atque conſequenter exaudiri. Iuxta illud Dei ad Moſen in ſilentio depræcantem, pro filijs Iſrael liberandis, cum Pharao illos aggreſſus eſſet.
Quid clamas ad me? Loquere filijs Iſ- Exo. 14.
rael, ut proficiſcãtur: tu autem tolle uirgam tuam, & extende manum ſup mare, & diuide aquas, ut tranſeant filij Iſ-
rael per medium ſicci maris. Anna etiã 1 Re. 1.
orationem fundens ad dñm, loquebatur in corde ſuo, tãtumq; labia eius mouebant, & vox penitus nõ audiebatur: exaudita eſt tamen, & dedit illi Deus filium Samuelem. O quàm utile eſt hoc ſilentium oris, cum cordis clamore.

Caue tamen, ne hinc argumentum ſumas, contra uocales præcationes, contra flaminum pios clamores, & cantiones in Eccleſijs fieri ſolitas. Nemo eñ non hæreticus, aut parum pius, hymnos, cantica, morem iubilantium, & cõcinẽtium Deo, inter chriſticolas deteſtatus eſt. Baſilides. Eunomius. Iulianus apoſtata. Manichæi, & poſterioribus ſeculis Vuicleff hereſiarcha pditiſſimus. Hi fuere, quorum uitiatæ aures, infectaque lingua, ſuaues haſce cantilenas, pſalmodias, melos omne diuinarũ laudum abhorrebant, faſtidiebant, detrectabant, ferre non poterant. Ex quibus cum liquida uoce, & debita modulatione cantantur, quantum fructus Eccleſiæ ſanctæ proueniat, pij ſinceriqne guſtus experiuntur. Conſolantur eñ triſtitia corda, diuinæ laudes decantatę,

inertes excitãt,faſtiditos oblectant,pec
catores inuitant ad lamenta, duros cõ-
pungunt,flectunt rigidos, pios magna
alacritate replent,ad contemplanda di-
uina,perſæpe etiam transfixis præcor-
dijs euehunt.Lege tu Auguſtinũ.Quã-
tum(inquit) fleui in hymnis & canticis
tuis?Nam uoces illæ influebant in auri-
bus meis, eliquebatur ueritas tua, in
cor meum: ex ea inde eſtuabat pietatis
affectus,currebant lachrimæ, & bene
mihi erat propter eas. Ob id ſpũs ſan-
ctus,uix nata Chriſti Ieſu eccleſia, pri-
mos illos noſtrum omnium patres do-
cuit, vt ad confitendas extollendaſque
diuinas laudes,vocis canore & modu-
latione, Dei magnalia perſonarent. Ne
dicas quæſo, uana ſuperſtitione fuiſſe,
recenter cantum inductum, ſed illum
magè agnoſcas,cum chriſtiana religio-
ne natum,& coalitum.Refert enim Pli
nius nepos,ſcribens ad Traianum, cu-
ius tempore Ioannes Euangeliſta uiue-
bat, chriſtianos ante lucem conuenire
ſolitos fuiſſe,carmenq; ſecum inuicem
Act.16. Chriſto, tãquam Deo magnis uocibus
decantare. Nonne & in Apoſtolicis
actis legimus,Paulum noſtrum,& Sylã
in carcerem cõiectos, media nocte ado
rantes dominum, tam alta voce diui-
nas cecinisſe laudes,vt eos audirẽt mi-
lites,qui in cuſtodia erant?Vnde & ip-
ſis clamantibus vel canentibus, factus
eſt terremotus magnus,ita ut fundamẽ
ta carceris tremuerint, aperta ſint oſtia,
Eph.5. vinculaque ſoluta?Propterea hortatur
ipſe nos omnes. Loquentes uobiſmet-
ipſis in pſalmis,& hymnis, & canticis
ſpiritalibus cantantes & pſallentes.Sed
Luc.2. quid immotor? Naſcente domino,audi
Matt.21. tus eſt angelorum chorus concinentiũ.
Cantarunt pueri, ingrediente Chriſto
Apo.19. Hieroſolymam. In Apocalypſi audis
ſymphonias,tubas, uoce[illegible] clamores e-
xercituum qui ſunt i[illegible]s.In teſtamẽ-
1.Par.10 to ueteri.Dauid quatuor millia cantorũ
inſtituit,quò diuinas laudes celebra-
rent. Nonne chorum fecere Chriſtus,
& diſcipuli,poſt cęnam illam ſacram,ut
hymnũ alternis vocibus dicerent?Quò
dicto,(ſi Euangeliſta non mentit,) exie
runt. Vt uerum fatear,crediderim e-
go à natura innatum eſſe,ut non modo
corde,ſed ore, ſingulariter labijs,uoci-
bus,geſtibus, tripudijs, membris om-
nibus Deum omnipotentem collauda-
re nemo deſinat. Inditio eſt, quod &
ante Moſi legem,Orpheus, Muſeus,Li
nus,Pindarus, diuina myſteria cecine-
runt.Ne Cãtica Moyſi,Eſaiæ, Abachuc,
Dauidis,Zachariæ,Simeonis, & Virgi-
ginis Deiparæ recenſeam. Quis ne-
ſciat bone Deus,uerbis,ſignis,actioni-
bus externis,intellectũ hominis ad in-
uiſibilia rapi atque aſcendi? Videmus
nanque per ſpeculum in ænigmate. In- 1.Cor.13
quit Apoſtolus.Et exploratum eſt,nemi
nè quoad peregrinamur à domino,in- 2.Cor.5.
telligere poſſe, niſi phantaſmata ſpecu-
letur. Igitur & hominis affectus,qui in-
tellectum ſequitur,ad inuiſibilia aman-
da,exterioribus actionibus, uerbis, &
factis quàm maximè excitatur. Qui id
negat,hominem (audeo dicere) exuit,
vel Deus eſt, vel beſtia. Non indigere
enim rebus,quæ affectũ ad diuina ex-
citent, perfectorum ſanè eſt. Illi itaque
in ſilentio orent, cum Moſe, cum bea-
tis. At citra eos vniuerſi. Non quo De'
modulis, vel uerbis demulceatur, ſed
quo ipſi, vel frigidi, vel tepidi quaſi cõ-
fricati, incaleſcãt cum Paulo, qui ſe in-
ter promiſcuam multitudinem adnu-
merat,loquantur,clament, pectora tun
dant,concinant,intonent, vocem extol
lant,etiam ſi clauſo cubiculo orant, di-
centes. Orabo uoce, orabo & mente.
Voce mea ad dñm clamaui. Voce mea 1.Cor.14
ad dñm depræcatus ſum.Nõne & Chri Pſ.5.
ſtus magiſter, voce moriens orauit: Pa-
ter,in manus tuas commendo ſpiritum Pſal.141.
meum.Cum id quod petebãt,obtinue-
rint,non mente ſolum, ſed & ore Deo Luc.23.
gratias agant; vt homo Deo totus inſer-
uiat,à quo totus eſt. Omnem aufer ini- Oſee 14.
quitatem (inquit Oſeas,) & accipe bo-
num, & reddemus tibi uitulos labiorũ
noſtrorum. Certè enim admodum tepi
dus eſt vel frigidus, cuius interna pie-
tas in religionem non prodit exterius.
Scriptum quippe eſt. Quis continebit Prou.6.
ignem in ſinu ſuo? Vnde Pſaltes. Læta-
tum(inquit)eſt cor meum,& mox exul Pſ.15.
tauit etiam lingua mea. Cum itaque
Apoſtolus hic cordis clamorem magni
facit,illas duntaxat oris exclamationes

repudiat atq; nullipendit, quæ hipocritiæ ſunt. Hipocriſim enim omne, deſtomacchatur vbique. Indicat ergo clamandum, orandumque corde, non ſolum ore, non tamen corde ſolummodo. Sequitur.

Si autem Filij, & Hæredes, Hæredes quidem Dei, cohæredes autem Chriſti. Ipſe eñ
Rom. 8. Chriſtus, cum ſit Dei primogenitus inter multos fratres, eſt etiam primus hęres. Vnde & hæres abſolute dicitur.
Heb 1. Quem conſtituit hæredem vniuerſorum, inquit Apoſtolus. Et Iudæi. Hic eſt
Matt. 21. hæres. At nos adoptione filij, cohæredes ſumus, quia cum ipſo beati erimus.
1. Ioan. 3. Videbimus enim Deum, ſicuti eſt. De⁹ itaq; noſtra erit hæreditas, iuxta illud. Dominus pars hæreditatis meæ. Et il-
Pſal 15. lud. Ponam te in filijs, tribuam tibi hę-
Hier 3. reditatem præclaram. Illud quoq;. Su-
Iſa. 58. ſtollam te ſuper altitudinem nubium, cibabo te hæreditate patris tui.

Verum hic ſunt dubia ſuper his, quę hactenus dicta ſunt. Primum enim uidetur, quod non ſimus filij Dei, per adoptionem in hoc ſeculo. Nam in-
Rom. 8. fra dicit Apoſtolus. Expectantes adoptionem filiorum Dei.

Eccl. 9. Secundo. Eſto quod ſimus filij Dei, id nos neſcimus. Nam nemo ſcit, vtrũ amore, vel odio dignus ſit. Spiritus ſanctus itaque, non teſtatur cum ſpiritu noſtro, quod ſimus filij Dei. Si enim ita eſſet, iam ſpiritus Dei faceret nos ſcire, quod ſimus filij Dei.

Tertio. Paulus dicit hic. Nos ſpiritũ adoptionis filiorum accepiſſe. Ad Gala-
Gal. 4. tas autem dicit. Nos recepiſſe. Quæritur diuerſitatis ratio.

Quarto. Nulla rõne videtur, nos poſſe dici hęredes Dei, niſi ualde ĩpropria, quoniam nemo eſt hęres niſi morĩetis. At Deus mori non poteſt.

Quinto. dicit quod ſumus Chriſti cohæredes. Hoc difficile eſt, quia hæreditas illa minimè diuiditur, non capit itaque plures hæredes.

Sexto. Ad Galatas dicit, quod ſumus hæredes per Deum. Nõ dicit Dei. Quid ſibi vult uerbum iſtud?

Ad Primum. Dicitur, Duas eſſe adoptiones. Alteram perfectam. Imperfectam alteram. Hæc per gratiam, illa per gloriam eſt. Non igitur. n. incaſſum, bis audita eſt uox patris dicentis. Hic eſt fi- Matt. 3. & 17.
lius meus. In Baptiſmo, & in Transfiguratione: Vt primum gratiæ plenitudo, ſecundo, gloriæ ſignificaretur. Et vtramq; nobis eſſe, affuturam mirabiliter præſignaretur. In Baptiſmo nanque innocentia, in Transfiguratione beatitudo indicata eſt. Hanc igitur accepimus, illam expectamus. Vt ſcilicet anima liberata, & corpus à corruptione, & à mortalitate redimatur. Quod nondum factum eſt, nec fiendum, niſi poſt nouiſſimum magni iudicij diem. Tunc enim apparebit, nos uerè eſſe dei filios. Vnde Ioannes. Videte (inquit)
qualem charitatem dedit nobis Deus, 1. Ioan. 3.
vt filij Dei nominemur & ſimus. Nunc filij Dei ſumus, ſed nondum apparuit, quid erimus.

Ad ſecundum. Spiritus ſanctus teſtimonium afferens, quod ſumus filij Dei, efficit ut confidamus certiſſimè ſine hęſitatione nos eſſe Dei filios. Verũ non efficit vt id ſciamus. Quare magna ratione dixit Apoſtolus, quod affert teſtimonium, uel teſtis eſt. Nam teſtes vt fidem tantum, non ſcientiam aut euidentiam faciant, inducuntur. Non inficior tamen, dono ſpeciali & peculiari ſpũs ſancti, poſſe nonnullos ſcire, ideſt euidenter cognoſcere, quod filij Dei ſint. Iuxta illud Pauli. Non accepimus 1. Cor. 2.
ſpiritum huius mundi, ſed ſpiritum qui ex Deo eſt, vt ſciamus quæ a Deo donata ſunt nobis.

Ad Tertiũ. Indicare uoluit pulcherrimũ hoc myſterium ibi Paulus, agens de filij Dei incarnatione. Oẽs. n. hoĩes, in primo parente filiorum Dei adoptionem acceperant. Eo peccante, ammiſerunt. Cum aũt uenit plenitudo tẽporis, denuo receperũt: eam perditam recuperarunt. Ideo nanq; Dei filius, factus eſt hõ, ut hoĩes faceret filios Dei, quinimmo & Deos. Sed & fortaſſe hoc idem, hic inſinuatur cum dr. Non accepiſtis ſpũm ſeruitutis, iterum in timore, ſed accepiſtis ſpũm adoptionis filiorum Dei iterum. Vtrobiq; enim ſeruit uerbum illud, *Iterum*.

Ad Quartum, dici poteſt. Deum nobis mori, quoad cognitionis modũ, ſecundum

eundum quem nūc eum cognoſcimus. 1.Cor.13. Cum enim uenerit, quod perfectū eſt, euacuabitur quod ex parte eſt. At melius eſt vt dicatur. Ex naturæ noſtrę defectu accidere, quod nemo alteri bona ſua, in hæreditatem dare poſſit, niſi moriatur. Quia ſcilicet non poſſunt hęres, & is cuius eſt hęres, ſimul bona illa tanquam ſua poſſidere. Iſta itaq; imperfectionis ratio, non illuc transfertur, ſed iſta tantum, quod omnia bona acquirit & poſſidet hæres, quæ ſunt domini, cuius hæreditatem ſortitus eſt. Omnem enim illam felicitatē, qua fruitur Deus, participamus & nos ipſi, licet non æqualiter. Sed ſecundum noſtræ capacitatis menſuram.

Ex hoc ad Quintum patet reſponſio: Cohæredes enim Chriſti ſumus, non hæreditatis diuiſione, ſed communione.

Ad Sextū. Fortaſſe intelligit per Deū, ideſt per miſericordiam Dei. Ipſe enim eſt, qui nos facit hęredes, ſicut & filios. Vel etiam iuſiurandum eſt Apoſtoli. Si filius & hæres, per Deum. At certè & ille textus habet. κληρονόμος θεοῦ. διὰ χριστοῦ. Hęres Dei per Chriſtum, ideſt Chriſti merito. Non tollitur tamen ratio meritorum noſtrorum. Sed ideo frequenter, tantum Chriſti meritum nominatur, qa aliqui citra propria merita, per Chriſtum duntaxat hæreditatē illam conſequuntur. Vt qui ſuſcepto baptiſmo conuolant. Quod ſi diligenter attendes, ſcrupos euitare poteris innumeros. Deinde dicit.

Si tamen ſimul patimur, vt & ſimul glorificemur. In apertum & ſpatioſum cāpum, ſermonem eduxerat Paulus, diuinarum gratiarum, magnitudine, & multitudine dilatans & amplificans. Qualis enim eſt hæc gratia in primis, exuiſſe timorem, ſeruitutiſque degeneris vilitatem: generoſum autem, intrepidumq; liberorum amorem, honeſtū, inſignè induiſſe. Qualis & hæc: Non regis terreni, non Cæſaris, ſed regis regum, ſummique Imperatoris filiū, euaſiſſe. Amplius, & eius hæredem, chariſſimique filij eius primogeniti, plena participatione conſortium & cohæredem. Nulla certè gratia maior ab homine excogitari poteſt. Ne ergo tu ipſe, diuinæ gratiæ magnitudine fretus, tanquam de hæreditate ſecurus, ociareris, torpeſceres, ſignificare uoluit, quod & tua opella, ad hæreditatem illam conſequendam neceſſaria eſt. Gratis te adoptauit in filium Deus. At niſi operam dederis, vt dignus uideare, ab hæreditate diuina, tanquam ingratus & indignus reijcieris. Quid igitur eſt, quod agere oportet futuros Chriſti cohæredes in regno cælorum? Iſtud eſt: vt illi in hac uita ſimiles ſimus, qui in uita illa ſimiles futuri ſumus. Aduerſa omnia cum eo patiamur: lubenti animo perferamus & mortē, quod & ipſe fecit. Ita enim fiet, vt qui eius ſotij fuerint in paſſionibus, ſint & in gloria conſortes. Ne uero terreare, tu qui carnem ſapis, & non quę Dei ſunt, Apoſtolus oſtendit, præmia maiora laboribus eſſe. Deus ſanè ampla retributione eos ſemper vincit, qui ei inſeruiunt: ne ipſi animo efferantur, ſed humilientur magis, videntes longè plus illis dari, quàm meruerint. Vnde inquit.

Exiſtimo enim, quod non ſint condigna paſſiones huius temporis ad futuram gloriam. Non ſpectat paſſiones, ut propter diuinum amorem, ex gratia diuina tollerantur. Quomodo enim actiones, hac ratione dignæ ſunt uita æterna, ita paſſiones. Verum, tm̄ intuetur, conſideratque mala ipſa abſolutè, inediam, carceres, tormenta, mortem. Dicitq; ea nullo modo condigna eſſe, ideſt, paria, neque quantitate, neque proportione ad futuram gloriam. Non igitur mundi huius tribulationes, ægrè feramus. Tum quia tribulatio cum fine eſt: merces ſine fine. Id quod in præſenti eſt mo- 2. Cor.4. mentaneum, & leue tribulationis noſtræ, ſupra modum æternum gloriæ pondus operatur in nobis. Tum, quia labor eſt hic modicus, gloria multo maior. In paucis uexati, in cap 3. multis bene diſponentur. Tum quia, quicquid mali patimur, peccata noſtra meruerunt. Propter peccata, ueniunt aduerſa. Tum quia, & noſtro dolori ſemper riſus miſcetur. Pſ 93.

Secũdum multitudinem dolotũ meo-
rum conſolationes tuæ lætificauerunt
animam meam. Tum quia & patiẽtes,
2 Cor. 12. fortiores euadimus. Cum infirmor, tũc
fortior ſum. Tum quia cõmune eſt om
nibus, pati & torqueri. Nemo eſt enim
Sap. 18. qui nõ ſuos patiatur manes. Popularis
homo regi ſimilia paſſus. Quod uerò
Paulus dicit. *Exiſtimo.* Non ut dubie-
tatem ſignificet, accipiendum eſt. Sed
vt incunctanter, indubiam, vehemen-
temque fidem faciat.

Quod aũt dicit. *Huius temporis*. Intel-
ligit totius uitę huius decurſus, vt intel
ligas oẽs, vitæ omnis erumnas & tribu-
lationes, ſi etiam ſimul aggregentur, im
pares eſſe magnitudini gloriæ illius ſu-
percæleſtis. *Quę reuelabitur in nobis*, vel
erga nos. Cum tortores noſtri, & qui
nos anguſtiauerint, atque cladibus &
iniurijs affecerint, turbabuntur timore
Sap. 5. horribili, & dicent. Hi ſunt, quos ali-
quando habuimus in deriſum, & in ſi-
militudinem improperij: nos inſenſati
vitam illorum æſtimabamus iuſaniam,
& finem illorum ſine honore. Ecce
quomodo, computati ſunt inter filios
Dei. Non incaſſum autem dicit. *Reue-
labitur.* Nam gloria magna eſt etiam in
præſentiarum ſanctis omnibus. Arram
quippe æternæ habent hereditatis. Spi-
ritu ſancto aguntur. Aſſiſtunt illis ange-
li. teſtimonium habent conſcientiæ, in
cęlis ſpatiantur: caduca hæc & terrena
ſuperuolant, Deo adhęrẽt toti. Verum
gloria hæc ignota eſt: nebulis enim paſ-
ſionum & tribulationũ, quibus in hac
uita præmuntur, deliteſcit. Tunc itaq;
1. Ioan. 3 reuelabitur, patefiet, eluceſcet. Nunc
filij Dei ſumus, inquit Ioannes, & nõ-
dum apparuit quid erimus. Gloriã au-
tem nominat, ut nos omnes accendat,
extimulet. Quod apud nos, nihil ſoleat
ardẽtius expeti, nihil deſiderari magis,
quàm gloria. Glorioſum enim eſſe, cla-
ra ſcilicet cum laude notum, quis eſt q
non ſummopere cupiat? Hæc profecto
videtur eſſe bonorum omnium ſum-
ma. Si itaque pro labili, inanique glo-
riola, tandiu laboramus, vt nemo ſit,
quem dilatio atque diuturna expecta-
tio non maximè angat, quàm maiore
uehementia ad illam gloriam nullo un
quam tempore interituram, ſuſpirare
debemus, vt nõ modo rebus hiſce nõ
hæreamus: uerumetiam ægrè feramus
tarditatem hinc abeundi, vt optabiliſſi
ma illa gloria, quàm citius perfrui ua-
leamus? *Nam anxia expectatio creaturæ,
reuelationem filiorum Dei expectat. (Vanita-
ti enim creatura ſubiecta eſt, non uolens, ſed
propter eum qui ſubiecit illam in ſpe.) Quo-
niam & ipſa creatura liberabitur, à ſeruitu-
te corruptionis in libertatem ipſius gloriæ fi-
liorum Dei.* O ſi quis poſſet abditæ hæc
Pauli ſenſa rimari. Audi Roma. Si mũ-
dus omnis, & vniuerſa natura anxia ad
modum ſollicitudine, hanc gloriæ filio-
rum Dei reuelationem expectat, nec p̃-
ſentia curat: multò magis tu homo mẽ-
te præditus, præſentibus neglectis, ad
illam gloriam, totis (vt aiunt) viribus cõ
tendere debes? Si mundus ipſe aſſiduè
perpetitur, affligiturque, & tantis ſub-
iacet uanitudinibus, ob id quod ſperat
atque confidit, bonis illis aliqua ratione
potiri, quibus tu perfrueris, ꝓpter quẽ
is conditus eſt: cur eſt quod non multo
maiorem tu ipſe ſpem alis, & ſpe iſta
fretus, tribulationes quaſque rides &
contemnis? Si Deus fabricam mundi
hanc, perpetua induet immortalitate,
ab omnique corruptione & alteratio-
ne liberabit, putas quàm magna erit ele
ctorũ gloria, propter quos omnia crea-
ta ſunt? Si totus mundus tibi compa-
titur, quid doles, ſi tu ipſe pateris, ſi prę
ſens non eſt, ſed futura mundi gloria?
Dolendum tibi certè non eſt, ſi tuã feli
citatem adhuc expectas. Si Deus quan-
doque creaturis iſtis quietem daturus
eſt, quæ illi ſeruiunt, & famulantur: Nũ
tibi non dabit aliquando requiem, quẽ
in filium adoptauit? Durate, durate Ro
mani, & uoſmet rebus ſeruate ſecun-
dis. Talia ſenſu refert Apoſtolus no-
ſter, erigens nos in ſpem viuam, in diui
næ prouidentiæ fidem, in præſentium
tribulationum neglectũ: in futuræ de-
ſiderium felicitatis, ad extremũ, in ſuæ
incomparabilis magnitudinis opinio-
nem. Ex hoc ſcilicet, quod ab omni mũ
do anxia expectatione, gemitibus quo-
que inenarrabilibus expectatur, non
modo deſideratur. Sicut enim Prophe-
tæ, flumina plaudentia ſcribunt, mon- Pſ. 97.
tes

Psal. 113. tes exultantes, & proſilientes colles, ui
Eſa. 16. neas item lamentantes, laquearia templi eiulantia: nos quoque in uſu habemus, ut dicamus, prata ridere, muggire æquora, ſibilare uentos, currere, uola-
Ter. 2. reque nubes. Virgo etiam illa ſanctiſſima Agnes de Chriſto dixit, cuius pulchritudinem Sol & Luna mirantur: ita Paulus Apoſtolus mundum depingit, tanquam hominem quendam expectãtem, anxium, ingemiſcentem, parturiẽtem. Vnde ſubdit.

Scimus enim, quod omnis creatura congemiſcit, & compatturit uſque ad huc. Creaturæ itaque nomine, mundus iſte totus intelligitur. Quamuis enim creationẽ ſcribens Moſes, de angelis uerba non fecerit. Conſtat tamen ex Paulo, (quicquid Philoſophi ethnici mentiantur) eos fuiſſe creatos. Ita nanque Coloſſen
Coloſſ. 1. ſibus ſcribit. In ipſo condita ſunt vniuerſa, in cælis & in terra, viſibilia & inuiſibilia, ſiue throni, ſiue dominatiões, ſiue principatus, ſiue poteſtates. Omnia per ipſum, & in ipſo creata ſunt. Sub creaturæ igitur nomine, hoc loco ueniunt & angeli. Nanque non modo cęlum, & elementa innouabuntur, cũ
Pſ. 109. indicabit dominus in nationibus, implebitque ruinas: ſed & angeli ipſi accidentario quodam gaudio magis replebuntur. Sicut ergo cœlum & elementa, ita angeli reuelationem glorię filiorum
Heb. 1. Dei uehementer expectant. Quoniam enim in miniſterinm miſſi ſunt propter eos, qui hereditatẽ capiunt ſalutis, haud dubiè noſtra felicitatẽ, eorum felicitas augeſcet. Sicut nanque parentes, cum filius in altiore gradu locandus & ſpectãdus eſt, ſeruos omnes nobilioribus, ſplendidioribuſq; ueſtibus, non ad eorum, ſed ad eius gloriam induunt: ita Deus in regeneratione illa, cum filios ſuos, in diuinæ hæreditatis & maieſtatis ſublime collocare voluerit: angelos, cęlos, elementaque, & omnia quæ ipſe, ut illi famulatum exhiberent, condidit, illuſtriora efficiet: Vnde illud eſt. Vi
Apoc. 21. di cælum nouum, & terram nouam. Primum enim cęlum, & prima terra, abijt: & mare iam non eſt. Illud quoq;.
Eſa. 65. Ecce ego creo cęlos nouos, & terrã nouam, & non erunt in memoria priora. Illud etiam. Cælum & terra tranſibunt. Luc. 21.
Et illud. Mundus trãſit. Non quod omnino corrumpendi ſint cęli, neque elementa, ſed quod omnia ſint innouãda, atque purificanda, cum Dei filij glorificabuntur. Illam enim gloriam, illã nouitatem & pulchritudinem, licet non meruere ſibi cœleſtia, aut elementaria corpora, ipſi tamen Dei filij meruere. Cedit nanque ad hominis dignitatem, vt cum ipſe gloriam conſequatur, omnia propter eum, modo quodam felicitatem participent. Ceſſabit itaq; Solis & Lunæ labor, quo ſibi ſtatuta ſpatia, rotis currentibus implent. Tempus amplius non erit. Alterari deſinent elemẽta, homines ſicut angeli efficiẽtur, corpora inferiora, vt ſuperiora fient: ſuperiora quaſi ſpiritualia. Lux lunæ erit ſicut lux ſolis: Lux Solis ſeptempliciter ſicut lux ſeptem dierum. Ignis ſicut luminaria cęli: Aer ut cęlũ: Aqua vt chriſtallus: Terra vt uitrum, vel ut aurum. Igne enim ſoluetur omnis fex, & impuritas, dicente Petro. Cęli magno impetu tranſient, & elementa calore ſoluẽtur. O optabiliſſimam felicitatem. Quando hæc erunt domine? Non eſt ueſtrũ noſſe tempora, vel momenta, quæ pater poſuit in ſua poteſtate. 1. Ioan. 2. Apoc. 10. Eſa. 30. 2. Pet. 3. Act. 1.

Ex hac tamen reſponſione anſam arripiunt plerique, vt hanc mundi innouationem prorſus irrideant, & hoc nouum ſeculum. Quos apprimè indicauit ſanctæ Eccleſiæ Hierarcha noſter Petrus. Venient (inquit) in nouiſſimis diebus, in deceptione, illuſores, iuxta proprias concupiſcentias ambulantes, dicentes. Vbi eſt promiſſio? Vbi eſt aduẽtus eius? Ex quo enim patres dormierunt, omnia ſic à creationis initio perſeuerant. Audis cõmune promiſcuæ multitudinis argumẽtum? Semper eodem modo ſe habuit mundus. Nihil eſt ſub ſole nouum. Quid eſt quod fuit: ipſum quod futurum eſt. Ita ergo ſemper erit: nunquam certè aliter. Non itaq; innouabitur, neque terminabitur. Eſt & Moſes, qui uidetur in acie ſtare pro eis. Cũctis diebus terræ frigus & eſtus, eſtas & hiems, nox & dies, non requieſcent. Inquit ipſe. Et Hieremias. Hæc dicit dominus, qui dat ſolem in lumine diei ordinem 2. Pet. 3. Eccl. 1. Gen. 8. Hier. 31.

dinē Lunæ & Stellarum in lumine no-
ctis. Qui turbat mare, & ſonant fluctus
eius. Si ſteterint leges iſtæ coram me,
tunc & ſemen Iſrael nūquam deficiet,
vt non ſit gens coram me, cunctis die-
bus. Semper autem erūt filij Iſrael, ſem
per igitur dies & nox, turbo maris &
cætera quæ uidentur. At inuicta eſt ue
ritas: & uinci neſcit. Omnia corpora
hæc, ut angelos mittam facta eſſe ꝓpter
hominem nemo negauerit, vel ex eth-
nicis. Si ita que hominum naturā, quā-
doque ſuum finem eſſe ſortituram mi-
hi fateris, felicitatem uidelicet animæ
& corporis, neceſſe eſt te aſſeuerare,
omnem hanc molem corporum, à mini
ſterij ſeruitute aliquando liberandam:
quo homini ipſi, antequam finem attin
gat, illius opera indigenti famulatur. Id
autem quo maximè nobis elementa &
cęli ſeruiunt, eſt generatio, vel propaga
tio. Vt eſſe, quod natura, in indiuiduo
ſeruare non poteſt, conſeruet in ſpecie.
Rerum enim perpetuitas, hominū ma-
ximè, illud eſt, quod cęlorum lationi-
bus intenditur. Completa igitur homi-
num generatione, nonne uana eſſent
omnium horum corporū miniſteria?
Iunge autem, non poſſe hominum ani-
mas innumeras eſſe, quod & Philoſo-
phi faterentur, numerum quendam ele
ctorum Dei, in libro uitæ præſcriptum
eſſe, quod ſacris exploratum eſt. Ex his
fiet, vt cogaris dicere quiſquis es, quod
omnino mundus iſte totus, cum uene-
rit immutatio noſtra, cum corruptibile
hoc induerit incorruptionem, & mor-
1. Cor 15. tale hoc immortalitatē, immutabitur,
Iob 41. & innouabitur. Hinc Iobus. Homo cū
dormierit, non reſurget: donec attera-
1. Cor. 7 tur cęlum, non euigilabit. Quod tamen
perbellè declarauit Paulus, dicens. Prę-
terit figura huius mundi. Vt intelligas,
non ſubſtantiam, ſed accidentia, motū,
alterationem, corruptionem, generatio
nemque ceſſaturam, quæ figuræ nomi-
ne ſignificantur. Diuina enim prouidē
tia, motus cæleſtes, & elementares alte
rationes, ad hunc finem ordinauit, vt
electorum numerus compleatur. Quo-
uſque igitur id aſſequentur, cæli atque
elementa laborare dicūtur & angi. Nō
quia naturales ſint eorum motus, ac mi
nimè uiolenti: ſed tropo quodam, quia
non id habent quod intendūt, & uehe
menter deſiderant. Ideo enim dicit.
Expectatio expectat. Habet enim empha Luc. 22.
ſim modus iſte loquendi, ſicut ille. Deſi Pſ. 39.
derio deſideraui, hoc paſcha manduca-
re uobiſcum. Et illud. Expectans expe- Tren. 1.
ctaui dominum, & intendit mihi. Illud Exo. 3.
quoque. Plorans plorauit in nocte. Et il-
lud. Videns uidi afflictionem populi Pſ. 36.
mei. Illud quoque. Deficientes deficiēt.
Cum id ergo habuerint, in quiete eſſe
dicentur, extra laborem ſcilicet: extra
deſiderium: extra expectationem, & an
xietatem. Hoc eſt itaque quod dicitur.
Nam anxia expectatio creaturæ. ideſt om-
nis naturæ conditæ. *Reuelationem gloriæ
filiorum Dei, expectat.* Quando ſcilicet
apparebit, quod promiſſum eſt. *Quoniā*
videlicet. *Et ipſa creatura*, ideſt ipſa natu
ra tota, *in libertatem*, ideſt ad libertatem
gloriæ filiorum Dei: cum ſcilicet illuc
peruentum fuerit, *Liberabitur à ſeruitu-
te corruptionis.* Innouabitur, decorabi-
turque. *Vanitati enim*, ideſt mutabilitati,
Subiecta eſt non volens, abſolutè: cum de-
ſideret glorioſæ illius innouationis fi-
nem attingere, in qua motus ceſſabit &
alteratio. Sed nec omnino uolens, ſed
volēs. *Propter eum*, Deum uidelicet, cui
omnis natura amore & deſiderio paret.
Qui ſubiecit illum, mutabilitati, alteratio
nique in ſpe, ad finem illum optatiſſi-
mum perueniendi: cum electi Dei glo-
riam conſequentur æternam. Deus ita-
que effectus eſt ſpes illum finem attin-
gendi, atque huius expectationis finis.
Cautè tamen intellige. Non enim deſi-
derium naturale orbis eſt, ad illam glo-
riam in particulari, quando neque ho-
minis naturale deſiderium huc tende-
re poteſt, Sed tantum in uniuerſali, ad
finem ſuum, vltimum: qui tamen in rei
ueritate hic eſt, vt omnia requieſcant à
laboribus ſuis. Moſeos, & Hieremiæ
uerba, quæ in oppoſitum adducta ſunt,
nihil obſtant. Intelliguntur.n. pro tēpo-
re iſto, quo hoīum generatio durat: nō
defuturū eſſe ſemē Iſrael, ſicut nec dies
neque nox. Verum non abſolutè. Scri
ptum eſt enim de cęlis. Ipſi peribunt, tu
autem permanebis, & omnes ſicut ue- Pſ. 101.
ſtimentum ueteraſcent.

Scimus enim quod omnis creatura conge-
miſcit, & comparturit, vſque adhuc. Ideſt
vſque ad finem ſeculi, de quo nunc lo-
quor. Quomodo enim homo multa ꝑ-
patitur, antequam ſuam felicitatem nă-
ciſci poſſit, Ita omnis creatura, mũdus
ipſe totus, eſt paſſione hominis comes.
Cum primum enim, primus hominum
parens, in infelicitatem illam nunq̃ ſa-
tis deplorandam cecidit, & mundus
totus erumnas pati cępit. Vt non falſo
Rom. 5. dicere poſſim. Per unũ illũ hoĩem pec-
catum intraſſe in mundũ, non modo in
Ioan. 1. hominem, qui mundus dicitur, ſed &
Gen. 3. in omnem mundum. Corrupit nanq;
virus illud omnia. Etenim terra ſpinas,
& tribulos protulit: Aquarũ corruptio-
nibus, mille nobis infecta accidẽtia ꝓ-
diere. Aer morboſus factus eſt, breui-
ter maledicto ſubiacuerũt oĩa. Gemunt
itaq; pre dolore nobiſcũ creaturæ oẽs,
& dolores parturientis habent, quibus
anguntur, & propter expectatę felicita
tis dilationem, uehementiſſimè cruciă-
tur. Rectè dolores parturiẽtis. Cupiũt
enim quaſi nobiſcũ renaſci oĩa, & ex u-
tero huius miſerię in lucẽ illam nouam
ꝓdire. Quàm itaq; à nobis eſt illa dies
deſideranda, O chriſtiani? in qua iuſti la
pidibus pretioſis coronabunt, immorta
litate veſtientur, angelorũ ſocij erunt.
Fulgebunt ſicut Sol, & tanq̃ ſcintillæ in
Sap. 3. arundineto diſcurrẽt. Vide inquit Pau-
lus, ſi magna eſt illa felicitas, quam oẽs
Dei filij expectant. *Nam & nos ipſi.* Ego
ipſe Paulus, hiq; coapoſtoli mei, qui col
lumnæ Chriſti Ieſu Eccleſiæ ſunt: nos
inquam, quos beatos dicere ſolebat ma-
Luc. 10. giſter noſter: quia multi reges & ꝓphe-
tæ uoluerunt uidere, quæ nos uidemꝰ,
& audire quæ nos audimus, & non ui-
derunt, neque audierunt. Nos, in quibꝰ
ſanctiſſimi ſpiritus chariſmata clatius
Rom. 8. effulſere. Nos qui certi ſumus nulla ra-
tione à gratia, & charitate Dei ſeparati
poſſe: Nos, quos ipſe, ne labi poſſimus,
in bono confirmauit. Nos, quos in ſpẽ
viuaciſſimam felicitatis erexit. Nos qui
certè certius nouimus, angelos à nobis
1. Cor. 6 iudicandos eſſe. Nos, qui omnino in
ſpiritu, non in carne ſumus. Nos, qui
magis in cælis degimus, quam uerſe-
mur in terris. Nos, quos legatos ſuos
eſſe voluit, vt eius nomen coram Gen-
tibus & regibus, & filijs Iſrael portemꝰ.
Nos, quos principes fecit Eccleſię ſuæ, Act. 9.
gratia & dignitate maiores. Nos quibꝰ Pſ. 44.
tãquam primogenitis primitias dedit
ſui ſancti ſpiritus, ut noſtra opera, alios
ſibi filios ſpiritales, uerbi ſemine gene-
remus. Nos inquam, gloriæ cæleſtis fe-
rè iam compotes. *Gemimus* tamen, do-
lemus, ſuſpiramus, quod diutius quàm
par nobis eſſe videatur, in hac lachri-
matum ualle laboremus. Quis eſt no-
ſtrum, qui non dicat: Heu mihi quia in- Pſ. 119.
colatus meus prolõgatus eſt? Cupio diſ
ſolui, & eſſe cum Chriſto? Quemadmo- Philip. 1.
dum deſiderat cernus ad fontes aqua- Pſ. 41.
rum, ita deſiderat aĩa mea ad te Deus?
Quando ueniam, & apparebo ante fa-
ciem Dei? Putas quantum nos oble-
ctet ſpiritus ſanctus. Ridemus enim
tormenta omnia, gaudentes propera-
mus ad carceres, ad vincula, ad mortẽ:
geſtientes, quod digni habiti ſimus ꝓ
nomine dulciſſimi Ieſu contumeliam Act. 5.
pati. Hæc tamen tam eximia delecta-
tio, non adeò poteſt, vt non uehemẽter
doleamus, propter felicitatis illius deſi
deratiſſimæ dilationem. Tam explora-
tum eſt nobis omnibus, illam omnia
bona ſine fine excedere. Vel ergo ab
orbe condito Roma exemplum ſume,
à cęlis, ab elementis, quæ ſpiritum non
habent, & ne illis peior uideare, tu quę
omnino ſpiritus expers non es, expecta
illam diem, deſidera, quando reuelabi-
tur gloria filiorum Dei. Vel à nobis, qui
primitias ſpiritus habemus. Et poſtquã
nos audis ingemiſcere, cupientes diſſol
ui, diſce, & tu q̃ non oĩno ſpũ plena exi
ſtis, vt gaudere poſſis ſicut & nos. Rebꝰ
iſtis caducis nequaq̃ inhiare, quæ ſanè
triſtitiam ſuapte natura afferre ſolent.
Sed cuncta pręſentia ſpernere, & ad
futuram illã beatitudinẽ, gemitibus ine
narrabilibus ſuſpirare. Hoc eſt itaq;,
quod molitur Paulus, cum dicit.
Non ſolum autem, natura ſcilicet, quæ
eſt Spiritus expers, congemiſcit, &
comparturit. *Sed & ipſi primitias ſpi-*
ritus habentes, ideſt dona ſpiritus ſan-
cti omnia, quæ primitiæ, & quaſi prægu
ſtationes, & futuræ glorię delibamen-
ta ſunt, vel primas in Eccleſia partes.

Et

Et nõs ipſi in nobis ipſis gemimus. Non ex-
Ioel.2. tra, quod hipocritarum eſt, ſed intrin-
ſecus, ſcindentes corda noſtra, non ue-
ſtimenta noſtra, *adoptionem ſpectantes*,
ſcilicet perfectam, quam declarat, *Re-
demptionem corporis noſtri*. Optimè au-
tem. *Redemptionem* nominat. Primum
enim, à peccati ſeruitute emptum fuit.
Tunc ſecundo, à mortis & corruptionis
ſeruitute emitur. O illos felices, qui ali
quando cum Apoſtolis & ſanctis patri-
bus gemunt. Tum compunctionis ge
Pſ.4. mitu. Laboraui in gemitu meo: Inquit
Pſaltes. Tum confeſſionis. Non deſpi-
cit præces uiduæ, ſi effundat loquelam
gemitus. Tum meditationis. Sicut co-
Ecclеſia- lumbæ meditãtes gemimus. Tum ora-
ſtici.35. tionis. Spiritus poſtulat pro nobis gemi
Eſa.59. tibus inenarrabilibus. Tum commiſe-
Rom.8. rationis. Addidit dominus dolorem
Hier.45. dolori meo. Laboraui in gemitu, &
requiem non inueni. Tum zeli vel æmu
Ezech.9. lationis. Signa thau ſuper frontes uiro-
rũ gementium, ſuper iniquitatibus do-
mus Iſrael. Tum redij prolungationis
Exo.3. uitæ. Videns vidi afflictionem populi
mei, & gemitum eius audiui. Tum
paſtoralis curæ, & ſollicitudinis. Ecce
Iob 26. gigantes gemunt ſub aquis. Tum deſi
Rom.8. derij uitæ perhennis. Nos ipſi in nobis
ipſis, gemimus adoptionẽ expectantes.
Quia autem gemere, non ſatis cõgruè
videtur his, qui primitias ſpiritus ha-
bent, competere poſſe, quandoquidem
fructus ſpiritus eſt gaudium: propterea
Apoſtolus, id quõ ſit intelligendum;
voluit declarare. Ideo ſubdidit. *Spe
enim ſalui facti ſumus. Spes autem quæ uide
tur, non eſt ſpes. (Nam quod uidet quis quid
& ſperat) porro ſi quod non uidemus ſpe-
ramus, per patientiam expectamus*. Quaſi
ergo diceret, nullã triſtitiam, vel gemi-
tum ſecum patitur ſpiritus ſanctus de
rebus terrenis, ſed vtique illam quam
ſpes affert, quæ gaudium quidem pa-
rit, ſed non plenum. Gaudium nanque,
quod de Deo, vt à nobis perfruendo &
participando gaudemus, quod eſt per
ſpem, triſtitiæ & gemitus permixtionẽ
neceſſariò habet. Qui enim ſperat eſſe
cum Chriſto, iam cum Chriſto non eſt.
Hæc ipſa ſpes gaudium affert, iuxta il-
Rom.12. lud, Spe gaudentes. At hæc ipſa priua-
tio, (ſine qua non ſpes, neque deſideriũ
eſſet,) non enim ſunt reſpectu habiti;
motus nanque ſunt: habitibus autem
pſẽtibus reſceſſat motus) triſtitiam par
turit ſuapte natura. Propterea enim
ſperanti patientia neceſſaria eſt. Niſi
nanque malum eſſet non habere, quod
ſperamus, & animum non affligeret,
patientia minime opus eſſet. Patien-
tiæ profectò materies, afflictio eſt, vel
tribulatio. Qui primitias ſpiritus ha-
bent, quoaduſque corpus iſtud circun-
fertur, gaudium quidem habent: at &
ſpem habent. Non eſt itaque gaudium
plenum, quando non in re, ſed in ſpe
tantum, beati ſunt. Tunc plenum erit,
quando nihil amplius deſiderabũt, iux
ta illud. Vt gaudium meũ in uobis ſit, Ioan.15.
& gaudium ueſtrum impleatur. Gau-
dium enim ad deſiderium comparat,
ſicut ad motum quies. Tunc eſt per-
fecta quies, quando omnino ceſſat mo
tus. Tunc igitur gaudium perfectũ eſt,
quando deſiderium omne adimpletur.
Iuxta illud. Qui replet in bonis deſide Pſal.102.
rium tuum. Deſideria uero noſtra, ad-
impleri nequaquam poſſunt, niſi cum
videbimus Deum facie ad faciem, iux-
ta illud. Satiabor cum apparuerit glo- Pſ.16.
ria tua. Non antea itaque perfectè
gaudebimus, ſed tunc, quinimmo
& pluſquam perfectè. Quandoquidẽ
plus obtinebimus, quàm deſiderare
poſſimus. Non enim aſcendit in cor ho
minis, quæ præparauit Deus diligenti-
bus ſe. Et hoc eſt quod Chriſtus ſigni- Eſa 64.
ficauit dicens. Menſuram bonam, & ſu Luc.6.
per effluentem dabit in ſinum ueſtrũ.
Propterea quia, gaudium illud maius e-
rit omnium hominum capacitate. Nõ
dicitur ſanè, quod gaudium illud ho-
mines ſint habituri, ſed potius quod in
gaudio illo homines recipiẽdi ſint, qua
ſi nos gaudium capere non ualeamus,
ſed magis à gaudio capiamur. Iuxta il-
lud. Intra in gaudium domini tui. Ha-
bes itaque Apoſtoli intentionem. Po- Matt.25.
teſt tamen, & litera iſta. *Spe ſalui facti
eſtis. &c.* Cum illis uerbis continuari.
Si tamen ſimul patimur, vt & ſimul glo
rificemur. Vt Apoſtolus animos infir-
mos, puſillumque gregem, hunc in mo
dum conſoletur. Ne concidas quæſo,
ſi pate-

ſi pateris, ſi in hac uita torqueris. Repoſita eſt enim ſpes in ſinu tuo, incomparabilis felicitatis. Spes nanque eſt tanquā animæ anchora tuta, & firma, quæ incedit ad interiora velaminis, ut dicitur ad Hæbræos. Incedere facit ad beatitudinem illam uelatam, inuiſibilemque, quo ad ſperatur. Hanc ipſam ſpē igitur tu retine, patienterque expecta, & omnino confide tibi, bona illa reddē da eſſe, quæ tibi pollicitus eſt Deus. Si moram fecerit, expecta eum, quia ueniens ueniet, & nōn tardabit. O quàm magnum ſolatium ſpes affert hominibus vniuerſis. Spes lucri mercatores cōſolatur, ſpes gloriæ milites: ſpes quietis aulicos. Vbi non eſt ſpes, nullū gaudium eſt. Sicut nanque natura certitudinaliter operatur, tanquam mota ab intellectu diuino, quo ad fines ſuos certiſſimè omnia mouentur: Ita ſpes certitudinaliter in beatitudinem tendit futuram, quaſi à fide certitudinem participans, quæ diuino lumine dirigit, & illuminat intellectum, vt nequaquam dubitet id attingendum, quod promiſit Deus, dicens. Scio cui credidi, & certus ſum, quia potens eſt depoſitum meum ſeruare in illum diem, iuſtus iudex. Vnde qui de beatitudine conſequenda certus nō eſt, Spem nequaquā habet. Quoniam anchoram tutam & firmam non habet. Ne autem mihi dicas. Spes ex meritis, gratiaque prouenit: nemo uero certus eſt, an in gratia ſit, an mereatur: non poteſt itaque ſpei certitudinem habere. Nam minimè vndequaque uerum eſt, ſpem meritis gratiæq; inniti, ſed ipſa ſpes diuinæ innititur omnipotentiæ, atque miſericordiæ, qua etiam hi, qui extra gratiā ſunt, peccatis grauiſſimis obruti, reſipiſcere poſſunt, à domino conuerti, & ad uitam æternam peruenire. Cum igitur quicunque fidem habet, etiam ſi omnibus peccatis teneatur, modo non ſit hęreticus. (Hæreſis enim fidem vnicè non compatitur,) certus ſit de omnipotētia & de miſericordia Dei: conuincitur, vt quilibet peccator poſſit habere ſpē, cum certitudine felicitatis conſequendæ. Quod ſi dicas. Plerique deficiunt à conſequutione, certitudo autem nō eſt de eo, quod deficere poteſt. Reſpōdeo. Id ex defectu liberi arbitrij prouenire, quod obicem ponit peccatorū, non ex diuinæ omnipotentiæ vel miſericordiæ defectu. Quare hoc, nullum certitudini ſpei præiudicium afferre poteſt, vt optimæ conſtat. Indubiè tamē, Quomodo fides formata & perfecta non eſt ſine charitate & gratia Dei, gratifica. Ita nec ſpes. Vnde nemo negauerit, nos de amicis charis maximè ſperare: de nō amicis autem admodum frigidè. Cum ergo in Dei gratiam recepti ſumus, maximè ſperamus ab eo conſequi, quod tā quam ab amico deſideramus. Quid. n. eſt ſpes, niſi motus quidam appetitiuæ virtutis, cum eius obiectum ſit bonū? motus autem tales vehementes non habet, niſi obiectum, uel terminus ardenter diligatur. Nemo uero Deum ardēter diligit, niſi primum à Deo diligatur. Quandoquidem dilectio Dei, in cordibus noſtris haudquaquam effunditur, niſi quia ipſe illam immittit per ſpiritum ſanctum, quem dat nobis. De primo itaque ad vltimum, hi uni in ſpe ardentes ſunt, quibus Deus fauet, & gratiam impartitur.

Heb. 6.

Abac. 2.

2. Tim. 1.

Vnum tantum conſiderandum adhuc eſt. *Spes quæ uidetur, non eſt ſpes.* Accipit nanque ſpem pro ſpei obiecto, pro re ſperata. Senſus eſt. Id quod ſperatur, cum uidetur, cum habetur, non ſperatur, tenetur. Spei enim ſuccedit tanquā terminus, tenere, poſſidere. O ſi quis huc ſpectare uoluerit, quàm magnum nodum diſſoluet. Vis ut id tibi explicē. Roma. 3. Cum dixit Apoſtolus. Arbitramur hominem iuſtificari per fidem. Fidem accepit magis, pro obiecto fidei Chriſto Ieſu, quàm pro fide. Non itaque ex nobis, ſed ex fide, ex Chriſto, homines poſſunt iuſtificatum iri. Sed de hoc ſatis. Spes ergo, id eſt res ſperata, debet eſſe non habita. Sicut enim de ratione fidei eſt, quod rebus non niſi aſſentiamus, iuxta Pauli definitionem. Fides eſt ſubſtantia rerum ſperandarū, argumentum non apparentium. Ita de ratione ſpei eſt, vt aliquis id quod nōdum habet, expectet. Ne mirare autem, ſi non dicit. Spes quæ habetur, non eſt ſpes, ſed dicit, ſpes quæ non uidetur.

Rom. 3.

Heb. 11.

Nam

Nam idē eſt in bonis æternæ illius gloriæ, habere & uidere. Qui enim uidit, habet, & eſt beatus. Videre autem magis expræſſit, quoniam uiſio ipſa tota eſt beatitudo, vel ſaltem initium totius. Non enim poteſt uideri Deus facie ad faciem, quin & perfruamur. Fruendo uero, beati ſumus. Vnde in beatis, ſicuti fides non eſt, ita nec ſpes. Vident nanque quod credebant: tenent quod ſperabant. Vna charitas eſt, quæ in patria iuxta Paulum, nunquam excidit. Quin-
1.Cor.13. immo, & tunc feruet magis. Neq; enim in hac uita præceptum illud prorſus im-
Deut.9. pleri poteſt. Diliges dominum Deum tuum, ex toto corde tuo, & ex tota ani-
1.Ioan.3. ma tua. Tunc autem in illa uita complebimus, cum Deum uidebimus ſicuti eſt, & ſimiles ei erimus. Nemo tamen obmurmuret. Cur nunc datum eſt præceptum illud, ſi impleri non poteſt? Ideo enim datum eſt, vt admoneremur omnes, quid fide expoſcere, quo ſpem præmittere: & obliuiſcendo quæ
Philip.4 retro ſunt, in quæ anteriora nos extendere debeamus. Ac per hoc, quantum mihi uidetur, in ea quæ perficienda eſt charitate, multum in hac uita ille profecit, qui quàm multū à perfectione deficiat, proficiendo cognouit, per fidem ambulans, & non per ſpeciem. Neque tamen excuſationis eſt locus. O homo. Aliud eſt enim totam aſſequi charitatē: aliud nullam ſequi diuinæ charitati cōtrariam cupiditatem. Primum certè nō poſſumus, quoadusq; peregrinamur. Sed ſecundum, quis eſt qui non poſſit iuuante Deo? Longe minus amāt etiā ſancti in via Deum, quàm tantum amare poſſint. Nihil tamen illicitum appetunt. Hoc itaque eſt quod præcipitur, ut nihil illicitum ames, ut nihil Deo par facias, aut præponas. Si enim non poteſt oculus, in fulgentiſſima luce defigi, poteſt nihilominus nullis tenebris delectari. Sed hæc miſſa faciamus. Non eſt ergo ſpes in beatis, quandoquidem res quæ habetur, non ſperatur. Sed quid de Chriſto Ieſu dicendum? Ipſe ab initio fuit ſemper beatus. Et tamen Pſal-
Pſ.30. tes dicit, pro eo. In te domine ſperaui. Non eſt igit̃ uerum oīno quod Paulus dicit. Id non ſperari quod habet ur. Verum reſponſio eſt. Quod ſpem habuit reſpectu aliquorum, quæ nondum erat adeptus. Videlicet corporis immortalitatis, & glorioſi illius triumphi, quē niſi morte in crucis duello deuicta, haudquaquam obtinuit. Ita quod omnino nunquam ſperauit, quod habuit. Impoſſibile nanque eſt moueri, & quieſcere. Spes eſt motus, habere quies eſt, quomodo ergo hæc duo ſimul eſſe poſſunt? At dices. Angeli uident ſemper faciem patris, qui in cęlis eſt, ex Chriſti uerbo.
Et tamen ſcriptum eſt. In quem deſide- Matt.18.
rant angeli proſpicere. Si deſiderium 1.Pet.1.
itaque, re habita eſſe poteſt, cur non et ſpes? Rñdendū eſt autem, qd non propriè deſiderāt. Deſiderium autē eſt reſpectu non habiti. Cum ergo angeli uideant, & beati ſint beatitudine illa, quā habere poſſunt, Sequitur, vt non deſiderent. Immo ipſa beatitudinis ratio, cum deſiderio pugnat. Beatus enim ille eſt, qui habet quicquid vult, & poteſt velle. At deſiderare dicuntur, vt intelligas, quod non eſt eis faſtidio, dulciſſima illa maieſtatis diuinę præſentia. Omnia ſanè quæ hic prætioſiora haberi poſſunt, faſtidium ingerunt aſſiduitate. Vnde dicitur. Omne rarum charū. Nā
& manna iudaicis turbis faſtidium pe- Num.11.
perit, ut dicerent. Anima noſtra arrida eſt, nihil reſpiciunt oculi noſtri niſi Manh. In mentem nobis ueniunt porri. &c. Contra uero, diuina illa fruitio, uiſio, poſſeſſio, ſemper oblectat. Delectationem itaque deſiderij nomine, magis quàm deſiderium intellige. Hoc enim eſt, quod molitur Petr⁹ Apoſtolus illo loco. Vnde optime patet, Chriſtū nequaquam ſpem, ſicut nec fidem habuiſſe.

Si tamē ſubtilius ſpeculari uolueris, dic non modo ſpem, ſed & fidem in Chriſto Ieſu fuiſſe, quantum ad meritum, quod ex fide & ſpe haberi poteſt. Impleuit ſiquidem & perfecit, quicquid actus meritorij eſt, vel eſſe poteſt ex fide atque ſpe, non credendo & non ſperando excellentius, & nobilius quàm quicunque alius homo, & ſimul omnes credendo & ſperando. Quemadmodum omnia ea, quæ cognoſcit ſenſus, cognoſcit intellectus, licet non

eodem modo, ſed altiore. Et de hoc ſatis.

Illud autem uerbum. *Spe ſalui facti ſumus.* Hoc modo declarandum eſt. Nã id de quo certi ſumus, quod omnino fiẽdum eſt, quaſi iam factum reputare conſueuimus: potiſſimè autem, quando incohatum eſt, quaſi uirtus, & ſemen totius quod fiendum expectatur. Ita autem ſe ſe habet res noſtra. Nam gratiã largitus eſt nobis Deus, quæ gloriæ pignus eſt, & in qua tota gloria continetur, ſicut arbor in ſemine. Certiſſimè autem tenemus, illam gloriam aliquando reuelãdam. Quare rectè dictum eſt. Spe iam ſalui facti ſumus. Non modo ſaluandi. Si tamen arguas. *Spe ſalui facti ſumus*, ſalui itaque ſumus. Abſolutè, ſine addito illatio neganda erit. Hic eſt enim Himenei & Phileti error, ſi Paulo credimus, qui nullam aliam felicitatem expectandam dicebant, contendentes reſurrectionem iam factam. Vnde & quorundam fidem ſubuerte-
2. Tim. 2. runt, vt dicitur in vltima ad Timothęũ Epiſtola. Non citra myſterium igitur dixit Apoſtolus. *Spe ſalui facti ſumus*. Vt intelligas non re. Argue modo. Spe ſalui facti ſumus. Si autem in hac vita ſperantes tantum eſſemus, miſerabiliores
1. Cor 15 eſſemus omnibus hominibus mundi: vt ad Corinthios probatur. Impoſſibile igitur eſt, vt non aliquando alia felicitate potiamur, quã re ipſa, nõ amplius ſpe beati erimus. Omnino ergo expectanda eſt *Per patientiam*, ideſt cum patiẽtia.
Prou. 16. Rectè autem cum patientia, Quia ſpes quæ differtur, affligit animam, ac præcipuè quando ultra dilationem, homo aduerſitates multas & ærumnas perpetitur, antequam illuc quo ſpe tendit, perueniat. Sicut piè Deum colentibus accidit, qui cœlorum regni gloriam, forti animo expectant. Illis enim vndique bella, tentationes, diſcrimina, perſequutiones imminent. Iuxta illud. Fili, accedens ad ſeruitutem Dei, ſta in timo-
Eccl. 2. re, & præpara animam tuã, ad tentationem, quæ imminet tibi. Deinde dicit.

Similiter autem & Spiritus adiuuat infirmitates noſtras. Nam quid oremus ſicut oportet, neſcimus. Sed ipſe Spiritus, poſtulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus.

Bit ad Rom.

Duas rationes hactenus adduxit Paulus, pro accendendis militibus chriſtianis, ad aduerſa omnia perferenda, ne durum videretur uerbum illud, quo dictum eſt, Oportere nos ſimul pati, vt ſimul cum Chriſto glorificemur. Prima fuerat, ex pręmij magnitudine, quod ĩcõparabiliter maius eſt omnibus preſſuris, quas pati poſſimus omnes. Secunda, ex ſpei certitudine, quam habemus, de felicitate illa. Hæc modo tertia eſt, ni fallor. Ne graue inquit. O Chriſti miles, pati cum Chriſto Ieſu tibi uideatur. Nanque quod tuo iudicio horrendum videtur, pernicioſum atq; moleſtum, eſurire, ſitire, depauperari, algere, à fortuna iactari, rideri, à quibuſque opprobrio haberi, infauſtam viuere uitam, hæc inquam omnia, quæ detrectas & refugis, tibi bona non mala exiſtunt, proficiunt admodum. Tantum abeſt vt officiant. Tu ipſe igno-
ras, quod tibi expediat. Nam caro infir- *Matt. 16.*
ma eſt. Corpus autem quod corrumpi-
tur, aggrauat animam. Fit itaq; vt in- *Sap 9.*
terdum carne vrgente preſſus, proſperam fortunam deſideres, diuitias, honores, incolumitatem, robur, gloriolã: quæ tamen habita, plerunque tibi in pnitiem vertuntur. Interdum uexatus, ęger, dilaceratus, ardentiſſimè experis liberari, & tamen vexationes, morbi, inedię, pericula, tibi magnam ſalutem pariunt. Spiritus ſanctus ille eſt, qui quod tibi proficuum eſt, nouit, item quod ſecus. Vult aũt prodeſſe, non obeſſe. Amor nanq; officere neſcit. Illi igitur te totum cõmitte. O Homo. Putaq; omnia, quæ à mundo proſpera exiſtimant, aduerſa eſſe: Et quę aduerſa itẽ, proſpera atq; ſecũda. Cõtra uero. Quę à Deo veniunt, oĩa crede tibi utilia eſſe. Hanc opinionẽ cum conceperis, lubenti animo mala omnia pferes, quę tibi occurrere pñt, & ſpe ſubarratus, beatus eris. Non eſt beatitudo in diuitijs, non in ho-
noribus, non in uoluptate. Hęc eſt uita *1. Ioan. 5.*
ęterna, vt cognoſcam' Deũ, & quẽ miſit ipſe Ieſum Chr̃m. Paſſim tamẽ appetunt ſinguli hoĩes ditari, abundare, glorioſi eſſe & uideri: in voluptate uiuere: & pter hęc nihil. Summi ẽt Philoſophorum uertices, quid nã potiſſimũ ſit, qđ

homines felices efficiat, vel ignoratunt
penitus vniuerſi, vel exactè nemo tradi
dit. Verum ſpiritus ſanctus nobis ſug-
gerit, & re ipſa noſtris in mentibus ope
rando oſtendit: in ſumma rerum, hono
rum, voluptatumque copia, maximam
eſſe infelicitatem, ſolicitudinem, cu-
ram, atque anxietatem. Propterea &
nos ſuſpirare, clamareq́;, cum gemitibus
inenarrabilibus ad dominum facit.
Pſ.79. Oſtende faciem tuam, & ſalui erimus.
Feciſti domine cor nr̄m ad te, & ideo
inquietum eſt cor nr̄m, donec requie-
ſcat in te. Spūm itaq; hunc ſequamur,
illuc quo ipſe nos dirigit, contendamus;
illius quæramus amplexus, & dulcia ui
debuntur amara omnia: breuia puta-
bimus omnia, quæ lōga ſunt: facile erit
omne difficile. *Ipſe enim adiuuat infirmi-
tatem noſtram.* Vt & ſi caro langueſcere
videatur, mens nihilominus ſit fortis,
in aduerſitatibns omnibus conſtantiſſi-
mè tollerandis. Ita vt cum Chr̄o dica-
Matt.26. mus. Caro quidem infirma, ſed ſpiritus
promptus. Non ergo mea domine, ſed
tua volūtas fiat. Audis quomodo ad-
iuuat docendo nos petere, quæ & quo-
Iac 4. modo petenda ſunt? Petitis enim & nō
accipitis inquit Iacobus, eo quod ma-
lè petatis. Vnde Chriſtus duobus ger-
manis illis, qui ſedere ad dexteram &
ad ſiniſtram, tam magno ambitu expe-
tebant, dixit. Neſcitis quid petatis.
Ob id Socrates, quem animarum medi
Matt.20. cum Ethnici, ſicut Eſculapium corpo-
rum iactant, nihil vltra à dijs immorta-
libus petendum arbitrabatur, quàm vt
bona tribuerent. Quia hi demum ſci-
rent, quid unicuique vtile eſſet. Nos au
tem, plerunque id votis deſideramus,
quod non impetraſſe melius foret. Diui
tiæ enim multis fuere exitio, honores
complurimos peſſum dederunt: ſplen-
dida coniugia, nōnunquā domos euer-
terunt, regnorumque exitus ſæpe miſe-
rabiles cernuntur. Sancta igitur deſide
ria proſequenda ſunt, quæ nobis inſpi-
rat ſanctus ſpiritus. Ipſe nanq; nos exor
bitare non patitur, modo illum ducem
habere velimus. Qui uero ſpiritu hoc
diuino nō ducitur, oret vt ducatur. Scri
Luc.11. ptum eſt enim. Pater noſter de cœlo, da
bit ſpiritum bonum petentibus ſe. Nec

mihi dicas. Deus peccatores non exau
dit. Si enim peccatores non exaudiret, Ioan.9.
fruſtra publicanus dixiſſet. Propitius Luc.18.
eſto mihi peccatori. Quem tamen iuſti-
ficatū à templo receſſiſſe, teſtatur Chri-
ſtus. Cæci nondum mente prorſus illu-
ſtrati, verbum eſt illud. Deus pecca-
tores non audit. Idcirco non vndequa-
que verum. Si enim peccator per ſe,
ad ſalutem neceſſaria petat, piè & perſe
ueranter quoad poteſt, quis dicere au-
debit, illum nequaquam exaudiri? Cū
Chriſtus clamet. Omnis qui petit, acci- Luc.11.
pit, ſiue iuſtus, ſiue peccator, vt inquit
Chryſoſtomus. Non ex orantis iuſtitia
certè, ſed ex condonantis miſericordia.
Niſi enim dare vellet, nos ad petēdum
minimè hortaretur. Illud tamen cō-
ſiderandum, quod non ſemper accipit
quando petit qui orat, ſed quando acci-
pere debet. Quædam nanq; non ne-
gantur, ſed vt congruè dentur, tempo-
re differuntur. Idcirco perſeuerare
oportet, ne oratione fatigatus animus,
ab oratione deſiſtens, non id impetret,
quod petebat. Vnde & de Chr̄o dici- Luc.6.
tur. Quod pernoctabat in oratione. Et Matt.26.
prolixius orabat. Non eſt enim hoc in
multiloquio orare, ſi diutius oretur.
Aliud quippe eſt ſermo multus. Aliud
diuturnus affectus. Abſit ab oratione
multa loquutio, ſed nō deſit multa pre-
catio, ſi feruens perſeuerat intentio. Ple
runq; autem hoc negotium, plus gemi-
tibus, q̄ ſermonibus agitur. Hinc Pau-
lus dicit, poſtulare nos facit gemitibus Rom.8.
inenarrabilibus, non uerbis. Magna ve
ro fide petendum eſt, Iuxta illud. Poſtu Iac.1.
lat homo in fide nihil hæſitans. Impe-
tramus enim, quæ petimus ex omnipo
tentia & miſericordia Dei. Inde enim
poteſt. Hinc vult petentes exaudire.
Fide autem vt cōſtat, de omnipotētia,
& miſericordia Dei certificamur. Inni-
titur ergo oratio quoad efficaciam, ipſi
fidei, quamuis quoad meritum charita
ti. Attentio vero maxime neceſſaria eſt,
vt hoc verſetur in corde, quod in ore pro
fertur. Si tamen debilis factus pecca-
ti languore, & carnis pondere præſſus
euagaris, & fixa mentis acie orare ne-
quis, quantum potes teipſum cohibe,
& ignoſcet Deus. Nā & ſancti viri orā-
tes,

tes mentis euagationem pariuntur, iux
Pſ.39. ta illud Dauidis. Cor meum dereliquit
me. Non modo vero, Deus optimus ma
ximus exorandus eſt, & depræcandus,
ſed & ad omnia ſanctorū agmina fun-
dendæ ſunt præces, quicquid Vigilan-
tius: quem dormitantium aptius dixe-
ris, ſomniatit. Si enim Apoſtoli, & Mar
tires, adhuc in corpore conſtituti, quā-
do pro ſeipſis ad huc dicuntur eſſe ſol-
liciti, pro alijs orant, quanto magis poſt
coronas, victorias, & triumphos? Vn-
2.Mac.15 de de Hieremia legitur mortuo. Hic ē,
qui multum orat pro populo, & vniuer
ſa ſancta ciuitate, Hieremias Propheta
Iob 5. Dei. Hinc Iobus. Voca ſi eſt, qui tibi re-
ſpondeat, & ad aliquem ſanctorū con-
uertere. Licet nanque ſcriptum ſit. Gra-
Pſ.83. tiam & gloriam dabit dominus. Illud ta
Apo.8. men & in Apocalypſi legimus. Aſcen-
dit fumus incenſorum, de orationibus
ſanctorum, de manu angeli coram Deo.
Deum itaque depræcamur, vt miſerea-
tur noſtri. Sanctos & ſanctas, vt pro no-
bis intercedant. Sancta Trinitas vnus
Deus, miſerere nobis. Omnes ſancti &
ſanctæ Dei, intercedite pro nobis. Qua
re nec Sanctos admirabere. Hi enim
miracula tantum impetrāt, non faciūt.
Pſ.67. Vnde illud eſt. Mirabilis Deus in ſan-
ctis ſuis, nō autem mirabiles ſancti. De
his autē omnibus, à ſpiritu ſancto edo-
cemur, qui profectò quæ ſunt illi placi-
ta, & quomodo nobis expedientia, no-
ſtris mentibus inſtillare conſueuit, iux-
Ioan.16. ta Chriſti uerbum de illo: Ipſe docebit
vos omnem veritatem. Optimè itaq;
dicitur. *Similiter autem & ſpiritus.* San
ctus, à quo ſcilicet filij Dei agnntur.
Rom.8. *Adiuuat infirmitates noſtras.* Rectè autē
dicit. *Similiter.* Quemadmodum p̄mij
magnitudo, & ſpes ſimiliter, ſpūs ad-
iuuat noſtram imbecillitatem, vt aduer
ſa omnia fere valeamus. Immo ut fera-
mus conſtantiſſimè, & animo hilari pa-
tiamur, ex ſpiritu ſancto ſcientes, quod
nobis proficiunt. Nota verbum.
Adiuuat. Qui adiuuatur, aliquid agit.
Iuuamur itaque à Deo, non vt otie-
mur, ſed vt agamus, & totum nihilo-
minus quod agimus, Deo feramus ac-
ceptū. Nam & qui iuuatur, licet agat,
ſummam tamen operis tribuit adiuto-
ri. *Nam quid oremus ſicut oportet, neſcimus.*
Intellige quid deſideremus, & poſtule-
mus, & declara, id ex nobis nos neſci-
re. Neque intelligitur, tam de ignoran
tia ſimplici ſpeculatiua, quàm de igno-
rantia practica. Si enim ſciamus cæ-
leſtia bona petenda eſſe, affectu tamen
id minimè approbamus, ſed magis tē-
poralibus hiſce rebus inhiamus, non
modo Philoſophorum Gentilium dog-
mata, ſed Chriſti Euangelium edocti, ni
ſi Deus charitatem ſuam in nobis inſpi
ret. Quæ omnia præter ipſum, nihili pē
damus. Vt contra Pelagium intelligas,
non hanc tantum eſſe gratiam ex Euan
gelio ſcire, quid petendum ſit, ſed aliud
addi oportere, vt ſcilicet id velimus. Et
in hoc chriſtiani hominis ſcire comple-
tur. Nam non eſt ſcientia ſpeculatiua
noſtra, ſed affectiua, vel operatiua, iux-
ta illud. Finis legis eſt dilectio. Iungit 1.Tim.1
autem duo ſimul Apoſtolus, rem & mo
dum. *Quid oremus.* Ecce res. *Sicut opor-
tet*, ecce modus. Illud ſciebat Paulus, 2.Cor.12
cum ter dominum rogauit, vt aufere-
tur ab eo ſtimulus carnis, angelus ſatha
næ, qui eū colaphizabat. Sed hoc aliud
ignorabat. Tunc enim expediebat ma-
gis eum tentari, quàm ſecus, ne magni-
tudo reuelationum eum extolleret. Ip-
ſe tamen depræcabatur pertinacius, vt
quàm citius liberaretur, pro explorato
habens, melius eſſe hoſte carere, q̄ bel-
lari: carnem non habere, quàm doma-
re. Quamuis itaque, plerumque om-
nibus modis, quid ſit orandum ſciam',
nō tamen ſcimus vnquā, ſicut oportet.
Quo uerbo intellige exactū modum in
particulari, tempus, circūſtantiaſq; om
nes. Hæc enim nouit Deus, non nouit
homo. Quis profectò neſciat, quod quę
vtilia infirmo ſunt, & quando, lōge me
lius medicus, q̄ ægrotus nouit? Cōiūge
igitur hæc duo, & verū eſt Pauli dictū.
*Quid oremus, ſicut oportet, nos neſcimus, ſed
ipſe ſpiritus ſanctus, poſtulat pro nobis*, id-
eſt facit nos poſtulare. Hębraiſmus em̄
eſt vſitatiſſimus, vt ex Grāmatica ſcitur.
Gemitibus inenarrabilibus, niſi ab his qui
experiunt. Immo & abſolutè etiam ab
his inenarrabilibus. Guſtu ſanè magis,
hi ſancti, ſpiritaleſq; gemitus ſentiunt,
q̄ ſermonibus proferri poſſint, cum nis

intelligi vix poſſint. Fiunt enim ex diuinis unionibus, & immiſſionibus hi gemitꝰ, hęc ſuſpiria, vt inqt Dionyſius. Hee autem vniones diuinæ, ſunt ſuper ignotæ. Quoniam Deus etiam, ſupignotus eſt: ſicut & ſuper intellectualis.

Tu autem hic admirare, quàm ingens ſit erga nos omnes diuinus amor. Nam noſtræ ſalutis, adeò cupidus eſt ſummꝰ omnium pater, ut quoniam quid nobis expediat, nos neſcimus, ipſe ſuppeditet, docēs nos præcari, vt quæ Deo placeant, ſintque nobis proficua, exaudiat. *Qui autem ſcrutatur corda*, Deus. *Nouit quid deſideret ſpiritus*, vel quis ſit ſenſus ſpiritus. φρόνημα, guſtus ſcilicet, vel deſiderium. Nouit inquam, ideſt, & vidit, & approbauit, ſibique in deſiderijs huiuſmodi ſpiritalibus, complacuit. iuxta illud. Nouit dominus, qui
2.Tim.2.
ſunt eius. *Quia ſecundum Deum poſtulat pro ſanctis*. Ideſt quia poſtulare facit, quæ Deo placent, eoq; modo quo Deo placent: & pro eo tempore quo ſibi placent. Hæc enim omnia uerbo illo intelliguntur, *Secundum Deum*. Exaudit itaque Deus has ſanctorum præces, quas ſpū ſancto eorum corda mouente, fundunt. Sāctos uero, Chriſtianos omnes pios intelligit, etiam viuentes, vt alibi annotatum eſt. Cur autem dicat. *Nouit*. Ratio eſt, vt intelligas Deū nihil de nouo ſcire: Apud eum quidem non eſt trāſ
Iac.1.
mutatio nec viciſſitudinis obumbratio. Vnde in Prouerbijs oſtenditur, ſapientiam
Prou.8.
Dei eſſe Deo coęquam, & coęternam. Dñs poſſedit me, in initio viarum ſuarū, antequā quicquam faceret à principio. Ab æterno ordinata ſum, & ex antiquis, anteq̄ terra fieret. Fortaſſe tamen, poteſt transferri οἶδε ſcit. Sicut ſupra οἴδαμεν, ſcimus. Et tunc intelligendum eſt, Deum ſemper ſcire. Ita quod dinina illa notio, æternitatis ratione, in pręteritum non tranſit, cui ſanè omnia præſentia ſunt. Sequitur.

Scimus autem, quod diligentibus Deum, omnia cooperantur in bonum, His qui ſecundum propoſitum vocati ſunt.

Magnum, & inacceſſibilem, inuiumque labyrinthum ingreditur Paulus, de diuina prædeſtinatione. Cuius altitudo atq; profundum, omnium poſteriorum ingenia, nō dicam exercuit, ſed mirum in modū fatigauit. Maiore inquā, negotio quàm fructu, laborantibus omnibus, vt veritatem diſputando inuenirent. Quæ vt puto, in tenebris latibulum habens, illi tempori reſeranda ſeruatur, quum citra omnem diſputationem, reuelata facie gloriam domini contemplabimur. Hoc eſt enim myſterium illud, quod neque Deus, neq; Paulus, qui primus inter canonicos ſcriptores illud enarrauit, uoluit à nobis, à nobis inquam homuntionibus penetrari. Quo enim fuerimus altius ingreſſi, hoc magis ac magis caligamꝰ, vt uel ſic diuinæ ſcientiæ maieſtatem imperueſtigabilem, humanæque mentis imbecillitatem, agnoſcamus. Et vtinam noſtræ tempeſtatis hæretici, non verè germani, in hac quæſtione non adeò pertinaciter contendiſſent. Læſerunt enim magis chriſtianam concordiam, quàm pietatem adiuuarint. Nemo rogo, putet me in tanto myſterio diffinire velle, quod mea ſententia humanæ mentis modum excedit. Nihil em̄ eſt in me magnum, vel ſingulare ſupra cæteros. Immo nec cum cæteris. Studioſum equidem me bonarum literarū affirmo, docti tñ nomen, nec mihi uēdico, nec arrogo. Non.n.pōt non indoctꝰ eſſe: q̄ ſe doctū credit. Nō itaq; iudicē agā, non dogmatiſtē, nō inquiſitorem. Ingenuè, qđ mea opinione probat, magis afferā, paratus à quocunq; diſcere, ſi quid rectius, aut cōpertius afferat. Verū enimuero, niſi male ſati ſeminis creſcentes ſegetes, agrum Dñicū repleuiſſent, adeò vt vix (ò ferrea ſecula) à tritico zizania diſcerni poſſint, Roma nūquā me, de diuina prædeſtinatione diſſerentem audiſſet. Conſultius.n.& religioſius mihi clamandum fuiſſet, poſtq̄ Paulum pinguiore (vt aiunt) minerua enarraſſem. O altitudo diuitiarū ſapiētiæ & ſcientiæ Dei, q̄ incomprehēſibilia ſunt iudicia eius, & impueſtigabiles uię eius. Quis audiuit ſpm dñi? aut qs cōſiliariꝰ eius fuit? q̄ hęc abdita ptractāda καὶ μεγάλα μυστήρια, quę multo maiore religiōe adorāt incognita, q̄ impſcrutabilia ueſtigentur. Noui enim ego, plераq; doceri poſſe, quę tñ non expediūt. Rom.11.

Iuxta

Ioan.16. Iuxta illud. Mult a habeo uobis dicere, ſed non poteſtis portare modo.
Heb.5. Facti eſtis, quibus lacte opus eſt. Nō po
1. Cor.5. tui loqui uobis tanq̃ carnalibus. Sapiē-
1.Cor.2. tiam loquimur inter perfectos. At poſtquam paſſim, & lanarij & fullones, cementarij, metallorum, lignorumque ceſores, cæterique qui uariam ſuppellectilem & uilia opuſcula fabricant, de diuina prædeſtinatione, prænotione, electione, uocatione, iuſtificatione, obduratione, reprobatione, (proh dolor) philoſophant: & mulierculę quęq;, hæc ſacratiſſima ſecreta præſumūt, lacerant. (O ſcelus) cogor altius ingredi, quàm par eſſe religioſis viris, & mihi ip ſi (ſi hanc occaſionem abſtulerimus)
1. Re.25. videatur. Quis enim non ſe ſe opponet murum pro Iſrael? Non ignoro æquidem, quàm non ſim ad hanc paleſtram appoſitus. Verum in rebus ma-
Ioan.10. gnis voluiſſe, ſat eſt. Et nemo quæſo ueſtrum me lapidet de bono opere. Neque tamen me definire, vel tantillum exiſtimetis. Noui enim bonæ menti occurrere Deum. Vos itaque, qui profunda hæc ſenſa intelligere cupitis, gemitibus, orationibus, pulſate: alta ſupercilia deijcite. Nonnunquam enim Deus, humilioribus quædam inſtillat, quæ σοφοῖς illis negat.

Initio aūt, Pauli mēs declaranda eſt, uidendusq; ſcopus, ad quem ipſius dirigitur intentio his in uerbis, a quibus prædeſtinationis arcanæ ſumam exordium. Neque enim ex noſtro capite negotium hoc tractandum eſt, ſed Paulo duce, ſermones uero Pauli, ex cauſis dicendi maximè declarantur. Mihi ergo uidetur, quod uel hæc duo ſimul, vel horum alterum intendat Apoſtolus. Dixerat enim ſupra ſtatim. Spiritalia deſideria ſanctorum hominum, quæ cum gemitibus inenarrabilibus ex cor-
Pſal.147. de exeunt, flante diuino illo ſpiritu de quo dicitur. Flauit ſpiritus tuus, & fluēt aquæ, à Deo exaudiri. Ne ergo aliquis, os eius obſtrueret dicens. Te non exau
2.Cor.12 diuit Deus, cum ternis præcationibus efflagitabas, ut diſcederet à te ſtimulus Sathanæ, carnis angelus, quo colaphizabaris, præuenit. Vel exaudiantur ſancti electi Dei, vel non, Deus illis

Bit ad Rom.

cooperatur in bonum omnia, modo ſecundum diuinum propoſitum, vocati ſint. Non ſuſtulit carnis aculeum à me Deus. Fateor. Sed & hoc ipſum diuino beneficio, mihi adiumento fuit. Nemo enim vincit, niſi hoſtem habeat. Reliquit igitur hoſtem, vt me exerceret, ut glorioſior euaderem. Bonum certamen certaui, Deo autem 2.Tim.4.
gratias, qui dedit mihi uictoriam. 1 Cor.15
Rurſus autem dixerat, nos oportere pati vnà cum Chriſto, vt cum Chriſto glorificemur. Multiſque rationibus, nos eſt conſolatus, vt omnia patienter feramus. Complet ergo, nunc vltimam rationem, promittens aduerſitates vniuerſas, quas perpeſſi fuerimus, diuino fauore nobis omnibus, in bonum cooperari. Martiria, probra, iniurias, clades, mortem, prēmia augere, verti in contrarium: probra in gloriam, iniurias in honores, mortem in uitam, aduerſa in proſpera, iuxta illud Ioſippi. Vos cogitaſtis de me malum, ſed Gen.50.
Deus uertit illud in bonum. Vt ſic vltima ratio compleatur, cuius initium fuit, ibi. Similiter autem ſpiritus, adiuuat infirmitatem noſtram. Inquit ergo. *Scimus*, ideſt certè certius nouimus, quod *Diligentibus Deum*, Deus ipſe dilectus. *Cooperatur omnia*, proſpera & aduerſa, *in bonum*. His inquam diligentibus, qui *Secundum propoſitum*, diuinæ illius uoluntatis. *Vocati ſunt*. ideſt ſunt ex vocatorum numero: quos ſcilicet ipſe Deus ſibi aſciuit, vel ad ſe uocauit. Eſt enim hic eadem vox, quæ ſupra in Epiſtolę principio πλντος. Illud itaque συνεργεῖ. quamuis & ad omnia referri poſſit, nam plurali numero, neutri generis gręcę rñdet uerbū in numero ſingulari. παντα συνεργεῖ, omnia cooperant. Placet tñ magis: vt ad Deum referatur, quo expreſsè intelligas, Deum illū eſſe, cui⁹ beneficio omnia mala electis ſuis, in bonum uertuntur. Sicut & ipſe eos eligit, prædeſtinat, uocat, iuſtificat, atq; magnificat. Mox enim reddens huius rationem, addit Paulus. Nam quos præſciuit, & prædeſtinauit. Nec tamen Deum exprimit. Conſtat tamen, Deum ſolum præſcire, prædeſtinare, vocare, iuſtificare, magnificare.

Hoc igitur loco Deus omnino intelligi debet, vt ille ſit qui cooperatur omnia, etiam mala in bonū, vocatis *Secundum ſuum propoſitum.* Quoniam ille eos præſciuit, præd eſtinauit, vocauit, iuſtificauit. Neque enim aliter ſenſum literę planum uidere poſſum. Conſidera autē diligēter contextū eorū oīm, quę hoc capite docuit Apoſtolus, & uidebis eum, hoc loco tam abſtruſo, nihil aliud moliri, niſi ut omnino chriſtiani omnes, qui non ſecundum carnem ambulant, ſed ſecundum ſpiritum fidant, & confidāt ſe ſe in hoc ſacratiſſimo euocatorum numero conſcriptos eſſe, ac propterea ſpē illius, cuius antea meminit adoptionis glorioſæ, æternæque felicitatis conceptam, alant, atque augeant. Neque omnino dicant, peribimus etiam ſi bene agamus: Quoniam non ex eorum numero ſumus, quem ſibi omnipotens aſciuit, ſed magis ē contra: omnino ſaluabimur. Nam diuino munere aſciti ſumus, uocati, iuſtificatique, ergo & magnificabimur in cęlorū regno, vt hæredes ſimus Dei, & cohæredes Chriſti. Hoc Roma, hoc eſt quod intendit Paulus. Nemo ſit anxius, An ſit prædeſtinatus uel non. Putent omnes qui uiuūt, ſecundum ſpiritum eſſe prædeſtinati. Iccirco conſtanter omnia ferant, quoniam omnino ſaluabuntur. Omnia.n. illis cooperabitur Deus in bonum. Aſpice, reſpice: cogita, recogita: uolue reuolue: omnes huius capitis lectiones, & ita citra controuerſiam, omnino eſſe uidebis.

Rom. 8. Exordiebatur quippe Diuus Paulus. Nulla eſt condemnatio his, qui in Chriſto Ieſu, qui non ſecundum carnem ambulant, ſed ſecundum ſpiritum. *Ibidem.* Ad id oſtendendum, aſſumebatur primum. Lex ſpūs uitæ in Chriſto Ieſu, liberauit me à lege peccati & mortis. Secundū. Qui carnalem uitam uiuunt, quæ carnis ſunt ſapiunt, Deo igitur placere nō *Ibidem.* poſſunt. Condemnandi itaq; ſunt obnoxij. Nam ſenſus carnis mors: & prudentia carnis inimica Deo. Qui uero ſecundum ſpiritum, quæ ſunt ſpiritus ſentiunt. Senſus autem ſpiritus uita & pax. Subſumebat Romanis omnibus, in Chriſtum credētibus (illis enim uniuerſis directa eſt Epiſtola, non pauculis quibuſdam, Iuxta illud. Omnibus qui *Rom. 1.* ſunt Romę, dilectis Dei uocatis ſāctis.) Vos autem in carne non eſtis, ſed in ſpi *Rom. 8.* ritu. Si tamen ſpūs Dei habitat in uobis. Si quis autem ſpūm Chriſti non habet, hic non eſt eius. Reliquum eſt, ut intelligatur. Vobis igitur nulla imminet condemnatio.

Quia uero etiam hi, qui in Chriſto Ieſu ſunt, viuuntque ſecūdum ſpiritum, corporis mortem experiuntur, quæ dānatio magna & pęna uidetur: ita ut ultimum terribilium eam dicant ſapientes, progreſſus eſt Apoſtolus, ut oſtenderet etiam, hos omnes à mortis cōdēnatione liberandos eſſe, propter diuīnum ſpūm eos inhabitantem. Si Chriſtus in uobis eſt, corpus quidem mortuum eſt propter peccatum. Spūs uero, uiuit propter iuſtificationem. Quod ſi ſpiritus eius, qui ſuſcitauit Ieſum à mortuis habitatī uobis, qui ſuſcitauit Chriſtum à mortuis, viuificabit & mortalia corpora ueſtra propter inhabitantem ſpiritum eius in uobis. Ex his tam magnis beneficijs, concluſit in adhortātis modum. Ergo fratres, debitores ſumus non carni, vt ſecundum carnem uiuamus: ſed ſecundum ſpiritum. Si em̄. *Ibidem.* ſecundum carnem uixeritis, moriemini. Si ſpū facta carnis mortificaueritis, viuetis. Hæc iterum omnibus chriſtianis dicta ſunt. Vt autem intelligerent, neminem ex ſeipſo carnem mortificare poſſe, ſed à ſpiritu diuino actum & motum, addidit. Qui enim ſpiritu Dei *Ibidem.* aguntur, hi filij Dei ſunt. Vt item nemo ſe ſe excuſare poſſet, humanæ imbecillitatis prætextu: Addidit. Non enim accepiſtis ſpiritum ſeruitutis iterum ad timorem, ſed accepiſtis ſpiritum adoptionis filiorū Dei, in quo clamamus Abba, quod interpretatur, pater. Hæc iterum ad omnes dicuntur, non ad pauculos. Spiritus autem amoris filialis, potēs eſt, ad domandam, reprimendamque carnem. Igitur. &c. Quod autem adoptionis ſpiritum acceperimus, probauit. Quia ipſe ſpūs Dei, & noſter ſimul, teſtatur nos Dei filios eſſe. Subintulit. *Ibidem* Ergo ſi filij, & hæredes, hæredes quidē Dei, cohæredes autem Chriſti. Quare

nulla eſt condemnatio his, qui in Chriſto Ieſu ſunt, ſecundum ſpiritum ambulantes. Sed vndequaque ſalus & felicitas. Hoc iterum ad omnes dictū eſt, qui ſecundum ſpūm uiuunt. Ne tamē tanquam ſecuri extolleremur, addidit uerbum illud, ex quo hæc omnia pendent, quæ modo dicenda ſunt. Si tamen compatimur, ut & conglorificemur. Quod rurſus ad omnes dictū eſt. Ne autem alicui perpeti durum uideatur, adduxit præmij magnitudinem. Exiſtimo enim, quod non ſunt condignæ paſſionis huius temporis, ad futuram gloriam quæ reuelabitur in nobis. Nam expectatio creaturæ, reuelationē filiorum Dei expectat. Quia & ipſa creatura, liberabitur à ſeruitute corruptionis, in libertatem gloriæ filiorum Dei. Scimus enim, quod omnis creatura cō gemiſcit & comparturit vſque adhuc, expectationem ſanctorum, non ſolum autem, ſed & nos ipſi primitias ſpiritus habentes, & nos ipſi, in nobis ipſis gemimus, adoptionem expectantes. Adduxit ſpem. Spe ſalui facti ſumus. Spes autem, quæ uidetur non eſt ſpes. Quod ergo ſperamus, per patientiam expectamus. Hoc item ad omnes chriſtianos eſt dictum, non ad quoſdam. Sicut & capite quinto, dictum eſt generaliter de omnibus. Iuſtificati ex fide, pacē habemus. Gloriamur in tribulationibus, ſcientes quod tribulatio patientiam operatur: patientia probationem, probatio ſpem, ſpes non confundit. Vltimo adducit iſtam rationem ad nos conſolandos, in tribulationibus. Spiritus adiuuat infirmitatē noſtram: quia quod poſtulemus, nemo noſtrum neſcit, ſed ipſe ſpiritus poſtulat, pro nobis gemitibus inenarrabilibus. Qui autem ſcrutatur corda, nouit quid deſideret ſpiritus, quia poſtulat ſecundum Deum, pro ſanctis. Deus autem omnia cooperatur in bonū, his qui diligunt Deum, & ſecundum propoſitum uocati ſunt. Nam quos præſciuit, hos prædeſtinauit, conformes fieri imaginis filij ſui. Quid tibi uidetur? Velis igitur, nolis, Paulus habet concludere, ſi diſſuta non eſt tela eius. Nemo chriſtianorum, qui ſecundum ſpiritum ambulat, doleat, cum illi aduerſa occurrunt, Spiritus ſanctus enim adiuuat omnium illorum infirmitatem: Poſtulat pro omnibus illis. Deus autē facit ipſis omnia, in bonum cooperari, quia eos præſciuit, prædeſtinauit, uocauit, iuſtificauit, & demum magnificabit. Habes modo Apoſtoli mentem? Non eſt itaq; vt angatur aliquis ueſtrum. Sum ne prędeſtinatus, vel non? Hoc magis illud eſt de quo angi quiſque debet. Sit ne in Chriſto Ieſu vel non? Ambulet ne ſecūdum carnem, uel ſecundum ſpiritum? Qui nanque in Chriſto Ieſu eſt, & ſecundum ſpiritum ambulat, ille eſt prædeſtinatus. Qui uero non eſt in Chriſto Ieſu: qui ſecundum ſpiritum nō ambulat, ille non eſt prædeſtinatus. Attende autem. Non enim dico. Qui ſtat ſecundum ſpūm, vel qui ſtat ſecundum carnem: ſed qui ambulat. Stamus nēpe aliquando ſecundum ſpūm, & deinde in uitiorum præceps ruentes cadimus. Stamus quandoque ſecundū carnem, & deinde ſecundum diuini ſpūs deſideria, qui nos agit, mouemur. Nō itaque ſtare, ſed ambulare ſecundū ſpiritum, vel ſecundum carnem, prædeſtinati vel non prædeſtinati inditium eſt. Intelligitur uero ambulandi uoce progreſſus continuus uſque in finem, quia non qui inceperit, ſed qui perſeuerauerit uſque in finem, hic ſaluus erit. Intelligis Roma? Qui autem ſaluus erit, hic erit inter prædeſtinatos. Qui ſaluus nō erit, non item erit inter prædeſtinatos. Qui ergo perſeuerauerit, erit prædeſtinatus: Qui non perſeuerauerit, nō erit prædeſtinatus. Vt paulina igitur uoce utar, Qui eſt in Chriſto Ieſu, & ſecundū ſpiritum ambulat, omnis ille eſt prędeſtinatus. Oſtendo. Nulla eſt condēnatio his, qui in Chriſto Ieſu ſunt, ſecūdum ſpūm ambulātibus, Iſtis ergo omnia in bonum cooperatur. Oppoſitum enim conſequentis, pugnat cum antecedente. Si mala non cooperantur in bonum, illis ergo aliqua eſt condemnatio. Si igitur nulla eſt condemnatio, omnia cooperantur in bonum. Ergo prędeſtinati ſunt, & ita hi omnes prædeſtinati eſſe cenſendi ſunt, & ſaluandi ex Pauli contextu. Et propterea Apoſtolus nō dicit tantum. *Scimus, quod omnia cooperantur*

Marginal notes: Ibidem. — Rom. 5. — Ibidem. — Matt. 10.

rantur in bonum his, qui ſecundum propoſitum vocati ſunt. Sed dicit primum. *Omnia cooperantur in bonum* diligentibus Deum, his qui ſecundum propoſitum vocati ſunt. Hi enim qui Deũ diligũt, pacem cum Deo habent, ſecundũ itaq; Deum viuũt, quia prudentia ſpũs, pax. Vides quomodo appoſitè, initiũ fini reſpondet. Nulla eſt condemnatio his, q ſecundum ſpũm viuũt. Omnia cooperantur in bonum, diligentibus Deum. Rectè uero dicit. *Diligentibus*, ſicut & ſupra ambulantibus. Significatur enim hoc uerbo, vel participio pręſenti, cõtinua Dei dilectio. Nam diligere eſt in fieri, nõ in facto eſſe. His ergo qui ſemper Deum diligũt, non modo dilexerunt, & retro auerſi ſunt: ſed ſemper in eius dilectione progrediũtur, illis omnia in bonum uertuntur. Quis eſt aũt, qui hunc in modum Deum diligit, niſi qui primum diligitur à Deo, quiq; agitur diuino ſpiritu, & ſecundum diuini huius ſpũs impetum & actionem, ambulant? Iſti ergo omnes, de numero eorum ſunt, quibus omnia Deus cooperatur in bonum: ac propterea prædeſtinati dicendi ſunt, uocati, iuſtificati, & magnificandi.

At dices. Cur itaq; Paulus hoc modo locutus eſt. *Scimus quoniam diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum, his qui ſecundum propoſitum uocati ſunt?* Reſtringere enim ſermonem videt', vt ſit ſenſus. Non omnibus diligentibus Deum, omnia Deum in bonum uertere. Sed his tantum, qui ſecundum propoſitum vocati ſunt. Alijs uero non, quamuis diligent Deum. Quoniam plerią; à diligendo Deum auertũtur, & non diligunt ſemper. Deus itaq;, qui exitum ſpectat, penes quem diligere non dicitur, niſi qui ſemper diligit: ſemper diligentibus facit omnia aduerſa, in bo-
Luc.8. num cooperari: At qui modo diligũt, modo non diligũt: ad tempus credunt, & in tempore tentationis recedunt, finaliter autem recedunt, non omnia cooperantur in bonum. Hi enim uerè nõ dicũtur diligere Deum, ſicut nec dicuntur ſecundum Dei ſpũm ambulare, qui exorbitant ad extremum à via Dei. Cõmuni tamen more loquentes etiam dicimus, eos diligere, qui ſemel diligũt: & ambulant, qui ſemel ambulãt: quem morem ſequut' Paulus, neceſſe habuit ſermonem reſtringere, dicens. *Diligentibus Deum his, qui ſecundum propoſitum uocati ſunt.* Qui enim perſeueranter diligũt, hi ſm propoſitum ſunt uocati. Et qui ſecundum propoſitum uocati ſunt, in finem diligunt ſimiliter. Qui nõ perſeueranter diligũt, non ſunt ſecundum propoſitum uocati. Qui etiam nõ ſunt ſecundum propoſitum uocati, perſeueranter non diligũt. Illis igitur omnia cooperantur in bonum, non ſic iſtis. Quamuis tamen ita ſit. Vide quanta arte Paulus inceſſit. Coniunxit enim hæc duo. *Diligentibus Deum, & uocatis ſecundum propoſitum.* Cum altetutrũ fortaſſe fuiſſet ſatis. Siquidem poſito uno, aliud etiam intelligatur. Cur hoc? Vt intelligas, & Dei & hominis opus eſſe, vt omnia electo in bonum uertatur. Cum audis. Secundum propoſitum uocatis, Vocationem audis Dei uocantis. Cum audis, diligentibus Deum. Actum audis hominis diligentis. Rectè itaq; ob id dictũ eſt, quod omnia in bonũ Deus cooperatur: Non operatur ſolus: cooperatur *συνεργεῖ*, quia & ipſe homo operatur, vt illi omnia uertantur in bonũ. Quomodo aũt operatur? Deum perſeueranter diligendo. Hac ipſa enim diuina dilectione perſeuerãte, meretur, vt infirmitates, tribulationes, pericula, martiria, aduerſa omnia ſint illi ad palmam. Audenter igitur dicam cum Chriſto Ieſu. Quod Deus coniũxit, ho Matt.19.
mo non ſeparet. Deus Paulum docuit, vt hæc duo coniungeret, Diligentibus Deum, ſecundum propoſitum vocatis, omnia cooperantur in bonum. Vt quid ergo tanta temeritate hoc verbum mutilatur, vt diuortium fiat inter vocationem Dei, & hominis dilectionem, dicaturque vocatis ſecundum propoſitum, prædeſtinatis omnia cooperantur in bonum? Adde, Adde, diligentibus Deum. Si enim quod tu dicis ſufficit. Igitur ſuperfluus eſt Paulus Apoſtolus, & ſeminiuerbius. Quod ſi ille appoſitè loquitur, tu mancus es.

Verum dices. Quid horũ prius eſt?

Diligere

Diligere Deum ſemper, vel vocari ſecundum propoſitum? Vocari ſecundũ propoſitum. Immo & abſolutè, omnem dilectionem noſtram præcedit diuina vocatio. Quomodo enim diligimus Deũ, niſi in Deum credamus? Nemo autem credit, non vocatus, licet nõ
Mat.20. omnis credat vocatus. Multi enim uocati, pauci electi. Cur autem Apoſtol' præpoſuit, Diligentibus Deum. Et addidit. His qui ſecundum propoſitum vocati ſunt? Caue ne hinc putes, nos ideo uocatos ſecũdum propoſitũ, quia Deum diligimus. E contra res ſe ſe habet. Vocantis ſecũdum propoſitum, præcedit gratia: percipientis vero gratiam, conſequenter eſt diuina dilectio: non quæ gratiam pariat: ſed quæ gratia pariatur. At Apoſtolus, ſummus omniũ Philoſophorũ Philoſophus, ex notioribus nobis procedere nouit: ex effectibus ad cauſam. Effectus iſte, eſt diligere ſemper Deum. Cauſa hæc eſt, vocari ſecundum propoſitum. Hoc itaque ſecundum rem, in ſe natura prius eſt. At illud nobis magè notum. Magna ergo ratione id præcedit: hoc ſequi
Rom.1. tur. Inuiſibilia enim, per ea quæ uidentur, mente conſpiciuntur. Non ergo copulam ponit inter hæc, Diligentibus Deum, & ſecũdum propoſitum vocatis, ſed abſolute, Diligentibus Deum, omnia cooperantur in bonum, his qui ſecundum propoſitum uocatis. Quandoquidem diligere Deum perſeueranter, non eſt niſi in his, qui ſecundum propoſitum vocati ſunt. Illud.n.eſt proprius effectus: Hęc propria cauſa.

Cum autem intelligis, Vocationem ſecundũ propoſitũ cauſam eſſe, ut Deũ perſeueranter diligamus: Vide ne tibi ſubrepat, quod ſit cauſa tota. Prima quidem cauſa eſt, at minimè unica: ne quiſquàm liberum voluntatis arbitriũ neget, & peccatum audeat excuſare. Sicut enim quoſdam, nimia ſuæ uoluntatis fiducia extulit in ſuperbiam: ita & quoſdam, nimia ſuæ voluntatis diffidentia, deijcit in negligentiam. Illi dicunt, vt quid Deum rogamus, ne aduerſitatib' uincamur? ne pereamus, quod in noſtra eſt poteſtate? Iſti dicũt. Vt quid laboramus, vt bene uiuamus, quod ex diuinæ uocationis pendet efficacia? O Domine. O Pater qui in es cęlis, ne quæſo nos inferas in quamlibet tentationum iſtarum, ſed libera nos à malo. Initium ſalutis noſtræ, Deo miſericorditer nos euocante habemus.

Verum vt vocanti acquieſcamus, noſtræ eſt poteſtatis. Sed conſiderandum eſt, hic Apoſtolum duplicem tangere Dei vocationem. Alteram ſecundũ propoſitum. Alteram uero, non ſecundum propoſitum. Omnia nanque in bonũ cooperari dixit illis, qui ſecundum ꝓpoſitum uocati ſunt. Vocatis autem abſolutè, non dixit omnia, in bonũ cooperari, neq; etiam dicere poteſt. Quippe quia, Multi vocati, pauci electi. Hi er- *Mat.20.*
go ſecundum propoſitum vocati ſunt, qui ſunt ante mundi conſtitutionem electi: quos à cęteris ſelectos propoſuit, *Eph.1.*
deſtinauitq; Deus, meraciſſima ſua voluntate ſaluatos iri. Ne tu ergo mihi dicas. Ex prænotione bonorum operum, hos uocatos eſſe. Pugnat enim Vocari ſecundum propoſitũ, Et ex operũ prænotione vocari: vt ex Paulo ad Timotheum liquet. Collabora inquit euã- *1.Tim.1.*
gelio, ſecundum virtutem Dei ſaluos nos facientis, & vocantis vocatione ſua ſancta, non ſecundum opera noſtra, ſed ſecundum propoſitum ſuum. Et infra capite nono. Vt ſecũdum electio- *Rom.9.*
nem propoſitum Dei maneret, non ex operibus, ſed ex vocante dictũ eſt. Propoſitum itaq; Dei eſt, gratuitũ propoſitũ omnino miſerendi. His ergo hoc modo vocatis, diligentibus Deũ, omnia, & bona, & mala Deus in bonũ cooperat. Conſolatur eos proſperis, & aduerſis exercet. Nam infirmitatibus exercetur eorũ humilitas: patientia afflictionib', contradicentibus ſapientia, beneuolentia odijs atq; liuoribus. Diuus autem Auguſtinus, qui profunda fluuiorum *Iob.28.*
ſcrutatus eſt, & abſcondita produxit in lucem, addidit: Etiam ipſa peccata. Vt non modo ea mala, quæ perpetimur, ſed ea mala quæ facimus, pœnas ſcilicet, & culpas, intelligamus cooperari Deum in bonũ, his qui Deum diligunt, ſecundum propoſitum uocatis. Ita enim habet. Quos tibi elegiſti domine de multis, in templum ſanctũ

tuum

tuum ipſos mundas, effundens ſuper eos aquam mundam, quorum nomina, numerumq; tu noſti, qui nequaquã perire poſſunt, quibus omnia cooperãtur in bonum, etiam ipſa peccata. Cum enim cadunt, non colliduntur, quia tu ſupponis manum tuam, cuſtodiens omnia oſſa eorum, vt vnum ex his non cõteratur. Verba ſanè niſi pio animo legantur, difficilia, & obſcura, quibus ò quot illaqueantur. At ſi pia mente trutinentur, facilia ſunt, & admodum propria. Hic itaque huius declarationis principium eſto. Niſi bonum eſſet, ut in mundo mala exiſterent, ideſt peccata, nullo modo ab omnipotente bono ſinerentur eſſe, à Deo uidelicet, cui q̃ facilè eſt, quod uult facere, tam facilè profectò eſt, quod non uult, eſſe non ſinere. Omnino igitur, omnium peccata omnia, Deus uertit in bonum. Neq; enim optimus eſſet, ille rerum cui ſumma poteſtas, niſi uel mala omnia tolleret, vel de malis omnibus benefaceret. Sume perditiſſimum hominum Iudã, Eſau, Caim, quos & reprobos, & tandem damnatos fuiſſe nemo neſcit. Omnia eorũ peccata & ſingula uertit Deus in bonum. Verum non eis, ſed alijs potius. Et quid mirum? Magna eſt huius ratio. Curant enim homines, & curantur à Deo. Prouident ipſi ſibi: & Deus item eis prouidet. Ex hoc, quod ſibi prouidẽt, boni & mali ſunt. Ex hoc item, quod Deus illis prouidet, bona & mala habent. Qui ergo ſibi non rectè prouidet, cur dolet ſi ſibi non rectè, prouideatur? Defectus itaque, quos in prouidentia ſua committit, à diuina prouidentia, in bonum quidem uertuntur. Quandoquidem non aliud decet diuinam bonitatem. At non in bonum illi. Quoniam nec ipſe bene ſibi
Pſ.48. ptouidit. Homo enim cum in honore eſſet, non intellexit, comparatus eſt iumentis inſipientibus, & ſimilis factus eſt illis. Sicut ergo Deus prouidet beſtijs, hac ratione, earum enim mala ad bonum quidem ordinat, ſed non ſuũ. Mortem ouis ad uitam Lupi. Mortem Lupi, ad Leonis uitam. Ita impijs & prauis hominibus prouidet, vt eorum ſcilicet peccata, uertantur quidem in bonum, ſed non proprium, at alienũ, Cõtra, Iuſti qui tanq̃ verè hoĩes viuũt, altiore modo curantur, gubernanturque à Deo, vt nihil eis accidat mali, quod illis in bonum non uertatur. Propterea peculiari ratione dicitur, Deus prouidentiam habere, de talibuſq; ſollicitari, iuxta illud. Oculi domini ſuper iuſtos. Si- Pſ.33.
cut & peculiarem curam gerere de hominibus, non de beluis, dicitur. iuxta illud. Nunquid eſt Deo cura de bobus?
Huic fundamento adde iſtud. Qui finaliter ſaluandus eſt, licet in huius uitæ 1.Cor.9
decurſu quandoque iuſtus, quandoq; item iniuſtus ſit, nihilominus quia Eze-
chiele teſte, omnium iniquitatũ quas Ezech.18
operatus fuerit homo obliuiſcet Deus, ſi in fine iuſtitiam operatus fuerit, iudicabitque eum tanquam iuſtum: abſolutè pro iuſto habetur. Talis enim unuſquiſq; habendus eſt, qualis in fine erit, Exitus enim acta probat. Iuxta illud. Ne laudaueris hominem in uita, tanquam ſi diceret. Lauda poſt mortem. Similiter, qui tandem damnabitur, licet in hac uita mille accidant mutatio-
nes, quia tamen Ezechiel eodem mette Ibidem.
ſte, omnium bonorum quæ homo fecerit, obliuiſcetur Deus, ſi ad extremum illũ obrutũ peccatis inuenerit, pro impio, vel iniuſto abſolutè habetur. Iuxta
illud. Vbi ceciderit lignum, ibi erit. Eccl.11.
Iunge modo tertiũ. Qui diligunt Deũ, ſecundum propoſitum uocati: tandem ſaluabuntur. Pro iuſtis ergo habentur à Deo. Iuſtis autem hac ratione prouidet Deus, ut omnia mala eis, in bonum uertantur. Diligentibus igitur Deum, ſecundum propoſitum uocatis, omnia peccata in bonum uertuntur. Contra uero, Non uocati ſm̃ propoſitum, non diligentes Deum, tandem perdentur, Pro iniuſtis itaque habentur. Iniuſtis autem Deus, vt iumentis prouidet, q̃a eorum mala, uertit in bonum, ſed alijs. Ergo eorum qui Deum non diligũt, qui ſm̃ propoſitum non ſunt uocati, peccata quidem uertuntur in bonum, nõ illis autem, ſed alijs. Pijs ſcilicet, qui eorum peccatis exercent̃. Iuxta illud. Qui
ſtultus eſt, ſeruiet ſapienti. Verum Prov.12.
difficillimum eſt, quod addit Auguſtinus. Omnia iſtis in malũ cooperantur,

etiam

etiam & ipſa oratio uertitur in peccatū: & ſi etiam vſque ad cœlos aſcenderint, & inter ſidera cęli collocauerint nidū ſuum, quaſi ſterquilinium in fine perdentur. Et ut uerum fatear, hoc nulla ratione credo defendi poſſe. Omnino uerum eſt, quod ultimo dicitur. Si vſque ad cęlos aſcenderint, & inter ſidera cæli collocauerint nidum ſuum. Sed illud nequaquam uerum eſt (parcat mihi pater ille ſanctiſſimus. Neque enim plus illi credendum eſt, quàm ipſe ſibi credi uoluerit.) uidelicet, quod oratio illis, in peccatū uertatur. Horret hoc auris, vel modicum religioſa. Hortantur nanque promiſcuè theologi omnes, vt nequaquam à pijs operibus retrahamur. Si etiam certè certius, noſtrū quilibet ſe ſe à Deo reprobatum, tandemque periturum ſciret. Hac ratione, quod eò mitius puniemur, quò minus peccauerimus. Verum, ſi & oratio in peccatum uertatur, Auguſtine Doctiſſime, rogo quæ ſpes hominibus relinquitur? Nulla certè. Nequaquam igitur orā dum: uiuendum magis pro libidine, otiādum: ne cum diutius orauerimus, peccata peccatis adijciamus. Qua ratione, qua authoritate fulcitur ſancte Pater, tuum hoc tām magnū, tām horrendū, tam abſurdum παράδοξον? Abſit, abſit, vt huius impietatis magiſtrum faciam Auguſtinū, verè ſemper Auguſtiſſimū. Vis Auguſtini mentem? Ecce. Nemo ignorat, peccatum defectum ſignificare nonnunquam in ſacris literis. Vnde illud eſt. Omne quod non eſt ex fide, peccatum eſt. Ita ergo impij oratio, omnia quoque pia opera, etiam facta cum magna charitate, ſecūdum pręſentem iuſtitiam, in peccatum uertuntur. Quoniam tandem illi nequaquam proficiunt, vt ad uitam æternam peruenire poſſit. Siquidem ad extremum, vocem domini non ſequatur: vt ad paſcua cū ouibus eius ingrediatur. Omnes autē orationes præcedentes, omnia pia opera, à Deo poſt habentur, & in iniquitate quam finaliter operatus eſt, infelix moritur. Non imputātur itaq; ad peccatum orationes, ſed ad ęternæ gloriæ meritum haudquaquam proficiunt. Hoc certè, hoc & non aliud uoluit intelligere Auguſtinus. Vis videre? Non dicit ipſe. Oratio uertitur in peccatum, & ſi uſque ad cęlos aſcenderint, ſed oratio uertitur in peccatum, vt ſi uſq; ad cęlos aſcenderint. Nota modum loquendi. Hoc enī illud declarat. Quomodo oratio uertitur in peccatum? Hoc modo. Vt ſi etiam ſuper cęlos aſcenderint, & inter ſidera cęli collocauerint nidum ſuum, quaſi ſterquilinium in fine perdentur: ac ſi non oraſſent: neque alia bona opera egiſſent. Quandoquidem nō perſeuerarunt. Vide quanta differētia eſt ſi legatur Et, vel Vt. Modica uidetur, & maxima profectò eſt. Dicamus modo, quomodo cooperantur in bonū peccata his, qui iuſti ſunt? Quia ſcilicet tandem ſaluandi ſunt. Ecce modus. Cū iuſtus deuiat, & exorbitat, humilior ad Chriſtum finaliter intellige redit, & cautior. Non ſurgit ſemper in maiore gratia, neq; in æquali, At in ſtabiliore, firmioreque, & permanentiore, non ex parte gratiæ. (Gratia enim maior ſuapte natura eſt firmior.) ſed ex parte ipſius. Fit, nanque ipſe ſtabilior. Addiſcit. n. ex lapſibus, non ſibi arrogare permanē di fiduciam, neque dicere. In abūdantia mea, non mouebor in æternum. Spectemus quæſo Petrum, Apoſtolorū uerticem, & id egregiè intelligemus. Ipſi' (ut puto) fuit vox illa. In abūdātia mea, non mouebor in æternum. Animam meam pro te ponam. Si oportuerit me mori tecum, non te negabo. O Petre. Feſtina lente. Celerius enim q̄ par ſit, ꝑperas. Id tibi iam tribuis, quod tibi eſt à dominio largiendum, non adhuc donatum. Auertit igitur Deus ab illo faciem ſuam, & factus eſt conturbatus. Ita ut mori pro illo timēs, territus eum, ter negarit. Ad uide quantum hoc ei profecerit. Rurſus conuertit ad eum faciem ſuam dominus. Quid enim eſt. Reſpexit dominus Petrum; niſi faciem quam ab illo paululum auerterat, ad eū reuoluit? Didicit quomodo de ſeipſo fidere, & culpam lachrimis lauit. Extra ſe erat, ſe ſupra ſe extollens: poſt peccatū ſe inuenit, ad ſe redijt, & humiliter ſapiens, æternæ vitæ, & piæ conuerſationis, & perſeuerantiæ vitam tenuit. Suo periculo ad futuras pugnas inſtructior factus.

Marginalia: Rom. 10. — Ioan. 10. — Ezech. 19 — Pſ. 29. — Ioan. 13 — Matt. 26. — Ibidem.

factus. Ne quæſo peccatum lauda. Peccato enim illo, reus erat mortis, lauda diuinum fauorem, quia ſecundum propoſitum eum vocauerat, vt eum neque ancilla, neq; diabolus de Chriſti manu cui datus erat, eripere poſſet. Ob id reſpexit ad eum Chriſtus. Niſi enim dominus Petrum reſpexiſſet, nunquam ęgreſſus fleuiſſet amarè. Lauda & Petri voluntatem, quæ diuinæ illuminationis ſecuta eſt vltrò virtutem. Non.n. vnicè operatus eſt Deus, peccatũ illud in bonum ipſi, ſed cooperatus. Vt intelligas, & illum à diuino ſpiritu actum, ſeſe impuliſſe, vt lapſus ſemel, ſurgeret, nunquam caſurus. Hinc Leo Papa. Vidit in te dominus Simon Petre, non fidem victam, nõ dilectionem auerſam, ſed conſtantiam fuiſſe turbatam: non tardatum eſt remedium ablutionis, vbi non fuit iudicium voluntatis. Abundauit fletus, vbi non defecit affectus: & fons charitatis, lauit verba formidinis. Sequitur.

Nã quos præſciuit, vel prænouit. *Et prædeſtinauit, cõformes imagine filij ſui, vt ſit ipſe primogenitus ĩ multis fratribus. Quos autẽ prædeſtinauit, hos & vocauit, & quos vocauit, hos & iuſtificauit, quos autem iuſtificauit, hos & glorificauit.* Quibus verbis, qđ ante propoſitum fuit, videlicet. Diligẽtibus Deum, ſecundum propoſitum vocatis, cooperari Deum omnia ad bonũ, probare incipit Apoſtolus. Initio autem magnam tollit difficultatem, ſuper verbo illo. *His qui ſecundum propoſitum vocati ſunt*. Diceret enim ſuperbus Iudæus. Inſanis Paule. Gentem noſtram ſibi aſciuit omnipotens, nõ ſecundum propoſitum, quia prẹnouit nos ſanctos, & pios futuros eſſe. Ethnicos autẽ contra, non aſciuit ſibi, quia illos idolatros, fornicatores, profanos prænouit. Ne ergo dicas Paule, Deum pro ſuę voluntatis beneplacito, ſecundum propoſitum, vt libet vocare. Ideo nanque euocat ex multis aliquos, quoniam illorum piam ſeruitutem ab æterno præuidit, ſanctum, fidelemque cultum. Diuina enim vocatio, irrationalis eſſe non poteſt. Eſſet vero irrationalis, niſi meritorum præſcientia præcederet. Illa itaq; eſt cauſa aliquos vocandi, non propoſitum Dei meraciſſimum. Non ita eſt, inquit Apoſtolus noſter. Non inq̃ ita. *Nam quos præſciuit, & prædeſtinauit.* Id eſt eos, quos prænouit bene opaturos, & ideo filij ſui imagine cõformes. Ideo prænouit, quia etiam prædeſtinauit, vt tales eſſent, & propterea vocauit, iuſtificauit, glorificauit. Non diffiniuit, qa præſciuerit: præſciuit certè, vt primum diffiniuit. Et ita litera illa legi debet. *His qui ſecundum propoſitum vocati ſunt. Nam quos præſciuit, & prædeſtinauit*. Vt ſit ſenſus. Apprimè ſecũdum propoſitum, non ſecundum opera etiam præuiſa. Nã hi quos præſciuit ſanctè victuros, & pro etiam, prædeſtinauit. Et quia illos prædeſtinauit, tandem vocauit. Prędeſtinare ergo, antecedit præſcire. Prædeſtinatio autem, eſt propoſitum miſerendi: qui ergo vocantur, ex meritorũ præſcientia nequaquam vocantur. Ita quod illa ſit ratio vocationis prima. Sed vocantur ex miſerendi propoſito, quia propoſitum illud, prænotionem præcedit. Cum ergo dicit. *Quos prædeſtinauit, hos vocauit, quos vocauit, hos iuſtificauit. &c.* Quod poſterius ponitur, poſterius eſt: & quod primo ponitur, prius eſt. Prædeſtinatio eſt prior vocatione: Vocatio iuſtificatione. Iuſtificatio glorificatione. Hic tantum eſt è contra. Quos enim præſciuit tales eſſe, ideo p̃ſciuit, quia vt tales eſſent ſecũdum propoſitum, definiuit. Elegit nos ante mũdi cõſtitutionem, vt ſancti eſſemus. No- Eph.1.
ta verbum. Non quia ſancti futuri eramus. Eſt & locus ille. Non ex operibus Tit.3.
iuſtitiæ quæ fecimus nos, ſed ſecundũ ſuam miſericordiam ſaluos non fecit. Argue modo ſic. Eo modo quo nos ſaluos fecit, eo modo prædeſtinauit nos ſaluos fieri. Saluos nos fecit, non ex operibus factis, ſed miſericordia, prædeſtinauit itaque nos ſaluos fieri, non ex operibus præuiſis, ſed ex miſericordia: Et ita ſecundum propoſitum. Et certè mens capere nequit, quod Deus ideo prædeſtinauit me, quia prænouit me bene operaturum. Nam ecce. Cur prẹnouit me bene operaturum? quia ego ſum bene opaturus, habet cauſam primam? quæro. Æquidẽ hæc eſt, quia Deus me bene operaturum determinauit.

Igitur

Igitur cum id quod eſt prius priore, ſit prius & poſteriore: Et quod eſt cauſa cauſæ, ſit cauſa cauſati: neceſſarium eſt, vt prædeſtinatio diuina, ſcientiam diuinam antecedat. Caute autem intellige, ne me temeritatis arguas, quod diuina metiri videar, diffinireque quid ibi prius, quid poſterius: cum in Deo nulla ſit anterioris, poſterioriſque ratio. Neceſſe eſt enim, me loqui ſicut loquitur Paulus noſter: modo humano. Quoniam homo ſum, & hominibus loquor. In diuina illa luce caligamus nos, habitat nanque lucem inacceſſibilem, quem nullus hominum uidit, nec videre poteſt. Scio ſecundum tempus, nihil eſſe prius nihil poſterius, quoniam æternitas tempus ſuperexcedit. Verum Paulus noſter, conſequutionem ponit, vt vides, in Deo præſciente, prædeſtinante, vocante, iuſtificante, glorificante. Vbi conſequutio, ibi ordo. Vbi ordo, ibi primum. Ordo enim, eſt reſpectu primi. Vbi primum, prius & poſterius: quia prius, quod primo propinquius. Vis autem id faciam intelligere? Ecce. Sume Anchiſem patrem, Æneam filium. Pater & filius, nonne ſunt maximè ſimul? & ſecundum eſſe, & ſecundum rationem. Nam relatiua ſimul ſunt natura, nedum tempore, ſimulque intelliguntur. Et neceſſe eſt, in vtrorumque rationibus vtriſque uti. Nihilominus, nonne inter ipſa, vt relatiua dico, eſt ordo cauſalitatis? Philoſophos ueſtros legite. Nam pater vt pater, à ſe eſt. Filius vt filius à patre. Nequaquam ergo mirare, ſi licet diuina omnia ſimul ſint, vt coæterna Deo, inter hoc tamen Paulus, ordinem ponit, ordinem inquam iſtum, vt alterum alterum præſupponat, ſecundum rationem ſaltem: Præſcientia prædeſtinationem, vocationem iuſtificatio: iuſtificationem glorificatio. Sed quomodo locus iſte intelligatur, altius repetenda res eſt. Tangitur enim primo, Deum Præſcire, Prædeſtinare, Vocare, Iuſtificare, & glorificare. Et ſecundo, inter hæc omnia ponitur ordo, vt vnus effectus, ex alio inferatur: ſicut conſequens ex antecedente. Quos enim inquit prænouit Deus, & prædeſtinauit: Quos prædeſtinauit & vocauit. Quos uocauit & iuſtificauit. Quos iuſtificauit & glorificauit. Tertio. Omnia ponuntur, tanquam iam facta. Præteritis enim temporibus, non præſentibus, neque futuris ſignificantur. Præſciuit. Prædeſtinauit. Vocauit. Iuſtificauit. Glorificauit. Et hæc omnia, difficultatibus plena ſunt. Nos itaque locum iſtum explanaturi, operæ prætium eſſe iudicauimus, vt dilucidiores fiant hi termini, Deum præſcire, prædeſtinare, vocare, iuſtificare, glorificare. Quia autem præſcire Deum, intelligi non poteſt, niſi primo Deum ſcire oſtendatur. Et prædeſtinatio agnoſci non poteſt, niſi cognita prouidentia, quia eſt pars prouidentiæ. Propterea hæc omnia oſtendemus. Deum primo ſcire omnia. Secundo. Præſcire. Tertio, Prouidere. Quarto, Prædeſtinare. Quinto, Vocare. Sexto, Iuſtificare. Septimo glorificare.

1.Tim.6.

In primis itaque. Quod Deus intelligat & ſciat, probare difficile non eſt. Huius enim fidei ueritas, adeò apud Græcos omnis Philoſophiæ parentes inualuit, qui iuxta Paulum vni ſapientiam quærunt, vt à ſpectando, vel uidendo, ſeu intelligendo, Deum appellauerint. Quid eſt enim θεὸς, niſi ſpectator? ἀπὸ τοῦ θεάομαι, quod eſt ſpecto, video. Omne quippe agens, quod per ſe agit (ne propter caſum, & fortunam cauilleris) in omnibus actionibus intendere finem, exploratum eſt. Nihil autem agit propter finem, niſi vel cognoſcat finem, vt homo, animalia, angeli: vel à cognoſcente dirigatur, vt natura. Deum eſſe per ſe agens, nemo negauerit, quandoquidem omni agente per accidens, aliquod agens per ſe prius eſt neceſſario. Deo autem nihil prius. Oportet itaque, vt cognoſcat, vel à cognoſcente dirigatur: quoniam propter finem agit: dirigi nequaquam poteſt. Iam enim Deus non eſſet.

1. Cor.1.

eſſet. Dirigens enim, directo prius ſem
per exiſtit. Omnino ergo cognoſcit &
Iob. 9. videt. Hinc illud. Sapiens corde eſt, &
fortis robore. Et illud. Apud ipſum eſt
fortitudo & ſapientia. Illud quoque. O
altitudo diuitiarum ſapientiæ & ſcien-
Iob. 11. tiæ Dei. Et illud. Mirabilis facta eſt ſcië-
Pſal. 138. tia tua ex me. Quod ſi uictus dicas.
Spiritus Dei ſcrutatur profunda Dei.
1. Cor. 2. Reuincam te. Nā Deus eſt omnia, iux-
Exo. 33. ta illud. Ego oſtendam tibi omne bonū.
Et omnia in Deo eſſe, teſtatur altiloqu⁹
Ioan. 1. Ioannes. Quod factum eſt, in ipſo vita
erat. Nihil enim poſſet vitæ continge-
re metam, niſi prius Idea viuens, tranſ-
mitti iuſſiſſet. Veluti vas fictile, nunq̃
formam poſſediſſe poteſt, niſi mente
reuoluens figulus, prompſerit externo
viſu, quod poſſidet intus. Videt itaque
omnia, non ſecundum viſionem ſingu
lis ſe immittens, vt magnus Dionyſius
docuit, ſed ſecundum cauſæ continen-
tiam, vniuerſa compræhendens: Mate-
rialia immaterialiter, diuiſibilia indiui-
ſibiliter, compoſita ſimpliciter, tempo-
ralia intemporaliter, multa vnitiuè. Iux
Pſal 101. ta illud. Proſpexit de excelſo ſancto ſuo,
quaſi de excelſa ſuæ maieſtatis ſpecula,
Gen. 1. modo celſiſſimo omnia videns. Vnde
Heb. 4. Moſes. Vidit Deus cuncta, quę fecerat.
Et Paulus. Non eſt vlla creatura inui-
ſibilis, in conſpectu eius. Omnia autem
nuda, & aperta ſunt oculis eius. Hinc
Græci τὸν τεὸν ευρυωπα, dicunt, hoc eſt
Eccleſia latos habentem oculos, quod omnia
ſtici. 16. proſpiciat, iuxta illud. Non dicas, adeo
abſcondar, & ex ſummo quis mei me
morabitur? Hæc de primo.

Quo, ad ſecundum. Præpoſitio hæc
PRE, ordinem ad futurum notat. Vt
cum dicimus. Deum ſcire omnia, intel-
ligatur quæ ſunt. Cum uero Præſcire,
vel Præuidere, intelligatur, quæ non
ſunt: erunt tamen. Videre anteq̃ ſint,
tanquam iam ſint. Dico autem nō ſunt,
in rerum natura, extra cauſam. Quo-
Iac. 1 niam ſi ad Deum referas, cuius æterni
tas eſt tota ſimul: apud quem non eſt
tranſmutatio, nec viciſſitudinis obum-
bratio, iuxta Iacobum: Nihil illi futurū
eſt. Quare & nulla præſcientia eſt, ſed
ſcientia tantum. Videt enim non prę-
uidet, ex declaratis ſupra capite quar-
to. Vocat ea quæ non ſunt, tanquā ſint. Rom. 4.
At ſi ad res ipſas ſecundum earum exi-
ſtentiam, Deus præſcit, ideſt ſcit eas an-
tequam ipſe fiant: & omnem eorū euē-
tum, vel ſint neceſſarij euentus, vel cō-
tingentes: vel boni vel mali. Licet enim
mala non faciat, præſcit nihilominus.
Sicuti enim tu quædam quæ feciſti, me
miniſti, nec tamē quæ meminiſti feciſti
omnia. Ita Deus, omnia quorum autor
eſt, ipſe præſcit: nec tamen omniū quæ
præſcit autor eſt. Et quemadmodum
memoria tua nemo cogit facta eſſe, quę
præterierunt, quia ſcilicet meminerit,
quod facta ſint. Ita Deus præſciētia ſua,
non facit vt fiant, quæ facienda ſunt.
Quia ſcilicet præſcit, quod facienda sūt
ſine omni præpoſito. Cognoſcit itaque
omnia futura, bona, mala, neceſſaria,
contingentia. Iuxta illud. Priuſquam te Hier. 1.
formarem in vtero, noui te. Et illud. Do- Eccleſia-
mino Deo noſtro, antequam crearen- ſtici. 23.
tur nota ſunt omnia, ſicut & poſt perfe
ctum, cognoſcit omnia. Philoſophi quo
que id negare non poſſent. Nam quem
admodum ſe ſe habet ſcientia noſtra ad
res, quæ ſciuntur: Ita ſe ſe habent è cō-
tra res ad diuinam ſcientiam. Noſtra. n.
cauſatur à rebus, inquiunt: Illa rerum
cauſa eſt. Conſtat autem, ſcibilia plera-
que eſſe in rerum natura, quæ ſcientia
noſtra non attinguntur. Siquidem eo-
rum quæ ſcimus, pars maxima, mini-
ma eorum eſt, quæ ignoramus. Quis er
go dubitare poterit, diuinam ſcientiam
è contra attingere res, etiam non exi-
ſtentes, ac ſi exiſterent? Habes itaq; ſciē
tiam & præſcientiam. Præſcientiam in-
quam, & rerum, & euentuum, qui in
rebus eſſe poſſunt. Nō modo enim no
uit antichriſtum qui futurus eſt, ſed
nouit quid antichriſto euenturum ſit,
quod videlicet damnabitur. Iuxta illud.
Prædixi tibi ex tunc, antequam eueni- Eſa. 45.
rent, indicaui tibi: Ita ergo antequam
Petrus in rerum natura eſſet, nouerat
eum Deus. Non dico tantum nouerat
eum eſſe futurū, ſed abſolutè nouerat
eum. Et addo, etiam nouerat quod ne
gaturus eſſet: quod reuerſurus, & de-
mum ſaluandus. Nouit igitur res, & q̃d

de

de rebus ſit futurum. Quod notabis. Quia magni momenti eſt, vt videbitur, & declarabitur. Nouit enim Petrũ antequam prædeſtinet eum. Voluntas nã que non fertur in incognitum. At non nouit eum ſaluandum, antequã determinet eum ſaluandum. Res itaq; præ noſcuntur primo. Sed euentus primò prædeſtinantur. Et ſic dubitationes tolluntur.

De Prouidentia autem, antiqna fuit olim diſputatio. An mundus diuina ꝓuidentia regatur, nec ne. At ſi quid prouidentiæ nomine intelligatur audieris, quam Græci πρόνοιαν, vocant, mirabere, cur aliquando dubitatum fuerit, An Deus rebus iſtis prouideat. Eſt enim Prouidentia, cum cognitione adhibita cura: præſens inquam notio, futurum per ſe notãs euentum. Additq; Prouidentia ſupra ſcientiam, & præſcientiã, vel præuidentiam ordinem rerum in finem. In finem inquam, vel ipſius prouidentis, vel rerum quibus prouidet. Et ita intellectum & voluntatem includit. Non eſt enim notitia, quæ in ſpeculatione conſiſtat, ſed dirigit in opus, ex fine principia ſumens ad media. Et propterea aliquid eſt, quod ad cognitionẽ ſpectat, aliquid quod ad operationem. Meditari ordinem ſtatuẽdum, eſt actio intellectus. Ordinem præmeditatum in rebus inſtituere, quę prouidentiæ ſubſunt, operatiuæ virtutis eſt. Quis itaque non certo certius videt, mundum omnem diuina regi prouidentia, modo hominem prorſus nõ exuerit? Nam ecce. Deus agit propter finem, vt dictum eſt. Sub de modo. Agit omnia, omnia itaq; propter finem agit. Sed quod agit, propter finem ordinat, quæ agit in finem propter quẽ agit, ſi cognoſcit, Deus ergo omnia in finem ordinat: hoc eſt prouidere. Confirmatur. Propterea enim in operibus alicuius agẽtis, aliquid euenire dicitur pręter eius intentionem, & non prouiſum ab eo. Quia illud eius cauſalitati, non ſubijcitur, ſed alterius cauſæ, ex qua præter eius intentionem euenit. Cum itaque Dei cauſalitati, omnia ſubijciantur, nihil præter eius intẽtionem euenire poteſt. Vis autem tu facilem rationem? Ecce. Omnis ordo, cõnexioque rerum perpetua, diſſimilium pugnantiumq;, à ratione proficiſcitur. A ratione inquam dirigente & gubernante ea omnia, quæ ordinem habent ad finem, quem intendit. Temerè.n. caſu, vel fortuitò accidere hic ordo nequaquã poteſt. Quę enim temerè fiũt, non ſemper, nec eodem modo, ſed plerumque diſſimiliter, & per raro eueniunt. Quis itaque intuens cęli ambitum, Solis, Lunæ, ordinatiſſimas circulationes, rerum ortus & obitus: ſphęras quoque, quæ cum contrarijs ferantur motibus, in ea tamen differentia, ſimilem ſimul ordinem ſeruant? Quis ſtellas aſpiciens, alias diſcurrentes & vagas, alias immotas ſemper, ſibi inuicẽ conecti, continuamque armoniam facere. Humidas ſiccis, frigidas calidis miſceri: neque aduerſum ſe bella, ſeditionesque mouere? Quis hiemem veri concedere videns, eſtatique uer. Natura enim pugnant. Nubes in aera ferri: in nubibus aquas teneri: graues quæ ima petunt: terram grauiſſimam, fluidis aquis inſidentem, ſuam ſtabilitatem ſeruare, neq, dilabi? Quis tandem hãc vniuerſi commixtionem conſiderans, qua graue leui, humido aridum, rotundum recto, humori humor, Lunæ Sol, ſidera cœlo, nubibus aer, diei nox, tempus tempori miſcentur, coeunt, conueniunt, & quaſi magno iuncta fędere inuiolatam pacem ſeruant, non confeſtim cogitent Deum eſſe, qui cuncta curat, diſtinguit, diſponit, & clamet? O q perpetua, mundum ratione gubernas? Niſi enim ita eſſet, non iam mundum compoſitum, ſed ſummam rerum confuſionem: neque ordinem, ſed temeritatem, non conſtantiam ſed planè incõſtantiam: non modum, ſed immoderationem videremus. Vniuſcuiuſq; enim diſcordia & pugna, aut ſimul omnia tollerentur, aut id ſolum appareret, quod pugnando viciſſet. Illudq; rurſus confuſa omnia, & incompoſita oſtẽderet. Eſt itaque. Eſt æquidem diuina Prouidentia. Vide queſo ſi inſanimus. Prouidentia à Cicerone tuo, (vt cæteros mittam,) pars prudentiæ dicitur, quæ eſt recta ratio agibilium in finem. Pars inquã ſumma & optima. Memoria nanque præteri-

præteritorum, præſentiumque intelligentia, non adeò efficiunt, vt prudens quis dicatur. Sicut futurorum præuidētia & prouidentia. O humanæ igitur inſipientiæ cæcitatem. O inſanæ cęcitatis furorem. Prudentem hominem prouidere dicis, Deum autem neglig ētiæ & incuriæ accuſas? Non niſi perditiſſimos homines, negligentes, & incurioſos appellamus. Deum ergo optimū, perfectum, hæc contumelia lædemus, blaſphemabimur, quod nulla ſit eius cura, vel de rebus iſtis inferioribus pro-
Iob.22. uidentia? dicentes. Circa cardines cęli perambulat, & noſtra non conſiderat? Omnis ille qui improuidus eſt, vel nō intelligit, quæ prouidere debet, aut ſi intelligit, negligit. Quia ſcilicet, vel nihil intereſſe putat, ſi parua quædam deſpexerit, vel licet intereſſe opinetur, pigritia tamen, mollitieq; detentus, non curat. Nulla vero alia eſt improuidētiæ cauſa. Verum Deus omnia intelligit,
Cant.1. nihilque negligit, quia omnia quæ fecit, bona ſunt ualde. Optimus autem, bona valde negligere, nulla ratione poteſt. Malus enim eſſe conuincitur quiſque, ſi ualde bona deſpexerit, Deus itaque
Sap.14. que omnibus prouidet omnino. Hinc
Sap.8. illud eſt. Tu autem pater, gubernas om-
Matt.10. nia prouidentia. Illud quoque. Attingit à fine vſq; ad finem fortiter, & diſponit omnia ſuauiter. Et illud. Nonne duo paſſeres aſſe veneunt, & vnus ex eis non cadit in terram, ſine patre ueſtro? Potiſſimum vero de hominibus omnibus curam gerit Deus. Cū enim prouidentia, rerum ordinem in finem reſpiciat, quæ ſunt fini propinquiora, magis prouidentiæ ſubſunt. Finis autem rerum omnium, eſt Deus ipſe, qui
Prou.16. prouidet. Iuxta illud. Vniuerſa propter ſemetipſum, operatus eſt domin'. Homo uero huic fini propinquiſſimus eſt, adeo vt & ipſe modo quodam, omnium aliarum rerum finis dicatur. Cōſequēs igitur eſt, vt maximè, & optimè, peculiari modo diuina prouidentia ho-
Sap.12. mo gubernetur. Hinc dicitur in libro Sapientiæ, Cum reuerētia diſponis nos domine. O uerbum magnum. Hinc Chriſtus dixit, etiam minima quæque in hominibus, & humanis actibus, cu-

ræ Deo eſſe. Veſtri (inquit) capilli om- Luc.12.
nes numerati ſunt, vnus de capite ueſtro, nō peribit ſine patre ueſtro. Quod
ſi ſcriptum eſt. Reliquit Deus hominē Eccl.15.
in manu cōſilij ſui, Caue ne nolens, hominem conſilio priuare, illum ſine Deo facias. Verbo nanque illo, tantum hominem ſuarum actionum dominum, eſſe oſtenditur. Hac ſcilicet rōne. Quandoquidem, non eſt ad unum determinatus, quemadmodum natura. Natura enim tendit, non dirigens, ſed tantū directa, ad ſuum finem. Inſtar ſagittę, quam ſagittarius ad ſcopum dirigit: nec dirigere ſeipſam poteſt. At homo, per liberum arbitrium cōſiliari poteſt, quid nam duorum oppoſitorū agat. Et propterea apprimè dictum eſt. Non reliquit eum abſolute, ſed in manu conſilij ſui. Prouidet itaque ſibi homo. Sed non inde ſequitur, quod & Deus non illi prouideat. Sicut & omnes ſecundæ cauſæ, proprijs uiribus agunt, nec tamē ſequitur, quod Deus in illarum actionibus non agat, quinimmo & magis agit, quàm ipſe agant. Ita plus prouidet De' homini, quàm ipſe ſibi, prouideat, licet ſit liber, & conſulat, atq; diſcernat.
Ipſi quidem eſt cura de nobis. Vnde di- 1.Pet.5.
cebat. Nunquid mulier obliuiſci poteſt Oſee 49.
infantem ſuum? Et ſi illa oblita fuerit, ego nunquam tui obliuiſcar. Hinc
illud. Dominus regit me, & nihil mihi Pſ.22.
deerit. Prouidentia enim hominis, ſub Dei prouidentia continetur, ſicut prouidentia ducis, ſub Imperatoris prouidentia in exercitibus. Voluit aūt Deus, tam alta mente, nobis id manere repoſtum, uidelicet ipſum omnium noſtrū curam gerere, vt diceret. Nolite ſolliciti
eſſe dicentes. Quid manducabimus? q d Matt.6.
bibemus? Hæc enim profanæ Gentes, & ἔθναι inquirūt. Quæ in domino ſpē non habent, putantque res humanas, illi curæ non eſſe. Scit enim pater ueſter, quia his omnibus indigetis. Quærite ergo primum regnum Dei, & iuſtitiam eius, & hæc oīa adijcientur uobis. Conſiderate enim lilia agri, quomodo creſcunt, & non laborant, neque nent. Reſpicite uolatilia cęli, quoniam nō ſerunt, neque metunt, neque congregāt, in horrea: & pater ueſter cęleſtis paſcit illa,

illa, quantò magis uos modicæ fidei? Quibus quidem verbis, non illorum aſtruit errorem, (amentiam dicam ne magis?) qui cuncta diuinæ prouidentiæ, citra omnem operam noſtram, committenda eſſe putant. Extat enim contra inertes, & pigros uerbum illud.
Pro.6. Vſquequo piger dormis? paululũ dormies, paululum dormitabis, & occurrat tibi quaſi uiator egeſtas, & inopia
Prou.6. quaſi uir armatus. Et illud. Vade piger ad formicam, & conſidera uias ei*, & diſce ſapientiam, quæ cum non habeat ducem neque præceptorem, paret in æſtate cibum ſibi, & congregat
Act.4. in meſſe, quod comedat, Apoſtoli conſeruabant prædiorum prætia, quæ an-
1.Theſ.3. te eorum pedes ponebantur. Habemus & Pauli noſtri ſententiam. Qui nõ laborat, non manducat. Vnde & ipſe
Heb.13. accipiebat ſtipendium nonnunquam ab eccleſijs, pro miniſterio ſuo. Nonnunquam & manibus laborabat, ut ui-
Eph.4. ueret. Non expectabat, vt qui dat iumentis eſcam ipſorum, & pullis coruorum inuocantibus eum, panem de cœlo illi daret: ratus non eſſe tentandum Deum, explorandamq; eius prouidentiam. Eſt & illud. Qui preeſt in
Rom.12. ſollicitudine. Quid dicam? Chriſtus
Ioan.12. & 13. ipſe, nonne loculos habebat, quibus ſibi uictum curaret? Sed unicè uoluit anxietatem, ſollicitudinem, metum è cordibus noſtris euellere. Quo deſperare ſemper, de diuina prouidentia conſueuimus. Et propterea tanquam modicæ fidei, nedum neceſſaria ut par eſt moderatè, ſed & ſuperflua immoderatè, per fas, & nefas, congregare ſatagimus, timentes ne nobis ſemper deficiat. Iuxta illud. Vadam, & diui-
Eccl.2. tijs affluam. Nam ut in Chriſti exem-
Matt.6. plo perſtemus. Volucres cœli circumuolant, loca quærunt, vbi cibum inueniunt, ſatagunt quoad poſſunt, non otiantur, non torpeſcunt. Homo itaque laborare debet, ſecundum gratiam à domino ſibi datam, prædicare, legere, ſerere, texere, negotiari, conſulere, facere omnia quæ licitè poteſt. Sine anxietate tamen, vt nel tantillum non torqueatur, etiam ſi aduerſa omnia ac-

ciderent. Hac ſpe fretus, quod Deus omnibus prouidet, & ſi ipſe bonus eſt, quicquid vel proſperi, vel aduerſi illi euenerit, cooperabitur in bonum. Quis enim unquam ſperauit in *Eccl.2.* domino, & confuſus eſt? Sperauit in domino, eripiet eum, ſaluum faciet *Pſ.21.* eum, quoniam uult eum. Nihil nanque extra Dei prouidentiam, euenire poteſt: ſicut & nihil extra Dei cauſalitatem, eſſe. Nec mihi dicas. Tollitur ergo caſus & fortuna. Chriſtianus nanque, caſum non cognoſcit, neque fortunam. Omnino enim nihil eſt caſuale, vel fortuitum, ſi ad Deũ referas, cuius uirtutis atque intentionis ambitum, nihil exire poteſt. At pleraque cauſalia ſunt, & fortuita, ſi ad ſecundas cauſas referantur. Sume exemplum. Duos duces mittit Cæſar in Germaniam: creditque eorum quilibet, ad illud munus vnicè deſtinari. Abit alter prius altero, obuiatque tandem alter alteri. Fortuitò certè id euenit, ſi Duces reſpicis. Verum ſi Cæſarem, minime. Ipſe enim & ſciens, & volens eos deſtinarat, vt vna quod is mente conceperat, explerent. Nec obijcias quæſo, quod reſpectu Dei, minimè fortuitum eſt. Siquidem quod fortuitum eſt, ad quodcumque comparetur, ſemper fortuitum erit. Ridebo enim argumentationem. Fortuitum nanque & caſuale, vt huiuſmodi relatiuum eſt, non abſolutum. Relatiua autem nunquam talia ſunt, niſi vt ad correllatiua comparantur. Tantum abeſt, vt ad quodcunque comparentur, talia ſint. Id patet, quàm facile. Album enim alteri albo comparatum, ſimile eſt: Comparatum nigro, eſt ne ſimile? Album ſemper eſt, ad quodcunque comparetur: Sed non ſemper ſimile, quinimmo diſſimile ſemper, niſi cum alteri albo confertur. Quod itaque fortuitò euenit, reſpectu alicuius cauſæ particularis, nequaquam fortuito euenit reſpectu Dei. Abſolutè tamen & ſimpliciter, ſi fortuito euenire dicitur, hoc ideo eſt,

Bit.ad Rom.

Dd quoniam

quoniam vnaquæque res, & eſt, & iudicatur ſecundum proprias, immediatas, particulareſque cauſas illius, vt notum eſt. Non quia omnia, quæ eueniunt, ſecundum intentionem alicuius agentis, (primi uidelicet, quod Deus eſt, quod nulli rei, non prouidet,) non eueniant. Eo enim uolente vel permittente, ac propterea prouidente, cuncta fiunt. Nec tamen ſcrupus ille te angat. Quo tam turpiter, antiquius ille Romæ ſplendor caligauit. Vt uidelicet dicas, horum alterum ex diuina ſequi prouidentia. Vel ut cuncta neceſſario eueniant, vel prouidentiam certam minime eſſe. Dei enim Prouidentia in primis, incerta eſſe nequaquam poteſt. Oſtendo. Primum enim. Omnia quæ agunt, & quæ agere poſſunt, neceſſe eſt, vt in agendo Deo miniſtrent & famulentur. Impoſſibile igitur eſt, vt aliqnod agens, diuinę prouidentiæ executionem impediat: contrarium eius agens, quod illa deſtinauit. Non poteſt etiam hac alia via impediri, quod diuina prouidentia ordinatum eſt, propter defectum uidelicet, vel alicuius agentis, quod illi miniſtrat, vel paſſi. Nam omnis uirtus, vel actiua, vel paſſiua in rebus eſt, ſecundum diuinam diſpoſitionem cauſata. Vnde nihil poteſt deficere, quod ille deficere noluerit. Tertio. Non poteſt diuinæ prouidentiæ executio, propter eius ꝓuidentiæ mutationem impediri. Nam Deus mutari non poteſt, ſtabiliſque manens, dat cuncta moueri. Nullus eſt alius modus, quo dici queat, alicuius prouidentiam effectum non ſortiri, pręter iſtos. Vel ſcilicet, quia agens aliquod contrariatur. Vel quia paſſum reſiſtit. Vel quia inſtrumenta apta non ſunt. Vel quia ipſe mutatur. Cum itaque nihil horum accidat, nec accidere poſſit in Deo, ſequitur quod omnino certa eſt, & infallibilis Dei prouidentia. Infallibiliterque illud erit, quod diuina prouidentia, ab æterno eſſe voluit. Secundo autem. Ipſa neceſſitatem rebus nullo modo imponit. Diuinæ enim prouidentiæ, Inquit Dionyſius, non eſt naturam corrumpere, ſed ſeruare. Hæc uero eſt quarundam rerum natura, vt contingenter agant, quæ agunt. Ex diuina ergo prouidentia, & determinatione quantumuis certa, & infallibili atque efficaciſſima, non fiet ullo tempore, vt contra earum naturam neceſſario agāt. Quinimmo quò erit efficacior, eò minus fiet. Nam quo erit efficacior, fiet non ſolum id quod fiendum eſt, ſed eo modo, quo natum fieri eſt, uidelicet contingenter. Infallibiliter ergo eueniet contingenter, quod diuina prouidentia euenturum eſſe ordinauit. Infallibiliter, contingenter: Infallibiliterque neceſſario eueniet, quod diuina prouidentia ordinauit euenturum infallibiliter, neceſſario. Aliud eſt enim. Achillem contingenter pugnare. Aliud Achillem neceſſario pugnare. Aliud demum. Achillem infallibiliter pngnare. Hoc enim tertium communius eſt vtroque, & ſtat cum neceſſitate, & cum contingentia. Sicut animal cum rationali & irrationali. Cauſæ quippe neceſſario cauſantes, & contingenter cauſantes, infallibiliter diuinam prouidentiam ſequuntur. Illæ tamen neceſſario. Hæc contingenter. Neceſſitas itaque & contingentia, ſunt modi agendi cauſarum inferiorum ſecundum ſeipſas. Verum infallibilitas, eſt modus earum, vt diuinæ ſubſunt prouidentiæ. Qui nequaquam proprios tollit: Immo cōpatitur. Quod ſi curioſius, & pertinacius quæras modum, quo hæc duo ſimul eſſe poſſint. Vt uidelicet effectus iſte pugnare, ad Deum relatus ſit infallibilis: Ad Achillem uero contingens. Recole quæ de caſuali, vel fortuito dixi, & nulla erit difficultas, aut dubitatio. Caue tamen, ne profunda ſcrutari velis, vt tibi tandem concitatus dicam. *Prou. 25.* Scrutator maieſtatis opprimeretur à gloria. *Eccleſiaſtici 3.* Altiora te ne quæſieris. Plurima enim ſupra ſenſum hominis, oſtenſa ſunt tibi. *Eccleſiaſtici 3.* Et hoc eſt unum de illis. Nodum æquidem iſtum, inter illam infallibilitatem, & hanc uertibilitatem, fortaſſe exactè nemo

mo nouit. Sicut neq; diuinæ, humanæq; naturæ unionem in Christo. Triumque perſonarum in diuina illa maieſtate. Scimus profecto ita eſſe, at modum nos neſcimus, licet balbutiendo vt potuere Theologi noſtri, hæc omnia inſinuare conati fuerint. At quod non capis, quod non vides, animoſa firmat fides. Ad firmandum enim cor ſincerum, ſola fides ſufficit.

De Prædeſtinatione modo dicendum. Scire autem oportet, Paulum Apoſtolum primum fuiſſe, qui hac uoce vſus eſt, Prædeſtinare. Loquendum igitur eſt, ſicut ipſe de prædeſtinatione tradidit. Hæc eſt autem Pauli doctrina. Non dixit vnquam Deum prædeſtinare, niſi creaturas rationales. Nunquam enim dixit Deum prædeſtinaſſe mundum, beluas, ſed tantum creaturas illas, quæ gloriæ ſupercæleſtis participes ſunt: maximè uerò homines. Quandoquidem de illis occurrebat ſermo. Amplius non dixit, quo ad omnia homines prædeſtinari, ſed tantum in ordine ad illam gloriam. *Quos prædeſtinauit, hos uocauit, iuſtificauit, glorificauit. Prædeſtinauit nos in adoptionem filiorum Dei.* Colligamus ergo ex Paulina ſapientia hoc vnum. Prouidentia eſt totum quoddam, cuius Prædeſtinatio pars eſt. Eſt enim Prouidentia rerum omnium. Prædeſtinatio tantum reſpectu Angelorum & hominum. Item Prouidentia eſt omnium, quo ad omnia, quæ eueniunt. Prædeſtinatio eſt hominum, & Angelorum tantum, quo ad gloriam ſupercæleſtem: & media ad illam attingendam. Nemo autem putet caſu, vel voluntariè, tantum Apoſtolum loquutum fuiſſe. Loquutus potius eſt magna ratione, quæ confeſtim apparebit, ſi vim deſtinandi, à quo Prædeſtinatio aſſummitur, intellexeris. Nam nemo dicitur aliquò deſtinari, vel mitti, quò ex ſeipſo tendit. Si enim ego ipſe, ex me ipſo, proprio conſilio Placentiam uado, nemo me illuc deſtinabit. Nam da oppoſitum, Deſtinatus uado, non itaque ex me ipſo. Magna ergo ratione Paulus, res naturales, non dicit, ad ſuos fines deſtinari. Quoniam vnaquæque propria virtute illuc tendit. Sicut enim fines naturales, naturaliterque à rebus acquiruntur ſine hoc, quod à Deo deſtinentur. Sat eſt enim uis illa, quam eis indidit Deus, nec alia deſtinatione opus eſt. Homines etiam non dicit, quo ad ea quæ ipſi ex ſe faciunt, deſtinatos eſſe, ſerere agros, vineas plantare, ædificare domos, vxorem ducere, nutrire pecora, artem diſcere. Sed tantum quo ad id, quod ex ſe nequaquam faciunt, neque poſſunt. Neque quo ad ſalutis æternæ conſequutionem. Nemo enim illuc, ex proprijs uiribus quantumlibet magnis, contendere poteſt, quoniam omnis naturæ creatæ uires excedit. Vt ergo illò perueniamus, deſtinari nos oportet. Pleritque autem, & homines, & Angeli illò perueniunt, illò igitur deſtinantur. Neceſſe eſt enim eum, qui ad aliquem locum uadit, vel ex ſe ire, vel deſtinari. Ex nobis, non uadimus illuc, ergo deſtinati uadimus, ſi vadimus. A quo vero niſi à Deo? Deus itaque deſtinat eos omnes, qui illuc aliquando perueniunt, non modo Paulum noſtrum, Petrum, Ioannem, Apoſtolos, Virginem, hoſque ſanctos egregios, ſed omnes, qui digne illi ſeruientes, tandem beati euadunt. Nemo enim ex ſe vadit. Quotquot igitur uadunt, deſtinati uadunt. Et immanis eſt Pelagianorum blaſphemia id negare. Quotquot nanque illuc perueniunt, non deſtinati, ex ſe proprijs uiribus vadunt. Vel ergo cum illis dicendum eſt aliquos, & pare ratione omnes, & ſingulos ex ſeipſis ſaluandos eſſe: vel cum catholicis, neminem non deſtinatum: Vt qui gloriatur, in domino glorietur. 2.Cor.10 Quoniam autem neminem deſtinamus, niſi primum mente deſtinare proponamus: ſicut nec aliquid exequimur, quod exeque di deliberatio, non præceſſerit. Propoſitum etiam iſtud deſtinandi, dirigendi, exequendi, nomen accepit de-

 ſtinatio-

2. Cor. 9 ſtinationis. Iuxta illud. Vnuſquiſque prout deſtinauit in corde ſuo. Et il-
2. Mac. 6. lud. Deſtinauit Eleazarus in corde ſuo non admittere illicita propter uitæ, amorem. Non modo itaque, actualis ipſa directio ad æternam vitam, collatio, ſcilicet, gratiæ perſeuerantis, deſtinatio dicitur: ſed & ipſum Dei propoſitum deſtinandi, dirigendique Cornelium, Franciſcum ad æternam vitam, deſtinatio dicitur. Quamuis aptius, dici debeat præſciptio, definitio, vel determinatio, ὁρισμὸς.

Quoniam uero Deus, nihil de nouo proponit, ſed ab æterno cuncta propoſuit, antequàm terra fieret, ante
Eph. 1. mundi cõſtitutionem: propterea iſtud propoſitum, non deſtinatio tantum, ſed Prædeſtinatio appellatur, ſecundum ea, quæ de Præſcientia diximus. Vt intelligatur etiã de hominibus nõdum exiſtentibus, iuxta illud. Elegit nos in ipſo, ante mundi cõſtitutionem. Licet & pulchrius à Paulo προορισμὸς, præfinitio dicatũ. Hinc tãdẽ perſpicuum eſt, ſi cœlorum regna nemo ingreditur, à Deo non deſtinatus. Si neminem deſtinat Deus, quem primum deſtinare, non propoſuerit. Si neminem deſtinare propoſuit in tempore, ſed in æternitate, antequam ſint in mundo, qui prædeſtinandi ſunt itaque, nemo illuc ingreditur, niſi deſtinatus antequam ſit, ideſt prædeſtinatus. Quotquot igitur ſalui erunt, hos ante ſecula deſtinauit Deus ſaluatos iri, ideſt prædiffiniuit. Ex his autem patet, quàm deteſtanda, abhominandaque, eſt opinio illa, quæ Deum prædeſtinare mala, peccataque hominum omnium putat. O iniquitatem pluſquam diabolicam. Prædeſtinatio Dei, non eſt niſi bonarum rerum, quæ ad vitam conducunt æternam. Nullomodo facit Prædeſtinatio, vt aliqui ex Dei filijs, diaboli filij ſint: aut ex templo Spiritus ſancti, templa dæmonum fiant: vel ex Chriſti membris, membra meretricis efficiantur. Sed potius Prædeſtinatio facit, vt ex filijs diaboli, Dei filij fiant: & ex templo dæmonum, templum Spiritus ſancti: & ex membris meretricis, membra Chriſti. Quandoquidem ipſe alligat fortem, & vaſa eius eripit, eruens ea de poteſtate tenebrarum, & transferens de contumelia in gloriã. Ex nrõ libero arbitrio filij diaboli ſumus, ergo nõ deſtinati, quia ſi deſtinati, iã non ex nobis. Quorum non eſt auctor Deus, nec eſt Prædeſtinator: peccatorũ nõ eſt auctor. Fieri nõ põt, vt ad legis præuaricationem, ad neglectũ religionis, ad diſciplinæ corruptelam, ad cuiuſcumque ſceleris perpetrationem, Deo duce transeamus. Si enim per eum ab his malis ſurgimus, quomodo per eum in talia mala prolabimur? Inſtruere non nouit ad mala huiuſmodi ſancta diuinitas, ſed damnare; nec diſponere, ſed punire.

Quomodo itaque nõ eſt nefas eorum, quibus æterna mors debetur, facinora diuinæ aſcribere prædeſtinationi? Ex æterna ſcientia certè prænouit, qui propria uolnntate peccabunt: at minimè prædeſtinat. Illi autem de quibus dicitur. Ex nobis exierunt, ſed non e- 1. Ioan. 1.
rant ex nobis. Si enim fuiſſent ex nobis, manſiſſent vtique nobiſcum. Voluntate ceciderunt, non prædeſtinatione. Quia enim præſciti ſunt caſuri, non ſunt prædeſtinati. Eſſent autem prædeſtinati ſi reuerſuri fuiſſent, & in ſanctitate ac ueritate manſuri. Ac per hoc cõſtat, quod Dei Prædeſtinatio, multis eſt cauſa ſtandi, nemini cauſa labendi: vt nemo glorietur, nemo deſperet. Si in ſanctitate uiuitur, ſi in uirtute perficitur, ſi in bonis ſtudijs permanetur, Dei munus manifeſtum eſt, ſine quo nullius boni operis fructus acquiritur. Si autem ab alijs receditur, & ad uitia atque peccata tranſitur, nihil ibi Deus malæ tentationis immittit. Quinimmo & receſſurum non deſerit, antequam ipſe eum deſerat. Et facit plerumque ne deſerat: aut etiam ſi diſceſſerit, vt redeat. Cur autem illum retineat, illum non retineat, nec poſſibile eſt compræhendere, nec licitum inueſtigare, ſed ſcire ſufficit, & ab illo eſſe, quod ſtatur, & non eſſe ab illo quod ruitur.

Hinc

Hinc Auguſtinus, ad articulos ſibi falſo impoſitos, ad ſeptimum, inquit. (Audite Auguſtini hoſtes.) Nullomodo credendum eſt, homines ex Dei, voluntate in culpam cecidiſſe, cum
Pſal.144. potius dominus alleuet omnes, qui corruunt, & erigat omnes eliſos. Nemo enim, niſi illius gratia erigitur: nemo niſi illius gratia, ſtabilitur. Dei ergo eſt uoluntas, vt in bona voluntate maneant, qui & priuſquam deſeratur, neminem deſerit: & multos deſertores ad ſe conuertit. Et ad quintumdecimum. Hæc eſt mutatio dexteræ excelſi, qui innumeris lapſis pœnitentiam dat, vt reſipiſcant. à laqueis
2.Tim.2 diaboli, à quo captiui tenebantur ad ipſius uoluntatem. Nemini autem Deus, correctionis ademit viam, nec quemquam boni poſſibilitate diſpoliat. Quia qui ſe à Deo auertit, ipſe & velle quod bonum eſt, & poſſe, ſibi ſuſtulit. Non eſt conſequens (ſicut putant, qui talia obijciunt,) vt Deus quibus pœnitentiam non dederit, reſipiſcentiam abſtulerit. Et quos non leuauerit, alliſerit: cum aliud ſit inſontem crimen egiſſe, quod alienum eſt à Deo: aliud crimino ſo ueniam non dediſſe, quod de peccatoris eſt merito. O verba apertiſſima. Tenenda eſt igitur, hæc ſententia inconcuſsè, quæ diuinis claruit teſtimonijs: peccatores in malis proprijs, antequam eſſent in mũdo, præſcitos eſſe tantum à Deo, non prædeſtinatos. Quod enim prædeſtinat Deus, & facit vt ſit. Si itaque Iudas prędeſtinat' eſt, vt aduerſus Dei filium eſſet, à Deo ergo talis factus eſſet, inculpabilis itaque exiſteret, & Dei opificio non Iudæ reputaretur. Iniuſtè etiam, in eum prolata fuiſſet damnationis ſententia. Abſit autem hoc à ſummo Iudice. Auctor enim bonorum omnium eſt, damnatorque cunctorum malorum. Præſciuit itaque, non prædeſtinauit, neque fecit: quanquam iudicio iuſto, tradens eum in reprobum ſenſum, vt id impleret, permiſit. Quod quia facturus erat, ipſe antequam fieret, & prænouerat, & prædixerat.

Reliquum eſt, vt de Vocatione, Iu-

Bit.ad Rom.

ſtificatione, & Glorificatione ſimul uideamus. Hæc enim facilè declarantur. Dupliciter itaque vocat Deus, id eſt inuitat hominem. Intrinſecus vbi nullus hominum videt, niſi qui uocatur. Et extrinſecus, per ſermonem ſonantem, aut per aliqua ſigna viſibilia, vel etiam per beneficia & flagella. Quanquam externæ hee vocationes, parum proſunt, niſi Deus loquatur ad cor. Non modo docendo interius, quid agendum ſit, ſed & inſtillando vim, qua
agi poſſit, & qua agatur. Ipſe enim Philip.2.
operatur velle & perficere. Vnde illud eſt. Aperuit Dominus cor Lydiæ Act.16.
purpurariæ, vt audiret ea quæ diceban tur à Paulo. Hoc eſt ſuaue illud ſuſurrium, de quo in Iobi libro dicitur. Porrò dictum eſt ad me verbum abſcondi- Iob 33.
tum, & quaſi furtiuè ſuſcepit auris mea venas ſuſurri eius. Hic ille tactus eſt cordis, de quo dicitur. Abijt cum
Saule pars exercitus, quorum dominus 1.Re 10.
tetigerat corda. O quàm neceſſarius eſt tactus iſte. Ideo præcatur ille. Emitte Pſ.134
manum tuam de alto. Quàm neceſſa- Iob.14.
ria eſt iſta vox interior. Audi illum. Vocabis me, & ego reſpondebo tibi. Si vocationes externæ ſatis eſſent, poſſent euangelij Chriſti Ieſu pręcones, ſibi multũ arrogare, cum eorũ uocibus
ſonantibus, pia corda tangũtur. At Pau- 1.Cor.3
lus clamat. Neq, qui plantat, neque qui rigat eſt aliquid, ſed qui incrementum dat, Deus eſt. Ego plantaui. Apollo rigauit. Tota igitur vis, à diuina eſt uocatione interiore. In vanum enim prædicatoris tuba ſonat exterius, niſi diuinus ſpiritus inſuſurret interius. Vt audenter dicere poſſim, Nemo ad Deum Ioan.6.
vadit, niſi à Deo uocatus interius. Iuxta illud. Nemo uenit ad me, niſi pater meus, qui miſit me traxerit eum.
Propter quod præcatur ſponſa. Tra- Cant.1.
he me poſt te, curremus in odorem vnguentorum tuorum. Tanquã certa, ſe non poſſe currere, niſi trahatur.
Verum, ſicut ad cœnam illam euan- Matt.22.
gelicam, nemo non uocatus acceſſit, Ita neque omnes, qui uocati ſunt, venerunt. Plerique enim venire noluerunt. Qui ergo uocati uenerunt, ſibi non tribuant, quod uenerũt.

Nam niſi uocati fuiſſent, haudquaquã ueniſſent. Qui etiam non uenerunt, alteri non tribuant, ſed ſibi tãtum, quod non uenerint. Quandoquidem vt uenirent, uocati fuerunt: ſed uocantem contempſerunt. Quod ſi illi ſibi tribuunt, quod uocati venerint, hoc ſaltem ſibi tribuere nõ poſſunt, quod uocati ſunt. Hi uero, quia meritum eorum nullum præceſſerat, vt quaſi pro præmio uocarentur, quoniam uocati uenire neglexerunt, tanquã gratiæ ingrati, iuſto ſupplicio puniuntur. Ne mihi dicas. Nemo non prædeſtinatus, uocatur interiꝰ. Nemo prædeſtinatus uocantem nõ ſequitur. Quomodo enim illi qui abierunt retro, antea Chriſtũ ſequuti ſunt, niſi ab eo intus edocti? Quomodo Petrus Chriſtum negauit, niſi quia vocantem obaudiuit? Incunctanter tamen, qui ſecũdum diuinum propoſitum vocãtur, ad extremum vocem domini audiunt, & exaudiũtur. Iuxta illud. Oues
Ioan. 10 meæ vocem meam audiunt, & ſequuntur me. Contra. Hi quos damnandos præſciuit Deus iuſto iudicio, vel ad extremum non uocãtur, vel uocati ſpõte ſua reſiliunt. Deo id permittente, qui ſicut nõ eſt mali auctor, ita iuſtus ultor eſt. Hanc itaque uocem vltimam, nunquam negligit ouis propria, immo vocem nunquam exaudit alienam. Non ergo totum diuinæ uocationi, ſed & partem voluntati eius, qui uocatur adſcribe. Ita enim dicit Chriſtus. Omnis
Ioan. 6. qui audiuit à patre meo, & didicit, uenit ad me. Inſinuans non continuo ad eum accedere, qui audiuit, niſi & addiſcat. Quod autem audimus, à uoco diuina eſt: quod addiſcamus, ex noſtra libertate.

De Iuſtificatione modo dicendum. Quid eſt iuſtificare, niſi iuſtum facere? Quid eſt autem iuſtum facere, niſi iniuſtitiam abolere? Quis uero iniuſtitiã abolet, niſi Deus ipſe, qui eſt Iuſtitia? Hinc Iuſtitia dicitur Dei, non noſtra, quia non ex nobis, ſed ex Deo iuſti eua
Rom. 10. dimus. Ignorantes autem iuſtitiam Dei, & ſuam volentes conſtituere, iuſtitiæ Dei, non ſunt ſubiecti. Sed ſupra abundè de hoc diſſeruimus.

De Glorificatione autem. Gloria & diuitiæ in domo eius. Ipſe ergo ſolus Pſal. 111.
nos glorificare poteſt, qui & iuſtificat. Gloria quæ amitti poteſt, gloria nõ eſt. Is ergo vnꝰ nos glorioſos reddit, à quo hunc egrediẽtes carcerem, habebimꝰ, (ſi illi pio corde ſeruierimus) decus immortale per æuum. Hinc illud. Gloria & honore coronaſti eum domine. Po- Pſ. 8.
ſuiſti in capite eius, coronam de lapide Pſ. 39.
pretioſo. Ecce ergo Apoſtolum noſtrũ, confidite Romani, ne vos aduerſa perturbent, durate, tollerate, æquo animo omnes quæ accidunt, feramus, nã nobis omnia Deus in bonum cooperabitur. Nihil nobis caſu euenit: cuncta diuini numinis prouidentia, geruntur. Prædeſtinauit nos antequam eſſemus. Vocauit cum auerſi eſſemus. Iuſtificauit cum peccatores eſſemus. Glorificauit cum mortales eſſemus. *Si Deus pro nobis*, prædeſtinatis, vocatis, iuſtificatis, glorificatis. *Quis contra nos*, prædeſtinatores, Vocatos, Iuſtificatos, glorificatos? Qui vult nobis aduerſari, paret ſe, gladium ſuper femur accingat, uideat ſi aduerſum Deũ bellari poteſt. Etenim ſi conſiſtat aduerſum me caſtra, non ti- Pſ. 26.
mebo, quoniam Dñs mecum eſt. Ipſe eſt petra mea, ſcutum meum, refugium Pſal 17.
meum, & liberator meus: & in eo trãſgrediar murum. Prædeſtinatio itaque, ac Præſcientia æterna eſt. Vocatio, Iuſtificatio, Glorificatioque æterna ſunt. De Vocatione autem, ut eſt effectus prædeſtinationis, ſermo eſt. Et eſt Vocatio ſecundum propoſitum. De Iuſtificatione quoq; finali, à qua horum uocatorum nemo deficit. Omnes enim uocantem exaudiunt ad extremum, quare & iuſtificantur, & glorificantur. Satis autem innuit, eos uocantẽ exaudire, licet non expræſſerit Apoſtolus, cum poſt Vocationem ſubdit, quod Iuſtificantur, & glorificantur. Nemo enim iuſtificatur, niſi vocanti conſenſum præbeat. De Iuſtificatione autem finali, oſtendit ſe ſermonem habere cum ſubdit. Glorificantur. Nam nemo glorificatur, niſi ad finem iuſtus inueniatur. Siquidem in ciuitatem illam, non ingreditur quicq̃ Apoc. 21.
immundum, aut coinquinatum. Iuſtitia autem præſens parum prodeſt, niſi finalis adſit. Ni mirum autem, ſi omnia

expræſſit

expræſſit Apoſtolus, vt iam facta. Quoniam Deo omnia iam facta ſunt. Iuſtificantur quotidie multi, uocantur, glorificantur: uocandique adhuc ſunt plures ad ouile domini, iuſtificandiq;, &
Ioan. 10. glorificandi. Iuxta illud. Et alias oues habeo, quæ non ſunt de hoc ouili, & illas oportet me adducere. Attamen ſi ad Deum hos referas, iam uocati ſunt, iam iuſtificati, iam glorificati, ſicut prædeſtinati & præſciti. Nihil enim Deo futurum eſt, ſed cuncta iam facta ſunt,
Eccl. 6. in illa æternitate. Vnde dicitur de Deo, Qui fecit quæ futura ſunt. Deus nanque, qui non loco clauditur, nec tempore præuenitur, omnium eorum, tã præteritorũ memoria, quàm futurorũ ſciẽtia plenus eſt, nec reminiſcẽs, uoluitur in præteritum: neque ſperans, in futurum tendit. Omnes itaque homines, & nati vſque in hodiernum diem, & poſt noſtram ætatem naſcituri, apud Deum tñ nati ſunt: & decurſo totius uitæ tempore, tranſierunt, in illo nihilominus diuini obtutus lumine, permanentes. In præſentia enim diuinitatis, p̃ſenti ſemper luce, cernũtur omnia. Aut fortaſſe, ita certum Paulo fuit prædeſtinatos eſſe vocandos, iuſtificandos, glorificãdoſque, vt ad illam certitudinem magnam inſinuandam, tempore præterito, non futuro, non præſenti vti uoluerit. Quid enim certius, quàm præteritum prætterijſſe? In hoc ſolo priuatur Deus, ingenita eſſe quæ genita ſunt. Prophetarum mos eſt, futura omnia vt facta uaticina
Pſ. 18. ri. In omnem terram exiuit ſonus eorũ, & in fines orbis terræ uerba eorũ. Par-
Eſa 9. uulus natus eſt nobis, & filius datus eſt
Pſ. 21. nobis. Foderunt manus meas, & pedes meos, & dinumerauerunt omnia
Ibidem oſſa mea. Diuiſerũt ſibi ueſtimẽta mea, & ſuper ueſtem meam, miſerunt ſortẽ.
Eſa. 53. Ipſe peccata multorum tulit. Et pro trãſgreſſoribus exorauit. Aut certè hæbraiſmus eſt, quo frequentiſſimè præteritũ accipitur pro futuro. Futurum item pro præterito. *Quos ergo Præſciuit, conformes imagine filij ſui.* & ante diffiniuit, quàm præſciret conformes imagine filij ſui. Niſi enim hoc inſinuare uoluiſſet Apoſtolus, ſat erat dicere. *Et diffiniuit.* ὥρισε. Nec dicere oportebat. προώρισε. *Prædiffiniuit*, Vel ante diffiniuit. Intelligitur ergo Prædiffiniuit, id eſt antequam pręſciret, diffiniuit. Hoc uerbo probatur, q̃d ſecundum propoſitum diffiniuit. *Quos autem prædeſtinauit*, vel p̃diffiniuit. *Hos & deinde* in tempore, *Vocauit*. Intelligens ſecundum hoc propoſitum, ad extremum ſaltem. *Et quos vocauit*, ſic, *Hos, & iuſtificauit.* Quia illi ſpõte ſua, parue re uocanti, finaliter. Qui enim ex Deo eſt, uerba Dei audit. Propterea vos non Ioan 8. auditis, quia ex Deo non eſtis. *Quos autem iuſtificauit. Hos*, in iuſtitia ſemper diem extremum claudentes. *Glorificauit.* Nemo enim illorum perit, quia ſic ordinatus eſt, & propterea Chriſto datus, vt non pereat, ſed habeat vitã ęternam. Si enim eorum quiſquam perit, fallitur Deus: ſed nemo eorum perit, quia non fallitur Deus. Sic itaque probatum eſt, diligentibus Deum: Vocatis ſecundum propoſitum, Deum cooperari in bonum: In bonum inquam glorificationis. Nam illi omnes tãdem glorioſi, migrant ad dominum. Illud autẽ verbum, nunc oportet declarare.

Conformes imagine filij ſui. Senſus igitur huius eſt. Chriſtianos oportere inter ſe aſſimilari, conformarique in imagine, aut imaginis ratione, vel ſecundũ imaginem filij Dei Chriſti Ieſu. Licet enim in Græcis codicibus habeatur, τῆς εἰκόνος imagini, debuit tamen in ablatiuo transferri, ſecundum linguæ latinæ proprietatem, *Imagine.* Plerumque enim Græci, genitiuo pro ablatiuo vtũtur. Quæ eſt autem filij Dei imago, mirum eſt uidere quot, & quanta dicunt ab his, qui in ſcirpo nodum quærunt. Imago naturalis filij, ut filius naturalis, id eſt filiationis naturalis, eſt filiatio adoptiua. Imago filij Dei, vt filius Dei, eſt adoptio Dei. Nam quis ignorat, quod ſimilitudo naturalis filiationis, eſt filiatio adoptiua? Secundum hanc ergo adoptionem, nos fratres ad inuicem ſum⁹, & fratres Chriſti: Vnde ſubditur illico. *Vt ſit ipſe primogenitus in multis fratribus.* Conſtat enim hinc euidentiſſimè, nihil aliud Paulũ, per imaginem filij Dei intelligere, niſi adoptionem noſtram, qua omnes nos Chriſtiani, conformes ſumus inter nos tanquam fratres, ean-

dem habentes imaginem filiationis naturalis Chriſti, uidelicet adoptionem, Chriſto quoque conformes ſumus, licet minus. Quandoquidem imago, ſemper deficit ab eo cuius eſt imago. Et ita filiatio adoptiua à naturali. Vult ergo hic dicere Apoſtolus, illud quod alibi
1Cor.15 expræſſius dixit. Quemadmodum portauimus imaginem hominis terreni, portemus & imaginem cœleſtis. Terrenum enim, Adam intelligit: cęleſtem,
Ioan.3. Chriſtum. Iuxta modū loquendi Chriſti. Qui de terra eſt, de terra loquitur. Qui de cœlo uenit, ſuper omnes eſt. Quot itaque præſciuit futuros eſſe filios Dei adoptiuos, antea diffiniuit, vt filij Dei eſſent. Vis autem altius quid de filij Dei imagine intelligere? Ecce. Sicut Adam ſuo peccato, in nobis omnibus imaginem quandam impræſſit, formam ſcilicet qua illi aſſimilamur. (Sumus nanq; omnes natura peccatores, & filij irę, ſicut ille fuit poſt ligni eſum.) Ita Chriſtus, baptiſmali gratia & regeneratione, catacterem nobis cuiuſdam innocentiæ atque candoris imprimit: qui eſt tanquam ipſius imago. Rectè autem imago, & non ueſtigium. Veſtigium enim partem repræſentat, at imago totum. Hinc pedum veſtigia, hominis imaginem dicimus. Non autem partem ſanctificat Chriſtus, ſed to-
Ioan.7. tum. Num legiſtis? Totum hominē ſa-
Deut.31. num feci. Dei enim perfecta ſunt opera. Propterea ergo, imaginem non veſtigium imprimere dicitur. Secundum hanc itaque imaginem, oporteret nos eſſe conformes inter nos, & cum Chriſto, vt deinde illi etiam omnes in gloria conformaremur. Iuxta illud. Cum ap-
1Ioan.3. paruerit, tunc ſimiles ei erimus. Tres itaque imagines habemus. Imaginem ſanctiſſimæ Trinitatis, qua boni natura
Gen.1. ſumus omnes. Faciamus hominem, ad imaginem & ſimilitudinem noſtram. Imaginem terreni hominis, qua mali ſumus culpa & pœna. Imaginem cęleſtis Chriſti Ieſu, qua culpa nunc abolet: pena quoq; abolenda erit. Sequitur.

Vt ſit ipſe primogenitus, in multis fratribus. Nam filius naturalis, prior eſt & dignitate, & dominio, atque hæreditate adoptiuis filijs. Magna autem rōne Chriſtum primogenitū appellat. Quia enim ſupra dixerat, nos eius futuros eſſe cohęredes, ne paritatē intelligeres, nunc primogenituram interponit: cuius iura tam magna ſunt vſq; in hodiernū diem, vt in regnis, in dominijs, in honoribus, ſemper primogeniti proponantur, atq; aliorum quaſi domini uideantur. In ueteri ſiquidem lege, erant primogeniti ſacerdotes omnes, & in paterna hæreditate duplicem portionem habebant. Propterea repræhendit Eſau, Gen.14.
quod uiliſſimo lentis edulio, tantā primogenituræ dignitatem uendiderit. Quod ergo ſimus Chriſti cohæredes, hoc nobis contigit gratia & dono, vel fauore eius, qui nos tāquam æterni patris primogenitus, ad tantam dignitatē admiſit. Cum aūt Chriſtum primogenitum, audis æterni patris, Chriſtum hoīem intellige, qui propter gratiæ plenitudinem, primus filius dicitur, nos ſecundi. Chriſtus.n. vt Deus, eſt vnigeni Ioan.1.
tus, qui eſt in ſinu patris, ſecūdum ęternam illam generationē, de qua Eſaias. Generationē eius, quis enarrabit? Cū Eſa.53.
uero legis, eum Mariæ Virginis primo- Mat.1.
genitum. Peperit filium ſuum primogenitum, inquit Euangeliſta. Ne tibi imponat Heluidius, eum dicas primogenitum, quia ante eum nullus. Non quia poſt eum alius, ex Virgine Deipara natus fuerit. Sicut enim in ſepulchro Chriſti, nec ante, nec poſt cadauer aliquod iacuit: Ita uterus Virginis, nec ante, nec poſt Chriſti partum, quicquam mortale concepit. Tu ergo hic hominis dignitatem conſidera, quem in fratrem Chriſtus haberi voluit. Iuxta illud uerbum. Quicunque fecerit uo Mat.12.
luntatem patris mei, hic meus frater. Pungit autem hoc uerbo Paulus chriſtianos, qui Romæ erant. Quod cum fratres eſſent, pugnarent, diſſiderent, contenderent, bellumque gererent irreconciliabile. Quos enim dedecent magis odia, lites, contentiones, & iurgia quàm fratres? Non vacat autem myſterio, quod Paulus dicit.

In multis fratribus. Et non in frattribus tantum. De his nanque qui ſaluandi ſunt, futurique Chriſti cohæredes, ſermo eſt, vt patet. Spem itaque concipite,

pite, alite, augete Romani. Non pauci erunt, qui ſaluabuntur, ſed multi. Et ſi magno Anſelmo credimus, plures homines beati erunt, quam geniti fuerint ab orbe condito, vſque ad plenitudinem temporis, cum Chriſtus ſe ſe ad terram demiſit. Sed quid Anſelmum quærimus? Nonne teſtimonium illud apertiſſimum eſt Ioannis in
Apo.7. Apocalypſi, quo refert vidiſſe agnum, ſupra montem Sion ſtantem, & cum eo centum quadraginta quatuor millia, qui habebant nomen eius, & nomen patris eius ſcriptum in frontibus ſuis? Et citharizantes angelos, qui cantabant. Hi ſunt qui cum mulieribus, non ſunt coinquinati. Virgines enim ſunt, & ſequuntur agnum quocunque ierit. Hi empti ſunt ex omnibus primitiæ Deo & agno, & in ore eorum, non eſt inuentum mendacium. Sine macula enim ſunt, ante thronum Dei. Nonne eſt & illa hiperbola? Vidi
Apo.ibi. turbam magnam, quam dinumerare nemo poterat, ex omnibus Gentibus, & tribubus, & populis, & linguis, ſtantes ante thronum, in conſpectu agni, amicti ſtolis albis, & palmæ in manibus eorum. Nonne, Diuus Gregorius tenet. Tot homines ſaluandos eſſe, quos angeli remanſerunt?
Dan.7. Scriptum eſt autem à Daniele. Millia millium miniſtrabant ei, & decies centena millies, aſſiſtebant ei. Nonne in Iudæorum populo, vt Gentes mittam.
Apoc 7. Ioannes dicit, eſſe duodecim millia Signatorum, in vnaquaque tribu? Nonne exploratum eſt, implẽdas eſſe ex hominibus, angelorum qui ceciderunt
Pſal.109. ruinas? Iuxta illud. Iudicabit in nationibus, implebit ruinas. Nonne autem ferè innumeri ſunt angeli, qui cum dracone in prælio magno illo,
Apo.12. proiecti ſunt, adeo vt Michaelem cæleſtis militiæ principem, exercitum omnem congregare oportuerit, vt illos debellaret? Nonne Iobus dicit.
Iob.34. Conteret multos, & innumerabiles, & ſtare faciet alios pro eis? Quomodo igitur pauci erunt, qui innumeris ſufficientur reprobis & damnandis? Nonne efficaciter omnes homines dãnauit Protoplaſtus? Quomodo ergo fingi poteſt, vt efficaciter pauculos quoſdam ſaluet Chriſtus Ieſus? Nonne Deo proprium eſt miſereri ſemper & parcere? Non enim vult mortem peccatoris, ſed ut conuertatur & uiuat. Si itaque tam magna turba eſt Ezech.18
perentium, quomodo tam pauca cohors ſaluandorum erit? Nonne tam Ezech.18
facilem fecit Deus pœnitentiæ uiam, vt dixerit. Si impius egerit pœnitentiam à peccato ſuo, vita viuet? Quomodo ergo capere quis poteſt, tam paucos ſaluandos eſſe, ſicut commune vulgus exiſtimat? Nonne miſit Ioan.3.
Deus filium ſuum, vt ſaluaretur mundus per eum? Vnde dicebat. Non ue- Matt.9.
ni uocare iuſtos, ſed peccatores. Non veni mactare, ſed ſaluare. Qua ra- Luc 9.
tione igitur credemus, tàm paucos ſaluandos eſſe? Nonne cognouit figmentum noſtrum: & recordatus eſt, Pſ.102.
quia puluis ſumus? Quomodo itaque continebit in ſinu miſerationes ſuas, vt tàm paucis ignoſcat? Nonne creati ſunt omnes homines, vt ſaluentur? Nemo autem vt pereat. Quo colore ergo decere diuinam bonitatem exiſtimare potes, vt ferè omnes perire ſinat? Nonne dixit omnipotens Abrahæ. Numera ſtellas ſi potes. Sic erit ſemen Gen.32.
tuum? Nonne autem de his, qui verè filij Abrahæ ſunt, loquebatur, qui æſtimantur in ſemine, non ſecundum carnem, ſed ſecundum promiſſionem? Hinc Paulus comparauit ſtellis electos. Sicut ſtella differt à ſtella in claritate, ſic ſanctus à ſancto in gloria. Quo- 1.Cor.15
modo ergo tàm exiguus electorum numerus eſſe poteſt? Paulò, Paulo crede. Multi prædeſtinati ſunt, vt ſint filij Dei, & hæredes, fratres Chriſti Ieſu, & cohæredes. Si Paulo non credis, crede Chriſto. Multi uenient ab Oriente, & Occidente, & recumbent cum Abra- Matt.8.
am, Iſaac, & Iacob in regno cælorum. Et tã multi iuxta Ioannẽ, vt nix numerari poſſint. Id optimè in piſcium captu Apo.7.
rum figuratum eſt. Dicente.n. Petro. In Ioan.21.
uerbo tuo dñe laxabo rethe, refert Lucas, Comprehenderunt piſcium multi- Luc.5.
tudinem copioſam. Ioannes quoq;. Nõ poterãt trahere rethe, præ multitudine Ioan.21.
piſcium. Nec te moueat uerbum illud.

Anguſta

Matt 7. Anguſta eſt porta, quæ ducit ad regnũ
Matt.20. cęlorum, & pauci ingrediuntur per eã. Neque illud. Multi uocati, pauci electi. Tripliciter em̃ declarati poſſunt. Primo quidem, vt intelligantur de Iudæis, nõ
Rom. 9. de Gentibus. Ideo, nanque à Paulo reliquiæ Iſrael vocantur, quia pauci ſunt Iudæorum, qui ſalui fient. Secundo, vt vera ſint de omnibus, pro tempore nondum incarnati uerbi. Illis quippe temporibus omnibus crediderim, ego pauciſſimos ſaluatos fuiſſe. Erat Deus
Pſ.93. enim vltionum Deus. Vnde non niſi o-
1.Pet. 3. cto animæ ab aquarum colluie ſaluatæ
2. Cor. 1. ſunt. At cum miſit filium ſuum, effectꝰ eſt pater miſericordiarum, & Deus totius conſolationis. Tertio. Vt dicatur, reuera non tot ſaluandos eſſe, quot dãnandos. Pauciores enim ſtellæ ſunt cęli, quàm maris arenæ. In ſtellis autem electos figuratos eſſe, in arena vero filios perditionis, nemo neſcit. Cum di-
Gen.17. xit dominus Abraam. Multiplicabo ſemen tuum ſicut ſtellas cęli, & velut arenam, quæ eſt in littore maris. Quis itaque dubitare poteſt, ſi illis hi conferantur, quod non multi erunt? Hinc illud
Abac.2. eſt. Dilatauit infernus animam ſuam, quaſi tàm magnum numerum continere nequeat regio illa, niſi latior fiat. Stul
Eccl.1. torum enim, infinitus eſt numerus. Cum uero multos ſaluandos eſſe intelligis, in ſpem erigi debes, cum plures
Pro.14. damnandos timere debes, vt riſus dolori miſceatur, & exultationi formido.
Pſ. 2. Ita enim dicitur in Pſalmo. Seruite domino in timore, & exultate ei cum tremore. Quantum profectò non ſperare detrimenti eſt, tantum periculi, nimis præſumere. Nemo autem admiretur, ſi plures peribunt, quàm ſaluabuntur, Nam prætioſiora ſemper à uilibus exceduntur, multitudine. Auri copia, minor eſt, quàm plumbi, gemmarum quã lapidũ, uirorũ q̃ hoĩum, bonorũ itaq; q̃ malorũ. Vt hi facilè numerari pñt, illi uero oĩ numero maiores eſſe videantur. Et quid mirum? Qui.n. dãnant̃, ex ſeipſis damnantur, qui ſaluant̃, ex Deo ſaluant̃. Salutem ergo fecit Deus, non
Leuit.19. interitum. Omnia aũt quę ipſe fecit, in numero fecit, ſicut in pondere, & in menſura. Numerati ergo ſunt, qui ſaluandi ſunt: qui pereunt, innumerabiles eſſe cẽſentur, & quaſi ſine numero. Bonus paſtor oẽs ſuas numerat oues. Oues Dei ſunt omnes, qui ſaluãdi ſunt. Non ergo ſunt ſine numero, licet ſint plurimę ſicut ſtellæ cæli. Numerat em̃ Pſ.146.
multitudinem ſtellarum, & omnibus eis nomina uocat. O numerum ſacratiſſimum, omnibus numeris abſolutiſſimum. Dominus Deus patrum noſtrorum, addat ad hũc numerũ multa millia. Hic autem numerus, vt piè credis, nulli hominum exactè notus eſt, nec quotus ſit, neq; etiam qui illi numero compræhendantur. Hinc ſancta Eccleſia orat in collecta ſecreta. Deus, cui ſoli cognitus eſt numerus electorum, in ſuperna felicitate locandus. Sat nobis ſit, quod Paulus docet. Omnes qui Dei Rom. 8.
filij ſunt, conformes ſcilicet in imagine filij eius, præſcitos eſſe, antequam tales eſſent, primumque deffinitos, & numeratos, vt tales eſſent in ſeculo, deinde ad fidem uocatos, per gratiam iuſtificatos, & demum in æterna uita glorificatos. Sequitur.

Quid ergo dicemus ad hæc? Si Deus pro nobis, quis contra nos? Quibus uerbis ꝓbare intendit, quòd Deus cooperatur in bonum omnia, nobis prædeſtinatis, & vocatis diligentibus Deum cum pſeuerantia. Vide autem modum mirabilem, quo procedit. *Quid dicemus ad hæc?* Ideſt, quam reſponſionem contra hæc quæ dicta ſunt, adducere poterimus? Quid inquam cõſolatorijs his ſermonibus reſpondebimus, quibus oſtẽſum eſt nemini, non deſperandum, in tribulationibus? Quandoquidem ratũ eſſe debet, Deo eſſe curæ res noſtras, & omnia (ſi Deum dilexerimus) nobis in bonum cooperari. Quia nos ipſe prædeſtinauit uocandos, iuſtificandos uocauit, glorificandos iuſtificauit, prædeſtinatos, uocatos, & iuſtificatos glorificabit. Dicemus ne, quod cooperatur nobis in bonum, bona, vocationem, iuſtificationemq;, at non omnia, quia non mala? O nos miſeros. Quid illud eſt, qđ nobis obeſſe poſſit? *Si Deus eſt pro nobis?* Inmo quid eſſe poreſt, quod ꝓ nobis non ſit? Si Deus, cuius ſunt omnia, pro nobis eſt? dicemus ne quod pro no

bis

bis eſt Deus, quo ad aliqua, quoad aliqua vero, contra nos?

Qui etiam proprio filio ſuo nō pepercit, ſed pro nobis omnibus tradidit illum, quomodo non etiam cum illo omnia nobis donabit? O potentiſſimum inęſtimabilis charitatis argumētū. Vt ſeruis parceret Deus, filio non pepercit. Cum adhuc inimici
Rom. 5. eſſemus, illum tradidit in mortem, pro nobis liberandis, Ergo qui fieri poteſt, vt non omnia nobis donet? Nihil enim habet filio proprio, hoc eſt naturali, cōſubſtantiali, uerè proprio, ſemper illi coęterno charius: dedit illum quod magis eſt, dabit igitur omnia, quod minus eſt. Et ita ſemper quoad omnia nobiſcū erit, ut ſua inęſtimabili ſapientia, in ſalutem noſtram & probationem cōuerrat, quæ nobis inferūtur afflictationes.
1. Cor. 3 Confidite, confidite. Omnia vr̃a ſunt, ſiue mors, ſiue uita, ſiue præſentia, ſiue futura, nihil eſt quod uobis noceat. Mūdus inquies eſt contra nos, tiranni, & populi, & ciues, & conſanguinei. Ini-
Matt. 10. mici enim hominis, domeſtici eius. Tunc gaudeat chriſtianus omnis. Nanque non ſolum illi obeſſe non poterūt, ſed vel inuiti, coronas intexent, & bonorum innumerabilium cauſa fiēt. An
Iob. 2. ignoras bellicum diaboli apparatū: qui & amicos, & ſeruos, & vxorem aduerſum Iobum commouit, vlceribuſque illum afflixit, non modo contra eum nō fuiſſe, ſed pro eo? Eū profecto illuſtriorem reddidit diuina ſapientia, illi mala omnia, in bonum mirabiliter conuertente. Quia enim Deus ſtabat pro eo, quæ aduerſus illum ſtare uidebantur, & pugnare, pro illo ſteterunt atque pu-
Iob. 17. gnarunt. Hinc ipſe dicebat. Pone me iuxta te, & cuius manus pugnet contra me? Sed quid Iobi exempla quærimus? Paulum admirare, vnicè toti orbi admirabilem. Ter enim uirgis cęſus, ſemel lapidatus, ter naufragium pertulit, in laboribus plurimis, in fame & ſiti, in frigore & nuditate, in carceribus abundantius, in plagis ſupramodum, in mortibus frequenter, fuit. Quid tamen illi hæc omnia nocuere? Immo quid illi, non profuere ſingula? His enim, quæ contra eum eſſe uidebantur, inſignis, præclaruſque effectus eſt, atque apud Deum & homines præ cæteris ſingulariter venerandus. Nunquam illi Iudęorum præceps ſinagoga, nunquam Gentium furor, nunquam Neronis impietas, tantum potuiſſent illi prodeſſe officio, quātum profuere odio. Minus opitulantur mihi crede Roma, Deum piè colentibus, qui benefacere ſtudent, q̃ qui aduerſus illos, grandia machinantur. Hæc de malis quæ perpetimur, dicta ſint. De malis autem quæ facimus, dubitas ne, quod uertantur in malum? Audi eundem Apoſtolum diſſerētem, & docentem, quod neque ea nobis obeſſe poſſunt, vt omnino oſtendatur, nihil eſſe, quod diligentibus Deum perſeueranter, nocere poſſit, quia diuino fauore in cunctis iuuantur. *Quis accuſabit aduerſus electos Dei? Deus qui iuſtificat, quis cōdemnans? Chriſtus Ieſus qui mortuus eſt, Immo qui & ſuſcitatus eſt. Qui & eſt in dextera Dei, qui & intercedit pro nobis?* O rationem fortiſſimam. Si peccata noſtra nobis officiunt, hoc ideo eſt, quia pœnam peccantes promeremur. Sed ubi iudex eſt, cuius calculo rei declaremur? Iudex hominum Deus eſt. Verum Deus ipſe, qui nos uocauit, uocatos iuſtificat, non modo peccata delet, ſed iuſtos conſtituit, abſoluit à pœna, dignos reddit prę mio, quæ ædificat non deſtruit, quæ plantat non euellit. Si ergo nos iuſtificat, non condemnat. Iudicium inquies Chriſto delegauit. Ille nos condemnabit, quod ei rebelles fuerimus, etiam uocati, millieſq; ipſum cō culcauerimus. Verum quo pacto, pęnæ Chriſtus nos addicere poterit, qui tam impensè nos dilexit, vt pro nobis mortuus ſit, uitamq; illam ſanctiſſimā, pro eis etiam, qui eum cruci affixerunt exalare voluerit? præces cum lachrimis
fundens ad patrem, ut illis parceret? Bo Heb. 5.
ne Deus, quomodo poterit nos condēnare Chriſtus Ieſus, qui tertia die à morte reſurgens, ſeſe glorioſum oſtendit, vt nos omnes in reſurrectionis & uitæ immortalis, ſpem viuam erigeret? Quomodo Chriſtus poterit non nobis miſericors eſſe, qui in cęlum aſcendit,
nobis pandens iter: ſedetque ad dexte- Mich. 2.
ram Dei, & nobis locum parat, vt ubi il-
le eſt, & nos ſimus? Quomodo demum Ioan. 14.
Chriſtus

Chriſtus, contra nos ſententiam ferre poterit, qui ſemper noſtras cauſas tuetur, qui aduocat⁹ noſter eſt indefeſſus, qui vultui paterno, latus & vulnera continenter oſtendit, quæ pro nobis in cruce ſuſtinuit, vt ille ipſius amore, noſtri miſereatur? Abſit. Abſit, vt peccatis noſtris, vel præteritis, vel præſentibus, vel futuris, à Chriſto Ieſu condemnari timeamus. Deus autem nos abſoluet. *Si* ergo *Deus*, & Chriſtus homo, *Pro nobis, quis contra nos?* Accuſator eſſe poterit ſathan, qui noſtræ gloriæ ſemper inuidit, ſed quid poteſt accuſator contra reum, ſi iudex fauerit illi? Quid cōtra adulteram egere phariſæi? Nos natura rei & filij iræ ſumus, at iudicē Deū, delegatumque Chriſtum pro nobis habemus, non noſtris meritis, ſed diuina benignitate. Quid ergo poterit accuſator noſter? Eijciet illum, dicetque ei conterere. Audi Ioannem. Proiectus eſt accuſator fratrum noſtrorum, qui accuſabat eos ante conſpectum Dei. Propterea Paulus Apoſtolus, cum dixiſſet.

Ioan. 8.

Deut 33. *Quis accuſabit aduerſus electos Dei?* Non illic conſtitit, quippe qui ſciebat accuſatorem adeſſe, ſed progreſſus eſt, vt oſtēderet neminem eſſe condemnantem.

Apoc. 12. Et id efficaciter probat, peccata noſtra nobis minime nocere, ſi etiā mille ſint accuſatores, modo Deus nos iuſtificet. Pelle deſperationem ergo Roma, ſpera te omnes ſaluatos iri. Nihil enim hac

1. Cor. 9. ſpe vtilius eſſe poteſt. Qui nanq; arat, debet in ſpe arare, fructus percipiendi, inquit Paulus. Spes enim eſt gaudij & delectationis mater. Delectatio autem perficit opus, & coauget. Verum caue, ne ſit nimia ſpes, & iam non ſpes, ſed præſumptio fiat. Iunge ſpei timorem. Vbi enim ſecuritatem parit ſpes, ſollicitudinem gignit timor. Facitque hominem attentius, diligentiuſque cōſiliari & operari. Vt nanque Deus ſit ſemper pro nobis, noſque inſtantibus etiam omnibus accuſatoribus, ſuo iudicio ſemper iuſto, abſoluat & iuſtificet, vt iuſti ad extremum reperiamur, quātumuis prædeſtinati, & gratia pleni ſimus. Non mihi dicas, noſtram operam neceſſariam non eſſe. Error eſt, hæreſis eſt, impietas eſt. Ecce beatus Apoſtolus, iam Chriſto acquiſitus, iam vas electionis effectus. Nequaquam ocio manus relaxat ſub ſpe prædeſtinatiōis, & gratiæ, ſed cum Dei beneficijs, conatus ſuos iungit. Caſtigo (inquit) corpus meum, & in ſeruitutem redigo, ne cū alijs prædicauerim, ipſe reprobus efficiar. Ecce, ecce iam partis dextræ miles eſt, & tamen periclitari metuit: iam probatus, quomodo reprobari pertimeſcit electus? Iam uictoriam in manibus habet, & necdum arma deponit, iam ad triumphum productus eſt, & adhuc incertum formidat euentum. Quæ cū ita ſint, proſpice te non cōtra infirmam quamcunque perſonam, ſed cōtra ſum mi Apoſtoli doctrinam, impij erroris armis inſurgere. Chriſtoque, qui in eo loquebatur, contradicere: qui totum diuinæ electioni adſcribens, libero arbitrio locum haudquaquam relinquis, & ſpe diuinæ gratiæ fretus, tam ſalutiferū timorem abijcis. Cum enim Pelagij impietatem uitare neſcis, ad Manichæorū dogma non minus peſtiferum declinare videris. Stet, ſtet Prædeſtinatio, vel Electio, diuinæq; gratiæ fauor immodicus, at liberi arbitrij conatus omnes, minimè corruant. Quantum enim periculi eſt, de nr̄o labore, timore abiecto præſumere, tantum detrimenti eſt, in ſpe diuinæ gratiæ, non laborare. Hinc dictum eſt. (Quod ubique notādum erit) cooperari Deum, nō operari, vt primas partes ſoli gratię, piè ſubiectus Apoſtolus adſcriberet, medias nr̄o labori deputaret, vtrumque in conſumatione cō iungeret. Iuxta doctrinam quam alibi prodidit. Gratia Dei ſum, id quod ſum. Et gratia eius in me uacua non fuit, ſed abundantius laboraui, non ego, ſed gratia Dei mecum. Vides quomodo ægregiè, quæ prius ſigillatim diſtincta protulerat. Gratia Dei ſum, id quod ſum. 1. Cor. 15
Gratia eius in me uacua non fuit, abundantius laboraui, in ſermonis fine connectit? Gratia Dei mecum. Non ego ſine gratia: non gratia ſine me. Sed gratia Dei mecum. Si itaque hoc loco ſpem & gratiam tantum extollit, electionemque & diuinum fauorem, labor noſter ſupprimitur, non negatur, Secundum illam regulam, quam antiſtes nr̄ Auguſtinus

Ibidem

ſtinus inſinuat. Nõ omnia quæ tacent,
negantur. Quàm frequenter & noſtro
arbitrio, in ſacratum paginis ſcriptura-
rum, totum dari uidemus? vt nihil gra-
tiæ, nihil prædeſtinationi, nihil Deo tri
Pro 4. buatur? Omni cuſtodia ſerua cor tuũ.
Pſ. 118. Inclinaui cor meum, ad faciendas iuſti-
Matt. 3 ficationes tuas in æternum. Rectas faci
te ſemitas Dei noſtri. Cuſtodite animas
Hier. 48. veſtras. Sancti eſtote. Venite ad me qui
Leuit. 19. laboratis, & onerati eſtis. Facite uo-
Matt. 11. bis cor nouum. Nolite obdurare cor-
da ueſtra. Poteſtatem habens ſuæ vo-
luntatis. Aperi mihi. Cohibe linguam
Ezech 18 tuam à malo. Hominis eſt præparare
Pſ. 94. animam. Reliquit hominem in ma-
nu conſilij ſui. Vbi hic gratia, ò Gratia-
ni? Vbi Prædeſtinatio, ò Prædeſtina-
tores? Num tamen quia tacetur, nega-
1. Cor. 7. tur? O Pelagiani? Tacetur, non nega-
Cant. 5. tur. Alibi autem exprimitur. Domi-
nus cuſtodiat corda ueſtra, & intelligẽ-
tias ueſtras. Inclina cor meum, Deus
Prou 25. in teſtimonia tua. Non eſt hominis
Prou 27. via eius, nec uiri vt ambulet, & dirigat
Eccl. 15. greſſus ſuos. Dominus cuſtodiat in-
troitum tuum, & exitum tuum. Elegit
nos vt ſancti eſſemus. Nemo venit ad
Philip. 4. me, niſi pater meus, qui miſit me traxe-
Pſal. 118. rit eum. Cor mundum crea in me
Deus, & ſpiritum rectum innoua, in ui
Hier. 10. ſceribus meis. Auferam ab eis cor la-
pideum, & dabo eis cor carneum.
Pſ. 120. Deus operatur uelle & perficere. Ada-
Eph. 1. periat dominus cor ueſtrum. Domi-
Ioan. 6. ni eſt gubernare linguam. Præpara-
tur uoluntas à domino. Cor regis in ma
Pſ. 50. nu domini eſt. Num ergo quia hic ta-
cetur liberum arbitrium negatur? Ta-
Ezech. 36 cetur non negatur. Quæ enim pugnã-
Philip. 2. tia maior iſta? Omni cuſtodia ſerua cor
2. Mac. 1 tuũ, Dominus cuſtodiat corda ueſtra?
Prou. 16. Inclinaui cor meum. Inclina cor meũ
Deus? Rectas facite ſemitas ueſtras.
Pro. 21. Non eſt hominis, vt dirigat greſſus ei⁹?
Sancti eſtote. Elegit nos vt eſſemus
ſancti? Venite ad me omnes. Nemo
venit ad me? Spiritus ſanctus pu-
gnantia non docet. Vel ergo altera
pars, à Spirito ſancto non eſt. Vel cer-
tè non pugnant. Pugnant autem ſi to-
tum das gratiæ, nec conciliari poſſunt.
Item ſi totum libero arbitrio. Aſſere-

re itaque oportet, & gratiæ uirtutem,
& humanæ uoluntatis aſſenſum. Si-
ne qua, nec electis omnia, in bonum
cooperantur. Caue ergo pernicioſam
hanc ſecuritatem. Chriſtus mortuus Rom. 8.
eſt pro nobis, Immo & reſurrexit, ſe-
det ad dexteram patris, interpellat pro
nobis, igitur nihil mihi timendum.
Cur non legis & illud. Quanto putatis Heb 10.
deteriora mereri ſupplicia, qui filium
Dei conculcauerit. Et ſanguinem te-
ſtamenti, in quo ſanctificatus eſt, pollu-
tum duxerit? Multi dicent mihi in il- Matt. 7.
la die. In nomine tuo dęmonia eie-
cimus, virtutes fecimus multas, &
ego reſpondebo illi. Nunquam noui
vos. Diſcedite maledicti? Mihi crede in-
ſanit, qui de prædeſtinationis ſecurita-
te ſibi blanditur, dicens. Si ſum præde
ſtinatus, quis poterit facere, vt non ſal-
uer? O furor, furorum omnium no-
uiſſimus. Oportet operari, ſi uis ſal-
uari. Neſcio Roma. Aut vbi, aut quã-
do, electo vel prædeſtinato otiari, vel fe-
riari liceat. Cum etiam in paradiſo, pri-
mo illi homini prædeſtinatiſſimo, ope- Gen 2.
rari iubeatur. Dicet forte, qui ama-
ritudinis virus dulcedinis fraude ob-
ſcurat. Ideo operandum eſt, quia
ex qua parte ſimus, ignoramus: puta-
biſque, tu ipſe qui audis, rationabili-
ter, ſapienterque reſponſum fuiſſe.
Sed mel eſt quod in labia aſcẽdit, fel qđ
deſcendit in uiſcera. Quid operari ꝓ-
derit, O bone frater, ſi non recipit ele-
ctorum dextera periculum, vel repro-
borum ſiniſtra profectũ? Licet n. ad quã
partem ſim deputatus, ignoro: vtramq;
tamen ſi uerum eſt, quod ais, defixam
eſſe, & immutabilem ſcio. Quid igitur re-
fert, ſi nondum locum noui meum, cũ
tñ definitiſſime nouerim, in harum una
conditionum omnimode me eſſe con-
ſtitutum? Cur orationibus, operibuſq;
pijs pulſare Deũ, me debere prædicas,
ſi aperiendum mihi eſſe deſperas? Præ-
deſtinatis ad uitam, neceſſaria oratio nõ
eſt: Deputatis ad mortem, prodeſſe non
poteſt. In iſto itaque ſuperuacua, in
illo infirma, vtrique inutilis erit. Be-
neficia enim orationis, qui in acquiſi-
tione prædeſtinationis eſt, nõ requirit.
Qui uero in ꝑditionis parte, nõ recipit.
Cur

Cur ergo Chriſtus, qui exorandus eſt, orationis formam inſtituit, & orauit? Matt.6. Cur orare tam neceſſarium eſſe dixit? Mar.13. Vigilate omni tempore orantes, vt digni habeamini fugere iſta omnia, quæ futura ſunt, & ſtare ante filium hominis. Et iterum. Hoc genus dæmoniorũ, non eijcitur, niſi in ieiunio & oratione. Indubitáter agnoſcite ea, quæ imminẽt, mutari poſſe. Et contra Neotericos hoſce pſeudo Paulos, credite quod de ſalute ad perditionem, & de perditione ad ſalutem transire poſſumus. Verum nemo eſt inquit Paulus, qui condemnet electos. Fateor, ſi Deus illos ad extremum iuſtificauit. At ponit hypotheſim, dicis. Deus iuſtificat. Concedo. Sed quomodo iuſtificat? Sine nobis? Abſit. Petit enim dominus. Vis ſa Ioan.5 nus fieri? Prædeſtinat nos ſine nobis. Vocat ſine nobis, at non iuſtificat ſine nobis, neq; item glorificat, ſine nobis. Nos uero iuſtificare uolenti, obſiſtere poſſumus. Neque enim cordis humani cõſcius, uolũtatem ipſius quem ſanaturus eſt, interrogaret, niſi noſſet quantũ ipſe plaſmator & curator illi indiderit. Nequaquam ergo electos, Deoque chariſſimos, cõdemnari non poſſe, affirmãdum eſt, niſi per hiperbolã. Vt *Si Deus pro nobis eſt, quis contra nos?* exclamabis. Ecce mortiferum ſuccum, ſub hoc dulci poculo propinatum. Caue ne bibas Roma. Et ſi bibetis, euome. Nemo eſt, neque eſſe poteſt contra electos, pro quibus eſt Deus. At ipſi uni contra ſeipſos eſſe poſſunt. Id Paulo ſat eſt, quo diuini fauoris efficaciam extollit: neq; carnem, neque diabolum, neque mundum poſſe te de manu Dei eripere. At non id ſequitur, vt omnino perire non poſſis. Quippe quia tu ipſe prædeſtinatus, præſcitus, uocatus excidere potes, vt iuſtificationis finalis gratiam ammittas, & glorificationis. Hinc & Chriſtus optimus diuinorum arcanorum ma- Ioan.10 giſter dicebat. Quod dedit mihi pater, maius omnibus eſt: & nemo poteſt rapere de manu mea. Non item dixit. Nemo poteſt excidere. Neque tamen dicas, Non ergo Paulus in ſpem certam, & uiuam nos erigit, ſi non abſolutè docet nos condemnari non poſſe. Non ne enim ſpem maximam concipere debent vniuerſi, id intelligentes, quod Paulus vbique docet, & hic potiſſimè, chriſtianorum neminem perire poſſe, niſi ex ſeipſo ſibi mortem præ vitam eligere maluerit? *Si enim Deus pro nobis, quis erit contra nos?* cuius conatus, vel tantillum obeſſe poſſint, modo nos ipſi à Deo, qui pro nobis eſt, non deſciſcamus. Fiatque noſtra opera, vt iam nõ pro nobis, ſed contra nos ſit? Et dicat tãdem. Quoties uolui congregare filios Matt.13. tuos, quemadmodum gallina congregat pullos ſuos ſub alas? & noluiſti. Relinquetur uobis domus ueſtra deſerta. Nulla itaque eſt ratio, vt timeamus condẽnationem, niſi ex noſtra natura ſuapte ad malum prona uoluntate undiq; ſperandum eſt. Diuina miſericordia iu Iac.2. dicium ſuperexaltat. Chriſtus interpellat pro nobis. Aduerſa omnia opitulantur. Angeli pro nobis ſunt: rabies dæmonum non præualet. Hinc tantum timẽdum eſt, quoniam ex nobis cadere poſſumus. Iccirco cum timore adnitẽdum eſt, ne labamur. Qui non timet, de ſe præſumit. Spem docet Paulus: at & dedocet temeritatem. Vnde inquit. Qui ſtat, videat ne cadat. Cum timo- 1.Cor.10 re & tremore, ſalutẽ ueſtram operamini. 2.Cor.5. Vt quid cum timore & tremore, ſi cadere nõ poſſunt, qui prædeſtinati ſunt? Video in Geneſi dicere Deum ipſi Ia- Gen.28. cob. Ecce ego ero tecum; & ſeruabo te in omnibus in quibus ieris, & reducam te in terram iſtam. Et nihilominus ſcriptum eſt. Et timuit Iacob valde, quoniam dubitabat ne forte peccatum aliquod perpetraſſet in domo Laban, quod diuina infregiſſet promiſſa, vt dixit Rabbi Moſes, Hadarſan. Moſi quoq; ab initio dixit Deus. Ego ero tecum. Et ta- Exo.2. men legitur. Et timuit Moſes valde, in libro Numerorum. Hi ergo, qui tam firmam ſecuritatem acceperant ſine cõditione omnino, & tamen timent, oſtẽdunt nobis ſemper timendum eſſe, niſi velis eos incredulitatis potius, & infidelitatis nota repræhendere. Vnde illud Prou.28. eſt. Beatus qui ſemper eſt timoratus. Securus eſt Deus, de ſuarũ ouium numero, quia illi cunćta præſentia ſunt; & fienda non aliter, quàm facta nouit.

Verum

Verum nos nequaquam ſecuri ſumus, nec eſſe poſſumus. Nobis ergo timendum eſt ſemper, quia de futuris cõtingentibus, nulla nobis eſt determinata ueritas. Securitatem vero illam Dei, in ſcriptura ſacra, Spiritus ſanctus per librum uitæ inſinuat. Metaphoricè.n. dicitur, in intellectu alicuius ſcriptum, quod firmiter memoriæ illius hæret.

Pro. 3. Iuxta illud. Ne obliuiſcaris legis meæ, & præceptorum meorum, deſcribe illa in tabulis cordis tui. Nam & uerè in libris materialibus ſcribimus, quò memoriæ labilitati ſuccurramus. Ipſa ergo Dei notitia, firma, ſecuraque & indelebilis, quam habet de his, qui prædeſtinati ſunt, quod ſunt ſaluandi, Liber uitæ dicitur. Et ſicut Reges, qui in libris ſuis milites, vel cõſiliarios ſuos ſcribũt, qui olim patres conſcripti dicebantur, illam ſcripturam habent pro ſigno quodam memoriali eorum, quæ circa eos conſcriptos agenda ſunt. Ita hæc Dei notitia, eſt liber uitæ, & quaſi ſignum quoddam, quo dominus illos ſuos nouit electos, & quid circa eos agendum ſit. Quia ſcilicet gratia eſt conferenda, ut ad gloriam feliciter perueniant. Iux

2. Tim. 2 ta illud Pauli. Firmum fundamentum Dei ſtat, habens ſignaculum hoc. Nouit dominus qui ſunt eius. Differt itaque hac ratione, liber uitæ à prędeſtinatione, quia eſt notitia prædeſtinationis, & ſecuritas quam habet Deus, de præ-

Ioan. 10. deſtinatis ſuis. Propterea dicit̃ de Chriſto, quod uocat oues ſuas nominatim, & educitque eas ad æternam uitam: non autem faceret, niſi de prædeſtinatis o-

Matt. 5. uibus ſuis ſecurus eſſet. Vnde dicit eis. Gaudete, quia nomina nr̃a ſcripta ſunt in cęlis.

Duo tantum ſuper Apoſtoli uerbis, conſideranda ſunt. Primum eſt illud. *Qui proprio filio non pepercit, ſed pro nobis omnibus tradidit illum.* Ingerere enim uidetur non paruum dubium. An De^9^ nos magis, q̃ Chr̃m dilexerit, cum pro

Matt. 17. nobis omnibus illum tradiderit. Et dicendum eſt. Quod non. Neque enim

Ioan 3 incaſſum dixit ſummus Pater. Hic eſt filius meus dilectus. Amoris excellentiam ſignificans. Vnde & illi non dedit

Ioan. 1. ſpiritum ad menſuram, ſed impleuit illum: & de plenitudine eius nos omnes accepimus. Amplius. Dedit illi nomẽ, quod eſt ſuper omne nomen, vt in nomine Ieſu omne genuflectatur. Adhuc. Primogenitus erat. Peccatumq; non fecit, nec dolus inuentus eſt in ore eius. Quo colore itaque fingi poteſt, vt nos magis, quàm Chr̃m dilexerit? Ne dum, vt Deum, ſed vt hominem. Et expreſsè conſtat, eum plus, quàm omnes creaturas ſimul dilectum fuiſſe. Siquidem illi data eſt omnis poteſtas in cęlo, & in terra. Signum autem dilectionis, exhibitio eſt operis. Dubium uero hinc naſcitur, quia uerbum illud, *Tradidit*, quod Apoſtolus hoc loco uſurpat, non benè intelligitur. Si contra Chr̃i uoluntatem traditus fuiſſet à patre, pro nobis liberandis, inuicta ratione concluderetur, eum minus dilectum fuiſſe. At quia uolentem pro nobis pati tradidit, ut ſecũdum ſuam uoluntatem pateretur. E cõtra, oſtenditur illum magis fuiſſe dilectum, magis inquam ſecundum bonũ illud, quod maius eſt, ſecundum bonũ ſcilicet honeſtũ. Magna enim fuit Chr̃i virtus, immenſaque charitas, vt pro hoſtibus ſuis mori uellet. Iuxta illud. Commendat Deus charitatem ſuam in nobis, quia cum inimici eſſemus, Chr̃s ꝓ nobis mortuus eſt. Plus itaque dilexit Deus hanc Chriſti nimiam virtutẽ, quàm uitam eius corporalem. *Tradidit*, ergo illum, vt ingentis animæ prodigus moreretur. Quo hæc ipſius charitas, in actum prodiret exterius, mundoque eluceſceret. Adde. Quod & ex ipſius morte, glorioſior effectus eſt. Iuxta illud Eſaiæ. Principatus ſuper humerum eius. Non itaque nos magis dilexit, ſed in Chr̃o magis dilexit Deus, quod plus diligendum erat. Omne enim ſimile, ſuum ſimile diligit. Quo igitur magis ſimile, magis diligit. Illud vero Deo ſimilius, quod melius. Illud ergo magis à Deo diligitur. Modum autem, quo De^9^ tradidit Chr̃m in mortẽ, breuibus accipe. Primo. Ab æterno prædeſtinauit, præuiſo Adę peccato, vt incarnatus filius, ad eum abolendum pateretur. Iuxta illud. Poſuit in eo iniquitatem oĩum noſtrum, & uoluit eum cõterere in infirmitate. Secundo. Inſpirauit ei uolũ-

tatem

Philip. 2. 1. Pet. 2. Matt. 28. Rom. 5. Eſa. 9. Eſa. 53.

tatem pro nobis patiēdi, charitatem ardentiſſimam illi infundendo. Quid em̄
1.Cor.4 habes, quod non accepiſti? Hinc illud.
Eſa.53. Oblatus eſt, quia ipſe uoluit. Voluit em̄ vt Deus, eadem uoluntate qua pater, ut homo, uoluntate à patre inſpirata. Tertio. Poteſtati perſequentium illum expoſuit. Iuxta illud, quod ipſe dicebat.
Pſ.21. Deus Deus meus, quare me dereliquiſti? Hoc itaque Apoſtoli uerbo.

Proprio filio non pepercit; ſed pro nobis omnibus tradidit illum. Oſtenditur, & Dei ſeueritas, qui peccata noſtra noluit impunita relinquere. Ob id enim dicit. *Non pepercit filio ſuo.* tanquam ſeuerus: Et Dei bonitas oſtenditur, atque miſericordia. Quia cum homo ſufficienter ſatisfacere non poſſet, ſatisfactorem dedit ipſe. Propterea ſubiungit. *Sed pro nobis omnibus tradidit illum.* Crudelis uidetur herus ille, qui à ſeruo pluſquam poſſit, exigit, niſi det ei, unde poſſit. Cum itaq; homo nullus, nec ſimul omnes, ſatis Deo ſacere poſſent, pius miſericordiarum pater, filium ſuum hominem induit, qui id poſſet omnino. Vnde & illum occidi voluit, vt quod poterat, re ipſa expleret, atque perficeret. Propterea ipſe dicebat moriens. Con-
Ioan.19. ſummatum eſt. Habes itaque, quomodo Chriſtum Deus tradidit. Verum quia & legimus, eum à Iuda, à Iudæis, à Pilato quoque traditum fuiſſe. Dicitur
Ioan.19. enim à Ioanne. Iudas erat eum traditu
Matt.26. rus. Et tradidit ipſum Pilatus, vt crucifigeretur. A Pilato. Gens tua & Pontifices tui, tradiderunt te mihi. Memēto.
Ibidem. quod Iudam ex cupiditate illum tradidit. Iudæi ex inuidia. Pilatus ex timore mundano, quo Cæſarem timuit. Deus autem ex charitate, vti & ipſe ſeipſum. Ita fit, vt eadem actio, ſecundum quod ex diuerſa radice procedit, diuerſas ſortiri rationes, vt & bona, & mala merito dici poſſit. Neque dicas, Id fecere Iudæi, Pilatus, & Iudas, quod fieri Deus volebat. Id enim uerum eſt, ſed non eodem modo fecerunt, quo id fieri uolebat. Conformitas autem noſtræ uolūtatis ad diuinam, nō eſt ut nelimus, qđ ille uoluerit, ſed ut eo modo velimus, quo uult nos velle.

Secundum conſiderandum, illud eſt. *Interpellat pro nobis.* Hinc enim ſequitur, quod & Sancti interpellant. Nam ſi ipſis interpellare derogat, multo magis Chriſto derogabit, quo ipſe eis excelſio extitit. Si uero illi ob ſummam dignitatem, id conueniat illis conuenire nequaquam poſſit, quod lōge ab eo deficiant: cur uiuentes, ſeipſis longe minores, pro inuicem orabāt? Error. Error eſt mihi crede, dicere. Sanctos non orare pro nobis. Hinc illud domini verbū.
Si ſteterint Moſes & Samuel corā me, Hier.15.
non eſt anima mea, ad populum iſtum. Hoc nanque loco euidentiſſimè oſtenditur, ſanctos pro viuentibus orare. Neque enim dixiſſet. Si Moſes, & Samuel ſteterint coram me: Niſi mos eſſet, ſanctis pro nobis orare atque interpellare. Sequitur.

Quis nos ſeparabit à charitate Dei? Tribulatio? an anguſtia? an perſequutio? an fames? an nuditas? an periculum? an gladius? (Sicut ſcriptum eſt, quod propter te mortificamur tota die, reputati ſumus, vel iudicati, *ſicut oues occiſionis.*)

Admiramini hanc Pauli texturā quæſo omnes. Propoſuerat enim Scimus, qđ diligentibus Deum, ſecundum propoſitum uocatis, Deus ipſe ad bonum omnia cooperatur. Oſtēdit hactenus, quoſdam ſecundum propoſitum vocari, illiſque Deum omnia ad bonum cooperari. Hicque conſtitit: & nec verbum quidem de diuina dilectiōe dixit, adeo vt plerique occaſione accepta grauiſſime hallucinati ſint: Pauli mentem exiſtimantes eſſe, rei omnis ſummā, in prædeſtinatione conſiſtere: & penes nos nihil oīno. Magna ergo aſtutia ad illud, diligentibus Deum, modo reuertitur, quo nos nutātes, in diuina cōfirmet dilectione: oſtendatque, quod niſi Deum toto corde, & perſeuerāter dilexerim⁹, incaſſum ſunt omnia, & prænoſci, & prædeſtinari, & uocari. Nanque præſciti, p̄finiti, uocati non iuſtificabimur, quandoquidem nō iuſtificatur quis, niſi per fidem, quæ per dilectionem operatur. Et ſi non iuſtificabimur, neque glorificabimur. Non itaque in bonum nobis omnia cooperabuntur, quoniā qui nō
diligit, manet in morte, & ira Dei eſt ſu 1.Ioan.3.
per eum. Qui igitur totum prædeſtinationi,

tioni, & uocationi adſcribere ſolēt, an-
ſam ex dictis accipientes, quibus diui-
ni fauoris efficacia tātum data eſt: Nūc
vel audiant, vel legant Apoſtoli uerba,
de diuinæ dilectionis neceſſitate diſſe-
rentis, & mecum concludent vel in-
uiti, quod omnino oportet comitem
indiuiduam diuinæ electioni, & uoca-
tioni, noſtram iungi uoluntatem, vt
Deum perpetuo diligamus. Ne au-
tem diligere Deum ſemper, impoſſibi
le, aut difficile tibi uideatur, oſtendit id
eſſe admodum facile, modo velis. Ni-
hil enim eſt, quod te à diuina dilectio-
ne auellere poſſit. Attende autem
modum. Non enim dicit. Et debemus,
& poſſumus diligere Deum ſemper,
ſed admirabūdi more prodit in mediū,
velut cœleſti numine raptus, diuino-
que actus furore, & inquit. Poſtquam
magna eſt cura Deo de nobis omnib⁹:
Poſtquam tam impēſe nos diligit: Poſt-
quam nobis filium chariſſimum dedit,
& cum illo dabit omnia. *Quis nos ſepa
rabit à diuina dilectione?* Quis inquam
adeò præualebit, vt nos illius ui, Deum
diligere deſinamus? Certè ſi quantum
nos dilexerit, conſideremus, nihil eſt
quod ullo unquam tempore, nos à Dei
amore auellat. Si aliquid eſſet, quod
poſſet efficere, ne Deum diligeremus,
id maximè uitæ huius amor exiſteret.
Nemo enim carnem ſuam vnquam o-
Eph. 5. diohabuit. Ipſe uero dixit. Qui non
Mat. 10 odit animam ſuam propter me, non eſt
me dignus. At longe plus diuini po-
teſt amoris flamma, qua ſuccendimur,
quàm amor carnis huius. Vis uidere?
Quæ carni, & uitæ noſtræ nocent, ſunt
hæc. *Tribulatio*, cruciatus ſcilicet cor-
poris. *Anguſtia*, ideſt mentis anxietas.
Perſecutio, qua de loco ad locum fugere
oportet. *Fames*, ciborum penuria.
Nuditas, quam ſequitur algores & cau-
mata, imminentia mortis pericula. *Et
gladius*. Mors ſcilicet ipſa uiolenta.
Hoc enim paulino ſeptenario, uexatio-
num, moleſtiarūq; tricas innumerabi-
les compræhendimus, uincula, carce-
res, exilia, charorū ammiſſiones, crimi-
nationes, callumnias, odia, liuores, &
uiolentiora quæq;, quæ mentis conſtan
tiam turbare ualeāt. Fortaſſe ergo diffi-

cile uideretur, metu & ui omnium ho
rum, carne reluctante, à diuino amore
nequaquā diſcedere. Sed hæc, & om-
nia ſimul, & ſingula inquit Apoſtolus,
Non poterunt nos ſeparare à diuino amore.
Vt ſcilicet horum metu, Deum quem
diligimus, diligere deſinamus. Non
modo enim ſuperamur. *Sed in his om-
nibus ſuperamus per eum, qui dilexit nos.*
Non modo nos Apoſtoli, qui primitias
ſpiritus habemus: ſed & Chriſtiani om- *Rom. 9.*
nes, (modo Deum uerè diligamus,) om
nia hæc mala ridemus, contemnimus,
vincimuſque, illum mentis aciè fiſſa in- *Rom. 11.*
tuentes, qui primum dilexit nos, ante-
quam nos eum diligeremus, pro nobiſ-
que tantam contradictionem ſubſti- *Heb. 12.*
nuit aduerſus ſemetipſum, confuſione
contempta. Magnaque cura & diligē-
tia, prouidet rebus noſtris, & mala om-
nia in bonum uertit. Difficile igitur, nō
eſt, qui diligit Deum, in dilectione pſe-
uerare. Et certe. Qui Deum amat, ſi
duo hæc conſiderauerit, & quod non
hominum gratia, ſed propter regem re-
gūm, hæc mala perpetitur: Et quod illi
cura de ipſo eſt, non modo immenſum
hoc malorum omnium pelagus, nō for
midabit, ſed ad noua ſemper pericula
ſubeunda, ad nouas impugnationes fe-
rēdas, ad innumeras tragœdias pmerē-
das, audētior ſemp fiet. Inditio eſt Vincē
tius martyr, & Chr̄i athleta, qui in mar-
tyrio poſitus dicebat. Ecce iam in ſubli-
me agor: Hoc eſt. n. uerè ſuperuincere,
vt habet textus Græcus. ὑπερνικῶμεν.
Vincimus nanq; tormenta, cum ab eo
pro cuius amore perpetimur, nequaq̄
auellimur. Superuincimus, cum æque
ac ad epulas inuitati, gaudentes & læti
currimus ad pbra, ad martiria, ad mor-
tē. Et iuxta Paulū, gloriamur in tribula- *2. Cor. 11*
tionibus. Qd illi ſanè faciebāt, quib⁹ di- *Philip. 2.*
cebat Paulus. Vobis donatū eſt, non ſo-
lū, vt credatis in eū, ſed vt patiamini p
eo. O felices illos, qui hoc Dei eximiū
donū cognoſcūt. Quē. n. diligit dn̄s ca- *Heb. 12.*
ſtigat, flagellat āt oēm filiū, quē recipit.
Vide filiū illū propriū, & conſubſtātia-
lē, quot flagellis affecit, quot pbris, quot
maledictis, q̄ morte, quo ſupplicio. In-
ter oēs dei filios, ille vn⁹ fuit ſine pctō,
nemo tn̄ ſine flagello. Illa ergo parēthe- *Pſal. 44.*

ſis.(*Sicut ſcriptũ eſt, quod propter te mortificamur tota die, reputati ſumus ſicut oues occiſionis.* Poteſt referri, & poſt admirationem illam, & poſt reſponſionem. Primo quidem hunc in modum. Scriptum eſt, quod propter te mortificamur tota die, reputati ſumus ſicut oues occiſionis. Num ergo id efficiet, vt Deũ perſeueranter non diligamus? Secũdo uero; Superamus propter eum, qui dilexit nos. Sicut ſcriptũ eſt, quod propter te lubenti animo mortificationem patimur tota die. Reputatique ſumus tanquam oues occiſionis. Nec tamẽ te corde toto diligere ceſſamus. Vſque in
1.Cor.4 hanc horam enim eſurimus, & ſitimus,
Act.5. nudi ſumus, & colaphis cedimur, gaudentes tamen ſcimus, quia digni habiti
Ioan.16. fuimus, pro tuo nomine pati. Venit.n. hora illa, quando qui nos interficiunt, arbitrãtur ſe obſequium præſtare Deo. Hoc eſt enim, quod Propheta dicebat,
Pſ.44. aut dicere uoluit. Reputati ſumus uelut oues occiſionis: ideſt uelut oues, quæ magno affectu occiduntur, ut Deo ſacra fiant. Vel myſterium inſinuat. Ouis quippe arma non habet, dente non contendit, non præſumit fuga, latronis manibus patiẽter acquieſcit, nulla ſe ſe reluctatione defendens: Optimè ergo, Chriſti famuli ouibus comparati ſunt. Quandoquidem ora non aperientes, ſine contentione aliqua occidi uidebantur. Quod & ille fecit, qui omnium paſtor erat. A quo enim oues diſcere id potuiſſent, niſi à paſtore? Tan-
Eſa.53. quam ouis enim, ad occiſionem ductus
1.Pet.2. eſt, non aperiens os ſuum: Maledicebatur, & benedicebat: Blaſphemabatur & obſecrabat. Aut fortaſſe morbidas oues, & infectas intelligit, quæ ne totum ouile inficiant, occiduntur. Ille enim propriè dicuntur oues occiſionis, quoniam non aliter proſunt niſi occiſę. Nulla autem comparatio melior adduci potuit, quando Chriſti aſſeclæ, & à Iudæis, & à Cæſaribus, quàm primum compræhendi poterant, tanquam perditiſſimi homines, qui uita ĩdigni eſſent, occidebantur. Quod ſectam crucifixi, quam hæreſim appellabant, prædicarent. Zelum ſiquidem ſuarum legum habebant tantum illi, ſed non ſecundum ſcientiam. Vtinam noſtra tempeſtate, poſtquam ueritas innotuit euangelica lampade, zelus iſte reuiuiſceret: & hi qui hæreſes diſſeminãt, de medio tollerentur: Quoniam modicum fermentum, totam maſſam corrũ-
pit. Vtinam abſcindantur (inquit Pau- 1.Cor.5.
lus,) qui uos conturbant. Conuertere Gala.5.
enim, (& ut ſignificantius dicam,) peruertere uolunt Chriſti euangelium & Pauli. Verum illi uiderint, qui ſunt rationem reddituri, pro omnibus nobis.
Quibus dicit dominus. Sanguinem eo Ezech.3.
rum, de manu tua requiram. Sat ſit, prophetæ Dauidis uerbum illud declaraſſe. Nonne (inquit) Deus requiret
iſta? Ipſe enim nouit abſcondita cordis. Pſ.43.
Et tunc apoſtrophat. Quoniam propter te, non propter crimina noſtra, mortificamur, ne dum carnis maceratione, ſed proprij ſanguinis effuſione, tota die. Omnis nanq; ſanctorum uita, qui Chriſtum ſequuntur, martyrium eſt. Deputati ſumus ab his, qui quod morimur, vident, & nõ cur morimur. Sicut oues occiſionis. Qui tanquam in naui dormiens tu domine, à tempeſtate nos minime defendis. Hinc patet, quæ martyrem efficiunt. Cauſa, *propter te domine.* Pęna, *mortificamur.* Perſeuerantia, *tota die.* Deinde dicit.

Certus ſum enim. At melius eſt, ut uertamus. *Confido enim, πέπεισμαι γάρ.* Hæc ipſa enim certitudo, certitudo fidei eſt. *Quod neque mors, neque uita, neque Angeli, neque principatus, neque poteſtates, neque inſtantia, neque futura, neque altitudo, neque profunditas, neque alia creatura alia, poterit nos ſeparare à dilectione Dei, quæ eſt in Chriſto Ieſu domino noſtro.*

Quia fortaſſe dixerat, propter eum, qui dilexit nos, ne crederes Deum, nos haudquaquã ſemper diligere, aliquandoq; à noſtra dilectione ſeparandum, oſtendit nullo unquam pacto fieri poſſe, vt Deus nos, qui eum diligimus, nõ ſemper diligat. Hacque ratione maxime cogit, ut nos in diuina dilectione ꝑſeueremus. Quoniam Deus ipſe, omniũ dominus, erga nos perpetuo amore propenſiſſimus eſt. De Dei dilectione igitur, qua Deum diligimus, loquutus eſt ſupra: Nunc de dilectione Dei,

qua

qua à Deo diligimur, intendit. Verumtamen melius eſt, ut dicatur loqui adhuc Apoſtolum, de Dei dilectione, qua nos ipſi eum diligimus. Non contentus ſiquidem, breui reſponſione illa. Superamus per eum, qui dilexit nos; exaggerat, quod adeò uincimus, ut nec uinci poſſimus. Non modo ergo à dilectione Dei non ſepatamur, ſed neq; ulla ratione ſeparari ualemus, quin perpetuo, erga eum charitate afficiamur. Et ne dixiſſe tantum uideamur. Boue Deus. Quid non ſuperarunt magni illi heroes Chriſtianæ religionis? Propter Dei amorem, inedia laborabant, carceribus detinebantur, afflictionibus innumeris torquebantur: peregrini, uagi, nudi, mendici. Honoribus, delicijs alliciebantur. Regna, poteſtates, aurum, promittebantur. Demonum phalanges, eos deterrere pro uiribus adnitebantur. At per hæc omnia, quę vt uincerentur ſunt eis intentata, ipſi vincebant, ita vt omnino uinci non poſſent: Tam magnum erat diuini amoris incendium, quo eſtuabant. Fortis enim eſt vt mors dilectio, inquit Salomon. Verum Paulus noſter dicit, qđ & morte potentior eſt atque fortior. *Certus ſum inquit, quod neque mors, neque uita, poterit nos ſeparare, &c.*

Cant 8.

O magnum diuini amoris encomiũ eſt hoc, quod Paulus adducit. Non.n. amor vitæ, non terror mortis, non angeli, non principatuum honor, non miracula, non præſentia bona, non promiſſiones magnæ, non cęlum, non inferi, & denique non omnes creaturæ, ſimul efficere poterunt, quin Deum puro & ſincero corde diligentes, in illius dilectione continenter perſeuerent. Tam ſuaue eſt eis, igne illo ſanctiſſimo vri. Et tam amarum, à flamma illa ſeparari. Magna certè ſunt. Romani quæ Paulus dicit, ſed & maiora uidentur nobis, quia Deum non niſi frigide diligimus. Vis quippe amoris, magis ſentitur, quàm exprimi poſſit. Ardet Paulus noſter diuino amore, non amat modo, ſed ipſe totus amor eſt. Quid mirum? Non eſt enim Paulus, ſed in Paulo Deus. Viuo ego iam non ego, viuit autem in me Chriſtus: Quid

Gal. 2.

autem Deus eſt niſi amor? Deus charitas eſt. Videre uideor Paulum in Salamandram commigraſſe, quæ igne alitur: ſucceſum totum, igneumque effectum. Deus enim noſter ignis cõſumens eſt. Ni mirum itaque, ſi tam altè de amore, de flamma illa cæleſtis illius ignis philoſophatur. Amore langueat mihi crede, qui de amore feliciter loquitur, neceſſe eſt. Diſce & tu Deum amare, & uidebis pauca Apoſtolum dixiſſe, pro tantę rei magnitudine. Profectò enim, ſi Paulo uitam perhennem, qua nihil magis expetimus, re ipſa exhibuiſſe potuiſſent impijſſimi illi Iudæi atque Cæſares, exhibuiſſentque. Si duriſſima mortis ſemper expaueſcendæ ſupplicia, cum uniuerſis cruciatibus intentaſſent. Si angelos de cęlo, contra Chriſtum euangelizantes audiuiſſet. Si principatus, & regna illi ceſſiſſent omnes. Siquę poteſtatem omnem, etiam miracula maiora faciendi contuliſſent. Si vndequaque illum felicem, præſentaneis fauoribus, & bonis effeciſſent. in futurum quoque maiora promiſiſſent. Si omne cœlum, cum cęlitibus vniuerſis, ipſaque inferorũ regio, lemures, & furiæ, coactis legionibus contra eum irruiſſent. (hæc enim omnia, uerbis illis intelligũtur, eo ordine quo ponuntur in litera.) illi cuncta pro nihilo fuiſſent, & leta & triſtia, quæ alliciunt, & quæ terrent, in diuini illius amoris Chriſti Ieſu, quò liquefiebat totus, comparatione: Vitam ſpræuiſſet, obijſſet mortem, angelos anathema habuiſſet, principatus & poteſtates contempſiſſet, præſentia riſiſſet & futura omnia: nec cęlum, nec inferos expauiſſet. Nihil enim, niſi Chriſtum amabat, nihil niſi Chriſtum timebat, amorem uero & timorem animi noſtri habenas eſſe, quis eſt qui neſciat? Quo ergo uolui aliò, quàm ad Chriſtum potuiſſet? Quomodo autem Chriſtum timebat, ſi amor perfectus foras mittit timorem? Num legiſti uerbum illud. Cæpit omnes timor, & magnificabant Deum? Num audis de Chriſto prophetatum, quod Deum timeret? Replebitur ſpiritu timoris domini. Hoc enim ti-

1. Ioan. 4. Deut. 4. 1. Ioan. 4. Luc. 7. Eſa. 11.

more angebatur Paulus noster. Illud
nanque vnum timebat, atque ſummopere
uerebatur, ne à diuina caderet
beneuolentia, quæ res illi, gehenna om
ni formidabilior erat. Quoniam &
amari à Deo, optabilius illi uidebatur,
quàm cœlorum regno, omnique perpetua
felicitate potiri. Incipite itaque,
& vos Deum diligere, quos Deus tam
impensè dilexit, & experientia teſte
videbitis, nullius creaturæ opera, deinceps
à ſanctiſſima illa dilectione uos
ſeparari poſſe. Supponit ergo te Deũ
diligere, & probat te poſſe perſeuerare,
quinimmo ab huiuſmodi amore ſeparari
non poſſe. Vis autem intelligere,
quò Paulus hac longa narratione tendit?
Huc equidem. Si diligentibus
Deum perſeueranter, omnia in bonum
cooperantur, ita vt uocentur, iuſtificentur,
glorificenturque: Quid erit
quod uobis, vobis inquam Romani,
qui Deum diligitis, qui ſecundum ſpiritum,
non ſecundum carnem ambulatis,
eſſe impedimento poſſit, quo minus
ſalutem æternam conſequamini?
Nihil certè, modo uelitis in Dei dilectione
perſeuerare. Poteſtis autem ſi
vultis. Nulla quippe creatura poterit,
vos ſeparare. Creator uero, vult uos
Ioan. 12. ſemper illi adhærere, Omnia enim trahit
ad ſeipſum. Omnino igitur ſi uolueritis,
omnes ſaluabimini: nemo peribit.
Confidite, ſperate. Clamat
ſiquidem ille. Animam meam in ma-
Pſal. 118. nibus meis porto. Quid eſt autem, animam
meam in manibus meis portare,
niſi ſalutem, perditionemque in no-
Eccleſiaſtici. 15. ſtra ſitam eſſe poteſtate? Ante faciem
enim hominis uita & mors, quod placuerit
illi, dabitur ei. Non eſt vt dicas.
Nemo diligere poteſt Deum, niſi dilectus
à Deo. Id certe uerum eſt. Sed Pau
Rom. 8. lum audi. Vincimus per eum qui dilexit
nos. Non demum dicere potes: Nõ
poſſum Deum perſeueranter diligere,
etiam dilectus. Quid eſt enim, quod te
à diuino amore ſeparare poſſit, niſi tu
ipſe ſeparari uolueris? Perditio ergo
Oſee 13. tua Iſrael, tantummodo in me auxiliũ
Rom. 8. tuum, inquit omnipotens. Quemadmodum
igitur ſupra dicens. Si Deus
pro nobis, quis contra nos? nos ipſos
nequaquam excludebat. Ita cum dicit
nunc, Quis nos ſeparabit à dilectione
Dei? Certus ſum quod neque mors,
neque vita, &c. Neque creatura alia,
minime nos ipſos hoc generali ſermone
compræhendit, ſed nobis demptis
omnia. Conſtat enim, quod quantumuis
prædeſtinati ſimus, in bono non ſumus
confirmati: quemadmodum beati
ſunt. Cadere igitur poſſumus & peccare,
conſequenter à Dei dilectione excidere.
Hinc illud irrefragabile uer- Apo. 2.
bum. Habeo aduerſum te pauca, quia
charitatem primam reliquiſti: Nota uerbum
reliquiſti: Nemo abſtulit, tu ſponte
tua reliquiſti: Ne Paulo Ioannes cõtradicat,
& Ioanni Paulus. Eſt & ratio.
Nanque Dei dilectio, eſt animæ uita.
Iuxta illud. Tranſlati ſumus de morte 1. Ioan. 3.
ad uitam, quoniam Deum diligimus.
Vita autem naturalis ammitti poteſt, igitur
& dilectio. Hoc autem intereſt inter
hæc. Nam uitam naturalem tollere,
aliqua creatura uiolenter poteſt, verum,
à Dei dilectione nemo ſeparari
poteſt, niſi nos ipſi, ſeparemus nos
ipſos. Sed inquiet, qui prædeſtinatos
ad uitam, perire non poſſe, & impiè
& falſo contendit. Quid ſibi uult
uerbum illud. *Neque creatura alia?* Omnino
itaque moliri uidetur Apoſtolus,
neminem qui ſecundum propoſitum
vocatus ſit, à diuina dilectione excidere
poſſe. Nulla enim creatura excludit.
Nulla, inquit *creatura alia poterit me ſeparare,
à dilectione Dei.* Verum audi, &
obmuteſce. Sine gloſa.n. Apoſtoli verbum
interptari uolo, vt oĩno nulla creatura
excludatur: & tamen non inde cõcludere
poteris, quod moliris. Audi
Eſaiam. Peccata ueſtra, diuiſerunt inter Eſa. 59.
vos, & Deum ueſtrum. Vtique igitur,
nulla creatura nos à diuina dilectione
ſeparare poteſt. At peccatum eſt, quod
vnicè nos magna intercapedine ſeparat,
& diſiungit. Peccatum autem
creaturam eſſe, nemo, vel mediocriter
doctus, dixerit. Defectus nanque
eſt, non effectus, & homo cum
peccat, non rem quandam efficit, ſed
ab omni re deficit, & nihil efficitur,
iuxta Ezechielem. Hinc ſine Deo Ezech. 18
peccata fieri, in confeſſo eſt, cum
nulla

nulla ſit creatura, quam non faciat Deus. Hoc ergo intelligit Paulus. Nemo te ſeparare poterit, non fatum, non ſtellæ, non demon, non principes, non angeli, non demonum illuſiones, non falſa miracula, non delectatio terrenarum rerum, non principum terrores. Tua peccata duntaxat efficere poſſunt, vt & tu Deum non diligas, viciſſimque ab eo non diligeris. Pugnant enim diuina dilectio, & peccatum. Nam qui Deum diligit, dignus eſt æterna
Ioan 14. vita. Iuxta illud. Siquis diligit me, diligetur à patre meo, & ego diligam eum, & manifeſtabo ei me ipſum, qđ vita æterna eſt, ſecundum quod Chri-
Ioan. 17 ſtus ſcriptum reliquit. Hæc eſt uita æterna, vt cognoſcant te ſolum Deum, & quem miſiſti Ieſum Chriſtum. Qui autem peccat, dignus eſt morte. Stipendia peccati mors, aiebat Paulus.
Rom. 6. Nemo uero ſimul eſt morte dignus & uita. Cum igitur primum peccas, Deũ diligere deſiſtis. Vbi enim feruor ille eſt, peccati frigus locum habere nequit. Contraria mutuo ſe expellunt. Charitas peccatum tollit, & peccatũ charitatem abijciat, neceſſe eſt. Caue igitur ne pecces, & à diuina beneuolentia labaris. Ita enim fiet, vt neque Deus te diligat, neque per te pugnet. Quare neque de diuina prædeſtinatione elatus, gloriari poteris, quod mala tibi in bonum uertātur, ſed à Deo quē prius dereliqueris derelictus, peribis
Oſee 9. omnino, iuxta illud. Veh eis cum receſſero ab eis. Et cur putas Deum pati, ut electiſſimi ſui ſæpe labantur, cum poſ-
Sap. 4. ſet eos omnes rapere, ne malitia immutaret intellectum eorum, niſi ut agnoſcant ſe ſe non modo labi, ſed & perire poſſe, niſi à Deo continenter manutenerentur: ac propterea illi continuo fundant preces, & gratias agant, in timore illi ſeruientes, exultanteſq; cum tremore? Neque tamen ad antiquam illam quæſtionem recurras. Tollitur ergo diuinæ prædeſtinationis certitudo. Ex his enim quæ de diuina Prouidētia, dicta ſunt, facile ſolui poteſt. Eſt quippe eadem dubitatio, quo ad prouidentiam, & quo ad prædeſtinationem, & quo ad fatum, & quo ad præſcientiam.

Num certitudo illa, ſtet cum noſtra libertate: & cum rerum harum inferiorum contingentia. Et propterea eadē reſponſione poteſt vbiq; ſatisfieri. Certè enim Deus, nouit prædeſtinatum ſaluandum, poſſe tamen damnari. Falleretur itaque, ſi ita ſaluaretur, quod ſaluari non poſſet. Quia ergo nec fallitur Deus, nec falli poteſt, ſaluatur: ſed ita contingenter, quod poterit ſemper nō ſaluari. Et ideo ſemper timere debet, exemplum ſumens ab Apoſtolo, qui ut ſupra dictum eſt, aiebat. Caſtigo corpus 1. Cor 9.
meum, & in ſeruitutem redigo, ne cū alijs prædicauerim, ipſe reprobus efficiar. Quod ſi dicas, & urgeas. Pone me prædeſtinatum, omnino ita erit, qđ ſaluabor, aliter mutaretur Deus. Dico tibi, & hoc aliud, ſi ſubtiliter tota mente huc ſpectaueris, quod Deus non dicitur hoc modo ab æterno, prædeſtinari, vt prædeſtinatio in præteritum tranſeat, eo modo quo dicimus à principio mundum creaſſe, quia non amplius creat, ſed creauit. At hoc alio modo, quemadmodum ab æterno gignit filiū. Nam genuit, generat: & ſemper gene Pſ. 2.
rabit. Vnde ſemper dicit. Ego hodie ge Pſ 109.
nui te: cum tamen dicat etiam. Ante luciferum genui te. Si inquā huc te ingenio contuleris, uidebis non eſſe admodum difficile declarare, quod prędeſtinationis diuinæ uis, non inferat id eſſe fiendum, quod prædeſtinatum eſt: quaſi mutatio ſequatur in Deo, ſi id non euenerit, quod ipſe præfiniuit. Qm̄ non eſt prædeſtinatum, vel præfinitum adeo, vt præteritum ſit, ſed pfinitur ſemper, prædeſtinatur nūc in pſentiarum, & cras quoq; præfinietur. Si ſupponimus quod prædeſtinauerit, argumentum concludit. Non enim poteſt non prædeſtinare, ſi prędeſtinauit, quia mutabilis eſſe non poteſt. Si ergo non id eueniret, quod prædeſtinauit primum, dicere oporteret, ipſum trāſiiſſe de prædeſtinatione una in aliam. Nam nihil euenit contra prædeſtinationem: ſed non oportet dicere quod prędeſtinauerit. Finge autem, vt id intelligas, (nam & impoſſibilia fingere licet) finge inquam, quod nunc incipiat velle præfinire me ad æternam uitam,

& nondum præfinierit. Nonne nunc poteſt non præfinire, ex quo nondum præfiniuit? Ita contingenter ergo pręfinit. Ita quoq; finge, quod ſemper pręfinite uelit, & nunquam præfinierit, ſemper itaque contingenter præfiniet, poteritque non præfinire. Quia uero p̄finit me ſaluari, ideo ſaluandus ſum, cōtingenter ergo ſaluādus ſum, quia ſemper contingenter præfinitus ſum, vel & rectius, præfinior. Sine mutatione igitur Dei, etiam perire poſſum. Mutaretur enim Deus, ſi me ſaluandum p̄finiſſet, & minime ſaluarer. Sed non præfiniuit vnquam. Verſatur ſemper in præfiniendo, ac ſi uoluntas eius ſemper vſque ad exitum meum, indeterminata fuiſſet. Et ego itaque in contingentia uerſor. Si id intelligere potes, ſcopum ni fallor attigiſti. Error enim eſt, quia ſemp ad actū diuinæ voluntatis p̄finientis, quaſi pręteritum recurrimus. Præteritum nanque non præterijſſe, impoſſibile eſt. Cum ergo nemo niſi Dei definitione ſaluetur: Videtur quod ſi aliquis ſaluandus definiatur, & minime ſaluetur, Deum ab una ad aliam definitionem mutari. Quod nequaquam verum eſt. Quia definitio Dei, ſemper debet intelligi præſens eſſe, quaſi continue, à diuina egrediens voluntate, æque ac ſi per impoſſibile, inciperet nunc præfinite uelle: & propterea nūquam mutari poteſt. Si ſaluabor, tunc dicas, definiuit me ſaluandum. Si non ſaluabor, me ſaluandum non definiuit, non definit amplius, ſed definiuit. Definitum enim eſt id, quod iam euenit, non id quod nondum euenit. Et ita nūquam mutatur Deus. Capiat qui poteſt.

Vnum tantū dubium eſt. Quia Paulus Apoſtolus, explicare debuerat in præſenti, Præfinitionem Dei ſecundū dicta, non in præterito. Et nihilominus id minimè fecit. At huius ratio eſt, quoniam voluit vt tu intelligeres, Deum de his, qui ſunt ſaluandi, ſecurum eſſe. Hanc autem ſecuritatem exactè, nō intelligis, niſi uerbis præteriti temporis. Incertitudinem autem noſtram, modo à nobis declarato intelliges. Adeò vt omnino hæc duo concipienda ſint. Deum de ouium numero quas numerauit, ſecurum eſſe. Nullam tamen neceſſario ſaluandam eſſe in paſcuis illis, quamuis Deus mutari non poſſit. Et hæc de Capite Octauo huius Epiſtolæ. & cæt.

CAPVT

CAPVT NONVM.

VEritatem dico, in Chriſto non mentior, conteſtante mibi conſcientia mea, in ſpiritu ſancto, quod triſtitia mihi eſt magna, & continuus dolor cordi meo.

Tam magnum, tàm nouum, inuſitatumq;, & omni terrore plenum eſt huius capitis noni principium, vt omnibus ſtuporem ingerat, omnibus horrorem, pauorem, & pallorem. In primis enim, ferè nouam epiſtolam incohare videtur Apoſtolus: aliò ſpectare quàm hactenus. Deinde flet, triſtatur, iurat, teſtes adducit, quaſi magna quædam dicturus addubitet, ne à nobis illi fides adhibeatur. Paule, quid eſt hoc quod moliris? Neque enim decet ciuem Romanum, Romanis ciuibus, thronos ſuos inuidere. Audite Pauli ſenſa Romani.

Magna & ſupramodũ eximia, de electis Dei, deque Deum diligentibus ꝓximè dixit Apoſtolus, ad ineffiabilis gratiæ diuinæ commendationem: Quibus nec maiora dici, aut cogitari poſſe videntur, ut pote quæ ſenſum omnem exuperant. Dicebat enim, hi quos priuſquam in mũdo ſint, elegit Deus de mũdo, cum Deo auctore eſſe cęperint, cęlitus inſpirata ſalute, ab ipſo vocantur, rapiuntur, trahuntur, à ſordibus expiantur, diuino ſpiritu liberantur. Non eſt enim libera uoſuntas, cui dominatur iniquitas, iuſti efficiuntur Chriſti gratia, quæ omnium peccata lauit. Omnes
Eſa.64. quippe iuſtitiæ noſtræ, quaſi pannus menſtruatæ. Et poſt huius uitæ labores, ad requiem regni cęlorum, concinentibus angelorum choris deportantur. O illos felices, quibus deſuper hæc data fuerint. Quis ſapiens & intelliget hęc? Aut quis idoneus erit, horum reddere
Pſal.144. rationem: Iuſtus dominus in omnibus vijs ſuis, & ſanctus in omnibus operibus ſuis. Nunc ergo, quia Iudæos ipſos, à tanta felicitate, ſua ipſorum culpa cecidiſſe uidebat Paulus, idque alta mẽte uoluebat, & reuoluebat, quippe qa *3.Re.19.*
ceu nouus Helias, ꝓ gloria domini uæbatur, ardebat, zelabat, & Helia maior, pro fratribus ſuis libentiſſime ſuperimpendi voluiſſet, licet eos plus diligens, minus diligeretur. Propterea illorũ infelicitatem, capitis huius initio deflet, lamentatur, gemit, deplorat. O uos qui *Tren.1.*
tranſitis per uiam, attendite & uidete (inquit Paulus,) ſi eſt dolor, ſicut dolor meus. Fleuit rex ille ſanctiſſimus, grauẽ *1.Re.30.*
urbis Sicelech depopulationem. Rachel filios ſuos. *Hier.31.* Hieremias, Hieroſolymam. *Tre.1.* Samuel fortes Iſrael. Iob lachrimatur ſup eo qui afflictus eſt: *1.Re.10.* Ego cur non plorem, fratrum meorum omniũ ruinam tam magnam, tam miſerabilẽ, nunquam ſatis deplorandam? *Triſtitia eſt mihi magna, & continuus dolor cordi meo.* *Iob.30.*

Mihi credite omnes, qui Romę eſtis. Neque enim ſtatum, opes, gloriam, patriam, templum, prophetas eos tãtum ammiſiſſe cõſidero, ſed diuinum illum fauorem, quo nihil optabilius eſſe poteſt. Gratiam regis regum: inæſtimabilia illa dona, incõparabilem illam æternam felicitatis arram. O me miſerum fratres mei. Paulò ante, in tam ſublimi gradu locati erant: ipſi vni filij Dei vocabantur. Illorum erat omnis gloria, corã diuina illa maieſtate. Teſtamentum uetus, illis vnis concreditum fuerat, nouumque promiſſum. Cęlitus legem hi vni acceperãt. Ex eorum unis patribus, Ieſus meus, amor meus, ſecundũ carnem originem traxerat, qui eſt Deorũ Deus in ſecula benedictus. Quàm illis fauit omnipotens? Quanta fuit fratrũ meorum dignitas? quanta celſitudo?

quanta eminentia? Nunc autem omnia præpoſtera ſunt. Cecidit corona capitis noſtri: cecidit Iudæorum fauor, obſcuratum eſt aurum, mutatus eſt color optimus. Gentes, quæ palam impię erant & profanæ, in diuinam gratiam ſunt receptæ. Ipſi vero bonis om-
Tren.4. nibus ceciderunt, priuatique ſunt. Hac de cauſa crucior, angor, uror, quoniam offendere uoluerunt in lapidem offenſionis, in quem niſi impegiſſent, donis maioribus locupletati, grauiſque ſingularibus inſigniti, redditi fuiſſent illuſtriores. *Triſtitia* igitur *eſt mihi magna, & continuus dolor cordis meo.* Non propter Gentium dignitatem. Optarim enim in ſublime vniuerſos populos euehere. Sed propter carnis meæ inenarrabilem infelicitatem. Etenim quę obtinuerant uiſcera mea, quæque in poſterum obtinuiſſent, bona cuncta perdidere. O peccatum, omnium peccatorum grauiſſimum Quo Deum Optimum maximum, irritaſtis fratres mei, vt deſeruerit uos prorſus, quos ſibi antea populum fecerat peculiarem. Vos alloquor, vos conuenio, qui adhuc perfidi, rebelleſque, & contumaces, lege freti, Chriſti ſuaue iugum detrectatis
Ioan 9. & dicitis. Nos Moiſi diſcipuli ſumus. Tu diſcipulus illius ſis. Vos defleo, ueſtrum caſum, ueſtramque ruinam: precorque, vt tādem reſipiſcere uelitis. Nō
Eſa 59. eſt enim abbreuiata manus domini, vt ſaluere nequeat.

Quoniam autem hucuſque, licet & Ethnicos & Iudæos in Chriſtum credentes, repreſſerit Paulus. Viſus eſt tamen, ſemper in Gentium fauorem magis declinaſſe, dum tota hac epiſtola, tāquam preputiatorum Apoſtolus, legem extenuauit, circunciſionem, vniuerſaſque ceremonias. Oſtenditque, vel nihil, vel parum, ad iuſtitiam noſtram cōferre legem, etiam quæ decalogo continetur. Ne hinc fortaſſe, Iudaiſmus occaſione accepta, fictas has lachrymas crederet, hipocrititium hunc dolorē, fucatos hos gemitus: iuſiurandum interponit. Omnis enim controuerſiæ
Heb.6. finis, ad confirmationem eſt iuramentum. Inquit itaque. *Veritatem dico*, ſicut & dixi in *Ieſu Chriſto non mentior.* Ideſt per Chriſtum, qui ueritas eſt, non mentior. Inuoco illum in teſtem. Ecce in cęlo teſtis meus, is autem falſi teſtis eſſe non poteſt, qui dixit. Ego ad hoc Matt.16. natus ſum, & ad hoc ueni in mundum, vt teſtimonium perhibeam ueritati. Ne uero dicas eum alienatum, adducere Chriſtum in teſtem, cum nō ſit teſtis eius, ac propterea mentiri Paulum, licet mentiri nolit, ſubiungit. *Conteſtante tamen*, ideſt ſimul idem cum Chriſto teſtante *conſcientia mea.* O magnum teſtimonium, omni certè exceptione maius. Conſcientia etenim, mille teſtes Romani. Ipſa nanque lux eſt intellectus noſtri, Spiritus corrector, animæ pedagogus, & rationis dictamē, quæ & ſinderesis interdum appellatur. Quid eſt autem conſcientia, niſi cum alio ſcientia? Importat itaque ordinem ſcientiæ noſtræ, ad ea quæ egimus vel agimus. Neque enim aliter dicitur teſtificari conſcientia, neque ligare, vel inſtigare, neque accuſare, aut excuſare, ſed nec remordere, ſiue reprahendere. Hæc enim omnia, quæ conſcientiæ attribuuntur, ex alicuius noſtræ cognitionis applicatione ſequuntur, ad ea q̄ operamur. Secundum enim quod aliquid agendum eſſe, vel non agendū iudicamus, dicitur conſcientia ligare, vel inſtigare. Ligare ne agas, inſtigare vt agas cum egerimus, aut etiam cum agimus. Secundum quod iudicamus benè vel malè egiſſe, vel agere excuſare dicitur, ſeu defendere, vel remordere, & reprahendere. Secundum autē, quod recognoſcimus nos, reuera egiſſe aliquid, vel agere, aut non, dicitur teſtimonium afferre, vel teſtificari, iuxta illud. Scit conſcientia tua, te crebro alijs Eccl.7. maledixiſſe. Hunc ergo modum accipit hic Apoſtolus, reipſa concludens, ita eſſe ſicut dicit, ex conſcientię teſtimonio. Non mentior inquit, & ſcio quod nō mentior, quia conſcientia mihi teſtimonium perhibet. Quoniam autem, conſcientia quandoque errat, ſicut & ratio conferendo decipi poteſt. Vn- Ioan.16. de illud eſt. Venit hora, quando qui interficit uos, arbitretur ſe obſequium præſtare Deo. Conſcientia enim illorum errabat, dum horrendo ſcelere

putabant

putabant ſe placere Deo. Ideo addit Apoſtolus. ſ eſtante conſcientia *In ſpiritu ſancto.* directa ſcilicet & illuminata per ſpiritum ſanctum, ne erret. Mihi ergo credite inquit, cui Chriſtus, conſcientia mea, & ſpiritus ſanctus teſtes, adſunt uera dicenti. Quid autem dico? Ecce. *Quod triſtitia mihi magna, & continuus dolor cordi meo.* Vide intenſionē. *Triſtitia magna*, extenſionem. *Continuus dolor*, radicem. *Cordi meo.* Non eſt tenuis angor, Inquit Apoſtolus, non tranſit: & immenſus eſt, perſeuerat, altiſque præcordijs hæret. Quoniam verò, duræ ceruicis erat populus ille, exoſumque admodum Paulum habebat, adeò ut nec uera aſſerenti, neque iuranti ipſi crediſſent, niſi forte perpauci, rationem adducit inuincibilem: qua niſi irrationales omnino & eſſe & videri uelint, coguntur credere hunc Pauli eximium dolorem. *(Optabam enim ipſe ego anathema eſſe à Chriſto, pro fratribus meis, qui ſunt cognati mei ſecundum carnem, qui ſunt Iſraelitæ, quorum adoptio, & gloria, & teſtamenta, & legislatio, & cultus Dei, & promiſſiones, quorum patres, & ex quibus Chriſtus (ſecundum carnem) qui eſt ſuper omnia Deus benedictus in ſecula. Amen.*

Initio autem habendum præ oculis, quod Hæbreorum more loquitur Paulus, ſine verbo ſubſtantiuo. Frequentiſſimè enim, ubi in noſtris codicibus habetur *Eſt*, in hæbræis codicibus totius ſacræ ſcripturæ, deſideratur. Subintelligatur ergo ſemp, vel *Sunt*, vel *Eſt*, in hac clauſula ſecundum exigentiam. Et tota hæc litera, tanquam parentheſis legi debet. Vide autem, quàm fortis eſt iſta Pauli argumentatio. Audite uiri fratres, & patres. Inquit Apoſtolus, quam doloris mei nunc uobis reddo rationem. Ipſe ego uir Iudæus ſicut & vos: Tharſo Ciliciæ ciuitate natus. Secus pedes magni Gamalielis edoctus: iuxta paternæ legis ueritatem abundātius æmulator exiſtens paternarum tra-
Gal. 1. ditionum: proficienſque in Iudaiſmo
Act. 9. ſupra omnes coetaneos meos. Hanc viam Chriſti Ieſu, vſque ad mortem perſequutus ſum, ſpirans minarum & cedis in omnes eius aſſeclas: compræhēdens, alligans, & tradens in cuſtodiam viros ac mulieres vt punirētur, ſicut principes ſacerdotum, & omnes maiores natu, mihi teſtimonium perhibent. Quo enim fratres mei Iudæi, in noſtra religione mecum quietius degerent, & proficerent. Chriſti nomen perſequebar, zelum reipublicæ noſtræ habens, magis quàm meæ ſalutis: quo ad poteram reluctabar illi, qui proprium ſanguinem, pro nobis effudit. Volebamq; ab ipſo anathema eſſe, ſeparatus ſcilicet, & abdicatus, qui & illum à me ſeparaueram, atq; prorſus abieceram. Poſtquam ergo ueritatem cognoui, diuino Chriſti afflatus numine. Ipſe eſt enim verus Deus, & qui primum infidelis eram, conuerſus ſum, & uidi tenebras meas, in quibus iacui. Putādum ne eſt, me tam mirabili mutatione dexteræ excelſi mutatum, mentiri velle? Sub Chriſti ipſius nomine, quem niſi crederem eſſe Deum, cum primum optarem uehementer eſſe ab ipſo anathema, non nunc vt Deum Deorum omnium colerem in ſpiritu meo, qui prophetas & legem apprimè ſicut noſtis calleo? niſi maxime illum & toto corde, vt Deum obſeruarem, non ab eo auerſus penitus, ad eum conuerſus fuiſſem. Quomodo ergo illum in mendacij teſtem adducam? O fratres, dicite ſiquid eſt, quod reſpondere poſſitis. Nihil certè eſt *Veritatem* ergo, *Dico per Chriſtum, non mentior, quod triſtitia eſt mihi magna, & continuus dolor cordi meo.*

Refert autem Iudæorum encomia, vt cognoſcas inde nō potuiſſe, niſi uim magnam, eum à tam excelſæ gentis conſortio ſeparare, nempe vim diuinam. 2. Cor. 11
Paulus enim talis, & tantus, & ſi imperitus ſermone non ſcientia, qui contra Chriſtum zelo legis tāta fecerat: pro Iudæis tanta nobilitate, & ſanctitate illuſtriſimis, nō temerè legis expugnator, & Chriſti Euangelij prædicator effectus fuiſſet, niſi Dei virtute tractus & illuminatus, contra quam calcitrare duriſſimum eſt, cum & rebelles noſtras voluntates, ad ſe conuertere poſſit. In primis autem, Iſraelitas eos vocat, à claris & antiquis natalium, ſplendoribus eos commendans. Antiquius

enim

enim nomen eſt iſtud, quàm Iudęum. Iudam nanque à quo Iudæi dicti ſunt, genuit Iacob, qui Iſrael mutato nomine, dictus eſt. Ab illo ergo *Iſraelitæ* dicũtur, non autem Iacobitæ. Quoniã præcellit nomen iſtud Iſrael, ab angelo in lucta impoſitum, illud Iacobi nomen.
Gen. 32. Eſt enim Iſrael videns Deum, & altiore quadam ratione. Nam commendaturus Nathanaelem Chriſtus, dixit. Ecce uerè Iſraelita, in quo dolus non eſt.
Ioan. 1. Secundo dicit eorum eſſe, *Adoptionem Dei.*

Quorum adoptio. Quoniam ſcilicet filij Dei adoptiui erant. Quanquam hoc difficultate non careat. Quia ſupra dicebat Apoſtol⁹, Iudęos olim ſeruos, nõ
Rom. 8. filios fuiſſe. Non enim accepiſtis ſpiritum ſeruitutis, iterum in timore. Dicendum eſt ergo, quod de adoptione futura, hoc uerbum intelligitur. Eorũ erat *Adoptio,* ideſt illi in Dei filios, adoptandi erant. Vnde Chriſtus dicebat Cananeæ. Non eſt bonum ſumere pa-
Matt. 15. nem filiorum, & mittere canibus. Filios appellans Iudæos, canes Gentiles. Quod ſi è contra accidit, ſuo ipſorũ vitio euenit, Paulo dicente. Vobis quidẽ
Act. 13. oportebat prædicari verbum Dei, ſed quia repuliſtis illud, ecce conuertimur ad Gentes. Intellige tamen, vbiq; principaliter futuros fuiſſe Dei filios Iudęos, non vnicè. Nam & ſcribitur, de Gẽ-
Eſa. 43. tibus. Affer filios meos de longinquo, & filias meas ab extremis terræ, dicam Aquiloni da, & Auſtro, noli prohibere.
Exo. 4. Hinc illud eſt, Filius meus primogeni-
Deut. 4. tus Iſrael. Tertio dicit. *Et gloria.* Cla-
Ibidem. ra ſcilicet cum laude notitia. Quæ eſt. n. alia natio tã grandis, quæ habeat Deos appropinquantes ſibi, ſicut Deus noſter adeſt nobis? dicebat Moſes. Et adhuc. Hæc eſt ueſtra ſapientia, & intellectus ueſter coram populis, vt audientes vniuerſi, dicant. En populus ſapiẽs, & intelligens, Gens magna. Quarto, *Et teſtamenta.* Vetus exhibitum, nouũ
Hier. 31. exhibendum. Hoc eſt pactum, quod pepigi cum patribus antiquis, Feriam domui Iſrael fędus nouum. *Et cultus Dei.* λατρεία. Gentes enim idola colebant.
Pſ. 95. Omnes dij Gentium demonia. Iudæis vnis videbatur eſſe Deus uerus notus. Iuxta illud. Notus in Iudæa Deus. Quin- Pſ. 75.
to. *& promiſſiones.* Incarnationis ſcilicet Meſſiæ, ęternę felicitatis, & reſurrectionis. Hæc enim omnifariam Iudæis promiſſa ſunt, non modo reuelationibus, quod & nonnullis Gentilibus factum eſt, ſed & ſcriptis ad perpetuam rei memoriam. Sexto dicit. *Quorum patres.* Et ſenſus eſt. Patres, ſunt ex Iudæis. Patres enim Abraam, Iſaac, & Iacob intelligimus, qui excellentia quadam & antiquitate, patres dicuntur. Iuxta illud. Circuncīſio non eſt ex Moyſe, ſed ex Ioan. 7.
patribus. Septimo. *Et ex quibus Chriſtus.* Ex quibus ſcilicet Iudæis, cognatis meis ſecundum carnem, Ieſus noſter oriundus eſt, qui eſt verè χριστός, ideſt diuinæ gratiæ, & Spiritus oleo inuiſibili unctus. Iuxta illud. Spiritus domini Eſa. 61.
ſuper me, eo quod unxerit me. Cõſtat æquidem, quod ſaluator noſter, non ex Gentibus, ſed ex matre Iudæa genitus eſt. Vnde illud. Salus ex Iudæis. O quę Iudæorum gloria. Ne autem perfidi Ioan. 4.
& contumaces de more, dicant. Quid nobis hoc, quod poſtremo dixiſti, proficit? Hunc enim tuum Ieſum, nos neſcimus vnde ſcit. Nazarenus nanq; eſt. Ioan. 7.
A Nazareth poteſt aliquid boni eſſe? Luc. 18.
Subdit. Ioan. 1.

Qui eſt ſuper omnia Deus benedictus in ſecula. Quod non probat, ſed tanquam probatũ relinquit, ex hoc quod à mortuis reſurrexit. Iuxta illud ſupra. Qui definitus eſt fili⁹ Dei, ex reſurrectione Rom. 1.
à mortuis, Ieſu Chriſto domino noſtro. Additque *Amen.* ideſt uerè. Vt exprimat, quod non eſt Deus tantum opinione noſtra, ſicut dij Gentium. Iupiter. Mercurius Venus. Hercules, quos diui nis honoribus, cæca opiniõe deluſa, coluit priſca Gentilitas. Sed Chriſtus ipſe, re ipſa Deus eſt, re ipſa benedictus, re ipſa ſuper omnia, re ipſa viuens in ſecula. Conſidera autem, quod eiſdẽ verbis vſus eſt de Deo omnium creatore, ſupra capite primo. Seruierunt creaturæ potius quàm creatori, qui eſt be- Rom. 1.
nedictus in ſecula. Amen. Vt ſignificet, Chriſtum Ieſum, illum ipſum Deum eſſe, qui uniuerſa creauit. Natura ſcilicet & Deitate non parem modo, ſed eundem, quamuis hipoſtaſe alium. Dicit

vero

vero illum ipſum Chriſtum, qui Deus eſt, ex Iudæis eſſe ſecundum carnem: ſignificans unam tantum eſſe Chriſti pſo nam, quæ utraſque naturas complectitur, & diuinam & humanam. Illa enim, omnium pater & dominus, hac Iudæorum frater eſt. Quod myſterium longe anteà ceciniſſe videtur pſaltes, Deum introducens, ſe ſe Iſraelis fratrem appel

Pſ. 121. lantem. Propter fratres meos, & proximos meos, loquar nunc pacem in te. Quod egregiè ànotauit Rabbi Alchuſi, vt poteſt videre quiſque in libro Mechilta, idcſt in expoſitione Exodi, capite quartodecimo, ſup uerbo illo. Quid

Exo. 14. clamas ad me? Et magna efficacia probat, Dei incarnationem. Ex hoc autem uides, quàm magnum erat, quod pro Iudeorũ republica agebat Paulus cõtra Chriſtum. Agebat nanque contra Deũ, pugnabat cum Deo, optabat eſſe anathema à Deo, quia Chriſtus eſt Deus. O ſcelus. Huic ergo deſiderio ſuccedit dolor, vt uideas Pauli antitheſim. *Optabam.* non modo uolebam, ſed ardẽter cupiebam. *Anathema eſſe à Chriſto pro fratribus meis.* Nũc triſtitia eſt mihi magna, quia optaui: Vtinam nunquam optaſſem. Id tamen parum tunc videbatur, quia Chriſtum Deum eſſe, eo tẽpore à Paulo, non agnoſcebatur. At nunc magnum uidetur ſicuti eſt: propterea dolet, quia ſcit Chriſtum Deum

1. Cor. 15 eſſe. Ideo dicit. Non ſum dignus uocari Apoſtolus, quoniam perſequutus ſum Eccleſiam Dei: ueniam tamen cõſequutus ſum, quia ignorans feci in incredulitate. Quid ſignificet *Anathema* hoc in loco, ſcio vos ſcire. Eſt enim vox propria Iudæis, qua extremam deteſtationem ſignificare ſolebant. Vnde *αναθεματιζω*, deuoueo, deteſtor. Dicitur autem *ἀνάθεμα και ἀνάθημα*, Apud Græcos tamen & Latinos, ſignificat mage donaria quæ dicata dijs ſeponũtur, atque in parietibus, vel collumnis templorum ſuſpenduntur. Cuiuſmodi & nunc ſtatuæ aureæ, gemmata pocula, æqui argentei viſuntur. Sic dicta ab *ἀνάθηναι* ſuſpendere, vel ſeponere, q̃d nefas ſit ea loco mouere: tanquam ſacra, & nullius terrigenæ manibus attrectantur. Scias tamen, & ſacrum etiam in malum ſenſum à ueteribus vſurpatum fuiſſe. Dicti enim ſunt ſacri homines, quorum capita Dijs inferis dicata ſunt & deuota. Quare & hæc vox *ἀνάθεμα* de eis dicebatur. Ni mirum ergo, ſi Hæbræi illam in malo ſenſu cõmuniter accipiebant. Habes igitur Apoſtoli mentem. Ex hac uero expoſitione, ruit quæſtio illa. Num Paulus, cũ hanc epiſtolam ſcriberet, optaret anathema eſſe à Chriſto pro fratribus ſuis. Neque enim, ſi textus corruptus non eſt, dicit, quod optaret, ſed quod alias optaſſet. Optabam enim *ηὐχόμην. γαρ* Neq; mihi dicas, quod pro ſe optabat: & non pro fratribus ſuis anathema eſſe à Chriſto eò tempore, quo auerſus fuerat. Abeſt enim illud ab omni ueritate. Angebat enim eum longè magis ſinagogæ, quàm propriæ ſalutis deſiderium. Vnde dicit de ſe ipſo. Abundantius 1 Cor 15 æmulator exiſtens, paternarum mearum traditionum. Maturius illi agendũ fuerat, ſi eum ſalutis animæ ardor impuliſſet, ſcrutari debuiſſet ſcripturas, Prophetas legere, Chriſti miracula nõ torquere. Meſſiæ tempus altamente conſiderare, non deſeuire, non furere, ſicuti ipſe totus furebat, vt lupus rapax, in ſacrum illud Chriſti ouile agebatur: Eccleſiam deuaſtabat, temerè in domos alienas intrabat, vinctoſque viros & mulieres trahebat. Hæc non ſunt hominis, qui ſalutem ſuam cupiat, niſi frigidè, ſi ſit doctus. Zelabat igitur Rempublicam, ſtatum, commoditatem. Timebat enim, ne in ſeditiones populi uerterentur, quia totus mundus poſt Chriſtum currebat, & tanquam fortis politicus, ſe ſe Chriſtianæ oppoſuit religioni, vt illam demoliret, priuata abiecta, publica charitate indutus: quod maximum ſcelus fuiſſe nemo dubitauerit, cum temporalem Rempublicã, Iudæorum ſtatum malè conſultus, animæ propriæ ſaluti anteferret. Nam Chrs dixit. Quam commutationem dabit homo ꝓ anima ſua? Et quid prodeſt homini, ſi Matt 16. uniuerſum mundum lucretur, animæ uero ſuæ detrimentum patiatur? Detrimẽta corporalia debet homo pro republica ſubſtinere, quinimmo & propter amicos, ſed in ſpiritualibus abſit. Neq; enim

enim peccare debet aliquis, etiam vt
vniuerſos mundi homines à morte, vel
ab excidio tueatur. Immo neque vt à
peccato retrahat, vel liberet. Neq; ca-
uillaris quæſo. Si damna corporalia p-
ferre teneor, vt corporalem amici ſalu-
tem tuear: Pare proportione, quo illius
anima à peccato liberem, perpetrare
peccata non eſt nefas. Nam nulla eſt ſi
militudo. Quod enim damnum in cor
pore patiaris, vt uitam tuearis amici, nō
inde uenit, quia tu magis uitam illius,
quàm tuam diligere debeas, ſed quia te
ipſum ſecundum mentem & animam,
magis quam ſecundum corpus dilige-
re debes. Virtus quippe eximia eſt cha-
ritatis, animam ponere, hoc eſt uitam
corpoream vel animalē. (Hæbraiſmus
enim, animam ſemper vitam appellat,)
Ioan.15. pro amicis ſuis, vt dixit Chriſtus. Niſi
itaque ſic feceris, à charitate quæ eſt
animę, hoc eſt mentis ſumma perfectio
valde deficis, & ita minus mentem, q̄
corpus diligis, quod nefas eſt. Verum
ſi peccares, vt alium quempiam à pecca
to erueres, iam ſimpliciter animam tuā,
hoc eſt mentem, alienæ præponeres.
Et quia quod potiſſimū in homine eſt,
homo dicitur, uidelicet mens ipſa, ſim-
pliciter te ipſum minus, quàm proxi-
mū, diligeres. Quod peccatum eſſe, ne-
mo dubitare debet. Cum ad minus,
par debeat eſſe ſui ipſius & proximi di-
lectio. Iuxta illud. Diliges proximum
Matt.22. ſicut teipſum. Quod ſi dicas. Paulus
1.Cor.13 docuit. Charitas non quærit, quæ ſua
ſunt. Intellige id ab Auguſtino optimè
expoſitum, ideſt communia proprijs
anteponit. Verum mille animarum ſa
lus, immo omnium, non eſt mihi com-
munis ſalus, vt illam meæ præponere
vlla poſſim ratione. Quid enim ani-
mæ meæ proderit, ſi ipſa detrimentum
patiatur, aliæ omnes gaudeāt in regno
Exo.33. Dei? Deus eſt; commune bonum om-
nium. Iuxta illud. Ego oſtendam tibi
omne bonum. Magis enim eſt bonū
meum Deus, quàm ego ipſe. Quando-
quidem ipſe eſt totum, ego uero illius
totius pars, magis ergo diligere debet
quiſq; Deū q̄ ſeipſum. At citra Deū, nos
ipſi primum in ordine locum tenemus.
Si obijcias. Magis id uelle debeo, quod
Deus magis vult. Vult autem Deus po-
tius mille animas ſaluari, quàm unam
tantum, uidelicet tuam, ergo, &c. Re-
ſponſio eſt. Quod debeo uelle magis,
non id abſolutè, quod De⁹ magis vult,
ſed quod uult me magis velle. Vult au
tem me magis uelle, vel ſaltem non mi-
nus animæ meæ ſalutem, quàm omniū
ſimul. Hæc dicta ſint, vt intelligas Pau
lum non dicere. Opto anathema, vel
optarim, vt alij uertunt, ſed *Optabam*,
cum Saulus eſſem. Vnde & hoc ipſe hic
dicit quaſi dolens, quod pro fratribus
ſuis optauerit à Chriſto ſeparatum eſſe.
Tantum abeſt, vt ipſe uelit te illum imi-
tari. Nunc enim vice deſiderij, dolet &
plorat. Si pium fuiſſet deſiderium, gau-
deret, & lętaretur. Quia tamen inueni-
mus Moſem dixiſſe, cum pręces ad Deū
ꝓ populo funderet. Aut dimitte eis hāc Exo.32.
noxam, aut dele me de libro tuo. Quo
uerbo, quam magna fuerit illius chari-
tas ſignificatur. Quippe qui uoluerit
de libro uitæ deleri, quo peccatis popu
li parceretur, vt cōmuniter omnes ex-
ponunt. Quomodo intelligi poſſit lo-
cus ille, declarandum eſt. Dico itaq; in
primis, de more conſueuiſſe amicos, cū
inuicem colloquuntur, prę nimia fami
liaritate, & fiducia his hiperbolis vti.
Aut mihi morem gere, aut de cætero ti
bi amicus non ero, cum tamen nolit eo
rum aliquis, ulla ratione ab alteri⁹ ami-
citia ſeparari. Moſes amicus Dei, com-
muniter uocabatur. Credo itaq; ego, Exo.33.
fuiſſe uerbum illud nimiæ familiarita-
tis, atque confidentiæ. Quo hac hiper
bola ſignificaret, quantum illi Iudæorū
ſalus cordi eſſet. Aut dele me de libro
tuo, aut dimitte eis hanc noxam. Cum
tamen ſi etiam Iudęis non peperciſſet,
nullo unquam tempore, à diuino amo-
re diuelli uoluiſſet. Sunt qui dicāt.
Non eſſe ſermonem de libro vitæ, ſed
de libro legis. Vt ſenſus ſit. Nolo ego
domine, dici Iudæorum legislator, niſi
tu mei intuitu illis peperceris. Alij exi
ſtimant, de libro uitæ intelligendum eſ
ſe locum illum, & ſeriò citra hiperbo-
lam. Verum non quo ad gloriam æter-
næ uitæ, ſed quo ad gradum. Tolle
quæſo magnam illam corollam, quam
mihi præparaſti: Inter minimoſque me
ad ſcri-

adſcribe pater: ſi non parcis populo huic. Quæ omnia, & ad Paulum fortaſſis aptate potes; ſi vis eum, cum in Chriſti gratiam receptus eſſet, optaſſe anathema fieri pro fratribus ſuis. Sed & his omnibus, hanc pulchram expoſitionem addere potes. Vt non inde ſequatur Apoſtolum, Iudæos ipſos, ſed Deum magis, quàm ſeipſum dilexiſſe. Optabat enim, ad tempus fruitione diuina priuari, & paradiſi gloria, quod ad ſui dilectionem pertinet, vt Dei honor, in Iudæis dilataretur, quod pertinet ad dilectionem Dei. Et quid inde, ſi etiam optaſſet ardentiſſima flagrans charitate, perpetuo gehennæ inferorum emancipari, quo Iudæi in diuinam gratiam reciperentur? Modo neque ipſe, à flamma illa diuini amoris, & à gratia diuelleretur. Neque dicas. Nemo ad inferna deſcendere poteſt, niſi extra Dei gratiam, & amorem conſtitutus. Id certè ſcio. Sed amor cæcus, hoc ignorat. Vtinam & ego, diuino amore adeò correptus eſſem, vt id ignorarem. Paulus erat totus amor, neſciebat ergo, quid diceret. Longe enim plus poteſt amor, quàm

Cant. 1. merum. Meliores ſunt amores tui vino, inquit ſponſa. Petrum uide, chori Apoſtolici uerticem, quomodo amore ebrius, & temulentus, neſcit quid

Luc. 9. dicat, in monte ſancto, ſpeculator factus illius gloriæ & maieſtatis. Domine, bonum eſt nos hic eſſe, faciamus hic tria tabernacula. Ne igitur in ſtatera, Petri Paulique uerba appendas. Non enim Petrus loquitur, neque Paulus, ſed amor ille uehemens & conſumens, quo extra ſe poſiti ipſi, actique, & extaſim patientes, portenta dicunt, quæ nec examinare fas eſt. Sume autem exemplum, paulini huius deſiderij, ne mireris, quod impoſſibilia quærat. Quis neſciat Epiſcopatum, honorem habere, & onera? Et nihilominus, quot Epiſcopalem ambiunt dignitatem, qui onera prorſus refugiunt? O cæcum amorem. Ita ergo gratia, gloriam habet, & non poteſt, quis carere ſemper gloria, niſi & gratia careat. Amor tamen, quo Paulus ardet, & languet, hæc ab inuicem ſeparat & diſiungit. Quid mirum? Num & intellectus, non ſeparat, quæ natura coniunxit? Materiam à forma, vt ſapientes tradunt. Nec iterum dicas. Ergo immoderatus eſt Pauli amor. Tunc enim eſt, maximè moderatus amor, cum modum non habet. Modus quippe amoris eſt, ſine modo diligere. Quis quærat in corporis ſanitate, menſuram? Vel non optet magis ualere ſemper? Animæ ſanitas, eſt diuinus amor: quò ergo magis diligimus, eò ſaniores ſumus. Vide quæſo, quàm immoderatè Deum amat Apoſtolus. Nam inquit 2. Cor. 5

ipſe. Nolumus expoliari, ſed ſuperueſtiri, & tamen clamat, Cupio diſſol- Philip. 1.

ui, & eſſe cum Chriſto. Eſſe autem cum Chriſto, non poteſt, niſi carnem exuat, & nihilominus dicit, Permanere in carne, neceſſarium propter uos, Ibidem.

idque multò magis melius. O Paule, modum non habes. Quid dicis? Enigmata, paradoxa, miracula? Quæ pugnantia maior iſta. Cupio diſſolui & eſſe cum Chriſto. Permanere in carne multo melius? Hæc omnia uideo inquit Apoſtolus, ſi eum interrogaueris. Sed amori parcite, quoniam amore langueo. Amor meus, pondus meum, eò feror, quocunque feror. Anima enim, plus eſt vbi amat, quàm ubi animat. Deinde dicit.

Non ita autem, quod exciderit ſermo Dei. Non enim omnes, qui ex Iſrael, ſupplendum eſt, ſunt. *Hi Iſrael*, ſcilicet ſunt. *Neque propterea, quod ſunt ſemen Abrahæ, omnes filij*. Scilicet Abrahæ ſunt.

Veriſſimum dubio procul eſt illud, Prou. 6.

quod Salomon dixit. Quis continebit ignem, in ſinu ſuo, & non comburet? Amor ille, ignis eſt, qui latere neſcit, & cum amore dolor. Quò enim magis, vtramque flammam occultare uolueris, eò magis ſurget ardentior. Languet Paulus amore, doloreque conſumitur. Ni mirum, ſi abſcondere ſe ſe, non poteſt. Amorem iam reſerauit, prodit ergo, nunc dolorem, & illum iam explicauit in generali, modo particularius, eum exprimit. Scito tamen

meń eum diſtinctè, & clarè non ex-
plicari, niſi ad finem capituli. Hic
enim incipit,magnam tollere dubita-
tionem, quæ communiter Iudæos an-
gebat, etiam illos, qui ad Chriſtum ve-
nerãt. Dicebant nanque. Si Ieſus iſte
Meſſias, Iudęorũ eſt: Iudæis vnis pro-
miſſus: ex Iudæis unis oriundus: in Iu-
dæa una natus, & alitus: cum Iudæis
vnis conuerſatus: cur Gentes elegit,
Iudæos repulit? illas in altiore gradu,
locauit, nos deiecit? in fabulam uerſi
ſunt ſermones Dei: irritæ ſunt diuinæ
promiſſiones: vana prophetarum ora-
cula. Nobis enim promiſit, Gentibus
reddidit: ex nobis uenit, ſed alios ſalua-
uit. Quàm pauci ſunt Iudæi, qui in il-
lum crediderunt? quàm innumeræ Gẽ-
tes, quæ illum ſequuntur? Nos patrem
Ioan. 8. habemus Abraam. Abrahæ dictũ eſt.
Gen. 17. Tibi, & ſemini tuo dabo terram hanc:
multiplicabo ſemen tuum ſicut ſtellas
celi. Defecit ergo à ꝓmiſſionibus Deus.
Nam Gentes ſublimauit, nos omnino
repudiaſſe uidetur. Vbi eſt regnum
Iſrael, quod reſtaurandum fuiſſe ceci-
nere vates? Gentes enim, nobis vbique
dominantur. Hæc enim palam cõtra
Chriſtum prædicabant Iudæi, Deum
criminantes, tanquam antiquæ pro-
miſſionis uiolatorem, atque fedifragũ.
Et in ſeipſis, maximis cruciatibus angu
ſtiati, loquebantur: nec poterant conſo
lari. Non ergo putes me, hac ratione do
lere inquit Paulus. Non hæc mei eſt do
loris occaſio. *Quod ſermo Dei exciderit.*
vt iudæi dicunt. Non inquam doleo,
quia vel tantillum deperierit, diuinarũ
promiſſionum. Abſit enim, ut diuina
verba poſſint excidere. Verbum quod
Eſa. 55. egreditur de ore meo, non reuertetur
ad me vacuum. Quæ procedunt de la-
Pſ. 88. bijs meis, non faciam irrita, inquit Deꝰ.
Cur ergo doleo? Quæ eſt cauſa doloris
mei? Reſpice ferè ad finem capitis, il-
lic enim explicatur. Quia Gentes, quæ
non ſectabantur iuſtitiam, appræhen-
derunt iuſtitiam. Iuſtitiam autem, quæ
eſt ex fide. Iſrael uero ſectando legem
iuſtitiæ, in legem iuſtitiæ non perue-
nit. Quare? Quia non ex fide, ſed
quaſi ex operibus. Offenderunt enim
in lapidem offenſionis. Sicut ſcriptum
eſt. Ecce pono in Sion lapidem offen- Eſa. 8.
ſionis, & petram ſcandali. Quæ verba
ſuo loco declarabuntur. Degreditur
itaque nunc Apoſtolus illucuſque, vt
inuincibili argumento demonſtret, di-
uinas promiſſiones Iudæis factas, ſemi
ni inquam Abrahę, nequaquam excidiſ
ſe: quamuis Gentes, in Iudæorum loca
fuerint ſubrogatæ, & pauciſſimi Iudæi,
in Chriſtum crediderint. Et locus iſte
difficillimus eſt. Quò autem eum intel
ligas. Scito quod ſcopus, quo Pauli
ratio dirigitur, hic eſt. Diuinæ promiſ-
ſiones, non fuerunt factæ pro omnibus
Iudæis, pro omnibus filijs Abrahæ: ſed
pro aliquibus tantum: Hi uni ergo, qui-
bus promiſſa facta ſunt, ſaluandi erant
per Meſſiam, ſed non omnes abſolute,
qui ex ſemine Abrahæ & Iſrael originẽ
traxerunt. Si enim omnes ſaluandi fuiſ
ſent, cum non pro omnibus facta ſit
promiſſio, Dei ſermo uerè excidiſſet.
Ad hoc autem probandum: quod non
omnibus factæ ſint promiſſiones, quã-
quam ex eodem genere Abraam deſcẽ
dãt, teſtimonium adducit Dei viui, qui
Abraamum alloquens, cum plures fi-
lios haberet, Iſmaelem primum, ex A-
gar. Iſaac ſecũdum ex Sarra, & alios ex
Chetura. Iſaac tantum elegit, vt ex ip-
ſo & per ipſum, ſeminis poſteritas mul
tiplicaretur: in qua Deus tanquam pa-
ter in filijs, ſibi complaceret. Promittẽs
Abrahæ, quod in illo multiplicaretur.
In Iſaac inquit vocabitur tibi ſemen. Non
ſcilicet in Iſmael, neque in alijs. Nõ ita-
que omnes, qui ex Abraã oriundi ſunt,
Deo placent, filijque ſunt eius: neque
pro ſemine Abrahæ computandi ſunt.
Nam Iſmael & alij, nequaquam compu
tantur, ſed vnicè Iſaac, quem Sarra ge-
nuit. Quia & de illo non de cæteris
facta fuerat promiſſio. Si ergo eiuſdem
Abrahæ filij, non omnes electi ſunt, ꝗd
mirum, ſi nõ omnes Iudæi, quanquam
ex eodem genere ſint oriundi, à for-
tiori electi non ſunt? Longe enim ma-
gis, electi eſſe debuerant vnius patris fi-
lij, quàm generis vnius. Patris maximè
ſanctiſſimi, qualis Abraam fuit, & ta-
men non ſic actum eſt. Quia uero po-
tuiſſet Iudęus pertinax, huic rationi re
ſpondere. Non eſt mirum, quod dicis
Paule.

Paule. Si Iſaac placuit, non cæteri, quã-
uis omnes filij Abrahæ natura fuerint,
non fuit omnium Abrahę filiorum, ea-
dem mater: Iſaac fuit ex libera. Iſmael
ex ancilla: alij item ex Chetura. Ma-
trum diuerſitas in cauſa fuit, vt non om
nes eligetentur. Verum nos omnes, ex
ipſo Iſaac deſcendimus, quem libera
Sarra genuit. Sumus eiuſdem Abrahæ,
eiuſdemque Sarræ filij. Omnes itaque
à Chriſto quem Deum prædicas: qui ex
Abraam, & ex Iſaac originem ducit tã
quam frater noſter vterinus, ſaluatum
iri debuimus. Ad tollendam igitur hãc
euaſionẽ, Paulus Apoſtolus altius in-
greditur, & Rebeccam Iſaac vxorem
adducit, quæ non ex diuerſis uiris, ſed
ex vno ſemine Iſaac, non diuerſis tem-
poribus, ſed vno concubitu concepit,
unoque partu ſimul gemellos hoſce fi-
lios, Eſau & Iacob effudit. Qui tamen
non omnes Deo placuere, nec omnib⁹
factæ ſunt promiſſiones. Iacob enim
tantum dilexit. Eſau autem odio ha-
Malac. 1. buit iuxta Prophetam. Omnino ergo
conſtat, quod promiſſiones Iudæis fa-
ctæ, omnibus factæ non ſunt. Sed ali-
quibus tantum. Non ſolum non omni-
bus Abrahæ filijs, ſed nec omnibus fi-
lijs Iſaac. Idumeos enim qui ex Edon,
ideſt ex Eſau deſcenderunt, reproba-
tos eſſe, ex Malachia nemo neſcit. Vnde
ergo gloriari poteſtis Iudæi, quod uos
omnes filij Iſaac ſitis, quando & Eſau
fuit eius filius reprobatus, noſter à Deo
Iacob ſolus electus? Et certe non citra
myſterium Apoſtolus, hoc argumentũ
adducere uoluit duorum filiorũ Iſaac,
quos idem vtetus, eodem tempore, ſi-
mul in lucem prodidit, tanquam om-
nium efficaciſſimum, atque clariſſimũ.
Non enim ulla uidetur, humana ratio
aſſignari poſſe, cur non eiſdem bonis
potiti fuerint, præter diuinam electio-
nem & gratiam. Promiſſio quippe in Ia
cob, non in Edon facta fuerat. Ne au
tem acrius urgeret Iudęus, qui gratiam
non agnoſcit. Sed de ſua uirtute & me
ritis gloriatur cum Pharaone, Genteſq;
Luc. 18 detrectat dicens. Non ſum ſicut cæte-
ri, raptores, iniuſti. &c. Iacob fuit ſan-
ctus, dignè egit, ideo in illo diuinæ ꝓ-
miſſiones factæ ſunt, & completæ. Cur
ergo Gentes elegit, quæ palam impię &
profanæ ſemper fuere? Obijcit Pau-
lus, gratiæ aſſertor ſtrenuiſſimus. Non-
dum quicquam boni egerat Iacob: Nõ-
dum quicquam mali Eſau, & tamen
promiſſionem fecit Deus Iacob, illum-
que dilexit, & ſibi aſciuit. Quinimmo
antequam nati eſſent. Non ſic autem
promiſit Eſau, immo illum odio habuit,
Hæc itaque diuerſitas non aliunde, q̃
ex fauore diuino prouenit, qui nõ om-
nibus promiſit veſtrę Gentis, ſed aliqui
bus tantum. In illis uero completæ
ſunt promiſſiones, in quibus unicè nul
lo dempto complendæ erant. Omnino
itaque non eſt uerum, quod callumnia
ris Iudæa, aliquo colore dici poſſe, in-
fidum fuiſſe Deum, qui alijs promiſe-
rit, alijs reddiderit. Eis enim, quibus ꝓ-
miſſa facta ſunt, eis exoluit: non alijs. Et
ſi omnibus promiſiſſet, omnibus exol-
uiſſet. Eſt enim Deus uerax, & omnis Rom. 3.
homo mendax. Intelligis, quo tendit
Paulus? Lege modo literam, & clara
erit *Non enim omnes, qui ſunt ex Iſrael, hi*
ſunt Iſrael. Ideſt pro Iſrael non compu-
tantur. *Neque quia ſemen ſunt Abrahe.*
Illico ſequitur, ut ſint *Omnes filij.* Sed il
lud potius conſiderandum eſt, quod di
xit dominus Abrahæ. *In Iſaac vocabitur*
tibi ſemen. Non in alijs filijs. Exponit
Paulus. *Hoc eſt. Non quod filij carnis, hi*
filij Dei, ideſt diuinarum promiſſionum
hæredes. *Sed filij promiſſionis,* contra na-
turam carnis ſcilicet, ut Iſaac, qui ex ſte
rili ortus eſt, computantur in ſemen
Abrahæ. Promiſſionem autem Abrahę,
de Iſaac factam adducit hic. *Sermo enim*
promiſſionis hic eſt, in tempore hoc ueniam,
& erit Sarræ filius. De quo ſatis dictum
eſt, à nobis ſupra capite quarto. *Non ſo*
lum autem, ſed & Rebecca ex uno cubile ha-
bens. Exponit autem ex quo, nempe
(Iſaac patre noſtro,) & eſt parentheſis, in-
telligiturque, pro ſententiæ complemẽ-
to. Non ſolum Sarra, habuit Dei promiſ
ſionem, ſed & Rebecca. Per cubile ue-
ro concubitum intelligit, pudori par-
cens, quo diſcant de pudendis, caſtius
loqui Chriſti præcones, atque etiam cõ
feſſores. Explicat. *Cum enim nondum na-*
ti eſſent, nec quicquam bonum, vel malum
egiſſent, vt ſecundum electionem Dei, propo-
ſitum

ſitum maneret, non ex operibus; vocatorũ,
quia nulla, *Sed ex vocante Deo dictum eſt
ei*. Rebeccæ. *Maior* Eſau, *ſeruiet mino-*
Gen.25. *ri* Iacob. *Sicut ſcriptum eſt*, in Malachia.
Malac.1. *Iacob dilexi, Eſau autem odio habui.* In-
telligitur autem, vt ſecundum electio-
nem Dei propoſitum maneret. ideſt, ut
quod propoſuit Deus, impleri intellige
retur ſecundum electionem eius gra-
tuitam: non ex operibus, ſed gratis di-
ctum eſt, Iacob dilexi. Habes ergo Apo
ſtoli intentionem, & quo ſpectat. Nihil
hic de libero agit arbitrio, tantum con-
tendit, diuinas promiſſiones non uiola
ri, ſed impleri omnes. Probatque con-
tra Iudæos, non omnibus illis factas eſ-
ſe promiſſiones, ſed aliquibus tantum,
quo gratiam diuinam agnoſcant Ini-
tioque ante oculos, ſemper habendum
eſt, quod hac parte arguit Apoſtolus, cõ
tra Iudæos, non definit: non reſpõdet,
ſed argumentatur: quæſtionem Iudæo
rum, nunc minime diſſoluit, ſed noua
quęſtione, murmurãtium ora obſtruit:
non ad pios, ſed ad impios loquitur: hu
militer quærentibus non ſatisfacit, ſed
indigne blaſphemantes, criminanteſq;
Deum, reprimit, & contundit: paucis
promiſit, paucis reddidit. Quomodo
ergo excidit uerbum Dei? Chriſtum
ſanè imitatus. Is em̃ audaces illos pha-
riſæos obmurmurantes, quod eius dĩ-
ſcipuli illotis manibus manducarent,
nequaquam humili reſponſione digna-
tus eſt, neque ſedauit, ſed compeſcuit,
irritauitque magè, clauum clauo retun
Matt.15. dens. Quare & uos tranſgredimini mã
datum Dei propter traditionem ueſtrã?
At humilioribus turbis mox ſatisfecit,
dicens. Non quod intrat in os, hoc co-
inquinat hominem. Ad hunc ergo mo
dum Paulus, qui antea ſuæ gentis ca-
ſum lachrimabatur, audiens modo hor
rendas illas blaſphemias, ſui Chriſti Ie-
ſu, ſui amoris, ſui theſauri: quem ut lu-
crifaceret, omnia vt ſtercora arbitraba-
Philip 3. tur: Mentitus eſt Deus: excidere pro-
1.Par.18 miſſa: Mutatus in uirum alterum, con-
tra eos omnes inſurgit, accinctus gla-
dio ſuper fęmur, qui eſt uerbum Dei. Et
Pſ.44. inquit. Quid blaſphemas populè durę
ceruicis? Deum accuſas, qui irritas fece
rit, promiſſiones ſuas? Mentiris perfi-
dè. Tu infidelis Deo ſemper fuiſti. Ille
manet uerax, & mentiri neſcit. Quod
dicis te elegiſſe Deum, tibique magna-
lia promiſiſſe. Error eſt. Aliquibus ex
tuo ſemine natis promiſit, non omni-
bus. Aliquos item elegit, non omnes.
Habes teſtimonia expræſſa in Moyſi li- 2.Tim.3
bris, quem legis & relegis, ſemper di-
ſcens, & nunquam ad ſcientiam verita
tis perueniens, de Iſmaele & de Eſau
reprobatis. Quid ergo impudenter
aperis ora, contra Dei gloriam & hono
rem? Si rationem non habes, qua te
defendas, mihi ſaltem reſponde, aut ta
ce & obmuteſce. Indignum erat, re-
ſpondere Iudæis dicentibus. Sermones
Dei excidere. Vt ergo illorum indi-
gnitatem oſtendat, arguit tantum, quo
reuincantur, ceſſentque Deo obmur-
murare. Malum nodum, malo muro
propellens. Vis autem uidere Apoſto-
lum, non ex animo, nunc reſpondere
Iudæis? Reſpice, quot & quanta dicet
infra, vbi erit locus poſt expugnatam
Iudæorum ſuperbiam, animo placido,
quæſtionem iſtam definiendi, quæ dire
ctè pugnare uidetur, cum his, quę hic
in arguentis indignantiſque modum,
ab eo dicuntur. Hic enim dicit pri-
mum. Non omnibus Iudæis promiſ-
ſa facta eſſe. Ideo ni mirum, ſi non om
nes ſaluati ſunt. Ibi dicet. Omnis Iſrael
ſaluus fiet. Hic dicit. Cum nondum na
ti eſſent, aut quicquam boni, vel mali
egiſſent, ut ſecundum electionem, pro-
poſitum dei maneret: omnia diuino
adſcribens propoſito, nihil meritis no-
ſtris, bonis vel malis. Ibi dicitur. Vide
bonitatem Dei, & ſeueritatem. In eos q
ceciderunt ſeueritatem, in te autem bo
nitatem ſi permanſeris in bonitate. Hic
dicit, totam perditionis ſummam con-
ſiſtere in hoc, quoniam quibus non eſt
facta promiſſio, pereunt Ibi dicet. Iſ-
rael ſectando iuſtitiæ legem, in legem
iuſtitiæ non peruenit. Quare? Quia nõ
ex fide, ſed quaſi ex operibus. Offende
runt enim in lapidem offenſionis. Hic Eſa.8.
horret, diuina non impleri promiſſa.
Ibi ſub conditione, promittere Deum,
aperte inſinuat. Si Deus naturalibus ra
mis non pepercit, ne forte nec tibi par- Rom.11.
cat. Et ſi illi non permanſerint, in incre-
dulitate,

dulitate, inſerentur, potens eſt enim Deus inſerere illos. Vides ſecum pugnare Apoſtolum, niſi dicas eum hic arguentis perſonam induere uoluiſſe, quo Iudæorum ſuperbiam extenuaret: qui pluſquam par eſſet, ſua ipſorum merita iactitabant, notamque infidelitatis Deo inurebant, quo ipſi ab omni culpa uiderentur immunes. Vel Chriſtus Ieſus, Meſſias fuiſſe haudquaquam crederetur.

Sed miſſum faciamus quæſo, quod Paulus non arguat, ſed planè ex animo quæſtioni reſpondeat, & uideamus ſi poſſimus nouum aliquid in his myſterijs, quæ tangit, & pertractat inuenire. Attendite. Attendite, rem enim miram dicturi ſumus, & quæ omnes difficultates euellere poſſit. Ex nobis inquiunt Iudæi, uenit Chriſtus ſecundũ carnem, non ex Gentibus. Nos omnes ergo ſaluare debuit, non item Gentes, ſi Meſſias fuit. Ita enim à Prophetis ꝑmiſſum fuerat. Ex Iudæis oriundum Meſſiam eſſe, ſaluandoſque per eum vniuerſos. Vel igitur Meſſias non eſt, vel excidit ſermo Dei. Ecce reſponſio. Et Meſſias eſt Ieſus Chriſtus, & non excidit uerbum Dei. Non enim ex circũciſis abſolutè, ſed ex aliquibus venit Chriſtus. Vis uidere? Non enim ex Iſmaelis ſemine carnem traxit. Non ex Eſau. Sed ex Iſaac, & ex Iacob. Pro illis quidem tantum, non pro alijs factæ fuere promiſſiones. Neque tamen ſuperbe Iudæe, hic Iacob, aut Iſaac merita extollas. Gratia diuina fuit, non eorum meritum, vt ex his naſceretur. Cur ex Iſaac, non ex Iſmaele deſcenderit, ne perſcrutari uelis. Nulla enim huius eſt cauſa, niſi diuina gratia, atque promiſſio. Licet enim Iſaac, ſanctiſſimus fuerit, tamen antequam naſceretur, ꝑmiſſus eſt Abrahæ, & Sarræ, promiſſus inquam cum ſenio confecti ambo eſſent, dictumque, quod ex illo multi-
Gen. 17. plicaretur ſemen, in quo Gentes benedicerentur. Vt oſtenderetur, gratiæ diuinæ donum illud eſſe, non naturæ. Vnde promiſſionis filius appellatur ipſe Iſaac, & non carnis. Non quia uerè carnali generatione non ſit genitus,

Bit ad Rom.

ſed quia ſupra carnis naturam, ex matre ſterili, diuino munere natus eſt, iuxta pollicitationem, vt in Geneſi habetur, & hic ab Apoſtolo allegatur. Quia tamen dicere poſſet Iudæus, omnino aliquam eſſe rationem, cur ex Iſaac magis eligere uoluerit Deus, incarnari filium ſuum, quàm ex alijs Abrahæ filijs. Quandoquidem Iſaac mater, ſanctiſſima fuit, propterea, vt omnem cauillum remoueat, adducit, proſequiturque magis Iacob & Eſau exemplum, quos una mater, uno vnius patris concubitu conceptos, uno momẽto peperit. Elegit tamen Deus, vt ex Iacob deſcenderet filius ſuus ſecundum carnem, non ex Eſau. Iacob itaque dilexit quoad hoc, vt ex eo Chriſtus deſcenderet. Eſau odio habuit, quo ad hoc, noluit enim illum excelſo hoc dignari munere, vt eſſet Chriſti Pater. Iacob æquidem ſanctiſſimus fuit. Eſau peſſimus. At hic electus fuit, illeque reprobatus, antequam naſcerẽtur. Nõ igit' ſanctitas, neq; iniquitas cauſa fuit, ut ille eligeretur, hic reprobaret'. Quid ergo quęris Iudęe, huius diuerſitatis cauſam? Admirare potius, obſtupeſce, & tace. Nulla enim eſt, nec eſſe põt cauſa, niſi diuina electio, diuinumque propoſitum. Si patrem quęris, idẽ Iſaac. Si matrem, Rebecca. Si natos, gemelli: Si opera, nec bona, nec mala. Quid quæris? Adora Dei gratiam, eligentis, & ſiſte. Agnoſceque, non eſſe omnino uerum, quod abſolute ex circunciſione Meſſias venerit. Aliquos nanque ſibi aſciuit, non omnes. Ne ſuperbias, quod quia ex te natus fuerit Chriſtus, Iudæos omnes ſaluare debuerit. Nullum eſt hic debitum: Gratia fuit, vt ex te deſcenderit. Gratia etiam eſt, quod ſalueris. Quod tibi blandiris, non ex Gentibus illum ueniſſe, item uerum non eſt. Neq; enim horruit Gentium ſemen Chriſtus Ieſus. Nam & ex Rahab, & ex Ruth Moabitide altera, altera Cananea oriri uoluit. Pro populorum omnium ſalute, incarnatus eſt. Ex oĩbus itaq; populis, originem trahere debuit. Non itaque excidit verbum Dei. Nam quia & ex Iudæis, & ex Gentibus de-

ſcendit,aliquos ſaluos fecit, & Iudæo-
rum & Gentium. Neque debuit Iu-
dæos omnes ſaluare, ſicut neque vni-
uerſas aſpernati Gentes.O ſi hunc ſen-
ſum percipis, quantos labyrinthos e-
uades.

Poſſumus & ad allegoriam recurre-
re.Nam expreſſe Paulus ad Galatas di-
Gal.4. xit, per allegoriam dictum eſſe, quod
Abraam duos filios habuerit, unum ex
ancilla,alium ex libera.Adſtipulatur Io
annes Baptiſta, q dicebat cõtra Iudęos.
Ioan.8. Nolite dicere Patrem habemus Abra-
ham. Dico enim uobis, quia potens
eſt Deus,de lapidibus iſtis ſuſcitare fi-
lios Abrahæ. Quod minimè dixiſſet,ni
ſi per allegoriam intelligeretur, oporte
re Abrahæ filios eſſe, vt Deo placeam⁹,
& ab ira eius defendamur. Colligitur
enim ex hoc Chriſti uerbo,ſufficere
nobis ſecũdum ſpiritum Abrahę,filios
eſſe,licet ex ſemine carnali Abrahæ,ori
ginem non trahamus. Adde etiam,
quod per allegoriam dixit Paulus, in-
telligendum eſſe, quod Prophetę ceci-
nerunt,Iudæos placere Deo, atque cir-
cunciſos, nõ gentes, non præputiatos.
Rom.2. Nõ enim, qui in manifeſto Iudæus eſt,
neque quæ in carne eſt circuncìſio, ſed
qui in abſcondito, Iudæus eſt: & cir-
cunciſio cordis, non in litera, ſed in ſpi
ritu : cuius laus non ex hominibus eſt,
ſed ex Deo. Cui & Ioannes alludebat,
Apo.2. dicens de Iudæis perfidis. Dicunt ſe
Iudæos eſſe & non ſunt, ſed ſunt ſina-
goga ſathanæ. Nemo igitur ueſtrum
mirabitur, ſi dixerim allegoricè intelli-
gendum eſſe, quod Paulus hic dicit,
Iſraeli factas eſſe promiſſiones, atque
Iſaac, non Eſau neque Iſmaeli. Vt qui-
cunque ſaluari uoluerit, Iſrael, Iacob,
Iſaac ſecundum ſpiritum, non ſecun-
dum carnem eſſe debeat. Dubio pro-
cul, hanc credo Pauli mentem eſſe.
Non enim omnes, qui ſunt ex Iſraele,
vel Iacob ſecundum carnem, vt Iudæi,
ſaluantur, ſed qui ſunt ſecundum ſpi-
ritũ, vt Chriſtiani omnes, vel ex Iudęis
vel ex Gentibus, qui diuino amore lan-
gueant, qui fide Deum uident, qui
aduerſus poteſtates tenebrarum ha-
rũ colluctantur, & vincunt. Item
non omnes, qui ſunt ex Iſaac ſecun-
dum carnem ſaluantur,ſed qui ſunt ſe-
cundum ſpiritum, hi omnes ſalui fient.
Eſt enim Iſaac riſus. Riſus autem ex
gaudio prouenire nemo ignorat. Gau
dium uero, ex ſpe maximè naſcitur, iux
ta Paulum. Spe gaudentes. Qui er- Rom.12.
go præſentia hæc bona contempſerit,
& in domino ſpem collocarit dicens,
In te domine ſperaui, non confundar Pſ.30.
in æternum, ille erit uerè filius Iſaac,&
ſaluus erit. Et uide,quomodo appo-
ſitè omnia huic quadrant allegoriæ.
Abraam enim genuit Iſaac, Iſaac au- Matt.1.
tem genuit Iacob. Quid Abraam ni- Rom.4.
ſi fides? Ipſe eſt enim pater credẽtium,
& Fidei princeps. Iſaac ſpes. Iacob cha
ritas. Qui ergo fuerit filius Abrahæ,
Iſaac, & Iacob, qui habuerit fidem,
ſpem, & charitatem, ſaluus erit. Quis
autem neſciat,Gentes Iudæos ipſos, fi-
de, & ſpe, & charitate maximè excel-
luiſſe? Gentes itaque,pro Abrahæ
ſemine computantur, pro filijs Iſaac,
pro Iſraelitis,non Iudæis. Ecce igitur
Paulus. Semini Abrahæ, & Iſaac,& Ia-
cob, factæ fuerunt promiſſiones. Vos
non eſtis ſemen Abrahæ, nõ filij Iſaac,
non Iſraelitæ. Gentibus unis hæc om-
nia conueniunt, in illis itaq; Dei pro-
miſſa adimplenda erant, non in uobis,
perfidi. Vos ex patre diabolo eſtis. Si
enim in uobis implerentur, vtiq; exci-
deret ſermo Dei. Tantum abeſt,vt quia Ioan.8.
in Gentibus implẽtur, excidat uel tan-
tillum. Et uide, quomodo verum vero
conſonat ex omni parte. In omnibus
quippe exemplis,quæ hic adducit Apo
ſtolus,ſemper ſecundum filium intro-
ducit,à Deo electum eſſe, ſemperque
primum reprobatum. Iacob enim
erat ſecundus, ſimiliter Iſaac. Nam &
Iſmael fuit primogenitus Abrahæ, &
Eſau, primogenitus Iſaac. Illi dilecti
fuere, iſti uero non. Quis autem
neſciat,ex dictis, Iudæos primos Dei
filios fuiſſe, Gentiles uero ſecundos,
quorum typum optimè geſſere filius il-
le ſenior, & filius prodigus iunior,
in Euangelica parabola, & in teſta-
mento ueteri Manaſſes & Ephraim?
In hoc ergo myſterio reprobationis Iſ- Luc.15.
maelis,

maelis, & Eſau: promiſſionis & fauoris Iſaac & Iacob, myſterium maius inſinuat Apoſtolus, reprobatæ ſinagogæ, & Gentium electionis. Ita enim impletum eſt uerbum illud. *Maior ſeruiet Minori.* Gentes nanque, Iudæis dominabantur ab eo tempore, quo ipſi Chriſto credere nolentes, dignitatem Iſraeliticam perdidere. Vides altiſſima Pauli ſenſa? Ne autem Docti illi Græci, qui Romæ erant eo tempore, ſimulque Romani, per allegoriam hanc intelligentes, ſuperbirent, extollerenturque, & Iudæis tanquam à Deo reprobatis inſultarent: audi quanta arte eos compeſcit Apoſtolus. Ne glorieris Ethnice, neque contra Iudæos animo efferaris. Nam & Iacob elegit Deus, cum nondum quicquam boni egiſſet: & Eſau reprobauit, cum nondum quicquam mali. Non ergo de tuis meritis præſumas, neque Iudæos tanquam male merentes, deſpicias. Nam & tu ſine meritis electus es, tanquam Iacob: Iudæus ſine demeritis odio habitus, tanquam Eſau. At cum hac Pauli doctrina humiliatur Gentilis, inſoleſcit Iudæus: ille diſcit cauere ſuperbiã, iſte ad impietatem prorumpit: ille gratiam, quam non merebatur agnoſcit, iſte peccato omnia in Deum retorquet. Ergo inquit Iudæus, Iniquus eſt Deus, & iniuſtus, qui Eſau, cum nondum natus eſſet, reprobauit, qui Iacob, cum nihil boni egiſſet, in ſublime euexit. Tam autem apparens eſt cauillatio hæc, tantumque ueritatis fucum habet, vt uix illi credatur poſſe fieri ſatis. Paribus enim exiſtentibus, Callia & Socrate, vel ambo pariter puniendi eſſe uidentur, vel ambo pariter honorandi. Qua ergo ratione Deus, cum pares exiſtant Iacob & Eſau, alterum eligit, repudiat alterum? Nulla hic iuſtitiæ ratio ſeruari uidetur. Audiuit has Iudæorum blaſphemias Paulus, & ut eas tolleret, recenſuit. Lege.

Quid ergo dicemus? Num iniuſtitia apud Deum? Iniuſtum enim eſſe uidetur, vt ſine ullis bonorum vel malorum operum meritis, unum diligat, alterum odio habeat. Audiſti iudaicam impietatem, audi modo Pauli reſponſionem. *Abſit.* Horret pius animus vocem hanc, nunquam certè ferendam, Deus iniuſtus eſt, Deus partium fautor eſt. Deus perſonam excipit. Deut 32. Nam ſcriptum eſt. Deus fidelis eſt, & abſque ulla iniquitate. Videtur tibi iniquum, ſed non eſt iniquum, in rei ueritate. Sine meritis bonis, vel malis, Deum Iacob diligere, Eſau proſequi odio. Neque enim ſine meritis ſaluatus eſt Iacob, neque ſine demeritis damnatus Eſau. Id tibi ſat erit, vt linguam à ſuperbia coerceas. Diligat te Deus, odiat, eligat, reprobet, nunquam ſi piè vixeris damnaberis, nunquam ſi impiè, ſaluaberis. Nihil aliud quære Roma, hæc reſponſio tibi ſufficiat Pauli noſtri, breuiſſima, ſed doctiſſima, qua nulla aptior dari poteſt. Vocibus equidem talibus, Iniuſtus eſt Deus, quid aliud reſpondendum eſt, niſi Abſit? Imperet tibi Deus, ne unquam tantum, taleque virus euomas impietatis. Sequitur.

Moyſi enim dicit. Miſerebor cuius miſereor, & miſerabor quem, miſeror. Exo. 33.
Id habetur in Exodo, ſed ſub alijs uerbis. Miſerebor cui uoluero, & clemens ero, in quem mihi placuerit. Quo uerbo Apoſtolus, non probat reſponſionem datam, quod non ſit Deus iniquus, ſed id unde orta eſt Iudæorum, argumentatio: Videlicet, quod Deus ſine meritis eligat, pro ſuæ uoluntatis beneplacito, quem ſcilicet uoluerit, citra omnia bona opera: ſicut contigit in Iacob. Et tu hic aduerte doctior. Quod non probat aliam partem, uidelicet Deum ſine demeritis reprobare, quæ difficilior eſt. Ex iſto enim verbo Dei, ad Moſen, prima pars tantum, de electione probatur, licet hic duo uerba reponantur. Miſereri, & Miſerari. ἐλεεῖν. & οἰκτείρειν. Vtrumque tamen uerbum, actum amoris ſignificat. Miſereri nanque, eſt magis actus interior, uidelicet miſericordiæ exhibitio. Vnde Eleemoſina, miſericordia dicitur, à uerbo ἐλεέω. quod miſereri propriè uertitur. Miſerari vel compati, ſeu commiſerari, actus

eſt magis interior, animi ſcilicet condolentis de miſeria aliena. Hæc enim compaſſio dicitur οἰκτειρμὸς, à verbo οἰκτεῖρω. Vnde οἰκτρολογία. Oratio ad compaſſionem excitandam, & οἰκτροχοεῖν, miſerabilia uerba fundere, vt rei faciunt depræcantes, vt illis com patiamur. Dicit ergo Deus Moſi. *Ego miſerebor*, dando gratiam in tempore præfixo, *cuius miſereor*, ideſt cuius nũc, & ab æterno uolui miſereri, quem ſcilicet mihi aſciui, vt obiectum miſericordiæ meæ. *Et miſerabor*, compatiens. *Quem miſereor*, ideſt cui nunc, & ab æterno, commiſerari decreui. Breuiter illi, dilectionis, effectum atque affectum exhibebo, cui uoluero. Conticeſce Iudæe, ne merita extollas. Vnice quidem dicit Deus, pro ſua voluntate citra merita omnia, eligere, diligere, benefacere, miſereri, miſerari. Non ergo dicas, Gentes ἄθεοι fuerunt. Id enim uerum eſt, non fuere Iudæis ſanctiores, vt oſtenſum eſt. At quid fraternæ gratiæ inuides ſuperbe fili? Quid murmuras, ſi Deus
Luc. 15. illis miſereri uoluit, ſicut pater filio prodigo? Audis Simphoniam, & Angelorum chorum concinentium, gaudentiumque, quod ſummus ille, piiſſimuſque omnium hominum pater, Gẽtes ſuas abieciſſe videbatur, denuo fuerit commiſeratus? Cur ergo liuore torqueris, & dicis indignabunda. Gentes diſſiparunt ſubſtantiam ſuam, in idolorum fornicationibus, & nunc Deus eas, in gratiam ſuſcepit? An
Matt. 20. oculus tuus nequã eſt, quia ego bonus ſum? inquit Deus. Num non poteſt de ſuo facere, quod uult? Miſerari prout illi libuerit? Moſen tuum nega Iudęe, ſi id uerum non eſt. Concludit Paulus ex hoc Moſi dicto. *Igitur non uolentis, neque currentis, ſed miſerentis eſt Dei.* Et eſt optima concluſio. Si enim Deus miſeretur, ad ſuæ uoluntatis libitũ, vt igitur Deus noſtri miſereatur, ratio non eſt uelle noſtrum: nec currere, ſed vnicè Dei miſericordia. Miſeretur enim, cuius miſeretur. Si enim miſeretur mei, quia mereor, vt mihi miſereatur, iam miſericordia ſua, non eſt cauſa tota, vt mei miſereatur.

At qui ex verbo Moſe, nulla eſt cauſa, vt miſereatur, niſi quia miſeretur. Modus, quippe ille loquendi. *Miſerebor cuius miſereor*, ſignificat illud, *Cuius miſerebor*, cauſam eſſe illius, *Miſereor*, vt mei igitur miſereatur, non eſt meritum vel cauſa, quia ſcilicet ego uelim, vel curram, ideſt mandata Dei perficiam, vel perficere velim. (Curſus enim, metaphorice diuinæ legis obſeruatio appellatur. Iuxta illud. Sic currite, vt compræhendatis. Ego curro nõ 1. Cor. 13
quaſi in incertum. Viam mandatorũ Pſ. 118.
tuorum cucurri,) ſed quia Deus ab æterno, mei miſereri uoluit. Et reuera, genuinus ſenſus illius uerbi Dei huc tendit. *Miſerebor cuius miſereor*, ideſt nulli teneor miſereri. Quod ergo facio, ex miſericordia ſola facio, & ita gratis miſereor cui miſereor. O Iudæi, qui merita ueſtra iactatis, obmuteſcite. Cum miſericordiam audis Phariſee ſuperbe, intellige gratiam indebitam, tibi diuino fauore donatam, non redditam: tributam ex miſeratione, non ex iuſtitia retributam. Clama
quicunque illuminatus es. Miſericors Ioel 2.
& miſerator dominus, patiens & mul- Pſ. 102.
tæ miſericordiæ. Non ſecundum peccata noſtra fecit nobis, neque ſecundum iniquitates noſtras retribuit no-
bis. Miſericordiæ domini, quia non Tre. 3.
ſumus conſumpti: Et non defecerunt miſerationes eius. Tu quoque qui illuminatus non es, clama. Miſerere
mei Deus, ſecundum magnam miſeri- Pſ. 50.
cordiam tuam.

Hinc autem incipiamus, (vt à facilioribus ad difficilia facilè tranſeatur,) quid ſibi uult hoc verbum, tam durum, tamque difficile. *Non volentis, neque currentis, ſed miſerentis eſt Dei.* Num fortaſſe, quia dictum eſt contra Iudæos, non eſt uerum? Abſit. Verum eſt, & ex animo à Paulo dictum. At ſi ita eſt, inanes igitur ſunt omnes conatus noſtri? Abſit. Non intelligis, quod de prima miſericordia loquitur Paulus, quam Deus & Gentibus, & Iudæis exhibuit, cum ad Chriſtum conuerſæ ſunt? Iam enim ſupra dictum eſt, contendere fuiſſe ſolitos, in vrbe Roma præputiatos, & circũciſos,

Quod

quod ad Euangelium Chriſti Ieſu aduocati fuiſſent ob eorum præclara, quæ anteceſſerant facinora. Iudæi de legis obſeruatione extollebantur, Gentes de ſapientia naturali. Omnium ergo obſtruit ora Paulus. Quodcunque feceris Iudæe, quodcunq; feceris Ethnicè, ne puta tuis operibus diuinam hanc gratiam conciliaſſe, Deumque vt tui miſereretur, prouocaſſe. Vnicè ex diuina miſericordia factũ eſt, vt tui miſertus fuerit. Inania erant omnia opera ueſtra: irriti, uanique omnes omnium hominũ conatus, ad hanc primam gratiam promerendam. Miſericordiam cognoſcite, non meritum. Qui gloriatur, in domino glorietur. Hoc eſt, & nihil aliud quod molit Paulus hoc uerbo. Huc ſpectat, & illud. Non ex operibus iuſtitiæ quæ fecimus nos, ſed ſecundum ſuam miſericordiam ſaluos nos fecit, per lauacrum regenerationis. Quemadmodum enim Iſaac, non uteri uirtus, ſed diuinus fauor in lucem protulit, fecitque magni Abrahæ filium. Ita nos, non noſtræ naturæ opus, ſed diuina miſericordia tantum, & gratia Dei uiuentis, filios efficere potuit. Hinc illud. Dedit eis poteſtatem filios Dei fieri, quia nemo illam ex ſe habet. Non ergo quiſpiam vt Dei filius efficiatur, promereri potuit, ſed quibus contigit, dono & fauore Dei contigit. Vnde & hæc noſtra generatio, non naturæ, ſed diuinæ promiſſionis dicitur, (ſicuti natus eſt Iſaac, vt in Pauli exemplo perſiſtamus.) Et benè promiſſionis. Quemadmodum enim, ortum Iſaac ante prædixit Deus, quàm compleret; ita noſtrã hanc ſecundam natiuitatem, longè antea per prophetas, per Chriſtumque futurum prædicauit, quàm exhibuerit. Quicunque ergo ad hanc gratiam regenerationis, baptiſmalem ſcilicet & primam, vel tantillum meriti opera noſtra habere dicunt, gratiam omnem, miſericordiamque abijciunt. Gratia enim eſt radix meriti. Si ergo mereris, iam gratiam habes. Quod ſi gratiam habẽs, gratiam mereris, illa certè quam mereris, prima non eſt. *Non eſt ergo volentis, neque currentis* hominis, vt Deus illi gratiam primam impertiri uelit, *Sed*

1.Cor.1 (margin, beside "conatus, ad hanc primam gratiam pro-")
Tit.1. (margin, beside "quod molit Paulus")
Ioan.1 (margin, beside "lios efficere potuit")

miſerentis Dei. Non excludit tamen Paulus, nec nos Chriſti meritum excludimus. Ipſe enim hanc primam gratiam nobis meruit, Iuxta illud. Qui multos *Heb.2.*
filios in gloriam adduxerat, authorem ſalutis eorum, per paſſionem conſummari. Sed tantum noſtra merita, omniumque & Singulorum hominum. Nam quod Chriſtus nobis meruerit, non tollit, quin ex Dei miſericordia nobis illa gratia conferatur. Tolleretur autem, ſi ex noſtris meritis. Si enim ego ipſe in Dei gratiam recipi mereor: iam non miſericordia, ſed iuſtitia erit, ſi recipiar. Miſericordia nihilominus eſt, ſi Chriſti meritum, mihi diuina gratia applicatur. Vis tamen, vt abſolutè declarem, & dictum iſtud defendam? *Non eſt volentis, neque currentis, ſed miſerentis eſt Dei?* Ne dum quoad hunc locum ſpectat. Sic enim declaratum eſt, ſed abſolutè. Ecce. Quis ueſtrum videns theatrum, templum, aut domum optimè ædificatam, non illico architectum laudet, & non dicat. Egregium ſanè, ægregij artificis opus? Attamen non totum artifici eſt. Partem nanque, in ædificio dominus habet, qui materiam ſuppeditauit: partem operarij omnes, q̃ artifici miniſtrarũt: ſed cur totum artifici damus? Quouiã quod plus eſt, illius quidem eſt. Vnde & hanc conſuetudinem ſequẽtes, in loco aliquo, vbi plures fuerint, dicimus omnes adeſſe: Vbi pauci uero, neminem. Apoſtolus itaque, hunc modum ſequutus, noluit dicere, quod in uanũ currimus, aut laboramus. Quomodo enim id dicere poteſt, cum ipſe de ſeipſo dicat. Ego curro, non quaſi in incertum? Et iterum Sic currite, vt compræhendatis? Labor veſter non eſt inanis, in domino? Non eſt iniuſtus Deus, vt obliuiſcatur laboris ueſtri, ſed totum dedit Deo miſerenti, vt agnoſcas perpuſillum eſſe conarum noſtrum ſi ei, quod agit Deus in nobis, comparetur. Longe enim, plus agit, in nobis Deus, q̃ nos ipſi agamus. Et propterea totum illi tribuitur. Interdum & nihil nobis. Deus operatur in nobis uelle, & pficere. Neq; qui plantat, neque qui rigat eſt aliquid, ſed qui incremẽtũ dat, De⁹ eſt.

1. Cor 9. (margin, beside "ſo dicat. Ego curro")
Ibidem. (margin, beside "tum? Et iterum")
2. Theſ 3. (margin, beside "in domino? Non eſt iniuſtus")
Philip. 2. (margin, beside "Deus operatur in nobis")
1.Cor. 3. (margin, beside "re. Neq; qui plantat")

Quoniam ſcilicet Deus, hominis uolũtatem, & præparat adiuuandam, & adiuuat præparatam. Nolentem enim præuenit, vt velit, volentem ſubſequitur vt bene velit, & ne fruſtra uelit: in quo maximè Pelagium deteſtamur, qui bonorum operum initium, in nobis ex nobis eſſe dicebat. Ex vtroque ergo fit, cum primam gratiam accepimus, vt Deus noſtri ſubſequenter miſereatur, ex diuina miſericordia, & ex noſtra voluntate. Neque enim totum Deus ſuum eſſe uoluit, ne ſine cauſa, nos coronare videretur. Neque rurſus totũ noſtrum, ne in arrogantiam dilabetemur. Si enim minorem habentes partem, altum ſapimus, quid ſi totius autores eſſemus? Verumtamen magna pietate, totum Deo dandum eſt, vſq; ad hiperbolas etiam. Quandoquidem ipſe incipit, ipſeque conſumat, & uelle & perficere. Ad hunc modum, & il-

Matth. 10. lud expone. Non enim uos eſtis, qui loquimini, ſed ſpiritus patris ueſtri, qui loquitur in uobis. Non enim, per Apoſtolorum ora, loqrebatur Spiritus ſanctus, ſicut per os aſinæ, ſed ipſi diuino afflati numine, illiſque conſentientes, quæ eis ſuggerebat, loquebantur. Verum, quia minimum hoc erat, totum Deo tranſcribitur. Omnibus quidem conatibus ſuis, non id aſſequi potuiſſent, ullo unquam tẽpore, quod in momento didicere. Nonne etiam, natura ipſa, vniuerſos homines docente, inoleuit mos, vt in omnibus detur laus Deo? Si vrbem videris, graui hoſtium obſidione circundatam: Si minaces muris machinas iferri, ſi uallo, telis, ignibus, tormentiſq; vniuerſis bellicis, quibus excidia parantur, urgeri, demumque liberata patria, hoſtilem exercitum repelli atque fugari. Num liberationẽ, ſalutemque à Deo pręſtitam dicis, cum tamen, nec excubię militum defuerint, iuuenum procinctus, ciuium arma? Si maritima nauis diſcrimina ſupauerit, vndiſque ac fluctibus fatigata, ad portum ſalua peruenerit, nemo niſi miſericordiæ Dei, ſalutem nauis adſcribit. Nec ipſe nauta, aut qui clauum manu tenet, dicere audet, ego nauem ſeruaui: Neque tamen nihil egere, qui in naui erãt, nauticæ artis gnari. Si demum, bonos atque uberes fructus, ad perfectam maturitatẽ protulerit ſeges, nemo piè, & conuenienter dicet, fructus hoſce agricola fecit, ſed à Deo cuncti præſtitos fuiſſe, fatebuntur, qui imbrem, pluuias, tempore conueniente, ſolemque dederit aruis. Hos modos imitatus eſt & Deus, qui dixit. Auferam ab eis Ezech. 11.
cor lapideum, & dabo eis cor carneum. Ad retundendam enim hominum atrogantiam hoc dicitur, non ad enecandã liberi atbitrij libertatem. Simili quippe figura, dicit diſcipulo pręceptor ſollecitanti. Eximam tibi linguam iſtam barbaricam, & Romanam in ſeram. Nihilo ſecius tamen à diſcipulo induſtriam requirit: tametſi citra operam præceptoris primam, non poſſet diſcipulus mutare linguam, ac rectius loqui. Hos mo- Pſ. 126.
dos imitatus eſt & uates ille, qui dixit. Niſi dominus ædificauerit domum, in uanum laborauerunt, qui ædificant eã. Niſi dominus cuſtodierit ciuitatem, fruſtra uigilat, qui cuſtodit eam. Quibus verbis, non illud molitur, vt ab ædificando, cuſtodiendoq; ciuitatem hanc, quæ intra nos eſt, ceſſare debeamus, ſed oſtendit, quæ ſine diuino numine fiũt, quęque illi non feruntur accepta, ruere prorſus. Ipſe enim omnib' noſtris operibus, incrementum dat. Vnde & il- Ioan. 15.
lud. Sine me, nihil poteſtis facere. Et Ioan. 6.
illud. Non poteſt homo accipere quicquam, niſi fuerit ei datum de cœlo. Deinde dicit.

Dicit enim ſcriptura Pharaoni. Ideſt Deus in ſcriptura. *Quia in hoc ipſum excitaui te, vt oſtẽdam in te potentiam meã, & vt annuntietur nomen meum, in uniuerſa terra.* Quibus uerbis, cum primam partem illius paradoxæ propoſitionis, nobis perſuaſerit, ſine meritis Deum eligere, quem ipſe uoluerit. Secundam partem nunc probat. Neque ſine demeritis repudiare, quem ipſe eligere noluerit: neque commiſerari. Cum tamen apud eum, nulla ſit iniquitas, nec perſonarum exceptio. Ex hac autem Rom. 9.
probatiõe, & illud probatur, quod mox aſſerta illa prima parte, illatum eſt. Videlicet, Non eſſe uolentis, neque currentis hominis, vt Deus illi miſereatur, ſed

vnicè Dei miſerentis, eligentiſq; vt miſereatur. Aſtruitur uerò hocà contrario hunc in modum. Quoniam Deus, quem vult repudiat & derelinquit, eligi ergo, amarique non aliunde uenit, niſi ex Dei miſericordia fauere uolentis, miſerari, & miſereri. Vt itaque aſſumptum, Iudæis uerum eſſe uideatur, qui merita pluſquam par ſit, iactant, adducit Paulus verbum Exodi, quo ad Pharaonem dixit Deus. Extendens manũ percutiam te, & populum tuum peſte, peribiſque de terra. Idcirco enim excitaui te, ideſt quaſi à mortuis ſuſcitaui te. Mori nanque millies merueras. Ego autem te in uita ſeruaui, feci ſtare te, uitam tuam prorogaui, iuſta, meritaque diſtuli ſupplicia, per Moſen & Aaron, te extimulaui, ut populum meum dimitteres, uerbis, flagellis te excitaui, quaſi dormientem atque ſopitum, & quotidiè magis ingraueſcentem: quamuis ſcirem te, nolle populum dimittere. Vt oſtendam in te potentiam meã. Vt ſcilicet, cum te diuturna patientia mea abutentem, ſeueriſſimo, inauditoque iudicio mulctauero, Deum tantæ virtutis, vniuerſus orbis agnoſcens, tuo exemplo expaueſcat. *Et annuntietur nomen meum in vniuerſa terra*. Celebretur ſcilicet, ab omnibus ſceleſtis, poſtquàm tu omnium ſceleſtiſſimus, illud toties polluiſti. Sciantque, quod non eſt mei ſimilis in terra. Pij quoque lætentur, cum uiderint uindictam, atque omnes erudiantur, cum huius tremendę iuſtitiæ meæ fama, ad omnes nationes magna uelocitate peruenerit. Habes uerbi Dei ſenſum. Colligit hinc Paulus. *Sane ergo, cuius vult miſeretur, quem autem vult, indurat*. Miſeretur ſcilicet magna bonitate, & indurat nulla iniquitate. Miſeretur per miſericordiam, indurat per iudicium. O uerbum duriſſimum. Et quis poteſt illud audire? Ex illo uerbo ad Moſen. *Miſerebor cuius miſereor*, prima pars huius illationis pendet, *Cuius vult miſeretur*. Ex hoc uerbo ad pharaonem, ſecunda. *Quem vult indurat*. Sed pulchrum eſt uidere. Quomodo hæc ſecunda pars inde deducatur. Prima pars apprimè ſupra declarata eſt. At certe non eſt facile, hanc ſecundam declarare. Vis uidere? Ecce. Nam nõ ſine demeritis Pharaonis præcedentibus, hæc illi contigerunt, vt dici poſſit, illum pro diuinæ beneplacito uoluntatis, fuiſſe duntaxat repudiatum atq; obduratum, vt inquit Paulus. Quoties.n. ante uerba iſta. *In hoc ipſum excitaui te, vt oſtendam in te uirtutem meam*. legitur. Et aggrauauit Pharao cor ſuum, & noluit dimittere populum. Suapte ergo malitia, hanc ſibi diuinam iram theſauriſaſſe uidetur. Quoniam inter miraculorum imbres, Deo ſemper pertinaciſſimè reſtitit, & flagellis durior effectus eſt. Et tamen Paulus hoc molitur, ſine demeritis, eum à Deo repudiatum fuiſſe: quemadmodum de Eſau dixit. Cum nondum natus eſſet, nec quicquam mali egiſſet, odio habitum fuiſſe. Habes primam difficultatem. Ecce modo ſecunda. Ex uerbis quæ Paulus adduxit ex Exodo, iſtud non uerè colligi poſſe, quod intendit. Nihil enim inde habetur, niſi Dei multiplex amor erga Pharaonem. Non enim dicit, In hoc ipſum feci te, ſcilicet impium & peruerſum, vel durum, ut oſtendam in te potentiã meam. Id autem faceret, pro Pauli intentione. Sed dicit tantum. *In hoc ipſum te*, impium ſponte tua, ſcilicet effectum atque induratum, *Excitaui*, Seruaui, monui, pertuli. *Vt oſtendam in te potentiam meam*. Vnde igitur ſequitur. *Ergo quem vult indurat Deus?* Et Tertio. Res eſt, quam omnis religioſus animus horret, Deum pro ſuæ uoluntatis beneplacito, ſine cauſa indurare, quẽ uoluerit. Neque ergo Paulus pie ſentire uidetur, neque ad Pharaonem rite applicare. Sed nec verba ad propoſitum ſpectantia adducere. Intelligis difficultates? Rem in ſe, vltimo loco cum Paulo tractabimus. Quo ad Pharaonem ergo, & verba quæ hic ſimul adducũtur, aduertere debes. Paulum, ſemper truncatis loquutionibus uti, Hebreorum more. Maiore autem ratione, id facit nunc quam alias. Quandoquidẽ ad Hebreos ſermonem dirigit, qui legis verba norunt. Præſupponit itaque, & tanquã omnio intelligendum, ſubticet illud uerbum, quod eodem capite Exodi habetur, & immediatè ferè ante hæc, quæ

Rom. 9.

hoc loco adduntur. Indurauitque dominus cor Pharaonis, & non audiuit eos. Statim nanque ſequitur textus. Dixitque dominus ad Moſen. Mane conſurge, ſta coram Pharaone, & dices
Exo 4. ad eum. Dimitte populum meum, vt ſacrificet mihi in deſerto. Ecce enim extendens manum meam, percutiam te. Idcirco enim poſui te, ut oſtendam in te potentiam meam. Quis autem non uideat modo ex uerbis his, optime ſequi & luce clarius, quod molitur Apoſtolus, quanquam ex hoc tantum, quod hic additur, non ſequi uideatur? Videlicet Deum, pro ſuæ uoluntatis beneplacito, Pharaonem, indurasſe. Quod dicebatur Pharaonem ſuum cor aggrauaſſe, veriſſimum eſt. Sed & longe antea dixerat Deus. Ego indurabo cor Pharaonis, antequam vel ſemel legatur. Aggrauauit Pharao cor ſuum. Hæc omnia ergo connectens Apoſtolus, (licet non omnia dicat. Doctos enim alloquitur clariſſimè.) habet quod intendit. *Ergo quem vult indurat Deus*, Sed tunc oritur tertia difficultas. Nam abſurdum uidetur, ut Deus optimus maximus, qui non modo iuſtus eſt, uerum etiam pijſſimus, cor Pharaonis induraſſe dicatur, vt illius multa malitia, per illius interitum ſuam potentiam ſibi redderet illuſtriorem. Si dicas. Ob merita mala præcedentia, id illi contigiſſe. Piè quidem dicis, ſed iam Paulum euertis, qui ex Pharaonis exemplo probare nititur, quod de Eſau ſupra dictum eſt, videlicet odio habitum fuiſſe.
Bas.17. Quid ergo dicendum? Anguſtiæ mihi ſunt vndique. Oportet enim, & ab impietate Paulum, qui pro beneplacito voluntatis Dei indurari dicit, & Deum à callumnijs, atque blaſphemijs hominum defendere. Fortaſſe autem id fiet, ſi illud uerbum exponatur. *Ego indurabo cor Pharaonis*. Tanquam ſi diceret. Quàm durum ſit demonſtrabo. Quod olfeciſſe uidetur magnus Auguſtinus, in quæſtionibus ſuper Exodum. Verum enimuero. Deum quidem excuſat, ſed Paulo non uidetur facere ſatis, interpretatio hæc, ut uerum fatear. Nam ex hoc loco Paulus, credit ſufficienter declarare Eſau, reprobatum fuiſſe ſine operibus, & odio habitum. Plus ergo oportet dicere, quàm duritiem demonſtrare. Dici itaque ſecundo poteſt, illud uerbum, ſecundum Dei præſcientiam, non ſecundum operationem intelligi, quod & Auguſtinus, alibi tetigit, de Prædeſtinatione & Gratia, cap. 6. Ita vt ſenſus ſit. Non ego indurabo cor Pharaonis. Sed ſcio, quod indurabitur. Iuxta illud, quod in Exodo, ante il Exo 4.
lud, indurabo cor Pharaonis, legitur. Ego ſcio, quod non dimittet uos rex Ægypti, vt eatis, niſi per manum validã; Hæc enim eſt prima uox Dei, (vt ſciatis,) contra futuram Pharaonis uoluntatem. Sicut præuiderat, indicabat. Poſtea inter miraculorum imbres, dixiſſe legitur. Ego indurabo cor Pharaonis, Exo 4. & 7.
ne dimittat populum. Hoc ergo uerbo, primam uidetur iteraſſe ſententiã. Scio quod non mollietur, vt dimittat populum, niſi in manu forti. Optima certè expoſitio. Sed non eſt ad mentem Pauli, qui dicit. *Quem vult indurat*. Non poteſt enim, hoc loco intelligi indurare, ideſt præſcire indurandum, propter verbum illud. *Quem vult*, vt facile patet. Quid ergo dicemus? Illabere, illabere Paule noſtris mentibus. Vis ut tibi rem aperiam? Attende. Miſeretur Deus, quum peccantem, mox per afflictiones ad pœnitentiam inuitat. Indurat, quum tardius caſtigat & corripit. Mihi crede. Hæc eſt maxima in improbos diuini numinis uindicta, ſero uindicare. Contra. Hæc eſt maxima miſericordia, cito corripere. Iuſtæ enim multæ dilatio, ſpem diuinæ iuſtitiæ imbecillam reddit: iniuria affectos ab impijs, deprimit: flagitioſis audaciam præſtat, licentiamq; auget. Præſens uero uindicta, & quę protinus peccata ſubſequitur, confeſtim ſceleratis delinquendi viam obſtruit, inhibetq; ne longius malitia procedere poſſit: Et pijs maximum ſolatium affert. Vlciſcitur quidem peccata omnia tandem Deus, nihilq; impunitum relinquit. De quo dicitur. Viſitat peccata patrum in filios, vſq; in ter Exo.20.
tiam & quartam generationem, vt Ezechiel dixit. Verum ſecuram hanc, tardipedamque uindictam, (ut Euripidis voce vtar,) uix timet impius. Ea nanq;

flagella,

flagella, tormenta, terrores, malaque omnia, quæ poſt peccatum longo temporis interuallo, eueniunt, incidentia putat, & alterius cuiuſdam rei potius, quam emendationis cauſa inferri. Verum, ſi ob ſingula delicta uapulet, & plectatur, è ueſtigio corripi incipit: ſaniorem induit mentem, tanquam diuina iuſtitia res humanas tempore debito curet. Et cum nulla in re, in malorum animaduerſione maximè ſegnis, non ſit: ſed uehementi impetu contra peccata omnia feratur. Hinc illud Eſaiæ. Vexatio dat intellectum. Et Propheta. Virga tua & baculus tuus, ipſa me conſolata ſunt. Hinc ſapiens. Qui parcit virgæ, odit filium. Quid dicam? Et Deus ſupra, quam dici poſſit iratus, per Oſeam, audi quid dicit. Non uiſitabo ſuper filias ueſtras, cum fuerint fornicatæ. Placatus uero & miſericors effectus, dicit per Dauidem. Viſitabo in uirga iniquitates eorum, & in verberibus peccata eorum, miſericordiam autem meam, non diſpergam ab eo. Intelligis hoc Roma? Hoc igitur modo, Deus Pharaonem indurauit & non alio, quoniam flagelli dilatione, vitæ prorogatione, ad deteriora eum, prolabi fecit. Si ſtatim in Iudæos deſæuiêtem, tirannum illum, Hæbræorum filios enecantem, populumque opprimentem, Ioſippo mortuo occidiſſet, vel flagellaſſet Deus, tanta pertinacia Dei iuſſionibus non reſtitiſſet. At quia longo tempore tollerauit, credens rex cui mala mens, & malus animus erat, Deum humana non curare, fato, cuncta agi. (error enim hic, Ægyptijs proprius fuit,) inſoleſcere cæpit, vt non modo Deo haudquaquam flexibiliter conſentiret, ſed inflexibiliter reſiſteret. Hæc certè uera eſt, legitimaque loci huius, tam abſtruſi interpretatio.

Eſa. 16.
Pſ. 22.
Prou. 13.
Oſee 4.
Pſ. 88.

Tria tantum huic declarationi obſtare uidentur. Primum. Quia hic modus ſufficiens, non uidetur eſſe, vt dicatur, Deus indurare, vel induraſſe, ſed ipſe Pharao tantum indurari. Eſt enim tantum occaſio Deus indurationis, ſecundum hanc declarationem, non cauſa. Atqui ipſe dicit. Ego īdurabo. Et Paulus. *Quem vult indurat*. Aliud ergo addere oportet, ut uerè Deus indurare dicatur. Secundo. Quia neque id uidetur ſatis eſſe ad Pauli mentē, qui uult Deū Pharaonem reprobaſſe, odioque habuiſſe ſicut Eſau. Non enim odium eſt, neque reprobatio, non ſtatim punire, ſed gratiam auferre, qua ablata pereat. Omnem itaq; gratiam, à Pharaone abſtulit, quod hæc declaratio non ſaluat, vt intuenti paret. Tertio. Quoniam neque hoc decere videtur diuinam pietatem, ut non ſtatim illum peccantem punierit. Sed paſſus ſit eum ad deteriora prolabi. Ex quo miſericordiæ opus eſt, vt corrigantur, mox flagella peccātibus adhibere. Diluentur tamen omnia, Deo dante facillimè. In primis autem, mirandum eſt, quod obijcitur, non poſſe dici, Deum Pharaonem induraſſe hac ratione tantum, quia ſcilicet diu peccantem illum paſſus eſt: Nonne ſermo eſt popularis, quo vulgo pius pater filio contumaci dicere ſolet, & ſeruo hærus. Ego ipſe te perdidi, mea patientia te peſſimum feci: quoniam te errantem non e ueſtigio caſtigaui. Sed nos mittamus, quod plerunq; obloquimur. Nonne uſus eſt hoc tropo Eſaias, uir nobilis & urbanæ elegantiæ, ſi Diuo Hieronymo credimus? cum dixit ad dominum. Quare errare nos feciſti de vijs tuis? Induraſti cor noſtrum, ne timeremus te. Senſus enim eſt. Quare flagella ſuſpendiſti domine? Heæ enim numinis tui cunctationes, & moræ, abſurdæ fuerunt. Erroris quippe & duritiæ cauſa uideris, dum non ſtatim corripis delinquentes. Nonne & Hieremias ſimili tropo dixit? Seduxiſti me domine, & ſeductus ſum. Proſpera enim promiſiſti domine, & flagella mihi incutere debueras. Ego uero proſperis allectus, in peccatis perſeueraui. Eo ipſo ergo, quo Deꝰ ſua patientia, longanimitate, & lenitate differt peccantes flagellare, eos indurare dicitur. Hicque modus fuit, quo Pharaonem obdureſcere fecit. An non meminiſti eorum, quæ capite primo docuimus? Deum in ſcripturis, illius dici cauſam eſſe, cuius oppoſitum non facit? Flagellis molleſcimus. Cum

Eſa 63.
Hier. 20.

Cúm ergo non flagellat nos, indurare
dicitur. Sed hic inquis, non eſt Pauli
ſenſus de Pharaone. Immo, mea qui-
dem ſententia non alius. Vult Deum
omnino Pharaonem repudiaſſe? Ab-
ſit vt Paulus id moliatur. Peculiarem
hanc miſericordiæ operam, ſine deme-
ritis impendere noluit Pharaoni Deus,
Pſ.67. quia noluit. At non omnino illum reie-
cit gratis. Deus, Deus ſaluos faciendi,
clamat Propheta. Et Paulus dicet. Sine
demeritis aliquibus, vel præſentibus,
vel futuris, noluit Pharaonem ſaluare
Deus? Omnibus, omnibus inquam ſuf
ficiente gratia, opitulari decreuit Deus
ante ſecula, opitulaturque. Et Pharaoni
opitulatus eſt. Verum fateor, quod effi-
cacem illũ fauorem, quo electis digna-
tus eſt, illi nequaquam præſtitit. Quem
Heb 12. diligit impensè, caſtigat, & flagellat.
Hunc in modum, non dilexit Pharao-
nem Deus. Et hoc tantum (mihi crede)
Rom. 6. intendit Apoſtolus. Huic autem finiti-
mum illud eſt, quod ſupra dicebatur.
Cum nondum natus eſſet Eſau, nihilq;
mali egiſſet, illum odio habitum fuiſſe
à Deo. Bone Deus Quomodo tibi in
mentem venire poteſt, vt Deus de quo
Gen 1. dicitur. Vidit Deus cuncta, quæ fece-
rat, & erant valde bona. Eſau gratis
Sap. 11. oderit, quem ipſe fecit? Diligis domine
omnia, quæ ſunt, & nihil odiſti eorum
quæ feciſti, clamat ſcriptura ſacra. Pec-
cata unicè ipſe, non fecit. Peccata igi-
tur tantum odit Deus. Si ergo dixe-
ris, peccata Eſau odiſſe Deum abſolutè,
ipſum quoque vt peccatorem, ore rotũ-
do id tecum aſſeram. Si iterum dixe-
ris, quæ admiſſurus erat Eſau, ab æter-
no Deo præſentia fuiſſe, qui non ſecus
nouit facta, quàm fienda. Et propterea
antequam natus eſſet, hac ratione Deo
odio fuiſſe, uictas tibi dabo manus.
At, quod omnino citra culpam præui-
ſam ſaltem, gratis odio illum habuerit
Deus, nunquam aſſentiar. Atqui Pau-
lus hoc dicit, tibi dicit, qui Paulum tor-
ques. Mihi non dixit vnquam, nec di-
cet. Quid dicit? Dicit peculiariter fa-
uiſſe Deum Iacobo, nullis etiam præui
ſis meritis. Quo contra inquit, nullis
demeritis præuiſis, odio habuerit Eſau,
non abſolutè, quin & cum voluerit, ſal-
uatum iri. Vult enim omnes homines 1. Tim. 2
ſaluos fieri. Sed quia non illum tam im-
penſe dilexit ſicut Iacob, nec illi tot au-
xilia contulit, vt ſaluaretur. Vnde & p-
miſſiones Iacobo non Eſau factæ ſunt,
inquit hic Apoſtolus. Conſtat autem
promiſſiones ex fauore, & Dei gratia
ſpeciali fieri. Quo contra. Qui ſpeciali-
ter non diligitur, non fiunt illi magnæ
promiſſiones, quamuis & ipſe diliga-
tur. Si ergo Apoſtolicæ huius digreſ-
ſionis ſcopum ſpectas, non colliges cũ
impijs iſtis, quos uolo procul eſſe tan-
quam αναθεμα μαραναθα, Eſau omnino
odio Deo fuiſſe, abſque demeritorum
prænotione, ſed non peculiari dilectio-
ne, quemadmodum Iacob charũ fuiſ-
ſe, cui abſque meritorum prænotione,
vnicè, quia illi placuit, magnalia promi
ſit. Dices autem fortaſſe. Et hoc fuiſ-
ſe iniquum? Iniquiſſimus eris, ſi id vel
cogitaueris. Tolle quod tuum eſt, & ua Matt. 20.
de. Nam tibi non deſit Deus, & eius
gratia, ut ſaluari poſſis ſi uelis. Quid eſt,
quod cauſari poſſis, ſi mille modis ſubli
mioribus mihi faueat magè, quàm tibi? Ibidem.
An oculus tuus nequàm eſt, quia ego
bonus ſum? inquit ſummus ille rerum
pater. An non poſſum de meo facere,
quod uolo? Nihil mali egerat Eſau, ni-
hil boni Iacob, etiam in Dei præſciẽtia,
& tñ hũc dilexit magis, illũ minus. Dile
ctio vero minor, ad maiorẽ relata, odiũ
hoc in loco dr̃. Et quid tibi uideretur, ſi
maius, q̃d dicerẽ? Paulũ nihil agere de
Dei dilectione, neq; de reprobatione,
aut odio, quo ad ſalutẽ, vel quo ad dã-
natione ipſius Iacob, aut Eſau? Sed quo
ad dñium tm̃ temporale, quo Iacob ſi-
ne meritis ipſi Eſau, p̃latus eſt, qui pri-
mogenitus erat? Certè ſi diligenter con
ſideraueris, hæc tibi videbit̃ mens Pau
li. Duo mihi in hac ſñia fidem faciunt. Malac. 1.
Primum. Quod Paulus Malachiæ ver-
bum adducit. Iacob dilexi, & Eſau odio
habui. Malachias autem, hoc unicè in-
telligit, Deum Iacob dilexiſſe, quia pri-
mogenituram in eum tranſtulit, atque
promiſſionis terram illi dedit. Edom au
tem fratrem eius maiorem, affligere vo
luit, maximè in poſteritate. Vnde Mala
chiæ Prophetia contra eos inuehitur,
qui Idumæam extruere uolebant, quã
Deus

Deus dirutam manere uolebat. Monteſque eius in ſolitudinem, & hæreditatē, in dracones deſerti. Ita enim habet textus. Secundum. Quia explicans Paulus, Dei odium erga Edom, amoremq; erga Iacob. Inquit, dictum eſt. Maior ſeruiet minori. Nequaquam igitur, ſi diligenter attendis, vult habere aliud, niſi voluiſſe Deum temporarie Eſau affligere, & eius poſteros ſeruitute, ſublimato Iſraele, & poſteris eius. Quod & figura huius fuit, vt ſupra dicebam, ſublimandas eſſe Gentes ſupra Iudæos. Potes & addere tertium. Quia Iudæorum lamenta huc etiam tendebant, promiſſiones factæ ſunt, reſtaurandi regni Iudæorum aduenientе Meſſia. Atqui Gentes nobis dominantur, & imperāt, Meſſias igitur nō eſt Chriſtus Ieſus, vel ſermo Dei excidit. Vt ergo Paulus hęc lamenta tollat, inquit. Non ita eſt, quia & prophetatum eſt, quod maior filius, Iudæus ſcilicet ſeruiret minori, uidelicet Gentibus. Hac ratione igitur, odio habuit Iudæos in Eſau, dilexitque Gētes in Iſaac. Hæc autem ſine meritis, ſine demeritiſq; fieri poſſe, & iuſtè, quis eſt, qui negare uelit? Poteſt enim Deus, ſine cuiuſpiam demerito, pro ipſiſſima (vt aiunt) voluntate, uelle, ut aliquis ſit, velit, nolit, ſeruus, pauper, ægrotus. Ita tamen, vt non ab æterna ſalute reijciātur: Nec ulla ratione poterit is, cui hæc fato diuino cōtigerint, Deo obmurmurare. Nōne enim Deus, huic merito reſpondere poſſet. Impudens, cauſatis, quod ego ad regum faſtigia te non extulerim? Quod ego te in priſtino ad molendum addixerim? Si te ranam, aut bulbum feciſſem, quid haberes vnde conqueri poſſes? Obmuteſce, ne te in
Iob 34. lapidem, vel in fungum uertam. Intelligis? Huic adde, quod ex ſcripturis habetur. Videlicet. Quod Deus hypocritam quandoque regnare faciat, propter peccata populi. Iuſtum etiam interdū, in mendicitate derelinquere uideatur. Hoc itaque modo, odio habuit Eſau, ſine demeritis, & nulla eſt difficultas. Et quid dices? Si & de Pharaone intelliges, non illum flagelli dilatione indurатum fuiſſe, ut damnaretur, ſed tantum, vt inaudito illo ſupplicio, morteque corporis, tam horrenda puniretur? Dei verba conſidera, & id intelliges Per- Exo. 9.
cutiam te, populumque tuum peſte, peribiſque de terra. In hoc enim excitaui te, vt oſtendam in te potētiam meā, & annuntietur nomen meum, in vniuerſa terra. Submerſione eius, id factum eſt. Toti nanque orbi terrorem immiſit, Pharaonis mors illa, & Ægyptiorum, etiam citra animæ perditionem. Mihi crede, ſine demeritis, non vult Deus aliquē derelinquere, vt anima pereat. Verum corporum, non tātum rationem habet. Vnde & ſine meritis, & ſine demeritis interdum alterū alteri præfert morti & uitæ. Vidimus. n. aliquos, qui ſanctiſſimam vitam duxere ſemper: horrendo mortis genere rapi. Infandos item viros, inutilia terræ pondera, feliciter viuere atque mori. Huius merita non niſi mala; illius non niſi bo-
na. Cur ergo finis huius, tàm fauſtus, Pſal 35.
illius tam infelix? Iudicia Dei, abiſſus multa.

Iam ergo modū intelligis, quo Eſau, ſit odio habitus, atq; Pharao obduruerit. Tertium quod ſupereſt, modo diluamus. Benigni principis eſt, uitare mala omnia, quæ poteſt Deus, per quē reges regnant, & principes imperant, Pro. 8.
cum ſciret Pharaonem ſua patientia, ſeraq; uindicta, ad deteriora profecturū, diuinæque maieſtati pertinacius reluctaturum, quo principibus exēplo eſſet, uidetur quod illum celerrimo pede aggredi debuerit. Depræhenſus enim in ſcelere, & luens delicti pęnas reſipuiſſet. At certè imbecilla ualde hæc ratio eſt. Duo quippe ſunt modi, quibus Deus, peccantes ad pœnitentiam inuitat, flagellum & patientia. Illud efficacius eſt, vt dixi. Verum & hoc, natura ſuapte optimum eſt. Num uides quādoque peritos chirugos, vulneri cicatricem tardius obducere; quo magis educta ſanie, per vulneris hiatum, ſanitas ſuccedat perpetua? Ad hunc itaque modum, diuina ſapientia, atque benignitas, non ſtatim aliquos ab errore reuocat, vt peccatis tandem ſaturi, & fatigati, per ardua obliquaque uitiorū itinera, ad uirtutis uiam reuocētur. Hinc
Petrus. Patienter agit Deus propter 2. Pet. 3.
nos,

nos, nolens aliquem perire, ſed omnes ad pœnitentiam reuerti. Vnde & plurimi, qui ab ineunte ætate, vſque ad ſenectam, in omni ſcelere perdurarunt, pęnæ dilatione ad pœnitentiam adducuntur. Verum, ſi ipſe Pharao utroque vertibili uoluntate conditus, ſua ſponte ad malum deflexit, maluitq; ſuo malo animo obſequi, quàm Dei iuſſis obtemperare, & neglecta Dei longanimitate, qua ad cōuerſionem inuitabatur, abuſuſque miſericordia, in malitia obſtinatior redditus eſt. Quid Deum accuſamus? Non dicas, defuit Pharaoni miſericordia illa magna, uidelicet uelox uindicta. Concedo. Ergo defuit miſericordia? Nego illationem. Patientia Dei, ualere ei debuit ad ſalutem, & vim flagelli ſupplere miraculorum magnitudo. Poterat enim, ſicut flagellis cędens, expulit populum, ita miraculis credens, Deum tantæ uirtutis agnoſcere. Sed contra Dei miſericordiſſimam ueritatem, (ut Auguſtini uerbo utar) pertinaciſſimo pugnauit ſemper liberę voluntatis arbitrio. Dicamus igitur
Rom. 2. omnes illi, cum Paulo noſtro. An ignorabas immanis tiranne, quod benignitas Dei, te ad pœnitentiam adducebat? An diuitias patientiæ, bonitatis, & longanimitatis Dei contemnebas? Secundum duritiam itaque tuam, quam tu tibi ipſi occaſione accepta non data, comparaſti. Secundum cor tuum pęnitendi neſcium, theſaurizaſti tibi iram.
Notius eſt, quàm ut hic referatur, uer-
Heb. 6. bum illud Apoſtoli noſtri. Terra ſuper ſe uenientem ſæpe bibens imbrem, & germinans herbam oportunam, illis à quibus colitur: accipit benedictionem à Deo. Quo apprimè ſignificatur, ex eodem imbre terram, cuius glebas arator proſcindere uoluerit, atque diligenter excolere, fructum optimum producere, incultam uero luxuriare, ſpinaſque germinare & tribulos. Quid ergo mirum, ſi bonitas Dei atq; patientia, alios ad pœnitentiam adducit, alios autem pertinaciores efficit? Ex cordis malitia id naſcitur, non ex virtutis imbecillitate. Hoc modo igitur obduruit Pharao. At uide quomodo, & hac ipſa duritie Pharaonica, in ſuam gloriam, uſus eſt

Deus, & ad populi ſui ſalutem. Seruaui (inquit Deus) te Pharao, vel *Excitaui te, vt oſtendatur in te potentia mea, & annuncietur nomen meum, in vniuerſa terra.* Exo. 9.
Non hic fuit finis, quem primū Deus, intendebat. Non eget peccatis noſtris Deus, vt ſui nominis inuicta maieſtas illuſtrior reddatur. Sed finis patientiæ diuinæ erat, vt ille reſipiſceret. Verum eo duriore effecto, diuinæ uoluntati reſiſtente, hac ipſa eius malitia, in gloriam ſuam vſus eſt. Sequutum eſt enim, vt Deus acrius in illum ſurrexerit, diriſq; illis ſupplicijs, toti orbi perſpicuum factum ſit, quàm fruſtra conantur reges, hominesque vniuerſi, qui Dei uoluntati reſiſtere uolunt. Quod & principes à Deo ædocti, interdum faciunt. Ad puniendos nanque improbos, quorundam ſceuitia utuntur. Quos tamen & ipſi odiunt. Quod dicebatur conueniētius fuiſſe, ſi ſtatim ab initio Pharaonē corripuiſſet diuinus furor. Nolo ut id diſcutiamus, propter diuini numinis uenerationem. Nihil enim hic, niſi opinione & mentis conceptu, fortuitoq; & temerè diiudicare poſſumus. Quemadmodum nanque imperitus, medici conſiderationem, cur ægrum non pridem, ſed poſtea inciderit: Cur non heri, ſed hodie lauerit, conijcere haud poteſt. Ita de numine. Nihil firmum, aut certum homo, qui multo plus à diuinitate diſtat, quàm rudium hominum nouiſſimus, ab omni arte habere ualet, niſi hoc unum, quod diuinitas ipſa, optime tempus nouit, quo animæ morbis medelam adhiberi conueniat, & tanquam pharmacum, vnicuique ſupplicium præbeat. Quod Pindarus egregiē cecinit, (vt Ethnicos non deſpiciamus) dicens. Deum optimum artificem eſſe, cui ſoli definire conueniat, quādo, qūo, & quouſq; ſceleſtus quilibet plecti debeat. In qua arte diſcipulum Iouis Minoem eſſe, Plato ſubiunxit, quem inferorum iudicem fabulantur.

Quod urgebas. Dandum fuiſſe Principibus exemplum, ut ſceleſtis & andacibus, è ueſtigio obuiam irent, atq; eorum errata corriperent ad leſos conſolandos. Non leue eſt. Sed & illud docēdi erant, vt à ſeipſis feritatem, ultioniſq; impetum

impetum auferrent, diſcerentque non ira accenſi, non quum furor exeſtuat, rationemque altius ſaltando exuperat, quaſi famem, aut ſitim ſatiare conátes, improbos vlciſci. Sed illius imitati remorationem, manſuetè, maturè, hora conſultrice deliberare, quo nam modo ſint puniendi: ne effrænum iracundię impetum, ſera, inutiliſque pœnitentia ſequatur. Hoc ergo docuit Deus ſupplicium tandiu differens Pharaonis. Idque neceſſarium erat. Leuius enim periculum eſt, vt Socrates aiebat, rapidioris aquæ ſe ſe gurgitibus committere, quam in furentis, perturbatique principis, quem ira exagitet, manus incidere, antequam accenſus ille, circa præcordia ſanguis deferbuerit, atque reſiderit. Si hæc tibi non ſatisfaciunt, quid vnquam ſatisfaciet? Sciebat (dices) Pharaonem, non reuerſurum Deus ad pęnitentiam. In uanum igitur flagella diſtulit, iniuſtèque tandem is multactus eſt. Non incaſſum certè differebat, neque iniuſtè damnatus eſt ille. Audi parabolam, quo id intelligas. Scit Cæſar, prauum ducis cuiuſpiam ingenium, qui ad ſcelera omnia propéſiſſimus eſt, boniſque omnibus abutatur. Munus illi committit, quo probè agere, quæ licebat, occaſionem accipere poteſt. Verum ille occaſione accepta, ſuapte malitia nequiter agit, condemnatur, moritur. Omnibus primum proditur malus animus eius. Cæſaris bonitas fit dilucidior. Quippe, qui cum ante ſciret, illum dignum ſupplicio eſſe, ſeruauit eum, & promouit, iuſtitiaque improbi omnes terrentur, exemplumque bene uiuendi ſumunt. Intelligis? Non itaque poteſt excuſari Pharao, neq; culpari Deus. Hinc ergo tãdem habes, nullam apud Deum iniuſtitiam eſſe.

Sed illud uerbum, nondum examinatum eſt. *Miſerebor cuius miſereor, & commiſerabor quem commiſereor.* Expreſsè enim hac ipſa ſententia inſinuatur, Deum non omnium miſereri, ſed aliquorum tantum, quos ſibi aſciuit. Finitima eſt & illa. Conſidera, & vide opera Dei, quia nemo poteſt corrigere, quem ille deſpexerit. Aliquos itaque deſpicit Deus, quorum omnino

Eccl. 7.

non vult miſereri, nec efficaciter, nec non efficaciter. Fateor. Quis enim id neget, quod Spiritus ſanctus tam aperte proclamat? At eos non deſpicit prorſus, ſine occultiſſimis meritis, quæ ipſe nouit. Futura quidem illis, qui deſpiciuntur, ſed iam factis illi, qui deſpicit. Quærimus prædeſtinationis meritum, & non inuenimus, quærimus reprobationis meritum, & inuenimus, vt in domino glorietur, qui prædeſtinatus eſt, cuius miſeretur Deus: ſeipſum accuſet, qui reprobatus eſt, quem deſpicit & obdurat. Dicat ille. Miſericors & miſerator dominus: Iſte, Iuſtus dominus in omnibus operibus ſuis. Indebita eſt miſericordia, qua ſaluat: inenarrabilis eſt iuſtitia, qua reprobat Audi quod de Eſau legitur apud Paulum noſtrum. Contemplantes, ne quis deſit gratiæ Dei. Ne qua radix amaritudinis ſurſum germinans, impediat. Ne quis ſit fornicator, aut profanus, ut Eſau, q̃ propter vnam eſcam, vẽdidit primitiua ſua. Scitote.n.q̃m & poſtea cupiens benedictionẽ, reprobatus eſt. Nõ.n inuenit pęnitẽtię locũ, quanq̃ cũ lachrymis inquiſiſſet eã. Ne muſſites, ne ꝓclames, ne turbulẽta diſputatione contẽdas. Potuit oĩum miſereri, cur ergo non oĩum miſert⁹ eſt? Potuit certè, ſed nõ decuit. Pc̃m q ppe pęnã exigit. Oẽs naſcimur filij irę, non tñ oẽs abſoluit, nec oẽs dãnat. Si duos habeas debitores, vni dones, ab altero exigas, nũ aliquẽ fraudas? Quod nõ debes, nõ exigit Deus: qđ debet, illi donat. Quid quęreris? Potuit uitare peccata oĩa. Fateor. Sed quæ gloria tibi fuiſſet, ſi inuicta Dei uirtute, non tua libertate, à vitijs abſtinuiſſes? Potuit libertatem confirmare, ne dilaberetur. Potuit. ſed neceſſitate, nõ uolũtate bñ egiſſemus oẽs. Tam impudens obiectio, tam temeraria blaſphemia, tã irreligioſus cauillus, nullius niſi petulantiſſimi Iudæi eſſe poteſt. Neminem, ne Ethnicum quantumuis barbarum, tam importunum, tantumque in Deum audere crediderim vnquam. Indęus ergo, cui nimia Dei familiaritas contẽptũ peperit. Is eſt, qui Deũ blaſphemat, q obloquitur. Si me indurauit, excæcauit, hebetauit Deus, quid conqueritur.

Pſal. 102.
Pſ. 144.
Heb. 12.
Eph. 2.

Filios

Eſa 1. Filios enutriui & exaltaui, ipſi autem
ſpreuerunt me? Populus Iſrael me,
Eſa. 65. non cognouit. Expandi manus meas ad
populum, non credentem, ſed contra-
Hier. 2. dicentem mihi. Me dereliquerunt fon
tem aquæ viuæ. Vanus eſt hic dolor,
fruſtra conqueritur, ſine culpa nos ac-
cuſat. Ipſe in cauſa eſt noſtræ perditio-
nis. Nos enim reprobauit uoluntate
Rom. 9. ſua. Voluntati eius, quis reſiſtit?
Sub quo curuantur, qui portant orbē.
Iob 9. Quis poteſt facere, quod non obdure-
tur, quem ipſe obdurari uoluerit? Cur
ergo ſuper Hieruſalem, quam tamen ip
Luc. 19. ſe ſaluare noluit, plorauit? Si enim, vo-
Pſ. 113. luiſſet, ſaluata eſſet. Omnia enim quę-
cunque voluit, fecit. Perijt, quia uo-
luit ut periret. Percipis? Reſponde-
re audiamus omnes Paulum, dubita-
tionem primum proponentem, deinde
reſpondentem. *Cuius vult miſeretur, &
quem uult indurat. Dicis itaque mihi. Quid
adhuc conqueritur, voluntati eius, quis reſi-
ſtit?* Vides, quo tendat hæc curioſa te-
meritas? Huc. Nempe, vt omnem no-
ſtræ perditionis culpam, & cauſam, in
Deum retorqueat, humanamque excu
ſet impietatem. Si enim Deus obdu-
rat, dereliquit, reprobat pro ſuæ nolun
tatis beneplacito, non uidetur eſſe ho-
mini imputandum, quod damnetur,
neq; item quod peccet. Quandoquidē
ſine Dei voluntate, nemo bonus eſſe po
teſt, neque ſaluus. Quis nanq; contra
Dei voluntatem ſaluus erit, aut fuit un-
quam? Neceſſario igitur induratur, pec
cat, dānatur, quem Deus indurari, pec-
care, damnarique uoluerit. Ecce Pau
li reſponſio. *Quin immo ò Homo, tu quis
es qui contra, respondes Deo? Num dicit
figmentum fictori, Quid me feciſti ſic?* Vi-
des, quàm magna animoſitate corripit
curioſos? Et tamen in hac ſententia, nō
deſinunt adhuc homines eſſe curioſi,
qua obiurgata, eſt infrenis ipſa, temera
riaque curioſitas. Sunt enim qui dicāt.
Si figmentum rationem haberet, iure
fictori dicere poſſet, & querelas ef-
fundere. Quid me ad feces aptaſti, non
ad aras, o fictor? Nec alij deſunt, qui im
pia contumelia Apoſtolum, in quæſtio
nis ſolutione defeciſſe, dicere non ue-
reantur: ac propterea arguiſſe quæren-
tes, quia non poterat, quod quærreba-
tur diſſoluere. Nonnulli, & à cor-
ruptoribus, vel à falſarijs obiurgationē
hanc appoſitam eſſe, dixere. Negarūtq;
magna impudentia hanc Pauli uocem
eſſe, ceu tanta doctore indignam. *O
Homo tu quis es, qui contra reſpondes Deo?*
Verum hi omnes, toto cęlo (vt dicitur)
aberrant. Vltimi in primis. Quando-
quidem, & ante Paulum Iobus, diuinā
maieſtatem admiratus, homuntionū-
que temeritatem, in hæc uerba proru-
pit. Quis reſpondebit Deo, vel quis
dicere poteſt; cur ita facis? Quantus Iob 8.
ſum ego, qui reſpondeam ei, & loquar
verbis meis cum eo? Quod ſi etiam ha-
buero quippiam iuſtum, non contra
reſpondebo ei, ſed illum deprӕcabor.
Audis vatem doctiſſimum, ſapientiſſi-
mumque ſimilia dicere verba, quę Pau
lus dicit? Adde. Nam & Eſaias, à
quo ni fallor, deſumpſit Paulus figmē-
ti ſimilitudinem, quam addidit, addu-
cit, & hominum temeritatem compe-
ſcuit, & ipſe hūc in modum, vt diceret.
Veh qui contradicit factori ſuo, teſta de Eſa. 45.
Samijs terræ. Nunquid dicet lutum fi-
gulo ſuo, quid facis, & opus tuū abſq;
manibus eſt? Alibi quoque. Nunquid Eſa. 10.
gloriabitur ſecuris contra eum, qui ſe-
cat in ea? Aut exaltabitur ſerra contra
eum, à quo trahitur? Quomodo ſi ele-
uetur uirga contra eleuantem ſe, &
exaltetur baculus, qui vtiq; lignum eſt.
Secundi uero, à ratione deficere, maxi
ma euidentia comprobantur. Diſſi-
mulans enim Apoſtolus, reſpōſionem,
magno ingenio quantum mihi uide-
tur, ita reſpondet hoc verbo dubitatio-
ni propoſitæ, ut nulla reſponſio con-
uenientior à quopiam dari poſſit. Vel
enim intelligis, O Homo, qui tā curio-
ſe Dei ſecreta ſcrutaris, vel non intelli-
gis. Si non intelligis, quid contra reſpō
des Deo? Si intelligis, multo magis nō
inuenies, quid ex aduerſo reſpondere
poſſis. Vel amas Deum, vel nō amas.
Si amas, quid contra reſpondes? opor-
tet te credere, quæ agit, cūcta iuſte agi.
Non ergo contra reſpondebis. Si enim
iniuſtum illum putas, & illi contradi-
cis, non amas. Quod ſi non amas, iuſte
induratus, & damnatus es, quia non
amas.

amas. Quid ergo contra reſpondes? *O Homo ergo. Tu quis es*, quicunq; es, ut *audeas contradicere Deo?* Quia ad placitum cuius vult miſeretur, & quē vult indurat. Audi quæſo. Hominum placita, leges,ſtatuta, non undique æquitati conſona eſſe videntur,quin potius nōnulla impia, multa uana, innumera ſunt ridicula. Nonne enim impia, & iniqua manifeſtè eſt Solonis lex, quæ honore eum priuat, qui in ſeditione ciuili,nulli parti adhæſerit? Nonne uana illa Lacedemonum, ut protinus cum ἔφοροι hoc eſt præſides magiſtratum ineunt, barbam radant? Nonne ridicula illa Romanorum,qui eos quos libertate donabant corpora, minuta conſpergere feſtuca,ſoliti erant?Multas prętereo legum ineptias. Omnes tamen,citra omnem percunctationem,ab omnibus obſeruabantur, tanquam nemo legiſlatoris rationem perſcrutari ualeret, nec auderet. Quanta itaque eſt noſtrū omnium impudentia, qui in humanis legibus caligantes,diuinarum legum rationem uolumus inuenire: & nō inuenientes,ne noſtram ignorationem fateri cogamur, Deum iniquè egiſſe proclamamus: O pudendam impudentiā, velle tam temere,& Dei operum rationem inuenire, & non inuenta cōtradicere, tanquam humanus intellectus intelligeret omnia,& quæ ipſe non metitur, quibus modum non adhibet,& menſuram, ſine numero & ſine menſura exiſtant. O neglectam religionem. Diuinus intellectus, ſapientia inquam illa infinita,non regulat diuinam uolūtatem. Ipſa diuina uoluntas, omnium regula eſt,quæ Deus facit Tu uero intellectu tuo,illam regulare contendis, dicens,debuiſſe ſic facere. Num vides quo i blaſphemas miſer? Eò ipſo enim, quo uel tantillum hæſitas, haud recte Deum egiſſe, reipſum diuino præponis intellectui. Qui non poteſt, nec ꝓbat, quod diuinæ illæ uoluntati placuerit,nulla habita ratione,pręter hāc unā quia ſic uoluit,grauius eſt hoc peccatū, peccato luciferi, Roma, & minime aduertis. Non ergo tergiuerſationis prætextu, ſed zelo potius pietatis, magnaque ſuper tanto negotio conſideratione habita,tanquam ad tutiſſimum refugium atque portum,huc ſe conuertit Paulus,ut diceret. *O Homo tu quis es, qui contra reſpondes Deo?* Magna certè præſumptio, homuntionem contradicere Deo:iniquum iuſto, mortalem immortali, domino ſeruum,creatori creatorem. Si enim uoluerit cum eo contendere, inquit Iobus, non poterit ei Iob.8. reſpondere vnum pro mille. Si etiam uoluerit operum Dei inuenire rationē, haudquaquam poterit. Et quanto plus ad quærendum laborauerit, tanto minus inueniet. Ita enim inquit Salomō, in Eccleſiaſte.Inueni,quod omnium operum Dei,nullam poſſit homo inueni Eccl.8. re rationem. Intelligitur ergo hoc cōtra rñdere Deo, & eius operum quærere rationem,& contradicere. *O Homo ergo, tu quis es? Qui contra reſpondes Deo?* Puluis es,& in puluerem reuerte- Gen.3. ris.Ex aduerſo itaq;, reſpondebis Deo, cū ſis puluis & cinis, ut arcana eius intelligere velis, & deinde contradicere? Sciant, ſciant Gentes, quoniam Pſ.9. homines ſunt.Quæ autem Dei ſunt,ne 1.Cor.2. mo cognouit, niſi ſpiritus Dei. Nihil eſt autem mihi crede, quod intellectū noſtrum quietari poſſit magis, & illuminate, quàm docta hæc ignorantia,ut ſciamus nos neſcire,quæ Dei ſunt.Nox illuminatio mea, inquit Pſaltes. Si in Pſ.138. captiuitatem redigis intellectū, in ob- 2.Cor.10 ſequium Chriſti, credens Deum trinū & unum.Verbum carnem factum. Virginem deiparam. Crucifixum Dei filiū. Cur non & redigis,in hoc myſterio, qđ neque ſub lege naturæ,neque ſub lege Moſi,neque ſub lege Chriſti, fuit unq̄ hactenus communiter intellectum? Nonne item leges, & ratio, & ſenſus homines liberos eſſe oſtendunt?Nonne lex noſtra dicit. Qui bona egerunt ibunt, in uitam æternam,qui uero mala in ignem æternum? Hoc ergo crede, quæ omnis noſtræ religionis principia ſunt,& tanquam fores in domo. Quo modo cum his ſtet, Deum aliquos indurare, miſereri alijs. Quę illis repugnare uidentur, ne quæſo indagare uelis. Si hæc arcana omnia exactè ſciremus, in hac uita,quid in alia expectaremus? Videmus,uidemus nūc per ſpeculum, 1.Cor.13

in

in ænigmate, tunc autem reuelata facie gloriam domini contemplabimur. Et quia eſt omnia, omnia uidebimus, Deũ uidentes. Quid eſt enim, quod non uideant, qui uidentem omnia uident? Improbati igitur ſunt ſecundi & vltimi. Primi uero ſtultè, temereq; loquuntur, & vt grece dicam ἀγ ταμόνως, ſine omni ratione. Materiæ enim rerum artificialium, à naturalibus hac ratione differunt. Naturales nanq;, potentiam naturalẽ hñt ad formas ſuas determinatã, ſcilicet non indifferẽtem: at artificiales neutram. Idcirco fatendum eſt, ſi ex humano ſemine fieret capra, queri illam poſſe contra generantem, cur capram, non hominem me feciſti? Formæ ſiquidem hæ naturales, ſecundum materiæ merita vtique dantur. Ideo indignum uidetur, ex ſemine tam nobili ut eſt humanum, uile animal capram fieri. Nam ex ſemine humano, naturaliter eſt natus fieri homo: ex ſemine capreæ capra: ex ſemine vitis, vitis: ex ſemine oliuæ oliua. Non enim olea eſt uitigera, neque oliuigera vitis. Verum ſi ex terra fiant lebetes, vrcei, cantari ad quiſquilias, ad feces, non eſt cur conqueri poſſint contra figulum: quod calices, pateras ad ſimpoſia non fecerit. Hoc eſt quod dicit Paulus, quod adumbrauit tantum, pennicillo dipingens. *An non habet poteſtatem figulus luti*, qui finxit, ſcilicet ex luto. *Faciendi, ex eadem maſſa, hoc quidem vas in honorem, hoc autem in ignominiam?* Intellige autem tu poteſtatem, non abſolutam, de hac enim non eſt difficultas, ſed rationabilem, ordinatam. Id enim molimur poſſe figulum, citra culpam, ex eadem creta facere vaſa ad menſam, & ad excrementa. Non enim formę artis, dantur ſecũdum merita materiæ. Vis uidere? Nam in altera & altera materia, fit eadem forma. (Si tamen dicere licet formã fieri. Non enim fit, ſed infit, compoſitum fit, non ęs, neque ſphera, ſed ſphera ęnea.) Fit nanque phiala ex auro, ex argento, ex vitro. In eadem etiam materia fiũt alię, & aliæ formæ artificiales: In ligno, lectulus, cathedra, &c. Hæc planè oſtendunt, artis opus ulla ratione artificem accuſare non poſſe. Propterea Paulus magno myſterio exemplum attulit, in rebus artificialibus, nõ in naturalibus. Cui & ſimilitudo adſtipulatur. Deus enim agit, ut artifex, non ut agens naturale. Ideas quippe habet, quibus agit. Alia enim ratione conditus eſt homo, alia ratione eſt conditus equus. Signanter autem figmenti, & figuli exemplum adduxit, quandoquidem Deus, figuli inſtar, primum hominem ex terra finxit, vnde noſtrum figulum ſe ſe uocat, fictorem & reformatorem: Finxit enim nos in Adam. Reformauit in Chriſto. Fingit in generatione, reformabit in reſurrectione. Fingit in gratia, reformabit in gloria. Finxit ut homines eſſem*, fingit ut boni homines ſimus. Finxit noſtram uetuſtatem, fingit nouam creaturam. Qui finxit ſigillatim corda eorum, qui intelligit omnia opera eorum. *Pſal. 32.* Reformabit corpus humilitatis noſtrę, cõfiguratum corpori claritatis ſuę. Nõne ſicut lutum in manu figuli, ſic omnes uos in manu mea? Hinc Propheta. *Philip. 3.* *Eſa. 45.* Nunc domine pater noſter es tu, nos uero lutum, & fictor noſter es tu, & opus manuum tuarum omnes nos. *Eccleſiaſtici. 35.* Ex his ergo habetis reſponſionem Pauli: rationemque reſponſionis ad quęſtionem ſuperbę arrogantiſq; Iudæ. Quia autem in reſponſione dedit exemplum figuli, & uaſorum honoris atque ignominiæ, quæ ex eadem maſſa citra culpam artificis fiunt, illud exemplum quo tendat, vult particularius explicare. Applicat ergo, hunc in modum.

Si autem volens Deus oſtendere iram, & notam facere potentiam ſuam, pertulit in multa patientia vaſa iræ, preparata ad interitum. Et ut notas faceret diuitias gloriæ ſuæ, erga vaſa miſericordiæ, quæ præparauerat ad gloriam. &c. Quid ergo dicemus? Illuc uſque enim pendet litera. O uerè cęlitus emiſſum præconem. O uerè θεοδιδακτόν. O uere Mercurium. Vidiſtis paulo antea, cum diuinæ prædeſtinationis conclaue ſub aperuiſſet, tam multiplicibus ingreſſibus, egreſſibuſq; diſtinctum, regiæ inſtar cuiuſdam domus, eos qui in huiuſcæ arcani, myſterij cubiculum, importunius ſe ingerere uoluerunt Iudæos, rite canes dictos ab im-

ab impudentia cohibuiſſe, & cum increpatione digniſſimæ exclamationis, occluſis etiam in faciem ianuis expuliſſe. *O Homo tu quis es, qui contra reſpondes Deo?* Quaſi diceret. Tu quis es importune, qui in regis aulam ingreſſus, ad interioris cubiculi ſecreta penetrare auſus es? Nunc autem ſciēs non deeſſe uiros, qui pio deſiderio deſiderent, aliquid de ſecretis Dei, quæ ipſe uidit ad tertium cœlum raptus, agno
Pſ.50. ſcere, incertaque & occulta ſapientiæ ſuæ, vel primis labijs (vt aiunt) deguſtare, atque intelligere: illis altiſſima ſatisfacit Philoſophia. *Si autem uolens Deus oſtendere iram, &c.* Cum itaque audiſti. *O Homo, tu quis es?* Intellige Paulum arcere illum uoluiſſe, qui homo contentionum, non uir deſiderio-
1.Cor.3. rum eſt. Ignoras illud Pauli. Cum ſit inter uos zelus, & contentio, nonne carnales eſtis, & ſecundum homi-
Dan.9. nem ambulatis? Neſcis Danieli ab Angelo dictum. Daniel uir deſideriorum, dominus miſit me ad te, intellige uerbum, quod loquor ad te?
1.Cor.2 Animalis homo non percipit ea, quæ ſunt Dei, ſpiritualis autem omnia iudicat, etiam profunda Dei. Ille luteus eſt, & terrenus, qui terreni portat imaginem. Iſte cęleſtis eſt totus, quia cęleſtis imaginem portat. Illi ergo dicitur. *O Homo.* O terra; O figmentum. *Nunquid dicit figmentum ei qui ſe finxit, quid me feciſti ſic? an non habet poteſtatem figulus, luti ex eadem maſſa facere aliud quidem uas in honorem, aliud uero in*
2.Tim.2. *contumeliam?* Iſti dicitur. In magna hac Dei domo, ſunt uaſa aurea, argentea, & fictilia, & quædam quidem in honorem, quædam uero in
2.Tim.2. contumeliam. Si quis autem emundauerit ſe ab iſtis, erit uas in honorem ſanctificatum & vtile domino. Illis dicitur. O Homo tu quis es, qui
Luc.8. reſpondeas Deo? Iſtis. Vobis datum eſt noſſe myſterium regni Dei. De il-
Matt.7. lis dictum eſt. Nolite ſanctum date canibus, neque mittatis margaritas ante porcos, ne forte conculcent eas pe-
Matt.13. dibus ſuis. De iſtis. Multi reges & Prophetæ, uoluerunt uidere, quæ uos uidetis, & non uiderunt, & audi-

Bit ad Rom.

re, quæ auditis, & non audierunt. Exuamus ergo quæſo, terrenum hominem, efficiamur filij Dei, qui in cœlis eſt: portemus imaginem cęleſtis, ſi uolumus ad iſta arcana Paulo duce, fęliciter penetrare. Qui enim malamente, impuroque & luteo animo hæc hauſerit, iudicium tibi dico Roma ſibi ſumit, & pro ſacro nectate, venenum manducat & bibit.

Quod ſi uolens Deus oſtendere iram, & notam facere potentiam ſuam. &c.

In primis uideamus, & attendamus Paulum, non omnes huius ſimilitudinis partes, ad propoſitum ſuperſtitioſe accommodare: Quod noui iſti faciunt, qui Paulum deprauant, & impia enim pleraque, & ridicula uelint nolint dicere coguntur, frigida ſuperſtitione nitentes, vt per omnia quadret hæc figuli ſimilitudo, hoc uaſorum exemplum. Vultis uidere? Ecce. Qualecumque uas fingat figulus, nulli vnquam imputabitur, niſi figulo. An ergo, quod praui ſimus, imputandum eſt Deo? Quæ maior impietas? Sequitur autem, ut patet ex ſimilitudine, potiſſime, cum Deus talis figulus ſit, qui lutum etiam ipſum, pro ſuo arbitrio creauit & temperauit, nō modo nos ipſos tanquam uaſa effinxit. Figulus nanque luti, lutum ex quo vaſa fingit, præſupponit. Secundo. Figuli uaſa, nec laudem, nec premium ſi decora; nec pœnam, nec vituperium mereri, ſi indecora exiſtant, quia ſui iuris non ſunt. Cur ergo nos ſi praui ſimus, dei iudicio in æternas flammas conijcimur: ſi boni ad ſuperos attollimur? Tertio. Vaſa indecora, decora fieri nequaquam poſſunt. 2.Tim.2.
Quomodo ergo Paulus docet. Si quis emundauerit ſe à vitijs, erit vas ſanctificatū domino, vtile ad omne opus bonum paratum? Quid enim ſtultius, q̄ dicere urceo, cantaro, ſi te ipſum expurgaris, Reges ad ſimpoſia te honorifice vtentur? Teſte tamen rationali, quàm Deus finxit, id dicitur à Paulo. Abſit igitur, (vt breuiter concludamus.) Abſit inquam, vt ſimilitudo hæc quo ad omnia quadret. Nam in omni ſcriptura ſacra uidemus huiuſmodi ſimi-

 litudines

ſitudines adhiberi, quas tamen per ſingula accommodari minime neceſſe eſt: alioquin ſimilitudines non eſſent, neque exempla. Simile enim, quod omnino eſt ſimile, idem eſt, non ſimile. Quomodo autem accomodãda eſt, hęc ſimilitudo? Eo modo quo à Paulo, & non aliter accommodatur. Reſpiciamus ergo, & tanti Apoſtoli verba, ſenſaque perſcrutemur. O quanta arte vtitur in hoc myſterio. Inuertit ferè totam ſimilitudinem Apoſtolus, ſi diligenter animaduertis. Dixit figulum facere vaſa in contumeliam, & in honorem, dicendum erat. Deus facit vaſa in ſalutem, & in interitum. Non ſic autem dicit, ſed facit, vel *Preparat* vaſa in ſalutem, & *Subſtinet* vaſa interitus. Nec ſolum dicit ſubſtinet, ſed *Subſtinuit in multa patientia*. Subſtinere enim, diſplicentiam ſignificat, Patiẽtia maiorem. Quia patientiæ obiectum malum eſt: multa patientia adhuc maiorem. Quis igitur hinc dicet, quod Deus creat aliquos vt damnentur? O impij. O antichriſti. Subſtinuit eos qui damnantur, & in multa patientia: ita quod ſi Deus pati poſſet, videres illum magnis affici doloribus, propter eorum, qui damnantur interitum. Tantum abeſt, ut pro ſuæ uoluntatis beneplacito, aliquos ęternę adiudicet damnationi. Nunquam ergo mihi amplius dicas. Sicut figulus facit vas in ignominiam: Ita Deus facit. Mentiris hoc, temerario fortaſſe dici poteſt, ne Dei ſecreta impudenter audeat perſcrutari. Quoniam ſi etiam id faceret, iuſtum eſſet: iniuſtus eſſe non poteſt: id nanque iuſtum eſt, quod uult: id iniuſtum, quod non uult. Sed Paulina ſententia hæc eſt. Figulus facit vaſa in ignominiam: Deus non facit, ſed ſubſtinet tantum, in multa patientia. Nec dicit vaſa ignominiæ vel interitus, ſed dicit *Vaſa iræ preparata in interitum*. Potius autem iram, quàm ignominiã nominauit, quandoquidem ira Dei, quid aliud eſt, niſi iuſtitia Dei? Non enim aliter iraſci nouit Deus, niſi iuſtè. In furore ergo Dei, iuſtitiam intelligimus, in uoluntate miſericordiam.
Pſ.29. Iuxta illud. Ira in furore eius, & vita in uoluntate eius. Eſſe uero obiectum diuinæ iuſtitiæ, non modo abeſt ab omni ignominia, ſed ſumma gloria eſt, ſummus honor: & vaſa miſericordiæ, & uaſa iræ, & qui ſaluantur, & qui damnantur, omnes vaſa honoris exiſtunt, nemo uas ignominiæ. O ſi poſſes intelligere, qualis eſt Dei iuſtitia: quod ſcilicet ex magna oritur miſericordia. Dolet enim cum punit. Heu
conſolabor ſuper hoſtibus meis. Miſericordia autem, ex amore ſummo radicem habet. Quia enim naturam amat, culpam uero odit, propterea punit, ut aliquorum interitus, multis ſit exemplo, ne & ipſi pereanr. Si inquam hæc intelligeres, intelligeres & hoc aliud, quod nemo regna cœlorum ingreditur, niſi purgatus ſicut aurum in fornace. Purgantur uero malorum hominnm exercitio, qui nobis inferunt tribulationes. Si intelligeres, quod principum potentia, manifeſtatur maxime in puniendo ex iuſtitia, nedum in præmiando ex miſericordia & liberalitate. Si intelligeres, quod damnatorum pœna atque interitus, gloriã illam incompatabilem electorum, quibus Deus tàm impensè fauet, quos ex toto corde diligit, reddit illuſtriorem: commendatque magis diuinam miſericordiam, quam vult Deus toto orbi eſſe clariſſimam, commẽdat inquam hac ratione, quandoquidem oppoſita iuxta ſe oppoſita, magis eluceſcunt. Si intelligeres, quod & hi qui pereunt, ipſum eſſe habent, quod diuinitatis magna eſt participatio. Omnia enim, quæ ſunt, Gen.1.
ſunt valde bona. Qui enim non ſunt, omnium bonorũ ſunt expertes. Si intelligeres, nihil poſſe perpeti Denm, niſi vel bonum ſit, vel ad bonum conducat aliquo modo, quoniam optimus eſt: & ita quod perpetitur, aliqua ratione illi placere. Si enim non placeret, cum omnia quæcunque vult, facere & tollere poſſit, minime illud tolleraret. Si inquam hæc omnia intelligeres, & alta mente conſiderares, nullo unquã tempore indignatus, tanta irreligioſitate excandeſceres, etiam ſi id tibi certo certius eſſet, te damnatum iri: quin potius vt uerum dicam, ex quo Deus illud tollerare

Eſa.1.

lerare decreuit, & tu ſi bonus eſſes, magna patientia tollerares, vt illi placeres, in cunctiſque Deo gratias ageres,
Matt.6. dicens. Fiat uoluntas tua. Nolo tamé, vt ſcrupus iſte te angat, ut putes ſi Deꝰ velit te damnatum iri, te peccare, niſi idem uelis. Non enim ita eſt. Aliquando quippe, homo bona uoluntate vult aliquid, quod Deus nequaquam uult: Etiam ipſe multo amplius bona uoluntate. Illius nanque voluntas, mala eſſe non poteſt. Tanquam ſi bonus filius, patrem viuere velit, quem Deus vult bona uoluntate mori. Sicut & homo poteſt uoluntate mala, id uelle, qđ Deus uult bona. Velut ſi malus filius uelit patrem mori, velit hoc etiam Deꝰ. Bona enim eſt uoluntas Dei, pietas, mala mali filij, impietas, citra peccatum. Ita etiam, ſi Deus te damnari uelit, id potes nolle. Quandoquidem licet Deꝰ id uelit, non uult tamen ut tu uelis. Ecce igitur modus, quo ſubſtineri poteſt, Deum ſine demeritis, etiam prçuiſis reprobare, aliquoſque odio habere, Eſau, Pharaonem, Caim, Iudam, omneſque qui pereunt, ſicut & citra meritorum prænotionem prædeſtinat. Non eſt uelle hæc reprobatio, hoc odium, eſt tantum pati, tollerare, & in multa patientia. Non uult abſolutè eos derelinquere, dolet magis cum derelinquit, ſed tantum permittit, tollerat, ſubſtinet.

Sed hic eſt punctus querelæ, atque clamoris. Nonne & iniuſtum eſt, principem tollerare, vt is pereat, qui non peccauit? Nonne eadem eſt facientis culpa, & conſentientis? Non peccauit iſte, nec Deus illum peccaturum præuidet. Tollerat nihilominus ut pereat. Patitur ergo, vt in innocentia ſine demeritis damnetur. Quid iniquius? Homini luteo & terreno ſcis, quid reſpondetem ego? Qui poteſt tollere mala & non tollit, iniquè agit: ſi debet.
Rom.11. Deus cui debet? Quis prior dedit il-
Rom.9. li, & retribuetur illi? *O Homo tu quis es, qui contra reſpondes Deo?* Non eſt iniquitas apud Deum, etiam ſi patitur,
Gen 3. vt iſte pereat. Non enim tenetur illum ſaluare. Tace puluis & cinis.

At tibi, quem uolo ſpiritualem eſſe, audi qua ratione ſatisfacio. Aliud eſt dicere, ſine demeritis patitur Deus, vt ille pereat, induretur. Aliud eſt dicere, patitur vt pereat, & induratur ſine demeritis. Primum uerum eſt. Secundum tam ab omni ueritate alienum eſt, vt plus alienum eſſe non poſſit. Nunquam fuit, nec eſt, neque uerum erit, ut Deus aliquem ſine demeritis indurari, ſeduci, excæcari, perire, & damnari patiatur: nemo peribit, niſi qui male egerit. Qui bona egerunt, ibunt in uitam æternam. Qui vero mala, in ignem æternum. Hæc eſt Dei lex inuiolata ſemper, & inuiolabilis. Attamen ſine demeritis præuiſis, non fati neceſſitate, non fortunæ temeritate, ſed altitudine diuitiarum ſapientiæ & ſcientiæ ſuæ, iuſtè tollerate poteſt, vt aliqui derelinqui, indurari permittantur: ſicut ſine meritis præuiſis eligit alios, vt iuſtificentur, & ſaluentur. Si enim omnes ſaluarentur, lateret quid peccato per iuſtitiam debeatur. Si nemo, quid gratia largiretur? Hi tamen, qui non ſaluantur, nec digni ſunt, vt ſaluentur. Immo hoc digni ſunt, hoc mærentur, ut non ſaluentur. Neque enim aliter damnarentur, & quia digni ſunt: Ideo derelinquuntur, indurantur. Hinc Auguſtinus, cũ aliquos traditos, obduratos, aut relictos magis legimus, peccatis ſuis hoc promeruiſſe profitemur. Quia talia eorum crimina præceſſerunt, vt ipſi ſibi pœnam debuerint: atque propterea de iudicio Dei non quærimur, quo deſerit, meritos deſeri. Dicamus ergo hũc in modum, quo rem habeas abſolutiſſimam. Sine meritis prædeſtinat, vt aliqui non ſine meritis ſaluentur: ſine demeritis tollerat, ut aliqui indurentur, obtundantur, damnentur, non tamen abſque demeritis. Cum itaque audis Deum obtundere, excæcare, indurare, proijciuntur, derelinquuntur, intellige ſemper mala eorum merita præceſſiſſe, qui obtunduntur, qui excæcantur, qui indurantur, qui proijciuntur, qui derelinquuntur. Scis autem, quæ differentia eſt inter prædeſti-

natos, & reprobatos? Iſta. Nam merita prædeſtinatorum, quibus ad uitam perueniunt æternam, a Deo principaliter ſunt, à quo etiam eſt prædeſtinatio. Reproborum demerita, quibus derelinquuntur, indurantur, ad inferos perducuntur, ſunt tantum ab ipſis, non à Deo ullo modo, niſi quo ad ſubſtantiam actus. Et ideo dicit hic Paulus, quod *Deus præparauit vaſa miſericordiæ.* Electos ſcilicet. præparauit inquam, quia non modo ad finem eos ordinauit, ſed dedit & media, bona o-
Epſ. 2. pera. Iuxta illud. Ipſius factura ſumus, creati in Chriſto in operibus bonis, vt in illis ambulemus. Vaſa autem iræ inquit. Non præparauit Deus, ſed præparata ſunt, nempe à ſeipſis. Ipſi nanque reprobi, ſponte ſua, mala opera ſibi eligerunt, in quibus perſeuerant. Et propterea rectè dici-
Eſa 50. tur eis. Ambulate in flammis, quas ipſi ſuccendiſtis uobis. Sunt ergo hic tria ex omni latere, Prædeſtinatio. Merita, Premium æternæ uitæ. Reprobatio, quæ nihil aliud eſt, quàm demeriti ſiue peccati tollerantia vel permiſſio. Demerita ipſa, & inferorum pœna. Ternarius ille primus, eſt à Deo totus, modo alias declarato. Huius ſecundæ triadis, tantum permiſſio à Deo eſt. Illa uero permiſſio, ſuapte natura mala non eſt. Vides enim & in hominum regimine, quod multum regiminis ſuauitati confert, aliqua permittere. Vtilius enim tollerantur, quàm euellantur. Ex ea autem, tot bona ſequuntur, quod prædicta ſunt. Abſolutè itaque malum à Deo non eſt. Nam reprobatio non eſt mala. Non ergo dicas, permittit me peccare hac intentione vt peccem. Abſit. Sic mala permiſſio eſſet, ſed peccatum non uult Deus. Remittit ne ut puniat? Nequaquam. Punire diſplicet Deo, ut dictum eſt.
Sap. 1. Non lętatur in perditione Deus, ſed vnicè te cadere permittit, vt ex tui caſu, tuique punitione, potentia ſua, ira ſua, electorum gloria, oſtendatur: miſericordia clarius eluceſcat, quæ de tantis malis eos eripuit, eiſque tantam gloriam gratis contulit. Si dicas. Hæc fieri non poſſunt, niſi ego peccem, niſi puniar. Vult autem huiuſmodi, vult igitur me peccare, & puniri. Argumentum nullum penitus. Quandoquidem ſuapte natura, permiſſio ad peccatum, non ordinatur, neq; peccatum ad pęnam. Sicut prædeſtinatio, ad meritum, meritum ad pręmiū. Prędeſtinamur enim, vt mereamur, meremur ut glorificemur. Propterea, quia ſecundum eſt finis primi, & tertium ſecundi, poſterius ſemper finis prioris eſt, ſequitur, quod quia Deus vult vltimam electorum gloriam, uelit etiā gratiam, & meritum, quod eſt medium ad illam ordinatam. Verum hic poſterius, non eſt finis prioris. Propterea non ſequitur, quod volens ultimum, uidelicet iuſtitiæ oſtenſionem, uelit pœnam, & peccata, ſed tantum uult illam peccati permiſſionem. Odit tamen peccatū, & dolens ſuper peccatoribus conſolat. Niſi enim peccaret quiſpiam, alium modum hæc omnia oſtendendi, inueniret Deus. Non indiget quidem peccatis ueſtris. Sed poſtquam fiunt, ea ipſe in bonum vertit, vt dictum eſt, & propterea permittit atque ſubſtinet. Si amplius inquiras, dicens. Hanc Dei permiſſionem omnino ſequitur, vt qui peccare permittitur, peccet. Concedo, occaſione accepta, nō data. Id inq̄ non vult Deus. Cur enim dr̄ permittere peccata, niſi quia non uult peccata? Quod quippe permittimus, ſimpliciter nolumus. Aliqua tamen ratione vult, vt dictum eſt. Quoniam eo omnino nolēte, non fieret: cum nihil fiat eo nolente. Vult inquam, quatenus ex pœna ſequente, habere occaſionem oſtendendi potentiam ſuam, mīam ſuā, iuſtitiā ſuā, electorū gloriam, & hum̄i. Ecce ergo ad Iudęorum importunitatē reſponſio. Cur conquęritur? Ideo conquęrit, quia ipſe te ſaluare uolebat, ingrata Iudæa,
Populus duræ ceruicis. Verum tu ſalua Eſa 48.
ri noluiſti, nolebat te peccare, peccaſti tamen. Si uoluiſſet, non peccaſſem. Cer
tè ſcribitur. Hæc eſt voluntas Dei, ſancti 1. Theſ. 4.
ficatio noſtra, non tn̄ omnes ſancti euadunt. Reſiſtitur itaque voluntati Dei.
Quis dubitat? Omnia quæcunq; vo- Pſ. 113.
luit

huit fecit, inquit Propheta. Hoc uerum eſt, quoniam non uincitur diuina uolũtas, quamuis ei à pleriſque reſiſtatur. Dum enim faciunt, quod Deus minimè vult vt faciant, facit Deus de eo, qđ ipſi nolunt, id quod ipſe vult, & ipſi nolunt. Punit quidem eos. Recedentes ergo à uoluntate Dei uno modo, alio modo vocabuntur. Sed cur paſſus eſt me peccare, inquit Iudæus? Paſſus eſt te peccare, & perire, quia fas nõ erat, quem libero arbitrio condidit, detinere, ne ſua ſponte peccaret, & caderet. Sed cur potius me, quàm Græcum perire paſſus eſt? cur Iudam, quàm longinum ciuem Romanum? Hic ora obſtrue quicunq; es, vel carnalis, vel ſpiritualis. Cur aliquos teneat, aliquos non teneat? Cur aliquos cadere patiatur, aliquos uero minime, ſed eligat in uaſa honoris? Dictum eſt à Paulo. Sed cur
Luc. 6. hos determinatè, illos autem nequaq̃, non dicit Apoſtolus. Non eſt diſcipulus ſupra magiſtrum. Vbi ergo Paulus tacet, loquar ego, cum ſim puluis & cinis? Obſtupeſcamus omnes, & expaueſcamus, non repræhendamus, quod tabeſcentes terræ facere ſolent: qui & in inſaniam profanæ uocis erumpunt. Sed reuereamur, adoremus, ratum habentes iniuſtitiæ argui Deum non poſſe, ſi uni indebitam donauerit gratiam, alteri pœnam reddiderit debitam. Si miſericordiam præſtet indigno, & iudicium pœnale ingerat indigno. Si hunc per miſericordiam gratuitam eligat, illum, per iudicium debitũ derelinquat. Hoc enim tibi ſemper cordi eſſe debet, non eſt Deus prius ultor, quàm homo peccator, quoniam legitur, quod mi-
Iac. 2. ſericordia Dei ſuperexaltat iudicium. Firmiſſimè igitur tene, & nullatenus dubites, neminem à Deo puniendum eſſe, nec vnquam punitum fuiſſe, qui puniri non meruerit, eo dempto, qui
1. Pet. 2. peccata noſtra pertulit in corpore ſuo. Licet pleriq; ſine proprijs meritis quotidie glorificentur, & fuerint etiam glorificati, vt paruuli. Hinc qui ſaluantur, uocat Paulus, *Vaſa miſericordiæ*. Quoniam ſecundum ſuæ incomprahenſibilis bonitatis abiſſum ineffabilem, miſericorditer Deus, ſine meritis eos præ-

deſtinauit ante mundum, vocauit de mundo, iuſtificauit in mundo, glorificauit poſt mundum. Qui pereunt uocat *Vaſa iræ*, hoc eſt iuſtæ uindictæ, quãdoquidem ſecundum imperſcrutabilia iudicia eius, ſemper occulta, ſed ſemper iuſta ad immunditias labi permittũtur, relinquuntur in peccatis, & ſi uſq; ad cælos aſcenderint, & inter ſidera cęli collocauerint nidum ſuum, ex deme- Abdiæ.
ritis ſuis, quaſi ſterquilinium in fine pdentur. Qui itaque perit, non habet, vt ſe indignum quæratur, nec qui ſaluatur habet, ut dignum ſe iactet, & glorietur. Illi, pœnam debitam reddit iuſtitia, huic honorem indebitum donat gratia. Ex his litera modo patet.

Eſt ſolum difficultas vna. Quia licet Paulus expræſſe dicat, Deum irę uaſa ſubſtinere, non facere. Auguſtinus tamen, ſoliloquio vigeſimo octauo dicit expræſsè. Facis quidem tu Deus alios, uaſa in honorem, alios in ignominiam. Hinc enim audent hæretici. Verum poſtquam Paulum, tam aperte uidemus, pro nobis pugnare, dicendum, quod Auguſtinus ſic intelligit. Non quod Deus uaſa faciat, in ignominiam, ſed quod ipſe faciat vaſa, quæ ſunt vaſa, in ignominiam, ex ſeipſis ad ignominiam præparata. Diuidatur, itaque propoſitio illa in duas. Deus facit vaſa, quæ tandem ſunt in ignominiam, ſed Deus non ea facit ad ignominiam.

Alia difficultas eſt de Prædeſtinatis, & uaſis miſericordiæ. Quandoquidem Paulus dicit. Si quis emunda- 2. Tim. 2
uerit ſe ab iſtis, erit vas in honorem ſanctificatum, & vtile domino, ad omne opus bonum paratum. Videtur enim ex hoc uerbo, prædeſtinationis cauſam, ad nos ipſos referre, non ad Dei præparantis vaſa, miſericordiam. Sed tu docte, intellige Paulum, ex effectu cauſam oſtendere, non ex cauſa effectum. Si eris vas miſericordiæ, mundus eris. Hic eſt proceſſus, à cauſa ad effectum. Si mundus eris, vas eris miſericordiæ ſanctificatum. Hic econtra, regredior ab effectu, ad cauſam.

Adhuc dubium eſt. Quoniam effe-

ctum hunc nobis totum adſcribit. Si quis emundauerit ſe. O inimici liberi arbitrij, vbi eſtis? Supra dixit Paulus. Nihil facit homo. Hic dicit. Totum facit homo. Gloſate. Reſpondete. Si nihil operatur homo, cur dicit. Si quis emundauerit ſe? Si totum agit homo, cur dicit. Non eſt volentis, neque currentis, ſed miſerentis eſt Dei? Deus operatur omnia in omnibus. Si totum agit homo, non eſt locus gratiæ. Si nihil agit, non eſt locus meritis. Si totum agit homo, cur oramus? Si nihil agit homo, cur præmiamur? Si totum agit homo, Dei fauor ſuperfluit. Si nihil agit homo, petit libertas. Non ſecum pugnat Paulus mihi credite: nec Spiritus ſanctus, cuius afflatu hec proditæ ſunt Epiſtolæ. Vtramque igitur partem amplectamur, & inuiolabilem ſcripturæ ſacræ maieſtatem agnoſcamus, nodumque genuina interpretatione explicamus. Neque totum agit homo, neque nihil agit homo: Aliquid agit homo: aliquid non agit homo. Primas partes non agit homo, ſecundas agit homo: conſumat Deus & homo. Neque enim forma, neq; materia operatur ſeorſum altera ab altera, ſed compoſitum ex vtroque. Deus eſt tanquam forma: Homo tanquam materia, ſimul itaque coaleſcunt, & ſimul opera bona perficiunt: Iuxta illud. Gratia Dei mecum. Si operis perfectionem quæris, habetur à Deo. Si denominationem, ab homine. Deinde dicit.

Rom. 9.

1. Cor. 12

1. Cor. 15

Quos & vocauit nos, non ſolum ex Iudæis, ſed ex Gentibus. Mirabere propter relatiuum illud. *Quos?* Non enim uidetur ad quid referri poſſit. Ne mireris tamen. Refertur nanque ad miſericordię vaſa. Verum debuit dicere, *Quæ*, non *Quos*, neutro genere, dicet iunior, eſt enim τὸ σκεῦος vas, Minime. Metaphora quippe, electos uaſa appellauit miſericordiæ. Nunc ergo à metaphora ſermonen transfert, ad propriaſque uoces ſe conuertit Apoſtolus. *Quos* itaq;, ſcilicet electos, *Vocauit & nos*, ideſt, & nos, non ſolum Iacob, Iſaac, ſed & nos, ideſt etiam nos, *Vocauit electos*, ideſt ut ſimus electi, vel ad electionẽ *Vocauit*, ut ſimus vaſa miſericordiæ. Aſciuit ſcilicet nos, & ſcripſit in electorum album. Nos inquam, non me tantũ, non Apoſtolos tantum. Omnes enim Iudęi ſumus, & ex circuncifione uenimus ad Chriſtum, ſed nos omnes chriſtianos, vel ex circunçiſione, vel ex pręputio ad eum conuerſi fuerimus. Vides, quàm belle confutat Iudæos, qui uni electi eſſe uidebantur, ſeu arbitrabãtur. Vides quàm bene ſentit de omnibus chriſtianis. Exiſtimat enim eos omnes, ad uitã eſſe prędeſtinatos; & tamẽ ſemper hortatur, vt ab opere manum haudquaquã relaxent. Dum tempus habemus, operemur bonum: Abijciamus opera tenebratum. Diſcite igitur à Paulo omnes, non torpeſcere, non feriati, ſpe fræti diuinæ prædeſtinationis, ſed cum timore & tremore, ſalutem veſtram operamini, vt ipſe dicit. Quæ enim prædeſtinata ſunt, non niſi meritis obtinentur. Nec tamen quiſpiam diuinam prædeſtinationem incertã eſſe, ob id exiſtimet, ſed potius cum uerum uero, non ſit cõtrarium, & Dei prædeſtinãtis immobilitatem fateatur, & credat, & prædeſtinatos niſi bene egerint, ſaluandos minime eſſe. Hæc enim ſunt religionis principia, quæ qui pertinaciter negauerit, tanquam hæreticus ſuopte iudicio condemnandus, interficiendus eſt, vt omnis eccleſia audiens pertimeſcat. Nam & ſcientiarum principia humanarum, quæ rationi, non fidei innituntur, ſiquis non acceperit, philoſophi dixere, illum pœna indigere, uapulãdum, mulctandum, quoaduſque ea conceſſerit, etiam non probata, vel demonſtrata. Indiſciplinati enĩ, (vt alias dixi) eſt, omnium quærere cauſas. Cum itaque ſapientia chriſtiana fides ſit, non ſciẽtĩa, nonne contra rationem eſt, rationem quærere, vbi ratio non eſt? Siſte, Siſte. Scrutator quippe maieſtatis, opprimetur à gloria. Si ex Deo ad nos deſcendis, immutabilitas illa atque neceſſitas, modo quodam, noſtra mutabilitatẽ, & contingentia uiolari uidetur. Quoniã vnumquodque, quod recipitur, recipitur per modum recipientis. Si ex nobis ad Deum aſcendis, noſtra contingẽtia, ab illa neceſſitate & immutabilitate (ut ita dicam,) abſorbetur. Non ergo humana

Gal 6.

Rom. 13.

2. Cor. 5.

Prou 25.

mana ratione illa neceſſitas, hæc cōtin-
gentia iungi poſſe uidentur: nec aſcen-
dendo, neque deſcēdendo. Verum cer
tè ſcimus, quod iunguntur, quandoqui
dem vtrumq; docet ſcriptura ſacra, quę
nec fallere, nec ſalli poteſt. Quid igitur
angimur? Laboremus pro uirili, pugne
mus, curramus, altiora nobis non quę-
ramus, faciamus, quod in nobis eſt, &
omnino diuina ope, quæ neminem de-
relinquit, qui bene operari uelit, ſalua-
bimur. Ne quod certum eſt, quæſo, pro
incertis dimittamus. Sed de hoc ſatis,
ſuperque ſatis.

Quo ad locum hunc attinet, recole
Iudæos blaſphemare, murmurateque
ſolitos fuiſſe, quoniam ſibi proprie gra
tiam euangelicam deberi putabant, qđ
Abrahæ ſemen eſſent, Genteſque abho
minabantur, ægroque ferebant animo,
quod ad euangelicæ gratiæ conſortium
reciperentur. Retundit ſub obſcure,
hanc Iudæorum peruicacem arrogan-
Rom. 9. tiam. Non omnes, qui ex Iſrael ſunt, Iſ
raelitæ ſunt. Nunc ergo palam myſte-
rium explicare intendit, oſtendens &
Gentibus promiſſam eſſe Meſſiæ gra-
tiam. Tanquam & Gentes ipſe ſint ue-
re ſemen Abrahæ, filij Iſaac, & Iſraelis,
& propterea promiſſionis filij, licet nō
carnis. Quod ut inuicta ratiocinatione
concludat, inſtrumenti veteris teſtimo
nium deſumit, quaſi ad hominem ar-
guens, proprioq; Iudęorum gladio Iu-
dæos enecans. *Sicut & in Oſee dicit.* Sup
Oſee 2. plendum eſt Deus. *Vocabo non plebem
meam, plebem meam, & non dilectam dile-
ctam, & erit, in illo loco vbi dictum fuit eis,
non populus meus vos, ibi vocabuntur filij
Dei uiuentis.* Cuius uerbi ſententia eſt,
& ſatis clara. Gentes, quæ antea nō
modo plebs, vel Dei populus non erāt,
ſed erant non plebs, vel non populus
Dei. Intelligitur enim hoc modo loquē
di, non amoris negationem, ſed odij di
uini contra Gentes affirmatio. *Aliquan-
do vocabuntur.* Non nominabuntur tā-
tum, ſed euocabuntur, eligentur, vt re-
ipſa ſint poſitiuè. *Verè populus Dei.* Cha-
rus ſcilicet Deo. Natura quidem omnia
Dei ſunt. In vrbibuſque & Gentiū ter-
ris, quę ab Oriente, ad Occidentem di-
ſperſæ ſunt, ubi apertè à Prophetis dice
batur Dei ore, Vos Ethnici, nō eſtis Dei
populus, aliquo tempore fiet, vt diuino
fauore uocentur. *Filij Dei viuentis.* Ado
ptione ſcilicet gratuita. Nō ſine magno
myſterio autem, adduxit Paulus hanc
Oſeę autoritatem, cum innumeras ad-
ducere potuiſſet. Eſt enim illa autori-
tas Zachariæ, qua apertiſſimè uaticina
tur, qđ Gentiles, Meſſiæ adhæſuri erāt *Zac. 2.*
Et applicabuntur Gētes multæ ad Deū
in die illa, & erunt mihi in populum.
Quemadmodum enim olim de Iudæis
dixerat, in Leuitico. Et deambulabo in
medio ueſtri, & ero uobis in Deum, & *Leuit. 26.*
vos eritis mihi in populum. Ita hic de
Gentibus ait. Applicabuntur Gentes
multæ. Ni Lim, Goìm Rabbì. Ad
Deum in die illa. El adonai bagiom
hahù. Et erunt mihi in populum. Veha
iu li le hàm. Eſt & illud. Et loquetur *Pſal 48.*
pacem Gentibus. Illud ipſe. Erit expe- *Gen. 49.*
ctatio Gentium. Illud. Poſtula à me, &
dabo tibi Gentes hæreditatem tuam. *Pſ 21.*
At nullum eſt uerbum, ut uerū fatear,
quod ita ſit efficax, ſicut iſtud Oſeæ.
Habet enim duas partes, vt uides. Pri-
ma. *Vocabo non plebem meam, plebē meā.*
Secunda. *Et erit.* Supple hoc quod ſe- *Oſee 2.*
quitur. *In loco vbi dictum, fuit eis, non
populus meus vos, &c.* Quibus ſimul col
lectis, refellitur iudaica impietas. Dice
re enim ſolebant Iudæi, & adhuc dicūt,
In diebus Meſſiæ, addendos quidem
eſſe goim, Gentiles Deo. Id profecto ne
gare non poſſunt, ſed dicunt, quod id
fiet hac tantum ratione, quoniam ſer-
uient Iudæis in urbe Hieroſolyma, &
in promiſſionis terra regnantibus. Nō
quia ſint futuri chari Deo, neque ſaluā
di, niſi ad Iudaiſmum conuertantur: ſa-
craque & omnia alia faciant, quæ Iudęi
facient. Hanc itaque impietatem tollit,
Oſeas. *In eo,* inquit *Loco.* Hoc eſt ſine
alia tranſmigratione Gentiū fiet, in pro-
prijs eorum patrijs, vt qui primū erant,
non Dei populus, poſtea ſint, & uocē-
tur non ſolum populus, ſed filij, quod
magis eſt. Si autem oporteret Gentes,
ſacra, cum Iudæis facere, vt in Dei filios
mutarentur, omnes Hieroſolymam adi
re neceſſum eſſet. Neque enim alibi li-
cet ſacra facere. Non ergo in eo loco
vbi dictum eſt. Nō populus meus uos,

ſed in alio Dei filij uocarentur. In Iudæa ſcilicet tantum, non alibi. Intelligitis uim prophetiæ? Hoc eſt quod &
Malac.1. Malachias dixit. In omni loco offertur
nomini meo oblatio munda. Hæc autem impleta eſſe nemo eſt, qui non uideat. Non enim tantum in Hieroſolymis, ſed vbiq;, à ſolis ortu ad occaſum magnum eſt nomen domini in Gentibus. Et iuxta Chriſti propheтiam. Ve-
Ioan 4. nit hora, quando nec in Hieroſolymis
tantum, nec in monte Garizim, ſed in omni loco, adoratur Deus. Spiritus eſt Deus, nec loco concluditur. Garriunt itaque, & delirant Iudæi, uult dicere Paulus, exiſtimantes, quod ipſi ſoli adueniente Meſſia, futuri ſint chari Deo, & ſaluandi. Meſſias quidem uenit, vt & Goim, & Iehudim ſaluet. Quod & ueteres Iudæorum patres, in Midras Tehitim, ideſt in expoſitione pſalmorum, pſalmo ſexageſimo ſexto, in uer-
Pſ.66. bo illo. Ad cognoſcendam in terra uiā
tuam, in omnibus Gentibus ſalutare tuum, expræſsè confeſſi ſunt, nec reuera negari poteſt. Vnde illud ab Eſaia, ſub Meſſiæ nominæ prophetatum fuerat. Mihi curuabitur omne genu: &
Eſa 45. iurabit omnis lingua. Pater quoque
Eſa 42. æternus illi dixerat. Dedi te in lucē
Gentium, vt ſis ſalus mea vſque ad fines terræ. Et propter hoc etiam ait Da-
Pſ.66. uid. Confitebuntur te populi Deus:
Confitebuntur tibi populi omnes. Lętabuntur, & exultabunt Gentes, quoniam iudicas populos In æquitate, & Gentes in terra dirigis. Confitebuntur tibi Deus. Confitebuntur tibi populi omnes. Terra dedit fructum ſuum. Vbi quater dixit de populis, uel de Gētibus, Confitebuntur. Inſinuans quod Gentes, debebant Meſſiam corde, ore, opere, & perſeueranter confiteri. Si-
Soph.3. cut Sophonias prophetauit. Tunc
conuertam ad Gētes labium electum, vt inuocent omnes in nomine Dei, & ſeruiant illi humero vno. Non eſt autem nomen Dei hoc in loco, niſi Rex
Eſa.30. Meſſias, de quo illud eſt. Ecce nomen
Dei venit de longe. Tot expraſſe dicitur in Bereſſith rabba, ideſt in expoſitione Geneſis, ſuper capite quadrageſi
Gen.41. mo primo, verbo illo. Et dixit Pharao
ad Ioſeph. Abſque te non eleuabit uir manum ſuam. Rectè autem dictum eſt, Eſa.9.
quod Gentes ſeruirent Meſſie, humero vno. Nam principatus Meſſiæ ſuper humerum eius, iuxta Eſaiam. Quod eadem traditio Hæbręorum annotauit, vel inuita, inſinuans triumphantis, glorioſæque crucis myſterium. Quod uero Hier.23.
dixit Hieremias, de Meſſiæ tempore loquens. In diebus illis ſaluabitur Iuda, & Iſrael habitabit cum fiducia, ſignificans tantum Iudæos non Gentes, ſaluandos eſſe. Quandoquidem de Gētibus nihil dicit. Exprimit autem Iehudim. Omnes ſcilicet tribus eorum, Iudam & Iſrael. Rabbi Aha, ne chriſtianos adducam, ita interpretatus eſt, ideſt confitentes Meſſiam ſaluabūtur. Eſt enim Iehudas, confitens. Vides quomodo non dicit Iudæi, ſed qui cōfitentur Meſsiam, ſaluabuntur. Hoc eſt, uel Iudæi ſint, vel Gentiles. Conformiter ergo illud. Et Iſrael habitabit, cum fiducia, debet exponi. Vt Iſrael non ad Iſraelitas arctetur, ſed ad omnes extendatur, qui pura fide, vel de Gēte Iſraelitica, uel alijs nationibus, Meſſiam Deum eſſe uiderint, vel potius cognouerint. Eſt enim Iſrael videns Deū. Ob id Meſsias ipſe noſter Chriſtus Ieſus, Gentiles etiam, ſuas oues appellauit. Alias oues habeo, quæ non ſunt de Matt.15.
hoc ouili, & illas oportet me adducere, & fiet unum ouile, & unus paſtor. Cum enim Deus præſciret Iudæos, magna ex parte Meſsiam negaturos, populum nouum ipſe ſibi creauit, Gentilem ſcilicet, qui primum non erat populus ſuus. Vnde illud Eſaiæ. Populus Eſa 45.
iſte quem creaui mihi, recte creaui de Pſ.65.
nihilo, ſine meritis. Pro nihilo ſaluos facies illos, inquit Propheta. Laudem meam narrabit. Et Pſaltes. Populus qui Pſal.101.
creabitur, laudabit dominum. Hoc eſt itaq;, quod Oſeas dicit. *Vocabo non plebem meam, plebem meam. Et non dilectam,* ſcilicet Gentem *Dilectam. Et erit in loco illo vbi dictum fuit eis, non populus meus vos, ibi uocabuntur filij Dei uiuentis.* Laudate ergo pueri dominum. Rectè pue- Pſ.112.
ri, noui filij. Laudate dominum om- Pſ.116.
nes Gentes, inquit Propheta. Laudate eum omnes populi. Quid autem

dicetis

dicetis laudantes dñm? Hoc, Quoniã confirmata eſt ſuper nos miſericordia eius, & ueritas domini manet in æternum. Ab æterno enim decreuerat uocare Gentes, multis ſeculis diſtulit. Tandem nihilominus, quia uerax eſt, & uocauit, & iuſtificauit, & glorificauit. Non eſt enim Deus vt homo, vt mentiatur. Ad huius autem rei figuram, proſelitos, hoc eſt ex Gentilitate, ad vnius Dei culturam uenientes, diligi in ueteri teſtamento Deus ipſe præcepit. Quod egregiè in libro Mechiltà, id eſt in expoſitione ſuper Exodum, annotatum eſt, in capite ſiquidem uigeſimo ſecundo, ſuper uerbo illo. Aduenam non obiurgabis, quaſi diceret, non dices ad Gher, id eſt ad conuerſum ex gentilitate, heri fuiſti cultor belis, & adorans concauitatem eius: Et adhuc ecce caro porcorum remanet inter dẽtes tuos. Et ſtas, & loqueris coram me. Gherim enim, hoc eſt conuerſi ex Gẽtibus, ſunt dilecti à domino. Futurumque eſt, vt inquit Rabbi Berachias, vt Gherim ſint cohanim, id eſt vt conuerſi ex Gentibus, ſint ſacerdotes miniſtrãtes Deo ſancto & benedicto. Comedantque de pane happanim, id eſt faciesrum, hoc eſt propoſitionis. Quid clarius dicere potuit? Optime igitur dicit Paulus, electos fuiſſe, pro Chriſto, qui uere Meſſias eſt aſſeclis, populos, non ex Iudæis tantum, ſed ex Gẽtibus. Et hoc eſt primum, quod habet contra Iudæorum querelas.

Num. 23. Exo. 22.

Secundum uero, quod molitur cõtra eos eſt, quod non modo per Meſſiam, ſaluandæ erant Gentes, ſed non erant ſaluandi omnes Iudæi, uerum etiam pauciſſimi. Hoc eſt enim, quod ſecundo obijciebant, & ad hanc vſq; diem obijciunt, plurimi ex Gentibus ſaluati ſunt, maxima uero Iudæorum pars, nõ ſolum ſpiritualiter ſalutem non eſt cõſecquuta, ſed & temporaliter perdita atque diſſipata eſt. Meſſias ergo, non fuit Chriſtus Ieſus, vel excidit ſermo Dei. Ad id propterea oſtendendum, & ad refellendos Iudæos, Eſaiam adducit. *Eſaias autem clamat ſuper Iſrael.* Modus loquendi eſt, quo & nos utimur. Dic mihi ſuper hoc negotio, id eſt de hoc negotio, vel circa hoc negotium. Eſaias igitur, ſuper populo Iſrael. Et intellige ſecundum carnem. Sic dicit, ſcilicet de populo illo Iudæorum, ſic prophetat. Optime autem dixit Paulus, κράζει, hoc eſt *Clamat.* Clamat ſurdis vt audiant. Clamat contradictoribus, ut taceant. Clamat non intelligentibus, vt attendant. Meritò clamat, quaſi aperte loquatur, vt Iudæus tergiuerſare non poſſit. Non enim expoſitione indiget, clariſſimè nanque explicat, quod intendit. Videlicet paucos admodum, ex populo Iſrael ſaluandos eſſe, quos præ nimia paucitate, reliquias nominat, in capite decimo. Ita enim habet. Im iich iè, hamcha, iſrael, chechol, hagiam ſcead iaſuù bò. *Si enim fuerit populus tuus Iſrael, ſicut arena maris, reſiduum conuertetur ex eo.* Paulus uero ſic uertit, & in ſnĩa idẽ eſt. *Si fuerit numerus filiorum Iſrael, ſicut arena maris, reſiduũ ſaluabitur.* vel *Reliquiæ ſaluæ fient.* Sẽſuſq; eſt huius uerbi, etiam ſecundũ gloſam Rabbi Salomonis ſuper hęc uerba. Et ex his, quæ habentur in libro Sanhederin. capite Helech. Quod in generatione, in qua filius Dauid uẽturus eſt, id eſt Meſſias, etiam ſi fuerit præ multitudine populus filiorum Iſrael, ſicut arena maris, iuxta promiſſionem Abrahæ factam, conflabitur ſicut argentum, & redigentur in modicum. Reſiduum uero illius modici, conuertetur ad bonum, ſequeturque Meſſiam. Eſt & illud Hieremiæ uerbum. Aſſumam vos, vnum de ciuitate, & duo de cognatione. Vbi dixit Rabbà, & Rabbi Hammai. Sicut de ſexcentis millibus Iudæorum, qui ex Ægypto, ægreſſi fuerant, non intrauerunt in terram promiſsionis, niſi duo duntaxat. Iehoſuas, & Caleb. Ita quoque in diebus Meſſiæ, non erunt de Iudæis, niſi duo de ſexcentis millibus ſaluandi, ac ſi vnus de ciuitate, & duo de cognatione, vt dixit Hieremias, aſſumerentur, reliqui uero deſtruentur, & diſſipabuntur. Hoc autem factum fuiſſe intelligimus, ſecundum Ioſephum, libro decimo, capite ſecundo. Nam innumerabili Iudæorum

Eſa. 10. Gen. 17. Hier. 3.

dæorum multitudine, occiſa, pauciſ-
ſimos uidemus in Apoſtolis, & Apo-
ſtolicis viris ſaluatos eſſe: Neque ue-
ro tu putes, quod hæc iudæorum de-
ſtructio, Chriſto deroget. Quan-
1.Reg 2. doquidem prædixerat Deus. Hono-
rantes me, honorabo, contemnen-
tes autem me, uileſcent. Æquum ergo
fuit, vt quoniam Iudæorum pars ma-
ior, Chriſtum inhonorauit, in illiuſque
necem conſenſit & conſpirauit, peri-
ret, & deſtrueretur. Quotquot autem
receperunt eum, omnes ſaluati ſunt, &
mutato nomine, non amplius Iudæi,
ſed Meſſiehim, ideſt chriſtiani ſunt ap-
pellati. Illi vero ad perpetuam rei me-
moriam, in perfidiæ ſignum, adhuc Iu-
dæi uocantur, & quandiu in perfidia
permanſerint, uocabuntur. Cum pri-
mum autem pertinaciam exuerint, &
Chriſtum agnoſcent, eorum nomē mu-
tabitur, dicenturque & ipſi. Meſſihim,
Eſa.65. non Iehudim. Hoc eſt quod Eſaias ce-
cinit. Et mortificabit te dominus Deus,
& ſeruos ſuos uocabit nomine alio. Et
dimittetis nomen ueſtrum ad iuramē-
tum electis meis. Rectè ad iuramentū
electis meis, chriſtianis. Inoleuit enim
conſuetudo, vt fidelitatē aſtruere vo-
lentes, dicamus. Iudæus ſim, niſi hoc
fecero, Nō enim ſum Iudæus. Hoc ita-
que faciam. Et iterum. Es ne Iudæus,
ut mihi non credas? Non ſum Iudæus,
credo, aſſentior. Ecce quomodo Iudęi
nomen, ad iuramentum, ad execratio-
nem relictum eſt. Ad finem igitur
mundi fiet hæc nominis mutatio, &
ita tunc erit labium unum. Quoniam
Oſee 3. Prophetatum eſt ab Oſea, In nouiſſi-
mis diebus, reuerſuros Iudæos ad Chri
ſtum. Poſtea conuertentur filij Iſrael, &
quærent dominum Deum ſuum, & Da
uid regem ſuum, & pauebunt ad Deū,
& ad bonitatem eius in fine dierum.
Quod de Meſſia interpretatus eſt Rab-
bi Ionathas. Vſque ad tempus illud er-
go, nimirum, ſi filij Iſrael ſedebunt, ſi-
cut & ſedent iuxta eiuſdem Oſeæ uati-
cinium, abſque rege, abſque principe,
ſine ſacrificio, ſine altari, ſine ephod, &
ſine ter a phim. Ita nanque inquit ipſe
ad uerbum. Chi Iammì rabbim Ieſeuù,
bene iIſrael, En melech, ue en ſar, ue
en zeuah, ue en mazziuà, ue en ephod
u teraphim, a chad iaſuuù benē i iſra-
el ue en culàm. Quia diebus multis mo
rabuntur filij Iſrael abſque rege, & abſ-
que principe, & abſque ſacrificio, &
abſque ara, & abſque otnamento ponti
ficio, & imaginibus. Poſtea conuertē-
tur filij Iſrael, &c. Idem habetur in ſe-
cundo libro Paralipomenon. Dies mul 2.Par.
ti erunt Iſrael, ſine Deo uero, & ſine ſa-
cerdote, & ſine lege. Ita enim Rabbi,
Hannina locum iſtū interpretatus eſt,
in libro Auoda zarà, ideſt ſeruitus alie-
na. Quod ſi dicas. Neque nunc ſine
Deo ſunt, nec ſine lege, nec ſine ſacer-
dote, Iudęi. Reſpōdet tibi Rabbi Hun
na. Qui ſtudet tantum in lege, & non
ſacrificat Deo, nec exercet ſe in operi-
bus pietatis, ſimilis eſt ei, qui non ha-
bet Deum. Tales autem Iudæos eſſe
nemo dubitauerit. Probatum eſt er-
go, tempore Meſſię, paucos Iudæos ſal-
uandos fuiſſe. Sequitur.

Sermonem enim perficiens, & abbreuiās,
vel concidens *in iuſtitia.* Et debet legi p
parēthesim, cum eo, quod ſequit. Quia
Verbum abbreuiatum, &c. Senſuſque eſt.
τὸ κατάλειμμα. Reſiduum ſaluum fiet.
Quomodo autem ſaluum fiet? Hoc mo-
do. Nā *Conſumans,* vel pficiēs & abbre-
uiās ſermonē Dei per iuſtitiā, ideſt non
magnis præceptorū philaterijs incum-
bens, quæ habentur in lege, ſed omnia
breuiſſimo numero compræhendēs, in
Chriſtum ſcilicet credēs. (Hoc enim eſt Rom.10.
omnis iuſtitia.) Nam finis totius legis
Chriſtus, ſupplendum eſt, ſaluum fiet.
Et ita in textu, non debet καταλειμμα
transferri, reliquiæ in plurali, ſed; reſi-
duum. Quia deinde ſequitur. λόγον
γὰρ συντελῶν, καὶ συντέμνων ἐν δικαιο-
σύνῃ. Et eſt ἐν, vel In, pro, διὰ, vel Per,
Hebraico more. Et refertur ad illud
reſiduum, vt patet, quod per iuſtitiam
fidei conſumat, abbreuiatque legem.
Sicque omnis literę, ceſſat obſcuritas.
Hoc autem uerbum non eſt Pauli, ſed
Eſaiæ in ſententia. Inquit enim. Reſi-
duum conuertetur ex eo, conſumatio
abbreuiata, inundabit iuſtitia. Eſtq; ſen
ſus. Quod Meſſiæ Euangelium, eſt cō-
ſumatio, ideſt perfectio legis abbreuia-
ta, quæ tamen iuſtitia inundat, ideſt,

multo

multo maiorem affert iuſtitiam, quàm longa illa præceptorum ſeries, quæ in antiqua lege continebatur, omnibus profectò importabilis. Nam iuſtitia eſt per fidē Ieſu Chriſti: Iuxta illud ſupra.
Rom. 1. Iuſtus ex fide viuit. Non ex lege, quia ſi ex lege iuſtitia, ergo Chriſtus gratis mortuus eſt. Habes itaque ex hac autoritate, & paucos fuiſſe ex Iudæis ſaluandos, & nōn fuiſſe ſaluandos ex legis operibus, ſed ex fide, quæ eſt legis abbreuiatio & perfectio. Scopus nanque Eſaiæ hic eſt. Pauci ſaluabuntur, ſaluabuntur autem illi, & non peribunt, quia breuiabunt atque perficiēt legem per fidem Chriſti, qua omnes iuſtificamur. Vt intelligas Chriſti fidem, Moſi legem excellere, & quia breuior, & quia perfectior. Ideo dn̄r duo, quod conſumat, & abbreuiat, vel concidit. Secat enim pleraque ſuperflua, vt neomenias, circuncisionem, ablutiōes, & huius modi, eſcarum leges, pecorū munera. Ne autem diceret Iudæus, contra Dei uoluntatem eſt hęc abbreuiatio. Sequitur Eſaias. *Quia ſermonem conciſum, faciet dominus in terra.* Hæc eſt Eſaiæ ſententia, quam Paulus adducit. Verba autem ſunt hæc. *Conſumationem enim, & abbreuiationem, dominus Deus exercituum faciet in medio omnis terræ.*

Quibus optimè declaratur, qn̄q; fuiſſe abbreuiandam legē, quā Deus dederat. Plurima quidem pueris à pedagogo præſcribuntur, vt ſemper timeant. Verum cum uiri fuerint, eis minimè
Gal. 3. indigent. Lex fuit noſter pedagogus in Chriſto. Cum ergo uenit fides, iā non ſumus ſub pedagogo. Iam abbreuiatū eſt, quod olim abbreuiandum erat. Euangelium enim, legis breuiariū eſt, quod pauciora, ſed perfectiora iubet. Pauciora ſanè, dicente Chriſto. Diliges
Matt 22. dominum Deum tuum, ex toto corde tuo, & proximum tuum ſicut teipſum, in his duobus præceptis, tota lex pendet & prophetæ. Perfectiora uero, di-
Heb 7. cente Paulo. Neminem ad perfectum adduxit lex. Hęc autem conſumatio atque legis abbreuiatio facta eſt, in medio terræ, ideſt in Hieruſalem, quæ medium terræ habitabilis appellatur à pro
Pſ. 70. pheta. Operatus eſt ſalutem in medio terræ. Completa, ergo Eſaiæ autoritas, quam Paulus adducit, hæc eſt. *Si fuerit numerus filiorum Iſrael tanquam arena maris, reliquiæ ſaluæ fient.* Sermonem enim perficiens & abbreuians. *Quia uerbum breuiatum faciet dominus ſuper terram.*

Quia autem mirum, durumque uideri potuiſſet, tam paucos Iudæos adueniente Meſſia, ſaluandos fuiſſe. Sequitur Paulus, & ex eodem Eſaia adducit vnum quod, durius & maius eſt, vt illo audito, credatur iſtud. *Et ſicut prædixit Eſaias.* Nō uaticinatus eſt, ſed ante uerbum iſtud. Si fuerit numerus filiorum Iſrael. dixit hoc aliud. *Niſi dominus exercituum, reliquiſſet nobis ſemen, ſicut Sodoma facti fuiſſemus, & qualis Gomorra tales fuiſſemus.* Loth enim unus, in Sodomæ & Gomorrhæ excidio, ſaluatus eſt. Nō modo itaque pauci, ſed uix unus ex Iudæis ſaluatus eſſet, niſi dominus exercituū, angelorum ſcilicet. *Reliquiſſet nobis ſemen.* Ideſt, niſi exorbitante, tam magnā Iudęorum multitudine, à Chriſto, eo à nobis recedēte, apoſtolos dimiſiſſet, qui Iudæc ſalutis ſeminarium fuerunt. Illi enim p̄dicationibus, miraculis, pleroſque Iudæos conuerterunt, qui primum, ſicut Sodoma erant. Muti ſcilicet à Dei laude. Sodoma quippe, muta interpretatur. Et ſicut Gomorra, aſperi, vitiorum enormitate. Eſt enim Gomorra aſpera. Omnes ergo tales fuiſſemus. Nā & peiores fuiſſe Iudæos Sodomęis, Gomorręiſque dixerat Deus, niſi diuina miſericordia, illud ſemen nobis reliquiſſet. Bene ſemen exiguum, mole, ſed magnum uirtute. Tale eſt enim apoſtolicæ fidei ſemen, & talia ſunt arborum & plantarum ſemina. Propterea inuicem comparantur. Miſericordiæ ergo domini, quia non ſumus conſumpti. Non eſt enim paſſus, vt om Tre 3.
nes periremus, ſed diuinæ illius gratiæ imbribus, ſancto uerbi ſemine, peccatorum indulgentiæ fructus, in nonnullis ſequutus eſt.

Verum dubitauerit quiſpiā. Nonne illi pauci, qui ſaluati ſunt, prædeſtinati erant? Vtique perire igitur non poterant. Iam dictum eſt multoties, quod conſequutio iſta nulla eſt. At, vt & inimicos cōciliemus, dicamus, quod Prędeſtinati

deſtinati erant, vt hoc modo ſaluarētur. Perijſſent ergo, niſi aliter forte prouidiſſet Deus. Vnde & de Antichriſti tem-
Matt.24. pore dicitur, quod tribulatio tam magna erit, ut in errorem inducantur ſi fieri poteſt, etiam electi. ſed propter electos breuiabuntur dies illi. Incaſſum autem abbreuiarentur, ſi nullomodo electi, in errorem induci poſſent. Et hæc turris eſt, ex qua mille clipei pendent, contra nequiſſimorum hæreticorum ignea tela. Deinde dicit.

Quid ergo dicemus? Et eſt totius clauſulæ huius cōcluſio. Si enim Deus, quo nota fieret potentia ſua, iuſtitia, miſericordia, commendareturque, & illuſtrior fieret electorum gloria, ſubſtinuit uaſa iræ in multa patientia. Vaſa autem miſericordiæ ex Iudæis, & ex Gētibus præparauit. Longè tamen pauciores ex Iudæis, quàm ex Gentibus: quod & Prophetæ cecinerunt, & experimento comprobatum eſt, quandoquidem Iudæorum tantummodo reliquiæ ſaluatæ ſunt. reliquiarum autem nomine, pauci intelliguntur. Si ergo ita eſt. *Quid igitur dicemus?* Hoc eſt, Deum ne accuſabimus, tanquam perſonarum acceptorem, tanquam iniquum? Abſit. *Quid ergo dicemus?* Hoc utique dicem᷒, quod ſequitur. *Quod Gentes quæ non ſectabantur iuſtitiam, iuſtitiam apprehenderunt, iuſtitiam inquam illam, quæ ex fide*, ſubintelligitur, eſt. *Iſrael autem, ſequens legem iuſtitiæ, ad legem iuſtitiæ, non peruenit. Propter quid? quia non ex fide, ſed quaſi ex operibus legis, offenderunt enim in lapidem offenſionis, ſicut ſcriptum eſt. Ecce pono in Sion lapidem offenſionis, & petram ſcandali. Et omnis, qui credit in eum, non confundetur.* Culpa Iudæorum, non Dei eſt. Ipſi enim offenderunt, ideſt impegerunt, *In lapidem*, quem lapidem? in
Pſ.117. lapidem quem ędificantes reprobarūt, qui factus eſt in caput anguli, in Chriſtum Ieſum, quem Deus miſit pro fundamento Eccleſiæ, quam Sion figurabat, fundamentum ſalutis noſtræ. lapidem prætioſum, quo mundus redimitur. Lapidem durum, quo diabolus conteritur. Lapidem angularem, quo Iudæus iungitur & Gentilis. Non ille eos offendit. Ipſi auditis illius uerbis, temerè ſcandalizati ſunt, vnde ædificari debuerant. Idcirco non dicitur *Lapis* percusſionis, ſed *Offenſionis, & ſcandali*. Hoc eſt ergo, quod doleo, inquit Paulus. Triſtitia eſt mihi magna, & continuus dolor cordi meo, (ut prima ultimis coniungamus) non quod Dei uerbum exciderit. Sicut enim cogitaui, ita fiet, dicit Deus: & ſicut tractaui, ita eueniet. Sed, *Quia Gentes, quæ cum legem non haberent, neque Prophetas, iuſtitiam non ſectabantur, iuſtitiam apprehenderunt*, non modo ciuilem illam, quæ ex lege eſt, ſed diuinam. *Quæ eſt ex fide*. Chriſti, Iudæis & Gentibus communis. Populus autem Iſrael, qui de nomine Iſraelitico, ſibi vana adulatione blanditur, ſequens iuſtitiam, quæ ex lege eſt, legiſque operibus fidens, offendens in hunc lapidem Chriſtum; adeo inde offenſus eſt, vt in uia ſteterit, nec amplius procedere potuerit. Non modo enim, hanc iuſtitiam ex fide non appræhendit ſicut Gentes, ſed nec iuſtitiam, quæ eſt ex lege. Legi nanque non ſatisfecerunt Iudæi, quoniam nemo poteſt legem implere, niſi Chriſti gratia adiut᷒, qui & impoſſibilitatem ſuſtulit, & legis faciendæ difficultatem. Ad terminum igitur ſui itineris, vel curſus peruenire, non potuerunt fratres mei, qui ſunt cognati ſecundum carnem. Si principium motus eorum, fides in hūc Chriſtum fuiſſet, aſſecuti eſſent, quod intendebant. At ipſi Chriſto neglecto, & eius fide, ſibi ipſis, ſuiſque operibus nitebantur. Seipſos itaque accuſent. Contra, Gentes de ſuis meritis deſperātes, uni huic Chriſto ſeſe committētes, in huius petrę foramen nidum, conſtituentes, pedeſque in hac petra figētes, quo ſuſtētati dicere poſſent. Dn̄s petra Hier.16.
mea, & robur meum, non ſunt confuſæ. Nemo ſanè qui in Chr̄m credit, qui fidem charitate formatam complectit, vt millies dictum eſt, confundetur. Ita enim habet textus Eſaię, ſecundum ſeptuaginta interpretes. Eſaiæ nanq; ſunt hæc uerba. Quędam in capite vigeſimo octauo, quædam in octauo. Et ita eſt finis huius capitis. Litera enim hæc, multa declaratione non indiget, quia facilis eſt.

Hanc

Hanc autem ſecundam partem. *Et omnis qui credit in eum, non confundetur.* Non tam adducit Paulus, vt Iudæus doleat, quod in eum nō crediderit, quàm ne glorietur Gentilis, quod diuinā iuſtificationem aſſequutus ſit. Id enim illi non proprijs meritis, ſed in Chriſtum fide, contigit. Quaſi ergo dicat Apoſtolus. Agnoſce iudęe, ex teipſo perditum fuiſſe. Et tu gentilis ex Chriſto ſaluatum extitiſſe. Quod tamen etiam optimè innuit uerbo illo. Gentes quæ non ſectabantur iuſtitiam, appręhenderunt iuſtitiam, iuſtitiam aūt quæ ex fide eſt. Iſrael vero ſectando legē iuſtitiæ, in legem iuſtitiæ non peruenit. Si enim tu Gentilis, iuſtitiam appręhendiſti, nec tamen iuſtitiam ſectabaris, dono igit dei, non tuis operibus iuſtitiam appręhēdiſti. Cur ergo gloriatis? Quid habes, qđ non accepiſti? Nec dicere, pro Gētibus potes, non ſectabantur iuſtitiam quæ eſt ex lege, ſed iuſtitiam ex fide, vtiq; ſectabantur: Quomodo enim iuſtitiā ex fide ſectabantur, ſi fidem non amplectebantur? Si Chriſtus ab eis non quęrebatur? Dicit nanq; Eſaias. Inuentus ſum, à non quęrentibus me, palàm apparui his, qui me non interrogabant. Propterea Paulus abſolutè dicit. Non ſectabātur iuſtitiam. Quaſi diceret, nullā iuſtitiam ſectabantur. Sed nonne ſectabātur iuſtitiam legis naturalis, quam ſcriptam oſtendebāt in cordibus ſuis? Nec illam. Quod enim dicebatur ſupra. Cū Gentes, quæ legem nō habent, naturaliter ea quæ legis ſunt faciunt, eiuſmodi legem non habentes, ipſi ſibi ſunt lex. Gentibus tantum in Chriſtū credentibus conuenire monſtratum eſt. Omnino ergo iniuſtę Gētes, Dei dono, nō ſuo merito, gratis per Chriſti fidem iuſtificatæ ſunt. Iudæi propria malitia, offenſi ex Chriſto, ſponte ſua periere. Et hoc eſt, quo ubiq; ſpectat Apoſtolus noſter. Hic enim eſt totius Epiſtolæ ſcopus, vt nemo deſperet, nemo ſuperbiat. Superbiret homo, ſi ex ſeipſo ſaluari: deſperaret ſi ex Deo damnari ſe ſe intelligeret, aut credetet. Illud itaq;, Chriſtum, petram ſcandali eſſe, magis ad Iudæos dirigitur. Hoc *Qui credit in eum, non confundi.* magis ad Gentes. Propterea ſeptuaginta interpretes ſequutus eſt. Hebraica nanq; ueritas non ſic habet in uerbis, quanquam ſit idem ſenſus. Dicit enim. Omnis qui credit in eum, non feſtinet. Qui autem feſtinat in itinere, ideo feſtinat, quia timet. Niſi feſtinauerit, non illuc peruenire poterit, quo tendit. Dicens igitur Eſaias. Qui credit in eum, non feſtinet, timorē tollit, ſpemq; præbet, vt omnino fidat, qui in Chriſtum credit, illius ope illuc peruenire, quo deſiderat: uidelicet ad iuſtitiam diuinam, quæ eſt cū Deo reconciliatio, & præcedentium delictorū remiſſio Hæc autem ſpes, omnem tollit confuſionem. Iuxta illud ſupra. Spes non confundit. Qui ergo in Chriſtum crediderit, de priſtinis delictis quantūlibet grauibus, non confundetur. Ex quo manifeſtè conuincitur, non loqui Prophetam & Paulū de fide abſq; operibus. Nam operibus ambulamus, iuxta illud. Creati in operibus bonis, vt in illis ambulemus. Metaphora ergo, quæ utitur hic Apoſtolus, ambulantis Iudæi, & Gentilis, vt iuſtitiam appræhendant, nullo patitur modo, vt ab hac fide, opera excludantur. &c.

[Margin: Eſa.65 & Rom.10. — Rom.2. — Eſa.28. — Rom.5. — Eph.2.]

CAPVT DECIMVM.

F*Ratres. Certè propenſa af-
fectio cordis mei, & obſe-
cratio ad Deum pro Iſrael,
eſt ad ſalutem.*
Erigere hic in ſpem vi
uam. O Homo quicun
que es, quantumuis reprobus, quantũ
uis perditus, quantumuis ad interitũ
deſtinatus. Ecce enim Paulus noſter,
dixit Iudæos pro maxima eorum parte,
iræ uaſa eſſe ad interitum præparata, &
nihilominus orat pro eis, vt ſaluentur.
Num ipſe credit ſe orando peccare, fru
ſtraque orare, an ſecus? Si primum, o-
Rom. 10 rans peccat. Omne enim, quod eſt con
tra conſcientiam, peccatum eſt Si ſe-
cundum. Vaſa igitur iræ, nequaquam
credit neceſſario perditum iri, ſed &
miſericordiæ uaſa fieri poſſe. Hoc eſt,
quod quiſque credere debet. Vt ſi for
taſſe aliquis (citra pertinaciam dico,)
electos perire non poſſe exiſtimaret,
quod tamen falſum eſſe monſtrauim⁹,
ad minus reprobos ſaluari non poſſe,
neceſſarioque perire, nemo dicat. Mi-
Iac 2. ſericordia quidem diuina, ſuperexaltat
iudiciũ. Qñ quidẽ Deo proprium eſt, mi
ſereri ſemper & parcere. Adeo ut nõ ꝑr
ſus delirare ueteres Hæbræos credide-
rim, qui diuina promiſſa in bonis nun-
quam irrita fieri, ſed abſolutè citra om-
nem conditionem, ſeruari dicunt. Ve-
rum in malis conditionem ſemper in-
telligendam eſſe. Ob idque pœna in-
tercedente peccatorum, per ſe ſe reuo-
cari. Huic quippe ſententiæ, duo Hie-
remiæ verba, fauere dicuntur. Primũ.
Hier. 26. Propheta, qui uaticinatus eſt pacem, cũ
venerit uerbum eius, tũc ſcietur, quod
miſerit eum dominus in ueritate. Ec-
ce pollicitationes Dei bonas, nequaquã
reuocari. Hoc enim, inquit Vates eſt
ſignum, quod Propheta mendax non
eſt, ſed uerè à Deo miſſus: Si euenerit
bonum, quod prædixit. Si autem cõ-
ditionaliter bonæ pollicitationes intel-
ligerẽtur, poſſet id quod promittit Pro-
pheta, citra ipſius tamen mendaciũ nõ
euenire. Secundum Hieremiæ uer-
bum, quo Dei comminationes ſæpiſſi-
mè irritari oſtenditur, ac propterea ſub
conditione intelligendas eſſe, illud eſt.
Repente loquar aduerſus Gentem, &
aduerſus regnum, ut eradicẽ, deſtruã, Hier. 18.
diſſipem, & diſperdam illud. Si pœni-
tentiam egerit Gens illa, agam & ego
pœnitentiam à malo, quod cogitaui ut
facerem eis. Hanc itaque Iudæorum
aſſertionem, indubiè ſine gloſa, quoad
ſecundam partem recipiendam eſſe, do
cemus. Quo ad primam uero, eam hac
regula ueram eſſe declaramus. Sicq; in-
telligendam. Quoniam dominus, pa-
ter miſericordiarum, & Deus totius cõ 2. Cor. 1.
ſolationis, propenſus eſt magè, ad non
inferendum malum, quod commina-
tus eſt, quàm ad non conferendum bo-
num, quod promiſit. Facilius enim pę
nitentia flectitur, quàm peccato irrite-
tur. Communiter ergo non agnoſcitur,
prophetam mendacem eſſe, ſi id ma-
li non euenerit, quod cõminatur, æque
ac ſi non id boni, quod promittit, con-
tingat. Frequenter nanque mala non
accidunt, quæ comminatur Deus. Ra-
renter uerò bona non eueniunt, quæ
pollicetur. Mauult enim amari, quàm
timeri. Et hoc, neque aliud certè, uer-
bo illo molitur Hieremias. Procul qui
dem eſt ab hac intentione, ut bonæ pol
licitationes ſemper impleantur. Cum
& ipſius ſit hoc aliud uerbum. Subi-
to loquar de Gente, & regno, ut ædifi-
cem & plantem illud. Si fecerit malũ,
in oculis meis, vt non audiat vocem
meam, agam & ego pœnitentiam ſuper
bono, quod loquutus ſum vt facerẽ ei.
Et de hoc ſatis, vt illud nos moueat, nõ
leuiter.

leuiter. Quod ſi certo certius ſciremus, dixiſſe Deum, ſaluabere Corneli, ego ero tecum, non derelinquam te, adhuc timendum eſt mihi, ne peream. Et multo magis. Si Deum audirem dicentem mihi, ad interitum deſtinatus es, peribis, adhuc non eſſet mihi deſperãdum. ſed fidandum præcibus & orationibus, iram Dei placari poſſe. Hoc eſt enim, quod ipſe dicebat. Si dixero impio, morte morieris, & non uiues, & auerſus ab iniquitate fecerit iuſtitiam, uita uiuet, & non morietur. Notiorque eſt illa vox, quàm ut hic referatur. Nouit Deus mutare ſententiam, ſi tu noueris emendare delictum. Hac itaq; uia, Gentium doctor procedit, præces, obſecrationeſque ad Deum fundens pro Iſrael, quem magna ex parte, quia in petram ſcandali impegerat, iam ſupra dixerat reprobatum. Vide autem hic Pauli artem. Aduocatus Gentium, paulo ſupra extitit, eas defendens contra Iudæos. Nunc uice uerſa, in clientulos Iudæos ſuſcipit, eorumque cauſam quoad poteſt, tuetur, ne tanti Apoſtoli fauore tanto elatus Ethnicus, Iſraeli audeat inſultare. Oſtendit ergo in primis, quod maximè amat Iudæos, quod particulatim nondum dixit de Gentibus. Hunc autem amorem ab effectu exprimit, & ab effectu. εὐδοκία τῆς ἐμῆς καρδίας. *Propenſa affectio cordis mei.* En affectus. εὐδοκία enim magnum affectum exprimit, quæ uno uerbo explicari non pôt, ut D. Hieronymus annotauit, niſi dicas placẽtia. καὶ ἡ δέησις πρὸς τὸν θεόν. *Et obſecratio ad Deũ.* En effect⁹. *Pro Iſrael eſt ad ſalutem.* Eſt aũt δέησις nõ omnis deprecatio, vel obſecratio: Sed illa qua propriè præcamur ſummo affectu, ut ab urgentibus malis liberemur. Oſtendit igitur, quod non per hipocriſim, ſed toto corde orat pro Iudæorum ſalute. Sed cum Deus ad Samuelẽ

1. Re. 16. dicat. Quid oras pro Saule, cum ego abiecerim eum? Cur orat Paulus, pro Iudęis, quos nouit repudiatos? Intellexit mihi crede Paulus, ſecreta quæ Samuel intelligere non potuit. Dixerat

Exo. 32. & olim Deus Moſi, Dimitte me, ut deleam populum iſtum. At non modo ab oratione, Moſen ceſſare nolebat, ſed & illum urgebat magis, rei difficultate oſtenſa, ad ſupplicandum. Poſt vocem nempe illam. Dimitte me Moſes, audis maiore feruore oraſſe ducem illum, vt tandem auſus fuerit dicere. Aut dimitte eis hanc noxam, aut dele me de libro tuo, quem ſcripſiſti. Hac eadem ar- Exo. 32.

te cum Hieremia uſus eſt Deus, dicẽs. Ne roges pro populo iſto, quoniam nõ exaudiam te. Et ſi fuerint Moyſes & Samuel coram me, non erit anima mea ad populum iſtum. Non quod eum à præcibus ceſſare vellet, ſed quod Iudæos magis terrere uellet, Prophetamque accẽderet. Cuius rei haud neſcius Hieremias præcari non deſtitit. Quid autẽ miraris, hanc Dei artem? Nonne & cũ Hieroſolyma eadem utitur arte? Si laueris te nitro, & aggregaueris tibi Bo- Hier. 2.

rith, hoc eſt πόαν. vt ſeptuaginta interpretes tranſtulerunt, ideſt herbam fullonum, vel ſaponem, vt dicit alibi Rabbi Dauid Chimeti, coram me ſordida es. Num ergo uolebat illam in deſperationem cogere? An potius ad reſipiſcentiæ feruorem, magnis calcaribus adducere? Paulus ergo, eſto dixerit illos repudiatos eſſe, à præcibus nihilominus nequaquam deſtitit. Cui tamen addes. Neminem ab eo in particulari vt repudiatum, agnitũ fuiſſe. Quod de Samuele dicebatur, nihil eſt. Lugebat ipſe, qđ Saul à regno eiectus eſſet, ut ex litera patet, ſicq; abſolutè repudiatus erat. Cuiuſmodi & ſupra Eſau, odio fuiſſe declaratum eſt, iureque reprehenſus eſt.

Sed iam unde digreſſi ſumus, redeamus. Oſtenſo amoris affectu, explicatoque quod pro eis orat, vt in ſpem viuam erigantur, nec credant nullo unq̃ modo Deo reconciliari poſſe, deſperẽtque penitus de Dei miſericordia. Mox patrocinium accipiens, & tutelam cauſę eorum contra Gentes, incipit eos excuſare. Excuſat uerò à Dei zelo, & ab ignorantia, quod in lapidem offenderint, ac propterea offenſi fuerint & perditi. Vnde inquit. *Teſtimonio enim ſum ipſis, quod zelum Dei habent, ſed non ſecundum cognitionem. Nam ignorantes iuſtitiam Dei, & propriam iuſtitiam, quærentes conſtituere, iuſtitiæ Dei non fuere ſubiecti. Finis enim legis Chriſtus, ad iuſtitiam,*

tiam omni credenti.

Quo uerbo, non tam Iudæos excu-
ſat, quàm ſimul ſe ſe à callumnia defen
dit, & oſtendit Ioanni Euãgeliſtæ, (qui
erat dilectus domini, diſcipulus, & ec-
cleſiæ collumna) non contradicere. Is
1.Ioan.3. nanque expreſsè dicit. Non eſſe oran-
dum pro omnibus peccatoribus. Ali-
qui enim, (inquit) ſunt, pro quibus orã
dum non eſt. Cum ergo Paulus Iudęo-
rum excuſationem adducit, conuincit,
quod illi de eorum numero nõ ſunt, ꝑ
quibus non eſſe orandum dixit Ioãnes.
Verba quippe illius hæc ſunt. Qui ſcit
fratrem ſuum peccare peccatum nõ ad
mortem, petat, & dabitur uita peccãti
non ad mortem. Eſt peccatum ad mor-
tem, non pro eo dico, vt roget quis. Qui
autem ex ignorantia peccat, etiã ſi pec-
cet mortaliter, non dicitur peccare ad
mortem, poteſt igitur orari pro eo. Sed
quid eſt peccatum ad mortem, niſi qđ
mortale dicitur? Non eſt ita dictum,
non ſi per peccatum ad mortem, pecca-
tum mortale intelligatur. Ergo tantum
pro uenialiter peccantibus eſſet oran-
dum, quod totum deſtrueret euange-
Matt.5. lium. Scriptum eſt enim. Orate pro ꝑ-
ſequentibus. Chriſtus pro crucifixori-
Luc.23. bus orauit. Stephanus pro lapidantibꝰ.
Act 7. Immo nec pro uenialiter peccantibus,
orandum eſſet ex uerbo illo Ioannis.
Quoniam ipſe dicit. Et dabitur uita
peccanti. Conſtat autem venialiter pec
cantem, uitam habere. Vana igitur eſ
ſet pro omnibus peccatoribus oratio.
Orandum neque eſſet niſi pro ſeipſo,
quod arguebat Iacobus dicens. Orate
Iac 5. pro inuicem, vt ſaluemini. Quinimmo
Matt.6. contra Chriſti præceptum. Inſtituit em̃
vt dicamus. Pater noſter, non P̃r meus.
Panem noſtrum quotidianum da no-
bis hodie, non da mihi. Libera nos à
malo, non libera me. Et dimitte nobis
debita noſtra, non dimitte mihi debita
mea. Et unumquemque pro omni-
bus orare uoluit, quoniam & in ſeipſo
vno, omnium ipſe onus portauit. Pro
ſe orare, neceſſitas cogit, pro alijs, cha-
ritas fraternitatis hortatur. Dulcior au
tem eſt, ante Deum oratio, non quã ne
ceſſitas tranſmittit, ſed quam charitas
fraternitatis commẽdat, vt inquit Chri-
ſoſtomus. Quod peccatum igitur intel
ligit Ioãnes, per peccatum ad mortem?
Aduerte. Omnis ſermo debet intelligi
ſecundum illud, quod eſt per ſe, non au
tem ſecundum id quod per accidẽs eſt.
Nam, cum accidentia ſint infinita, relin
quenda ſunt ab arte. Vagus enim, &
indeterminatus eſſet omnis ſermo, ni-
hilque determinate dici poſſet. Acci-
dit, quod qui ex ignorantia peccat, ęter-
nam incurrat damnationem, etiã ſi gra-
uiſſime peccet. Ita accidit, quod qui ex
paſſione, vel conſuetudine peccant, eã-
dem incurrãt damnationem, quaſi em̃
omnino nolentes, peccant. Quia ille, ali
quid ignorauit, cuius ſcientia à pecca-
to eum retraxiſſet. Et iſtis, paſſionis
impetus obruit iudicium rationis, &
propterea diuina miſericordia facilè re
mittuntur. Sed aliqui ſunt, qui ex intẽ
tione, ex certa malitia, ex Dei contem-
ptu, & æternæ uitæ, ex affectatiſſima ꝓ-
priæ ſalutis negligentia, ex induſtria re-
cedentes à Deo, iuxta Prophetam, ſe ſe Iob.34.
totos uitijs dedunt, & peccatis, dicẽtes
Deo, cum illis quorum meminit liber
Iobi. Recede à nobis, uiam ſcientiarũ
tuarum nolumus. Horum peccata pro-
priè & per ſe dicuntur eſſe ad mortem.
Sicut enim ęgritudines corporales, quę
dam ex natura ſua ſunt ad mortẽ, quæ-
dam uero non, quoniam aliquę ex mor
bi natura curabiles, ſunt, quædam autẽ
incurabiles. Licet tamen per accidens
etiam curabiles quandoque ducant ad
mortem. Non enim omnes curabiles
curantur. Ita peccata etiam mortalia,
quæ ſunt animæ morbi, non omnia ex
ſua natura, ſunt ad mortem. Sed quæ-
dam curabilia ſunt, quædam incurabi-
lia. Ex natura ſua dico, quandoquidẽ
ex parte medici omnipotentis Dei, nul
lum peccatum incurabile eſt, vel irre-
mediabile. Nam & deſperatos conuer
tit quandoque. Iuxta illud. Dixit do- Pſal.19.
minus ex Baſan, conuertam. Quæ igit
ex ignorantia, & ex paſſione fiunt, etiã
ſi per accidens, ducunt ad mortẽ, quo-
niam vſque ad mortem noſtram in illis
perſeuerando, ad inferos condemna-
mur: Vnde nemo quibuſuis præcibus,
poteſt liberari, attamen ex ſua natura,
non ducunt ad mortem, ſunt enim re-
miſſibilia.

miſſibilia. At peccatum quod fit ex electione, ex induſtria, remiſſionis ſpe abiecta, deoque neglecto, hoc dicitur per ſe irremediabile, & ducere ad mortem, ad gehennam. Non quod aliquis homo ſit, qui malum ut malum eligat. Nullus quippe intendens ad malum, operatur. Sed ita debet intelligi, aliquos ex electione peccare, quia corruptum habent appetitum, propterea illis peccatum ſecundum ſe, placet. Et ita non aliqua tentatione uicti, nec paſſione, nec ignorantia detenti, ſed deliberato animo peccant. Et hoc eſt peccare ex malitia, & in Spiritum ſanctum. Peccatum enim, in ſpiritum ſanctum, non tam peccatum, quod ex malitia cõmittitur, ſignificat, quàm malitiam illam, quæ peccandi principium eſt, illam induſtriam, illumque contemptũ. Ignorantia eſt pœna, paſſio eſt pœna, ſed illa malitia, electio illa, peccatum eſt, & aliorum principium peccatorũ. Pro his ergo, qui ex ignorantia, ex infirmitate, ex paſſione, ex conſuetudine peccant, etiam ſi ſemper peccarent, nunquam orandum, non eſt. modo nõ decedant in peccato, ſuffragia enim damnatis non proſunt. Verum pro iſtis, quibus peccatum ipſum placet, qui lętantur cum maleſecerint: quibus nihil eſt charum minus quàm anima, certè uanæ ſunt præces omnes: gemendum eſt magis, quam orandum, vt diuus Bernardus dixit. Si forte diuina miſericordia adijciat, quod oratio non præſumit, ut dicitur in quadam collecta. Diuus Paulus itaque, ne Ioanni contradicere uideatur, oſtendit Iudæos non peccaſſe ad mortem, quia ex ignorantia peccauerunt, propterea confidenter orat. Hunc morem tenuit ante Paulum Chriſtus Ieſus. Orans.n. pro his, qui eum cruci affixerant, excu-

Luc.23. ſationem ſubiunxit. Pater. Dimitte il-

1.Tim 1. lis, non enim ſciunt, quid faciunt. Sic & noſter idem Paulus, dicens ſe ſe conſequutum fuiſſe ſuorum peccatorũ miſericordiam, adiecit, quia ignorans feci in incredulitate. Quàquã, ut uerum fatear, Ioannes caſtiſſimè loquitur. Nõ.n. dicit. Eſt peccatum ad mortem, pro eo dico, non roget quis. Sed, Eſt peccatum

Ep. ad Rom.

ad mortem, non pro eo dico, ut roget quis. Non ergo iubet, ne pro his, qui etiam ad mortem peccant, oremus. Nullius enim eſt deſperanda ſalus, quoad

uiuit. Si nanque impius egerit pœnitentiam à peccato ſuo, & fecerit iudicium, Ezech 18

& iuſtitiam, ipſe animam ſuam uiuificabit. Sed tantum inquit, quod non audet dicere, vt nos pro talibus oremus. Quandoquidem importuna uidetur eſſe talis oratio, & præſumptuoſa. At periculum faciendum eſſe crediderim ego, num fortaſſe oportuna eſſe poſſit, hæc pia importunitas. Nam tentare quid

nocet? Scriptũ eſt enim. Et oratio mea, Pſal.34.

in ſinum meum, conuertetur. Si illis nõ proderit, mercede nihilominus nõ omnino fruſtrabitur. Fortaſſe autẽ Apoſtolus, pro peccãtibus ad mortem, intelligere uoluit, non eſſe à quibuſcunque orandum, ſed à perfectis tantum, ſi qui ſunt. Quoniam non quicunque tanti meriti eſt, vt orando eis gratiam impetrare poſſit, talium nanque ſanatio, miraculoſa propemodũ eſt. vt illud *Quis*, ſtet generaliter, quicunq;. Ac ſi diceretur. Pro mortui ſuſcitatione, non dico, vt oret quis, ideſt quicunq;, ſed aliquis, magni meriti apud Deum. Sunt tamen, qui dicant, Apoſtolum loqui de eis, qui peccant vſque ad mortem corporis, & impœnitentes moriuntur. Sed hi trãsferũt ſermonem ni fallor, ab eo, quod eſt p ſe, ad id quod p accidens eſt. Neque etiam Ioannis uerba declarare põt. Quandoquidem nemo poteſt ſcire, ſi aliquis peccat ſic ad mortem. Non enim ſcitur, niſi poſt mortẽ, alicuius finalis impœnitẽtia. Tunc aũt nõ peccat, ſed iã peccauit. Debuerat ergo Ioannes dicere. Qui ſcit fratrem ſuum peccaſſe, non peccare. Dicat itaq;, peccatum ad mortem id intelligi, quod ſuapte natura ducit ad gehennam. Tale autẽ nõ eſt omne peccatum, quod mortale appellamus, niſi forte per accidens, vt dictum eſt. Sed tantum, id quod in Spiritum ſanctum, à Chriſto Ieſu uocatur. Et à Philoſophis moralibus, peccatum ex electione. 5. Ethicorum. Et ita peccatum mortale in genere, à peccato ad mortem in ſpecie, diſtinguitur, hac ratione. Peccatum enim mortale

Hh dicitur,

dicitur, quia tollit primam animæ uitã, gratiam ſcilicet Dei. Peccatum ad mortem dicitur, quia ducit ad mortem animæ ſecundam, ad inferos, niſi per accidens oppoſitum contingat. Sicut & quandoque accidit, incurabiles corporum morbos, diuina gratia, & medici alicuius excellentis curari. Et de hoc ſatis, pro Apoſtolorum Ioannis & Pauli defenſione.

Pulchrum uerò uidere eſt. Quomodo ipſi Iudæi, ex ignorãtia in Chriſtum peccauerint, zelum habentes Dei, vt dicit Paulus ad illos excuſandos. Nam Chriſtus apertè dicit in Euangelio Ioannis. Si non ueniſſem, & loquutus
Ioan. 15. eis non fuiſſem, peccatum non haberent. Nunc autem excuſationem non habent de peccato ſuo. Si opera non feciſſem in eis, quæ nemo alius fecit, peccatum non haberẽt. Nunc autem uiderunt, & oderunt, & me, & patrem meum. Vt adimpleatur ſermo qui in lege eorum ſcriptus eſt. Odio habuerunt me gratis. Quid apertius contra Paulum? Dicere poſſemus, Paulum de more, ex aſtutia uenatum fuiſſe, pro viribus, vt aliquam inueniret vmbram ad eos defendendos, ne deſperarent: cum nihilominus cognouiſſet eos accuſandos eſſe, nec ullo pacto excuſandos, niſi alia ſcripturarum teſtimonia, quæ idem quod Paulus docent, haberem⁹. Primo quidem teſtimonium perhibet
Act. 3. Paulo, chariſſimus eius frater, Petrus, qui dicit. Scio, quod per ignorantiam feciſtis fratres. Et unum addit, quod maius eſt. Sicut & principes ueſtri. Addit. Et ipſe Chriſtus, qui dicit in cruce moriens. Pater, dimitte illis, non enim
Luc. 23. ſciunt, quid faciunt. Conteſtis eſt, & Sapientiæ liber, qui Iudæos introducit hoc prætextu in Chriſtum machinatos fuiſſe, vt cognoſcerẽt ſi filius Dei erat, quod ignorabant. Gloriatur patrem ſe
Sap. 2. habere Deum. Videamus, ergo ſi ſermones eius ueri ſunt Tentemus quæ uentura ſunt illi, & ſciemus quæ erũt nouiſſima illius. Si enim eſt uerus filius Dei, ſuſcipiet illum, & liberabit illum de manibus contrariorum. Eſt & rõ pro Paulo, conſequenter pro Iudæis. Nam ſi demones non cognouerunt Ieſum Deum eſſe, vel Dei filiũ, multo minus illud Iudæi cognoſcere potuerunt. Et proculdubio concludẽdum eſt, quod non cognouerunt Chriſtum eſſe Deum, neque Dei filium. Et hoc molitur hic Paulus.

Verum contra hoc, eſt illud uerbũ, Matt. 21.
quod uineæ coloni dixere. Hic eſt hæres. Venite occidamus eum, & habebimus hæreditatem eius. Nam hæres eſt filius. Iuxta illud. Dominus dixit ad me. Pſ. 2.
Filius meus es tu. Ego hodie genui te. Poſtula à me, & dabo tibi Gentes hæreditatem tuam. Si itaq; agnitus fuit tanq̃ Dei hæres, ergo & tanquam Dei filius. Illud quoque Chr̃i uerbum huc ſpectat, quo dicitur. Nunc autem uiderũt, Ioan. 15.
& oderunt me, & patrẽ meum. Innuit enim, quod uiderunt eum, vt Dei filiũ. At loca hæc optime declarari poſſunt, ut dicamus, cum theologis ferè omnibus. Quia de Meſſia prophetatum erat, quod ſuper Iſrael regnare deberet, in maieſtate magna, Iudæi cognoſcentes Chr̃m Ieſum Meſſiam eſſe, intellexerũt ex conſequente, quod hæres eſſet, & rex, & dominus in lege promiſſus, non tamen Dei filius, niſi adoptione fortaſſis ſingulari, nõ natura. Myſteriũ enim illud ineffabile, unionis perſonalis diuinæ & humanæ naturæ, demonibus, niſi Chriſto moriente, minime innotuit: hominibus, non niſi eo reſurgente. Tunc enim aperuit Apoſtolis ſenſum, Ioan. 20.
vt intelligerent ſcripturas. Et deinde Ioan. 14
ſpũm ſanctum miſit, qui plenè omnem eos edocuit ueritatem. Illud uero, quod obijciebatur. Filius eſt hæres. Verum eſt. Sed non omnis hæres, filius ẽ natura. Poteſt quippe eſſe hæres, filius adoptiuus. Dictum fuit ſupra. Si filij & Matt. 21.
hæredes. Et propterea Iudęi non plenè capere poterãt, nec inferre. Eſt Meſſias, eſt Rex, & Dei hęres in regno Iſrael: Verè ergo Deus. Quod ſi dicas. Prædictũ erat, quod Meſſias, uerus Deus eſſe deberet, natura, & patri conſubſtantialis. Hoc ueriſſimum eſt. Sed cũ demones, hoc niſi poſt Chr̃i mortem, non cognouerint: Mirum haud profecto eſt, quod Iudęi in tanto myſterio, hallucinati fuerint. Eſt autem ratio in promptu. Nam qui agnouerit Meſſiam, uere Deum &

hominem

hominem natura eſſe, & illum ex uirgine incarnãdum, agnouerit. At quod
Matt.1. Chrm ex Virgine natum, demonibus celatum fuit. Ideo enim deſponſata eſt Maria mater Ieſu, Ioſippo, ne Ieſum ex virgine naſci intelligeretur. Conſequẽter itaq; ignorarunt vtriq; Ieſum Deũ eſſe, & Meſſiam futurum eſſe Deum. Illud uerbum, Viderunt, & oderunt
Ioan 15. me, & patrem meum. Nequaquam infert, quod eum vt Dei filius cognouerint Iudæi, ſed tantum eum qui Dei filius erat. Quod concedo. Agnouerũt quidem Ieſum, & ut Meſſiam, qui uerè Deus erat, & Dei filius. Attamen non ut filius agnitus eſt. Vnde illud eſt Eſa-
Eſa.45. iæ. Verè tu es Deus abſconditus. Quod egregiè, in clãdeſtino egreſſu Iacob de
Gen.31. domo Laban, figuratum eſt. Cui pius ille ſenex occurrit dicens. Cur me ignorante fugere uoluiſti, & non es paſſus, vt perſequerer te cum gaudio, & canticis, & tympanis, & citharis? Vbi Gloſa. Cur aduentum tuum domine Ieſu Chriſte, occultare uoluiſti? Si enim te Deum cognouiſſem, cum ſignis trium phalibus tibi occurriſſem: nomenque tuum cum laudibus (ut par eſt) celebraſſem, non cruci affixiſſem. Cui aſtipulatur Paulus noſter dicens. Si cognouiſ-
1 Cor.2 ſent dominũ gloriæ, non crucifixiſſent. Et ſi tu diligenter prophetarum oracula conſiderare uolueris, quàm glorioſa, quàm magna dicunt de Meſſiæ aduentu. Ex alio latere, quàm humilem, quã deſpectam uitam duxit Chriſtus Ieſus, tibi facile non uidebitur, quod Iudæi illum Meſſiam eſſe cognoſcere potuerint. Tantum abeſt, vt mirari debeas, ſi illum Deum eſſe non agnouerunt. Diſtinctio enim illa, de duplici Meſſiæ aduentu, quanquam vera ſit, & eam prophetæ inſinuunt, nihil minus, nec Apo
Ioan.21. ſtolis, quos ipſe docebat, nec Ioãni Euãgeliſtæ, qui ſupra pectus domini in cœna recubuit, niſi poſt reſurrectionem nota fuit. Mirum igitur non eſt, ſi Iudæi, cum uiderent prophetas dicere, Meſſias Rex erit, redimet populum à captiuitate, hæc autem non modo in Chriſto impleri non uiderint, ſed potius horum oppoſita. Inermes nanque habebat aſſeclas, pauper erat, cũ pauperibus conuerſabatur, illam de duplici aduentu diſtinctionem non penetrantes, eum Meſſiam eſſe, non crediderunt. Longe ergo magis excuſari poſſunt, ſi illum uerum Deum eſſe, non agnouerunt. Et quidem in hoc, à maiori ſcolaſticorum parte diſcedendo, crediderim ego, ex Apoſtoli uerbis hoc in loco, Iudæos, Ieſum Meſſiam eſſe in lege promiſſum, non agnouiſſe. Sciebant enim ipſi, & ſciunt, quod Meſſias quocunque modo, Deus eſſe, vel natura, vel gratia, legis finis eſſe deberet. De hoc quippe ex Iudęis nulli dubium eſt. Cum ergo Ieſum, legis finem eſſe ignorarint, vt inquit hic Paulus, ſequitur manifeſtiſsimè, quod eũ Meſſiam eſſe ignorarunt. Neque aliter excuſari poſſunt. Quæ enim excuſatio pro Iudæis afferri poteſt, ſi Chrm Meſſiam ſuum, in lege promiſſum ſciẽter occiderunt? Etiam hoc conceſſo, quod illum Deum eſſe ignorarint. Cũ ſcriptum ſit. Quis extendit manum 1.Re.26.
in Chriſtum domini, & innocens erit? Mens itaque Pauli eſt (vt reor,) quod Ieſum Meſſiam eſſe ignorarint. Et cum ais, Dixere. Hic eſt hæres, vehe- Matt.21.
menti ſuſpitione dixerunt. Reſpondebo. Sicut & demones dixerunt. Tu es filius Dei, quid uceniſti ante tempus tor Matt.8.
quere nos? Non autem quod id ſciuerint. Excuſantur igitur omnino Iudæi? Minimè. Magna ex parte excuſantur, at non prorſus. Quid ergo eſt, Ioan.15.
quod accuſat eos, adeo ut Chriſtus dicat, Excuſationem non habent? Hoc certè. Quia cum illa duorum aduentuum diſtinctio eis eſſet ignota, & ambiguum pariter eſſet, quomodo deberet intelligi Meſſiam Deum eſſe, an ſcilicet natura, an gratiæ ſingularitate. Cum uiderent etiam ex alia parte, miracula efficaciſsima, magna, & multa, uitæ ſanctitatem, doctrinæ puritatem, multarumque concordiam ſcripturarum in Ieſu, ſicuti illam de Natiuitate in Bethleem, de Ingreſſu ſuper aſinam, de Nomine Ieſu, de ſignis, de paupertate: Quæ omnia illum Meſſiam, & Deum uerè eſſe ex rei natura oſtendebant, maturius procedere debebant. Adire eos Chriſtum,

cum humilitate oportebat, qui eos mo-
dum, quo perplexitatem, ambiguita-
temque facilè de cordibus ſuis tolle-
re potuiſſent, edocuiſſet. Declaraſ-
ſet enim diſtinctionem illam de aduen-
tu primo, in humilitate, & de ſecun-
do in gloria ipſius Meſſiæ. Modum
inſuper, quo uerbum caro factum eſt.
Sicq; illius diuinitatem intellexiſſent.
Verum ipſi, quum non uiderent ea
in Chriſto impleri, quæ ad ſecundum
aduentum ſpectabant: omnia quæ pri-
mum concernebant, miracula, ſcriptu-
ras, uitam, quamuis admodum eorum
intellectum mouerent, ex malitia ta-
men, tanquam inſufficientia abiecerũt:
Ieſumque prorſus contempſerunt.
Immo quod magis eſt, & ſecundi
aduentus eius myſterium declarante
Chriſto, quaſi eorum cæcitati compa-
tiente, & eos illuminare uolente, cum
Matt.26. eſſet coram Caipha, dicenteque. Vi-
debitis filium hominis ſedentem à dex-
tris Dei, uenientemque in nubibus cę-
li, Princeps ſacerdotum ſcidit ueſti-
menta ſua, dicens. Blaſphemauit. Quid
adhuc egemus teſtibus? Nonne audi-
ſtis blaſphemiam? Quid uobis uide-
tur? Et omnes clamare cęperunt. Reus
eſt mortis. Vides, quomodo ignoran-
tia affectata eſt. Quia docentur, &
audire nolunt, ſed docenti inſultant?
Non ſic agendum erat, non ſic. Ab eo
quidem quærere debebant, quomodo
ſecundus huiuſmodi aduentus futu-
rus eſſet, & eruditi fuiſſent. Propterea
ergo Chriſtus dixit, quod de ignoran-
tia excuſari non poſſunt. Et quod ui-
derunt in eum, facillimè poterant ui-
dere, intelligereque eius diuinitatem,
& omnia myſteria, modo uoluiſſent.
Seminaria enim huius habebant ueri-
tatis. Imputetur itaque eis, quod Deũ
occiderint & Meſſiam, ac ſi reuera
Chriſti diuinitatem, & regnum uidiſsẽt
& cognouiſſent. Quandoquidem per
Chriſtum non ſtetit, neque per Deum,
ſed per illos tantum, vt minime cogno-
uerint. Vis autem argumentum tu, ir-
refragabile affectatæ cæcitatis eorum?
Si abſolutè hoc myſterium, quod homo
poſſit eſſe Deus, vel natura Dei filius,
non capiunt, ſed habent, pro ratione
in ſe falſa, connexionem huiuſmodi,
Homo Deus, & ita ex hac ignorantia,
diuini honoris zelo, quem Ieſus uſur-
pare uidebatur, impetu facto irruunt
contra eum, dicentem ſe Deum eſſe,
tanquam contra blaſphemum. Tule- Ioan.8.
runt enim lapides, vt iacerent in eum,
cum audierunt, Ego & pater unum ſu-
mus, quoniam blaſphemum iuſſerat
Moſes lapidibus obrui. Vnde dicente
Chriſto. Multa bona opera oſtendi uo- Ioan.10.
bis ex patre meo, propter quod eorum
opus me lapidatis? Reſponderunt.
Non lapidamus te de bono opere, ſed
de blaſphemia. Quia tu homo, cum
ſis, facis teipſum Deum. Si inquam pu-
tant blaſphemiam eſſe, dicere, hominẽ
Deum, cur interrogant hunc ipſum Ie-
ſum, quem blaſphemaſſe credunt.
Adiuro te per Deum viuum, vt dicas Matt.26.
nobis, ſi tu es Chriſtus filius Dei uiui?
Num Chriſtus quem ipſi expectabant,
Meſſias ſcilicet, poterat blaſphemus eſ-
ſe? Non certè. Cur ergo iungunt. Tu
es Chriſtus filius Dei uiui? Intelligunt
igitur nõ repugnare hoc, Homo Deus,
nec blaſphemiam eſſe dicere, hominẽ
Deum. Quia credunt, quod Meſſias ſit
futurus filius Dei uiui. Intelligitis uim
argumenti? Non blaſphemabit Meſ-
ſias, dicens ſe Filium Dei, ſecun-
dum eos. Ieſus autem noſter, pro bla-
ſphemo habetur, non ergo erat ſim-
plex ignorantia, nec propter ignoran-
tiam illam, vel ambiguitatem duorum
aduentuum, & modi, quo homo po-
teſt eſſe Deus, contra Chriſtum impe-
tum fecerũt: ſed ex inuidia, & ex odio,
quod contra Ieſum conceperant, quia
eos palam arguebat. Iuxta illud.
Sciebat Pilatus, quod per inuidiam Matt.26.
tradidiſſent eum. Reos itaque mor-
tis, & hominis innocentis, & Meſ-
ſiæ, & Dei, ſeipſos conſtituerunt,
licet eum Meſſiam, neque Deum eſ-
ſe neſcierint. Sed dices. Dum
Paulum tueri contendis, Paulum de-
ſtruis. Si enim Iudæorum ignorantia
fuit affectata, grauiſſimè peccauere Iu-
dæi. Tantum abeſt, vt ignorantia il-
la, eorum peccatum alleuiet, vel tantil-
lum. Verum. Paulus uult eos excuſa-
re. Diſtinguendum eſt de Ignorãtia, Af-
fectata

fectata vel uoluntaria. Aliquis nanque vult ignorare directè, ne à peccato per ſcientiam retrahatur. Hæc ignorantia voluntaria, peccatum auget, non modo non alleuiat, nec in toto, nec in parte. Aliquis uero vult ignorare directè, quia negligit ſcire, quæ ſcire tenetur: aut quia vult aliquid directè, vel indirectè, ad quod ſequitur ignorantia. Talis modus uoluntariæ ignorationis excuſat, non à toto, ſed à tanto. Et hæc fuit Iudæorum ignorantia. Neglexerunt enim, à Ieſu Nazareno edoceri, illum contemptui habentes. Amplius in eum deſeuire uoluerũt, ad quod eorum excæcatio ſequuta eſt, iuxta prophetarum oracula, & ſancti Euãgelij teſtimonia. Et hæc ſufficiant.

Ex his modo patent uerba Pauli. *Teſtimonium enim perhibeo illis, quod æmulationem quidem Dei habent, ſed non ſecundum ſcientiam.* Quia cum Chriſtum nõ Meſſiam eſſe, neq; Deum cognoſcerẽt, tanquam contra uirum Belial, *abstor.* & ſeductorem inſurrexerunt: putantes quod legem deſtrueret, diuinumque vſurparet honorem: Quod & Paulus
Gal. 1. olim fecit, perſequens Eccleſiam Dei, ſecundum æmulationem paternarum traditionum, vt ipſe de ſeipſo dicit. Credebat quidem, hanc crucifixi ſectam, hæreticam eſſe. Quia uero Chriſtum ignorarunt, conſequenter modum quo iuſtificari poſſent, neſcierũt. Ipſe enim uenerat peccatores iuſtificare, & ſaluos facere peccatores, in eum fide. At ipſi eo ſpreto, legis operibus innitebantur, quaſi credentes, per legem ex ſeipſis iuſtificationem iri. Ecce ſuperbia Iudaica. Quam Pellagiani imitantur, ſuo libero arbitrio, quod diuinæ eſt gratiæ, tribuentes. Et hoc eſt, quod dicitur. *Ignorantes iuſtitiam Dei.* Ignorantes ſcilicet, qđ Deus, per Chriſtum gratis peccatores iuſtificat, gratis iuſtificari non arbitrãtur. *Et ſuam quærentes ſtatuere.* Non ſtatuentes. Non enim ſtatuitur omnibus uiribus noſtris iuſtitia: licet ſtatui uideatur. Credit hipocrita, ex ſuis operibus iuſtificari cum Pharisæo, & non iuſtificatur reuera, ni-
Luc. 18. ſi quo ad homines. At Publicanus iuſtificatur, qui ſe ſe deſpicit, & diuinæ fidit miſericordiæ. Iuſtitiæ Dei ergo, Iudæi non ſunt ſubiecti. Ideſt coram Deo non ſunt iuſtificati, quandoquidem legis opera, nequaquam iuſtificant, ſed fides Chriſti, vt ſupra oſtenſum eſt. Vnde ſequitur. *Finis legis Chriſtus, ad iuſtitiam, omni credenti.* Senſus eſt, lex ex ſeipſa imbecillæ uirtutis eſt, homines iuſtificare non poteſt, peccata oſtendit, nequaquam tollit. At ſcopus quo tendit, Chriſtus eſt. Illuc ſuis præceptis homines dirigit, vt inde iuſtificationem, quam ipſa præſtare nequit, aſſequantur. Quoniam, non poteſt uincere dura carnis prælia, neque uires præbere, vt bene faciamus, auget potius peccata, & concupiſcentiam per accidens. Ad Chriſtum igitur ſemper ſpectat, vt eius gratiæ abundantia, penuriam ſuam & impotentiam ſuppleat. Quod & factum eſt. Nam Ieſus noſter carnem domuit, uireſque adauxit omnibus credentibus in eum, vt nemo iuſtitiam diuinam, non aſſequatur, modo uelit. Quodq; ex nobis imbecillum eſt, illius ſupplet ſanguis, quem in ligno crucis, pro nobis effudit. Quæ omnia de Meſſia prophetata fuerant, ab Eſaia præcipuè, qui nõ
tanquam uates, ſed tanquã potius Euã- Eſa. 53.
geliſta, hæc omnia capite quinquageſimo tertio cecinit. Ad quid autem Apoſtolus, hoc uerbum adduxit. *Finis legis Chriſtus?* Ad oſtendendum id quod præmiſit, uidelicet Iudæos, zelum ſecundum ſcientiã non habuiſſe. Eſt ergo ſenſus. Si ſecundum ſcientiam, ꝑ Deũ atque per legem zelaſſent, agnoſciſcẽt utiq;, quod Chr̄s non contra legẽ, ſed ſm legem uenerit. Lex.n. non aliud, niſi ut Chr̄s ueniret, intendebat, quo iuſtitiam gratis acquiritur, quam ipſa cũ omnibus ſuis præceptorũ operibus, p̄ſtare haudquaquã poterat. Quid nanque magis q̄ finis intendit, cum omnia propter finem intendantur atque appetantur? Cum itaq; audis, Chriſtum legis finem fuiſſe, à lege optatiſſimum intellige, legique chariſſimum: vt porè qui ſolus, pro legis tranſgreſſione ſatisfaceret, qui præberet vires, non tranſgrediendi, tum ut legẽ facere poſ-

ſimus, noſtrã infirmitatem merito ſuo ſupplendo: Tum iuſtitiam infundendo, quam lex cuiq; deſiderabat, ſed nulli dabat. Cum igitur credidere Iudæi facere pro lege, & in legis fauorem, ad legis pnitiẽ moliri ſunt. Ipſe.n. venerat legem & in ſeipſo, & in nobis implere, conſumare, peificere, non deſtruere. Vide quid zelus faciat indiſcretus. Ponderandum uero illud eſt. *Iuſtitiæ Dei, non ſunt ſubiecti.* Iuſtitia eñ Dei eſt, qua nos ipſi iuſtificamur, non qua ipſe iuſtus eſt, vt aliàs dixi. Tenet ergo agentis locum iuſtitia: nos uero qui iuſtificamur, paſſi. Agenti autem paſſum ſubijcit. Secundũ hanc metaphorã itaq; lo- 1.Cor.1
quutus eſt. Vel forte p iuſtitiã Chrm̃ intelligi, de quo illud. Qui factus eſt nobis iuſtitia, quia iuſtificat. Sicut & dicit redemptio, quia redimit. Eſt autẽ loquẽdi modus, quo Deus cũ iuſtificat nos, dicitur ſuper nos regnare. Cõtra. Cũ peccatis obruti ſumus, diabolus dicitur regnum ſuper nos habere. Cõformiter igitur dicimur, eſſe Deo ſubiecti, cum iuſti ſumus. Subiecti diabolo, cũ peccamus. Iudęi ergo dicentes de Chri-
Luc.19. ſto. Noſumus hunc regnare ſuper nos. Deo nequaquam fuere ſubiecti, quare, neque iuſtitiæ eius. Nam & iuſtitia Dei, Deus. Chr̃s enim iuſtitia Dei eſt, vt diximus, & idem Deus. Sequitur.

Moſes enim eam iuſtitiam, ſcribit, quæ eſt ex lege. Quod qui ea fecerit homo, uiuet in illis. Iuſtitia autem, quæ eſt ex fide, ſic dicit. Ne dixeris in corde tuo. Quis aſcendet in cælum? (Hoc eſt Chriſtum deducere,) aut quis deſcendet in abiſſum? Hoc eſt Chriſtũ ex mortuis reducere.

Quia enim duplicem iuſtitiam inſinuauit. Diuinam ſcilicet, & illam quam Iudæi ſtatuere quærebant. Hanc diſtinctionem oſtendit. Anſam uero accipit, ad id oſtendendum, ex obiectione quadam, quæ pro Iudæis fieri poſſet, quam & implicitè ſoluit. Deinde quod vltimo dictum eſt, nos ipſos diuinam iuſtitiam citra Chriſtũ aſſequi minime poſſe, mirabili ingenio confirmat. Obiectio hæc eſt, quam adduci potuiſſet. Dicis Paule, Iudæos iuſtitiæ Dei, ſubiectos non fuiſſe, hoc eſt coram Deo iuſtificatos. Moſes dicit, legem ipſam veterem uitam hominibus largiri. Cuſtodite præcepta mea, quæ homo qui fece- Leuit.18.
rit, viuet in eis. Vita hominum iuſtitiæ eſt coram Deo, ſicut iniuſtitia mors eſt, ergo. &c. Reſpondet itaque. Duplicem eſſe iuſtitiam. Alteram ciuilem, vel humanam. Diuinam alteram. Hæc ſine lege ex fide, illa ex lege haberi poterat. Nam & Paulus ſe ſe iuſtum fuiſſe gloriabatur, & inter Iudæos ſine querela conuerſatum. De hac igitur loquitur Moſes, cum dicit. Cuſtodite præcepta mea, quæ ſi fecerit homo, viuet in eis. Non de uita animæ ſermo eſt, ſed de corporis uita. Senſuſque eſt, non lapidabitur, non occidetur. Contra eñ Heb.10.
irritam faciens quis legem Moſi, ſine miſericordia morietur, vt Paulus ad Hębræos dicit. Vides nanque phariſęos, ad Chriſtum adulteram adduxiſſe, vt lapidaretur. Ne autem quæſo, durum Ioan.8.
tibi uideatur, qđ Moſes de corporis uita, non animæ loquatur. Nam præcepta explicat externa tantum, ceremonias atque iudicia. Conſtat uerò, quod ſi opera aliqua, animæ uitam largiuntur, certè non externa, niſi per accidẽs, ſed interna ſunt illa. Quare, &c. Amplius, nõ dicit Moſes. Cuſtodite leges meas, & iudicia, quę faciens homo, uiuet abſolutè, ſed uiuet in eis. Contra uerò de Rom.1.
fide dicit. Iuſtus ex ſide viuet, abſolutè. Quid igitur uult dicere viuet in eis? ideſt viuet uita eis propria. Quæ eſt autẽ vita eis propria? Reſpice mortem, vt oppoſitum, per oppoſitum intelligas, mors qua tranſgreſſores mulctabãtur, Iudiciorum, cęremoniarumq; Dei, erat lapidatio, occiſioque. Qui ergo obſernabat ea, uita uiuebat oppoſita, vita videlicet corporali. Vis autem uidere, tu quod non poteſt dicere Moſes, viuet in eis uita æterna? Audi Ezechielem.
Dedi eis præcepta non bona, in quibus Ezech.20.
non uiuent. Concilia mihi Moſen, & Prophetam. Oportet enim dicere, viuent uita temporali, non uiuent vita æterna. Ex illo ueromet capite colligitur, Moſen non intelligere niſi de uita corporali. Ad finem quippe hortans, vt ea ſeruent, Gentium exemplum adducit, q̃ non ſeruarunt. Et inquit. Eiectę Leuit.20.
fuerunt à Deo de terra iſta. Nolite ergo

facere

facere ſicut illi fecerunt, ne & uos euo-
mat terra. Sicut itaque ruinam tempo-
ralem duntaxat minatur, ita uitam tem
poralem vnicè promittit, non æternã.
Quod ſi obijcias, Chriſtum de morali-
bus præceptis dixiſſe, dicat & legis ue-
Matt.19 teris. Si uis ad uitam ingredi, ſerua mã
data. De uita enim æterna præceſſit in-
terrogatio: Quid faciendo uitam æter-
nam poſſidebo? Reſponſio eſt. Quod
vtique illorum obſeruatio, uitam largi-
tur æternam. Sed ea ex lege, tanquam
ex lege, ſeruari non poſſunt, ſed ex gra-
tia, vt alias dictum eſt. Præcepta igitur
tandem legis, ut lex, ſine fide & gra-
tia, non dant, niſi uitam temporalem.
Secus tamen fuit, de legiſlatoris inten-
tione, ex gratia, ex fide Chriſti Ieſu. Pu-
gnat quidem gratia & lex. Iuxta illud
Rom.6. ſupra. Non eſtis ſub lege, ſed ſub gra-
tia. Eſt enim illud *Sed*, dictio aduerſa-
tiua. Vides quantum differt iuſtitia le-
gis, à Dei iuſtitia quæ eſt per fidem. Iu-
dæi ergo hanc legis iuſtitiam, ciuilem
ſcilicet, & externam aſſequi uolentes,
occidentes Chriſtum tanquam blaſphe
mum, ſeductorem, Moſi contrarium, le
gique ſatisfacere credentes, cuius illũ
putabant deſtructorem. (Ecce zelus ſi-
mul & ignorantia,) cum in Chriſtum
non crediderint, iuſtitiam diuinam nõ
ſunt conſequuti. Hoc eſt quod uult di-
cere Paulus, vt illius mentem habeas,
quàm breuiſſimè. Conſtruatur ergo
ſic litera. *Finis legis*, conſumans, ſco-
puſque à lege intentus *Chriſtus eſt ad iu-
ſtitiam*, Dei obtinendam, quam aliter
lex dare non poterat. *Omni credenti*, in
ipſum Chriſtum. *Moſes enim ſcribit* tan
tum, *Eam iuſtitiam*, ideſt quam Iudæi q̃-
rebant ſtatuere. *Quæ* ſcilicet ex lege
eſt, ideſt externa, non coram Deo. Scri-
Rom.7. bit inquam cum dicit. *Quod homo qui ea*,
ſcilicet præcepta, (truncate enim loqui
tur, quoniam ſciẽtibus legem loquor,)
fecerit, ſeruarit, *Viuet in illis*. Et nota
unum, quod Moſes non dicit. Qui fa-
Leuit.18. cit ea, uiuet. Sed qui fecerit. Et eſt uer-
bum præteritum, vt ſignificet quod tũc
ante Chriſtum, qui faciebat præcepta
illa, uiuebat in eis, licèt abſolutè non ui
ueret. At nunc, eſto etiam quod faciát,
non ſequitur, vt in eis uiuant. Tunc er-
go iuſtitiam habebant ex lege, licet Dei
iuſtitiam non haberent. Verum modo,
nullam iuſtitiam habent. Hanc.n.unã
Dei iuſtitiam, qui non habuerit nunc,
omnino iniuſtus eſt. Dignus nanque
morte eſt, qui nunc legem illam, iam
obliteratam ſeruauerit. Adueniẽte qui-
dem fine, ceſſat id quod eſt ad finem:
Finis legis Chriſtus. Chriſto adueniẽ-
te ceſſat ex. Quantum igitur Iudæis no
cuit, iuſtitiam Dei ex fide non appræ-
hendere, ab omni profectò iuſtitia ce-
cidere. Non indigebant tunc Chriſto
Iudæ, ad hanc iuſtitiam aſſequendam,
vult dicere Paulus. Moſes unus, illam
præſtabat, etiam ſine fide in Chriſtum.
Verum enimuero, hæc alia iuſtitia, quæ
interior eſt, penes Deum qui corda ſcru
tatur & renes, ſine Chriſto non habe Hier.11.
tur, nec unquam habita eſt. Eam enim
non externis aſſequimur operibus, ſed
in Chriſtum credendo. Propterea lex,
homines minis & terroribus, ad hunc
ſcopũ dirigit, vt per eũ talẽ aſſequãtur
iuſtificationem. Tanquam ratum habẽs,
quod ſine eo, & ſine in eum fide, ha-
beri non poſſit. Quæ eſt autem fides il-
la, quæ requiritur, ut per Chriſtum iu-
ſtificemur? Eſt fides incarnatiõis illius,
& reſurrectionis, inquit Apoſtolus. Qui
hæc duo crediderit, Dei filium de cœlo
in terram deſcendiſſe, atq; à mortuis re
ſurrexiſſe, iuſtus erit. Vide quàm multa
præcepta, ante Chriſtum implere opor
tebat, ut homo iuſtitia tantum ex lege,
non apud Deum, iuſtificaretur. Nũc ue
ro, qui etiam omnia illa fecerit, nullo-
modo iuſtificatur. At hæc fides tan-
tum, quod Chriſtus Deus & homo ſit,
& quod ab inferis ſurrexerit, unũquẽ-
que iuſtum coram Deo efficiunt. Ma-
gna certè chriſtiani felicitas, quãdo in
eius arbitrio iuſtificatio, quinimmo &
ipſa ſalus poſita eſt. Tantũ ne dubita,
an filius Dei à ſummo cęlo deſcenderit.
an ille idem ab inferis aſcenderit. Ipſe
nanque eſt, qui aſcendit & deſcendit. Eph.5.
Nemo enim aſcendit in cęlum, niſi qui Ioan.3.
deſcendit de cęlo. Hæc utique iam fa-
cta ſunt, non fienda. Olim à prophetis
dicebatur, petentibus ſignum à domi-
no Deo ſuo, vel in profundum inferni,
vel in excelſum ſupra, quia expectabat Eſa.7.

Chriſtus qui diſrumperet cœlos, & notum faceret nomen eius. Qui cõfrin-
Pſal. 106. geret portas æreas, liberaretque uinctos de lacu, in quo non erat aqua.
Zac. 9. Nunc omnia completa ſunt. Meſſias iam deſcendit, & aſcendit, ne delires cum Iudæis, qui adhuc illum expectãt. *Ne dicas quis aſcendet in cælum*, ad deducendum Meſſiam. *Quis deſcendet in abiſſum*, inferiorem, ad illum reducendum, ex mortuis ad ſuperos? Fruſtra enim hæc modo dicuntur. Sponte ſua ipſe deſcendit è ſinu patris. Deus quoque illum ad uitam reuocauit. Crede ergo, quod facta ſint hæc omnia, & iuſtitiam adeptus es. Vnde ſequitur. *Sed quid dicit?* Intelligitur, ſed quid affirmat? Illis enim uerbis. *Ne dixeris. &c.* Quid non eſt dicendum docuit, quid non credendum. Quid ergo dicitur, affirmandum eſſe vel credendum? Hoc. *Prope te eſt verbum, in ore tuo, & in corde tuo. (Hoc eſt uerbum fidei, quod prædicamus, quod ſi confeſſus fueris in ore tuo, dominum Ieſum, & credideris in corde tuo, quod Deus illum ſuſcitauit à mortuis, ſaluus eris.) Ne ergo dixeris in corde tuo*, ideſt, ne dubitaueris tanquam factum non ſit, ſed fiendum. *Quis aſcendet in cælum?* Et exponit Paulus, *Hoc eſt Chriſtum deducere*. Senſus ergo eſt. Aſcendere in cælum ſignificat, quod Chriſtus Meſſias, non adhuc uenerit, ſed propterea aliquis ad cœlum aſcendere debeat, vt illum ad nos deducat. *Aut quis deſcendet in abiſſum?* Exponit Paulus, *hoc eſt Chriſtum à mortuis excitare*. Hoc ſupple in abiſſum deſcendere ſignificat, quod Meſſias nondum ſurrexerit, neque ad cęlos aſcenderit. Sed ideo aliquem oporteat illuc deſcendere, vt ſecum reducat Meſſiam & extrahat. Ne ergo hoc dicas miſer Iudęe, qui adhuc Meſſiam expectas. Falleris cęcę. Crede filium Dei, carnem factum. Crede illum pro nobis mortuũ, atq; à Deo ſuſcitatum. Ne dicas illum ab Apoſtolis furtim ſublatũ. Ne quæſo teipſum deludas his ſtrophis. Crede, crede, & ſaluus eris.

Conſidera autem, quod hæc uerba. *Ne dixeris in corde tuo. Quis aſcendet, &c. Et quis deſcendet. &c.* Sunt Moſ[illegible]os. Paulus tamen Moſen non citat, nec dicit ẽt ea, tã q̃ propria ſuiipſius uerba. Sed iuſtitiã ex fide hic loquentẽ, dicentemq; introducit. *Ne dixeris in corde tuo, &c.* Si nondum hæc fidei iuſtitia mũdo eluxiſſet, ideſt. Si nondum Meſſias aduenisſet, qui illam palã fecit omnibus nationibus, eam loquentem non introduceret, ſed Moſen pro ea. At quoniã uenit, ſimul & in euangelio reuelata eſt, quæ primum in ueteri teſtamento, uelata fuerat. Propterea, indignũ Paulo uiſum eſt, Moſen pro ea loquentem introducere. Quare eam introduxit, tanquam dicentem. Ecce adſum. expectata ueni. *Ne dixeris* amplius. *Quis aſcendet in cælum, aut quis deſcendet in abiſſum?* pro Meſſia ad nos deducendo, ut illius ope iuſtitiam nanciſcamur. Iam mundo iuſtitia parta eſt. Hoc unum eſt neceſſarium, ut id credatis, nec dubitetis vel tantillum. Propterea hæc Moſe uerba. *Ne dixeris in corde tuo. &c.* appoſitè in Deuteronomio ſcripta ſunt.
δευτερονόμιον enim, ſecunda lex eſt, & Deut. 30.
legis compendium, tipus Chriſti Ieſu gratiæ manifeſtus, & euangelij ipſius, quod dicitur ſecunda lex, & nouum teſtamentum. Eſtque primæ legis, quæ uetus appellatur, compẽdium, vt intelligas iuſtitiam ex fide, in prima lege nõ haberi, ſed tantum in Euangelio. Vnde qui illam in ueteri teſtamento cõſequuti fuere, non tam ad legẽ, q̃ ad Euãgelium attinebant, vt alias oſtẽſum eſt. Verum hic ſiſtamus.

Videtur omnino Paulus, Moſe uerba contorquere. Alio enim tendit Moſes, ſi uerba ſpectemus. Moſes nanque loquitur de præcepto iſto, quod Iudæis dedit. Vt ſcilicet ſi contingeret, quod propter peccata ſua, in nationes diſperſi eſſent, & rurſus in diuinam gratiam conciliari uellent, ad dominum in toto corde, & in tota anima conuerterẽtur. Sicque diuina ira placaretur. Hic eſt ſcopus Moſe loco illo, ad tollendumq; eorum excuſationem, ne dicerent, graue eſt, quod iubes, ut ad dominum in toto corde, & in tota anima conuertamur. Subdit. Mandatum hoc quod præcipio tibi, non eſt ſupra te, nec procul à te poſitum, neque in cœlo ſitum,

vt

vt poſſis dicere. Quis noſtrum, ualet ad cęlum aſcẽdere, vt deferat id ad nos, vt audiamus, atque ope compleamus? neque eſt trans mare poſitum, vt cauſeris & dicas. Quis è nobis poterit deſcendere in profundas aquas, (ut dicũt hæbręi,) vel in abiſſum, illudque ad nos deferre, vt poſſimus audire & facere; quod pręceptum eſt? Intelligis Moſen? Extra propoſitum ergo, & intentionem Moſe, Paulus hæc uerba ad Chriſtum aptare uidetur: ad Chriſti incarnationẽ ſcilicet, & reſurrectionem. Nihil enim videtur diſtare magis. Moſes nanque hoc unicè intendit, ut ex uerbis liquet. Pręceptum hoc, nõ eſt ſupra uires tuas, potes illud ſi uelis, implere, neque excuſari potes, ut dicas, Præceptum hoc, mihi nequaquam innotuit. A mea diſtat notitia, ſicut res cęleſtes & infernę. Nam tibi notiſſimum eſt præceptum iſtud, obſerua itaque. Vnde ſequit. Iuxta te, eſt ſermo ualde in ore tuo, & in corde tuo, vt facias illum. Quomodo ergo Paulus, tanta uiolentia ad Chriſtum, & Chri fidem contorquet? Locus certè abſtruſus eſt, & admodũ difficilis, nulli fortaſſe peruius ætate noſtra, ſuper quẽ & ego, cum labore uirę meæ, diutius inſudaui. Sed tandem affuit mihi Deus, illi gloria in omne ęuum. Et quidem, ſi ſubtilius perſcrutari uolueris, uidebis Pauli ſenſa, ipſi Moſe cordi, oĩno fuiſſe, neque aliud prorſus Moſen dicere voluiſſe, quam quod Paulus linceis oculis introſpexit. Attende. Mandatum hoc quod ego præcipio tibi. &c. Nõ eſt ſupra te, inquit Moſes. Eſt ne uerũ uerbum hoc ut iacet? Parce Moſes, nõ equidem. Nam oſtenſum eſt, Dei præcepta moralia quale iſtud eſt. Conuertere domine in toto corde. Eſſe ſupra uires noſtras, impleri ſcilicet non poſſe, ex no-
Tre. 5. ſtris uiribus ſine Dei gratia. Propterea præcamur. Conuerte nos domine, & conuertemur. Poſtquam conuertiſti
Hier. 31. me, egi pœnitentiam. Diuina uero gratia, habita, eſt ne vnquam ſine Chriſti Ieſu mediatoris opera? Minime.
Ioan 10. Nam & id ſupra probatum eſt Omnes .n. quotquot uenerunt præter eum, fures fuerunt & latrones. Moſes ergo, omnino ſeruatoris gratiam cointelligit, cũ dicit. Mandatum hoc conuerſionis ad Deum, non eſt ſupra vires tuas, quatenus ſcilicet adiutus es diuino fauore, Chriſto intercedente. Aliter nanque ſupra te eſt. Gratia autem Dei, habetur ne per Chriſtum ſine fide in hunc ipſum Chriſtum? Minime. Quod etiam clarius ſupra oſtendimus. Nam ſine fide, impoſſibile eſt placere Deo. Vnde di- Heb. 11.
citur. Virtus in ſalutem omni, non ſimpliciter, ſed credenti. Ad obſeruandũ igitur, hoc conuerſionis interioris ad Deum præceptum, omnino requiritur in Chriſtum fides. Quinimmo primus motus, quo anima, uera conuertitur ad Deum conuerſione, motus fidei eſt, vt alias oſtendimus. Vnde illud eſt. Acce- Rom. 1.
dentem ad Deum, oportet credere. Vt itaque obſeruandi huius præcepti poſſibilitatem, facilitatemque oſtenderet Moſes, fidei in hunc ipſum Chriſtum poſſibilitatem, atq; facilitatem oſtendere debuit. Aliter enim niſi hoc oſtẽdat, non modo difficile eſt, ſed impoſſibile ad dñm in toto corde cõuerti. Qđ eſſet oĩno, contra Moſi intentionẽ. Quia aũt difficilius longe futura, q̃ pterita credũtur, vt oſtendat facilitatem magnam in Chrm credẽdi, in Meſſiã ĩquã, pſuadet illũ iã aduenisse, non uenturũ eſſe. Intelligis? Et qm̃ quãtũcũq, Meſſias veniſſet, niſi mortuꝰ fuiſſet, & ſurrexiſſet, nobis diuinã grãm, qua ad Deũ toto corde cõuerti poſſemus, nequaq̃ meruiſſet. Nõ ſat eſt Moſe, explicare, qđ Meſſias adueniret, ſed hoc aliud exprimit, qđ mortuꝰ eſt, & ſurrexit à mortuis. Euãgeliſtã potius agẽs, q̃ Prophetã, nouęq; legis latorẽ magè q̃ ueteris. Quod. n tpe illo futurũ erat, factũ dicit. Tanq̃ alter Abraã, de Heb. 11.
quo dr. Exultauit, vt uideret diẽ Chri, uidit & gauisꝰ eſt. Vides quõ Moſe ſcopus, illo in loco Chrs eſt, Chri incarnatio, mors, & reſurrectio? Ne excuſationẽ afferas Iudęe, Inquit. Non dicas, non Ioan. 8.
poſſum ad dñm in toto corde, & in tota aĩa mea cõuerti, mandatũ hoc grauiſſimũ eſt, ſupra me eſt. Quia ſine Dei gratia, id fieri non poteſt. Gratia niſi per Meſſiam, tanquam per mediatorem inter Deum & homines, non habetur. Per Meſſiam non habetur ętate noſtra. Quandoquidem nondum uenit, nondum

dũ meruit nobis, nondũ mortuus eſt,
neq; ſurrexit. Credere qđ venturus ſit,
moriturus, ſurrecturus, tã difficile eſt,
u t nihil magis. *Quis enim aſcendet in celũ,
vt Chriſtum deducat inde? Quis deſcendet
ad inferna, vt eum reuocet ad vitam?* Ne-
mo. Quomodo igitur deſcendet Meſ-
ſias è cęlo? Quomodo aſcendet ab infe
ris? vix capi poteſt myſterium hoc tam
difficile. Tantum abeſt, vt facile cre-
datur. Grandia nimis itaq; iuſſiſti Mo
ſes, vt ad dominum in toto corde con-
uertamur. Cum uenerit Meſſias, illius
adiuti gratia conuertemur. Credemus
cum uenerit, illiuſque gratiam conſe-
quemur. Fide nunc credere non poſſũ
mus, quare neque gratiam habere, nec
præceptum ſeruare. Ne inquã hæc di-
cas Iudęe incredule. Meſſias iam venit,
& ſi nemo aſcendit in cęlum, vt illũ ad
nos deduceret; vltrò ſua pietate deſcen
dit ipſe, & uerbum caro factum eſt. Et
Ioan. 1 licet nemo ad inferna deſcenderit, vt il-
lum reduceret, ſua omnipotentia glo-
rioſus à mortuis ſurrexit, deuicta morte
Gen. 49. tanquam leo & leęna, aſcendit in cęlũ,
ſedetque ad dexteram Dei. Facile ergo,
poſtquam myſteria hæc iã peracta ſunt,
credere illa potes. *Prope eſt ergo uerbum
hoc*, inquit Moſes, *in ore tuo, & in corde
tuo.* Hoc inquam exponit Paulus *Quod
prædicamus*, id eſt *Verbum fidei* Chriſti Ie
ſu. Quod uidelicet ipſe ſit Deus, qui è
cęlo deſcendit, & ab inferis ſurrexerit.
Rectè autem dixit Moſes. *Prope te eſt in
ore, & in corde tuo.* Nam futura ſunt, pro-
cul à nobis, & à corde, & ab ore. Nam
neque intelligentia noſtra, futura aſſe-
qui poſſumus, neq; ore uaticinari, iux-
Eſa. 41. ta illud. Annuntiate quæ futura ſunt,
& ſciemus, &c. At quæ præterita ſunt,
& corde, hoc eſt mente intelliguntur,
& creduntur, oreq; annuntiantur. Pro-
pterea dicuntur eſſe prope nos, non ꝓ-
cul à nobis. Ideo Iudæi, qui adhuc cre-
dunt futurum eſſe, quod Meſſias adue
niat, ſummam difficultatem patiũtur,
vt credant illum fore Deum ſimul &
hominem, ab ipſiſque occidendum, &
tertia die de morte triumphaturum. Et
dicunt ſemper. Quis aſcendet in cęlũ,
vt inde deducat Chriſtum? Quis deſcẽ-
det in infernum, vt inde eum reducat?

Quaſi abſq; deducente, aſcendere, de-
ſcendereq; non ualeat. Nobis nulla dif
ficultas eſt, ut & corde hæc ſimplici mẽ
tis captu intelligamus, indubieq; cre-
damus, & intrepidè confiteamur lin-
gua, quoniam facta eſſe hæc omnia cre
dimus, non fienda. Longe ergo eſt à Iu-
dæis uerbum iſtud, procul à corde, ꝓ-
cul ab ore. Verum nobis, è uicino ex-
titit. Vides quomodo Moſes Paulo ap-
primè quadret? Et bone Deus. Mã- Deut. 30.
datum illud Moſe. Reuertere ad domi
num Deum tuũ, in toto corde tuo, quo
modo non eſt procul ab omnibus ho-
minibus, ſi in Chriſtum non credant?
Cum nemo ſine Chriſto, ad Deum acce
dere poſſit. Illo dicente. Nemo uenit ad Ioan. 14.
patrem, niſi per me. Ego ſum uia, ueri-
tas, & uita? Ni mirum itaq;, ſi per hoc Ioan. Ibi.
illud exponitur, Quandoquidem Chri
ſti fides, eſt illius præcepti uirtus. Quo-
modo non eſt in cælo pręceptum illud,
ſiquidem non niſi à beatis ſeruari po-
teſt? Si nos in Ieſum Chriſtum non cre
dimus, quomodo non eſt in abiſſo, qñ
& nos ipſi quibus traditum eſt ſimus,
ſemp in culpæ mortalis abiſſo? Nec in-
de exire poſſumus, niſi Chriſti gratia ꝑ
fidem de tam duro carcere liberemur?
Oĩno ergo Moſes dicens, Prope te eſt,
(nõ.n. incaſſum loquit:) Incarnatiõis &
reſurrectionis fidem cointelligit. Pon-
dera & illud, *Prope te in corde & in ore.*
Cur dixit in ore? Nam præceptum il- Deut. 30.
lud. Conuertimini ad Deũ in toto cor-
de ueſtro, ad quid dictum eſt, prope in
ore eſſe? Conſtat quod opus eſt, nõ uer
bum. Nõ igitur debet eſſe prope in ore,
niſi per accidens: Sicut & omnia ope-
ra, quia poſſunt doceri, quod eis acci-
dit. Verbi eſt doceri, non operis. Hoc
ergo uerbum intelligit, Chriſtum na-
tum, mortuum, ſuſcitatumque eſſe.
Id enim debet eſſe prope ori & cordi:
ut corde credatur, ore exprimatur &
prædicetur. Nõ eſt enim opus, ſed uer-
bum. Intelligis Roma hæc ſenſa? Non
temerè etiam cęlum nominauit, & a-
biſſum Moſes, omnium hominum ſa-
pientiſſimus, non ortum ſolis, non oc-
caſum, non Aquilonem, nõ Meridiem.
cum de lege vel de præcepto loquens,
conuenientius his locorum differẽtijs
vti

vti potuiſſet. Non enim lex fuit unquã in cęlo, nec in abiſſo. Indicare nempe uoluit, Chriſtũ cum de cęlo ſe ſe ad terram demiſit, gratiam cęleſtem hominibus omnibus comportaſſe: cum ab inferis exurrexiſſet, à peccato omnes homines abſoluiſſe, vt iam nemo poſſit excuſari, mandatum hoc ſupra me eſt. Nihil equidem aliud requiritur, ut homo ad Deum ſi uelit, toto corde cõuerti poſſit, niſi peccatorũ abiſſum tenebroſam exire, & rore celeſtis gratiæ, fęcundari. Hæc perficit Chriſtus pro nobis omnibus, omnes igitur ad Deum modo nolint, toto corde conuerti poſſunt. Quid quęris Iudęe? Quid excuſas, te in peccatis? Mandatum hoc non eſt ſupra te. Intelligis modo uim tanti ducis, ſcopũ, & energiam? O ſenſa mirabilia. O Paulum mũdi ſtuporem, qui ſugit mel de petra, & oleum de ſaxo duriſſimo. Intremus abiſſum cordis nſi, ibiq; Chriſtum, fidemq; Chriſti formemus. Ex ore noſtro, quod eſt quaſi mundi minoris huius cęlum, illum deducamus, ꝓmamus ſcilicet ore, quod credimus corde, & ſalui erimus. Vide autem Apoſtoli uerba. *Si confitearis*, inquit. *Dominum Ieſum*, ideſt Ieſum eſſe dominũ. In nomine Ieſu, intelligitis hominẽ, in domino, Deum. Confitere itaq;, quod Homo & Deus eſt. Sequitur. Deut. 32.

Et ſi credideris, quod Deus ſuſcitauit illum a mortuis, ſaluus eris. In his oĩbus, totum Chri(ut uides) euangelium pẽdet. Hæc ergo crede, & confitere, & Chriſtum ex cęlo deduxiſti, & Chriſtum ex abiſſo reuocaſti. Verum recole, quę capite ſexto dicta ſunt. Chriſtum à mortuis ſurrexiſſe, ut tu peccato moriare, Deo reſurgas. Qui enim peccati uetuſtatem non exuit, qui gratię nouitatem induere noluerit, non niſi frigide à mortuis Chriſtum ſurrexiſſe, credit. In tipũ nanq; mortis noſtræ, mortuus eſt, & in noſtræ reſurrectionis tipum, reſurrexit. Non tam igitur illum mortuũ fuiſſe, & ſurrexiſſe credere oportet, quàm fidere te uolente mortificandũ eſſe peccato, & Chriſti gratia Deo ſuſcitandum. Nemo autẽ uerè fidit, ſe ſe peccato mortificandum, & ſuſcitandum Deo, niſi id ardenter deſideret. Deſiderium uero mortificationis non uenit niſi ex peccati odio. Suſcitationis deſideriũ, ex Dei amore. Qui peccatum odit, & Deum amat, adnititur quoad poteſt, ab illo liberari, & ad Deum accedere, & ita pro uirili, bonis operibus incumbit. Intelligitis myſterium hoc? Chriſtianam hanc Philoſophiam? Non eſt tibi mortuus Chriſtus, ſi peccato uiuis. Non ſurrexit tibi Chriſtus, ſi in uitæ nouitate nõ ambulas. Non credis ergo Chriſtum mortuum, neq; ſuſcitatum, niſi à ſceleribus ſis iuſtificatus, & in Dei gratiam erept᷒. Hęc autem non cõtingunt homini poſt baptiſmum, citra pia opera, ut demonſtratum eſt. Non igitur emortua fide fretus, puta te ſeruatũ iri, ſed ſatage dũ tempus habes, operari. Deinde dicit. Gal. 6.

Corde enim creditur ad iuſtitiam, ore autem confeſſio fit ad ſalutem. Quia & Moſes, & Paulus, corda expræſſerũt & ora. Ille dicens. Prope enim eſt uerbũ hoc in ore, & in corde tuo. Iſte interp̄tans. Rom. 10. Si confitearis in ore tuo, dominum Ieſum, & corde credideris, quod Deus illũ ſuſcitauit à mortuis, ſaluus eris. Nũc Rom 10. exponitur ratio, cur utrumq; appoſitũ fuerit. Non ſat eſt inquit Apoſtolus, os ſine corde, neq; cor ſine ore. Os ſine corde hipocritarum eſt, cor ſine ore frigide amantium. Oportet itaq; quod corde credimus, ore fateamur: fœtũ quẽ cor concipit, os pariat. Fides cordis, pcedat contra hipocriſim: ſequat̃ oris confeſſio, contra tepiditatem. Dic mihi tu, qui Paulum conſpurcate non uereris; quid magis cordis fidem oſtendit, lingua vel manus? verba vel opera? Certe, ſicut Philoſophi ex ſenſu & motu uitam arguunt, Theologi, Apoſtoli, dico qui uerè Theologi fuere, ex operibus fidem arguunt. Vnde ſicut ualet argumentum, Hic lapis non ſentit, non mouetur ex ſe, ergo non uiuit. Ita neq; iſta. Homo non operatur, igitur in Chriſtũ non credit. Oſtende mihi fidem tuam Iac. 2. ſine operibus, inquit ille, & ego oſtendam tibi fidem meam ex operibus. Si itaque oris confeſſio tàm neceſſaria eſt, quid putas de operibus? Ego (vt verum fateat) neſcio uidere, quod Paulus excludat opera, velitque cordis fidem, vocalemque confeſſionem ſatis eſſe

eſſe. Sed in oris confeſſione à fortiori
intelligo, vel à ſimili ſaltem omnia ope-
ra alia, eleemoſinas, ieiunia, orationes,
vigilias. His nanque longe magis pro-
dit ſe ſe uir chriſtianus, quàm ſi ore di-
car, Chriſtianus ſum. Chriſtum colo.
Quis enim neſciat, arborem ex fructib⁹
magè, quàm ex folijs cognoſci? Senſum
igitur Pauli genuinum breuibus acci-
pe. Non de omni iuſtitia ſermo eſt, ſed
de prima tantum, baptiſmali ſcilicet, nõ
pœnitentiali. Hæc opera non requirit.
Qui primum corde in Chriſtum credit,
iuſtus eſt coram Deo, etiam ſi adhuc o-
re haudquaquam confiteatur, nec ope-
retur. Cum primum accedens ad ba-
ptiſmum cathecuminus, credit, iuſtus
eſt, ab omnibuſque peccatis abſolutus.
Et ſi tunc illi animam exhalare contin-
gat, conuolat ad cęlos. Quandoquidem
morte præpeditus, fidem quam corde
profeſſus fuerat, reipſa nec uerbo, nec
opere teſtari non potuit. Si autem ſu-
peruixerit, poſtquam fidem cõcepit, ni-
ſi ore confiteatur, & multo magis ope-
re fidem Chriſti, cum morietur, ſaluus
non erit. Ad hoc ergo, quod qui ad ba-
ptiſmum uenit, coram Deo iuſtificetur,
ſat eſt quod credat. Hoc eſt quod Pau-
lus dicit. *Corde creditur ad iuſtitiam.* Se-
quitur. *Ore autem confeſſio fit ad ſalutem.*
Ideſt, ſi uixerit vt ſaluetur, confiteri o-
portet qđ credit, & oſtẽdere voce. Adde
tu. Multò magis opere, aliter quantũ-
uis credat, ſi morietur poſtmodum, pe-
ribit. Erit ne iuſtus? Nequaquam. Fidẽ
habuit ſemper. Fateor, ſed fuit mortua
fides, quam uiua amoris flamma nõ ac
cẽdit, nec amore caruit diuino; Immo;
Nam amor Dei, non poteſt eſſe otioſus,
operatur magna ſi eſt. Cecidit itaque
à iuſtitia, cum operari neglexit. Quod
autem Apoſtolus cum dixit. *Oris con-
feſſio fit ad ſalutem.* Non intelligat tan-
tum de fidei manifeſtatione per uo-
cem, ſed per opera. Vide quod ſequi-
tur. *Dicit enim ſcriptura. Omnis qui credit
in illum, non confundetur.* Hoc nanque
verbo probat, quod dixit. Qui confite-
tur Chriſtum, ſaluum fore. Conſtat au-
tem, quod credere in Chriſtum opera
includit, ſicut alias oſtendimus. Vt ſalui
ergo ſimus in æterna uita, neceſſe eſt,
non tantum credere, ſed operari. Ope-
ra enim pia, noſtræ religionis, vel fidei,
teſtimonia expræſſa ſunt & chirogra-
pha. Tranſeunt uerba, quæ ore profe-
rimus, at chirographa manẽt ad perpe-
tuam rei memoriam. Voces, externa tã
tum deliniunt, opera intima planè ex-
primunt, & effingunt. Illa emortua
ſunt ſimulachra: Hæc uiua & efficacia.
Hinc dixit Chr̃s. A fructibus eorum, co *Matt. 7.*
gnoſcetis eos. Potius uero oris confeſ-
ſionem, quàm opera alia in medium ad
duxit Apoſtolus, quandoquidem pro-
prius actus ipſius fidei exterior ſecun-
dum ſe, ipſa eſt confeſſio. Ordinatur. n.
confiteri ea quæ fidei ſunt, ad ipſam fi-
dem in corde. Quoniã uerba, ſigna ſunt
affectuum eorum, qui ſunt in anima.
Vnde Paulus. Habentes eundem ſpiri *2. Cor. 4.*
tum fidei, credimus propter quod &
loquimur. Et Dauid. Credidi, propter *Pſ. 115.*
quod loquutus ſum. Aut fortaſſe oris
confeſſionem, non aliud opus explica
uit, propterea quia, eo tempore Princi-
pum, Cæſarum, Iudęorum, Philoſopho
rum, perſequutiones uigebant, adeo
ut nullum facinus egregium magis ęta
te illa eſſe poſſet, quàm intrepidè Chr̃i
crucem confiteri, & de crucifixi no-
mine, haudquaquam erubeſcere, quod
Gentibus ſtultitia, Iudæis ſcandalum, *Eſa. 5.*
omnibus abhominatio erat. Nunc au-
tem, quia Crux uicit, eleuatumque eſt
ſignum in omnes nationes, furorque
immanis in Eccleſiam deferbuit, non tã
oris confeſſione, quam operibus, com-
probandum uobis eſt, quod Chr̃iani
ore, nõ modo nomine ſitis. Quod ſi cõ-
tigeret (quod auertat Deus) Teuctorũ
immanem illum architirannum, quẽ
aliquando conuertat Deus, nr̃um ali-
cui vim inferre, patibula parare, minari
mortem, meminerimus ſemper, uerbi
huius. *Oris confeſſio fit ad ſalutem.* Sicut
nemo qui Chriſtum negauerit, ſalua-
bitur. Ita neque aliquis, qui eum nõ
fuerit confeſſus coram hominibus. Au *Luc. 9.*
di Chr̃m. Qui erubuerit me coram ho-
minibus, erubeſcam & ego eum coram
patre meo. Qui autem confeſſus fuerit *Luc. 12.*
me, coram patre meo, cõfitebor & ego
illum. Et fortaſſe hoc uult dicere Pau-
lus hoc in loco. *Omnis qui credit in illũ,*

non

non confundetur. Ideſt, non erubeſcet
ſupple illum confiteri coram homini-
Rom.1. bus, ſed dicet cum Paulo. Non me
Gal.6. pudet euangelij. Immo, Mihi abſit
gloriari, niſi in cruce domini noſtri Ie-
ſu Chriſti. Non mihi dicas. Non pu-
dor, ſed timor me infirmum reddit.
Matt.10. Audi magis Chriſti uocem. Nolite
timere eos, qui occidunt corpus, ani-
mam autem non poſſunt occidere.
Sed timete illum, qui poteſt animam
& corpus, mittere in gehennam ignis.
Nec dicas. Conſilium eſt, ad martyrij
coronam comparandam. Præceptum
eſt, ad ſalutem acquirendam. *Oris con*
feſſio fit ad ſalutem. Simile eſt. Siquis
inter barbaras illas nationes interroge
tur, An ſit Chriſtianus. Quis enim ue-
ſtrum dubitare poteſt, quod ſi uel ne-
get, vel etiam taceat, contra conſuetu-
dineq; chrianorũ deinceps, ne agnitus
chrianus occidatur, ueſtem mutet, à fi-
dei iuſtitia cecidit? At cum nulla
eſt neceſſitas, nullaque utilitas con-
feſſionis fidei, ſi celaueris te Chriſtia-
num eſſe, modo non neges, nequaquã
peccas. Noluit enim Chriſtus, ſem-
per fidem eius eſſe publicandam.
Sed ubi oportet, & quando oportet,
Matt.8. cum ipſe dicat. Nolite ſanctum da-
re canibus, neque mittatis margaritas
ante porcos, ne conculcent eas. Vn-
de, & ſanctiſſimus ille Narbonenſis
Sebaſtianus, quem & militiæ ſplen-
dor, & martyrij gloria illuſtriſſimum
effecerunt, longo tempore ſub Dio-
cletiano occultus fuit Chriſtianus, cre-
debantque commilitones eum Chri-
ſtianum non eſſe, non modo citra
ipſius culpam, ſed cum ipſius laude
& merito. Sub habitu nanque milita-
ri, Chriſtianum gerens animum, pa-
uida Chriſtianorum pectora, confor-
tabat. Verum cum oportuit, dulce
illi fuit, & verbera, & uulnera, &
mortem pro Chriſti dulciſſimo, glo-
rioſoque nomine pati. O Hæroem for
tisſimum, non labore uictum, nec mor
te uincendum. Omnis itaque, qui
uerè in Chriſtum credit, non confun-
detur, in Chriſti confesſione non pu-
defiet. Fortè autem uult dicere, non
peccabit. Quid enim magis animam
confundit & pudefacit, quàm pecca-
tum? Vnde Adam nudus erat, & Gen.3.
non erubeſcebat. Cum primum pec-
cauit, protinus erubuit. Timuit, ſuf-
fuſuſque rubore abſcondit ſe. Dica-
tur itaque tripliciter. *Non confunde-*
tur. Ob præcedentia peccata. Quo-
niam tandem ſaluus erit: nec fruſtra-
bitur ſpes, vel fides eius. *Non confun-*
detur. Secundo. Confiteri corde, quod
credidit ore. Tertio. *Non confun-*
detur. ideſt de cætero non peccabit, vt
eum oporteat confundi. Vnde qui
peccat, non credit in eum: credit illi:
credit illum. Sed non credit in illum.
Deinde dicit.

Non enim eſt diſtinctio Iudæi & Græ-
ci. Declaratque hoc uerbo, illud ge-
nerale, *Omnis*. Quod citauit ex Eſa-
ia. Ne Iudæus torqueret, pro ſe tan-
tum dictum eſſe. Quod ad hoc, in-
quit Paulus, credentem in Chriſtum
non confundi. *Nulla eſt diſtinctio Iu-*
dæi & Græci. Ideſt Gentilis. Quaſi
dicere velit. Nec tu Iudæe Ethnicum,
confundere potes ab idololatria: nec tu
Ethnice Iudæum, à Chriſti nece Quiſ-
quis enim es, qui Chriſto toto corde
adhæſeris, ſcriptura ſacra dicit, de pri-
ſtinis delictis te omnino confundi non
poſſe. Quid ergo inuicem morde-
tis, & contenditis? Quid inuicem
contenditis Romani, qui Chriſtum co-
litis? Num diuiſus eſt Chriſtus, vt 1.Cor.1.
hinc illum ſibi uendicet præputium,
illinc circunciſio? In Chriſto Ieſu, ne- Gal.6.
que circunciſio aliquid ualet, neque
præputium, ſed fides quæ per chari-
tatem operatur. Et præputiati, & cir-
cunciſi, ſine delectu confundentur in
die iudicij ob diffidentiam, ac propter
fidem ſublimabuntur. Illa die erit ue-
ra confuſio, ueraque probatio, in qua
erit condemnatio atque remuneratio.
Qui crediderint, erunt glorioſi: Qui
primum fuere mundo contemptibiles,
ſtultique æſtimati. Qui non credide-
rint, omni confuſione, erunt confuſi,
quãuis in hac uita glorioſi fuerint æſti-
mati. Non eſt ergo diſtinctio apud
Chriſtum. Chriſto duce, omnes ſal-
uamur. Sine Chriſto, nulla ſalus
omnino.

Nam idem Dominus omnium, diues in
omnes qui inuocant ipſum. : *Omnis enim, qui*
inuocauerit nomē domini, ſaluus erit. Ratio-
nem adducit Paulus, his uerbis, qua ꝓ-
bat, non eſſe Iudæorum & Gentium di
ſtinctionem, quoad ſalutē penes Deū,
& ad idipſum. Deinde Ioelis autorita
tem. Ratio hæc eſt. Deus, Iudæorū
& Gentium dominus eſt. Eſtque adeò
diues, vt omnibus benefacere poſſit.
ita ut ſubditorum, vnus alteri non inui-
deat. Domini autem eſt, in ſeruos om-
nes, cum affluit diuitias, effundere.
Quis ergo dicet, quod Iudæos tantum
vel Gentes ſeruare uelit Deus, eiſque
vnicè gratiæ & gloriæ theſauros impar
tiri? Quid eſt autem theſaurus Dei, ni-
ſi Christus, de quo dicitur à Paulo. In
Coloſſ. 2. ipſo ſunt omnes theſauri ſapientiæ &
ſcientiæ Dei abſconditi? Palam igitur
omnibus, promiſcuè obuiam fecit Chri
ſtum, ſummus omnium rerum pater, ut
omnes illius diuitijs, iuſtitia, ueritate,
ſapientia, & Iudæi & Gentes ditarētur.
Iudæi tamen primum. Secundo Gen-
Rom. 1. tes. Iuxta illud, Virtus Dei eſt in ſalu-
tem omni credenti, Iudæo primū, de-
inde & Græco.

Autoritas deinde ꝓphetica Ioelis, ad
Ioel 2. idē adducit. *Omnis n. qui inuocauerit no-*
men domini. Chr̄m nempe, quod eſt no
Act. 4. men Dei quo ſaluamur. Non eſt enim,
aliud nomen ſub cęlo datum homini-
bus, in quo oporteat nos ſaluos fieri, ni
ſi nomen Ieſu. Quemadmodum nan-
que, nomen rem prodit: ita Chriſtus pa
trem mundo inuulgauit, & manifeſta
uit. Iuxta illud. Deum nemo uidit un-
Ioan 1. quam, unigenitus qui eſt in ſinu pa-
tris, ipſe enarrauit nobis. Quiſqs ergo,
hoc nomen ſanctiſſimum, omnipoten-
tiſſimumque inuocauerit, ſaluus erit.
Turris fortiſſima nomen domini, ad il-
Prou 18. lam confugit iuſtus & ſaluatur. Nunc
in ſpe, demum in re. *Quomodo ergo in-*
uocabunt in quem non crediderunt? Quia
Iudæos ab ignorantia, & à zelo Dei ex-
cuſauerat, ne ſibi blandiantur, credant-
que omnino eſſe ſine peccato, nunc ac-
cuſat eos ab incredulitate. In Iudæos
itaque vibrat hunc gladium Paulus. Iu-
dæos hoc uerbo percutit, qui in ſua pfi-
dia perſeuerant. In Chriſtum non cre-
ditis miſeri. Quomodo ergo Chr̄m in-
uocabitis? Quomodo igitur ſalui eſſe
poteritis? Quia non creditis, non inuo-
catis: Et quia non inuocatis, non ſalua-
mini. Vos itaque, non Chriſtum accu-
ſate, Nemo qui nō inuocat, ſaluabitur.
Nemo inuocat qui non credit. Qui er-
go non credit, non ſaluabitur. Credite
ergo, & ſalui eritis. Magnum quid igi
tur, & non triuiale eſt Chr̄m inuocare.
Nemo poteſt dicere dominus Ieſus, aie 1.Cor.12
bat alibi Paulus, niſi in ſpiritu ſancto.
Et proculdubio, niſi magnum quid eſ-
ſet, dicere, Ieſus, Ieſumque inuocare,
non diceret. *Omnis qui inuocauerit no-*
men domini, ſaluus erit. Qui credit Chr̄m,
vocat Chr̄m. Qui credit Chr̄o, loqui-
tur Chr̄o Sed tantū qui credit in Chri-
ſtum, Chr̄m inuocare poteſt. Non igi-
tur omnis, qui uocat, ſed qui inuocat,
ſaluari poteſt. Scriptum eſt enim. Non
omnis, qui dicit mihi domine domine, Matt.7.
intrabit in regnum cęlorum. Sed qui fa
cit uoluntatem patris mei, qui in cælis
eſt. Et iterum. Multi uenient in illa die
dicentes. Domine, in nomine tuo pro- Ibidem.
phetauimus, & in nomine tuo uirtu-
tes fecimus multas Et ego reſpondebo
illis. Diſcedite à me, qui operamini ini-
quitatem, nunquam noui uos. Is ergo
inuocat, qui corde credit, ore confite-
tur, & opere implet, quod Chr̄s præ-
cepit. Hi ſalui fiunt, qui ſic inuocant Ie-
ſum. Sic igitur intelligitur & illud. Ne- 1. Cor. 12
mo poteſt dicere Ieſus, corde, ore, &
opere, niſi in ſpū ſancto. Corde dicit Iac. 2.
demon. Credunt enim demones, &
contremiſcunt. Ore hipocrita. Populus Matt. 15.
hic labijs me honorat, cor autem eorū
longe eſt à me. Corde, ore, opere, qui
uerè Chr̄m colunt, ſancti & iuſti. Hæc
eſt perfecta illa fides, quæ per dilectio-
nem operatur. Cuius effectus propriꝰ Gal. 5.
eſt talis inuocatio, ideſt abintus exiens
vocatio, quæ nullo unquam tempore
non exauditur. Inuocemus chr̄iani om
nes, nomen domini, & quæ deſidera-
mus, obtinebimus. Si quid inquit petie Ioan. 15.
ritis patrem in nomine meo, dabit uo-
bis. Et Iacobus. Poſtulet homo in fi- Iac. 1.
de nihil hæſitans. Quid autem peten-
dum eſt? Spiritus bonus. Hoc eſt quod
dabit ſine dubio Deus, ſi petierimus.

Deus

Luc.11. Deus dabit Spiritum bonum petentibus ſe. Inuocemus itaq; omnes. Emit- Pſ.103. te ſpiritum tuum,& creabuntur. Spiritum rectũ innoua, in uiſceribus meis. Pſ.50. Spiritu principali confirma me. Ne dominetur mei omnis iniuſtitia. Illuſtra Pſ.118. faciem tuam ſuper ſeruum tuum. Petitis autem & non accipitis, eo quod male Ibidem. petatis. Habe fiduciam in domino ex toto corde tuo, & ne innitaris prudẽtię Luc.4. Prou.3. tuæ, & exaudieris. Quantum de Deo ſperas, tantum de tuis meritis deſpera, ſi uis obtinere quod petis. Illinc te ſpes erigat. Hinc te deprimat timor cum inuocas. Nunquam è medio vtriuſq; molæ huius exeas, ſi uis granum purum excuſſa palea, recipi in horreum ſummi regis. Hæc de inuocatione dicta ſint. Non ita tamen debet intelligi eſſe neceſſaria, Inuocatio oris externa, vt muti ab hac ſalute excludantur. Nam muti dominum inuocare poſſunt, ſicut & orare. Quo fit, ut illud, *Ore confeſſio fit ad ſalutem*, non poſſit tantum de confeſſione uocali exponi, ſed de ea, quæ operibus, Chr̃i fidem prodit, interius formatam magè, quàm uerbis. Ne autem Ethnici, intelligentes his uerbis à Paulo Iudæos repræhendi, eis inſultarent, quod illi infideles, eos uero fideles eſſent, contra illos ſe conuertit. Nõ eſt ut extollamini Gentes. Non enim ueſtra opera factum eſt, ut in Chr̃m crederetis, ſed diuino munere. *Quomodo autem credent*, ſubintelligitur in eum, (non ei, neq; eũ conformiter ad ſupradicta,) *Quem non audierunt? Quomodo autem audient ſine prædicante? Quomodo uero prædicabunt niſi miſſi fuerint?* Intelligis inuictum apoſtolicæ rõcinationis hui9 robur? Sine auditu nemo credit: nemo audit niſi aliquis loquatur: nemo diuina Chr̃i myſteria loquitur, niſi à Deo, & à Ieſu Chr̃o miſſus. De primo itaq; ad ultimum, nemo ex ſe credit Chriſti myſteria, ſine diuina Chr̃i gratia. Mittit enim Prædicatores, qui docent, ſine quibus nemo audiret: non audientes, nulli credere poſſent. Totum igitur à gratiarum fonte deſcendit, à Deo pa- 1.Cor.4 tre luminum. Quid habes ergo, quod non accepiſti? & ſi accepiſti, quid gloriaris, quaſi non acceperis? Superbis quoniam ex Moſe audiuiſti. Prope te eſt in ore tuo, & in corde tuo uerbum fidei, quod prædicamus? Prope te eſt, ut credas, & confiteatis cum audieris. At abſolutè procul eſt. Nõ enim ex te ipſo, vel cogitare potes Chr̃i myſteria: Quomodo ergo credere? Si itaque non audis, niſi Dei dono, nec credis ni- Ephe.2. ſi Dei dono. Dei ergo donum eſt fides, ne quis glorietur. O Paulum toto orbi admirabilem. Habes igitur quinarium, hic in litera ordinatè. Inuocare. Credere. Audire. Prædicare. Mitti. Inuocare Chriſtum, credere in Chr̃m præſupponit. Credere in Chr̃m, audire Chriſtum: audire Chr̃m, prædicare Chr̃m: prædicare Chr̃m, mitti à Chr̃o. Sed hic incipiamus. Quomodo nanque uerũ eſt, quod prædicare Chriſtum, à Chr̃o mitti præſupponat. Si intelligatur mitti, hoc eſt permitti, certè nemo Chr̃m prædicat, niſi à Chriſto miſſus, hoc eſt permiſſus. Nam neque mala fiunt eo, Luc.9. non permittente. Vnde cum Ioannes diceret. Vidimus quendam in nomine tuo eijcientem dæmonia, & prohibuimus eum, quia non ſequitur nobiſcũ. Repræhenſus eſt. Nolite prohibere. Qui enim non eſt contra nos, pro nobis eſt. Licet nanque miſſus non erat, permiſſus fuit. Verum ſi ſenſus eſt. *Quomodo prædicabunt* Chriſtum, *Niſi mittantur?* Hoc eſt à Chriſto deſtinẽtur, tanquam legati eius & nuncij. Id diffi- Hier.23. cile eſt. Quandoquidem Hieremiæ textus eſt. Non mittebam eos, & ipſi currebant. Non loquebar ad eos, & ipſi prophetabant. Poſſet dici ad dubitationem iſtam. Quod uerbum Pauli hoc modo intelligi debet, ut ſit ſenſus. Fas non eſſe, ut aliqui Chr̃m prædicent, ni ſi à Chriſto mittantur. Intellige autẽ Ioan.6. immediatè, vel mediatè. Immediatè ut & 20. Apoſtoli, quibus dixit. Sicut miſit me pater, & ego mitto uos. Et hi qui diuino ſpiritu acti, proſiliunt & prædicant, etiã indocti aliquando. Inter quos Frãciſcus Patriarcha meus, & Chriſti ſignifer vnus fuit, cui uiua uoce dominus, dixit. Vade, repara domum meam, quæ labitur. Mediatè, cæteri qui Chriſtũ ſummi Pontificis autoritate prædicant, vel aliorum paſtorum. De facto itaque plurimi,

rimi,& utinam non innumeri ſunt,qui non miſſi,prædicant. At de iure,nemo niſi miſſus prædicare deberet. Vnde Eſaias, ardens prædicationis deſiderio, poſtquam illius labia purgata fuere, ad
Eſa 6. dominum dixit.Ecce ego,mitte me.Temerarium exiſtimans, niſi mitteretur, tantum ſibi aſſumere honorem, niſi à Deo tanquam Aaron vocaretur. Ieſus item ſummus Euangelij præco, non ni ſi miſſus prædicauit.Spiritus domini ſu
Eſa.61. per me, eo quod vnxerit me, ad euangelizandum pauperibus miſit me. A meipſo non ueni,ſed uerax eſt,qui mi
Ioan 8. ſit me. Nulla eſt quippe maior dignitas in Eccleſia,quàm Apoſtolica.Paulo, Eccleſiæ gradus diſtinguente,& dicente. Et hos quidem dedit primum Apo
Eph.4. ſtolos, deinde paſtores, doctores, &c. Apoſtolorum uero munus eſt, Chriſtũ
Marc.16. prædicare. Prædicate euangelium omni creaturæ. Nonne ergo turpiſſimum eſt,ſibi tantum munus arrogare, & aſſumere nomen Dei per labia noſtra,niſi mittamur? Si nanque temeritas magna eſſet,regis conſiliarios,qui illi ſunt à ſecretis, regiæ maieſtatis arcana inuulgare,niſi id eis à rege iniungeretur:Nã
Tob.12. ſcriptum eſt.Secretum regis abſcondere,bonum eſt, quid de diuinis conſilijs dicendum eſt? Verum,quamuis reſponſio hæc uera ſit, & Paulum tueri poſſit. Attamen mihi uidetur, hanc eius intentioni magis ſatisfacere.Non enim intelligit abſolutè,neminem niſi à Deo miſſum,Chriſtum prædicare. Sed Apoſtolos tantum, qui Chriſti nomen portarunt coram Gentibus,& regibus,& filijs Iſrael. Hos contendit à Deo miſſos fuiſſe.Illi enim paupes piſcatores,idiotæ, ſine literis,quomodo Chriſtum tanta conſtantia prædicaſſent, niſi uirtute
Mar.16. induti ex alto? Vnde de illis legitur.Illi autem profecti, prædicauerunt ubiq; domino cooperante, & ſermonem cõfirmante,ſequentibus ſignis. Ipſe idem Paulus,qui primum Chriſti nomen, tã infenſum habuerat, quomodo illud in omnem terrarum orbem prædicaſſet, tot & tanta perpetiens propter electos, niſi à Deo miſſus? Nec enim minor uirtus ad mutandum Paulum,quàm diuina requirebatur,vt uerè de illa conuerſione admirabili dici poſſit. Hæc muta-
tio dexteræ excelſi eſt. Non itaque formaliter inferas. Prædicant Chriſtum, Pſ.76.
ergo à Deo mittuntur:ſed Apoſtoli prędicabant Chriſtum, miſſi itaque erant à Deo. Vis tamen ſubſtinere generaliter hoc Pauli uerbum. *Quomodo prædicabunt* Chriſtum, *Niſi mittantur?* Ecce. Nemo poſſet prædicare Chriſtum non miſſus,niſi præceſſiſſent aliqui uerè miſſi.Nam Chriſtum,Chriſtique myſteria, nulla humana ratio cogitare potuiſſet. Supra ſenſum enim hominis ſunt. Oportuit itaque, quod primum innoteſcerent mũdo, ſupernaturalis luminis afflatu. *Quomodo ergo Prædicabunt* aliqui,*Niſi mittantur*,aliqui? Intelligis? Hi propterea qui primi Chriſtum prædicarunt,non ex ſeipſis uenerũt, ſed à Deo miſſi,& hi Apoſtoli fuere,quos cõuincitur,ut oſtenſum eſt, legatos Dei fuiſſe. Et ad hoc probandum,inducit ſcripturam,Apoſtolus, debetque totũ hoc per parentheſim legi.

Sicut ſcriptum eſt. Quàm ſpecioſi pedes euangelizantium pacem, euangelizantium bona.

De Apoſtolis eſt hoc prophetæ Eſaię uerbum. Illi nempè fuerunt,qui primi pacem mundo euangelizarunt. Pacem
his qui longe, pacem his, qui propè: pręd Eph.2.
icantes ſcilicet Chriſtum aduenisse, q eſt pax noſtra, qui fecit utraque unum. Illorũ ergo magna emphaſi,pedes pul- Ibidem.
chri ac ſpecioſi dicuntur, quos dominus lauare dignatus eſt. O quàm decori sũt Ioan.13.
Apoſtolorum pedes, quos & lauit, & terſit Chriſtus. Verum enimuero, ſi myſterium quęris,in pedibus affectum intellige. Aduncos pedes habent, qui ſibi arrogant,& ambitionis uncino,magnam hãc prædicatoriæ functionis dignitatem uſurpant. O turpes pedes. Decori ergo pedes.i.affectus eorũ ſunt, qui in ſanctæ contemplationis otio,negotioſi uiuentes,tũc minime ſoli, cum ſoli maxmè, niſi à Deo uocati,prædica-
re uerentur. Vocati quoque,cum Moſe Exo.4.
dicunt. Obſecro domine,non ſum eloquens ab heri & nudius tertius: Expectãtque,ut illud reſpondeat dominus. Ego ero in ore tuo,doceboque, quid loquaris.Nec elatione auida munus ſuſcipientes,

pientes, nec blandiente deſidia reſpuentes, ſed demum otio ſancto, eccleſiæ neceſſitates præponentes. Tales ergo fuere Apoſtoli, qui mundo pacem, & bona euangelizarunt. Quod dicit, *Bona* in plurali. Eſt ut intelligas, innumera bona ab Apoſtolis mundo annunciata eſſe, redemptionem, beatitudinem, gratiam, gloriam, & huiuſmodi. Nihil enim magni illi præcones, vniuerſum peragrantes orbem renunciabant, niſi Dei erga homines reconciliatam pacem, atque recondita illa cæleſtia bona. Ex eorum præconijs igitur oſtenditur, quod illi ipſi fuere, de quibus cecinit Eſaias. *Quàm ſpecioſi pedes euangelizantium pacem, euangelizantium bona.* Ne Iudæi cauillari poſſint & dicere. Hi non ſunt illi, qui mittendi erant, quorum pedes laudauit Eſaias. Si enim hi non ſunt, qui nam erunt? In his uidemus, quod Eſaias vaticinatus eſt, pacis atque bonarum annunciationem compleri.

Eſa. 52.

Vel Eſaiæ ergo, non credite Iudæi, vel his Apoſtolis, nempè mihi & cæteris adhibete fidem. Miſſi nanque à domino, euangelium hoc, pacem hanc, fauſtum hoc nouum, diuinæ reconciliationis vobis prædicamus. Non ex nobis uenimus. Deus nos legatos uobis deſtinauit. Qui nos ergo ſpernit, dominum ſpernit, qui nos audit, dominum audit.

Luc. 10.

Secũdum quod uidere oportet, hoc eſt. *Quomodo credent, quem non audierunt? Quomodo autem audient, ſine prædicante?* Nam cum ſit auditus interior & exterior. Vnde illud eſt. Qui habet aures audiendi, audiat. Et illud. Omnis qui audiuit à patre meo, & didicit, uenit ad me. Audiam quid loquatur in me dominus meus. Quibus omnibus indicatur, non eſſe tantum hunc aurium auditum, ſed & cordis. Difficultas eſt, de quo auditu Apoſtolus, intelligat. cum dicit. *Quomodo credent, quem non audierunt?* Quomodo intelligit. Non poteſt de auris auditu intelligere. Nam Paulus, ſine auris auditu, in Chriſtum credidit, tãtum interius edoctus ab eo. Abeſt enim ab omni ueritate, vt Ananias, aut alius quiſpiam eũ

Apoc. 2. Ioan. 6. Pſ. 84.

Ita ad Rom.

fidei myſteria docuerit. Propterea mæque indignabundus clamat Paulus Apoſtolus, non ab hominibus, neque per hominem. Non acquieui carni & ſanguini. Neque ueni ad anteceſſores meos Apoſtolos. Neque hi qui uidebantur aliquid eſſe, aliquid mihi contulerunt. Intelligit ergo de auditu interiori. Cum uero dicit. *Quomodo audient, ſine prædicante?* Quomodo intelligitur? De auditu interiori? non. Nam nullo docente homine, auditur vena ſuſurri Dei, ut inquit Iobus. Vnde Chriſtus. Oues meæ, vocem meam audiunt. Nõ poteſt ergo uitari, quin laboret in æqui uoco Apoſtolus. Tranſit enim ab auditu cordis, ad auris auditum. Quare & nihil concludit. Verum ſi intelligas, quod de populis loquitur, de promiſcua ſcilicet cum Iudæorum, tum Gentilium multitudine, difficultates omnes ſolutæ erunt. Populi nanque, ſine auris auditu, non credunt, licet particulare priuilegium fiat aliquibus de populo, ut ſine prædicante, Deum docentem audiant. De auditu ergo auris, nõ autem cordis, ſemper ſermo eſt. Non enim debet regulam generalem, particularium quorundam priuilegium, uiolare. Et ita rectè dictum eſt. Quomodo credent populi, ſine auditu exteriori? Quomodo audient exterius ſine doctore? Nec ad intelligẽdum, ſine magiſtro ſufficimus. Vide quomodo ad credendum ſufficiemus. Habes uerbum ſanctiſſimi illius Eunuchi, qui cum librũ teneret, domini uerba cogitatione conciperet, lingua volueret, labijs perſonaret, à Philippo interrogatus. Putas ne intelligis, quę legis? Reſpondit. Et quomodo poſſum, niſi aliquis me docuerit? Et nihilominus hodie (proh pudor,) ſacram ſcripturam, librum vtiq; ſignatũ, quem nemo aperire poteſt niſi ille reſerauerit, qui habet clauem Dauid, ſuper humerum eius, omnes docere volunt priusquam diſcant. In cunctis diſciplinis, quinimmo in cũctis artibus, quãtuncunq; uiliſſimis, præceptore egem⁹, abſque doctore minimè eſſe poſſumus, quod cupimus. Solam ſcripturã ſacrã, paſſim omnes ſibi uendicant. Vix legere ſciunt nonnulli, & prædicare audẽt,

Gal. 1. Iob. 4. Ioan. 10 Act. 8. Apoc. 3.

O ſcelus. Hinc hæreſes, ſectæ, in Chriſti eccleſia repullulaſcunt. Sicut enim prædicatoribus, ſi docti ſint, nihil utilius. Ita ſi ignari, nil peſtilentius. Sequitur.

Sed non omnes obediunt euangelio. Eſaias enim dicit. Domine, quis credidit auditui noſtro?

Quoniam enim dixit Apoſtolos, annunciaſſe pacem, annunciaſſe bona, ne Hier. 8. Iudæi dicant, expectauimus pacem, & non uenit, mala omnia irruerunt ſuper nos. Tribulatio quaſi tẽpeſtas ingruit, ſuperuenit repentina calamitas, compleuit dominus furorem ſuum, effudit iram indignationis ſuæ. Hi ergo non fuere illi, de quibus Eſaias dixerat. Quã ſpecioſi pedes euãgelizantium pacem, euangelizantium bona. Fuerunt pſeudoprophetæ, nunciarunt enim pacem, & non uenit. Reſpondet. Hoc ideo accidit, quia euangelio non credidere, quod Apoſtoli prædicabant, paucis, nanque exceptis, omnes increduli fuere. Si credidiſſent, bonorum omnium compotes fuiſſent. At minime crediderunt. Ni mirum itaque, ſi diuinis pollicitationibus fruſtrati fuere. Ne autem Iudæi hinc amplius anſam acciperent, dicerentque. Hoc ſignum eſt, quod hi non fuere illi, qui mittendi erant. Namque omnes illis credidiſſent, quorum pedes ſpecioſi fuiſſent, quorum ora pacem, bonaque cæleſtia annũtiaſſent. Adducit Prophetam eundem Apoſtolus, qui non modo nõ omnes, ſed paucos fuiſſe illis credituros, abunde prædixit. O miram Pauli ſapiẽtiam. Quid te turbat Iudæe, in Chriſti Ieſu euangelij nouitate? Turbat me dices, quod paucos uideo Iudæos, in illum credidiſſe. Quinimmo hoc te potius accendere, & confirmare debet, vt in Chriſtum credas. Quandoquidem vides, & hoc prædictum eſſe, quod pauci Iudæi crederent. Siquidem omnes. Immo ſi multi in Chriſtũ credidiſſent: tu de Chriſti ueritate dubitare deberes, quoniam Propheta dicit, A pauciſſimis illum ſuſcipiendum fuiſſe. Verum poſtquam uides, euentum oraculis conſonare: cur ueritate agnita, ad illum non accedis?

Eſaias ergo, qui ſpiritu magno vltima vidit, futura oſtendit, & abſcondita antequam euenirent, prædixit pro Apoſtolis, de quibus antea dixerat. Quã ſpecioſi pedes euangelizãtium pacem, euangelizantium bona. Loquens, eorumque uicem agens, inquit. *Domine.* Hoc enim uerbum, à ſeptuaginta interpretibus additum eſt. *Quis credidit.* Ideſt. O quàm pauci ex Iudæis crediderunt, *Auditui noſtro:* ideſt his, quæ à nobis audiuere. Idem ergo eſt credere, & obedire fidei vel euangelio. Audis igitur Iudæe Eſaiam, nõ tantum dicere, quod non omnes, ſed quod pauciſſimi crediderunt. Licet autem in præterito tempore, prophetarum more loquatur. Loquitur tamen pro Chriſti Apoſtolis. Nam ſubdit. *Et brachium domini, cui reuelatum eſt?* Quid enim eſt brachium domini, niſi Dei filius Chriſtus Ieſus, per quem pater, tanquam ꝑ brachium omnia facit? Vnde illud. Oĩa per ipſum facta ſunt. Et illud. Fecit Ioan. 1. potentiam in brachio ſuo. Reuelatum Luc. 1. eſt ergo Iſraeli, ab Apoſtolis, hoc brachium Dei: quis tamen credidit? Non vult dicere nemo. Sed pauci. Cum Moſes dicebat ſupra. Quis aſcendet in cælum? quis deſcendet in abiſſum? Signifi Rom. 10. cabat neminem poſſe aſcendere, neq; deſcendere ad Meſſiam deducendum, vel reducendum. At hic Eſaias, quãuis eodem modo loquatur, non idem tamen intendit, uidelicet, quod nemo crediderit, ſed quod pauci. Niſi forte dicere velis, quod & nemo credidit. Namque & mos eſt, vt cum paucos admodum in aliquo loco uidemus, nemo hic eſt, dicamus. Quem morem ſequutus Pſaltes, dicit. Saluum me fac domi- Pſ. 11. ne, quoniam defecit ſanctus. Et Mi- Mich. 7 cheas. Perijt ſanctus de terra, & rectus in hominibus non eſt. Cum tamẽ alibi dicatur. Cuſtodi me, quoniã ſan- Pſ. 85. ctus ſum. Deinde dicit.

Ergo fides eſt ex auditu. Exteriori. Ex illo uerbo. Quomodo credẽt ei quẽ nõ audierunt? Sequitur hoc. *Auditus autem per verbum Dei.* Scilicet prædicatũ. Hoc ſequitur ex illo. Quomodo audiẽt ſine prædicante? Reliquum eſt, ut concludas, Ergo fides per uerbum Dei prædicatum.

catum. Non prædicatur autẽ niſi à miſ-
ſis. Mittuntur autem diuina gratia. Er-
go fides eſt ex gratia Dei, non ex nobis:
Quod principaliter in illa Pauli dedu-
ctione, intenditur. Quomodo credent
ei quẽ non audierunt? Interiecto ergo,
verbo illo quaſi per parentheſim. *Sed
non omnes obediunt euangelio.* Ex illis inter
rogationibus hoc deduxit. *Ergo fides eſt
ex auditu.* Si fortaſſe me interrogaueris.
Si quis aure tantum verba audiat, non
autem intelligat, erit fides in eo? Reſpõ
debo nequaquam. Oportet ergo audi-
re, & ſimiliter intelligere verba, anteq̃
credat. Neque enim fides eſt, niſi præ-
cedat uerborum intelligentia. Et forte
credulus eſt, & leuis corde, qui ſimpli-
citer audiendo credit, & nullatenus
intelligit. Intelligentia autem myſte-
riorum, ſequitur fidem, non præcedit.
Neq; enim habet meritum fides, ſi hu-
mana ratio præcederet. Quod fit in ſciẽ
tijs omnibus, naturali lumine inuentis.
Plena autem intelligentia, qualis erit
in patria, excludit fidem. Ecce igitur fi
dem, præcedit uerborum intelligentia.
Fidem ſequitur myſteriorũ intelligẽtia.
Fidem tollit cognitio beatorum. Exti-
mulatque ni fallor hoc verbo Iudæos,
Genteſque extollit. Nam Iudæorũ ma-
xima pars, ſigna uidere quærit. Vnde
1. Cor. 1. illud. Iudæi ſigna petunt. Et illud. Ac-
Matt. 12. ceſſerunt ſcribę & phariſæi ad Ieſum di
1. Cor. 1. centes. Volumus à te ſignum uidere.
Græci autem ſapientiam quærunt. Sa-
pientia uero ex uerbis auditur, hauri-
turque auribus magè, quàm oculis.
Non eſt ergo, quod miracula quæratis,
ò Iudæi, inquit Paulus, uerbo & audi-
tu cõtenti eſtote. Ob id Prophetam in-
terpoſuit dicentem. *Domine, quis credi-
dit auditui noſtro?* Non enim dixit. *Quis
credidit* viſioni, ſed auditui noſtro? ſigni
ficans ex auditu, non ex uiſu credendũ
eſſe. Immo enim dolet, quod audien-
tes non crediderint, quamuis etiam ſi-
gna non uiderint. Ne tamen quod leui-
ter credant, Paulum ſibi fauere putẽt,
addidit. *Auditus autem per verbum Dei.*
non hominis. Humana uerba audire,
illicoq; credere, non commendamus,
inquit Apoſtolus, ſed diuina dunta-
xat, qualia erant, quæ Apoſtoli Gentib⁹

& Iudæis renunciabant. Idcirco laudã-
tur Gentes, qui in auditu auris obedie-
rint. Vituperantur Iudæi, quod Dei
verbo reſtiterint pertinaciſſimè. Om-
nibus profectò miraculis, diuinum uer
bum præſtantius eſt, atque efficacius.
Nempe, quia miracula omnia, ab illius Pſal. 32.
virtute proficiſcuntur. Verbo enim do-
mini, cęli firmati ſunt, & ſpiritu oris
eius, omnis uirtus eorum. Hinc factũ
eſt, vt à Iudæis contempti Apoſtoli, ad
Gentes tranſmigrarent. Iuxta illud. Vo Act 13.
bis oportebat primum loqui uerbum
Dei, ſed quoniam repellitis illud, & in-
dignos uos iudicatis æternæ uitæ, ecce
conuertimur ad Gentes.

Duo tamen hic notanda ſunt. Pri-
mum eſt. Quod non intelligitur abſolu
tè, fidem eſſe ex auditu. Nam. Ecce. Di-
uini duces noſtri, (dicit magnus Dio-
nyſius, vltimo cap. cęl. Hierarchiæ,) id-
eſt Apoſtoli, probauerunt, infantes re-
cipi ad baptiſmum, ut ſalutem conſe-
quantur æternam. Mater enim Eccle-
ſia, os maternum paruulis præbet, vt ſa-
cris myſterijs imbuantur. quoniam
nõdum corde proprio, credere poſſunt
ad iuſtitiam, nec ore proprio, ad ſalu-
tem confiteri. Gratiam igitur diuinam
ſuſcipiunt, aliter morientes, nequaquã Rom. 6.
ſaluarentur. Gratia enim Dei, uita æter
na. Gratia autem Dei, ſuapte natura fi-
dem, ſpem, ac charitatem parit. Fructus Gal. 5.
nanque ſpũs, charitas, gaudium, pax,
longanimitas, fides. Itaque & hi pueri,
fidem habent. Non tamen ex auditu
exteriori. Intelligitur ergo pro fide, ip-
ſe credendi actus. Hic enim eſt ex audi
tu exteriori. Pueri autem non credũt,
licet habitum fidei habeant. Verum
quomodo iuſti ſunt, quomodo ſaluan-
tur, quomodo in diuinam gratiam re-
cipiuntur ſi non credunt?: Nam corde
creditur, ad iuſtitiam. Ita arguunt no-
uelli iſti, qui & in ſanctos irreligioſi,
in mortuos inhumani, & in infantes Matt. 20.
ſunt impijſſimi. Qui crediderit, & ba-
ptizatus fuerit, ſaluus erit, dixit Chriſt⁹. Mar. vlt.
Non dixit. Qui baptizatus fuerit tan-
tum. Non item dixit. Qui baptiza-
tus fuerit, & deinde crediderit, ſaluus
erit. Sed qui primum crediderit, & de-
inde baptizatus fuerit, ſaluus erit. Pue-

ri igitur non ſaluantur, etiam baptizati. Hinc orta eſt peſtilentiſſima Anabaptiſtarũ ſecta, qui denuò baptizãtur, quaſi paruulis baptiſmus nequaquam proſit, cum ante quam baptizarent, non crederent. O furor, furorum omnium nouiſſimus. Naſcente Eccleſia, pueri certè non baptizabant, ſed adulti tantũ modo. Et quis dubitat, quod adultũ oportet primo credere, q̃ baptizet? Hinc ſan
Act. 8. cto illi Eunucho, cũ diceret. Ecce aqua Philippe, quis me prohibet baptizari? Rn̄dit Apoſtolus. Si credis ex toto corde licet. Nec baptizatus eſt, niſi cum dixit. Credo filium Dei, eſſe Ieſum Chri-
Mar. 16. ſtum. Propterea dixit Chr̄s. Qui crediderit, & baptizatus fuerit. De adultis. n. loquebatur. Verum creſcente tandẽ ecclesia, diuino ſpiritu edocti Apoſtoli, intelligentes magnũ hoc diuinæ pietatis ſacramentum, infantes, ſicut primi parẽtis peccato, generatione carnali citra ꝓpriam culpam filij iræ naſcũtur. Ita poſſe, ſpiritali natiuitate, Chriſti Ieſu gr̃a, citra eorum operam effici filios Dei. Nõ enim minus eſt efficax Chriſti donum, q̃ Adæ delictum. Quod longe lateque docuit Paulus noſter. Huicque iungen
Ioan. 3. tes uerbum Chriſti. Niſi quis renatus fuerit ex aqua & ſpiritu ſancto, non poteſt introire in regnũ Dei. Si Dionyſio credimus, capite ultimo cęleſtis Hierarchiæ, decreuerunt eos baptizari poſſe: Quamuis ipſi nõ credãt. Quæ ergo dementia eſt, baptiſmum iterare? Originale peccatum, non eſt niſi unum. Baptiſmus itaq;, non niſi unus. Abluimur. n.
Eph. 4. vt illam unam ſordẽ detergamus. Hinc Paulus. Vna fides, unum baptiſma. Adde. Vna eſt Chriſti mors. Chr̄i mors
Rom. 6. autem, baptiſma conſecrauit. Quicũq;
Heb. 6. baptizati eſtis, in morte ipſius baptizati eſtis. Cur ergo denuo baptizamur, rurſus crucifigentes nobis filium Dei, & oſtentui habentes, ut dicit Paulus? Eſt & uerbum Nicodemi cõtra Anabapti-
Ioan. 3. ſtas. Nunquid põt homo in uentrẽ matris ſuę, iterato introire & renaſci? Vterus repeti non poteſt, ergo nec baptiſmus. Quid. n. eſt baptiſmus, niſi generatio ſpiritalis? Semel tantum carne naſcimur, ſemel tm̃ ſpũ renaſcimur. Quod Nicodemus dixit de natiuitate carnis, tu intellige de natiuitate ſpũs. Si tamen de aliquibus dubium ſit, an fuerint baptizati, non negauerim eos baptizãdos eſſe. Sed his uerbis præmiſſis. Si baptizatus es, ego non te baptizo. Sed ſi nõdum baptizatus es, ego te baptizo ĩ nomine patris, & filij, & ſpũs ſancti. Non enim uidetur iterari, quod eſſe factum neſcitur. Et de hoc ſatis.

Secundum eſt. Quia Paulus, nullo alio modo uidet dicere, fidẽ Dei donũ eſſe, niſi quia eſt ex auditu, auditus ex ꝑdicatione, prædicatio ex legatione, legatio ex gr̃a. Hoc autem mirum in modum Pelagio fauet. Is nanq; dicebat. Iõ Fides eſt donum Dei, quia Deus ſua gratia Euangeliũ inuulgare fecit. At eo inuulgato, quod illi obediamus, vel credamus, ex nobis eſt, nec alia requirit gr̃a. Quod ſanè virus, caue ne tu biberis, & ſi biberis, euome. Eſt enim dogma peſtiferum. Scito itaq;, quod Paulus hoc in loco, nõ vult dicere, quod qui Chr̄i euãgelium audit, quod Apoſtoli prædicãt, ex ſe ſine Dei gratia credere poſſit. Sed hoc eſt, quod unicè molitur. Audire eſt neceſſarium, intelligendo communiter vt expoſuimus. Non eſt itaq; hic ſermo de ſufficientia, ſed tantum de neceſſitate. *Fides ex auditu.* Ideſt non ſine auditu. Populi enim non credunt, (ſide explicita intellige) niſi à prædicatoribus, & doctoribus, quæ credenda ſunt, doceantur. Propterea Paulus, in Macedoniam miſſus eſt. Philippus in Samariam, ad Cornelium Petrus, ut erudirentur illi de his, quæ credere oportebat. Et omnes Apoſtoli, in omnem terrarum orbem delegati ſunt. dictumque eſt illis. Euntes, docete omnes Gẽ- Mat. 28.
tes. Doctore itaq; indigemus. Verum enimuero vt credamus, audire non ſufficit. Neque cum Paulus dixit, Dei donum eſt fides. Hoc tantum intellexit, quod Pelagianis ſat eſſe uidetur, & ſatis quidem non eſt. Sed mens eius hęc fuit. Niſi Deus mentem emolliat, inclinet, cordiſque oſtium aperiat ad hæc fidei myſteria credendum, etiam explicita & prædicata, miraculis quoq; comprobata, nemo credet. Vt uerba ſanè hominum, non ut Dei uerba ꝑcipiant. Hinc illud. Aperuit dominus cor Lydię purpu-

purpurariæ, vt intenderet his, quæ di-
Act.13. cebantur à Paulo. Et illud. Crediderũt,
quotquot erant præordinati à domino.
Nec dicas. Initium fidei ex nobis eſt, at
conſumatio, augmentum ex Deo eſt. Et
hoc Pelagianum eſſe, & falſum, nulluſ ſa
ne mentis ignorat. Nam plus eſt inco-
hare, quod non habes, quàm augere,
quod iam habes. Nobis ergo, quod pl⁹
eſt tribuemus, quod minus aurẽ Deo?
Abſit. Propterea Paulus aptiſſimẽ oſtẽ-
dit, & ipſum fidei initium, credẽdi ſcili-
cet ea, quæ populis prædicabat, ex Deo
eſſe. Vnde & illi gratias agit, quod Theſ
ſalonicenſes, uerbis ſuis credere incæ-
1.Theſ.2. piſſent. Gratias agimus Deo ſine inter-
miſſione, quoniam cum percepiſſetis à
nobis uerbum auditus Dei, excepiſtis,
non ut uerbum hominum, ſed ſicut eſt
verè verbum Dei, quod operatur in uo-
bis, qui crediſtis. Num irridet Deum
Paulus, vel adulat̃ Deo, gratias illi agẽs
de hoc, quod ipſe non fecit? Non erre-
mus fratres. Dei donũ eſt incipiens fi-
des, ne rñ Apoſtolum, merito uanũ iu
dicem⁹. Eſt & illud ad Coloſſenſes. Ora
Coloſſ.3. tioni inſtate, orantes pro nobis, ut De⁹
aperiat nobis oſtiũ uerbi ſui, ad loquẽ-
dum myſterium Chri. Quomodo ape-
ritur oſtium uerbi Dei, niſi cum audiẽ-
tium ſenſus aperiuntur, ut credant? &
quæ ad ædificandam ſalubrẽ doctrinã
prædicantur, & diſputantur, admittã,
ne clauſo corde per infidelitatem, eaq̃
à prædicatoribus dicuntur, improbent
ac repellant. Non oraret aũt, ut Deus
oſtium aperiret, niſi ab eo aperiri ſenti-
ret. Vnde & ad Corinthios inquit. Per-
1.Cor.16. manebo Epheſi vſque ad Pentecoſten.
Oſtium enim, mihi apertum eſt, ma-
gnum & euidens, ſed aduerſarij mul-
Ibidem. ti. Et iterum. Cum ueniſſem Troadem
in Euangelio Chriſti, & oſtium mi-
hi apertum eſſet in domino, non ha-
bui requiem ſpiritui meo. &c. Vides
quomodo dicit, oſtium apertum ſibi eſ-
ſe in domino, ideſt per dominum. Cũ
itaque (vt finem faciam,) dicit hic. *Fi-
des ex auditu.* Vide ne addas, tantum.
Certè non ſine auditu, ſed non tantum
ex auditu. Confert, qui audit, & qui
auditur. Qui auditur quidem, qm̃ ha-
bet neſcio, quid latentis energiæ viuæ

uox. Vnde prędicator, Dei adiutor eſt.
Iuxta illud. Dei.n. adiutores ſumus. Sic 1 Cor 3
nos exiſtimet homo, ut miniſtros Chri,
& diſpẽſatores myſteriorũ Dei. Qui au- 1 Cor.4.
dit, quoniam obaudire põt. Verũ, neq;
qui audit, neq; qui auditur, primas par-
tes habet, ſed Deus qui in audiente ne-
ſcio, quid inſuſurrat interius, cum is q
audit, reſonat exterius. Ex his, uerbũ
illud reſolue. Prope te eſt uerbum hoc
in ore, & in corde tuo. Et non eſt ſupra
te præceptum hoc, vt credas, quod Dei
filius de cęlo, ſe ſe ad terras demiſerit,
atq; mortuus fuerit, & ſurrexerit. Non
abſolutè, ſed Deo primum te mouente,
doctoreq; te imbuente. Aliter niſi De⁹
te moueat, niſi prædicator te doceat, ex
te ipſo non potes ad id credendum, im-
mo nec concipiendum aſcendere. Et
ita procul eſt à te, in cęlo ſitum: Propè
beatos, qui myſteria illa iam clarè uidẽt,
atq; etiam in abiſſo apud demones, qui
hęc omnia credunt & contremiſcunt.
Eſt ergo donum Dei fides, & non ſine
nobis uolentibus donatur. Quod ſi Au
guſtinum mihi adducas dicẽtem. Deus
illam operatur in nobis ſine nobis. Re-
ſponſio eſt. Sine nobis cooperantibus.
Deus.n. illam infundit ſolus, quia creat
fidem immediate, ſine noſtra coopera-
tione. At non ſine nobis operantibus.
Cõſenſus.n. requiritur. Simile eſt ſi di-
cas. Sol domum meam abſq; mea ope,
illuminat. Certè enim lumẽ ſolis, à ſole
tantum eſt, non à nobis. At requiritur,
quod feneſtram non claudas, aliter.n.
ſol domum nequaquam illuminabit.

Sed dico. Num non audierunt? Immo in oẽm terram, exiuit ſonus eorum, & in fines orbis terræ uerba eorum. Intelligis dubita
tionis ſcopum, quam his uerbis exclu-
dit Apoſtolus? Scopus hic eſt, ex his, q̃
ſupra dicta fuere. Nõ inuocãtes nõ ſal-
uant̃: nõ credẽtes, nõ inuocant: nõ au-
dientes nõ credũt, nõ audiẽtes itaq; nõ
ſaluant̃. Ad initiũ ergo redire uidet̃ au-
toris: qui non oẽs audire fecit, ut oẽs
ſaluarent̃. Vide igit̃, quãta animoſitate
rñdet, quanta exuperãtia argumenta-
tionem reflectit, atq; diſſoluit. *Sed dico.*
aduerſatiuè. *Num non audierunt.* om-
nes? Immo nõ ſunt loquelæ, neq; ſermo
nes, per quos nõ ſint Apoſtolorum uo-

ces auditæ, cum omnibus linguis euā-
gelion prædicarent. Audiebat autem
Act. 2. vnuſquiſq; lingua ſua illos loquentes.
In omnem terram exiuit ſonus eorum.
Pſ. 18. Soni nomine, miraculorum famam
intellige, quæ pro nouitate ipſa, p Gen-
tes ſingulas, p vulgus omne, quod tertę
nomine exprimit Pſaltes, excellenti opi-
nione currebat. *Et in fines orbis terræ uer-
ba eorum.* Per fines terræ Principes, Phi
loſophi, Cæſares intelliguntur, qui le-
gum, ditionumq; ſeptis, tanquā agrorū
termini, terram cuſtodiunt. Non modo
igitur miraculorum fama, vniuerſi or-
bis plebeculam cōcitauit, ſed & uerba,
doctrina ſcilicet illa noua & paradoxa,
principum, ſapientumq; aures, ipſis et
Apoſtolis viuentibus, penetrauit. Non
quod ipſi totum mūdum perluſtrarēt,
omnem Aſiam, omnem Aphricam, om
nem Europam, ſed quod omnino, do-
ctrinæ illius paradoxæ, quam prædica-
bant, rumor non inanis, nullam ad ter-
ræ habitabilis plagam, non peruenit.
Non dico ad ſingula oppidula, ad ſingu
las caſas, ad ſingulos homuntiones.
Matt. 4. Neq; enim etiam illud, Oſtendit ei om
nia regna mundi, debet intelligi, quod
regnorum urbes, oppida ut conſtat, mi-
nutatim oſtenderit. Intelligitur ergo,
quod peruenit doctrinæ fama ad excel
lētes uiros: in ſingulis regnis, ī ſingulis
climatibus, in ſingulis prouincijs. Vn-
de uiuente Petro, æternæ uitæ clauige-
ro, vſque ad extremas Gallias, Chr̄i no-
men inuulgatum eſt, & doctrina. Adeò
vt in Senonenſi Vrbe, extat Eccleſia in
Beati Petri uiui nomine. Quia cum ip-
ſe viueret, ad eius honorem ædificata
fuit, & cōſecrata. Neceſſe eſt tamen, ut
hic intelligatur, Apoſtolorū uerba, om-
nem quidem terram perſuaſiſſe, at non
niſi in generali. v.g. quod unum cruci
turpiſſimè affixum, pro Deo adorarēt,
quod mortuorum reſurrectionem di-
cerent futuram eſſe, & ſimilia. Præci-
puè autem, non omnis mundus eis ui-
uentibus, legis noſtrę dogmata intelle-
xit. Sed quotidie audiunt multæ inſulę,
& audient. Verum, qm̄ Paulus, tanta cō
ſtantia locum hunc dauidis adducit, ut
omnes probet audiuiſſe. Eſt ne uerum,
quod Pauli tempore, dum hanc ſcribe-
ret epiſtolam, in omnem terram exiuiſ-
ſet Apoſtolorū ſonus, & in fines orbis
terræ uerba eorum? Eo modo uerum
eſt, quo illud ſupra capite primo. Fides
ueſtra annuntiatur, in vniuerſo mun- Rom. 1.
do, per hiperbolam. Et fortaſſe alia re-
gula poteſt uerum eſſe, quoniam quod
parum diſtat, nihil diſtare uidetur. Mo-
dicum enim tempus interceſſit, ab hac
Pauli Epiſtola ad Euangelij, in omnem
terram inuulgationem. Potuit ergo di
cere. Iam inuulgatum eſt. Inuulgatur
quidem, tantaque celeritate percurrit
orbem, vt iam percurriſſe credi poſſit.
Sed ſi uiuentibus Apoſtolis, in omnes
nationes euangelium prædicatum eſt,
quomodo uerum eſt illud Chriſti uer-
bum. Prædicabitur hoc euangeliū re- Matt. 24.
gni, in uniuerſo orbe, & tunc erit con
ſumatio? Non eſt idem dicere. In omnē
terram exiuit ſonus Euangelij, & mira-
culorum fama, atq; doctrinæ Chr̄i, &
dicere, Prædicatum eſt Euangelium
in omnem terram? Prędicare euange-
lium ubiq;, non eſt ſolum famam inuul
gari, ſed eſt apertè, & particulariter ad
omnes Gentes, Chr̄i legem annuncia-
re. Ita ut omnes ſint inexcuſabiles, ſi cre
dere noluerint. Quod ſicut experimē-
to patet, non eſſe impletum. Videmus
enim nr̄a ætate, inuētas eſſe nationes,
patribus noſtris ſemper ignotas. Naui-
gatur nanq; ſub polo antartico, ſupra
quadraginta gradus eleuato, quod nun
quam fuit ſeculis prioribus auditū. Nā
uix ſub æquinoctiali, habitatio comper
ta fuit. Ita nemo dubitari debet, quin
ſit implendum. Propterea ergo dixi, qđ
generaliter, doctrina terram omnē per-
uaſit, ſed non particulariter. Prædicare
aūt, particularem notitiam ſignificat, &
exactam illam inuulgationem famoſā,
ſequuta eſt conſumatio Hieruſalē atq;
conſumptio, quadrageſimo ſecundo an
no poſt Chr̄i necem. Verum mundi
conſumatio erit, cum prædicatum fue-
rit euangelium ad omnes Gentes. Vel
fortè, cum uniuerſus orbis euāgelium
receperit. Inuulgatum eſt igitur, non
prædicatum: vel ſi prædicatum, nondū
receptum. Cum ab omnibus recipiet, Ioan. 10.
fietq; unum ouile, & unus paſtor, tunc
iudicabitur ſeculum per ignem. O diē
felicem.

Matt.24. felicem. Quando hæc erunt? At nō eſt penitus dileta dubitatio. Aliqui enim non audierunt, hactenus ex dictis: illi ergo credere non poſſunt. Quoniam fides non ſine auditu. Non poſſunt itaq; inuocare, igitur ſalui eſſe non poſſunt. Cur ergo damnantur? Intelligis? Reſponde tu. Non damnantur de hoc peccato infidelitatis, de alijs damnant̄ peccatis. Ita dicebat Chriſtus. Si non uenisſem, & loquutus eis non fuiſſem, peccatum non haberent. Nō abſolutè peccatum non haberent, ſed infidelitatis peccatum, non haberent. Nemo itaque iniuſtè perijt, qui non audierit. Non damnabitur quia non audierit, damnabitur, quia à lumine naturali exorbitauit. Damnabitur, quoniam unū Deū, quem totus orbis glorificat, non agnouit. Damnabitur, quia animam propriā, multis & magnis ſordibus conſpurcauit. Damnabitur, quoniam quod ſibi fieri uoluiſſet, alijs non fecit. Nemo cauſetur in corde ſuo. Si enim lumen naturale ſequatur homo, quod & inter ſiluas alitus ſequi poteſt. Nulli enim ſufficienti ope deeſt Deus, niſi ipſe primū multoties ſibi defuerit. Dulciſſimus nanque eſt, amicorum omnium Deus, primus in acceſſu, vltimus in receſſu. Ne puta illum periturum eſſe. Angeli, qui nos cuſtodiunt, illum ad Chriſtum deducent. Venient iumenta, & illum è ſiluis eripient, quo doctorē inueniat, apparebitque illi Deus, ut ſaluetur. Omnis orbis pugnabit pro eo, modo diuinæ gratiæ non ſit ingratus, ne pereat. Nunquam ergo tibi quæſo in mentem ueniat, alicui Deum deficere. Puta magis, ſemper nos Deo deeſſe: adniterēq;, ne tu deſis gratiæ Dei, vt inquit Paul⁹. Quis enim unquā fecit, quod potuit, & perijt? Iam itaque Apoſtoli mentem intelligis. Sequitur.

Ioan.15.

Heb 12.

Sed dico. Num non cognouit Iſrael? Primus, Moſes dicit Ego ad æmulationem prouocabo uos in non Gentem, in Gentem ſtultam irritabo vos. Eſaias autem audet, & dicit. Inuētus fui ab his, qui me nō quærebant manifeſtus factus ſum his, qui me non interrogabant. Ad Iſrael autem, dicit. Tota die, expandi manus meas, ad populum non credētem, ſed contradicentem.

Deut.32.

Eſa.65.

Ibidem.

Magnam obiectionem diluit nunc Apoſtolus. Oſtenſo nanque, quod excuſari nemo poteſt, quin tubæ Apoſtolicæ ſonum audierit. Reliquum erat, ut Iudæus excuſaret hoc fuco, ſuam ipſius pertinaciam, & incredulitatem. Quid ſi audiuimus, & non intelleximus? Audire ſatis non eſt. Deus, vt intelligeremus, corda noſtra haudquaquam mouit. Nos myſteria hęc, ſectæ huius, nunquam intelligere potuimus. Ni mirum itaque, ſi non credidimus. Non cognouiſtis Iudæi inquit Apoſtolus? Immo optimè ſicut audiſtis, cognouiſtis. Sed ſemper incircuncisi corde & autibus, reſtitiſtis, & contradixiſtis. Nemo igitur ueſtrum quæratur, quod Gentes in loca ueſtra ſubrogatæ ſint. Nanque & hoc ipſum uos clariſſimè intelligere potuiſtis, poteſtiſq; ex uatum eximiorum oraculis, quos inter omnes, Moſis & Eſaiæ commendatis. Ipſi.n. uno ore dixerunt, vos repudiatos eſſe, & eligēdos Gentiles, nulla alia ratione, niſi quia cū Philoſophiæ euangelicæ ueritatē agnouerītis, & duriſſima facie, & indomabili corde reluctari uoluiſtis: Gentiles certè, non propter eorum merita, electi ſublimatique ſunt, ſed gratis. Non enim quærebant Chr̄m, quoniam legem nō habebant, nec propheias, & ultrò eos adiuit. Ieſum non interrogabant: quinimmo neq; Deum. Augures potius, maleficos, demones interrogabant, à quibus reſponſa petebant. Et ipſe non quæſitus, palam illis ſe ſe obuiam fecit. At uos, omnino veſtra incredulitate, ueſtra culpa reiecti eſtis, qm̄ in cruce extēſis mauibus Ieſus nr̄ adhuc, pro uobis præcabatur. Et uos in illum rabbidi, cū animam illam exhalaret, inſurrexiſtis. O ſcelus ſcelerum. O ineſpiabile piaculū. Vos illum irridebatis, & ipſe uos deplorabat, vr̄m caſum, ueſtramq; ruinā. Vos i eū ſęp deſeuiſtis, & ipſe i oī uita ad uos ditandos, locupletandos, gratia, donarijs, expandit manus ſuas. Gentes canes uocabat, ut repulſæ, ab eo recederent Omnes nanq; ſuas gratias, uobis vnicè conferre uenerat. Vobis unis, uiuæ uocis oraculo prædicauit. Vos uni illius ſereniſſimam faciem, in quam deſiderant angeli proſpiccre, cōtēplati

Act.7.

Matt.15.

Philip.3.

1.Pet.1.

eſtis. Vobis unis, tot miracula fecit, quę deſcribuntur per ſingula, cęcis uiſum, ſurdis auditum, mortuis uitam, morbo ſis incolumitatem præſtitit. O impias ueſtras mẽtes. O pectora dura, nunquã potuit vos demulcere, ſed omnibus fe tis crudeliores, & uerbo & opere illi
4 Re 23. ĩſultaſtis, & cõtradixiſtis. Meritò itaq; iuxta Moſe oraculum, cui nõ ſurrexit Propheta ſimilis in Iſrael, Gentilem po pulum adeò ſublimauit, ut iam uos ipſi, illi tantam gloriam, tantam felicitatẽ inuideatis, & tanquam canes irritati, & prouocati, vnuſquiſque ueſtrum prę liuore, in Gentes dentibus fremat, & ta beſcat. Ne mirare Iudæa, quod tanto odio pcita, in præputiatos excãdeſcas. Non hæc ſine numine diuum eueniũt. Olim ipſi diſperſi erant, ut Gens vel po pulus dici non poſſent. Inſipientes erãt quàm maximè, idola muta colentes. Nunc uos non eſtis, Gens, diſperſi eſtis per omnem terrarum orbem, inſipientes facti eſtis, ſcripturas non intelligẽtes. Quæ ut uidetis, tam apertè contra vos clamant. Propterea Gentilibus inuidetis, & in urbe Roma contra illos contenditis, quod uobis prælati ſint, quod regnum habeant ſuper vos, quod illi filij Dei ſint. Ecce primus inter Vates ueſtros, qui olim hæc prædixit futura. *Ego Deus ad æmulationem*, ad inuidiã Deut. 32.
prouocabo uos, In pro per, *non Gentem, & in* pro per, *Gentem ſtultam irritabo vos. Eſaias autem.* audet, ideſt audenter loquitur, nec ferram timet, qua à uobis perfidi ſectus eſt, quoniam in uos inuehebatur. Spiritus enim Dei illum aude re facit, & dicit. *Inuentus ſum his*, ſcilicet Gentibus, *qui me nõ quærebant, &c.* Eſa. 65.
Ad Iſrael autem. Ideſt aduerſus Iſrael, de eo loquens, dicit in Dei, vel Chriſti perſona. *Tota die*, in omni uita, omni tempore, in nutricis modum, quæ Ibidem.
paruulo ambulare neſcienti, nec valẽti, manus porrigit, vt manum manuĩ iungens, ea duce ad illam ueniat. *Expandi manus meas, ad populum Iſraeliticum*, quo mea fultus ope, qui ex ſe clau dus erat, rectè ad me perueniens, ſaluaretur. At uidi illum *non credentem, &* quod magis eſt, expertus ſum ſemper reluctantem, & *Contradicentem.* Quis ergo uos populus duræ ceruicis, ualeat excuſare? Vndecunque fieri poteſt, pro uiribus contendo, vt uos defendam, inquit gemebundus Apoſtolus. ſed certè, nec vmbram inuenio, à rerũ natura deuictus.

Habes decimi capitis finem, quo Iudæorum caſum, atque ruinam excuſauimus, & exaggerauimus. Sequitur.

CAPVT

CAPVT VNDECIMVM.

DIco ergo. Nũ repulit Deus populum ſuum? Abſit. Etenim, ego Iſraelita ſum, ex ſemine Abrahæ, tribus Beniamin, non repulit Deus, populum ſuum quem prænouit.

Cum Paulum Apoſtolum, in ſecretioribus mẽtis meæ receſſibus, ante oculos poſitum conſidero, Roma. Tam uario ſeptiformis ſpiritus impetu, huc & illuc, hac & illac, conatum, actumq́; nunc attrahẽtem, compatientem, conſulentem: nunc comminantem, increpantem, arguentem: modo durum, aſperum, rigidiuſculum: modo benignum, Lenem, tractabilem: Hinc docentem, ratiocinantem, diſputantem: illinc extaticum, ſuſpirantem, admirantem, tacentem; Quandoque deprimentem, expugnantem. Quandoque defendentem, erigentem, uidere uideor piſcatorem, qui piſcandi ſtudiũ. delitias putet, antiquam Romanorum nobilitatem æmulatus, apud quam in magno prætio & celebritate, piſcatio habita fuit. Et propterea, nihil quod ad piſcationem conducere poſſit, ommittat. Sed enitatur modis omnibus, quò dein de piſcium copijs locupletatus piſcinas & uiuaria prætioſiſſimis referta piſcibus, inſtruat. Vnde & in maribus noſtris, tanquam in terra fruges, peregrinos piſces ſeminare poſſit. O magnum piſcatorem Paulum, uerè Romanum. Piſcatorem inquam hominum, non piſcium. Piſcinarius eſſe uolebat, quod de Lucio Philippo, atque de Hortenſio dixerat Cicero. Propterea piſcabatur, vt undiq; homines, in Chriſti piſcinam congregaret. Adeo autem feliciter piſcatus eſt, vt ex omni piſcium genere, ex Oceano in ſagenam, è fluidis inquã & procelloſis huius mundi aquis, ad portum ſalutis, omnium linguarũ homines adduxerit. Nõ ignorabat hamũ: non naſſam, nõ iacula, non raſtra, non uenena, non rethe, etiam auratum, è purpura, & cocco nexis funibus, quo Nero piſcari ſolitus erat. Oẽs modos artis piſcatoriæ, optime nouit. Non uides quãta urit᷑ uarietate, quãta arte, ad capiendos hoĩes? Nunc in uirga uenit, nũc in ſpũ mãſuetudinis, nũc increduſcere illũ uides, nũc leniri, nũc acriter pũgit, nunc conſolat᷑, exacerbat, medetur, percutit, ſanat, mortificat, uiuificat, mactat, ſaluat, exaggerat, mulcet. Se ſe pro loco, pro tempore, pro moribus, oĩbus accõmodarè ſtudens, ut nemo reſiliat, vt oẽs ad ſagenam ueniant· oĩa omnibus fact⁹ eſt, vt oẽs lucrifaceret. Quẽ 1. Cor. 9. piſcatorem uidiſti tu unquã, tanta ſapiẽtia, tanta felicitate piſcari? Sed ad particularia deſcẽdo. Exaggerauit nuper, Iudæorũ caſum. Exaggerauit autem tã in immenſum, ut dixerit, eos ad tantã miſeriam deueniſſe ſua ipſorum culpa, ut Gentibus, populis alioquin ſtultiſſimis, & indigniſſimis, inuidere cogant᷑. Nũc ergo ne deſperarent, atq; deſperati, piſcatorem quantumuis trahentem refugerent, tãquam raſtro percuſſos, vel ueneno ſtupidos, eſca ſalutari ſuſcitat, & allicit. Tria oſtẽdẽs potiſſimum. Primo. Quod non omnes Iudæi à Deo repudiati ſunt, licet multi. Secundo. Quod utile fuit, & ita aliquo modo bonum, Iudæos cadere. Tertio. Quod qui ceciderc, non ita cecidere, vt & ſurgere modo uelint, non poſſint. Hæc, itaque tria ſolatia, affert Gentis ſuæ infelicitati. Quod caſus uniuerſalis non eſt. Quod non inutilis. Quod non irreparabilis. Vide autem & modum, quo id facit. Vnde & hoc eſt admirabile, perſonam dubitantis induit, dubiumque admodum formidabile proponit.

Dico

Dico ergo. Num Deus repulit populum ſuū? Qui populus ſuus olim fuit, nēpe Iſraeliticus: de quo illud eſt, Nos autem (Pſ 94.) populus eius, & oues paſcuæ ſuæ. Beata Gens, cuius eſt dominus Deus eius, populus quem elegit in hæreditatem ſibi. Adeo ne repudiatus nūc eſt, quia non credidit, & quod magis eſt, Deo expā dente illi manus, ut ad eum accederet contradixit? Repudiatus inquam, ut iam ſuus non ſit? Ideo autem, tam expauēſcēdam vocem proponit, ut cū omnino hocā Iudæis ſublatum eſſe intelligeretur, dulcius accipiatur, & iucundius. Propterea ſtatim negat, & deſtruit. *Abſit.* Non modo inquit, non repulit, ſed *Abſit,* vt repulerit: quaſi diceret. Et falſum eſt, & impoſſibile, adeo vt animus horreat, cū auris audit, repulit Deus populum ſuum charum, ſcilicet antea, ſingulariterque dilectum. Non ſat uero fuit Paulo, reſpondendo negare, ſed & reſponſionem cotroborare voluit. Si Iudæorum Gentem, ob eorum incredulitatem erga Chriſtū Ieſum, prorſus reieciſſet Deus, quomodo ſui nominis præconium, miſteriorum eius diſpenſationem, primas eccleſiæ ſuæ dignitates mihi crediſiſſet? Nam ego proſelitus non ſum. Hæbræi eſtis, & ego. Iſraelitæ eſtis & ego. Se(1.Cor.11)men Abrahæ eſtis & ego. Addite. Lupus rapax fui, uetē Beniamin, & cognatione contribulum, & myſterio. Nō modo enim uerbis, huic ſectę contradicebam, ſed tāquam Lupus in dominicum ouile graſſabar. Si ergo me, nō modo, non repulit, ſed elegit: elegit autem ad tātum faſtigium. Poſitus enim ſum ab eo prædicator, Apoſtolus, & totius (1.Tim.1.) orbis magiſter: appellauit me dominus (Act.9.) vas electionis, non electum duntaxat, (1.Cor.12) dictumque eſt mihi. Sufficit tibi gratia mea. Quomodo putandum eſt uos, quamuis non credentes, quamuis contradicentes Chriſto Ieſu, prorſus & finaliter reiectos eſſe? Hinc vides, Apoſtolo notam fuiſſe ſuiipſius prædeſtinationem, vel electionem: quod diuina reuelatione, neq; alio modo factum fuiſſe credere quiſque debet. Particulareque priuilegium fuit. Neq; enim omnibus datum eſt. Cuius rei ſi quæratur ratio, reſpondebo ſtatim: quod non omnibus prædeſtinatis, eorum prædeſtinatio reuelatur. Quoniam non eſt cōueniens. Non eſt autem conueniēs duplici ratione. Primo quidem, quia ſi certum eſſet prædeſtinatis omnibus, notā eſſe ſuam ipſorum prædeſtinationem, tunc non prædeſtinatis, certum eſſet ſe non eſſe prędeſtinatos. Deduco. Quotquot prędeſtinati ſunt, clarum eſt quod ſciunt ſe eſſe prædeſtinatos, quotquot igitur non ſciunt ſe prædeſtinatos eſſe, perſpicuum eſt, quod non ſunt prædeſtinati. Non prædeſtinati, non ſciunt ſe prædeſtinatos eſſe, ergo ipſi ſcirent, qđ prædeſtinati non eſſent. Modo igitur quodam, ad deſperationē inducerētur. Secundo. Quoniam cum prædeſtinati ſint, qui ſaluantur, tandem ſecuritas negligentiam pareret, ut uel nō operarētur, vel frigidē, aut tepidē. Optimē itaque factum eſt, ut neſciat homo communiter, ſi amore, vel odio dignus ſit. (Eccl 9.) Si enim id ſcire expediret, mihi crede, Deus omnibus reuelaret. Non eñ tātum neceſſaria, ſed & utilia docet, ipſo (Eſa 48.) dicente. Ego dominus docens te utilia. Quod ſi fortaſſe putes, omnes ſanctos agnouiſſe, dum in hoc ſeculo viuerent ſuam ipſorum electionem, quia ſcriptū eſt. Vnctio docebit vos de omnibus. (1.Ioan.2.) Falleris. Vnctio ſpūs ſancti, docet ſanctos de omnibus, quæ ad ſalutem cōducunt. At nō de omnibus abſolutē. Prædeſtinatio conducit, immo ad ſalutem neceſſaria eſt. Sed prædeſtinationis, cognitio vel certitudo, nullomodo expedit, (communiter intellige,) expedit aliquibus, propterea aliquibus reuelatur. Sed paucis, quos ęquus amauit Iupiter, & ardēs euexit ad æthera uirtus. Quis enim neſciat, in duellis gladiatores, in pugnis milites, ad brauium nequaquā aſcribi, niſi ſub conditione? Ad pugnā abſolutē aſcribuntur, ſed ad prēmium nequaquam, vt certi ſint, quod eos pugnare oportet. Non ſint autem certi, quod brauium conſequentur, niſi hac conditione ſi uicerint. Non coronabi(2.Tim.2.)tur, niſi qui legitime certauerit. Deus optimus eſt, optima igitur, optimē facit. Hic eſt optimus modus, ut unuſquiſque noſtrum ſciat, ſe in arena eſſe,

in

in agone ad cōtendendum, ad pugnan
Iob.7. dum. Militia nanque eſt uita hominis
ſuper terram. Nemo autem ſciat abſolu
tè, an coronandus ſit vel non: ſed tamē
omnes ſciunt indubiè, ſe coronandos
eſſe, ſi fortes fuerint in bello, & ſupera-
uerint: ut omnes timeant, & ſperet om
nes, nemo tanquam ſecurus torpeſcat,
nemo tanquam deſperatus animo con
cidat. Illud ergo ignotum eſſe uoluit
Deus. Hoc autem quis eſt, qui neſciat,
cū omnis ſcriptura nihil aliud clamet.
Apo.2.& Qui uicerit, dabo illi nomen nouum,
3. quod nemo ſcit, niſi qui accipit: & non
delebo eum de libro meo. Et de hoc ſit
ſatis incidenter dictum, pro prima Pau
li ratione.

Quoniam autem frigida hæc Pauli,
probatio uidebatur. *Non repulit Deus
populum ſuum.* Quia me non repulit. Di-
cere enim potuiſſent Iudæi. Ita deludis
nos Paule? Teipſum unice ſubſtituens,
pro populo vniuerſo? Ita ſpe uana, nos
tanquam infantulos alere credis? Pro-
miſſiones nobis factas, in te uno aſſe-
rens eſſe completas, quādo reliqui om-
nes pereunt? Tu ne es populus Iſrael,
ſemen Abrahæ, quod aſtra cęli & maris
arenam æquabat iuxta Dei oraculum,
ad unum Paulum Rachelis nepotem
redactum eſt? Non feremus Paule, nō
feremus hæc tua commenta. Falſis ra-
tionibus nos decipis, pompam magnā
tua uerba exterius præſeferunt. *Repulit
Deus plebem ſuam?* Abſit. At demum
te unum pro omnibus ſuperſtitem di-
cis. O rem ridiculam. Eſt ne hoc ſola-
tium, quod à te expectabamus Paule,
vt uniuerſi pereant, tu unus ſerueris?
Propterea ergo Apoſtolus eandem reſu-
mens, rationem, aliam fortiſſimam ad-
dit. *Non repulit Deus populum ſuum quem
prænouit.* Quaſi dicere uelit. Firmum
fundamentum Dei ſtat, habens inuio-
2. Tim.2 labile hoc ſignaculum. Nouit domin⁹,
qui ſunt eius. Sunt qui hinc dicūt, Prę-
deſtinationem vel electionem, ex pno-
tione pendere, non prænotionem ex
prædeſtinatione. Ideo enim inquit
Apoſtolus. *Non repulit populum ſuum
Deus,* omnipotens, quia prænouit illū
ſeruatum iri, bene operaturum, ac id-
circo elegit, non repulit. Quibus & te-
ſtimonium Diuus Petrus perhibere ui
detur, dicens primæ epiſtolæ initio. Pe
trus Apoſtolus Ieſu Chriſti, electis ad- 1.Pet.1
uenis, diſperſionis Ponti, Galatiæ, Capa
dociæ, Aſiæ, Bithiniæ, ſecundum præ-
ſcientiam Dei patris. At hi modum lo-
quendi ſcripturę, ignorare uelle uiden-
tur, cum non ignorent, Cum enim de
bonis uiris, de his ſcilicet, qui ſaluātur
dicit Spūs ſanctus, quod Deus eos no-
uit, non uiſionis, ſed approbationis a-
ctum, magè exprimere intendit. Quo
contra dicitur ubique, Deus malos, &
qui pereunt, ignorare. Neſcio vos. Nū- Matt 25.
quam noui uos. Qui ignorat Deū, igno Matt.7.
rabitur à Deo. Oculi domini mundi
ſunt, & non poſſunt reſpicere ad iniqui
tatem. Deus enim omnia contempla- 1.Cor.14
tur, bona & mala, uerumtamen nō niſi Abach.1.
bona approbat. Hæc itaque uerba. No- Pſ.1.
uit dominus uiam iuſtorum. Nouit do
minus, qui ſunt eius. Ego cognoſco o- 2.Tim.2.
ues meas. *Non repulit plebem ſuam, quam* Ioan.10.
prænouit. De notitia approbationis nō
uiſionis intelliguntur. Hanc uero no-
titiam, omnino prępire prędeſtinationē,
concedo. Amorem nanque ſignificat
approbatio, At Prædeſtinatio amorem
arctare in ordine ad æternam uitam, ut
alias dictum eſt, & dat approbationi
firmitatem. Verum notitia hæc, quod
ego ſaluandus ſim, quæ uiſio eſt, & cō-
muniter præſcientia dicitur, prædeſti-
nationem ſupponit. Nunquā enim in-
tellectus diuinus noſceret me ſaluādū,
niſi diuina uoluntas primum me ſalua
tum iri, decreuiſſet. Hinc Theologi, cō
muniter vtentes hac uoce præſcientia,
in hoc ſenſu, vt eſt meraciſſima intelle-
ctus contemplatio, ad eos qui ſaluātur,
non præſcientiam, ſed prædeſtinationē
transferunt, quoniam primum, quo ſal
uantur ex parte Dei, prædeſtinatio eſt,
non præſcientia. Pro eis uero, qui pe-
reunt, ſolum præſcientiam uſurpant.
Non enim illam prænotionem, antece-
dit actus diuinæ uoluntatis, niſi pmiſ-
ſio. Hi ergo vnicè præſciti dicuntur, ac
cepta præſcientia, vt uiſio eſt. Illi ue-
rò, vt primum eſt, approbatio. Acci-
pitur itaque hic prænotio, pro præ-
deſtinatione, vel approbatione.
Sequitur.

An neſcitis in Helia, quid dicit ſcriptu-
ra? quam interpellat Deum contra Iſrael, di-
3.Re.19. *cens? Domine, prophetas tuos occiderunt, &*
altaria tua ſubuerterunt, & ego relictus fui
ſolus, & quærunt animam meam. Sed quid di
cit ei diuinum reſponſum? Reliqui mihi ſeptē
millia uirorum, qui non curuauerunt genu
Baal. Sic ergo, & in hoc tempore, reſiduum
ſecundum electionem gratiæ factum eſt.
Duo hactenus dixit Paulus, quæ pu-
gnare uidebantur. Primum. Paucos
Iudæos ſaluandos fuiſſe, ex uerbis Eſa-
Eſa.10. iæ. Si fuerit numerus filiorum Iſrael,
tanquam arena maris, reliquiæ ſaluæ
Eſa.53. fient. Et quis credidit auditui noſtro?
Secundum. Non repulit Deus populū
ſuum, quem prænouit, ideſt prædixit,
prælegit. Iſtud nanque de populo ge-
neraliter intelligi uidetur, non de pau-
cis. Et ita illi obuiare ac repugnare.
Vt igitur hanc contradictionem tollere
poſſit, quod ultimo dictum eſt, nūc de-
clarat. Aſſeuerans, non omnes electos
eſſe, ſed aliquos, non ipſum ſolum Pau
lum, ſed & alios. Et ne inquit mireris
Iudæe, non nouum, quid affero, dicēs,
non omnes ex Iudæis electos eſſe, ſed
aliquos. Ita fuit & ante nos, Regum tē
pore, Deus aliquos, non omnes ſelege-
3.Re.19. rat, ſcriptura teſtante. Reliqui mihi ſe-
ptem millia uirorum, qui non curuaue
runt genu Baal. Sicut ergo olim uiuen-
te Helia, aliqui electi erant, & non ip-
ſe ſolus Helias, qui idolū, vel Baal ima-
ginem non adorarūt, ſed pura fide ſem
per coluere Deum, atq; tandem ſaluati
ſunt, & non oēs. Neſciebatq; Helias, q
electi eſſent, nec quot. Ita nunc, nō om-
nes electi ſunt, ſed nec omnes repudia-
ti, qui & quot electi ſint. Neq; ego ſcio,
inquit Apoſtolus. Hoc unum ſcio,
quod non omnes repulit, ſed reliquiæ
quædam manent. ſicut & olim. Deus
enim ſuos curat, & regit, etiā prophe-
tis ignorantibus, atque Apoſtolis. He-
liæ tādem, electorum Dei numerus in-
notuit. Dictum eſt enim illi, cum faci-
nora ueſtra, zelo Dei exæſtuans exagge-
raret, aduerſuſque uos interpellaret.
Quod eſſent ſepties mille viri, qui de-
uoti Deo permanſiſſent. Mihi pro vo-
bis continenter præcanti, quot ſint reli
quiæ ueſtræ, adhuc reuelatum non eſt,
illi ſcilicet qui ſaluandi ſunt. Reuela-
tum tamen eſt, quod ſecundum gratiæ
electionem, non ſecundum eorum ope
ra ſaluabuntur. O utinam perueniāt
ad numerum centum quadraginta qua Apo.7.
tuor millia ſignatorum. Addet, fortaſſe
Deus, ad hunc numerum multa millia.
Hæc omnia uult dicere Paulus, hoc exē
plum adducens, hanc hiſtoriam, quæ
in Helia habetur, ideſt de Helia, vel in
tractatibus de Helia, in tertio ſcilicet,
Regnorum libro. Sed nonne uides, q̄
bellè, quàm latenter, & quàm apertè
ſimul in eis defendendis, eorum crimē
exaggerat, oſtenditque eos etiam citra
Chriſti mortem, Apoſtolorumque ce-
des, nulla eſſe uenia dignos, in mediū
adducens Heliam, qui mūdi ſtupor ha-
bebatur; qui Prophetarum uertex exti-
terat. Qui cęlo, & elemētis imperabat.
Qui demū (vt omnes eius laudes vno
verbo complectar,) tam ſanctus habit⁹
eſt, vt Deus illum mori noluerit, ſed ad
extremum vſque orbis interitum, ſup-
ſtitem viuere? Hunc tamē (O ſcelus) Iſ-
raelitæ ad mortem perſequebant. Hūc
inquam Heliam, quem colere ceu terre
num Deum par fuerat, poſt omnium
prophetarum necem, poſt dirutas aras,
laceſſebant, irritabant, occidere uole-
bant flagitioſi illi Iſraelitæ, ſanguinum
viri & Belial. O ſemper contumacem,
ſemper improbam ſinagogā. Quid hic
poſſunt dicere Iudæi, ut ſuam defendāt Ioan.6.
pertinaciam vel excuſent? Helias non Ioan.2.
dicit. Ego & pater unum ſumus. Quod
Ieſu noſtro, pro blaſphemia impingūt.
Non dicit. Soluite altaria, & in ictu o-
culi reedificabo illa. Non ſoluit ſab-
bathum. Non populos ſeducit: non eſt
impoſtor, quod de Petro & Paulo dice-
re conſueuerunt: non comminatur du
ra ſicut Micheas. Dulcia affert & iucun
da. Verbo cęlum aperit: famem, qua or
bis periclitabat vniuerſus, omnino tol-
lit, & tamen illum inſectabaris perfida,
eius ſanguinem, etiam ſanguine Dei fla
minum ebria, ſitiebas. Illumq; ni fallor
occidiſſes, niſi Deus eum in curru ad
Eoos Hortos, è tuis manibus, quæ pro-
phetarū ſanguine plenæ ſunt, eripuiſ-
ſet. Bone Deus. Qua commiſeratione,
digna es Iudæa ſanguinaria? Quo colo-
re

re effingere potes', ut à Deo prorſus re-
ijci & repudiari non merearis? Quæ de
cæde in cędem, tanto impetu præceps
Deut. 32. ruis? Audiſti Moſen cõtra te dicentem.
Ego ad æmulationem vos adducam, in
Eſa. 65. omnem Gentem. Audiſti Eſaiæ inuecti
uam. Tota die expandi manus meas ad
populum, non credentem, ſed contradi
3 Re. 19. centem mihi. Audi item Heliam con-
tra te interpellantem. *Domine* vindica
ſanguinem noſtrum. *Prophetas enim tuos
occiderunt. Altaria ſubuerterunt. Et ego re-
lictus ſum ſolus, & adhuc Quærunt*, ſangui
ne non ſaturi *animam meam*. vitam meã.
Hi ſanè in quib⁹ ſperatis, uos accuſant
miſeri. Oẽs clamant contra uos. Quid
ergo admiramini, ſi paucos ex uobis ſal
uatum iri, & Deus dicit, & ego, Nemo
eſt, qui ſaluari mereatur? Gratiam ergo,
gratiam qui ſalui erunt, agnoſcant, me-
rita non iactent, quæ utique nunquam
niſi mala fuerunt. Hæc omnia uoluit
dicere Apoſtolus, contra Iudæos. Ideo
tam prolixo ſermone contra morẽ, hãc
totam hiſtoriam proſequutus eſt. Ad-
duxit tamen quaſi in defenſionem, o-
ſtendens ex illa, plures electos eſſe, ne
exacerbarentur, ſi alio modo eam pro-
ſequutus fuiſſet. *Si autem gratia.* Et eſt
ablatiui caſus. Senſuſque eſt. *Si autem*
per gratiam, vel ex gratia, *Reſiduum fa-
ctum eſt,* ſupple reſiduum. Hic enim eſt
ſenſus. Qui periere, ex ipſis periere. Atq
reſidui fuerunt, Deus ipſos reſiduos
fecit, ideſt fecit vt remanerent, illis im-
merentibus. Si igitur *Gratia* hoc factũ
eſt. *Iam non ex operibus*, eorum uideli-
cet. Illationem iſtam probat. *Quo-
niam gratia, iam non eſt gratia.* Deducit
hanc probationem. *Si enim ex operi-
bus, εἰ δὲ ἐξ ἔργων*, eſt, nanque δὲ pro
γάρ, *non iam ex gratia. Quoniam opus, iam
non eſt opus.* Hæc ergo eſt huius loci,
& ſententiæ ſumma. Gratiam nulla
noſtra merita præceſſerunt. Quia qđ
datur ex meritis, gratis nequaquam da-
tur. Sicut enim meritum, non eſt me-
ritum reſpectu illius, quod datur ex
gratia. Ita gratia, non eſt gratia reſpe-
ctu illius, quod datur ex merito.
Quod nanque datur pro meritis, red-
Matt 20. ditur, non donatur: Merces eſt, non
autem donum. Hinc illud. Voca
operarios, & redde illis mercedem.
Quod igitur gratis datur, donatur,
non redditur: donum eſt, non mer- Rom. 4.
ces. Propterea ſcriptum eſt. Ei qui
operatur, merces imputatur, non ſe-
cundum gratiam, ſed ſecundum de-
bitum. Verum dices. Ruunt om-
nia, quæ docuiſti. Nam licet baptiſ-
malem gratiam, nemo mereri ſibi poſ-
ſit, pœnitentialem tamen (vt ais) de
congruo, homo mereri poteſt. Ecce
Paulus ſtat in acie, contra hanc ſen-
tentiam. Gratia pœnitentialis, non-
ne etiam gratia eſt? Cur ergo dicis, Rom. 6.
nos illam mereri poſſe? Obiectio
nulla eſt. Nam & vita æterna dicitur
gratia. Gratia Dei uita æterna, & ni-
hilominus illã meremur. Apoſtolus. n.
vocat eam mercedem, coronam, di-
citque illam reddendam, non donan- 2. Tim. 1.
dã eſſe. Scio cui credidi, & certus ſum,
quia potens eſt depoſitum meum ſer-
uare in illum diem iuſtus iudex. Bo-
num certamen certaui, curſum con-
ſummaui, fidem ſeruaui. In reliquo re-
poſita eſt mihi corona iuſtitiæ. Nõ ergo
abſolutè pugnat gratia & meritum, vel
premiũ, quamuis gratię ratio, vt gratia,
& ratio premij, vel mercedis, vt merces
vel premium, pugnent. Idem igitur eſt
gratia, & premium. At quatenus eſt gra
tia, non eſt premium, & quatenus eſt
premium, non eſt gratia. Propterea
Ioannes, non appellat æternam uitam,
abſolutè gratiam, ſed gratiam pro gra-
tia, ſignificans, quod eſt gratia, & gra-
tiæ premium. Ita ergo gratia pœniten-
tialis, non eſt omnino gratia, ideo il-
lam aliquo modo poſſumus mereri:
quamquam poſſit dici, quod & ſi il-
lam de congruo meremur, non ſe-
quitur tamen, ergo meremur. Im-
mo è contrario, non meremur. Et hæc
eſt rei ueritas, ſicut ſupra docuimus.
Non ſequitur. Ethiops eſt albus
dentes, ergo eſt albus. Quinimmo igi-
tur niger. Augmentum tamẽ gratiæ, ve
rè meremur. Charitas enim, incohata
meretur augeri, vt aucta mereatur per-
fici. Cum ergo dicis. Gratiæ augmẽtum,
gratia eſt. Cõcedo. Igitur nõ meremur il-
lud.

lud. Conſequentia nulla. Quandoquidem non eſt tantum gratia. Dices. Paulus itaque nihil probat, ex quo aliquid gratia & premium eſſe poteſt, donum & merces. Dicet enim Iudęus. Reſiduum factum eſt reſiduum, & gratia & merito. Immo optimè concludit, & hoc tibi cordi ſit. Apoſtolus nāque de vna gratia, quæ tantum gratia eſt, loquitur: de gratia prædeſtinatiōis, vel electionis. *Reſiduum ſecundum electionē gratia factum eſt.* Supple reſiduū. Ideſt ſecundum electionem gratuitam æternæ prædeſtinationis. De qua eſt & Eph. 1. illud. Prædeſtinauit nos, in adoptionē filiorum, in laudem gloriæ gratiæ ſuæ. Hanc ergo gratiā prædeſtinationis, nullo pacto fingere potes, mercedem eſſe: meraciſſima gratia eſt, nō ex operibus, nec factis, nec fiendis, ut aliàs oſtēſum eſt. Ex illa uero gratia, quæuis alia electorum gratia prodit. Illa gratia nihil in nobis ponit. Prædeſtinatio enim, in p̄deſtinante eſt, non in prædeſtinato. Sicut fauor in eo eſt, qui fauet, non in cui fauet. Verum aliæ gratiæ, ſunt aliquid in anima omnino, vt capite quinto oſtēdimus, & illæ ſunt noſtrorum meritorum principia. Sine gratia nanq;, nemo penes Deum mereri poteſt. Nec mihi obijcias. Homo apud hominem meretur, etiam ſi uix eum agnouerit. Nam uirtute prædìti, à Regibus, & Cęſaribus munera obtinent, & gratias, ſuarum virtutum meritis, quamuis in eorum gratiam nōdum recepti ſint, adeo poteſt uirtus ipſa. Cum Deus itaque, longe ſit & pius & liberalis magè, q̄ vniuerſi Reges & Principes, cur ſine eius gratia, penes illum, mereri nequaq̄ poſſumus? Diluam quidem tibi facilè dubitationem iſtam. Quid enim boni habet homo, quod à Deo, non acceperit? Virtutem à Deo, non à Rege accipis, non à Principe. Per id ergo, quod à Deo habes, penes regem mereris. At cum nihil boni habeas, niſi De⁹ id tibi dederit, penes illum mereri non potes, niſi ipſe merendi principium tibi donauerit. Merendi principiū, gratiam eſſe voluit, qui igitur in Dei gratia, non eſt, penes Deum non meretur. Deinde dicit.

Quid ergo? Diuagatus eſt Apoſtolus, nec adhuc ſolutionis ſcopum expręſſe tetigiſſe videtur. Vult itaque nunc cōcludere, & propterea inquit. *Quid ergo?* tandem dicendum eſt? Populus Iſraeliticus, reiectus ne eſt, totus à ſalute, vel aliqui? Quoniam dictū eſt, quod ignorantes iuſtitiam Dei, & ſuam quærētes Rom. 10. ſtatuere, iuſtitiæ Dei non ſunt ſubiecti. Et ſi aliqui, qui ſunt illi? Ecce reſponſio, atque deciſio. *Quod inquirit Iſrael*, iuſtitiam Dei. *Hoc non eſt aſſecutus.* Sed cum ſcriptū ſit. Quærite & inuenietis, Pul- Luc. 11. ſate & aperietur uobis. Cur quærentes iuſtificari, iuſtificationem non inuenerunt? Quia nō ex fide, ſed quaſi ex operibus. Offenderunt enim in lapidem Rom. 10. offenſionis. Putabant nanq;, Chriſti fide neglecta, per ſabbatha, per neomenias iuſtificari. *Sed electio aſſecuta eſt.* Ideſt hi qui electi fuere, aſſequuti ſunt. Qui autem fuere electi, niſi hi quos dominus elegit, quibus dicit. Non uos Rom. 15. Eph. 1. me elegiſtis, ſed ego elegi uos? Elegit nos in ipſo, ante mundi cōſtitutionem. Intellige autem aſſequuntur, & aſſequentur, licet tantum præterito vtatur tempore. Sicut ſupra. Quos præfi- Rom. 6. niuit, hos uocauit, quos uocauit, hos iuſtificauit. Ideo uero dicit, electionem aſſequutam eſſe, non electos, ut intelligas, quod quamuis electi illam aſſequē tur, id tamen plus electionis vi tribuēdum eſt, quam ſuæ ipſorum virtuti. Iuxta quem modum ſupra dictum eſt. Non uolentis, neque currentis, ſed mi Rom. 9. ſerentis Dei, licet nec fruſtra uelimus, nec fruſtra curramus. Electi igitur, Dei iuſtitiam conſequuti ſunt, quærentes illam ex fide, non ex operibus, ex gratia, non ex meritis, ex dono non ex debito. Arbitrantes ſcilicet, nequaquam ſe gratiam conſequi, quoniam benè operati ſunt: Sed ideo bene operari, quia gratiam ſunt conſequuti. Non ergo quatenus Iſraelitæ, ſed quatenus electi. Si enim quatenus Iſraelitę, omnes itaque Iſraelitæ aſſequuti fuiſſent. Quod minimè uerum eſt. Sequitur enim. *Reliqui uero excæcati ſunt.* Non uacat myſterio, quod nunc pereuntes, reliquos uocat,

non

non electos, cum ſupra reliquias, & reſiduum electos diceret. Ibi à paucitate, hic ab imperfectione procedit. Reliquiæ enim paucæ ſunt, ſed uidentur eſſe minus nobiles his, quorum reliquiæ ſunt. Vt in conuiuijs patet. Nam reliquiæ dantur ſeruis. Prima igitur ratio electis, ſecunda pereuntibus conuenit. Dicit ergo. *Electio conſequuta eſt. Reliqui excæcati ſunt.* Ecce Iudæorum populum, in duas diuidit partes. Aliqui diuinam gratiam, & iuſtitiam aſſequuti ſunt. Aliqui excæcati ſunt. Illos uocat electos. Hos cæteros, vel reliquos. Illi miſericordiæ uaſa ſunt: Hi uaſa iræ. Dum ergo miſericordiæ vaſa, diuina gratia iuſtitiam conſequuntur: vaſa iræ, diuino iudicio, propter eorum infidelitatem, & pertinaciam, excæcantur. Excæcantur inquam mente, non corpore. Vnde illud eſt.
Eſa. 7. Niſi credideritis, non intelligetis. Quid enim eſt, non intelligetis, niſi credideritis, niſi mentis noſtræ oculos, infidelitas ipſa cæcabit? Hinc Chriſtus dixit,
Matt. 15. de incredulis phariſæis. Cæci ſunt, & duces cæcorum. Deus illos iuſto iudicio excæcari permiſit: at ipſi ſe ſe per liberum arbitrium excæcarunt. Maxima legis mandata, miſericordiam & fidem contemnentes, minimaque magna ſuperſtitione & hipocriſi commendantes. Et iuxta Chriſti uerbum, Culicem excolantes, camelum autem glutiẽtes.
Matt. 23. Probat autem, excæcatam eſſe Iudæorũ magnam partem, ex Prophetarum oraculis, & ſcripturis ſacris, quanquam id probatione egere, nõ uideatur. Quis enim uidit unquam, in ſacris literis, maiorem cæcitatem, quàm Iudæorum, qui ſemper Moſen legunt, relegunt, circũferunt, nec tamen intelligunt? Nam & ueteres Hæbræi teſtati ſunt, qđ ꝗ Meſſiã recepturi non eſſent: ſcripturarum intelligentiam penitus perdere deberent. In primis Rabbi Iudas, in libro Sanhedrin capite Helec. In generatione, in qua filius Dauid venturus eſt, domus prædicationis erit ad fornicationem, & ſapientia ſcribarum fœrebit. In libro etiam. Aghigha, ideſt ſolẽnitatis, in capite, quod incipit Hauol haiabin, ideſt Omnes tenentur, Audi quid legimus. Infatuauit Iudæos, Deo ꝑmittente diabolus, abſtulitq; ab eis ſenſum, quo ad intellectum ueritatis, & vſque adeo quidem, vt in diuinis ſcripturis, minoris intelligentiæ ſint, quàm aſini. O uerbum apertiſſimum, & ueriſſimum. Rabbi Abbâ, ut habetur in libro Hechalim, ideſt ponderum, in capite quod incipit, Ve ellu hen. Ideſt, & iſti ſunt, Tanta uehemẽtia huic ueritati teſtimonium reddit, ut nihil clarius. Si fuerunt antiqui noſtri filij hominum, nos ſumꝰ aſini. Addit Rabbi Zerra, in libro Sabath, ideſt ſabbathi. Et non ſumus adhuc tales, qualis eſt aſinus Rabbi Hannina, vel ipſius Rabbi Menahem, ſed ut cæteri aſini. Merito itaque beſtiæ à Hieremia uocantur. Beſtiæ facti ſunt Hier. 10.
paſtores, & Deum non quæſierunt, propter hoc non intellexerunt. Immo beſtijs omnibus beſtialiores, magna ratione dici poſſunt, & debent. Quãdoquidem iuxta Eſaiam. Cognouit bos Eſa. 1.
poſſeſſorem ſuum, & aſinus præſepe domini ſui, Iſrael autem me nõ cognouit. Hinc Moſes. Popule ſtulte (inquit) & Deut. 32.
inſipiens. Et Hieremias. Perijt conſilium à filijs, fœtida facta eſt ſapientia eorum. Eſaias quoque. Captiuus ductus Hier. 49. Eſa. 5.
eſt populus meus, quia non habuit ſciẽtiam. Poſt hæc omnia tamen, Paulus duo loca Eſaiæ, & Dauidis adducit. *Sicut ſcriptum eſt. Dedit illis Deus ſpiritũ compunctionis, oculos ut non uideant, & aures, ut non audiant.* Et interponit de ſuo Paulus. *Vſque in hodiernum diem.* Iuxta illud, quod alibi dixit. Vſque in hodiernum diem, poſitum eſt uelamen ſuper 2. Cor. 3.
cor eorum. Vtinam autem non etiam, vſque ad noſtrum hodiernum diem. Iam prædixit Apoſtolus, quod aliquando auferetur uelamẽ. Cum enim dominus fuerit conuerſus ad eos, tũc auferetur, conuertenturque diuina gratia corda ſanctorum patrũ in filios, ideſt, dabitur Iudæis cor docile, cor carneum. Quod ſancti patres habuerunt, & videbunt, & audient, & ad Chriſtum conuertentur, & ſalui erunt. Sequitur.

Et Dauid Dicit. Fiat menſa eorum in laqueum, & in prædam, & in ſcandalum, & in retributionem ipſis. Obtenebrentur oculi eorum, ut non uideant, & dorſum eorum ſem

per

per incurua. Quomodo excæcati ſint à
Deo, & in reprobum ſenſum. Et quo-
modo illud *Vt*, in omnibus ſimilibus lo
cis, vt conſequutionem non finem ſi-
gnificet, ſæpe declaratum eſt. Verba
Eſa.6. tantum declaranda ſunt. Metaphoram
fumi uidetur ſequi Eſaias, cum dicit.
Dedit illis Deus ſpiritum compunctionis. Fu
mus enim oculos pūgere uidetur, ideo
vt neceſſe ſit à fumo refugere. Iudæi
ergo, adeo interius pungebantur, pun-
gunturque cum Chriſti audiunt myſte
ria, vt illa ferre non poſſint. Fortaſſe au-
tem, eſt compunctio inuidiæ & liuoris.
Quis enim aculeus pungit magis, quā
liuor? Liuore ergo perciti Iudæi, Deo
permittente, ſicut Gentium ſalutem fer
re non poſſunt, ita nec Chriſti gloriam.
Tradidit ergo illis Deus hunc ſpiritum. Id-
eſt non abſtulit. Ipſi nanque ex ſeipſis
Gentibus, & Chriſto inuidere cęperūt,
dignum fuit, ut mercedem quam opor-
tebat ſui erroris, reciperent in ſemetip
ſis. Quæ enim pœna maior, quàm inui
Prou.14. dere? Putredo oſſium inuidia. O mala
compunctio. Vtinam uice uerſa det
nobis bonam compunctionem Deus,
quam illis olim dedit, qui dicunt. Pota-
Pſ.59. ſti nos uino compunctionis. Si autem
iuxta textum noſtrum, placet magis le-
gere ſpiritum ſopotis, quàm compun-
ctionis, non leuius malum Iudæorum
eſt. Senſus enim erit eos alienatos me
re eſſe, ſopitos, ſtupidos, infatuatos, ſto
lidos, atque vt ſignificantiſſimè dicam,
aſinos. Illa uero quæ ſequuntur. *Et ocu-
los, vt non uideant, & aures vt non audiant.*
Eſa.6. Eſaiæ quidem ſunt. Sed alio loco. Vt
hinc intelligas, in citādis uerbis ſacris,
licentiam accipi poſſe. Ex capite quidē
ſexto & uigeſimo nono, conflat Apoſto
lus autoritatem vnam, mutatq; uerba,
ſenſum ſpectās proprie, vt Theologus,
Eſa.6. non literam, vt Grammatiſta. Comple-
ta uero autoritas Eſaiæ hæc eſt. Excæca
cor populi huius, & aures eius aggra-
ua, & oculos ei9 claude, ne forte uideat
oculis ſuis, & auribus ſuis audiat, & cor
de ſuo intelligat, & cōuertatur, & ſanē
eum. Qua magna rōne oculi, & aures
noīant. Oculi ſigna uidēt, aures uerba
audiunt. Significatur itaq; Iudæos, nec
Chſi miracula vidiſſe, nec audiſſe do-
ctrinā. Viderunt externis oculis, audie
runt externis auribus, at non interiore
aſpectu vel auditu. Nā magè oculorū ui
ſum, auriumq; auditū negabāt, q̄ Chri
ueritatē confiterent. Oculis itē, pletaq;
ex nobis addiſcimus, auribus ab alijs p-
cipimus. Oculus quippe proficit ma-
gis, ad inuentionem, auris ad diſcipli-
nam. Significatur ergo, Iudæos nec
ex ſe poſſe, neq; ab alijs uelle ſcriptura-
rum ueritatem intelligere, uti uerè aſi-
nos obſtinatiſſimos. O hominum im-
probum genus.

Quo ad Dauidem. Iudęorum men-
ſa, facta ſcriptura eſt, quæ tanquam fer-
cula multiplicia, legem habet, pſalmos,
prophetas. In illa menſa, primum opi-
paris conuiuijs ſaginabantur. Verum
cum pia fide ieiuni Chriſtum, qui pa- Ioan.6.
nis eſt uiuus, quo diſcumbentes ſimul
cum omnibus cibarijs ueſci debuerūt,
tanquam guloſi carnem inhiantes, ad
fętidas illas carnis obſeruationes reie-
cerunt: facta eſt menſa eis in laqueum,
propter ambiguitates, quas in lege ſol-
uere neſcierūt. Vt illa. Quomodo Chri- Matt.22.
ſtus eſt filius Dauid, & dominus. Quo- Mich.5.
modo egreſſus à Bethleem, & à die-
bus æternitatis. Quomodo paruulus Eſa.7.
natus eſt, & vocabitur Deus fortis, pa-
ter futuri ſeculi. His profecto dubijs, ut
decipulis & laqueis, in prędā anima il-
ligatur, propter errores, qui ſpreta lite-
rali intelligētia, ad literalem ſequūtur.
Aberrant enim à fera. Facit nanq; eos
ſcriptura ſacra, ſicut fera uenatores erra
re, ac diuagari, vt in eſcarum legibus, in
circuncisione. *In ſcandalum.* Quoniam
tanquam cæci, in Chriſtum impingūt,
& inde offenduntur. Nam in Euange-
lio uiuere, ſaluarique poſſent, *In retribu-
tionem.* Quādoquidem hæc omnia mer-
ces ſunt ſuis erroribus, optimè conue-
niens, vt in ea ſpiritualiter epulari nolē
tes, ab ea merito excluderentur. Et qui
per literam alios aſtringere conabātur,
in illam ipſi caderent obligati. Ne mi-
reris autem, ſi hac menſæ metaphora
vtitur Dauid. Statim enim, ante, Chri-
ſti perſonam induens dicit. Dederūt in
eſcam meam fel, & in ſiti mea pota- Pſal.68
uerunt me aceto. Vides quàm apprimè
quadret? Fiat menſa eorum coram ipſis Pſ.18.

in

in laqueum. Me eſurientem, ſitientemque, O inurbani, O inhumani Iudæi, cibaſtis felle, potaſtis aceto. Hæc ne fuit menſa, quam morienti parare debuiſtis? Fiat ergo menſa ueſtra, in laqueum, in retributionem, & in ſcãdalum. Indignè mihi acetum & fel propinaſtis, dignam ueſtris meritis mẽſam paret Deus. Quod addit. *Dorſum eorum ſemper incurua.* Item metaphora eſt, qua ſignificatur, Iudæos peccatorum mole & pondere præſſos, quotidie magis aggrauari & incuruari: ut iam tanquam pecora, pronis ad terram oculis, in cœlum erigi nequaquam poſſint, ſed ſemper in terram ſpectent: dicatque eorum quilibet uerè. Incur-
2.Par.36 uatus ſum multo uinculo ferri, & non eſt reſpiratio mihi. O tanta ſcelere dignam uindictam. Quomodo enim dicuntur in cęlum reſpicere, qui cœli creatorem contempſerunt? Fortaſſe autem, per dorſi curuitatem, ſeruitutem, qua à Gentibus omnibus præmuntur intelligit. Omnibus quippe contemptibilis, exoſaque eſt Iudæorum natio, quæ primum populus erat Dei peculiaris. Bene autem dixit. *Dorſum eorum ſemper incurua.* Et non dixit tantum incurua, ſignificans, quod nullus ſit tantæ ſeruitutis, tantorumq; malorum finis. Ex his primum iam patet, quod Iudæorum caſus, uniuerſalis non eſt, & ita uerba hæc, *Fiat menſa eorum coram ipſis in laqueum,* indefinitè intelligi debet, pro Iudæis quidem, at non pro omnibus. Quoniam neque omnes Chriſti morti conſenſerunt. Et aliqui etiam eorum, qui conſenſere, pœnitentia ducti, reſipuerunt, pro qui-
Ioan.17. bus rogauit Chriſtus, dicens. Pater, pro his rogo, non pro mundo, ſed pro his, qui credituri ſunt, in me. Si enim pro omnibus oraſſet, pro omnibus exauditus fuiſſet. Verum fas non erat, pro peccatibus ad mortem, præces fundere, quos ipſe in obſtinatione permanſuros ſciebat, ne inuiti ſaluarentur. Gratis enim utique ſaluamur, non niſi tamen uolentes. Quoniam tamen, & Eſaias, & Pſaltes imprecantur. *Excæca cor populi huius, &c. Fiat menſa eorum. &c.* Helias item, contra Iſrael interpellat. *Domine, Prophetas tuos occiderunt, & altaria tua ſuffoderunt. &c.* Vnde & legimus, ſanctos illos ſub Dei throno clamare. Vindi- Apo.6.
ca ſanguinem noſtrum, qui effuſus eſt. Vox quoque ſanguinis Abel, clamat ad dominum contra Caim: Non erit in- Gen 4.
utile has imprecationes primum declarare. Deinde modum, quo ſancti Deum, contra perſecutores exorant. Cum nobis præcipiatur. Orate pro inimicis ueſtris. Tertio. defendere He- Matt.5.
liam oportet. Nam ipſe dixit. *Relictus ſum ego ſolus.* Cum tamen ipſe ſciret Abdiæ relatu, pleroſque Dei ſacerdotes, in ſpelunca ſeruatos fuiſſe, ereptos ſcilicet e Iezabelis impijſſimæ manibus. Videtur ergo mentiri. Quarto. Quia dictum eſt, quod Iudæi, propter eorum incredulitatem, excæcati ſunt, dubium eſt, quia Ioannes dicit, quod propterea fuerunt increduli, quia excæcati fuerunt. Ideo, Ioan.12.
inquit, non poterant credere, quia excæcauit eos Deus, iuxta Eſaiam. Quinto. Conſiderandum erit illud Dei 3.Reg 19
uerbum. Reliqui mihi ſeptem mil- Rom.11.
lia uiros, qui non curuauerunt genua ante Baal.

Quoad Primum. Imprecationes iſtę, & omnes aliæ, quę in ſcriptura ſacra innumeræ leguntur. Tribus modis declarari poſſunt. Primo. Vt Prophetæ imprecantes, nihil aliud intẽdant, niſi mala prædicere, quæ futura ſunt. Ita quod ſit ſenſus. Excæca cor populi huius. Id eſt. Excæcabitur. Obſcurentur oculi, ideſt Obſcurabuntur. Dorſum incurua, ideſt Incuruabitur. Fiat menſa eorum, ideſt fiet. Huic reſponſioni primæ, duo adſtipulantur. Primum. Hæbraiſmus. Frequentiſſimè em̃ Hæbræi, imperfectum pro futuro accipiunt, quẽadmodũ ex Grammatica ſcitur. Secundum eſt, quoniam uerbum illud Eſaię. Excæca cor populi huius, & aures eius aggraua, & oculos eius claude, licet ſit imprecatio, ut conſtat: Chriſtus nihilominus ſcopum ſpectãs, & ſenſum non literam, prophetiam uocat, atque in Matthei Euangelio ꝓ Prophetia

phetia exponit. Reddens nanque rationem, cur in parabolis loqueretur.
Matt.13. Ideo inquit in parabolis loquor, quia uidentes non uident, audientes nō audiunt, neq; intelligunt, vt adimpleretur in eis Prophetia Eſaiæ, dicentis. Au
Eſa.6. ditu audietis, & non intelligetis, uidentes uidebitis & &c. Vides quomodo Prophetiam nominat, ac tanquam Prophetiam exponit, imperatiuum modū uertens, in futuri temporis indicatiuū. Sed nonne idem ipſe Paulus noſter in concione, quam Romæ habuit à mane vſq; ad ueſperam, hanc Eſaiæ imprecationem expoſuit, ac ſi non imprecatio, ſed uaticinium eſſet? Lege acta Apoſto-
Act.vlt. lica in fine. Cum inuicem conſentientes, non eſſent, diſcedebant multi, Paulo hoc uerbum dicente. Bene ſpiritus ſanctus, loquutus eſt per Eſaiā Prophetam ad patres ueſtros, dicens. Vade ad populum iſtum, & dic. Aure audietis, & non intelligetis, & uidentes uidebitis, & non perſpicietis. Incraſſatum eſt enim cor populi huius, & auribus grauiter audierunt, & oculos ſuos compreſſerunt, ne forte uideant oculis, & auribus audiant, & corde intelligant, & conuertantur, & ſanem eos. Habes ergo primam declarationem. Secundo dici poteſt, quod cum Prophetę imprecantur populo mala, hoc ideo eſt, quia populi correctionem uehementer exoptant, & ita ad eorum utilitatē quibus imprecantur, īprecationes tēdunt, non ad pernitiem. Nam mala, quę nos premunt, ad Deum venire compellūt. Quod ſi etiam peccata imprecantur, nulli durum uideatur. Nam & uenena uenenis pelluntur: peccataq; quoq; peccatis. Et bone Deus, peccatum illud,
Gen.2. pomi uetiti eſus, nonne ueneni, quod intus in pectore latebat protoplaſti, ſecretionis cuiuſdam ſuperbię, medicina fuit? quod niſi euomuiſſet, illum ad peſtilentiorem mortem dubio procul, tēpore procedente duxiſſet, ut anguem medicum, pomum illud medicinam dicere poſſimus. Tertio. Altius progrediēdum eſt, dicendumq;, quod ex diuinæ iuſtitiæ zelo, huiuſmodi imprecationes procedant. Prophetæ enim, diuinæ ſententiæ determinationem in ſpiritu uidentes, adeò illi conformes ſunt, ut potè, quàm iuſtiſſimam eſſe intelligant, ut in hæc uerba prorumpant. Tibi ita placet Deus, & nobis. Fiat ergo, fiat inquā menſa eorum, coram ipſis in laqueum. Pſ.68.
Obſcurentur oculi eorum ne uideant. Pſ.103.
Deficiant peccatores à terra, & iniqui ita ut non ſint. Lætabitur enim iuſtus, inquit Pſaltes, cum uiderit uindictam, manus ſuas lauabit in ſanguine pecca- Pſ.57.
torum. Quibus duobus modis, intelligere potes, licere & nobis mala imprecari his, qui nos liuore, vel odio proſequuntur. Quod & ſanctiſſimus ille Dauid faciebat. Erubeſcant, & conturbentur omnes inimici mei, conuertantur & erubeſcant, valde velociter. Id nanque his duabus rationibus fieri poteſt. Et ut ipſi corrigātur, & ut diuina iuſtitia locum habeat, mundoque illorum mulcta innoteſcat, refreneturque cæteris formidato ſupplicio audacia, & nocendi facultas, tutaq; ſit inter improbos innocentia. Caue tamen, ne hinc dicas, quod licet deſiderare & imprecari. Licet facere, licet imprecari mei hoſtis mortem, ut corrigatur, vt diuina iuſtitia locum habeat, eiſdem igitur rationibus, licet eum occidere. Caue inquam ne ſic dicas. Omnia quæ licet facere: licet orando petere, & imprecari, at non uice uerſa. Et hoc ſit tibi memoriæ ſemper.

Ad ſecundam dubitationem, de Helia, qui contra Iſrael interpellat, & de alijs, qui vindictam precibus impetrare nituntur. Poteſt dici duobus hiſce modis; nunc declaratis. Quod orant, non uindictæ deſiderio, ſed diuinæ iuſtitiæ zelo: Vel pro peccantium utilitate. Sed magis propriè dicendum, quod ſanctorum uindicta eſt, ut peccati regnum euertatur, quo regnante, tanta perpeſſi ſunt. Hoc itaque optant ſancti, vt peccatores, quatenus peccatores, iuxta Dauidem deſtruantur, deficiant, ita ut non ſint, ideſt, vt non ſint Pſal.103.
amplius peccatores, ut iam rabiem, ſitimque ſanguinis deponant. Vnde habere potes etiam, quartū modum pro his imprecationibus declarandis. Sunt

enim imprecationes contra regnum peccati, non contra eos, qui peccant. Vt hinc intelligas, perfectum odium eſſe odire peccatum, non naturam.
Pſal.138. Iuxta illud. Perfecto odio oderam illos. Illud tamen. Vox ſanguinis tui clamat
Gen.4. ad me de terra, peculiarem habet declarationem. Non enim clamat uoce, ſed ratione. Quod ſic intellige. Sãguis quippe ille, effuſus patenter in terram, eſt teſtimonium contra Caim. & ita ultionis ratio. Ex teſtibus enim accuſantibus, condemnamur. Quo etiam modo dicere poſſumus Heliam, contra Iſraelem oraſſe, ratione ſcilicet, non deſiderio. Vindictam autem petere ratione, peccata prodere tantum eſt, quæ ſuapte natura, diuini furoris ultionem expoſtulant. Hoc ergo fecit Helias. *Prophetas tuos occiderunt, altaria ſuffoderunt.* Quem modum tenuit, & ille Propheta, qui dicebat. Deus uene-
Pſ.78. runt Gentes, in hæreditatem tuam, pol luerunt templum ſanctum tuum. Poſuerunt morticinia ſeruorum tuorum, eſcas volatilibus cęli, carnes ſanctorum tuorum beſtijs terræ. Effuderunt ſanguinem eorum, tanquam aqua in circuitu Hieruſalem, & non erat, qui ſepeliret.

Secundum dubium facilè diluitur. Helias enim ſolus relictus erat, qui Deum apertè coleret, diuinumque honorem manifeſtè defenderet. Nam & ſi Prophetæ illi ſuperuiuerent, in ſpeluncis latitabant, nec idololatriam expugnare poterant, ueluti magnus Helias, qui tanquam ignis ardens, contra
3.Re.19. Achab Regem extiterat. Occidit profectò in torrente Ciſon, omnes Baal ſacerdotes. Huic adde, quod prophetæ illi relicti nequaquam fuerant, ſed Abdias, cum Iezabel Dei flamines occidiſſet, illa neſciente abſcondit eos. Etenim illos cum alijs, occidiſſet fera illa peſſima, ſi illos ſuperſtites eſſe ſciuiſſet. Non mentitur ergo cum dicit Helias, Relictus ſum ego ſolus. Non enim dicit. Sum ego ſolus.

Ad Quartum. Reſpondendum eſt. Cæcitatem quæ culpa eſt, infidelitatem præceſſiſſe. Illam uero, quæ pœna eſt, ſubſequutam fuiſſe. Alteram ex ipſis tantum habuerunt, à Deo alteram.

Circa autem uerba illa. Reliqui mihi ſeptem millia uirorum, qui non curuauerunt genua ante Baal. Certè mea ſententia, omnipotens Deus, de quo ſcriptum eſt. Omnia in menſura, & nu- Sap.11.
mero, & pondere diſpoſuiſti domine, non temere hunc numerum ſaluandorum ſibi delegit. Eſt enim ſeptemnarius, ſanctitatis numerus, & millenarius, perfectionis. Si ſacros bibliorum codices uoluamus, & reuoluamus, uidere licebit, quàm ſemper in obſeruandis numeris, diligentiſſimus fuerit. Triadem ſibi elegit, ſi tamen illa trias, numerus eſt. Triadem, Chriſto dedit. Animam enim habuit, uerbum, & carnem. Eodem numero, mortuus reſurrexit. Tertia die reſurrexit à mortuis. Quaternarium, elemẽtis aſcripſit. Quinarium, legi antiquæ, & ſacris filij eius uulneribus. Senarium, orbis creationi deputauit. Sex enim diebus creauit omnia. Septimo requieuit. Septenarium, Sacramentis. Octonarium, Gen.2.
felicitati, quam octaua ætate expectamus. Vnde ſicut Ebdoadem Iudæi, ita Ogdoadem celebrant chriſtiani. Nouenarium angelicis choris. Denarium, præceptis. Duodenarium, Apoſtolis. Quadragenarium ieiunio. Quinquagenarium, iubileo. Septuagenarium, uitæ hominis. Septuaginta & amplius eo- Pſ.89.
rum, labor & dolor. Centenarium, Virginibus affert fructum trenteſimum, ſexageſimum, centeſimum. Millena- Apoc.20.
rium, complemento & perfectioni, Apprædhendet Sathanam, & ligabit eum annis mille. Totus numerorum liber, quanta fuerit Deo cura, de numeris clarè oſtendit. Virorum Annorũ, Leuitarum, ſacerdotum, Pugnantium, vt multa prætercam. In Geneſi autem, ſingulariſſima annotatione dignũ eſt, quod capite primo legimus. Cũ enim in vna- Gen.1.
quaq; creationis die legatur. Et uidit Deus, quod eſſet bonum. In ſecunda die tantum, qua firmamẽtum in medio aquarum factum eſt, ſilẽtio præteritur. Lege, relege, non inuenies. Et uidit Deus, quod eſſet bonum. In tertia uero die bis legitur. Et uidit Deus, quod eſſet bonum. Et uidit Deus, quod

eſſet bonum. Primum poſt aquas congregatas. Secundum, poſt germina terræ. Hic neſcio ego uidere, niſi binarij numeri infelicitatem, & felicitatem ternarij. Nulla quippe uidetur ratio, cum ad extremum concludens Moſes dicat, Vidit Deus cuncta, quæ fecerat, & erant valde bona. Per ſingulos quoque dies, eodem modo dicat. Et uidit Deus cuncta, quæ fecerat, & erant valde bona, ſine myſterio in die ſecunda, qua tam nobilis iſta teſtudo, ſtellis radians interlucentibus facta eſt, hoc adeo gloriosum Encomium ommiſerit. Myſterium autem, quod quæſo eſſe poteſt, niſi numeri ratio? Eſt enim numerus binarius, apud Mathematicos imperfectiſſimus, quod primus à Monade recedat, quæ id numeris, quod cētrum lineis eſt, virtus ſcilicet, fons, mater, radix, & altrix. Vnde nec illum numeri nomine dignantur, ſed confuſam quandam duorum ueritatum aggregationem mage appellant. Dicant, qui dicere uoluerint, Pithagorica illa myſteria, magicas illas numerorum uires, non nunc probo. Sed & frigidos eſſe prorſus numeros, nullam eorum habendam rationem, nullumque in numeris latere ſacramentum. Ac propterea ineptire, qui numeros quos ſacra obſeruat ſcriptura, tanquam ſuperſtitioſi profundius ſcrutantur. Hoc inquam eſt, quod refello, quod deteſtor. Hoc eſt, quod ego contra Auguſtinos, Hieronymos, Origenes, Bedas, qui tam magna, & mira prædicant, deque numeris ſcribunt, niſi me ſanctæ eccleſiæ compellat autoritas, nequaquam crediderim. Vis autem tu ſcire modū, quo numeris uirtutem tribuere ſoleo ego? Ecce. Deus optimus maximus, Monas eſt ſimpliciſſima, in ſeipſo ſemper felix, nulliuſque boni indigus. Omnia quippe, præter eum, compoſitionem quandam habent, igitur & multitudinem. Quare nihil eſt unitas. Omnia itaq; ex numero cōſtant, immo numerus ſunt: Quoniam multitudo ſunt. Nunc enim non diſtinguo multitudinē à numero. Hoc adeo clarum eſt, ut nihil clarius. Huic iunge hoc aliud. A Deo vniuerſa creata ſunt, & creantur. Is nāque eſt, qui tāquam uerè optimus, eſſe rebus omnibus communicat, & diffundit, at non tamē eodem modo, ſed alio & alio, his clarius, his obſcurius. Diſtantiæ enim entium à primo principio ualde diuerſæ ſunt: ſicut & numeri, nō pare, ſed impare gradu diſtant, recedūtq; ab vnitate. Quemadmodum ergo, ſecundum diuerſas haſce diſtantias, diſtinctas ſortiuntur rationes, diſtinctaq; nomina ipſi numeri. Vt hic ſit, dicaturque binarius, ille ternarius, ille quaternarius. &c. Ita ſecundum gradus, ſecūdum quos à Deo prodeunt, creaturæ, de diuina illa ſcilicet perfectione participantes, ad illamque magis vel minus accedentes, numerum quidem habēt. Immo numeri ſunt. Prima creatura poſt Deum, dualitas erit. Secunda, trinitas. Tertia tetractis, & ſic diſcurrēdo. Hoc fortaſſe olfecit ille, qui rerum naturam, ſicut numeros eſſe dixit, doctiuſque illius præceptor dixiſſe uiſus eſt, qui omnia numeros, numeriſque eſſe, ac cōſtare docuit Hinc modo quis nō uideat, omnem rerum uirtutem, in numeris ſitam eſſe, quando rei vniuſcuiuſque uirtus propria, immo natura & eſſentia, in determinato numero cōſiſtit, in determinato nēpe gradu, quo ab illa ſumma Monade diſtat? Vnaquęque enim natura, determinatum, proprium, adequatumque numerum habet, ex gradu proprio quē habet in uniuerſo. Sed non ſciuntur hi numeri, qa nec ſcimus quanto gradu diſtat quælibet res, à creatore. De aliquibus, ſcim⁹, exempli gratia de lucifero, qui fuit primus angelorum omnium. Is à Monade primus receſſit, is ergo dualitas erat. Michael trinitas, quaternarius Gabriel, Raphael quinarius. Si ſcirem quoto gradu homo Leo diſtat, ita reubarbarum pentaphilon, à diuina illa perfectione, ſcirem, quis nam eſt determinatus hominis, Leonis, numerus, & reubarbari & pentaphili. Scito, quod omnia, quæ creata ſunt, in infinitum diſtant à creatore. Finiti enim ad infinitum, nulla finita proportio eſt. Et ita, quo ad hoc, creaturæ vniuerſæ æqualiter diſtare videntur. Nam infinitum, infinitate

nitate, non eſt maius, neque minus. Vnde à centro ad circunferentiam ductæ lineæ, ſunt æquales omnes. Centrum vero Deum eſſe perhibent ſapiẽtes, lineas creaturas. Attamen nemo dubitat, imparem eſſe creaturarum perfectionem. Angelum enim homine, hominem leone, leonem equo perfectiorem eſſe, quis neſciat? Quæ ergo perfectiora ſunt, ad Deum magis accedere uidentur: quæ imperfectiora, minus. Hinc omnium rerum menſura dicitur, quoniam ex acceſſu ad illum, & receſſu ab illo, creaturarum perfectio, maior, minorque ueſtigatur. Quomodo inter colores, qui albedini magis finitimus eſt, Deo perfectior, qui minus, imperfectior. Hinc itaque habetur, illam dici primam, hanc ſecundam, hanc tertiam. &c. Ecce rerum numeri ſubſtantiales, rebuſque ipſis eſſentiales, qui genera omnia circumeunt, vt actus & potentia, neceſſarium & contingens. Nulli enim addicti ſunt prædicamento, ſicut nec res, vel τὸ ὄν. Ens vel eſſe. Hoc tantum inter hæc diſcrimen eſt, quoniam actus, potentia, neceſſitas, contingentia, rerum quippe modi ſunt, atque rerum ſubſtantias, quibus adueniunt, præſupponunt. Natura ſaltem illis poſteriores: at numeri iſti, res ut uides, cõſtituunt, formæque eorum ſunt. Vel igitur natura priores, vel ſimul ſaltem cum rebus, quarum ſunt numeri. Sunt itaq; rerum numeri ipſi, propria ſimbola atque imagines. Quilibet enim numerus, alicui rei proprius eſt, qnia in illo gradu diſtat à Deo res aliqua, in quo numerus (quem uolueris ſume) ab unitate diſtat. Si ergo rerum imagines vniuerſæ, ſpecies ſenſibiles, phantaſmata, intentiones intellectæ, tantam uim habent, cur non magnam vim numeris ipſis tribuemus? Hinc puto binariũ numerorũ infeliciſſimum eſſe, quod ſuperbi luciferi illius, primum ſimbolum fit, qui primus à Deo ſponte recedens, infeliciſſimus effectus eſt. Senarium uero in perfectione primum tenere gradum. Quoniam cũ omnia nihil eſſent, primum hoc numero condita & perfecta ſunt, vt alios numeros nunc

Bit. ad Rom.

ommittam. Nec mihi dicas. Numerus igitur ſenarius, à creationis opere perfectionem accipit. Non inquã ita eſt. Qñquidem numeri ſenarij idea, creationẽ præceſſit, ut optimè dixit Auguſtinus, in tractatu quẽ de numero ſenario edidit. Sed nobis, niſi ex creatione primũ, haudquaq̃ inotuit. Si ergo Deus, in numero ſenario orbẽ creauit, quod ex illius numeri idea factum eſt, quis numerorum maieſtati, & diuinitati derogare uoluerit? Vnitatem extollimus, adoramus, qm̃ Dei (qui ſumme unus eſt) ſimbolum extitit. Credimus enim Principis unitatem in regno. Contemplationis in uita, in religione fidei maxime decere. Vnde illud eſt. Martha, Martha ſollicita es, & turbaris erga plurima, porrò unum eſt neceſſarium. Non ergo numeros ipſos, nihilpendat quiſpiam, qui ſunt rerum formę, quas Deus creauit. Omnes enim numeri, rebus aliqnibus proprij ſunt, ex declaratiõne facta. Et ſi res omnes cognoſceremus, & earũ uirtutes, ſciremus etiã, cur ille numerus illi rei cõueniat, & ille illi, & ita ſecũdum numerũ, vnicuiq; rei propriũ, ſicut per propriam uirtutẽ, operari poſſemus. Non agnoſcimus aũt, ideo & in numeris erramus, nnum numerũ credentes habere uirtutẽ ad aliquid agendum, & ad aliud habebit. Quemadmodum ſimplici aliquo, ad aliquem curãdum morbum ſæpe utimur, & nequaq̃ curamus, quia ſimplicis uirt⁹ illius, nõ ad illũ morbum, ſed ad aliũ eſt. Et nos id ignoramus. Quò fit, ut vaniloquos & mendaces, magna ex parte, ne dicam in totum iſtos cabaliſtas eſſe credam, q̃ p numeros, diuinę ueritatis ſecreta innumerabilia inuenire, & uaticinari p̃ſumunt. Credo equidẽ, quod ſi rerum numeri cognoſcerent, ad diuinarũ rerũ cognitionẽ, & ad mira agẽda, regulã habere poſſemus. Idẽ nanq; dictu eſt, ſi rerũ uirtutes ſciremus, magna contemplari, & peragere poſſemus. Quis ambigere de hoc poteſt? Verum enimuero, rerum numeros nouit ille ſolus, de quo dicitur. Qui numerat multitudinem ſtellarum. Et qui dicit. Veſtri capilli capitis, omnes numerati sũt. Cũ ergo nos numeros neſciam⁹, qa nec

Luc. 10. *Pſ. 146.* *Luc. 12.*

KK 3 rerum

rerum differentias vltimas, ſcire poteſt
homo: ſuperſtitio noſtra eſt numeris in-
niti uelle. Quod ſi quandoque proce-
denti ex numeris, res feliciter ſuccedit,
vel ad intelligẽdum, vel aliud agendũ,
caſus eſt. Quia tunc neſcit ſe ſcire, cum
rei proprium numerum per quem pro-
cedit, ignoret. Eſt itaq; ſicut ſillogizãs,
qui ſillogizare ſe neſcit. Nam & id ruſti
cus perſæpe facit. Vacuum igitur & ina
ne hunc Alphabetariæ & Arithmanti-
cæ Theologiæ laborem, quo cæci, teme
rarijq; , & impudentes Iudæi, ex tottis
dictionum, ſillabarũ, literarum, nume-
rorum, ſupputationibus, ineffabilia dei
myſteria, quæ ſcripta non ſunt, ſe ſe in-
uenire iactant, per quæ etiam prophe-
tare, uirtutes, & miracula facere, ſine
rubore, magna audacia ſuæ cabalæ, nu-
gis inflati, mentiri non uerentur, relin-
quite. Ex hoc enim cabaliſticæ ſuperſti
tionis fermento, prodierunt, ut puto,
Ophitæ, Gnoſtici, & Valentiniani hære
tici, qui ipſi quoq; , cum diſcipulis ſuis
Græcam quandam cabalam, commen-
ti ſunt. Et hęretica prauitate, oĩa chriſtia
næ fidei myſteria, ad grammata Græcę
linguę, atque ad numeros, uiolentia in-
uerecunda protrahentes, ultra euange
lium, doctrinam quãdam cõdiderunt,
quam ueritatis corpus appellabant. In-
telligere nolentes, quod ſpũs ueritatis,
qui repudiata Iudæorum ſinagoga, in
poſteris temporibus venit, docere
Ioan. 14. nos omnem ueritatem. Si hæc cabala,
ad intelligentię ueritatem conduceret,
non illam utique eccleſiæ ſuæ celaſſet,
quam docuit omnia, quæ Dei ſunt. Vn
de rectè diuus Hieronymus ait. Quod
non eſt ſcientia pietatis. Et Auguſtinus.
De omnibus Mathematicis ſciẽtijs, ſeu
diſciplinis, licet (inquit) hæ diſciplinæ,
vel nullas, vel paucas in eccleſia dede-
rint hæreſis, nihil tamen ad ſalutem pti
nent, ſed magis in errorem mittunt, &
à Deo auocant. Ne itaque cani illi quæ-
ſo ſimiles efficiamur, qui pane relicto,
in illius inhians vmbram, eſcam perdi-
dit. Non itaque pro cabala inani, quæ
ueritatis tantum vmbram habet, ue-
ritatis paſtum, quẽ ſacra miniſtrat ſcri-
ptura, relinquamus, vt cum Iudæis in-
2 Tim. 3. ueniamur, ſemper diſcẽtes, & nunquã
ad ſcientiam ueritatis peruenientes.
Deinde dicit.

Dico ergo. Num impegerunt ut caderent? Abſit. Quibus uerbis, ſecundum & ter
tium aggreditur Apoſtolus. Oſtendit
uidelicet, ſimul Iudæos, qui cecidere,
nec inutiliter, nec irreparabiliter ceci-
diſſe. Attende autem quomodo ex di-
ctis anſam accipit, ad hũc ueniendi ſer-
monem. Accuſauit maximè Iudæos: eo
rum incredulitates demonſtrauit, oſtẽ-
dit contumaciam, pœnam declarauit:
penæq; perpetuitatem vehementer, cri
minum magna congerie eos repręhen
dit. Adduxit Eſaiam. Moſen, Heliam,
Dauidem contra illos clamantes. Ne er
go in deſperationem eos agere uidea-
tur, atque reditum ad fidem eis prorſus
occludere, leuat eos, atque conſolatur.
Dialogum autem facit quærentis, &
reſpondentis, quo gratior ſit ſermo. Ec-
ce igitur quæſtio. Quia dictum eſt, tan
tum electos diuinam iuſtitiam, fide aſ-
ſequutos fuiſſe, reliquos excæcatos: ita
vt excæcati in petram ſcandali impege-
rint, ruerintque præcipites: quia menſa
facta eſt eis in laqueum, quo irretiti, in
prædam qua errabundi, in ſcandalum,
quo offenſi, in retributionem qua iux-
ta demerita remunerati fuere: quæren-
dum eſt hoc. Ita ne impegerunt, ut ca-
derent, & ruerent? Senſus eſt, & ceci-
derũt, & corruerũt, ſed hic ne ſuæ ipſo
rũ excæcationis finis fuit, & ĩpingerẽt,
vt impingentes caderent? peccarent. ſ.
& perirent? Solutio eſt. *Abſit.* Deus. n.
non delectatur in perditione: non ex- Sap. 1.
cæcauit itaque Iudæos, neque excæca-
ri permiſit in peccatorum pœnam, vt
grauius peccarent, atque tandem æter-
num interitum ſibi compararent, *Sed ip
ſorum peccato, ſalus Gentibus*, ſupple à Deo
facta eſt. *Ad hoc vt ipſos, ad æmulandum
prouocaret.* Subintelligitur Deus. Ecce
ſimul, quàm utilis fuit Iudæorum ca-
ſus, & quàm reparari poſſit. Primum
exprimit Paulus, cum dicit. *Ipſorum pec
cato ſalus Gentibus.* Secundum cum ſub
dit. *At hoc vt ipſos, ad æmulandum*, vel ad
æmulationem *prouocaret.* Quo ad pri-
mum, recole ſuperius oſtenſum fuiſſe,
Deum tàm bonum eſſe, ut nullum ma-
lum, neque quod facimus, neque quod

patimur,

patimur, permittat, niſi quia nouit bonum ex omni malo elicere. Et tale bonum, quod malum prorſus excedat. Iudæos illos itaque, qui cecidere, excæcari permiſit, quoniam ex illorum peccato, Gentium ſalus ſequuta eſt. Contradicentibus quippe Iudæis Chriſti uerbo, quod Apoſtoli prædicabant, ipſi ad Gentes conuerſi ſunt, à Gentibus recepti fuere. Sicque ſalus, quam Iudæi faſtidiebant, contigit Ethnicis. Hac ergo intentione, non ipſi ſua ipſorum culpa ſe ſe excæcarunt. Sed Deus, qui mala inuertere nouit, ut bona fiant, ſua ipſius ſapientia, eos cæcari, & cadere paſſus eſt, vt illorum peccata, Gentium ſalutis occaſio eſſent. O Gentes, quantum Iudæorum peccato debetis, vult dicere Paulus. Ipſorum nanque interitus, ueſtræ ſalutis occaſio fuit. Cur ergo eos detrectatis? Clamate potius. O felix Iudæorum culpa. O dulce peccatum, quo nos ſaluati ſumus.

Quo ad ſecundum. Vide quàm impenſè Iudæos dilexerit Deus. Nam etiã Gentium ſalutem, ad perditę Iudææ reparationem ordinauit. Iudæorum peccata, nõ erant ſuapte natura bona. Ideo ni mirum, ſi Deus, qui omnis boni fõs eſt, ea abſolute non uoluit, ſed tantum ut occaſio fuere bona, ſeruandi ſcilicet Gentes. At Gentium ſalus, etiam ſi ad Iudæorum ſalutem ordinata non fuiſſet, ſuapte natura bona erat, propterea per ſe appetada, Deus nihilominus eã, ad ſeruandos Iudæos ordinauit. Paſſus eſt Iudæos peccare, non ordinauit, vt ſeruarentur Gentes. At ipſarum Gentium ſalutem, ad ipſorum Iudæorum ſalutem ordinauit. Gentium ſalutẽ non contentus, uoluit & per eas Iudæos ſeruare. Hoc modo ſcilicet, vt Iudæi Gentium conuerſionem uidentes, quæ primum athee, nullo non ſcelerum genere conſpurcatiſſimæ erant, ſpem concipiant, ſi pęnitere uoluerint, in Dei gratiam denuo recipi poſſe. Poſtquam Gẽtibus profanis & ſceleſtiſſimis, tantos uident fauores collatos fuiſſe, ſpeq; concepta, ęmulatione, zelo, inuidiaque ſancta, alienæ aduerſariorum felicitatis ducti, propriam miſeriam intra ſe diligentius perpendant. Atque ita, ſicut magno corruere impetu, facili, animoque feruido, ſancta elati ſupbia, vt potẽ cõfuſionem tantam pati nolentes, ſurgãt & reſipiſcant. Quod omnino fiet in mũdi fine, in omnibus Iudæis, ſitq; in aliquibus quotidie. Quid igitur inuides Iudæe (vult dicere Paulus,) Gentium ſaluti, quando & tu propter Gentes, ſalutem quàm primum faſtidiebas, continẽter aſſequeris? Lætari debes miſer, non dolere, quod te, diuinas renuente gratias, Ethnici illas receperint. Quandoquidẽ eorum occaſione, & tu ipſe, qui tua culpa perditus eras, ad ſanctiſſima illa chariſmata ęmulandum prouocatus, modo uolueris, ſeruabere. Vides, quãta arte Apoſtolus, iſtos compeſcit & illos, ne propter peccata deſpiciant Iudæos Gẽtes, ne propter ſalutem, Iudæi Gentibus inuideant. Prouocare ergo ad æmulandum, ſupra in verbo Moſe, capite decimo, in malam partẽ accipiebatur, hic in bonam, pro imitari. Vnde illud. Æmulamini meliora. Æmulor enim vos Dei æmulatione. Difficultas tamen hic oritur, propter loquendi modum Eſaiæ. Excæca cor populi huius, & aures eius aggraua, & oculos eius claude, ne uideat oculis ſuis, & auribus ſuis audiat, & corde ſuo intelligat. Omnino itaque excæcati ſunt ut caderent, ut non conuerterẽtur. Sed omiſſum eſt uerbũ illud forte: Ne forte uideat oculis ſuis. &c. Cum enim dicit forte, ſignificat, quod ſi uolunt, cõuerti pñt. Nõ ergo excęcati ſunt ut pereãt, ſed ipſis cadẽtibus, ſalus Gẽtilibus, facta eſt, vt & illi deinde ad æmulandũ Gentes prouocẽtur, ut demum ſaluentur. Sequitur. 1. Cor. 12 2. Cor. 11 Eſa. 6.

Quod ſi delictum ipſorum diuitiæ ſunt mundi, & diminutio eorũ diuitiæ *Gentium, quanto magis plenitudo eorum?* Quia enim Iudęus audiens, peccatum ſuum, fuiſſe ſeruandæ Gentis occaſionem, ſuperbire potuiſſet, lætarique cum malefecerit. Apoſtolus illum hac voce reprimit. Quid gloriaris in malitia? Si Deus omnipotens, ſuæ ſapientiæ diſpenſatione, tuo lapſu ad Gentium ſalutem uſus eſt, num multo magis tua uſus fuiſſet uirtute? Si nec tua delicta, apud illũ inutilia fuere, putasne fuiſſet inutilis tua iuſtitia? Si tua pauperie Gentes ditauit, Pſ. 51.

quomodo tuis diuitijs, non multò magis illas locupletaſſet? Num magis eſt, vti malo ad bonum, quàm bono? Poſtquam ergo Deus, ex tua incredulitate, Gentes ad fidem conuertere potuit, nonne tuo exemplo, ſi credidiſſes, itidem eas conuertiſſet? Si pauci ex vobis omnem penetrantes orbem, vniuerſas Gentes ad Chriſtum traxerunt, quid feciſſent, ſi fuiſſent innumeri? Dole Iudæe, quod peccaſti. Neq; enim trahendi Gẽtes, modus Deo defuiſſet: etſi nemo Iudæorum, non credidiſſet. Immo tunc maximè credidiſſent Gentes omnes, quando vniuerſos Iudæos, in Chriſtum credere, Chriſtumq; confiteri conſpexiſſent. Et verum dicit. Hæc tantum differentia interceſſiſſet. Iudæi.n.primi fuiſſent, ſecundi Ethnici. Verum nunc, ob illorum incredulitatem, ordo mutatus eſt. Iuxta Moſe
Deut. 28. vaticinium. Ipſi erunt in caput, & tu eris in caudam. Non mihi dicas, Periſſent omnes Gentes, ſi Iudæi non exorbitaſſent. Nanque ad illas Apoſtoli non acceſſiſſent. Habes quidem Apoſtoli noſtri verbum, ad tumultuan-
Act. 13. tes Iudæos. Vobis oportebat primum prædicari verbum Dei, at quoniam repuliſtis illud, ecce conuertimur ad Gẽtes. Nota verbum, primum oportebat. Non vnice itaque Iudæis, & Gentibus Apoſtoli prædicaſſent, pri-
Rom. 1. mum tamen Iudæis. Vnde dicitur, Euãgelium eſſe in ſalutem, & Iudæo, & Græco, primum tamen Iudæo, quàm
Matt. 10. Græco. Quod ſi prohibuit Chriſtus. In viam Gentium, ne abieritis, audi, & pondera, quod ſequitur, ſed potius ite ad oues, quæ perierunt domus Iſrael. Significans ad vtroſq; eundem eſſe, at potius, & prius ad oues Iſrael, quàm ad Gentes. Illum quippe populum, in peculiarẽ ſibi delegerat. Quod ſi cauſam quæris. Memento verbi illius. Inſipientis eſt cauſam quærere, vbi non eſt cauſa, & labellum compeſce. Propterea ex Iudæis, & Gentibus proceſſit Chriſtus, vt ſignificaretur, omnes illius incarnatione ſaluandos eſſe. Nec illud obſtat, quod Chriſtus Cananeæ dixit.
Matt. 15. Non ſum miſſus, niſi ad oues, quæ perierũt domus Iſrael. Paulus enim Apoſtolus egregie illud, hũc in modum interpretatur. Chriſtus Iudæis, non Gẽtibus, tantum promiſſus eſt. Venit ergo, tantum ad Iudęos, hac ratione, pro confirmandis promiſsionibus patrum, non autem ad Gentes. Cum enim promiſsiones Gentibus factæ non eſſent, nimirum ſi ad illas miſſus non eſt, hac intentione, vt legalitatem, fidelitatẽq; diuinam oſtenderet. Quod omnino cum Iudæis, qui oracula habuerant, fieri opus erat. Verum, & ad Gentes, hac alia intentione miſſus eſt, vt ex miſericordia diuina, & ipſę ſeruarentur. Mo-
do inquit. Dico Chriſtum miniſtrum Rom. 15.
fuiſſe circuncisionis, pro veritate Dei, ad cõfirmandas promiſſiones patrum, Gentes autẽ ſuper miſericordia honorare Deum. Vide hic Ethnice, Iudæorum magnam gloriam. Ad illos enim quaſi ex debito miſſus eſt Chriſtus, pro oſtẽdenda ſcilicet Dei veracitate. Ad te vero, tãtum ex miſericordia venit. Nec eos miſit primum, ſed poſtquam Iudęi, illos recuſarunt, & faſtidierunt, ita cõrigit, & in conuiuio illo, quod paraboli-
cè refert Chriſtus. Cęci enim, claudi, & Luc. 14.
minutulę plebis homines, qui Gentiliũ tipum geſſere, ad cęnam vocati nõ fuerunt, donec qui inuitati fuerant, inuitãtem adeo contempſerunt, vt de illis, dictum ſit. Qui inuitati fuere, non fuerũt digni. Exultet igitur hac ratione Iudæus. Contra vero ingemiſcat, quoniã omnes dignitates olim Iudæis conceſſę, propter eorum incredulitatem ablatæ, & ad Gentes translatæ ſunt, iuxta
Dauidis vaticinium. Omnia cornua Pſ. 74.
peccatorum confringam, & exaltabuntur cornua iuſti. Exponunt nanq; Hebræi, per cornua dignitates, vt in Midras Tehilim, ideſt in expoſitione pſalmorũ, pſalmo ſeptuageſimo quinto pater. Habebant ergo cornua decẽ, quæ Deus ſanctus, & benedictus, (vt eorũ verbo vtar) dederat Iſraeli, ideſt decem
dignitates. Cornu Abrahæ. De quo il- Eſa. 5.
lud legitur. Vinea fuit dilecto meo, in cornu filio olei. Cornu Iſaac. De quo illud, Et ecce aries vnus retentus in dẽ-
ſitate, per cornua. Cornu Ioſeph, ideſt Gen. 22.
cornu regni. Cornua Rhinocerotis cor-
nua eius. Cornũ Moſe, Cornuta erat Deut. 33.

facies

Exo.34. facies eius. Cornu prophetiæ. Orauit
1.Reg.2. Anna, & dixit. Exultauit cor meum in
domino, & exaltatum eſt cornu meum.
Abac.3. Cornu legis. Cornua in manibus eius.
Pſ.111. Cornu ſacerdotij. Cornu eius exaltabi-
2.Par.25 tur in gloria. Cornu leuitarum. Om-
nes iſti, filij Heman vidētis regis in ſer-
monibus Dei, vt exaltaret cornu. Cor-
Pſ.21. nu Hieruſalem. Et à cornibus vnicor-
nium exaudiſti me. Et cornu Meſſiæ.
Dedit fortitudinem regi ſuo, & ſubli-
1.Reg.2. mabit cornu Meſſiæ ſui. Producā cor-
nu Dauid, paraui lucernā Meſſię meo.
Omnia itaque hęc decem cornua, à Iu-
Hier.48. dæis ablata ſunt, iuxta Hieremiam. Cō
fregit in ira furoris, omne cornu Iſrael,
Dan.7. dataq; ſunt Gētilitati: iuxta Danielem.
Beſtia quarta terribilis, mirabilis, fortis
nimis, dentes ferreos habebat, & cor-
nua decem. Quid eſt enim beſtia iſta,
niſi Romanum imperium, quod ſane
ob idololatriā, & feritatem, meritò be-
ſtia appellatur? Hæc ergo cornua om-
nia dono ſuſcepit à Deo, cum Hieroſo-
lymam, templum, ſanctuariumq; ſuc-
cendit: cum ſacerdotes, & leuitas occi-
dit: cum ſacrificia, ceremoniasque vni-
uerſas, pro Iudæis omnibus prohibuit:
cū imperāte magno Conſtantino, chri-
ſtianæ fidei colla ſubiecit. Silueſtroque
Pontifici Maximo vrbis Romæ impe-
rium, orbisque Monarchiam, non ſine
numine diuum, ceſſit. O ſi hæc Iudæi
conſiderare vellent, audenter dicam,
impoſſibile eſſet, quin ſancta quædam
inuidia accenſi, quo hæc cornua recu-
perare poſſent, & confunderentur pri-
mum, & ad Chriſti fidem conuerteren
tur. Et tunc. O quantum proficerent
Gentibus. Ad finē nanq; cum à Iudęis,
auferetur velamen, cum Chriſtum co-
gnoſcent, & tanquam Deum colēt, qui
ex Gentibus, ad Chriſtū venerint, do-
ctrina, & exemplo, Iudæorū, mirum in
Act.18. modum proficient. Exemplum in actis
Apoſtolicis habes, de Iudæo illo tantæ
doctrinæ viro, qui Apollo dicebatur,
potens in ſcripturis, atque magnæ elo-
quentię, vehementer Iudæos incredu-
los reuincebat, publicè per ſcripturas
oſtēdens, Ieſum eſſe Chriſtum: & pro-
tinus addit euangeliſta, multumq; con
tulit illis, qui crediderant. Hoc eſt er-
go, quod dicit Paulus. *Si diminutio eo-
rum.* Ideſt, ſi poſt tam magnum eorum
numerū, qui reprobati ſunt, ex Iudęis,
tanquam arena maris, diminutiſſimus
ille reliquiarum numerus, Gētes dita-
uit; vel quia per accidens illis depau-
peratis, ditauit vos Deus. Vel quia ſpi-
ritales noſtras diuitias, virtutes, mores,
ſcientiam, fidem, pietatem Iudæis de-
bemus. Hinc ſuperędificati dicimur, ſu Eph.2.
pra fundamenta Apoſtolorum, & Pro-
phetarum, qui omnes Iudæi fuere:
Quantò magis eorum plenitudo? Sup-
ple, & ditaſſet, & ditabit Gentes vni-
uerſas? Conſiderandū tamen eſt, quod
Paulus duo dicit. Primum. Delictum
eorum, diuitiæ ſunt mūdi. Secundum.
Diminutio eorum, diuitiæ ſunt Gentium.
Fortaſſe primo illo verbo, Chriſti necē
intelligit, qua omnis mundus ditatus
eſt, cęlum, terra, Angeli, homines. Se-
cundo verò, paucas illas electorum re-
liquias ex Iudæis, ditaſſe Gentes, modo
quo dictum eſt. At melius eſt, vt dica-
tur, quod ſecundum exponit primum,
vt illa coniunctio. *Et,* ſtet expoſitiuè.
Cuius inditio eſt, quod Apoſtolus non
refert deinde duo in concluſione, ſed
vnum tantum. Si enim hæc pro duo-
bus, & non pro vno tantum habuiſſet,
concludendum erat. Si delictum eorū
diuitiæ ſunt mundi, & diminutio eorū
diuitię Gentium, quanto magis eorum
innocentia, & plenitudo? per antithe-
ſim. At tantum retulit ad diminutio-
nem, non ad delictum. Quanto magis
eorum plenitudo? Delicti ergo nomi-
ne, Iudęorum incredulitatem, qua pau
ciſſimi etiā poſt Chriſtum ſaluati ſunt,
intelligit. Et ita mundi nomine, om-
nes Gentes intelligit, vt ſit tantum vna
propoſitio, non duę, & ita vna antithe-
ſis non duæ. Tunc autem concludit.

*Vobis enim dico Gentibus, equidem. Qua-
tenus ego ſum Apoſtolus Gentium, miniſte-
rium meum glorifico, ſi quomodo ad emu-
landum prouocem carnem meam, & ſaluos
faciam aliquos ex eis.* Hinc diſcite Iudęo-
rum ſalutem non deſperare. Ego enim
inquit Paulus, non credo me fruſtra la-
borare, adnitens, vt & carnes meæ, vi-
ſcera mea, Iudæi ipſi, euangeliū Chri-
ſti audiant. Spero nanq; futurum eſſe,

vt ad ęmulationem Gentium prouocétur nonnulli, ſaluiq; fiant. Nedumauté nõ credo, meam operam perditum iri, at potius mihi videtur, miniſteriũ meũ hac ipſa opera glorificari: quãdo ego ipſe Apoſtolus ſum duntaxat Gentiũ, pro Iudæorum tamẽ ſalute ſollicitor. Quẽadmodũ & chariſſimus frater meus Petrus, Apoſtolatum habuit circũciſionis: nec tamen prorſus Gentilium ſalutem deſpexit vnquam. Notate autem verbum illud. *Quatenus ſum Apoſtolus Gentium.* Significat enim qđ indignè Apoſtolicum munus inter Gentes obijſſet, niſi hanc ſupererogationis operam Iudæis impendiſſet. *Quatenus ergo Apoſtolus Gentium.* Ad æmulandum Iudæos prouocabat. Quoniã ſcilicet Iudæi, valde Gentibus profeciſſent, ſi ad ouile dominicum voluiſſent cum Gentibus cõgregari. Et propterea ipſi Paulo, tanquã Gentium, Apoſtolo, cõueniebat ex munere Iudæos prouocare, pro maiore Gẽtium, fructu & eruditione. Ita Petro uice uerſa Gentes, non detrectare, ut Iudæi gratiarum diuinarum maria copioſiſſima, longe melius cognoſcerent: uidentes & Gentibus atheis, cæleſtis regni ianuam apertam eſſe. Hac autem declaratione tollitur cauillus ille, quo dicitur, Paulum falcem in alienam meſſem miſiſſe, itemque Petrum. Quoniã Petrus Apoſtolus, erat circunciſionis, Paulus præputij. Vterque tamen indifferenter uerbum prædicabant. Ecce reſponſio, pro ſui populi ſalute, utriq; intendere, vtrumq; oportebat. Et hoc eſt quod ſequitur hic Paulus noſter, declarans ſcilicet, quomodo id muneris illi contingeret, prouocare Iudæos, quatenus Gentium Apoſtolus erat. Et litera patet ex dictis. *Si enim abiectio ipſorum, reconciliatio eſt mundi, quæ aſſumptio niſi uita ex mortuis?* Ideſt Si illis abiectis, Gẽtium ſequuta eſt recõciliatio cum Deo, quid utilitatis Gentibus eueniet, cũ ipſi iterum aſſumentur? Proculdubio. *Vita ex mortuis.* Nunc mortuę ſunt Gẽtes, etiam quæ Chriſto credunt, tunc uiuificabuntur. Non itaq; pro Iudęis laboro, cum illos ad æmulandum Gentes prouoco. Id enim efficit Cephas. Sed pro ipſis Gentibus, quarum ſalutem modis omnibus ſollicite procurare teneor.

Sed hoc eſt ſatis obſcuram. Quomodo Chriſtiani ex Gẽtibus mortui ſint, viuificandiq; ſint per Iudæos, cum ad Chriſtum conuertentur. Poteſt tamen dupliciter exponi. Primo ſic. Vita enim ex ſenſu, & motu cognoſcitur, Gẽtiles ergo neſcientes ſcripturas, uix ſentiunt fidei Chriſtianæ ueritatem, quam profitentur: quoniam efficaciſſimum Chriſti teſtimonium, eſt ſcriptura ſacra, Chriſto dicente. Scrutamini ſcripturas, quia *Ioan. 5.* illæ ſunt, quæ teſtimonium perhibent de me. Quare & ni mirum, ſi magna Chriſtianorum pars, tepiditate magna tenentur, & pauci mouentur, cum feruore, paucioreſq; ad finem mundi mouebuntur, propter Antichriſti perſecutiones, qui ſignis & prodigijs mendacibus, ſeducet illos facilè, qui ſcripturas ſacras, non optimè calluerũt. Hoc modo ergo mortui iſti dicuntur. A Iudæis itaque tunc edocti, & ſenſum & motum recuperabunt. Concordia quippe ſcripturarum, Chriſti ueritatem intelligentes, ſigna illa fallacia eſſe dignoſcent, & hi in quibus primum infriguerat charitas, feruere incipient. Secundo uero, de corporis uita exponi poteſt immortali, ad quam reſurgemus omnes, cum in illa die omnis Iſrael ſaluus fiet, ut ſit ſenſus. *Ideo ad æmulationem Gentium, prouoco carnem meam*, quia certo certius ſcio, quod cum ipſa Iudæa, ad Chriſtum conuerſa fuerit, erit mundi cõſummatio, & nos omnes ex hoc carcere mortis liberati, immortalitate donabimur. Quo ergo id citiſſimè fiat, contẽdo, vt non modo Gentes, ſed & Iudæi audiant verbum euangelicæ ueritatis. Nam & idipſum ad Gentium cedit utilitatem, quarum ſum Apoſtolus. Ita igitur debet legi, *Si abiectio ipſorum*, ſcilicet Iudæorũ, qui magna parte abiecti ſunt, quia primum Deum abiecerunt, *Reconciliatio eſt mundi*, Gentium, occaſionaliter, per accidens, occaſione inquam à Deo accepta, non ab eis data. Malum enim nõ eſt cauſa boni, niſi per accidẽs. *Aſſumptio*, Iudæorum in diuinam gratiam, *quæ?* ideſt qualis & quantæ utilitatis erit? Vt ſubiectum pro prædicato ponatur, & prædicatum pro ſubiecto.

Qua

Quæ Aſſumptio? Aſſumptio quæ? Niſi uita ex mortuis. Occaſione etiam à Deo accepta. At multo minus per accidens. Nam bonum ſuapte natura, eſt efficax ad bonum, & potentius longè, quàm ipſum malum. Cum igitur Iudæorũ lapſus, mundum Deo recõciliarit, quid mirum ſi illorum conuerſio & ſalus, maius aliquid, & præſtantius largiatur, rediuiuam ſcilicet & immortalem vitã? Deinde dicit.

Si autem primitiæ ſanctæ, & maſſa. Vel & conſperſio ſupplendum eſt ſancta. φύραμα. *Et ſi radix ſancta, & rami.* Supple ſancti. Hactenus enim caſum Iudæorum irreparabilem nõ eſſe oſtendit, declarans illum, non fuiſſe inutilem. Et ita inuolute probans unum, probat aliud. Nunc abſolutè probat, quod non ſit irreparabilis, & uidetur mihi, quod hæc ſit Apoſtoli intentio. Chriſtus ex Iudęis ortus eſt, ſanctus ſanctorum, nefas igitur eſt dicere, quod non poſſit uniuerſus populus ille ſanctus eſſe. Duabus ergo metaphoris utitur. Chriſtum nanq; primitias appellat & radicem, Iudæos omnes maſſam, vel conſperſionem & ramos. *Si primitiæ ſunt ſanctæ, & tota maſſa.* vel conſperſio non eſt ſancta, ſed poteſt eſſe ſancta. Similiter, *Si radix eſt ſancta, & rami.* Non ſunt ſancti, ſed poſſunt eſſe ſancti, id eſt nõ neceſſario ſunt praui. Hæc eſt enim Pauli mens, aliter probaret primum, Iudæos omnes ſanctos eſſe, quod iam ex dictis conſtat eſſe falſum, quandoquidem magna pars Deũ abiecit, eſtque abiecta à Deo. Secundo non curreret ratio, nanq; non protinus ſequitur, ſi bona radix, rami omnes boni ſunt: Neque ſi primitiæ ſanctæ, tota maſſa ſancta. Quid enim prohibet, radice exiſtente optima, multos in arbore ramos areſcere? Quid item prohibet, primitijs frugum exiſtentibus ſanctis, quæ Deo offerebantur, conſperſionem ex illarum frugum farina & aqua fieri non ſanctam, immo profanam? At omnino uerum eſt, ſi radix bona, omnes rami boni eſſe poſſunt. Si primitiæ ſanctæ, tota maſſa põt eſſe ſancta. Chriſtus autem radix eſt Iudæorum, iuxta
Apo. 5. illud. Radix Dauid. Primitiæ eſt illorũ etiam, hoc eſt princeps, primogenitus, occiſus etiam ab origine mundi, Ante- Apo. 13.
quam Abraham fieret, Iſaac, & Iacob. Ioan. 8.
In illum equidem omnes iſti crediderunt. Vniuerſa itaque Iudæa, poteſt eſſe ſancta. Cecidit autem magna pars Iudæorum, poteſt itaque reſurgere, vt ſit ſancta, nempe per Chriſtum, quo & omnis humani generis maſſa, ſanctificatur. Ex radice enim, rami bonitatem ſumunt: & ex primitijs Deo oblatis, maſſa accipit ſanctitatem. Quis autem dare poteſt Iudæis, ut ſancti ſint, ut Deo placeant, niſi Chriſtus? An Abraham, an Iſaac, an Iacob? Qui omnes etiam per Chriſtum ipſum, fuere ſanctificati. Nequaquam ergo aliã radicem, alias primitias uidere poſſum, quàm Chriſtum Ieſum dominum noſtrum.

Dimiſſa vero primitiarum, & cõſperſionis metaphora, radicis atque ramorum metaphoram proſequitur: & metaphoram metaphoræ addens, Iudæos oleam, Gentiles oleaſtrum appellat. Magna autem eſt huius ratio. Ex olea enim oleũ naſcitur: & ex Iudæis prodiit Chriſti gratia atque ſalus, quæ oleo comparatur, quo languidus ille ſemiuiuus, à Samaritano illo piiſſimo ſanatus eſt. Salus enim ex Iudęis eſt. Verum oleaſter, Luc. 17.
à oleæ degenerat nobilitate. Ita & Gen- Ioan. 5.
tes idololatræ, à populi illius nobilitate & ſanctitate degenerarũt. Quod nec oleum habebant ſalutare. Inquit ergo, in metaphoris ſemper perſeuerans. *Quod ſi ramorum aliqui fracti ſunt. Tu autẽ cum oleaſter eſſes, inſitus fuiſti illis, & conſors radicis, & pinguedinis oleæ, factus es. Ne glorieris aduerſus ramos.* Quo uerbo, Gentium inſolentiam refrenat. Tacitè tamen ferit & Iudæos, quorum peccato oſtẽdit factum eſſe, vt uiliſſimę, agreſtes, barbaræq; Gentes, ad eorum nobilitatem, felicitatemq; aſſumptę fuerint. Et qui primum lõgè impares erant, nũc omnia illa teneant, quibus ipſi potiebantur, & nihil minus. Ideo dicit, Gentiles euectos, ut ſint radicis cõſortes, & pinguedinis oleæ. Obiurgans itaque Gentes, quod efferri ſolerent contra Iudæos, qui increduli facti, à diuino ceciderunt fauore: ſimul carpit & Iudæos ipſos, extimulatque, irritat, & accendit, oſtendẽs, quod eorũ bona alieni poſſideant.

didere fuerunt Iudæi. Cum enim hie-
malia frigora abſcedunt, agricolæ ar-
boribus arbores inſerere ſolent. Deus
itaque, qui noſter agricola eſt, & dici-
Ioan. 15. tur, iuxta illud. Et pater meus agricola
eſt, cum infidelitatis frigus, à Iudæa,
receſſerit, cur ramos exectos inſerere,
non poterit, ad ſe ſcilicet auerſos con-
Cant. 2. uertere, & trahere dicens. Iam hiems
tranſijt, & receſſit, ſurge amica mea, &
Iob. 14. veni? Ne deſperes Iudæe. Lignum ha-
bet ſpem, quãuis præciſum fuerit, rur-
ſum vireſcit. Cur animo concidis?
Surculum malæ arboris, ſterilis, ama-
ræ, ſiluestris, ſecuris verbi Dei excide-
re potuit, & ſurculum bonum inſere-
re, non poterit? Gentilem, non mo-
do originaria ſordidatum labe, ſed in
profano idolorum cultu natum, & ali-
tum, in Abrahæ, Iſaac, & Iacob ſancti-
Eph. 2. tatem euexit. Te licet iræ filium na-
tum, ex ſanctis tamen patribus oriun-
dum, inter ſanctos conuerſatum, quã-
uis tua culpa fructum, non euehet, vt
iterum in patrum conſortium recipia-
ris? Infidelitate diſiunctus es, fide de-
nuo copulaberis. Nemo autem mire-
tur, ſi Apoſtolus de Iudæis agens, atq;
de Ethnicis, arborum metaphora vti-
tur. Nam & Prophetæ, & Philoſophi
omnes, de homine tanquam de arbore
loquuntur. Quid eſt enim homo, niſi
arbor euerſa? Radicem habens ad cę-
lum, ora ramos, ad terram pedes, bra-
Psal. 1. chia. Hinc Dauid de homine iuſto.
Et erit tanquam lignum, quod planta-
tum eſt, ſecus decurſus aquarum. Fru-
ctus arborum, nõ arboribus adſcribis,
non terræ, non agricolæ, ſed ſoli, ſed
cęlo, ſed Deo. Hinc illud. Annus non
ager fructum attulit. Anni quippe no-
mine, virtutes cœleſtes intelligis, quæ
annos, menſes, dieſque, & horas ſuis
efficiunt lationibus. Quo ergo diſcas,
opera tua bona, non tibi aſcribere, ſed
ſoli inuiſibili, atque intellectili, ſed cę-
lo illi ſupramundano, ſed Deo, Paulus
pugnaciſſimus ſuperbiæ domitor, om-
nis generis homines, arboribus compa
rauit: qui alibi in metaphora perſeue-
1. Cor. 3. rans, dicebat. Ego plantaui, Apollo
rigauit. Neque qui plantat eſt aliquid,
neque qui ſeminat, ſed qui incremen-
tum dat, Deus eſt. Oleę autem parti-
culatim metaphoram adduxit, quoniã
inter omnes arbores fęcundiſſima eſt,
hæc arbos, ita vt ſanctus ille dixerit.
Ego ſicut oliua, fructificaui in domo do
mini. Vt hinc à Paulo intelligas, Psal. 51.
quem expugnare opera Neoterici ſom
niant, quã maximè neceſſaria eſſe ope-
ra. Oportet enim, vt ex oleaſtro ſte-
rili, fęcunda olea euadas: vt ſcilicet ſte-
rilitatem caueas emortuę fidei, opero-
ſamq; fidem amplectaris, quo à ſanctiſ-
ſima illa radice Chriſto, cumulatiſſimè
ſanctificeris. Nulli autem in mentem
veniat, quod tantus Apoſtolus, agricul-
turæ artem non calluerit, ex qua exem-
plum deſumpſit. Namq; oleaſter oleę
non inſeritur, ſed oleæ rami inſeruntur
oleaſtro, vt oleaſter conſors fiat pingue
dinis, vbertatis, & fęcunditatis oleæ.
Quis id neſciat agricolarum? *Si* enim
oleaſtri ramũ, oleę inſeras, fructus eius,
erunt oleaſtri, non oleę. Et ita non erit
conſors oleaſter oleę dulcedinis, atque
pinguedinis. Contrà verò, ſi ramus
oleę oleaſtro inſeras, erunt oleę, non
oleaſtri. Et ita oleaſter erit particeps
pinguedinis, & dulcedinis oleæ, non
aliter. Non ergo credas, hæc Paulum
ignoraſſe. Non enim incaſſum adiecit,
præter naturam inſitus es, in bonã oli-
uam. Inſinuauit enim ſe ſcire, quod
olea oleaſtro inſeritur, vt oleaſter, ſit
oleę vbertatis particeps, non è contrà.
At Iudæus, qui olea dicitur, non eſt
Ethnico inſitus, qui eſt oleaſter, vt effi-
ceretur olea, ſed è contra, Ethnicus in-
ſitus eſt Iudæo, nec tamen fructum fe-
cit. Non eſt itaque omnino ſimilis hęc
metaphorica translatio. Neque enim
oportet parabolas, ſimilitudines, me-
taphoras, per omnia conuenire. Du-
bio procul agricola, oleæ ramuſculum,
in oleaſtrum inſerit, efficiturq; oleaſter
pinguedinis oleæ conſors, quoniã plus
ſolet radix ramo inſito conſentire, quã
radici ramus, licet in proprio ramo ſit.
In propoſito autem, contra naturam:
Non Iudæus Ethnico, inſertus eſt, vt
illum bonum faceret, ſed Ethnicus Iu-
dæo. Habes ergo vim, mentemq; Apo-
ſtoli. Indecorum videbatur dicere, Iu-
dæum Ethnico inſeri, cum Iudæus ſit
prior,

prior, & ſanctior genere, propterea dixit Ethnicum inſeri Iudæo. Sic autē melius potuit humiliare Gentilem Apoſtolus. cum diceret. Diuina gratia fuit, q̄d tu, cui nulla promiſſio facta fuerat, cui neq; iure carnalis cognationis Chri ſalus contingebat, neque tuis meritis, quæ nunquam fuerunt niſi mala, amara, acida, in tantum culmen prouectus ſis, vt ſis Gens ſancta, populus electus, dulciſſimus Dei filius, quod olim de Iudæis dicebatur, inſitus es antiquæ illi ſanctorum patrum nobilitati, inſitus es Chriſto, qui uere Iudæus eſt. Noli ergo extolli, time potius ſemper, & labora vt fructum afferas domino, alioquin
Luc. 13. dicet dominus. Ecce, tot annis uenio quærens fructum in arbore iſto, & nō inuenio. Succide illam, ut quid enim terram occupat? Deinde dicit.

Non enim volo uos ignorare fratres, myſterium hoc, (vt non ſitis apud uoſmetipſos prudentes,) quod cæcitas ex parte, facta eſt Iſraeli, donec plenitudo gentium intret, & ſic omnis Iſrael ſaluus fiet. Vbi quod parabolarum inuolucro cęlauit, dixit & non dixit, nunc palam explicat. Altis autem, quos hucuſq; proſequutus eſt ſermonibus, finem imponere uolens, de Iudæorum electione, de reprobatione Gentium & ſubrogatione, de extrema omnium ſalute, & magnum quid dicturus, quod omnium quæ dicta ſunt, ſit memoriale perhenne, claudatque feliciſſimo ſigillo, quod tam fauſtum initium habuit, progreſſuſque tam auſpicatos. Auditorum beneuolentiam captat, ſimul & attentionem, efficitque eos ſimul, vt nihil ommittat, quod rethore decere uideatur. Dociles. Magnū quid ſum dicturus Roma, Attende. Ecce myſterium tibi dico, at non myſteriū Eleuſinum, obſcuritatibus uerborum inuolutum. Volo ut id & tu intelligas. Erigite aures uniuerſi. Audite & intelligite parabolæ expoſitionem. Diuino iudicio factum eſt, vt Iudæorum pars excæcata fuerit, in hacque permaneat cæcitate, donec omnes Gentes, omniū ſcilicet nationum populi introeant, in ouile Chriſti. Non ſine autem myſterio dicit. *Plenitudo Gentium.* Quia erit tēporis plenitudo, cum ſaluatæ fuerint omnes Gentes. Tempus nanque amplius non erit. Itemque plenitudine gratiæ diuinæ ſaluabuntur. Tunc itaque, cum Gētium plenitudo, omnes introierint, omnes Iudæi, Deo ad ſe eos conuertente, ad Deum conuertentur: & ſalui fiēt. Apo. 10.

Ne ſitis quæſo apud uoſmetipſos prudentes, O græculi, putantes quod uos chariores habuerit Deus: ideo illos tanta crudelitate peccare uoluerit, atq; perire, ut uos ſeruaremini. Diuinum iudicium fuit, id uobis ſat eſt, hic ſiſtite: altiora ne quæratis. Iam dixi, & ideo dixi, ut ſuperbiam ueſtrā reprimatis: neque amplius dicatis, vt nos elegerit Deus, illos repulit: vt nos illuminaret, illos excæcauit. Fracti ſunt rami illi, ut ego inſerar. Supra id admittebā diſputationis finem uolens uidere, nunc myſteria docens, dico uerum non eſſe. Nō ſunt fracti rami, ut tu iſeraris, ſed quia fracti ſunt, tu inſertus es: non repulſi ſunt, ut tu eligereris, ſed quia repulſi ſunt, tu electus es. Propterea Paulus, nō dicit modo. *Cæcitas ex parte contingit in Iſrael, ut plenitudo Gentium intret.* Ne errorem pariat illa propoſitio, *Vel,* ſed dicit, *Donec plenitudo Gentium intraret.* Nō igitur excæcati ſunt Iudæi, vt ſaluentur Gentes, ſed tamen quia excæcati ſunt, ſaluatæ ſunt Gentes, manebuntq; excæcati, quouſque ad Chriſtum ueniūt omnes Gentes. Non hac intentione. Neque enim, ſi miſericors eſt Gentibus Deus, Iudæis crudelis eſt, vt eos uelit pro Gentibus ſaluandis, in cæcitate manere. Myſterium Dei hoc eſt, & iudicium occultum quidem, ſed iuſtum, ut Iudæi toto hoc tempore, cęci maneant, donec Gentes omnes alienigenæ, & tirus, & populus Ethiopum ad ciuitatem Dei, ad ſanctam Chriſti eccleſiam, quādoque ad refugij urbem, conueniant. Quod cum factum fuerit, & ipſi conuenient, eritque omnium credentium ex Gētibus & Iudæis, cor unum, & anima una. Intelligis Roma? Pſ. 86. Act. 4.

Veruntamen hic eſt difficultas. Quādoquidem durum & crudele uidetur, quod Iudęi tam magno tempore in cęcitate permaneāt, donec plenitudo Gētium intret. Quid enim ætate noſtra, atq; poſterioribus ſeculis confert, vel

conferre

conferre poteſt ad Gentium ſalutem cęcitas Iudæorum? Contulit primum, cũ Apoſtoli relictis Iudæis, ad Gentes trãſmigrarnnt. At nunc cur, non illuminãtur, ſed differtur tot ſeculis ac tantis, eorum illuminatio? Secundo. Innumera ſunt Prophetarum teſtimonia, quibus oſtenditur Deum Iudæos, tanquam rebelles & inimicos, de domo ſua abieciſſe: & in æternum reprobaſſe. In primis nanque Oſeas. Propter malitiam operum eorum, expellam eos de domo mea, nec addam diligere eos. Amos itẽ. Cecidit, nec addet reſurgere uirgo Iſrael. Quod ſi dicas, hæc tantum de decem tribubus intelliguntur, nõ de Iuda & Beniamin, qui tanquam reliquiæ in fine ſeculi ſeruabuntur. Conuellam te Hieremiæ uerbo. Expellam uos à facie mea, ſicut expuli omnes fratres ueſtros, omne ſemẽ Ephraim. Per Ephraim quippe decem tribus intelliguntur, propter Hieroboam eorũ Regem. qui fuit ex tribu Ephraim. Significatur ergo hoc uerbo, quod omnes Iudæi abijciendi erant in æternum, ſicut decem tribus. Cui ad ſtipulatur & illud Facies domini dimiſit eos, non addet ut reſpiciat eos. Hinc lamentatio illa magna. Quare in æternum obliuiſceris nos? derelinques nos in lõgitudine dierum. Ni mirũ ſi propter loci huius difficultatem, cui tot Dei oracula contradicere uidentur, Paulus Prophetam adducit, ut ſuis uerbis fidem concilier. Vnde ſequitur. Et ſic cum omnes Gẽtes conuerſæ fuerint. *Omnis Iſrael ſaluus fiet, ſicut ſcriptum eſt in Eſaia.* Secundum ſeptuaginta interpretum tranſlationem, non ſecundum literam Hebraicam. *Veniet ex Sion eripiens, & auertet impietates à Iacob, & hoc illis à me teſtamentum, cum abſtulero peccata ipſorum.* Autoritas hæc tam clara eſt, ut non poſſimus tergiuerſare. Opere prætium igitur fuerit, autoritatibus, quæ diuerſum ſonant nuper adductis, reſpondere. Mihi autẽ videtur, non admodum laborandum eſſe. Illud nanque Eſaiæ teſtimonium, quod Paulus affert, loca illa omnia declarat. Veritatem ergo tu breuibus accipe. Propter eorum incredulitatẽ, abiecti fuere Iudæi, à Deoque reprobati, ut nunquam ſint denuo in diuinam gratiam recipiendi, donec in ſuæ perfidiæ malitia permanebunt. Cum primum perfidiam depoſuerint, ſaluabuntur. Quod ſi uerba illa torquere uideamur: Non addet ut reſpiciat eos. Non addã diligere eos, quæ reprobatos fuiſſe Iudæos in æternum ſonant, non torquemus tamen. Supra enim docuimus, diuinas comminationes nunquã abſolutè intelligendas eſſe, etiam ſi abſolutè proferantur, ſed ſemper cum conditione.

Oſee 9.
Amos 5.
Hier. 31.
Tre 4.
Pſ. 37.

Ad Primam autem difficultatem, ſatisfacere non eſt durum. Magna quidem, & multiplex utilitas nobis omnibus, ex Iudęę cęcitate per accidens euenit. Mitto, quod occidentes Chriſtum, totum ſeruauerint orbem. Quod expellentes Apoſtolos, Ethnicos erudierint. Quod naſcentem Eccleſiam perſequentes, illam ſublimarint. Sed quid tibi vr̃ de hoc? Arma enim deferunt cõtra nos, & pro nobis pugnant. Cæci, ſcripturas tenent, legunt, relegunt, gloſant, torquent, & omnino vel eis inuitis, Chriſtum noſtrum prædicant vniuerſæ. Diſperſi ſunt per orbem, omni orbi fidei ueritatem, quam profitemur, vel neſcientes, teſtantur. Chriſtianis inimicantur, teſtimonium efficiunt omni exceptione maius, pro ſcripturæ ueteris ueritate, qua luce clarius, nouam aſtruimus. Chriſtianis inſidiantur, eorum igitur fidem, atque conſtantiam exercent. Opprimuntur à Chriſtianis, ad æmulationem ergo prouocantur. Ab omnibus exoſi habentur, erudiunt itaque, ſuo ipſorum exemplo omnes. Conuerſant cum omnibus: nemo Chriſti obliuiſcitur, quem publica fama nouit mundus, à Iudæis cruci affixũ fuiſſe. Vis vt breuiter dicam? Si omnes Iudæi ad Chriſtum nũc conuerterentur, vel etiam extinguerentur, facile ea omnia, quæ de Chriſto legimus, figmenta putare poſſemus. Ipſi profectò, ipſi inquam in hac manentes cæcitate, fidem noſtram conſeruant, firmant, tenent. Quid enim melius ĩ cauſa, quàm ab hoſtibus teſtimonium habere? Non immerito igitur, ad mũdi finem, omnium Iudæorum ſalus reſeruatur. Quoniã tunc

habuit: eoſque à ſe expulit cum furore, nec aſſequentur gratiam, cum iuſtis reſuſcitandis in mundo futuro. Propter illos enim, dictum eſt in pſalmo primo. Non ſic impij, non ſic, ſed tanquam gluma, quam proijcit uentus. Ideo non reſurgent impij in iudicio, neque peccatores in congregatione iuſtorum. Hæc omnia ad uerbum, ante Chriſti natiuitatem, longe prædixit Rabbi ille, tanti nominis apud eos. *Et hoc illis à me teſtamentum.* Hoc fędus meum cum illis, dicit textus noſter. Interponit autem parentheſim Paulus. *(Cum abſtulero peccata eorum,)* Senſus eſt. Iudæis, quos iam ad me ipſum conuertero, ſeruaueroque à peccatis. *Hoc erit teſtamentum meum*, quò ſcilicet teſtificabor, meam erga ipſos uoluntatem ultimam, noluntatiſque rationem. Hæc enim teſtamenti nomine ſignificantur. Quid ergo erit teſtamentum? Ecce. *Secundum euangelium quidem inimici propter uos, ſecundum electionem autem dilecti propter patres.* Iſtud itaque erit dei teſtamentum, cum ſaluus fiet omnis Iſrael, quo vltimam illius mentem intelligere poterunt. O Iudæi, *Secundum euangelicam legem*, quam uobis perfilium meum tradidi, *inimici mei* fuiſtis ſemper, ſi acta ueſtra diſquiro. Illi nanque re, & uerbo contradixiſtis. Verum ſecundum electionem meam, qua patres ueſtros, & filios delegi, chariſſimi mihi eſtis; Venite & poſſidete paratum uobis regnum. Cautiſſime autem hic procedo, ne offendas ad lapidem pedem tuum. Fortaſſe enim in hac epiſtola, locum difficiliorem non habuimus. *Secundum euangelium quidem inimici propter uos, &c.* Vis vt aperiam tibi difficultatem? Ecce. Si hoc teſtamentum Dei eſt, ſequitur itaque, vt electi etiam ſi malè agant, omnino ſeruentur. Oſtendo. Inimici enim ſunt Iudæi, propter mala opera, inquit Paulus, at propter electionem chariſſimi: Arguo ſic. Cum omnibus ergo malis operibus, chariſſimi: ſi autem chariſſimi: ergo ſeruantur, & in cœlorum regno beantur. Quid autem hoc dogmate peſti-

Pſal.1.

Matt.25.

lentius? Quod ſi hoc non ſequitur, ſequitur oppoſitum, Cum electione igitur diuina perduntur, quia inimici. Sumus ergo inter hæc, vel propter electionem actu inimici ſeruantur, vel propter inimicitiam, actu iam perduntur. Vtrumque nefas eſt, nam inimici perduntur, ſaluantur electi.

Adhuc eſt alia difficultas. *Secundum euangelium inimici propter vos, ſecundum electionem chariſſimi propter patres.* Deus igitur eligit aliquos, vel prædeſtinat propter merita patrum. Contra. Elegit Iacob, repudiauit Eſau, quorum tamen fuit idem pater, eademque mater. Amplius. Secundum propoſitum prædeſtinat, non ergo propter patres, ſed gratis. Vides loci difficultatem? O ſi primum argumentum vidiſſent iſti Neoterici, bone Deus, quàm geſtirent, poſtquam omnia fato, & prædeſtinationis neceſſitate agi arbitrantur. Vos, ſic illud diſſoluite, ſecundum Ticonij regulam de bipartito domini corpore, quàm Auguſtinus tertio de Doctrina Chriſtiana cenſuit appellandam, de permixta Eccleſia. Illud, *Secundum euangelium inimici.* Ad reprobos refertur. Illud, *Secundum electionem chariſſimi.* Ad electos. Propter enim bonorum, & malorum temporalem commixtionē, propter temporalem quoq; eorum communionem, frequenter ſcriptura ſacra, loquitur de bonis, & de malis ſimul, tanquam ſit unum utrorumque corpus. Et propterea lectorem uigilantem requirit, vt inquit Auguſtinus. Quia loquens de bonis, ſubito quandoque ad malos ſermonem transfert. Loquitur tamen ad eos, tanquam ad eos ipſos bonos, quibus primum loquebatur, & è contra. Ecce duo exempla. Primum, in Canticis Canticorum. Fuſca ſum, & ſpecioſa, vt tabernacula Cedar, vt pelles Salomonis. Non dicit. Fuſca fui, & ſpecioſa ſum, ſed fuſca ſum, & ſpecioſa ſum. Quomodo hęc intelligi poſſunt, niſi alteram partem ad malos, alteram ad bonos accommodemus? Illi nigri ſunt, hi ſpecio-

Can.1

ſi. Eccleſia ergo dicitur fuſca, propter illos, ſpecioſa propter iſtos. Vna enim ſa-
Matt.13. gena eſt, habens intra ſe piſces & bonos & malos.

Alter locus eſt in Prophetis. Ducam cæcos in uiam, quam non nouerunt, & ſemitas, quas non nouerunt, cal-
Eſa.42. cabunt, faciam illis tenebras in lucem, praua quoque in directum: & non derelinquam eos. Ipſi autem conuerſi ſunt retrorſum. Intelligis locum iſtum? De eiſdem loqui uidetur, de alijs tamen loquitur. Ducam cæcos in uiam, quam non nouerunt, &c. de bonis, qui ſunt Deo chari dictum eſt. Ipſi autem conuerſi ſunt retrorſum, &c. de malis, cum tamen nulla uarietas appareat. Apparebit autem in fine. Hi enim de quibus dicitur, Ducam cæcos in uiam, quam non nouerunt, habitabunt terram. Illi uero, de quibus dicitur. Ipſi autem conuerſi ſunt retrorſum, diuidentur ab il-
Matt.25. lis, & iuxta Euangelium, partem eorũ cum hipocritis ponet dominus. Apparebunt eſſe filij Iſmaelis, & non erunt
Gal.4. hæredes, cum filio liberæ. Ecce ergo teſtamentum Dei. O Iudæi. Vos qui excæcati eſtis, ſecundum euangelium meum, cui ſemper contradixiſtis, inimici mei eſtis, fuiſtiſque propter uos, ideſt ex uobis, non ex me: non propter me, non mei cauſa: ego non uos repuli, niſi poſtquam uos me repuli-
Oſee 13. ſtis. Perditio ueſtra ex uobis, non ex me eſt. Vos autem, qui in altera acie eſtis, qui euangelio meo credidiſtis, dilecti mei eſtis, & fuiſtis: non propter vos, non ex uobis, ſed ſecundum electionem, ſecundum gratiam, ex miſericordia mea, qua vos elegi, non
Matt.25. ex meritis ueſtris. Diſcedite ergo uos maledicti, in ignẽ æternũ. Vos uero uenite, & poſſidete regnum, quod paratum eſt à conſtitutione mundi. Hoc erit teſtamentum Dei, inquit Apoſtolus. Certè uerba huius teſtamenti in Eſaia, non habentur. *Secundum euangelium inimici propter uos, ſecundum electionẽ aũt chariſſimi propter patres.* Habe-
Eſa.59. tur nihilominus ſenſus. Dicitur enim. Hoc fœdus meum cum eis, ſpiritus meus, qui eſt in te, & uerba mea non recedent à te, neque à ſemine tuo, à modo vſque in ſempiternum. Quibus verbis clarè indicatur, diuinas pollicitationes fruſtrandas non eſſe, quia Cælum & terra tranſibunt, uerba autem mea non tranſibunt. Hæc eſt autem uis huius teſtamenti ſententiæ, quod quamuis Iudæi plerique exorbitarent, ac propterea euangelio non credentes, fuerint inimici, in illis paucis tamen, promiſſiones diuinæ electionis complendæ ſunt omnino, & complentur.

Ad ſecundam difficultatem. Non eſt ſenſus, quod filij ſint chari Deo, & ab illo electi, propter merita patrum, ſed propter promiſſiones patribus factas, de ipſorum filiorum electione & dilectione. Eſtis itaque mihi chariſſimi dicet Deus, ſecundum electionem, propter patres, ideſt propterea quod Abrahæ, Iſaac, & Iacob patribus, eligere promiſi eorum ſemen in hæreditatem: non propter eorum merita promiſi eis, neque eos elegi, ſed gratis, per miſericordiam meam. Vos ſemen Abrahæ eſtis ſecundum carnem, & ſecundum ſpiritum. Ego igitur, per miſericordiam meam, ero merces ueſtra. Vnde ſtatim ſequitur Apoſtolus. *Sine pœnitentia enim ſunt dona, et vocatio Dei.* ideſt, Deum ſuorum donorum, non pœnitet, aut uerbi ſui, vel uocationis ſuæ. Quoniam itaque promiſit patribus, gratis filios ſuos eligere, eos quoque uocauit, illum, promiſſionum, donorum, aut uocationis non pœnitebit. Exequetur ergo, quod promiſit. Neque enim, ut homo eſt Deus, vt agat pœnitentiam. Triumphator 1. Re.15.
in Iſrael, pænitudine non flectitur. Inquit Samuel. Intellige autem, de uocatione ſecundum propoſitum, hęc dicta eſſe, non de omni uocatione. Nam quandoq; Deũ pœnitet donorum ſuorum, metaphoricè intellige, ideſt ad admodum pœnitentis, & mutati, ſe ſe Gen.6.
habet, iuxta illud. Pœnitet me feciſſe Hier.18.
hominem. Et illud. Si pœnitentiam egerit Gens illa à malo ſuo, agam & ego pœnitentiam ſuper malo, quod cogitaui vt facerem eis. Verè enim non mutatur Deus. Quem autem pœnitet,

nitet, mutari neceſſe eſt. Mirum profectò, mirum. Hoc enim uerbum. *Sine pœnitentia enim ſunt dona, & vocatio Dei.* Adeò exaggerant aliqui, pro gratia contra liberi arbitrij diſpoſitionem: & contra merita, quæ congrui appellamus, vt nihil plus. Dicunt enim hunc eſſe ſenſum. Deus dat dona, & uocat ad gratiam ſine noſtra pęnitentia, vel præparatione. Bone Deus, quæ uiolentia maior? Senſus verbi huius eſt. Deum ſuorum donorum ut dictum eſt, non pœnitet. Si tamen uis & illud verificare, de prima vocatione baptiſmali cū D. Ambroſio expone. Legi uerò debet hęc particula. *Sine pœnitentia enim, ſunt dona, & vocatio Dei.* Tanquam parentheſis. Immo ab illo loco. Sicut ſcriptum eſt. Veniet ex Sion. &c. Hucuſque, totum parentheſis eſt. Sequitur ergo.

Sicut enim & uos, quondam increduli fuiſtis Deo, nunc autem miſericordiam eſtis conſequuti, ipſa horum incredulitate. Ita & iſti nunc, increduli fuerunt ueſtra miſericordia, vt & ipſi miſericordiam conſequantur.

O abdita diuinæ ſapientiæ iudicia. Non eſt mirum certè, ſi Apoſtolus & ſtupore, & pauore perculſus, nunc nunc exclamat. O altitudo diuitiarum ſapientiæ & ſcientiæ Dei, &c. Attende tu hoc iudicium Dei, & mirabere. Cæcitas in Iſrael manet, donec plenitudo Gentium intret, & tunc omnis Iſrael ſaluus fiet. Ecce profundiſſima, arcanaque huius iudicij cauſa. Sicut uos Gentiles, olim Iudæis credētibus, eratis increduli, pro Deo lapides, & beluas colentes: nunc autem illis incredulis factis, occaſione à Deo accepta, ex illorum incredulitate, ipſi in incredulitate iacentes, per diuinam miſericordiam, in fidem ſurrexiſtis. Ita Iudæi olim credentes, nunc incredulitatis occaſione accepta, ex magna miſericordia, quam uobis oſtendit Deus, erigens uos ad fidem, & gratiam euangelicam, magna diuina promiſſa eis facta, in uobis completa excidiſſe videantur, à veritate increduli facti ſunt, ſuo ipſorum uitio. Tandem igitur occaſione accepta à Deo, qui ſua ipſorum infidelitate prouocandi eos ad æmulationem conſequendæ miſericordiæ, quam uobis impendit, diuinam miſericordiam omnino conſequentur. Sicut & uos conſequuti eſtis. Intelligis hanc miram viciſſitudinem? Gentes non credentes, per Iudæos incredulos, tanquam per occaſionem à diuina miſericordia ſeruatæ ſunt. Ita ergo Iudæi credentes, per credentes Gentes, ſed primum incredulas, à diuina miſericordia ſeruabuntur.

Concluſit enim Deus omnes, Iudæos, & Gentiles, *in incredulitate, vt omnium miſereatur.* Non poſuit in incredulitate, Abſit, ab ore Chriſtiano hæc impietas, ſed *Concluſit*, quos ſcilicet inuenit in rethe, in laqueo infidelitatis. *Concluſit*, tenuit, non eripuit, non ut pereant. Deus enim neminem vult Sap. 1. perire, ſed ut ſaluentur, at ut ſaluentur per miſericordiam, non per iuſtitiam, ut agnoſcant omnes, quod diuina miſericordia non iuſtitia ſaluantur. Poſtquam enim erant in infidelitate, mortem merebantur, iuxta illud. Qui incredulus eſt, ira Dei ma- Ioan. 3. net ſuper eam. Quod ergo condemnati non ſint, fauor Dei, non iudicium fuit. Verum, ſi ſubito ex infidelitatis laqueo erepti fuiſſent, & Gentiles, & Iudæi, proprijs uiribus liberationem, non diuinæ gratiæ adſcripſiſſent. Cum autem ab Abraam, vſque ad Chriſtum, ſemper ſtetere Gētes in laqueo, nec per legem naturæ exire potuerunt, per ſapientiam, qua Ægyptij, Caldæi, & Græci floruere. Cum etiam à Chriſto vſque ad finem mundi, Iudæi in carcere infidelitatis manent cæci, nec lumen uidere poſſunt, quos conſueuerat Deus tanquam pius pater, poſt paucos annos prophetarum oraculis conſolari, atque liberare ceu chariſſimos filios. Manifeſtum populi omnes, ex deſperata eorum ſalute, obtenta tamen, colligere poſſunt argumentum, quod unicè diuina miſericordia ſine meritis, Iudæos & Gentes eripuit, eripit, & eripiet

 à la-

à laqueo : gratiamque fidei imparti-
Pſal.123. tur, vt credant. Vt tandem clamenr vniuerſi. Anima noſtra erepta eſt de laqueo, laqueus contritus eſt, & nos liberati ſumus. Adiutorium noſtrum in nomine domini. Nomen uero domini, Ieſus eſt, in quo oportet nos ſal-
Act 4. uos fieri. Omnia itaque omnium quęſo obſtruantur ora, & ſubditus fiat omnis mundus Deo, dicantque. Non
Tit.1 ſecundum peccata noſtra fecit nobis, neque ſecundum iniquitates noſtras, retribuit nobis, ſed ſecundum miſericordiam ſuam ſaluos nos fecit. Omnes
Rom.3. enim peccauerunt, & propterea omnes egent gratia Dei, & miſericordia. Illud ergo. *Vt omnium miſereatur.* poni debet, & ut miſereatur, & ut omnium miſereri cognoſcatur. Eſt, nanque frequentiſſimus Hæbraiſmus iſte in ſacris literis. Et ita habes Pauli ſenſa. Ne ſuperbiret, ſuperbiaque exaltatus rueret Iudæus, vel Ethnicus, omnes indiſcriminatim magnis temporibus in fouea, vel in laqueo, quem ſibi parauerunt, tenuit Deus, vt de infidelitatis amaritudine pęnitendo confuſi, ad diuinæ miſericordiæ dulcedinem credendo conuerſi, humiliores fierent, & diuina ope ſaluarentur, qui propria opera perditi erant.

Sed hic quærendum eſt. Cur in his temporibus, tot Gentiles, tot Iudæos perire paſſus eſt, quibus in incredulitate concluſis, diuina miſericordia, non affuit vt eriperentur? Cur maior Ethnicorum pars, à principio mundi, vſque ad Chriſtum tam miſerabiliter perijt? Cur tam pauci Iudæi, à Chriſto vſque ad conſummationem mundi, ſaluantur? Cur ex his paucis, ille unus fuit, non autem iſte? Cur uehementius Iudæos concluſit, in infidelitate, quàm Ethnicos? Cur non niſi poſt grauiſſima quæque facinora, ereptæ ſunt Gentes, eripiendaque eſt Iudæa ipſa, ex laqueo infidelitatis? Cur non citius hos eripuit, illos eripiet? Cur non Iudæos, à principio vſque ad Chriſtum, concluſit, Ethnicos autem à Chriſto vſque ad finem: Sed è contra? Plus enim de Iudæorum ſalute adueniente Chriſto præſumi poterat, qui tot ſigna faciebat. (Signa enim Iudæi quæ- 1. Cor.1.
runt,) quàm antea. Cur itaque, non ante concluſi ſunt, quàm ueniret, ſed cum uenit? De Gentibus contra ueriſimile magis erat, quod non crederent Chriſto venienti, quippe qui crucem ignominioſam pertulit, in corpore ſuo, Gentes autem, gloriam, ſapientiamque huius mundi, quærebant. Cur ergo non tunc concluſæ ſunt, ſed ante? Audi, Audi tubæ cœleſtis oraculum. Nam reſponſionem, quam hæc cælorum lingua, immo Dei lingua, qui creauit cælos Paulus, ex conclaui Dei, tibi de cœlis affert.

O Profundum diuitiarum, & ſapientiæ & cognitionis Dei, quàm inſcrutabilia ſunt indicia eius, & non veſtigabiles viæ eius. Quis enim nouit mentem domini? aut quis conſiliarius eius fuit? Aut quis prior dedit illi, & retribuetur ei?

Dignare Roma, dignare, hæc omnia ignorare nobiſcum, poſtquam Paulus arcana, quæ nec angeli norunt edoctus, qui omnibus hiſce dubijs reſpondere potuiſſet, nectare illo iam potatus, quo beati uident omnia, tibi credidit expedire magis hanc doctam ignorantiam, quàm temerariam curioſitatem. Num in mentem non tibi uenit, opipara illa menſa, quam in deſerto quadragenarij noſtri ieiunij tempore, parauimus, ſacro illo duodecim panum nu- Ioan 6.
mero refertã, ex quibus & duodecim fragmentorũ cophinos quos duodecimus ille chorus colligerat, tibi tradidimus? Illam inquam menſam, illos inq̃ panes, micas inquã illas, quarum nunc cophinos, armariolum memoriæ meæ, non tenet, quis eſt qui rodere poſſit? Et ſi rodere poſſent multi, quis comedere? vel ſi comedere aliqui ualent, quis digerere? Certe nullus. Clamemus ergo, extollamus uocem.

O profundum diuitiarum & ſapientiæ, & cognitionis Dei. &c. Hæc omnia dubia, vidit Paulus, mihi crede, quibus noſtræ mentes anguntur. Concluſit omnes in incredulitate, ut omnium

nium miſereatur. Cur ergo, non oīum miſeret? Cur harum, & non illorum? Ex duobus paruulis, originali peccato, pariter obſtrictis, cur iſte aſſumitur, ille relinquitur? Ex duobus, ætate iam grandibus impijs, cur iſte ita uocatur, ut uocantem ſequatur, ille uero, vel non uocatur, vel non ita uocat, ut uocantem ſequatur? Ex duobus pijs, cur uni donat perſeuerantia, alteri non donatur? Cur aliqui ab ineunte ætate, vſq; ad extremā ſenectam, in omni ſcelere & damnabilirate viuentes, repente cęlitus inſpirata ſalute, rapiuntur ad regna cęlorum? Aliqui iam ſanctitate, ex multorum annorum laboribus perfecti, in momento pereunt, & perduntur? Vidit inquam hunc hominum remeritatem, qui cum ſui cordis ſecreta uix ſcire poſſint, tam profundum tam inſcrutabile, diuina ſecreta rimari audet, putantque nihil eſſe homini difficile. Propterea ergo, tanquā tuba perſonat, perſtrepit, exaltat uocem ſui clangoris, ut tanti ſonitus terrore, omnes, & pauidi, & pallidi taceatis. *O altitudo diuitiarū ſapientiæ, & ſcientiæ Dei.* Ne tu me turba quæſo, cur non peruia cuiq, fecit Deus arcana ſua? Cur aliquibus ſic, aliquibus non? Cur Paulo non Thadeo? Exclamabo enim & ego. *O altitudo diuitiarum ſapientiæ, & ſcientiæ Dei.* O piam. O ſolidam reſponſionem. Hæc ſit rogo refugium noſtrū, noſtra anchora, noſter portus. Adoremus, nō perquiramus diuina illa myſteria. Maiore enim religione, adorantur incognita, quàm ueſtigētur imperuestigabilia.

Examinanda modo ſunt uerba, poſtq̄ Apoſtolicæ huius exclamationis ſcopum, tetigimus. *Profundum.* Nominat Apoſtolus, & *Diuitias ſapientiæ, & cognitionis Dei.* Sic autem hæc omnia contexit. Diuitiæ inquit, ſunt ſapiētiæ, & cognitionis, & profundum eſt diuitiarum. O profundum diuitiarum ſapientiæ, & cognitionis Dei. Cū audis. *Profundum,* time. Quis enim profunda fluuiorū & marium natare non expaueſcat? Immo quis in profundum marium voraginem duntaxat ſpectans, quæ alta montium cacumina, viſui maiorem ſemper oſtendant, non horreat, non formidet, nōn retrahat pedē ſimul & oculum? Cum audis. *Diuitias,* deſidera. Cuius enim pectora, non cogit diuitiarum fames? Cum audis, *Sapientiā, & cognitionem,* adora. Eſt enim ſapientia, altiſſimarum cauſarum contemplatio, omnemque cognitionem, de numero eſſe bonorum & honorabilium opinamur. Cū audis *Deum,* ama. Quid eſt enim Deus, niſi ſemper dans? *O Profundum,* ergo expaueſcendum. *Diuitiarum,* optabiliū, *Sapientiæ, & ſcientiæ,* honorabiliſſimæ, *Dei,* amabiliſſimi. Metaphora autem eſt hæc, profundum diuitiarum. Dicimus nanque, uenas aquarum profundas, diuites eſſe, quod nunquam aquæ puteis profundis deeſſe ſoleant. Deus ergo, non modo diues eſt, non modo profundum habet, ſed profundum ditiſſimum, ita ut diuitiarum profundum appelletur: quia hæc diuitiæ vllo modo, exhauriri non poſſunt. Diuitiæ inquam, ſapientiæ & ſcientiæ. Sapientia primum. Diues eſt, quia ſeipſum ſcit, non modo intelligit, ſed exactiſſimè intelligit, quantum ſcilicet intelligibilis eſt, ſine fine. Infinitus quippe eſt Deus, in ſuo eſſe. Intelligi autem conuenit rei ex hoc, quod eſt. Infinitè igitur intelligibilis eſt. Infinitè ergo intelligit. Nihil eſt Dei, quod non intelligat Deus, Iuxta illud. Spiritus Dei, omnia ſcrutatur, etiam profunda Dei. Ecce itaque ſapientia, & diuitiæ ſapientiæ. Scientia deinde diues eſt: & quia omnia cognoſcit: nihilq; eum latet, omnia nuda ei & aperta ſunt. Et quia ſtatim, in momento ſingula intuetur: non eget diſcurſu, non tempore, illico de excelſo ſancto ſuo, proſpicit uniuerſa, quaſi promptuarium habens omnium rerum, eructans ex hoc in illud. Habes itaque diuitias, & diuitiarum profundum. Mirum certè eſt profundum iſtud: magna hæc diuitiarum uena ſapientiæ, & cognitionis Dei. Ditauit nanque Prophetas, Apoſtolos, ditatque continue homines. Nemo enim nouit, quæ Dei ſunt, niſi ipſe diuitias iſtas cōmunicet & diffundat. Vnde dr̄. Si quis indiget ſapientia, poſtulet à Deo, qui dat oībus affluenter.

1. Cor. 2.

Heb 11.

Iac. 1.

ter. Et tamen nunquam exhaurit. Immo, nec huius profunditatis finis inue-
Eccl.7. nitur. Alta profunditas, quis inuenietur
eam? Quo uerbo concilia codices. Aliqui enim habent, O altitudo, aliqui. O profundum. Tu dic. O altitudo profunda. O profunditas alta. Nam & il-
Ioan.4. lud eſt ſamaritanæ, Puteus altus eſt, id eſt profundus. *Quàm incompræhenſibilia ſunt iudicia eius, & non inueſtigabiles uiæ eius.* Benè *Incompræhenſibilia.* Appręhēdi poſſunt, at non compræhendi. Comprærhendere.n. eſt intra terminos concludere. Quis ergo ſuo intellectu, diuina iudicia metiri poteſt? ut illa intra ſe contineat, tanquam ſuæ mentis captu menſurata? Appræhendimus itaq; ſaltem, id quod incompræhenſibilia ſunt, ſed non compræhendimus, immo neq; hoc ipſum compræhendere poſſumus, quantum ſunt incompræhenſibilia. Maior eſt.n. eorum incompræhenſibilitas, quàm nos de illorum incompræhēſibilitate compræhendere valeamus.
Pſ.35. Hinc illud. Iudicia Dei abiſſus multa.
Eccleſiaſtici 1. Profundum autem abiſſi, quis dimenſus eſt? Viæ uero Dei, non inueſtigabiles dicuntur. Viæ Dei autem, ſunt mi-
Pſ.24. ſericordia & ueritas. Iuxta illud. Vniuerſæ uiæ domini, miſericordia, & ueritas, ideſt iuſtitia. Et hæ ſunt Dei iudiciorum radices. Omnia quippe diuina iudicia, ſunt in miſericordia & in iuſtitia. Inueſtigari igitur, non poſſunt, ideſt per ueſtigia quæri, vel inueniri. Veſtigia autem Dei creaturę ſunt. Quis ergo niſi diuino afflatus numine, miſericordiæ atq; iuſtitiæ rationem inuenire poterit? quibus utitur, vel quibus vſus eſt Deus, quando alicui miſeretur, cui uidetur nobis miſerendum non eſſe? Aliquem caſtigat, quem nobis uenia dignum eſſe videt.
Sap.4. Hunc rapit, ne malitia, immutet intellectum eius: illum non rapit, quo grauius peccet. Hos eripit è laqueo, illos in foueā concludit. Gentes atheas ſeruauit, Iudæos Dei ueri cultores, abiecit. *O Profundum diuitiarum, & ſapientiæ, & cognitionis Dei, quàm incompræhenſibilia ſunt iudicia eius, & inueſtigabiles viæ eius.* Hinc illud forſitam. Veſtigia Dei cōprę-
Iob.12. hendes vſq; ad perfectum? Omnipotētem reperies? Sequitur.

Quis enim cognouit mentem domini? Hoc uerbo autem quod eſt Eſaiæ, proba- Eſa.40.
rur, quod ultimo dictum eſt, uidelicet. Quàm incompræhenſibilia ſunt iudicia eius, &c. Si enim iudicia Dei à nobis comprehendi poſſent, inueſtigariq; viæ, iam aliquis ſenſum, mentem ſcilicet & cor domini ſciret. Nemo autem ſcit cor, mentem Dei, nemo itaq; iudicia Dei etiam, compræhendere neque eius uias inueſtigare, poteſt quantalibet ſanctitatē prępolleat. Si ſancti in hoc mundo ſciunt mentē Dei, alio modo ſciunt quā compræhenſione & inueſtigatione, reuelatione ſcilicet, iuxta il- 1.Cor.2.
lud. Nobis autem reuelauit Deus, per ſpiritum ſuum. Et illud. Puto quod & 1.Cor.7.
ego ſpiritum Dei habeam. *Aut quis conſiliarius eius fuit?* Hoc uerbo, quod etiā Eſa.40.
eſt Eſaiæ, probatur, quod ſecundo dictum eſt. Deum ſapientem eſſe, quoniam qui ſapiens non eſt, indiget conſilio. At qui ſapiens eſt, nequaquam. Cōſulit enim ſapiens, ſicut & dirigit atque ordinat, non dirigitur, neque ordinatur. Vnde nos, ignaris conſilia dam⁹, ſapienteſque conſulimus. Nemo conſiliarius Dei fuit unquam, ſapiens igitur eſt, & ſciens. *Aut quis prior dedit illi, & retribuetur ei:* Ecce primi probatio, quod profundum habet diuitiarum. Namq; ſi ab aliquo accipit Deus, vt deinde retribuat, iam ex ſe diues non eſt, diuitiarum uena atq; profunda. Vides quomodo ordine præpoſtero, quæ propoſuit Paulus, omnia probauit? O altitudo diuitiarū ſapientiæ, & ſcientię Dei, quàm incompræhenſibilia ſunt iudicia eius, & inueſtigabiles uiæ eius? Ex his autem, curioſitates omnes quæ tibi in mentem uenire poſſunt, diluuntur. Quærenti. Cur Deus fecit hoc, vel illud? Reſponde. *Quis nouit mentem domini?* Vrgenti temere, ſine autoritate ſacræ ſcripturæ, fecit hoc propter talē rationem, illud propter illam. Obijce. *Quis conſiliarius eius fuit?* Blaſphemāti. Debuit facere, hoc nō illud. Obſtrue ora. *Quis prior dedit illi, & retribuetur ei?* At illud vnicè Paulo remanebat ꝓbandum. *Quis prior dedit illi, & retribuetur ei?* Hoc eſt enim, quod Iudæus contendit

tendit & Ethnicus, ſe aliquid Deo dediſſe, quo Deus retribuit illis euangelicam gratiam. Retribuit, non donauit, debito non dono. Iudæus opera legis, iactat, Ethnicus legem naturæ. Vtroſq; igitur refellit & propoſitum probat. *Quoniam ex ipſo, & per ipſum, & in ipſum*
1.Par.29 *ſunt omnia.* Igitur & hoc ipſum, quod Deo tribuiſtis, tributum eſt uobis à Deo. Iuxta illud. Tua ſunt omnia, & hæc ipſa, quæ de manu tua accepimus, tibi offerimus domine. Vel aliquid tribuiſtis Deo, ò Ethnici, ò Iudæi, propter
Iſ.55. quod uobis facta eſt retributio, vel nihil. Si nihil, Pro nihilo itaque ſalui facti eſtis, iuxta Prophetam. Cur merita iactatis? Si aliquid. Illud eſt de numero omnium. Ergo & ipſum largitus eſt Deus. Ipſe igitur tribuit, non retribuit. Vos retribuiſtis, non tribuiſtis. Cum autem legis, Omnia ex Deo eſſe, in Deũ, & per Deum. Intellige Deum cauſam efficientem eſſe, exemplarem, omniũque rerum finalem. Sunt enim res ex eo vt efficiente. Eſt quippe *Ex* pto *Ab*, iuxta Hebræorum, Arabumq; linguam, quam ſemper ſequitur Paulus, in tropis & ſchematibus. *Per eum*, vt per exemplar. *In eumque*, vt in finem ordinantur & tendunt.

Concludit demum Apoſtolus, & cõcluſionem tãquam ex dictis probatam relinquit. *Ipſi gloria in ſecula.* Non uobis. Non uobis, O circunciſi. O præputiati, gloriam vel honorem adſcribatis. Deo in omne æuum debetur gloria. *Ex quo, per quem, in quem* ſunt omnia. Et nõ modo nunc Deo gloria ueſtra debetur Gẽtes, qua miſericordiam eſtis conſequuti, ſed & olim cũ uos, in infidelitate concluſiſſet. Non modo olim Iudæi, à uobis Deo gloria debebatur, quando eratis populus peculiaris, ſed & nunc, in hac ipſa ueſtra infidelitate, in ſecula, ipſi omnium gloria debetur, id eſt ſemper. Neq; enim concluſit, vel concludet in infidelitate, niſi ut omniũ miſereatur. Qui ergo ſaluatur, Deum glorificet: qui dãnatur, ſe ſe accuſet. *Amen.* id eſt fiat, fiat inquam, vt à uobis omnibus detur gloria Deo, ut ceſſent ſchiſmata & contentiones ueſtræ, Romani. Vt nullus ueſtrum merita propria iactet, ſed omnes peccata fateantur, & gratiæ diuinæ nemo ſit ingratus, qua gratis per Chriſti euangelium facta eſt ſalus, & Iudæo, & Græco.

Et eſt finis capitis vndecimi, quo exacerbatos Iudæos leniuit, & conſolatus eſt Apoſtolus.

CAPVT DVODECIMVM.

Obſecro igitur uos Fratres, per miſerationes Dei, vt exhibeatis corpora ueſtra hoſtiam uiuētem, ſanctam, acceptam Deo, rationabilē cultum ueſtrum.

Diſputatorem hactenus, ſicut per omnem huius epiſtolæ textum viſum eſt, egit Apoſtolus. Adeo autem feliciter, pro vtraq; parte, & contra vtranq; partē Iudęorū, & Gręcorū diſputauit, vt in nullam deflexiſſe, nullā expugnaſſe plꝰ ęquo uideatur. Cunctis benignus fuit, cunctis ſeuerus, nemini blandus. Nūc ergo iudicem agit, in diſputātis morē, modo Iudæis reſpondebat, modo Gentibus: modo hos tuebatur, modo illos: modo unam partē arguebat, modo aliā. Nunc tāquam Iudex delegatus à Deo, omnibus loquitur, omnes inſtruit, corrigit omnes, dat legem omnibus. Tanquam ad inuicē coram eo litigantes: alternatim ſe ſe conuertebat Paulus, quaſi in medio cōſtitutus, à dextris habēs, & à ſiniſtris, quos conciliare oporteret. De dogmatibꝰ chriſtianę religionis huc uſq; diſputādo diſſeruit: in pſentiarū, de moribus Philoſophatur. Quid credēdum ſit de Chriſti gratia, de fide, de operibus, de libero arbitrio, de Iuſtificatione, de Prædeſtinatione, de Vocatione, de Reprobatione, de Obduratione, de Lege, de eius imbecillitate, de Circuncιſione, de Patribus, de Diuinis pollicitationibus, de Pręputio, de Humani generis corruptione, de Labe originaria, de Baptizati ablutione, de Chriſti nece, de Meritis eius, & nr̃um oīum, de Euāgelio, euāgelijq; in uniuerſum orbē diffamatione, de translatione legis, de Gentilitatis inſertione, de Cōfractione ſinagogæ, deque eius expectanda ſalute, ad hūc vſq; locū, doctiſſimē ratiocinatꝰ eſt. Quid modo agendum ſit, ne in vacuū Chr̃i gr̃am recipiamꝰ, ne ſuſcepta fides moriatᷣ, ne extinguātᷣ lampades nr̃æ, ne libertatē in occaſionem demus carnis, ne iuſtificati, à iuſtitia dilabamur, ne p̃deſtinationis coronā ammittamus, ne vocati obaudiamus, ne reprobari mereamur, ne obduremus corda nr̃a, ne uiolatæ legis rei efficiamur, ne ſp̃itali careamus circuncιſione, ne de populo dei eijciamur, ne à p̃ribus degeneremꝰ, ne diuinis ꝓmiſſioυibus indigni ſimꝰ, ne ſacra limpha abluti denuo conſpurcamur, ne Chr̃i meritis abutamur, ne euāgelio ſimus ingrati, ne inſiti excidamus, ne ſalute neglecta, Iudęis ſurgentibus, nos pereamus: Hæc inquam omnia, ſi ſummum hunc prædicatorem auſcultaueritis, intelligetis.

Obſecro vos Fratres, p̄ miſerationes Dei, vt exhibeatis corpora ueſtra, hoſtiā uiuentē, ſanctam, acceptam Deo, &c. Non iugulādi ſunt vobis de cętero tauri, nō mactādę pecudes, nō offerēdi agni, nō immolandus hircus: quod & Ethnicus olim demonibus, Iudęus itē fecit Deo. Sacrificāda ſunt unicē, oīum vr̃um corpora creatori. Hęc, hęc inq̃ corpora nr̃a Romani, ſunt hoſtię & uictimę, quæ placēt Deo: non beluinę illę, carnes, nō cruor ille fętidus, nō ſuccidus ille adeps. Nemo.n. vr̃um ignorat, dixiſſe Deū. Quis Eſa. 1. quęſiuit hęc de manibus vr̃is: Quo mihi multitudinē uictimarū ueſtrarū plenus ſum: Holocauſta arietū, adipē pinguiū, ſanguinē agnorū, uitulorū, & hircorū nolui. Ceſſent igitᷣ mutorū aīaliū, oblatiōes, mactetᷣ hęc caro nr̃a, quę dū ſuperbit, laſciuiens uitulus: dum iraſcitᷣ aries dum libidine, uincitᷣ: Hircus dū uagis oculorū aſpectibus circū uolat, colūba cᷣū fręnari nō uult, indomitus taurus, eſt. Vince ſuperbiā & uitu'ū, irā cohibe & arietem, atce libidinē & hircū, inito fędus cū oculis & columbā, doma

arrogantiam,& taurum immolaſti. Felix Chriſtianorum conditio. In Moſe lege, tantum filij Aaron ſacrificia offerre poterant, In Chriſti euãgelio, & minutuli homines, adde, & mulieres, quas ab omni dignitate, ſexus infirmitas repuliſſe videtur, tàm Deo, ſunt acceptæ, vt ab omnib' oblata ſacrificia illius maieſtati, ſi puro corde offerantur, placeãt
Apoc 1. & grata ſint. Hoc eſt, quod Ioãnes ille,
& 5. theologus maximus, dicit Chriſtianos,
1.Pet.2. omnes ſacerdotes eſſe. Redemiſti (inquit) nos in ſanguine tuo, & feciſti nos Deo noſtro regnũ, & ſacerdotes. Et Petrus. Vos eſtis genus electum, regale ſacerdotium. Non enim ita intelligitur, quod Chriſtiani, oẽs λειτουργίαν facere poſſint, hoc eſt ad aras miniſtrare, ſacrificareque dño, hoſtiamq; illam offerre, qua mundo reconciliatus eſt Deus. Tota quippe (vt aiunt) aberrant via, nouelli iſti, qui huiuſmodi ſacerdotes Dei, miniſtros, à reliqua plebe, quam laicos appellamus, nõ diſtinguit. Nam, & in primitiua eccleſia ſeiuncti erant, à cęteris Chriſti fidelibus pręsbyteri. Nec mihi dicas, presbyter ſeniorem ſignificare. Nam in ſcriptura ſacra, non tam ætatis, quàm dignitatis eſt nomen. Eſt.n. illud
Tit. 1. Pauli verbum, ad Titũ. Huius rei gratia, reliqui te Cretę, vt quę deſunt corrigas, & conſtituas pręsbyteros, per ciuitates, ſicut ego diſpoſui tibi. Si qs ſcilicet, ſine crimine eſt, vnius vxoris vir, filios habens fideles. Oportet.n. epiſcopũ, ſine crimine eſſe. &c. Conſtat quippe, quod pręsbyter hoc in loco, non eſt nomen ætatis. Sicut nec Epiſcopus, ſed
Act. 20. dignitatis. Eſt, & illud, in actis Apoſtolicis. A mileto, Paulus mittẽs Epheſum, vocauit pręsbyteros eccleſię, qui cũ veniſſent ad eum, dixit eis. Attendite vobis, & vniuerſo gregi, in quo vos Spiritus ſanctus, poſuit regere eccleſiã Dei, quam acquiſiuit ſanguine ſuo. Petrus
1.Pet.5. etiã, pręsbyteros alloquens dicit. Paſcite eum, qui in vobis eſt gregem. Quod ridiculum eſt, ad omnes trahere Chriſtianos. Non enim differrent paſtores à grege. Sacerdotes ergo, hoc eſt, ſacri duces, qui ſacra dant, qui ſacra docent, nõ omnes Chriſtiani ſunt, ſed qui per manuum impoſitionem, ab Epiſcopis ordinãtur. Vnde dicebat Paulus Timotheo. 1. Tim. 4.
Nemini cito manus impoſueris. Et meritò. Horũ nanq; munus eſt, pro plebe Deũ interpellare, ignaros inſtruere, arguere aberrantes, dormiẽtes excitare, frigeſcentes accendere, rationẽq; reddere, pro ſibi creditis, animabus. Intelligitis ſacerdotes? Hic ergo eſt, ſenſus Ioãnis, & non alius. Omnes Chriſtiani ſunt ſacerdotes, quo ad hoc tãtum, qm̃ quilibet quottidie in ara cordis, poteſt ſeipſum in ſacrificiũ uiuũ offerre Deo. Propterea hoc ſacerdotis nomẽ, naſcente eccleſia non eſt, pro pręsbyteris tantũ vſurpatũ, ſed pro omnibus in Chriſtum credẽtibus, quò pungerentur, extimularẽturq; Iudęi, intelligentes ſacerdotiũ, quod apud illos, in tam magno habebatur pretio, & pręputiatis, & circũciſis, omnium tribuum viris, & mulieribus Chriſti gratia, cõmune factum
eſſe. Sacrificium.n. ſpiritus contriti, & Pſal. 50.
cõtribulati, Iudęi paruipendebant, pecorum oblationibus ſuperbientes. At Chriſtus, his cõtemptis, illud vnum elegit cõmuniſſimum, atq; ſuapte natura perfectiſſimũ. Propterea ab illo ſacrificio, nemo apud Iudęos, apud Chriſtianos vniuerſi, vocati ſunt ſacerdotes. Si tamen, cur ſacerdotis nomen olim, pro pręsbyteris vſitatum, non ſit, particulatim, ſcire deſideras. Dicã, quod in mentẽ venit. Maior eccleſiæ pars, tunc quippe, cum naſceretur, Iudæi erant, vnde
Gẽtes deſpiciebant, iuxta illud. Factum Act. 6.
eſt murmur græcorum, aduerſus Hebręos. &c. Et nunquã crediderim ego, nullũ ſacerdotem, ex Iudæis Chriſtianũ effectum fuiſſe. Erant ergo aliqui ſacerdotes Iudæi, in Eccleſia. Quo igitur vitaretur confuſio, quæ ſi illi, & noſtri pręsbyteri, ſacerdotes vocati fuiſſent, facile orta eſſet. Retinuere illi ſacerdotale nomẽ honorificum, quo Sinagoga ad ſepulchrum duceretur, cũ honore: noſtri ſupp ræſſerũt illud, & loco illius, præsbyterum vſurparũt. Cur vero omnes appellarent ſacerdotes, dictum eſt. Et poteſt addi, hæc alia ratio. Ad pręsbyteratũ.n. vel ad ſacerdotium, quo propriè nũc Sinagoga ſepulta, ſine confuſionis timore, ſacerdotes appellamus, omnium graduum viri aſſumi poſſunt,

omnium-

Ioan. *Apo.1.* omniũq; cognationum. Et iuxta Ioannẽ, ex omni tribu, & lingua, & populo, & natione. Nulla habetur diuitiarum, hic diſtinctio, familiæ, circuncisionis, præputij, nobilitatis, patriç, linguæ: nullius perſonę delectus habetur. Verũ nõ ſic in Iudaiſmo. Proſeliti enim aſſumi non poterant. Immo, nec omnes Iudæi, ſed tantum Leui, contribules. Optime, itaq;, inquit, Ioannes. Redemiſti nos, in ſanguine tuo, ex omni tribu, lingua, populo, & natione, & feciſti nos omnes, Deo noſtro regnum, & ſacerdotes: quaſi dicere velit. Excluſa eſt modo, carnalis illa ſacerdotum propago, ſpiritali tua ſanctificatione, quas omnes nos ſanctificari voluiſti. Si enim de cętero, in culmen ſacerdotalis dignitatis euehi poterunt, vt corpus tuum, in ara crucis, ſemel oblatum, in tui memoriam toties, quoties voluerint, offerre valeant. Quia tamen textus dicit. Feciſti nos ſacerdotes, ſtatim poſſem dicere, quod intelligitur potentia, non actu: ideo prima expoſitio magis, placet. Illi enim alludit primo, quod ſequitur Ioannes. Feciſti nos, Deo noſtro regnum, & ſacerdotes, & regnabimus, ſuper terram, quomodo namque Christiani omnes, regnant ſuper terrã: Ita ſunt ſacerdotes omnes, nullo dempro. At quomodo regnant; ſi dictum *Io.16.* eſt illis. In mundo præſſuram habebi- *Rom. 13.* tis? Si Paulus dicet. Omnis anima poteſtatibus ſublimioribus, ſubijcienda eſt? Non omnes regunt, ergo non regnant, niſi regno ſpiritali. Rex quidẽ, noſtrum quilibet eſſe poteſt, ſi deſide- *Gal.5.* ria terrena cõprimamus, & ſuper carnem noſtram, quæ concupiſcit aduerſus ſpiritum, velut ſuper ſubiectam terram, virtutis lege, & rationis imperio, regnantes dominemur. Ita igitur ſacerdotes ſumus, dum nos ipſos mortificatos mundo, manus, pedes, ora, tanquam holocauſta, diuini amoris igne, concocta, lachrimarum aqua, ſaleq; diſcretionis, condita, Deo litamus. Vniuerſi itaque, (vt vno verbo, negotium aperiam) ſibi ipſis ſunt ſacerdotes, at non vniuerſis vniuerſi. Sicut enim non omnes omnibus ſunt reges, ita nõ omnibus, omnes ſacerdotes, ſed ſibi. Nemo eſt ergo, qui non ſit rex, & ſacerdos. Secundo, huic alludit aliud. Nam & in veteri teſtamento, dicit Deus Iudæis omnibus illud verbum, ſupra allegatum. Vos eritis, mihi in regnum *Exo.19.* ſacerdotale, & gens ſancta. Conſtat tamen, quod eo tempore, non erant, neque dicebantur ſacerdotes omnes Iudęi, ſed pauciſſimi. Licet ergo vocentur Chriſtiani omnes ſacerdotes, pariter non debet intelligi de ſacerdotio, quod eſt presbyterorum, qui ſunt omnibus ſacerdotes, ſed de ſacerdotio hoc, quo quilibet eſt, ſibi ſacerdos, non alteri. Cur verò Iudæi, propter verba illa, ſacerdotes omnes, ſicut Chriſtiani, non vocabantur. Dictum eſt. Quia pecudum ſacrificia, vnicè exiſtimabant, quę non omnes offerre poterant. At nos illa nullipendimus, ſed cor contritum, & humiliatũ, pro victima pacifica, quã Deus non deſpicit, ſacrificamus. *Obſe-* *Ps.50.* *cro ergo vos*. inquit Paulus. *Vt exhibeatis corpora veſtra, hoſtiam Deo*. Nec propriè dicit. *Exhibeatis, ſed* ſiſtatis. Παραστῆσαι. Quaſi dicat, beneuolentiam captans. Scio, quod exhibuiſtis. Eſtis nãque, gens ſancta, regale ſacerdotium, ſiue regnum ſacerdotale: ſed obſecro, vt quod iam dicaſtis Deo, ad mundanos vſus, amplius non retrahatis. Nihil ſit vobis, cum diabolo cõmune, neque cum mundo, poſtquã corpora veſtra, de eorũ manibus eripuiſtis, creatoriq;, in hoſtiam obtuliſtis. Vide autẽ, quanta efficacia cogit eos, ad id pręſtandum, quod ipſe requirit. *Obſecro* (inquit) *vos*. Non imperat, deprçcatur. adhortatur. O doctorem admirabilem. Vult obtinere, propterea non iubet, obſecrat. Omni enim legis imperio, efficacior eſt, ſupplex deprçcatio. Hinc illud. Non quaſi dominantes in clero, *1.Pet.5.* ſed forma facti gregis, ex animo. Lex imperat, propterea iram operatur. Hortatur gratia, propterea vincit. At non hortatur tãtum Apoſtolus, ſed *Per miſerationes Dei* obteſtatur. Hoc eſt vere obſecrare, adiurare, perſacra. O magnã vim huius obſecrationis. *Per miſerationes Dei*. Quibus vos Gentes ſeruatæ, quibus vos Iudæi ſeruandi eſtis. Hoc enim fine, ſermo clauſus eſt, capituli

prӕce-

præcedentis. *Vos obſecro, vt exhibeatis corpora veſtra, hoſtiam Deo.* Non aliunde ſaluatur aliquis, quã ex Deo, à Deo autem nemo ſalutem conſequetur, niſi per miſericordiam. Quis ergo per miſericordiam Dei, adiuratus, niſi ſit, *ἄθεος*, non id præſtabit, quod ſummis precibus efflagitat, tantus omnium noſtrum amicus, quantus eſt, Paulus, qui ſemper nos, fratres appellat, tanquam, ex eodem vtero natos, qui de noſtra perditione, continuo dolore angitur, qui de ſalute noſtra, tanquam de propria gaudet? Sed cur tanta inſtãtia deprecatur, vt exhibeamus corpora noſtra, hoſtiam Deo, & non magis animã? Quandoquidem communiter plus, diligũt corpora, quàm animas homines. Certè enim ſequi videtur, vt qui corpus vitijs, mortificatum Deo obtulerit, animam quoque diuino dicarit obſequio. Fortaſſe tamen, non omnes, qui animam addixerunt Deo, illi, & corpora ſacrificarunt. Melius tamen erit, vt dicamus, ſicut animæ nuncupatione interdum, totus homo intelligitur, vt
Rom. 13. infra. Omnis anima poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit. Et in Exodo.
Exo. 1. Animæ egreſſæ, de fæmore Iacob, ſeptuaginta. Ita corporis nomine, vel carnis, aliquando homo ipſe totus, accipitur. Vnde illud eſt. Et videbit omnis caro, quod os domini, locutum eſt.
Eſa 9. Ideſt omnis homo. Voluit, itaq; Apoſtolus dicere. Exhibeatis corpora veſtra, ideſt voſmetipſos, non modo animam, verum & corpus, totum quod in vobis eſt, hoſtiam Deo. Iuxta illud,
Rom. 6. ſupra. Exhibete vos Deo, tanquam ex mortuis viuentes. Rectè autem dicit. *Hoſtiam*. Erat quippe triplex ſacrificiorum genus, in vetere lege. Quoddam Holocauſtum dicebatur, quia totum comburebatur, & hoc propter diuinæ maieſtatis reuerentiam, & bonitatis, ipſius amorem, quod perfectorum ſtatui conueniebat, ſpecialiter offerri conſueuerat. Sicut enim animal totum, incẽdebatur, reſolutumq; in vaporem ſurſum aſcẽdebat: ita ſignificabatur totum, quod in homine eſt perfecto, creatori dicatum eſſe. Secundum genus erat Sacrificium, pro peccato. Quod ſcilicet, propter peccati remiſſionẽ offerrebatur. Quantoq; grauius peccatum erat, tanto vilius animal offerri cõſueuerat. Pro idololatria nanque, quæ ſummum ſcelus eſt, immolabatur capra, quæ animalium eſt viliſſimum. Pro ſacerdotis ignorantia, vitulus. Pro negligentia principis, hircus. Huius vero ſacrificij, fiebant duæ partes. Vna comburebatur, alia in ſacerdotũ vſum, cedebat, quod pœnitentium ſtatui optimè conueniebat, qui expiantur à Deo, non ſine miniſterio, & opera ſacerdotum, quibus dictum eſt. Quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis. Ioan. 20. Quã do tamen ſacrificium erat, pro ſacerdotis peccato, ſpecialiter, vel generaliter, pro totius populi peccato, cuius ſacerdos, pars eſt, nihil in ſacerdotis vſum veniebat, ſed totum cremabatur. Non enim pro peccato meo, ſatisfieri videtur, ſi in vſum meum, id quod pro peccato meo offertur, venerit. Perinde enim res, ſe ſe habere videretur, ac ſi ſacrificium minime offerreretur. Tertium genus erat, Hoſtia pacifica, quæ duplex erat. Hoſtia pacifica pro acceptæ ſalutis, vel proſperitatis alicuius, aut beneficij, gratiarum actione: & Hoſtia pacifica, ex voto, pro ſperata ſalute, vel proſperitate. Cuius ſanè tres fiebant partes. Vna ad Dei honorem cremabatur. Altera ſacerdotibus, ad comedendum dabatur. Tertiam, offerentes comedebant, quod magna ratione proficientium ſtatui cõueniebat, quorum profectus à Deo, primum, deinde ab opera ſacerdotum, qui ſunt ſequeſtri inter Deum, & homines. Tertio à nobis ipſis, omnino pendet. Hoſtiam itaque vult offerri, Paulus Apoſtolus, non holocauſtum, non ſacrificium pro peccato, ſed hoſtiam pacificam. Gentes, quæ ſaluatæ ſunt, iam ex ipſa Iudæorum incredulitate offerãt hoſtiam, pro gratiarum actione. Iudæi, qui ex Gentium miſericordia, adhuc diuinam conſequi ſperant miſericordiam, offerãt hoſtiam, ex voto. *Hoſtiam autem viuentem.* Hoſtiæ legis mactabantur, occidebantur, inquit Paulus. Atqui nolo ego, nec vult dominus, vt vos ipſos occidatis. Beluæ non offeruntur, in hoſtiam,

ſtiam, niſi occidantur, ſed vos ipſi, etiã viuentes, eritis hoſtiæ Deo, quàm gratiſſimæ. Illæ hoſtiæ occidebantur, ad ſignificandum, quod adhuc mors regnabat in homine, regnante peccato. Verum nunc, mortua eſt mors, peccatũq; mortuum. Non igitur hoſtia hæc debet occidi, mortificetur, ſed non occidatur. Amentia eſt, & furor Gentium, etiam ſub immortalitatis ſpe, vel martirum palmæ aſſequendæ, aut veneno, vel ferro, ſiue præcipitio, ſibi mortem cõſciſcere quod Empedocles ille ſiculus, Cleantes, Chryſippus, & Zeno feciſſe feruntur. Nos ergo, hoſtiam viuẽtẽ offeramus, hæc noſtra corpora Deo, moriamur mundo, ſed viuamus Deo, qui pro nobis, mortuus eſt, vt nemo
Lu. 2. amplius ſibi, ſed illi viuat. Viuamus autem Deo fide, quæ per charitatẽ operatur. Nam fides, ſine operibus mortua eſt. Addit Paulus *Sanctam*. Illæ hoſtiæ legis, non erant ſanctæ, ſanctitatem ſignificabant, non habebant. At nos ſancti eſſe poſſumus, quos Chriſti Ieſu, ſanguis ſanctificat. Exhibeamus itaque, nos ipſos ſanctos, ſancitos, fortes, conſtantes, cœleſtes. Sancti autem erimus, ſi de nobis ipſis, nihil ſperantes, omnem ſpem noſtram in Ieſum Chri-
1. Ioan. 3. ſtum, collocauerimus, iuxta illud. Qui habet ſpem in eo, ſanctificat ſe, ſicut & ille ſanctus eſt. *Deo placentem*, vel acceptam. Nec ſacrificia illa propter ipſas res, quæ offerebãtur, Deo accepta erãt. Vnicè enim habuit ea populus, in mãdatis, cum ad idololatriam declinauit, poſt adoratum vitulum, & non ante,
Iere. 20. iuxta verbum Dei. Non ſum loquutus cum patribus veſtris, & non præcepi eis, in die qua eduxi eos, de terra Ægypti, de verbo holocauſtomatum, & victimarum. Quo ſignificatum eſt abſolutè, ſacrificia illa Deo, minimè placuiſſe, ſed ideo accepta fuiſſe, ad hoc, vt poſtquam Gentium more, in ſacrificãdis pecoribus, delectabantur, non ſacrificarẽt idolis, ſed Deo, cuius ſunt omnes feræ, & agrorum iumenta. Verumtamen ſacrificia noſtrorum corporum, noſtrarum animarũ, maximè Deo placent, aſcenditq; eorum fumus coram domino, in odorem ſuauitatis. Sed quando placent? Quando, vt Deo placeant, fiunt, non vt hominibus. Dicebat enim Paulus. Si hominibus placerem, Chriſti ſeruus, non eſſem. Hoc Gal. 1.
eſt ergo, quod ſequitur.

Rationabilem cultum veſtrum. Hipocritarum cultus, nõ eſt rationabilis, de quibus dicitur. Populus hic, labijs me Mat. 15.
honorat, cor autem eorum, longe eſt à me. Cultus enim Dei, qui hic, & vbique λατρεία dicitur, & corde, & corpore celebrari debet: at potiſſimũ corde, & ſpiritu, quoniam Deus ſpiritus Ioan 4.
eſt, aliter irrationalis eſt, & vacuus. Nec proſtrationes, neque genuflexiones, nec vocales clamores, neque cantiones, nec pectoris tunſiones, neque omnia alia exteriora opera, niſi interius, à corde proficiſcantur, ſanctificãt hominem, quare Deo, non ſunt accepta. Voluntas ſiquidem Dei eſt, ſan- 1. Theſ. 4.
ctificatio noſtra, inquit Paulus. Hinc itaque habere potes, quid λατρεία eſt. Seruitus ſcilicet, quæ Deo, ſpecialiter debetur. Eſt enim exhibere corpora noſtra Deo, hoſtiam viuentem, ſanctã, Deo acceptam. Illud ſanè, rationabilem latriam veſtram, eſt huius expoſitio. Exhibete corpora veſtra. &c. Vnde cautum ſemper fuit, in omni lege, ne ſacrificia, niſi Dijs immolarentur. Hic enim primus honor eſt, primaque excellentia. Propterea ſummo rerum opifici, tantum libamus, teſtificantes, quod ipſius ope ſumus, quod viuimus, atque mouemur. Alter honos, ſunt Pi- Act. 17.
ramides, arcus, altaria, templa, himni, laudes. Hunc Diuis omnibus perſoluere, nemo non poteſt. Sequitur.

Et ne configuremini huic ſæculo, ſed transformemini, renouatione mentis veſtræ. Vides quomodo ſeculum quoddam futurum inſinuat, cum dicit. *Ne configuremini ſæculo huic*. Huius autem verbi, ſenſus eſt. Mundo huic, concupiſcentiæ ſeculari, vel oculorum, vel carnis, vel ſuperbiæ vitæ, nolite conformes fieri, ſed formam aliam accipite, renouatione mentis veſtræ, iã per gratiam acquiſita, trãsformamini ſemper, nouam induite formam. Qui erat peccator, & pœnitens factus eſt, transformatus eſt, ſed adhuc transformetur, fiat

fiat proficiens. Proficiens adhuc transformetur, fiat perfectus. Perfectus nouam adhuc transformationem ambiat, vt ſcilicet euadat beatus. Attende autem magnam verborum Pauli energiã. Mũdum iſtum ſeculum appellat. Quaſi fragile quid, & quod breui tempore durare poſſit. Centum quidem anni, ſeculum efficiunt. Item figuram dicit ſeculi, non ſeculum. Hoc enim modo loquendi. *Nolite conformari huic ſeculo*. Intelligitur, nolite talem habere figuram, qualis huius ſeculi eſt. Quid eſt vero figura, niſi quid inconſtans, vanum, & labile? Ars omnis, facitne aliud, quàm figuram? Artes autem, poſſunt ne aliquid efficere perpetuum? Hinc igitur diſce, quid figura ſit. Et ſi hoc ſatis non eſt, audi Paulum dicen-
1.Cor.7. tem. Præterit figura huius mundi. Contra verò, non dicit, Transfiguramini, ſed transformamini. Formam nominans, non figuram. Forma enim quatenus forma, non neceſſario vllam ſecum affert imperfectionem, quin potius ratio formæ, vt forma, nobiliſſima eſt. Vnde & ad Deum transfertur à ſapientibus. Hanc ergo figuram informem, corruptibilemq; huius mundi, contemnite, ideſt mundana, fluxa, inaniaque deſideria, quæ ſecularium
Eſa.63. hominum propria ſunt. Formam vero cæleſtem, diuinam aſſumite, vt au-
Cant. 2. diat vnuſquiſque veſtrum. Iſte formoſus in ſtola. Et vnaquæque. Veni for-
Sap.8. moſa mea, ſpecioſa mea. Hæc eſt enim illa forma, de qua dominus. Hanc amaui, hanc exquiſiui, & amator factus ſum formæ illius. Hæc autem transformatio fieri poteſt. *Nouitate mentis noſtra*, ideſt diuina gratia, qua mens primum peccatis inueterata, deformisq; & indecora effecta, renouata eſt, atque inſtaurata. At qui non eſt renouatus, quomodo transformari poteſt? Reno-
Eph.4. uetur primum, iuxta illud. Renouamini ſpiritu mentis veſtræ. Quia nihilominus ex ſe renouari, non poteſt, de-
Pſ.50. precetur ad dominum. Spiritum rectum innoua in viſceribus meis. Emitte ſpiritum tuum, & creabuntur, & re-
Pſal.101. nouabis faciẽ terræ. Statim enim aderit ſibi dominus, & renouabitur, vt aquilæ iuuentus ſua. Tandemque renouatus, mundo neglecto, cuius figura præterit, in Deum poteris transformari. Qui idem ipſe ſemper eſt, & an- Pſ.101.
ni eius non deficient. Habes ergo apoſtolica ſenſa Fortaſſe tamen non eſt ſenſus. Transformamini per renouationem habitam mentis veſtræ, ſed transformamini renouatione mẽtis veſtræ, hoc eſt renouamini. Ipſa quippe renouatio, transformatio ipſa eſt. Qui igi- 3. Reg. 8
tur peccat. (nemo enim eſt, qui non peccet) cum ſe ſe peccaſſe ſentit, & inueteratum eſſe, renouari ſtudeat, peccata abijciat, paret ſe ſe ad gratiam conſequendam. Attende autem huius metamorphoſeos, lucrum mirabile, atque incomparabile. *Vt probetis, quæ ſit voluntas Dei bona, & accepta, & perfecta*.

Maximus certè fructus, poſſe ſcire Dei voluntatem, de qua ſupra dictũ eſt. Quis nouit mentem domini? Non ſci- Rom. 11.
tur ſtudio, ſcitur bona vita. Tria vero dicit de diuina voluntate. *Bona, placens*, vel accepta. *Et perfecta*. Hoc eſt bona, melior, optima. Bona eſt diuina voluntas, in prohibitionibus: melior in præceptis: optima in conſilijs. Bona, cum permittit mala: Bene placens, cum vult bona: Perfecta, cum remunerat hæc, & punit illa. Bona, cum ceat, Placens cum iuſtificat. Perfecta cum glorificat. Bona, quo ad incipientes, melior quoad proficientes, optima, quoad perfectos. Bona in his, qui afferunt fructum trigeſimum: melior in his, qui ſexageſimum, optima in his qui centeſimum. Bona, in lege naturæ, melior in lege Moſe, optima in Euangelio. Bona in ſe, quia non vult, niſi bonum; Beneplacens bonis, qui vni illam intelligunt; Perfecta, quia etiam à malis, nolentibus adimpletur. Fortaſſe autem textus debet ſic iacere. Quæ ſit voluntas Dei bonum, & acceptum, & perfectum. Ita enim habet textus grçcus. Tì τὸ θέλημα τοῦ θεοῦ τὸ ἀγαθὸν καὶ εὐάρεστον. καὶ τέλειον. Et forte illud τι repeti debet, quid bonũ, & quid acceptum, & quid perfectum. Et tunc ſenſus erit. Qui mentis renouatione transformatus fuerit, non modo intelliget, ſed probabit, ideſt experietur.

tur. *Quæ ſit voluntas Dei*, & quod ſit *Bonum*, quod ſit melius, quod ſit optimũ. Bona eſt lex Gentium, melior lex Moſi, optima lex Chriſti. Bonum eſt Matrimonium, melior Viduitas, optima Virginitas. Et ita ſi bonum ſtatum, aſſequutus fuerit, meliorem æmulabitur:
Deut. 32. atque ſi melioré, optimum. Hoc enim puro intelligit Paulus, ad perfectionis ſummam, omnes cohortans: atque ſicut aquila prouocans, ad volãdum pul
1. Cor. 7. los ſuos. Vnde alibi dicebat. Volo om-
ad Corin. nes homines eſſe, ſicut meipſum. Et
Ibidem. iterum. De virginibus, præceptum non habeo, conſilium autem do. Volo enim vos ſine ſollicitudine eſſe, qui ſine vxore eſt, ſollicitus eſt, quæ domini ſunt, quomodo placeat Deo. Qui autem cũ vxore eſt, ſollicitus eſt, quæ ſunt mundi, quomodo placeat vxori, & diuiſus eſt. Quæ ſi vera ſunt, quia vera ſunt, irrefragabilem mihi efficiũt rationem, contra matrimonium, quod procaces, & barbari ſacerdotes, ſibi reſtitui tanto mundi tumultu clamant. Hæc enim libido (vt reor,) totius huius ſabulæ caput fuit. O ſacerdotes Baal. Num decet illum, qui totus ſemper Deo, aſſiſtere debet, diuiſum eſſe? vt partim quę Dei, partim quæ vxoris cogitet? Ite. Ite, & erubeſcite. Mulier ſui corporis poteſtatem non habet, ſed vir: nec vir ſui,
Ibidem. ſed mulier, adeò vt Paulus dicat. Nolite fraudare inuicem, niſi forte ex conſenſu ad tempus, vt vacetis orationi. Num ergo hoc laqueo, illigandus eſt ſacerdos, quem continenter diuinis in-
1 Reg 21 tentũ oportet eſſe? Triduo ſaltem, vxorati ab vxoribus abſtinere debẽt, cum ſanctificari uolunt, vt ex lege vetere pa-
2. Reg 6. tet. Hinc Oza repente à Deo, percuſſus eſt, atque interijt, quod cum nocte, cũ vxore dormijſſet, mane arcam ſanctam tangere, non eſt veritus. Quomodo ergo, non ſemper Dei flamines, à mulieribus abſtinere debent, qui & ſancti ſemper eſſe debent, aliosque quaſi Dij terreni ſanctificant? Honorabile connu-
Heb. 13. bium, & thorus immaculatus in omnibus, non inficior, contra Nouatum. Verum cęlebs vita longè purior, lon-
Apoc. 14. gè ſanctior, longè diuinior. Hinc tanta laudæ donantur illi, de quibus dicitur, Hi ſunt, qui cum mulieribus, non ſunt coinquinati, virgines enim ſunt, & cantant canticum nouum, quod nemo alius dicere poteſt. O virginum laudem. Hinc ſummus ille ſacerdos noſter, & virgo fuit, & virgine matre natus. Ioſippum virginem cuſtodem, & Ioannẽ virginem, præ cæteris familiarem habere voluit. Quid quæris clericè carnis corruptionem, ſi germinis cęleſtis florem habes? Quis pulchritudinem decore virginis, maiorem æſtimare poteſt, quæ amatur à rege, probatur à iudice, dedicatur domino, conſecratur Deo? Melius eſt nubere, quàm vri? 1. Cor. 7.
Cedo. At melius eſt, cęlibem agere vitam, quàm nubere. Si Moſen adducas. Non eſt bonum hominem, eſſe ſolum. Gen. 3.
Adducam & ego Paulum. Bonum eſt, mulierem non tangere. Abeat, Abeat 1. Cor. 7.
in malam crucem Iouinianus, qui virginitati matrimonium ęquauit. Nõ eſt bonum hominem eſſe ſolum, quo ad eſſe naturæ. Natura enim matrimonio Gen. 3.
ſeruatur, non virginitate. Verum quo ad eſſe gratiæ, quæ Chriſti euangelio proprie eſt, non legi, bonum eſt à mulieribus procul eſſe. Solutus igitur es ab vxore, noli quærere vxorem. Neq; me vrgeas. Ergo ne per nos, natura pereat, bonum eſt vxorem ducere. Nec enim timendum eſt, ſi etiam vniuerſi cęlibem vitam ducerent, interiturum eſſe hominum genus. Potens eſt, nan- Mat. 3.
que Deus, de lapidibus ſuſcitare filios Abrahæ, qui & de terra patrem Abrahæ, & noſtrum omnium tanquam figulus, plaſmare potuit. Ne metire quęſo diuinam omnipotentiam, ne ſcrutare vias eius, permane tu in uocatione in qua vocatus es, ad virginitatem, ad ſacerdotium, & iacta cogitatum tuum in domino. Et hæc per tranſennam dicta ſint. Sequitur.

Dico enim per eam gratiam, qua data eſt mihi, cuilibet, qui inter vos eſt, non alte ſentire, ſupra id quod ſentire oportet, ſed ita vt vnuſquiſque ſentiat ad ſobrietatem, vel ſobriè, vel temperatè, vel ad temperantiam. Εἰς τὸ σωφρονεῖν ἑκάστῳ, *ſicut Deus partitus eſt menſuram fidei*.

Fortaſſe, quia magnum quid dixerat, eos, qui renouari voluerint, Dei voluntatem

tatem probaturos eſſe, quid ſit bonū, quid melius, quid optimum, moderatur iſtud Apoſtolus, ne aliqui promiſſionis magnitudine ſuperbiant, ſimulque ſuæ adhortationis moralis telam proſequitur, rogās, ex Apoſtolatus autoritate, quam inter Gentes contulerat illi Deus, vt nemo altiora, quæ Deus occulta eſſe voluit, ſcrutetur: nemo ſuper ſeipſum efferat. Nemo humanæ virtutis terminos tranſgrediatur, ſuo dono quiſq; contentus ſit. Sicut enim qui mel multum comederit, deſtomachatus tandem inuenit, quod bonum
Pro 25. non eſt, vt inquit Salomon in Parabolis: ita ſcrutator maieſtatis, opprimetur
Ibidem. à gloria. Hinc illud. Mel inueniſti, comede, quod ſufficit tibi, ne forte ſatiatus euomas etiam iſtud. *Noli ſentire ſupra, id quod ſentiendum eſt, ſed ſentias ad ſobrietatem*. Mihi tamen placet magis, vt Paulus illud, hîc interpretetur. Nolite conformari huic ſeculo, ſed transformamini, in nouitate ſenſus veſtri. Illud quidem eſt, altum ſentire de ſeipſo, quod mundanis omnibus commune eſt: hoc ſentire ad temperantiam, quod Chriſtianis quibuslibet propriū eſt. Ad humilitatē igitur abſolutè hortatur verbo iſto. Nemo altum ſentiat, comparatiuè tamē, non poſitiuè debet intelligi, id eſt nemo altius ſētiat, quàm ſentiendum ſit: ſed vnuſquiſque temperatè de ſeipſo ſentiat, ſobriè, pudicè. Et tunc exponit, quid eſt ſentire ſobrie vnuſquiſq;, hoc eſt, ſentire ſicut Deus partitus eſt menſuram fidei. Senſus eſt. Nemo ſibi arroget, id quod non habet, nemo ignoret, quod habet, iuxta illud.
1. Cor. 2. Vt ſciamus quæ à Deo donata ſunt nobis. Arrogantia ebrium efficit, ignorantia ingratum. Stemus ergo in medio. Cognoſcamus quæ Deus, nobis demonſtrauit, ne ſimus ingrati, ſed non efferamus nos ſupra illa, quaſi ex nobis aliquid poſſimus, vltra id quod nobis donatum eſt: nē ſimus ſuperbi, ſic autem ſobrij erimus, vel moderati, vel temperati. Ita enim Cicero humilitatē, ſpiritus, moderationem nominare videtur, metaphorico ſanè ſermone, quo & Paulus hic vtitur. Nam ſobrietas propriè, & temperantia, circa corporalia eſt. Materia enim ſobrietatis proprie potus eſt, & temperantiæ ſenſus tactus delectationes: Sicut ſcitur ex Ethicis. Transferuntur nihilominus, & hæc omnia ad ſpiritualia quæque. Nam & ſapientiam inebriare dicimus. Calix meus inebriās, quàm præclarus Pſ. 22.
eſt? Sobrietatem hanc tenuit Pſaltes, qui dicebat. Non ambulaui in magnis, Pſ. 130.
neque in mirabilibus ſuper me. Et Paulus noſter, qui dicebat. Non in im- 2. Reg. 10
menſum gloriamur, ſed ſecundum mēſuram, quam nobis menſus eſt Deus. Ab humilitate ergo incipit Paulus, tanquam ab ea virtute, quæ eſt omnis ſpiritualis ædificij fundamentum. Ne mihi nunc obiectes fidem. Quis dubitat, quod fide primum in Deum, ipſum tēdimus? Accedentem at Deum in pri- Heb. 11.
mis oportet credere. At humilitas re- Eccleſiaſtici. 10.
mouet prohibens, quo non ſublato, in Deum tendere nemo poſſet, videlicet ſuperbiam, quæ initium omnis peccati eſt. Deus enim ſuperbis reſiſtit, hu- 1. Pet. 5.
milibus autem dat gratiam. Per gratiā vero, acceſſum ad Deum habemus. Vnde hic eſt chriſtianæ perfectionis ordo. Anima primo humiliatur, humiliata compungitur, compuncta purgatur, purgata innouatur, innouata in ſe colligitur, in ſe collecta cognoſcit, cognoſcendo illuminatur, illuminata accenditur, accenſa oleo vngitur inuiſibili, vncta rapitur, rapta contemplatur, cōtemplādo admiratur, admirata alienatur, alienata deficit, deficiendo vnitur, vnita guſtat, guſtando quieſcit, quieſcendo gloriatur. Nemo itaque, qui gloriam illam incomparabilem conſequi vult, à primo ad vltimum, ſe ſe extollat, ſed humilitati ſtudeamus omnes, Chriſtum audientes, qui dicit. Diſcite à me, quia mitis ſum, & humilis corde. Duo- Matt. 11.
decim vero humilitatis gradus, ſanctiſſimus pater Benedictus poſuit, vt vnuſquiſque noſtrum, ſi humilis ſit, vel ſuperbus, cognoſcere facilè poſſit. Et quidē duodecim fructus illi, vitę ligni eſſe, mihi videtur, qui afferunt omnibus ſumentibus ſanitatem. Primus eſt, cor- Apoc. 22.
de & corpore, ſemper humilitatē oſtendere, defixis in terram oculis. Secundus. Pauca verba dicere, & rationalia,

ſine clamore. Tertius. Non facile ridere. Quartus. Tacere quouſque interrogatus fueris. Quintus. Non eſſe ſingularem in dogmatibus religionis, ſed tenere, quod communiter tenetur. Sextus. Credere, & pronunciare ſe omnibus viliorem. Septimus. Ad omnia inutilem ſe aſſerere, & ſentire, atq; indignum. Octauus. Confiteri peccata ſua. Nonus. In duris & aſperis patientem eſſe. Decimus, cum obedientia maiorib⁹ ſe ſubijcere. Vndecimus. In proprię uoluntatis adimpletione, non delectari. Duodecimus. Deum timere, & eius mandatorum memorem eſſe. O felices illos, qui ſub vmbra arboris huius, ſedent, & fructibus hiſce paſti, dicunt.

Cant. 2. Fructus eius dulcis gutturi meo. Hos autem tu ſic ordinare debes. Humilitas enim, eſt impetum animi cohibere, ne in magna inordinatè tendat, de ſeipſo maiora ſentiens, quàm deceat. Hoc quidem ὑπερφρονεῖν. ſonat. Regulatur autem iſtud ex cognitione, qua homo ſeipſum & uires ſuas metitur, neque exiſtimat ſe magnum quid eſſe, pluſquā re ipſa ſit, iuxta oraculum delphicum. γνῶθι σεαυτόν? Noſce teipſum. Huius uero radix eſt reuerentia, quam habemus ad Deū. Ex hac aūt interiore diſpoſitione, qua impetum animi refrenamus, p cognitionem à reuerentia diuina regulatam, naſcuntur ſigna in uerbis, factis, & geſtibus extrinſecis. Sicut & in cæteris virtutibus apparet. Prou. 6. Quis enim continebit ignem in ſinu ſuo, & non comburetur? Eccleſiaſtici 19. Ex uiſu cognoſcitur uir, & ab occurſu faciei ſenſatus. Luc. 6. A fructibus eorū cognoſcetis eos. Vis ergo radicem arboris huius? Ecce duodecimus gradus, Dei reuerētia. Vis humilitatis eſſentiā, appetitus refrenationem, ne in propriā excellentiam inordinate tendat? Audi. Hoc fit, Primo, propriam non ſequēdo uoluntatem. Ecce vndecimus gradus. Secundo, eam regulando ad nutum ſuperioris, ecce decimus. Tertio, ab obedientia, propter dura quæque & aſpera non deſiſtendo. Ecce nonus. Quarto, proprios recogitando defectus, & confitendo. Ecce octauus. Quinto, ex hoc ſe ad maiora inſufficientem eſſe exiſtimando. Ecce ſeptimus. Sexto, Omnes ſibi præferendo. Ecce Sextus. Vis modo ſigna? Vnum in factis eſt. Ecce qntus gradus. Non recedere ab orbita, à uia communi, contra hæreticos, qui ſingulares eſſe uolunt & uideri. Duo ſunt in uerbis. Tempus loquendi, nō præripere, nec in loquendo modum excedere. Ecce quartus & ſecundus. Duo ſunt in Geſtibus. Riſum, ineptam ue lætitiā reprimere, & oculorum extollentiam. Ecce tertius & primus. Quo ad gratiæ donum, quæ uerè humiles nos facit, ſenarius ille iſtum præcedit. Verum quo ad humanum ſtudium, quo ad uirtutes nos ipſos paramus, è contra, iſte ſenari⁹ prior illo eſt. Oportet enim primo exteriora cohibere, deinde paulatim ad radicem interiorem procedere. Nemo enim repente fit ſumus. Et de hoc ſatis. Sic ergo legatur. *Ego per gratiam, quæ data eſt mihi.* Muneris ſcilicet apoſtolici autoritatem, vnicuique ueſtrum dico, *Vt Sentiat ad ſobrietatem, ſicut Deus partitus eſt menſuram fidei.* Secundum illam menſuram ſentiat, de ſeipſo unuſquiſque, qui eſt inter uos, ideſt uel Iudæus vel Gentilis, vel magnus, vel paruus. Qui habet gratiam docēdi doceat, qui habet gratiam miracula operandi, operetur, qui prophetandi prophetet. Quiſq; dono ſuo, quod dedit illi Deus, vtatur. Sed non vltra menſuram illam, quā dedit illi Deus ſentiat aliquis. Iſtud enim eſt modeſte cogitare vel ſentire. Qui promptè addiſcit, non præſumat docere poſſe. Qui egregiè docet, miracula operari non præſumat. Qui miracula operatur, non præſumat prophetare. Hoc eſt enim altius, quàm par ſit, ſentire. Nanque non omnes habent gratiam prophetandi, vel miracula operandi, ſeu docendi. Nemo ſupra ſui ordinis gradum (vt breuiter dicam) aliqđ præſumat. iuxta Dionyſium tertio cæleſtis hierarchiæ. Nemo item minus, quā eius gradus, aut uirtus exigat, operetur. Primum obſecrauit Paulus. *Obſecro vos per miſerationes Dei.* Nunc imperat. *Dico ego per gratiam, quæ data eſt mihi*, vt ſim Apoſtolus, & magiſter Gentium. Neq; tamen, inquit Paulus, ueſtrum aliquis turbetur, ſi non omnia dona habet. Quod enim unus non habet,

bet, habet alius pro illo. Nullum donum deeſt Chriſti Eccleſiæ, quæ corporis vnius inſtar, vno ſpiritu vegetatur, ſpiritu inquam Chriſti, gratia eius, de quo ſupra. Qui Chriſti ſpiritum non habet, hic non eſt eius, credentes omnes, tam vnanimi communione conſotiat, vt quemadmodum oculus videt manui, manus operatur oculo, pes ambulat auri, auris audit pedi, membrum, ſcilicet indiſcriminatim membro vtile eſt. Ita propheta ſit utilis doctori, doctor prophetæ, actiuus contemplatiuo, contemplatiuus actiuo, ſacerdos diaconibus, diacones ſacerdotibus, quilibet in ſumma cuilibet. Hoc eſt itaque quod dicit. Debetque ſimilitudo hæc tota, per parentheſim legi. Partitus eſt Deus, non vni ſcilicet omnia dedit, ſed cuique aliqua dona. *Sicut enim in vno corpore multa membra habemus, omnia autem membra non eundem actum habent, ita multi vnum corpus ſumus in Chriſto.* Rectè Pſaltes cecinit de Eccleſia, quod ſit mira uarietate circundata. Eſt enim uarietas in Eccleſia, ſecundum diuerſas vitas. Actiuam & contemplatiuam, quarum tipum geſſere Maria & Martha. Eſt uarietas ſecundum officia, vel ſtatus, hos quidem dedit Apoſtolos, alios Euangeliſtas, alios Paſtores, alios doctores. Eſt varietas demum ſecundum gratias gratis datas. Alij datur ſermo ſapientiæ, alij ſermo ſcientiæ. &c. Has tres uarietates, vel diuiſiones, tribus uerbis, breuiſſimè complexus eſt Paulus dicens. Diuiſiones gratiarum ſunt, quo ad vltimam, Diuiſiones miniſtrationum ſunt, quo ad ſecūdam. Diuiſiones operationū ſunt, quo ad primam.

Rom. 8.

Pſal. 44.

Eph 4.

1. Cor. 12

Attende itaque, pulchram ſimilitudinem. *Sicut enim in uno corpore*, naturale. *Multa membra habemus*, oculum, manum, pedem, *Non autem omnia membra eandem habent actionem.* Non enim auris uidet, neque oculus audit. *Ita multi*, credentes ſcilicet, in Chriſtum, quotquot ſunt. (Vtinam eſſent omnes homines.) *Vnum corpus* myſticum, *Sumus in Chriſto*, qui eſt caput huius corporis. Niſi per

Chriſtum, ſpiritum Chriſti, vel gratiam intelligere volueris: tunc enim expone Chriſtum, pro huius corporis anima. *Singuli autem inuicem membra.* Hoc eſt inuicem vtiles, quemadmodū hæc corporis membra, inuicem ſe in ſuis iuuant actionibus. Auditus quidem proficit viſui, viſus auditui. &c. Vnde illud Pauli. Non poteſt dicere oculus manui, opera tua non indigeo. Nec iterum, caput pedibus, non eſtis mihi neceſſarij: ſed multo magis, quæ videntur membra corporis infirmiora eſſe, neceſſariora ſunt. O quàm ægregium medicamentum, laboranti Romæ, immo non urbi, ſed orbi afſert Paulus, contra hanc ſuperbiæ peſtem, contra diſcordiæ morbum: in hoc vnius corporis exemplo, & multorum membrorum in Eccleſia. Ex quo enim inuicem omnes membra ſumus, & commembra, puſilli & magni, docti & indocti, quid habes ſuperbè? Quid inflaris? quid teipſum extra cæteros ponis? Quid ab alijs te diſcerpis? Quid fratres ignominia afficis? Non es totum, non es totum, es pars, membrum ſanè, & non corpus. Ille non eſt (vt tu arbitraris) nihil, & ipſe pars, & ipſe membrum quemadmodum es tu. Recordamini fratres, quod commembra eſtis, & elatione ſedata, pacem fraternam, charitatem, & humilitatem nemo non facile amplectetur. *Habentes autem dona, ſecundum gratiam, quæ data eſt nobis differentia.* Cum ergo hactenus de gratia gratifica tractauerimus, nunc de gratia gratis data, cum Paulo philoſophabimur. Hoc eſt enim gratiæ gratis datæ proprium, dari non ad utilitatem eius, cui datur, ſed aliorum. Iuxta Paulum, ad Corinthios, Vnicuique datur manifeſtatio ſpiritus ad vtilitatem, aliorum ſcilicet. Verum gratia gratifica è contra, ad vtilitatem eius cui datur. Illa enim reducit hominem immediate in Deum: hec uero mediantibus alijs hominibus. Iſte quippe eſt rerum ordo, inquit Dionyſius de cæleſti hierarchia, quod omnia reducantur in Deum, ſed quædam per ſeipſa, quædam per alia. Nemo tamen reducitur in Deum, niſi per gratiam.

1. Cor. 12

ad Cor. Ibidem.

Oportet igitur diſtinguere gratiam, in illam, qua immediate, per nos ipſos reducimur:& in illam,qua meditantibus alijs. Illam in operantem, cooperãtem, præuenientem, ſubſequentem diſtinguebamus. Hanc in uaria dona,in Prophetiam, miracula, linguas diſtinguimus. Nota autem Pauli prudentiam, non dicit habentes dona, hic maiora, ille minora, ne his vocibus tumeſcat ille, inuideat iſte, ſed differentia dona duntaxat,ut gaudeant omnes, quod uaria dona acceperint. Nemo omnia habet, ne nullius indigens, ſuperbiat. Nemo omnibus caret, ne tanquam inutilis prorſus, à cæteris deſpiciatur. Quilibet aliquid habet, quod præſtare alteri ualeat. Quilibet item habet, quod ab altero ſibi præſtari poſſit, quo mutua charitas,datis, & receptis donis, magis ac magis confirmetur.Hinc articulus ille prodijt, in Apoſtolico ſimbolo. Sanctorum communionem. Ex his primum,euelle facilem argumentationem illam, qua qui Chriſti corpus diſcerpere, nec membra eſſe uolunt, gloriantur. Eccleſia inquiunt, vnum corpus eſt, non duo, unum ergo tantum caput habet, Chriſtum ſcilicet, non Petrum, non Romanum Pontificem. Neque enim monſtrum eſt, vt biceps ſit, & dicatur. O magnam inſcitiam. Monſtrum eſt corpus naturale, ſi geminũ caput habeat, at corpus myſticum monſtrum eſt,ſi non habeat,niſi unum caput. Quæſo reſponde mihi. Caput mulieris vir, inquit Paulus, viri autem Chriſtus, Chriſti autẽ Deus. Quis hic uitare poteſt,quin mulier tria capita habeat? Virum, Chriſtum, Deum. Vir autem duo, Chriſtum, Deum. Item. Nonne legimus, apud Amos Prophetam. Optimates capita populorum? Quæ ignorantia igitur eſt iſta, arguere. Chriſtus eſt caput Eccleſiæ,ergo non Pontifex? Reflecto argumentum. Deus eſt caput omnium hominum, ergo optimates non capita populorum. Verum,vt eos reſpondendo inſtruamus. Scriptum eſt enim. Reſponde ſtulto,ne ſibi ſapiens uideatur. Dicimus,quod Eccleſiæ corpus, Eccleſiam militantem & triumphantem complectitur, non militantem ſolam. Hæc pars una corporis eſt, illa uero alia. Non enim ſunt duo corpora, ſed unum corpus,neque duæ Eccleſiæ, ſed una Eccleſia, de qua dicitur. Credo in vnam ſanctam Eccleſiam. Chriſtus itaque ſolus,totius huius corporis caput eſt, totius inquam huius Eccleſiæ, iuxta illud Pauli. Ipſum dedit caput,ſuper omnem Eccleſiam. Notate uerba. Cum quo tamen ſtat optimè, ut Petrus fuerit Cephas, hoc eſt caput militantis Eccleſiæ, non tamen triumphantis: Et ita non omnis Eccleſiæ. Ita quoque Petri ſucceſſor. Et ſi tu hoc aliud conſiderauetis, quod non dicitur etiam caput Romanus Pontifex, niſi miniſterialiter: Vices nanque Chriſti agit, uidebis,quod non ſunt duo capita propriè, ſed vnum caput. Quandoquidem Chriſto in cælis exiſtente,vicario opus erat, qui Eccleſiam regeret, ſuæ curæ tanquam Principi paſtorum,commiſſam. Sicut enim quia ſummus Pontifex,Pro Pontificem habet, non ſequitur vt duo ſint Pontifices. Ita quia Chriſtus Vicarium habet in terris, cui ſui ouilis curam commiſit,non ſequitur, vt duo ſint Chriſti: quare nec duo Eccleſiæ capita, ſed unum caput. Secundo. Conſidera verba illa toties repetita. *Gratia, Donum.* Vt intelligas, cum audis Gratiam atque *Donum, menſuramque doni,* tacendum eſſe meritum, & meriti menſuram. Et dona gratis dantur, & quantitas,uel donorum menſura etiam,gratis datur. Propterea addidit. *Sicut partitus eſt Deus.* Non caſu, non ex fato, non ex meritis, ſed ſecundum ſuæ propoſitum uoluntatis. Iuxta illud,ad Corinthios. Diuidit ſingulis prout uult. Et ne quicquam tibi arrogas, cum audis te dono accepiſſe, non acquiſiuiſſe, non comparaſſe, & ne ad inſanam impietatem illam reuertaris, dicens, Cur illi donauit pluſquam mihi? cum audis, quod diuidit prout vult. An enim non licet ei facere de ſuo, quod vult?

Difficultas tamen eſt. Quoniam in Matthei Euãgelio legitur parabolicè. Homo quidem peregre proficiſcẽs, uocauit ſeruos ſuos, & vni quidem dedit quin-

Marginal notes: Ibidem. Amos.6. Prou.26. Ephe.1. 1.Cor.12. Matt.20. Matt.25.

quinque talenta, alij autem duo, alij uero unum, unicuiq; ſecundum propriã virtutem. Non ergo diuidit Deus prout vult, ſed ſecundum uirtutes noſtras, ſecundum merita noſtra. Huic conſonat, & illud uerbum Apoſtoli, hoc in loco. Vnicuique ſicut partitus eſt Deus, menſuram fidei. Inſinuat ergo, quod qui maiorem habet fidem, merito illius, habet plura dona, & maiora. Nõ itaque diuidit prout vult, ſed vt debet,
1.Cor.12 ſecundum merita. Adſtipulatur huic, & Pauli verbum. Æmulamini chariſmata meliora. Vanum enim eſſet, & vanè dictum, niſi homo meliora dona, ſibi comparare poſſet. Non igitur diuina gratia tantum, ſed & nos ipſi, noſtris actionibus, digni maioribus efficimur donis. His tamen non obſtantibus, dicendum. Quod omnino Deus, diuidit ſuas gratias, prout vult. Et ita ſemper donatæ ſunt, nunquam redditæ, iuxta Pauli verbum, ad Epheſios.
Eph.4. Vnicuique ueſtrum data eſt gratia ſecundum mẽſuram donationis Chriſti, id eſt ſecũdum menſuram, ſecundum, quàm vult Chriſtus donare, cuius tanquam capitis eſt, in ſua membra ſenſum influere & motum. Ipſi enim ſoli, nõ dedit Deus gratiam ad mẽſuram, ſed de plenitudine eius, nos omnes ac-
Ioan 1. cepimus, ſecundum menſuram. Influit autem non naturaliter, ſicut caput naturale, ſed liberè ad placitum, ſecundũ quod vult, magis vel minus. Neque huius eſt alia ratio, iuxta uerbum illud
Ecclesiastici 33. Eccleſiaſtici. Quare dies diem ſuperat, & lux lucem, annus annum, & Sol Solem, A domini ſcientia ſeparati ſunt. Agens particulare, materiam ex qua, vel in qua agit, præſupponit. Propterea diuerſas formas inducit, non vt vult, ſed vt debet, ſecundum materiæ exigentiam, & capacitatem. Vni quippe materiæ, vnam imprimit formam, alteri vero alteram. Non enim poteſt ex quolibet, facere quodlibet. Verum, ſi materiam facere poſſet, diceretur, quod ideo fecit talem, vel talem materiam, vt ad libitum talem, vel talem formam inducere poſſet. Deus itaque omnipotens, qui nihil præſupponit, ſed de nihilo omnes creat animas noſtras, diuidit animabus noſtris ſua dona, pro vt vult. Non dico, quod omni animæ dare poſſit donum, quod vult ſine diſpoſitione: ſed quod poteſt animam omnem, quantumuis indiſpoſitam, diſponere, vt ſit doni capax, quod ipſe vult illi conferre. Et ita cui vult maius donum conferre, maioris doni illam capacem creat. Diſponit ſcilicet illam, ad maius donum. Nam corpus mortuum, eſt omnino indiſpoſitũ, ad animam recipiendam, ſed tamen Deus, vnica actione dat illi diſpoſitionem ad animam, & ipſam animam. Non dicamus ergo. Dat Deus huic homini prophetiæ gratiam, quia eſt illius capax ex ſua natura, ſed magis è contra. Ideo capax eſt, quia Deus voluit illi hanc conferre gratiam, propterea illum capacem fecit.

Ad argumenta autem, non eſt difficile reſpondere. Fortaſſe enim per talenta non intelliguntur dona, vel gratiæ, ſed eloquia, vel ſermones. Et ſenſus eſt. Chriſtum, non omnes de omnibus eodem modo inſtruxiſſe. Aliquibus nanque palam loquitur, aliquibus uero in parabolis, iuxta illud. Vobis Matt.13. datum eſt, noſce myſterium regni, cæteris autem in parabolis. Et hoc concedo, ſecundum propriam vniuſcuiuſque virtutem, factum fuiſſe, non quidem ſecundum merita. Abſit, ſed ſecundum hominum capacitatem. Ioan.8. Multa habeo uobis dicere, ſed non poteſtis portare modo, aiebat Chriſtus Ieſus. Et Paulus noſter. Tanquam par- 1.Cor.3. uulis in Chriſto, lac uobis potum dedi. Nondum enim poteratis. Hinc & Prædicatores, non omnibus omnia, ſed ſublimioribus ſublimiora, craſſiora craſſioribus prædicare debent. Iuxta illud. Omnibus omnia factus ſum. 1.Cor.9. Si autem, per talenta dona intelligere mauis, non eloquia, ſed eloquorum intelligentiam, ſubtilem, craſſam, prophetiam, gratiam linguarum, &c. Dicendum tibi tunc eſt, quod hæc, ſecundum propriam vniuſcuiuſq; uirtutem diuiſa ſunt. Hunc in modum. Non enim, in Euangelio dicitur. Vocauit homines, ſed ſeruos ſuos. Serui uerò iſtius, qui peregrè proficiſcitur, uideli-

Mm 2 cet

cet Chriſti, omnes aliquod munus habent, aliquem gradum, quia membra eius ſunt, vt dictum eſt. Omnia autem membra, aliquo munere funguntur. In Eccleſia, itaque, omnes functionem aliquam habent, vel ſunt Apoſtoli, vel paſtores, vel doctores, vel auditores, hoc eſt vel oculi, vel aures, vel pedes, &c. Secundum ergo illius muneris exigentiam, quod obtinuere, diuidit Deus dona ſua, & ita ſecundum propriam virtutem, propriam ſcilicet vnicuique, non quo ad naturam, non quo ad merita, non quo ad capacitatem, ſed quo ad munus, quod in Eccleſia ſortitus eſt. Apoſtolis dat gratiam, ſecundum uirtutem, quam exigit Apoſtolatus. Paſtoribus, ſecundum virtutem, quam requirit paſtoralis cura, & ſic de ſingulis huiuſmodi. Sed cum hæc ipſa munera etiã gratis data ſint, citra merita. (Neque
Coloſſ.1. enim dignos nos inuenit, ſed illis fecit muneribus. Iuxta illud. Dignos nos fecit, in partem ſortis ſanctorum, in lumine,) Conſequens eſt, vt etiam gratiæ illis muneribus datæ, gratis datæ ſint. Et ita uere gratiæ, & dona. Quod ſi tibi placet, vt dicatur. Diuiſit Deus dona ſua ſecundum naturæ capacitatem: Modo & addas. Hanc ipſam capacitatem à Deo donatam eſſe.
Rom.11. Quis enim prior dedit illi, & retribuetur ei? non contradicam. At ſi ſecus intelligas, errabis omnino. Quæ enim capacitas naturalis, ad prophetiæ donum requiritur, cum & armentarij, vellicantes, ad prophetiam prorſus indiſpoſiti, Dei dono, prophetæ eximij euaſerunt? Idem quoque Dei ſpiritus impleuit citharedum puerum, & prophetarum ducem conſtituit. Quod ideo factum eſt, vt vnicè diuinæ virtuti, donum hoc adſcriberetur, ne glorie-
1.Cor.1. tur omnis caro, in conſpectu Dei. Non nego tamen, immo conſtanter aſſero, quod ad vſum prophetiæ, ad actu ſcilicet prophetare, requiritur bona prophetæ diſpoſitio. Nam licet donum ſit ex Deo tantum, doni uſus nihilominus, in noſtra eſt poteſtate, iuxta Paulum. Spiritus prophetarum,
1.Cor.14. prophetis ſubiecti ſunt. Propterea nos ipſos, à prophetiæ vſu impedire poſſumus, iam inquam ſuſcepto dono. Quod maximè fit peccatis carnalibus. Quoniam ad prophetandum, requiritur maxima mentis eleuatio, ad ſpiritualium contemplationem. Quæ ſanè per paſſionum vehementiam, & per inordinatam rerum exteriorum occupationem, mirum in modum impeditur. Propterea legitur, de filijs pro- 4.Reg.4.
phetarum, quod habitabant, cum Heliſeo, quaſi ſolitariam vitam ducentes, ne mundanis occupationibus diſtracti, quin prophetare poſſent, impedirentur. Hinc per raro legis, vxoratos fuiſſe prophetas.

Ad ſecundum argumentum, ex Apoſtoli verbo. Reſponſio facillima eſt. Nam fidem, Dei donum eſſe, ab- Eph.1.
unde ſupra manifeſtatum eſt, & ſimiliter fidei menſuram. Apoſtoli enim petunt. Domine, adauge nobis Luc.17.
fidem. Quamuis ergo ſecundum fidei menſuram, gratiæ gratis datæ, diuidantur, cum & ipſa fides gratis detur, nihil obſtare poteſt, quo minus illæ ipſæ gratiæ uere donatæ, & non redditæ ſecundum merita, exiſtant. Sunt tamen, qui hoc dictum. *Vnicuique ſicut partitus eſt Deus menſuram fidei.* Aliter interpretantur. Et hi quidem, virtutum menſuram intelligunt, quas ſanè, quia ſoli fideles accipiunt, propterea fidei nomine appellantur vniuerſę: Illi vero diuidunt, ſicut partitus eſt Deus menſuram, fide: vt genitiuus pro ablatiuo accipiatur. & ſit ſenſus. Partitus eſt Deus vnicuique dona ſua fide, per fidem. Dona enim Matt 7.
ſua Deus non largitur, niſi his, qui fidem habent. Non ſunt quidem mittendæ margaritæ ante porcos. Partitus eſt vero ſecundum menſuram, quia omnia diſpoſuit dominus in numero, in pondere, & in menſu- Sap.11.
ra. Mihi unicè placet, vt dicamus, partiri Deum dona ſua ſecundum ipſius fidei menſuram. Qui enim in fide excellentior fuerit, is vberiora dona conſequetur. Adeo, vt & miracula facere poſſit. Iuxta Chriſti uerbum. Si habueritis tantum fidem, ſicut eſt granum ſinapis,

napis, nempe eximiam, inuictam, vt inter grana omnia granum ſinapis in- Matt.17. uictum eſt. Quo enim magis atteritur, eò amplius vis eius oſtenditur. Et dixeritis monti huic, tranſi hinc, & tranſibit, & nihil impoſſibile erit vobis. Hinc Petrum arguit, quod modicæ eſſet fidei: Ob id namque mergebatur. Modicæ fidei, quare dubi- Matt.14. taſti? Quod cum audiſſet, cæpit in altiorem ſuæ gratiæ fidem, & ambula- Luc.17. uit ſuper aquas. Hinc docuit Chriſtus, vt fidei augmentum peteremus. Sicut enim ſine fide, Dei dona nequaquam conſequimur, ita nec ſine magna fide, magna dona, nec ſine maxima fide, maxima dona. Quo ergo Apoſtolus in fidem eximiam, vrbem Romam erigeret, dixit omnia Dei dona à Spiritu ſancto, ſecundum ipſius menſuræ fidei proportionem, rectè diſtribui. Et id profectò ſuper omnia neceſſarium erat, quia malorum omnium radix eſt, quia vel non credimus, vel frigidè credimus.

1.Cor.12 Ad illud. Æmulamini meliora chariſmata. Quid eſt æmulari, niſi deſiderare? Zelare? Nulli dubium, quod ſancta deſideria, ad dona maiora obtinenda, valde proficiunt. Nonne etiam ſunt donata à Deo, de quo Philip. 2. dicitur. Operatur in nobis velle, & perficere pro bona voluntate? Vnum etiam, antequam ad vlteriora progrediamur, conſiderãdum eſt. Quod Apoſtolus hic, cum de fide loquitur, nõ accipit fidem, quæ virtus eſt, ſed illam de 1.Cor.12. qua ad Corinthios. Alij ſermo ſapientiæ, alij ſermo ſcientiæ, alteri fides. Nam fides, quæ virtus eſt, datur omnibus Chriſtianis, vt credant. Rom. 5. Aliter enim non iuſtificarentur. Iuſtificati namque ex fide, pacem habe- Heb.11. mus ad Deum. Et ſine fide impoſſibile eſt placere Deo. Sed hæc fides, quæ Dei donum eſt, non datur omnibus, & poſſumus ſine illa ſaluari. Illa grati ſumus Deo. Iſta vero minimè. Deinde dicit.

Siue prophetiam ſecundum analogiam fidei, ſiue miniſterium in miniſterio, ſiue qui docet in doctrina, ſiue qui exhortatur in exhortatione.

Bit. ad Rom.

Quatuor dona hic particularia explicat differentia, differentibuſque collata, Prophetiam, Miniſterium, Doctrinam, Sermonem ad exhortandum potentem. Ecce ergo literæ aperta ſeries. Vnicuique ſicut partitus eſt Deus menſuram fidei, ſiue prophetiam, ſiue miniſterium, ſiue doctrinam, ſiue exhortationem. Nemo itaque, ſe ſuper ſe attollat, ſed temperate de ſeipſo quiſque ſentiat. Propheta prophetet, Miniſter miniſtrer, Doctor doceat, Adhortator adhortetur. *De* Prophetia autem primum dicamus. Scriptum eſt enim. Pro.29. Cum defecerit prophetia, diſſipabitur populus. Quod tamen de prophetia noua minimè intelligas. (Non eſt enim neceſſarium nunc prophetas in Eccleſia eſſe,) ſed de vetere. Iuxta illud. Habent Moyſen, & Pro- Luc.16. phetas. Scito ergo, quod quædam eſt Prophetia Naturalis. Et eſt Prophetia quæ donum Spiritus ſancti eſt. Quod vt intelligas, aduerte. Prophetia certè, ad cognitionem pertinet. Iuxta illud primi Regum. Qui enim 1. Reg 9. Propheta dicitur hodie, olim dicebatur videns. Viſio autem cognitionem ſonat. Licet vero, non ſolum futurorum cognitio, prophetia dicatur, ſed & præteritorum, & præſentium. Nam & manifeſtationem cogitationum cordis, Paulus ad Co- 1.Cor.12 rinthios, ad prophetiam pertinere dixit. Illud etiam prophetia dicitur. Gen.1. In principio creauit Deus cœlum, & Eſa. 6. terram. Et illud. Vidi dominum ſedentem ſuper ſolium excelſum, & eleuatum. Communiter tamen, nomen hoc prophetia, pro contingentium futurorum cognitione, vſitatur. Vnde Prophetę dicuntur, quaſi Præfantes, hoc eſt futura prædicentes. Et cum de præteritis, vel de præſentibus loquitur, ſui nominis rationem ammittit. Futura autem, antequam ſint, præexiſtunt, & in præſcientia diuina, & in ſecundis cauſis, quarum virtute, de potentia ad actum reducuntur. Non ita tamen intellige, vt omnia, quæ in Dei præſciẽtia præexiſtunt, ſint etiam in ſecũdarum cauſarum virtute.

Aliter enim miracula non fierent, ſed è contra. Nullum futurum eſt, in alicuius ſecundæ cauſæ uirtute, quod in dei præſcientia non ſit. Alius nihilominus, & alius modus eſt hic, & ibi. Nam in præſcientia, futura ſunt immobiliter. Verum in ſecundis cauſis, non ſic. Quoniam ſecundæ cauſæ impediri poſſunt, diuina tamen cognitio, falli nequaquã poteſt. Intellectus itaque futura uides, vt ſunt in cauſis ſecundis, prophetiam habet naturalem. At ut ſunt in præſciẽtia diuina, prophetiam, quæ donũ Dei eſt. Hinc differentiam agnoſce. Prophetia naturalis, de omnibus futuris eſſe non poteſt, quandoquidem non omnia futura ſunt in cauſis ſecundis. Nõ enim ea, quæ miraculosè fiunt. Verum Prophetia quæ donum Dei eſt, generaliter euentus omnes præcognoſcit, id eſt præcognoſcere poteſt. Secundo. Prophetia naturalis, infallibilis eſſe nõ poteſt. At quæ diuinum donum eſt, infallibilis eſt omnino. Eſt enim diuinæ præſcientiæ ſignum. Quia ſecundum illam infallibilitatem, præuidet Propheta, ſecundum quam, futura ſunt à Deo præcognita.

Verum adhuc declaratum non eſt. Quomodo Prophetare, q̃ futura ſunt, vt ſunt, & uidentur in cauſis ſecũdis, naturale ſit. Si Platonẽ ſequamur, qui animas noſtras, omnium rerum notitiã habere, antequam corpori infundãtur, exiſtimauit. Obliuiſci autem, cum è cęlis in hæc ſepulchra deſcendunt. Quod & Poetæ de Letheis aquis fabulantur. Poſtmodum dixit, quod ſcire noſtrum reminiſci eſt, non eſſet admodum difficile declarare, quod ipſa animarum vis, ſua ſubtilitate aliqua futura præuideat. Habet enim neſcio quãdam diuinationis vim in ſeipſa, licet obnubilata ſit, ex corporis, cui unitur impuritate. Sed quia credimus, anlmã ex ſenſibus, omnem cognitionem accipere, tanquam tabellæ inſcriptione carenti perſimilẽ, figmẽtum arbitramur, quod homo ſuapte natura, poſſit futura diuinari. Quomodo ergo naturalis Prophetia ſit. Tu id breuibus accipe, ne remoratus, ad ulteriora progredi non poſſis. Non dicitur naturalis hæc Prophetia, eo modo quo igni ſurſum ferri, naturale eſt. Quia ſcilicet natura intrinſeca, eſt principiũ actiuum motus ignis. Statim enim ſuperuolat ignis, niſi ſit aliquid, quod detineat. Nam ſi ita eſſet, ſemper igitur, quando uellet Propheta, futura præcognoſcere poſſet. Quod eſſe falſum, manifeſtè patet. Sed dicitur naturalis hoc modo tantum, quia natura, ad talẽ diſpoſitionem, poteſt hominem producere, quod recipiet per influxum, vel actionem alicuius cauſę ſuperioris, creatæ tamen & corporalis, nõ angelorum ſcilicet, ſed corporum cæleſtium, præſciẽtiam futurorum. Quod maxime in melanchonicis experimur. In eorum enim vim imaginatiuam, cui ſaturnius humor, dat neſcio quandam firmitatem & bonitatem, quia facit eos circa ſenſibilia diſtractos non eſſe, ſed imaginabilibus & intelligibilibus intentos, fiunt aliqui motus, ex cęleſtium corporũ uirtute, in quibus quædam futurorũ euẽtuum ſigna præexiſtunt: eorum etiam intellectus, circa ſenſibilia non diſtracti, ſunt parati & diſpoſiti, vt ad alta cognoſcenda eleuentur & ſuſtollantur. Bonitas ergo imaginatiuæ requiritur, & intelligentiæ claritas in huiuſmodi Prophetis. Quod igitur dici ſolet, hominem quando vicinus eſt morti, futura uidere, uaticinari. Si eſt uerum naturaliter, nulla alia ratione uerum eſſe poteſt, niſi iſta. Quia anima à corpore proprio, tũc magis remota, quàm antea, & exterioribus minus alligata, expeditior eſt reſpectu motuum interiorum, Magis itaque percipit ſubtiles, imaginatiuæ motus, ex cauſarum naturalium impræſſione, à quorum perceptione impediebatur primum, propter eius circa exteriora, occupationem. Ex illis ergo imaginatiuæ motibus, lumine intellectus agentis lucentibus, tũc magis expediti quàm antea, intellectus poteſtatis mouetur, ad cognoſcendum futurũ in præſenti ſigno, imaginario repręſentatum. Et ita prophetat. Sed reuera propriè hæc, Prophetia naturalis, non debet dici Prophetia. Quoniam non eſt de omnibus futuris, neq; immobilem continet ueritatem. Vnde non tenet. Iſte prophetat naturaliter, igitur pro-

phetat.Prophetia ergo propriè, à ſpiritu
ſancto eſt, vt donum eius. Propterea di
citur, diuina inſpiratio futurorũ rerum
euentus, immobili veritate denunciãs.
2.Pet.1. Sine gloſa itaque Paulus loquens, &
abſolutè de Prophetia, illam Dei donũ
appellat. Ita & Petrus. Non enim uolũ
tate humana, allata eſt aliquando Pro-
phetia, ſed ſpiritu ſancto inſpirati, lo-
quuti ſunt ſancti Dei homines. Nemo
tamen ob id putet, omnes prophetas
1.Re.10. bonos eſſe. Scriptum eſt enim. Num &
Ioan.11. Saul inter Prophetas? Et de Caypha etiã
legimus. Cum eſſet Pontifex anni illi⁹,
prophetauit. Quandoque donum pro-
phetiæ datur homini, nõ ſolum propter
aliorum utilitatem, ſed etiam propter
mentis propriæ illius illuſtrationem.
Tunc ille ſanctus eſt: de eorum ſcilicet
Sap.7. numero, de quibus dr̃. Sapientia Dei, p
orationes in animas ſanctas ſe trãsfert,
& amicos Dei & Prophetas conſtituit.
Communiter autem, cõceditur hoc do
num ad aliorum tantum vtilitatem, ſi-
cut & aliæ gratiæ gratis datæ. Ideo cõ-
muniter non ſunt ſancti Prophetæ. Vn
de illud eſt. Attendite à falſis prophe-
Matt.7. tis. Et illud. Nonne in nomine tuo
Matt.7. prophetauimus? Neſcio vos ait illis.
2.Tim.2. Nouit autem dominus, qui ſunt eius.
Hæc ſatis ſint. Declarandum uero eſt,
uerbum illud. *Siue Prophetiam ſecundum
analogiam fidei.* Et credo ego, id appoſitũ
eſſe, vt diſtinguatur prophetia, quę Dei
donũ eſt, à prophetia naturali. Prophe-
tia enim, quæ eſt donum, eſt ſecundum
analogiam fidei, id eſt ſecundum fidei
proportionem. Quia probat, quod fi-
des eſt uera, & rationalis. Intelligitur
autem fides Chriſti hoc in loco. Nam in
primitiua Eccleſia, credentes accepto
ſpiritu, prophetabant. Propterea primo
loco, inter gratias gratis datas, hæc po-
nitur, quia eſt prima probatio ueritatis
fidei noſtræ, quam profitemur. Natu-
ralis autem Prophetia, nihil proportio-
nis habet cum noſtra fide. Nam fides
noſtra, ſupra omnem ſecundarum cau
ſarum uim, plantata fuit. Et ſic Prophe-
tia ſuper naturalis, tantum eſt ſecundũ
huius fidei proportionem, habens ſcili-
cet conformitatem ad illam. Quicquid
dicant vere athe, dominante ſaturno,
Moſaycam ſuperſtitionem: dominante
Sole, Chriſtianam ſectã. Ita enim aiũt,
ſurrexiſſe. Ob id nanque Iudæi, (in-
quiunt,) diem ſaturniam colunt, Chri-
ſtiani ſolarem. O impios. O ſceleſtos,
qui & Deum, ſideribus regi credunt.
Miniſterium autem. licet διακονια vo-
cetur, non propriè tamen pro diacona-
tu tantum, ſed pro omni miniſterio ac-
cipitur, quod circa ſacra pagimus. Ma-
ximè uero, pro miniſterio ſacerdotali,
quo & uerbis, Chriſti corpus cõficim⁹,
& ſacramentis, corpus Chriſti miſticũ,
à ſordibus expiamus. Hæc enim uer-
bis illis intelligunt. Sic nos exiſtimet ho
mo, vt miniſtros Chriſti, & diſpenſa-
tores myſteriorum Dei. Hec uero di- 1.Cor.5.
gnitates miniſtrandi in Eccleſia, per ma
nuũ impoſitionem conferebãtur. Vn-
de Timotheus hoc modo à Paulo cõſe- 1.Tim.4.
cratus fuit. Ne neglexeris (inquit,) qđ
eſt in te per impoſitionem manuũ mea
rum. In actis quoque legitur de Paulo, Act.19.
& Barnaba, quod per manuum impoſi
tionem, Barnabas & Paulus pręsbyte-
ros, per ciuitates conſtituebant. χειρο-
τονήσαντες. Et meritò. Nam & ipſi per
manuum impoſitionem ab Apoſtolis,
ordinati ſunt, vt patet. Dicente enim,
Spiritu ſancto. Segregate mihi Saulum Act.13.
& Barnabam in opus, ad quod aſſum-
pſi eos. Tunc ieiunãtes, & orantes Apo
ſtoli, imponenteſque eis manus, dimiſe
runt illos. Quæ omnia ęgregiè reuin-
cunt Neotericos hoſce. Ad quid enim
imponebantur manus, ſi ſacerdotium
omnibus Chriſtianis, commune eſt?
Non in caſſum, imponebãtur manus,
ergo aliquid conferebatur, quod cæte-
ri Chriſtiani non habent. Neque enim
dicere potes, quod manus impoſitio-
ne nihil conferebatur, neque tantum
ſignum erat, quod mittebantur. Fru-
ſtra quidem tot ceremonijs, ieiunio &
oratione hierarchę illi uſi fuiſſent, ſi
Paulo & Barnabæ manus imponentes,
nihil aliud niſi miſſionem ſignificare
voluiſſent. Miniſterium mihi crede, mi
niſterique collationẽ illa manuum im-
poſitio ſignificabat. Vnde lege & rele-
ge. Paulus nunquam hoc nomine
Pauli appellatur, niſi poſt manuum im
poſitionem, ſed ſemper Saulus.

Vnde indubiè verum eſt, quod pro Apoſtolo nequaquam habebatur, niſi cū Apoſtoli manus illi impoſuere, uidelicet, cum fuit ab Apoſtolis ordinatus. Hinc Diuus Hieronymus ſuper Eſaiā. Capite quinquageſimo octauo, inquit, per chirotoniam, clericorum ordinationem intelligi, q̄ p manuū impoſitionē, nō ſolū ad vocis ĩpcationē, pficit. Vnde & ſeptē Diacones Legimus, ab Apoſtolis ordinatos eſſe, cū manuū impoſitione. Nec euadere potes, qd manuū ĩpoſitio fiebat, cū aliqui ab eis baptizabant. Nam Timotheū Paulus nō baptizauit. Dicit.n. Neminem baptizaui, niſi Criſpū & Caiū. Nō miſit me Chr̄s baptizare, ſed euāgelizare. Impoſuit tñ illi manus. Septē Diacones iam Chr̄iani erant. Et chr̄ianis quippe electi ſunt, ut conſtat. Et tñ illis, cum creati ſunt diacones, impoſuere manꝰ Apoſtoli: Ergo aliquid eſt. Ordo inq̄, quo hi laicis ſunt ſuperiores. Et breuiter, tāta eſt ineptia id negare, vt & nos contra illam intendētes, ineptire videamur. Hæc itaque ſatis ſint, & ad alia properemus. Hæc miniſteria, gratiæ ſunt gratis datæ. Ideo poſſunt eſſe in prauis hominibus. Nec te fallat opinio, vt credas cum impijs iſtis, ſacerdotem malum non abſoluere, non ligare, non remittere, non conficere. Abſit tantus error, Roma. Iudas verè Apoſtolus erat, uerè ſacerdos, verè Epiſcopus. Hinc illud
Act.1. Petri. Epiſcopatum eius accipiat alter. Qualis tamen fuerit, nemo ignorat. Epiſcopus Laoditiæ, Epiſcopus erat, quinimmo & ob dignitatem magnam, Angelus à Ioanne vocatur, quid tamē
Apoc.3. dicat illi Deus. Audi. Scio opera tua, quia neque frigidus es, neque calidus. Vtinam calidus, aut frigidus eſſes, ſed quia tepidus es, incipiam te euomere de ore meo. Dicis enim diues ſum, locupletatus, & nullius egeo, & neſcis, quia tu miſer es, miſerabilis, pauper, cæ
Tit.1. cus, & nudus. Nec mihi dicas. Oportet Epūm, ſine crimine eſſe, criminoſus ergo, non eſt Epūs. Sed ergo dignus Eps, non eſt. Id.n. molitur ibi Paulus, docēs Timotheum, vt non modo Epos, ſed dignos Epos conſtituat. Propterea.n. di-
1.Tim 4. cit. Non cito manus imponas. Tu aūt, nō es dignus Chriſtianus, homo: Quid mirū eſſet, ſi nec dignos Epos haberes? Vna tantū difficultas ſupereſſe pōt. Nā cum Apoſtolis ſuis, diceret Chriſtus. Quorum remiſeritis peccata remittūtur eis, & quorum retinueritis retenta Ioan.20. ſunt, præmiſit. Accipite ſpiritum ſanctum, inſufflans in eos. Tunc enim intulit. Quorū remiſeritis peccata.&c. Conſequens ergo eſſe videtur, vt qui ſpiritum ſanctum nō habent, hanc miniſterij dignitatem peccata remittēdi, nequaquam habeant. O quantū hoc argumento geſtit hæreticus, uerè miles glorioſus. Ante uictoriam quippe, triū phum canit. Quaſi uerò non ſit uetus Manichæorum argumentum: quod & à uetuſtis patribus iam pridem exploſum eſt. Sicut & cætera, quæ non multo labore, minore ingenio, ſed maxima eorum pernitie conſarcinarunt, noſtri iſti, vt & ipſi aliquando in hæreſiarcharum cathalogo, adſcribi poſſent. Ecce nodi huius diſſolutionem.

Peccatorum remiſſio, non fit ex uitæ merito, ſed ex Eccleſiæ miniſterio. Non igitur miniſtri ſanctitas, ſed Eccleſiæ exigitur, vt tibi peccata remittantur. Cum itaque duodecim illis hæroibus dictum eſt. Accipite ſpiritū ſanctum, &c. non eſt ſane dictum, vt ſingulares perſonæ erant, ſed ut primi Eccleſiæ hierarchæ & archiflamines: Pro Eccleſia itaque ſpiritum ſanctum receperunt. Quis autem ignorat, Eccleſiam ſemper ſanctam eſſe? Clamamus nanque. Vnam ſanctam Eccleſiam. Quid ergo dubitas, te à non ſancto ſacerdote ſanctificari poſſe, ſi ſancta eſt Eccleſia, cuius auctoritate ab illo ſanctificaris? Quid tibi faciet ſeruus malus, ubi bonus eſt dominus? Si ſacerdos te ut Franciſcus, vt Ioannes mundaret, timendum tibi eſſet, an manus immunda, tuam lepram emundare ualeret. Verum, poſtquam nihil ab eo habes, niſi ut Chriſti miniſter & Eccleſiæ, ſecurus eſto, quantumuis pollutus ille fuerit, tuas pollutiones illius detergi miniſterio.

Reliquum eſt, vt dicamus modo de tertio dono, videlicet de *Doctrina*.

Credo autem ego doctrinæ nomine, &

ne, & doctrinam ipſam, & docendi au-
ctoritatem, intelligi debere. Nanq; non
oẽs docti, de facto docere poſſunt, ſed
Epiſcopi tm̃, vel Theologorum infu-
la laureati, ipſo iure, aut quomodolibet
alia authoritate conſpicui. Iuxta illud ſu
Rom. 10. pra. Quomodo prędicabũt, niſi mittan-
tur? Et illud, Docere mulieri nõ permit
1. Tim. 2. to. Mirum profecto, mirũ. Nam, & hãc
ipſam docendi autoritatem, ab Eccleſia
tollere moliũtur noſtrates. Quo. n. om-
nia confundant; omnia turbent, (quos
& confundet quandoq; Deus niſi reſi-
puerint,) liberum cuiq; eſſe uolũt, ſicut
& ſacra facere, ita & docere. Quoniam
(inquiunt) ſcriptũ eſt. Dabo vniuerſos
Eſa 54. filios tuos, doctos à domino. Et iterũ.
Hier. 31. Non docebit vir fratrem ſuum, dicens.
Cognoſce dominũ, omnes enim ſciunt
me, à minore vſq; ad maximum. Et ad-
Eſa. 11. huc. Repleta eſt terra ſcientia dñi, ſicut
Ioan 6. aquæ maris operientis. Hinc Chriſtus.
Chriſtianos omnes *θεοδιδάκτους* appel
lat. Erunt inquit omnes docibiles Dei.
Verum ſi hæc uera ſunt, cur Paulus, tã
impenſe hortatur, vt Epiſcopi fiant uiri
docti, qui potentes ſint exhortari in do
ctrina ſana, & eos qui contradicunt ar-
guere? Cur Timotheum adiurat. Teſtifi
2. Tim. 4. cor corã Deo, & Chr̃o Ieſu, qui iudica-
turus eſt uiuos & mortuos. Prædica
verbum, inſta, oportune importune,
argue, obſecra, increpa In omni pa-
tientia & doctrina? Cur de ſeipſo dicit.
1. Tim. 2. Poſitus ſum ego prædicator, Apoſtolus,
& magiſter Gentium? Sed in re nimis
aperta laboramus. Loca quæ adducũt,
huc ſpectant. Apoſtolorũ tempore, qñ
Spiritu ſancto in die Pentecoſtes uiſibi-
liter afflati fuerunt: Tunc uniuerſum
orbem, ſcientia dñi, ſicut aquis inundã
tibus terra, ædoctum fuiſſe atq; reple-
tum. Rurſumq; hæc moliuntur. Quod
tempore ſcilicet illo, quo uita beata
perfruemur, æternam lucem mente
purgatiſſima intuentes. (Cum uene-
1. Cor. 13 rit, quod perfectum eſt, euacuabitur,
quod ex parte eſt) nemo noſtrum do-
ctore egebit. At poſt illud, & an-
te illud tempus, qui dixerit nos docto-
ribus non egere, delirat omnino. Au-
di Auguſtinum, contra Manicheos.
Sicut terra, quæ ante peccatum fonte
irrigabatur, poſt peccatum indiguit plu
uia de nubibus deſcendente. Ita mens
humana, quæ per terrã ſignificatur, ue-
ritatis fonte, ante peccatũ fęcundabat.
Poſt uero indiget doctrina aliorũ, quaſi
pluuia deſcendente de nubibus. Hinc
doctores & prædicatores, nubes dicun
tur à Propheta. Qui ſunt iſti, qui ut nu Eſa. 60.
bes uolant? Hęc de tribus donis.

Quartum donum eſt, *Exhortatio.* Vir
tus ſcilicet uerborum, efficacia affectus
hominum mouendi, qua maximè cla-
ruit Paulus. Hinc iure optimo, Mer- Act. 14.
curius vocabatur. Non enim eius uer
ba tantum mouent, ſed agũt, ſed tra-
hunt, ſed uim inferunt. Viua quidem
ſunt, & aculeata, omnique gladio an-
cipiti efficaciora. Conſtat autem quod
neque iſta duo dona ſemper diuinam
gratiam gratificam annexam habeant.
Hinc illud. Dicunt & nõ faciunt. Quæ- Matt 23.
cunq; dixerint vobis, ſeruate & facite,
ſecundũ opera eorũ, nolite facere. Ha-
bes igitur hactenus primã Eccleſiæ ua-
rietatem, iuxta gratias gratis datas. Nã
ad has quatuor, facile mihi uidetur, cæ
teras omnes reduci poſſe. Gratiæ enim
gratis datę, ordinantur ad tria, ad cogni
tionem, ad loquutionẽ, & ad operatio-
nẽ. Ad cognitionẽ pertinet Prophetia,
fides, diſcretio ſpirituum. Ad loquutio-
nem, ſermo ſapientiæ, ſermo ſciẽtiæ, in-
terpretatio ſermonũ, genera linguarũ.
Ad operationem, gratia ſanitatũ, opera
tio virtutum. Quis igitur, nõ uideat ex
hoc quaternario, omnes has nouẽ *χα-
ριτες*, pendere? Cum doctrina, iunge
ſapientiam, ſcientiam. Cum miniſterio,
gratiam ſanitatum, operationẽ virtutũ.
Cum adhortatione, genera linguarum,
interpretationem ſermonũ. Cum Pro-
phetia, fidem, diſcretionemq; ſpirituũ.
Nunc itaque loquitur Paulus, de Eccle
ſiæ varietate ſecundum ſtatus, & ſe-
cundum operationes ſimul. Datque le-
gem omnibus, vt vnuſquiſq; de ſeipſo
moderate ſentiat vtaturq; dono, quod
accipit, non abutatur. Vnde inquit.

Qui contribuit in ſimplicitate, ſubin-
telligitur, contribuat. *Qui præeſt in
diligentia*, ſubintelligitur, præſit.
Qui miſeretur in hilaritate, ſubintelligi-
tur, miſereatur. Cum autem audis,

in

in ſimplicitate contribuendum eſſe. Senſus eſt. Nulla tibi ſit alia intentio cum erogas, niſi erogandi. Ne cuiquam tribuas, vt lauderis, contribue, ut retribuat tibi, tribue vt tribuas, iſta cordis plica vel multiplici eris nequaquam Deo placet. Intelligis? Adde. Simpliciter tribue, hoc eſt, ne multum ſollicitus ſis, quando, cui, quantũ tribuas, omni tempore tribue, omnib⁹ tribue, quantum potes tribue. Et ſi nõ habeas niſi aquam frigidam, illam tri-
Mat. 9. bue. Amen enim dico uobis, Qui dederit vni ex minimis meis, calicem aquæ frigidæ in nomine meo, mercedem ac-
Mar. 12 cipiet. Vidua illa, quæ duo minuta obtu-
Luc. 19. lit, non minus quàm Zacheus, qui bonorum ſuorũ dimidiũ pauperibus erogauit, grata Deo fuit. Cum audis eum, qui poteſt, ſollicitum eſſe debere, non ſollicitudinem temporalem intellige, ſed ſpiritualem, qua ſuper grege peruigilare debet, quaſi rationẽ redditurus,
Heb 13 pro ouibus domini. Vnde paſtoribus
Act. 20. dictum eſt. Attendite uobis, & uniuerſo gregi, in quo uos poſuit Spũs ſanctus Epiſcopos, regere Eccleſiam Dei.
Heb 13. Ouibuſque præceptum. Obedite prępoſitis ueſtris, ipſi enim peruigilant ꝓ ouibus. Cum audis. Qui miſeretur in hilaritate, ſenſus hic tibi in mentem ueniat. Si multum tibi fuerit, multum tribue Neque dubita, ſi largiter erogaueris, tibi defuturum. Spem magnam con-
2. Cor. 9. cipe, quod qui parce ſeminat, parce & metet, & qui abundanter, abundãter. Ne ergo cupiditate uictus, męſtus ſis, cum pauperi miſereris. Eſto hilaris, alacer, ne præ pudore, & non ex animo miſereri uidearis. Boni operis iam fructum, ſi non das, cum uoluptate, ammi-
Ibidem. ſiſti. Vnice enim, hilarem datorem diligit Deus. Quia uero radix miſericordię dilectio, vel charitas eſt. Sequitur. *Dilectio* proximi ſcilicet *Sine hypocriſi*, ſub intelligitur: ſit. Ne amare fingas, cum oderis: nec multum amare, cum uix diligas. Et quoniam odium dilectioni cõtratiatur, eadem autem eſt contrariorũ ſcientia. Subdit. *Odientes malum*. ſupple ſitis, quod & ad malum uirum. & ad peccatum referri poteſt. Id autem non ſufficit auertere à malo, ſed oportet facere bonum. Quare ſequitur. *Adhærentes bono*. Ideo quippe malum eradicandum, ut bonum ſectemur. Quod ſimiliter de bono opere, & de bono homine intelligi poteſt, vt ſenſus ſit. Fugiendas eſſe prauas, prauorũ hominum ſocietates, & bonis viris ad-
hærendum. Quia, cum ſancto ſanctus Pſ. 17.
eris, & cum uiro innocente, innocens eris. Hinc Comicus ille. Corrumpunt
bonos mores, colloquia mala. *Frater-* 1. Cor. 15
na dilectione mutuo beneuoli. Etiam ad inimicos fidei. Ne Iudæus ſis, qui fratrẽ ſuum diligit, cæteros omnes odit, illorumque ſanguinem ſitit. Hoc autem additum eſt, ne uerbo illo odientes malum, tibi odire quemquam licere intelligeres. Odire culpam debent omnes, naturam nemo, neque perſonam. Qui
enim odit fratrem ſuum in corde, ho- 1. Ioan. 3.
micida eſt. Tanquam igitur omnes, ex eodem utero nati ſitis, omnes diligite. *Honore inuicem præcedentes*. Contendat ſcilicet vnuſquiſque ueſtrum, in honorando alium, primus eſſe. Hoc enim ad humilitatem ſpectat, qua quiſque ſibi quemquam præfert, vt ſupra dicebamus, quod ſe minorem omnibus exiſtimet. *Diligentia*, vel ſollicitudine, *non pigri*. Senſus eſt. Ita in actionibus ſolliciti ſitis & diligentes, vt non ſitis in contemplationibus pigri. Vnde propterea ſubdit. *Spiritu feruentes*. Non tepidi. In tepidis enim, nauſeam patitur Deus. Ne ita ergo de externis ſolliciti ſitis, vt interioris deuotionis ſpiritum extinguatis, vel remittatis, quod ſanè fiet, ſi carnalia deſideria procul à vobis, pro virili repellere ſtudeatis.
Caro enim concupiſcit, aduerſus ſpi- Gal. 5.
ritum. *Domino ſeruientes*. Non uentri, non ſeculo, non uitijs. Aliqui tamen codices habent. *τῷ καιρῷ*. Hoc eſt tempori ſeruientes. Tunc ſenſus eſt. Conſiderandas eſſe temporum opportunitates. Non enim ſemper poſſumus contemplari, ſed neque omni tempore negotiandum eſt. At pri-
mum quærendum eſt regnum Dei, Mat. 6.
& iuſtitia eius, deinde uero circa res humanas ſollicitari oportet.
Neque etiam incuriam laudat Apoſtolus, ſed ſollicitudini modum apponit.

Spe

Iac. 1. *Spe gaudentes, in afflictione patientes.* Nam
patientia probamur. Omne gaudium
exiſtimate fratres, cum in tentationes
varias incideritis. *Orationi inſtantes.* aſ-
1. Theſ. 5. ſidue ſcilicet. Oportet enim ſine inter-
miſſione orare, & in proſperis, & in
aduerſis. In proſperis ne ſuperbiamus,
in aduerſis ne frangamur. *Neceſſitati-
bus ſanctorum*, piorum virorum. *Com-
municantes*. Qui propter Deum con-
tẽptis omnibus, alienis miniſterijs in-
digent, vt religioſi viri & mulieres, qui
mundi opibus relictis, ſacco mendici-
tatis viuunt. Nõ ſine myſterio autem
dicit. *Communicantes*. Si enim ſancto-
rum neceſſitatibus communicamus, iã
illas noſtras facimus. Futurum eſt er-
go, vt & noſtra ſint illorum pręmia:
Vide quàm magna eſt negotiatio hæc.
Pro minimis .n. maxima reportamus,
ſi Dei amore, mendicantibus ſubuenia-
mus. Nec mendicitatem abhorreas,
Pſ. 87. nam & Chriſtus mendicus fuit. Ego
pauper & mendicus. *Hoſpitalitatem ſe-
ctantes*. Nota emphaſim verbi. Non di-
cit, Tantum oportere nos hoſpites col
ligere, ſed hoſpitalitatem ſectari. ideſt
hoſpites quęrere, ſectari, cogere, vel in-
uitos. Nec forte in foro iaceant, & ne-
mo illos ſub tecto colligat. Futurum
enim eſt, vt tandem Chriſtus dicat.
Matt. 25. Hoſpes eram, & non collegiſtis me.
Gen. 18. Imitamini patrem Abraã. Erat in oſtio
tabernaculi, tres vidit iuuenes, vidit
inquam non cognouit, non remore-
tur ſtatim ſurgere, ſeruum non miſit,
at ipſe agit ſerui perſonam, ſupplex &
humilis vnum illorum adorat, vt eius
comes in præcatione fiat. Præcatur.
Domine, ſi inueni gratiã in oculis tuis,
ne trãſeas ſeruum tuum. &c. O ſenem
ſanctiſſimum, nunquam ſatis laudatũ.
Benedicite perſequentibus vos. Non mo-
do, non maledicite, hoc & Socrates fe-
cit, & Iulius Cæſar, ſed & benedicite.
Illud ſapientis viri eſt, hoc eſt angelici.
Benedicite. Ideſt deſiderate, bonumq;
illis imprecamini, iuxta Chriſti verbũ.
Matt. 25. Orate pro perſequentibus, & calum-
niantibus vos. Ita quippe accipitur hic
benedicere. Ne itaque pro maledi-
ctis, maledicta reddamus. Sed iuxta
1. Cor. 4. Paulum. Maledicamur, & benedica-
mus. *Benedicite.* orantes voce. *Et no-
lite maledicere*. corde. *Benedicite* ſem-
per, & non maledicetis vnquam. *Gau-
dere cum gaudentibus, & flere cum flenti-
bus*. Debetq́ue intelligi gaudendum,
flendum. Hæc autem contra inuidos
ponuntur, qui cum flentibus gaudent,
flentq́ue cum gaudentibus, anguntur
enim de proximi felicitate, lætanturq;
de miſeria. O humani generis hoſtes
perpetuos. Quam excuſationem quę-
ſo habere poteris inuide? Natura ipſa
cogit, vt hominem in tormentis aſpiciẽ
tes, commoueamur, commiſeremur.
Tu vnus gaudes, & lætaris. O inhu-
mana. O ſaxea pectora. Quiſque ge-
neroſo præditus animo, cum quempiã
lętum videt, gaudentem, congratula-
tur & ipſe: quò illum ſibi in beneuo-
lentiam conciliet. Tu vnus angeris tũc
maximè, cum alius gaudet. O quiſqui-
lias hominum. Quid illud eſt inuide,
quo potiſſimũ Dijs ſimiles euadimus?
dic quæſo, ſi iuuare non eſt? ſi prodeſ-
ſe? Verum iuuare non omnes poſſunt,
gaudere nihilominus, cum gaudenti-
bus: Flere cũ flentibus, nemo non po-
teſt. Quàm igitur à Dijs alienus es, qui
nec hoc ipſum vis præſtare, vt cũ gau-
dẽtibus gaudeas, fleas cum flentibus?
Minus valde verbis prodeſſes, aut fa-
ctis, quando nec lachrima vna, męſtum
releuare, nec lætitiæ ſigno, gaudentem
tibi beneuolum reddere voluiſti. *Idip-
ſum mutuo ſentientes*, ſubintelligitur li-
tis, ad concordiam ſeruandam, tollen-
daque ſciſmata. Vel fortaſſe intelligi-
tur cõuenientius. *Idipſum ſentientes* af-
fectu. Vt ſit ſenſus, miſerias alienas, tã-
quam veſtras compaſſione, & miſeri-
cordia ſentientes. Iuxta illud Apoſtoli 2. Cor. 11.
ipſius. Quis infirmatur, & ego non in-
firmor? Contra illorum inhumanita-
tem, qui vident pauperes, famæ animã
exhalare, nec tamen mouentur. Adeò
lapidei ſunt, adeò quidem induruerũt.
Tu vero carnem tuam non deſpexeris.
Adit te pauper, vel egenus, te in pau- Eſa. 58.
perem illum transforma, non te maio-
rem illo exiſtimes, & quemadmodum
tibi omnes homines opem ferre cupe-
res, & tu illi opem feras, licet cui com-
miſereris, ignores omnino. Quod ſi nõ
potes,

potes, ſaltem dole, offer lachrimas, verbis illum ſolare, illum erige, & debitum perſoluiſti. *Non alta ſentientes, ſed humilibus*, hoc eſt abiectis. Ταπεινοῖς, enim, deiectionem ſignificat, non humilitatem, quæ virtus eſt. Vnde ταπεινοὺς. *Vos accommodantes*, ſitis. Contra Magnatum nonnullorum arrogātiam. Et hoc eſt manifeſtè concordiæ fomentum. Si ſcilicet magni, abiectioribus viris conſentire non dedignentur. Ne vero tibi durum (elate) videatur, ſenſum tuum vilioribus, & puſillis homūtionibus condeſcendere, atque accommodare, qui grandia de teipſo ſemper præſumis. Ideo protinus addit. Euellendam eſſe hanc tuam ſuperbiam. *Ne efficiamini prudentes apud vos ipſos*. Hoc eſt, ſenſum tuum puſillis accommodare, non eſſe prudentem in oculis tuis. Et quoniam plerique iniurias ab hoſtibus acceptas, retaliare prudentiam exiſtimant, quaſi percutiens niſi repercuſſus fuerit, viciſſe videatur. Stultitia enim à quibuſdam creditur, ſi percutienti re in maxilla, alteram præbeas. Confeſtim & hoc deſtruit Paulus. *Nulli malum pro malo reddentes*. Non Chriſtiano, non Iudæo, non Teucro. Hæc eſt vera ſapientia apud Deum, licet ſtultitia videatur apud homines. Hic eſt puſillorum ſenſus. Puſilli enim facilè parcunt. At magni proceres, defendendi honoris prætextu, quaſcunq; iniurias volunt vlciſci. Tu ergo, qui de puſillis es, ne ſis prudens tibi ipſi, nec malum pro malo reddas. Si enim malum inferre peccatum eſt, multo magis malum reddere. Nam qui prior malum intulit, fortaſſe non ſentit malum eſſe, quod fecit. Qui vero malum reddit, excuſari nullo modo poteſt. Quoniā vt illatum malum vlciſceretur, accenſus eſt, ſenſit igitur malū eſſe, quod reddidit. Hinc Chriſtus tam inſtanter dixit. Audiſtis, quia dictum eſt antiquis. Diliges proximum tuum, & odio habebis inimicum tuum. Ego autem
Mat. 5. dico vobis. Diligite inimicos veſtros. Nempe ratum habens, peius referre eſſe, quàm inferre. Si enim hominem alteri nocētem vituperas, cur teipſum eidem crimini reddis obnoxium? Si agnoſcis quod, qui te offendit malum egit, cur iſtum imitari non refugis? Ne vero diceres, tu qui mundo ſapiens vis videri. Quid tum inter homines de meipſo dicetur, ſi illatas iniurias non vindicauero? Vt te conſoletur Apoſtolus addit. Immo & nedum apud Deū, ſed & apud homines laudabere. Nulla enim obliuio laudabilis indicari cōſueuit, præterquam iniuriarum. Hinc magnus ille tuus Cæſar, viuet in ſecula per ora virum, quoniam tàm facilis, & tam propēſi animi ad parcendum erat, nullaque virtute credebat, propius ad Deos accedere poſſe, quàm vt cunctis iuuaret, nemini noceret. Dicit ergo Apoſtolus. *Prouidentes bona, coram omnibus hominibus*. Hoc eſt, non tantum coram Deo. Senſus eſt. Ideo nulli pro malo malum reddatis, quia hoc eſt prouidere bona, nō ſolum coram Deo, ſed etiam coram hominibus. Quis enim non ſcandalum accipiet, ſi te in hoſtem furere viderit, cum Ethnici, ne Chriſtum. Stephanumq; adducam, & Paulum, glorioſum inimicis parcere putarint? Oſtendit autem bonum magnum particulariter, vltra bonum extra, quod inde ſequitur, & eſt bonū pacis: Quiſque enim vt quietam vitam agat, quantum poteſt, paci ſtudere debet. Id autem maximè, iniuriarum remiſſione efficitur. Vnde inquit. *Si fieri poteſt quantum in vobis eſt, cum omnibus hominibus in pace viuentes*. Recte quantum in vobis eſt, hoc eſt ex vobis diſſidia, lites, iniuriæ non naſcātur. Melius eſt enim recipiſſe iniuriam, quam intuliſſe. Dixit autem ſi fieri poteſt, quādoquidem ſi omnes boni eſſent, fieri quidem poſſet, ſed quia pleriq; mali ſunt, fieri non poteſt, vt cum omnibus pacem habeamus. Propterea Chriſtus dixit. Non veni pacem mittere, ſed gladium. Tu Luc. 12.
verò cùm Dauide dicito. Cum his, qui odetūt pacem, eram pacificus. Bellum P∫. 119.
habe cum eorum vitiis. At pacem cum illis, vt quod Dei eſt diligas, quod diaboli perſequaris. *Non voſmetipſos vindicantes dilecti, ſed date locum iræ*.

Magno iure hoc in ſermone dilectos appellat, vt intelligant Iudæi, ad retaliādum propenſi, hæc Pauli verba, non ex alia

alia radice, quam amoris prodire. Cedite furori dilecti mei, inquit Paulus, furori inquam, quo inimici ueſtri aguntur. Fugite de una ciuitate in aliam. Mat.10. Si enim reſiſtendo impetuoſè laceſſeritis, ſeuient magis. Sed quoniam eos duros eſſe ſciebat, propterea ſcripturæ veteris teſtimonium inducit, ne noua hæc, prodigioſaque doctrina videatur, de iniurijs ſcilicet æquo animo ferendis. *Scriptum eſt enim. Mihi vindicta, ego* Pſ.74. *retribuam, dicit dominus.* Ego quaſi mea, non veſtram iniuriam, cum accepero Zach.2. tempus, iuſtitia magna vindicabo. Qui enim uos tangit, tangit pupillam oculi mei. Attende autem, quomodo ſanguinarios ſimul conſolatur, & comprimit. Vindictam ſitit animus veſter, nonne? Vtiq;. Vindicta fiet, & acerbior quàm à vobis fieri poſſit. Leti eſtote. Deus ipſe vos ipſos vlciſcetur. Nihil quippe impunè reliquit. Scripturamq; ſcripturæ agglutinans Paulus, addit. Non modo non eſſe faciendum malũ: non modo benedicendum eſſe, ſed hoſtibus benefaciendum, referendaque omnis vindicta Deo.

Si eſurierit inimicus tuus, ciba illum, ſi ſitit, potum da illi. Vt inhumanum humanitate confundas, & gratia vlciſcatur ingratum. Intelligit vero cibi, & potus voce, omne auxilium neceſſarium. Sicut fame, & ſiti, omnis neceſſitas intelligitur. Et quoniam vindictæ dilatio, dura videtur his, qui læſi ſunt. Ideo quod præſentanea eſt uindicta, ſtatim oſtendit. Quia ſimiliter plerique, manu propria vlciſci uolunt, neque illis grata eſt vltio, quam alius quiſpiam fecerit, ſimul oſtendit, quod tu ipſe acceptam iniuriam vindicabis. Ecce. *Hoc enim faciens, carbones ignis coaceruabis in caput eius.* O magnam vindictam. Carbones ignis coaceruabis in caput eius. Quæ vindicta truculentior iſta? carbonum pyram ſuper caput illius extruere, & congerere, qui te percuſſit, vt igne ardeat totus, & conſumatur, nec ſtatim morte, à tormentis liberetur, ſed diuturnis afflictionibus crucietur. Ideo enim non dicitur, conijcies eum in carbones, ſed carbones ignis congeres: Quò mortis dilatio, penæ ſit augmentum. Inflammabis eum ardore, qui & graui circundatus eſt pęna, vt quaſi iuſtus ſeſe continere non poſſit, quin doleat vehementer quod te offenderit. (O ſanctos carbones.) amoris flamma eum adures. Tuis nàq; beneficijs, prouocatus in tanta neceſſitate, quomodo adeò inhumanus erit, vt ſi amorem impendere noluit, non rependat? Verecundiæ rubore eum totus afficies. Pudebit enim, niſi ſit ἄμουσος, & maxime pudebit, quandocumq; te viderit, qui ab eo iniurijs affectus, illum in vita, de te tam male meritum, tua benignitate ſeruaſti. O piam crudelitatem. O vltricem miſericordiam. O miſericordem vltionem. Si uerò ſit tàm ἄμουσος, tàm humanitatis expers, vt nec pœniteat, nec amet, nec erubeſcat, ſed potius credens te timore, puſillanimitate ue illi benefeciſſe, cum tibi malefecerit, magis inſoleſcat, ipſi ſibi prunas ardentes, diabolicæ malitiæ in caput ſuum, in mentē ſuam ſibi coaceruabit. Tu qui iniuriam pateris, malum nequaquam habes. Iniuriam enim malam patiendo, iã in bonum conuertiſti. Verum ipſe malũ habet, qui iniuriam intulit, malum ignē, malignitatem omni igne voratiorē, & ardentiorē. Intelligis Chriſtiane? Quid tibi videtur? Ipſa quæſo facta perpēde. Num melius eſt iniuriam pati, an facere vindictam. Adde. Quod & qui facit, niſi reſipiſcat, tandē carbones, qui non extinguuntur, ſibi ſuper caput animæ, & corporis, æternis flammis coaceruabit. Tu coaceruabis, occaſione ab eo accepta, non data, ſicut & lex concupiſcētiam auget. At ipſe, ſibi malis ſuis meritis coaceruabit. Illius peccatum erit, & pęna, nō quidem tuum. O ferini homines, Quàm vindictam maiorem, durioremue deſideratis? *Carbones ignis congeres.* inquit Paulus, *ſuper caput* inimici. Num hoc tibi ſatis eſſe videtur? Supplicia ne maiora cupis? Nondum vindictæ ſitim exaturaſti? Tu vero cōſidera, quomodo hoc verbo ſimul cōſolatur offenſum, vindictæ ſpe tàm inſolitæ, reddens illum alacriorem: lędentemq; terrore concutit, ſupplicia minans tam grauia, & quæ nunquam audita ſint. *Carbones ignis congeres, ſuper caput ſuum.* Quod enim

enim iniuria affectus maximè optat, & quo nihil illi ſuauius eſſe poſſet: ſimulque, quod minimè timet, qui lędit, & quo nihil moleſtius eſſet, ſi cótingeret: Eum ſcilicet, magnas daturum eſſe pęnas, hoc adducit Apoſtolus, vt de percutiente, deque repercutiente triumphet, & vtroſque arceat, hunc ab iniuria, illum à vindicta. Vide autem quid ſequitur, finē ſermoni imponens. *Ne vincaris à malo, ſed vince in bono malum.* Alta hęc philoſophia, non erat reuelanda furenti, iracundo, cuius atra bilis, ad vindictam ſanguinem accēderat. Primum, furorem ſedare oportuit, ſedauit autem pollicendo vindictam, & eam vindictam, quam nec Phalaris, aut Buſyrides immaniſſimi homicidæ excogitarunt. Nunc itaque, ſedato iam furentium animo, conſilium optimū, quod primum non percepiſſent, adducit. Victus es, ò læſe? Nonne? Vtique. Doles, quod re vicerit hoſtis? Doleo. Cupis vindictam? Nihil magis. Confortare. Id eſt generoſi animi. Volo & ego, vt tu vincas. Repercutiam ergo dices? Abſit. Iam denuo victus es, ſi iniuriam rependis. Contrarijs contraria expugnantur, frater mi: non ſimilibus, vrgentur ſimilibus, non tolluntur. Non ſis itaq; malus cōtra malum, ſi vis vincere, bonus ſis contra malum, & vinces omnino. Potentius eſt enim malo bonum. Ea quidem vera eſt victoria, quum tibi caues, ne quicquam patiare, & aduerſarium tuum proſternis, & deijcis. Vis igitur vincere? Audi nobile vincendi genus. Patientia. Aduerſarius tuus, numquam magis dolet, quàm cum tu illum maledicentem, conuitiantem, tanquam te indignum contemnis, & rides. Si eo excandeſcente, excandeſcas, eo iurgante, iurgia reddas, eo obijciente, obijcias, tunc ſuperauit, tunc triumphauit. Verum ſi eum derideas, tanquam puerum nullipendas, tunc tu viciſti, tunc victus eſt ille. Mitto, quod intrinſecus rodit eum venenoſa rabies illa, cum ſaturandi odij occaſionem, ſibi tua illa alta philoſophia præripi videt. Sed omnes illum beluam exiſtimant, te verè viuum, immo angelum. Ille confuſus diſcedit, tu immortalem gloriam comparaſti. Plus illi, moleſtiores ſunt tuæ laudes, quàm ſumma omnia, & extrema ſupplicia. Omnes tibi condolent, iniurias ſuſtinēti, omnes illum acutiſſimis linguarum gladijs, vulnerant, atque confodiunt. Vides quomodo abſque labore, palmam tibi deuictis hoſtibus, comparare potes? Et quomodo diuerſo itinere, ad pugnandum accinctus, tuis periculis incaſſum laboras, & tandem nihilominus ſuperaris? Superaris inquam, non modo à malo illo homine, ſed à malo tuo affectu, quod longè deterius eſt. O quam ſemper vinci turpe eſt. At turpiſſimum eſt à re, turpiſſima, itemque viliſſima vinci omnino. Quid verò turpius, quid vilius, quàm malum ipſum, quod naturæ corruptio eſt, quod nihil prorſus eſt? Pudeat itaque, pudeat vinci à malo, ſed contendat quiſq; vincere in bono malum. Nam & merces noſtra maior quidem erit: certamina, atque labores minuentur: glorificabitur Deus: Ieſus coronas innumeras accipiet: omnes pietatis magiſterium addiſcent, ledenſq; demum, tanquam victus omnino deſinet à perſequutione. Proh dolor. Non poſſum nō maximè ingemiſcere. Cum enim hæc omnia vera ſint, & adeo vera videantur, vt nemo reluctari poſſit: Nemo tamen eſt, quod conuitijs, vel læuiſſimis irritatus, nō enſem exacuat, non paret inſidias, conuitianti mortem non intentet. Sanguinarij Iudæi, talionis lege contenti erant, Oculum pro oculo, dentem pro dente, manum pro manu, Chriſtiani, omnibus ſanguinarijs crudeliores, pro verbis vulnera, pro vulnere omnem vitā, & pro vnius vita, vniuerſæ poſteritatis exitium, & cladem ſitiunt. O ſecula. Deſęuiebant Iudæi in Gentes ἀθέους tantum. Nos, & in Chriſtianos ipſos, & in cōterraneos, & in affines, & in carnes noſtras inſurgimus. Vnde hæc quæſo peſtis? hic furor? hic morbus? hæc lues? niſi quia Deum non diligimus? Qui enim verè diligit aliquem, omnes & eius amicos diligit, etiam ſi ſint inimici ſui. Si itaque Deum ardenter diligeres, & tuos diligeres inimicos, quia amici Dei ſunt. Deut. 19.

Verum

Verum dices. Non eſt amicus Dei, qui me odit, ſed inimicus Dei, ſicut & meꝰ. Do tibi herbam. Sed odi ergo illum, quia Dei inimicus eſt, & non peccaſti. Verumtamẽ tu, non quia Dei, ſed quia tuus potius inimicus eſt, odiſti. Plus igitur te diligis, quàm Deum. O ſumma peruerſitas. Licet profectò diuinas vindicare iniurias, Roma. At tuas nequaquam. Ob id Paulus ſupra dixit: Non vos vlciſcentes dilecti, magno myſterio. Neque enim dixit. Non iniurias vlciſcentes, ſed non vos, hoc eſt, non
4. Reg. 1. veſtras iniurias. Helias, fecit ignem è cœlo deſcendere ſuper principes, qui
4. Reg. 2. vt eum caperent, venerant. Heliſeus, maledixit pueris, qui eum blaſphemarant. Siluester Papa, excommunicauit eos, qui eum in exilium miſerant. Nemo tamen horum iniuriam propriam, ſed Dei, vltus eſt. Patere ergo, quæ tibi inferuntur iniurias, & pium dicam eſſe crudelem pro iniurijs Dei, etiam ſi in te ipſo, Deus fuerit affectus iniuria. Quære inſtãter, qui offenſus es à principe, qui gladium portat, non ſine cauſa, vindictam, ſed non te concitet ira, non furor ille rabbidus, ſed Dei Zelus, atque iuſtitiæ: meruiſti non peccaſti, ſi ſic agis. Sed quis eſt hic, & laudabimus
Eccleſiaſtici 31. eum? Natura hoc indidit, dices, vt vnaquæque res, ſuum refugiat contrariũ, & odio proſequatur. Quid mirum, ſi hoſtem meũ odio? Naturæ vitium eſt, non perſonæ. Volo omnino de te Roma triumphate, quæ olim tanta generoſitate, & Reges, & Principes inimicos, fauoribus, donarijs tibi conciliaſti, nunc tam vilis effecta, quos genuiſti, & aluiſti, tanta ferocitate perſequeris. Natura (inquis) vult, vt odiam inimicos. Transeat. Et ego idem volo, odias quod ſint inimici, diſpliceat tibi illorum inimicitia. Age ergo, vt pereãt, perſequere quoad potes eorum odia, ita vt pereant, qui oderunt, & non ſint amplius inimici. Non illius, vel huius tantum mortem procura, ſed inimicorum omnium, vt nemo ſuperſit inimicus; ſed omnes in amicitiam concilientur. Quis ſemper odit lupum, quia natura inimicus eſt, nec in amicitiam conciliari poteſt. Verum omnes homines ſunt vnus homo. Sumus enim inuicem membra, non eſt ergo inimicitia naturalis. Tolle inimicitiam itaque, & de inimico triũphaſti. Hac via incedit Deus, vt inimicos ſuos deſtruat peccatores, peccata tollit, deficiantq; peccatores à terra, & iniqui ita, vt non ſint. Non vt omnino nõ ſint, at vt non ſint amplius peccatores, ſed ſancti. Hanc audi phi- *Pſ. 103.*
loſophiam. Hanc legem, eius qui naturam condidit. Tu ergo naturam illiꝰ lege regulato, qui naturas vniuerſas condidit olim, & regit ſemper. Verum enimuero, id perfectionis eſt cauillaberis, donum Dei eſt peculiare, ad ſalutem minime neceſſarium. At ſi hoc vltimum refractum eſt, iam iã triumphaui. Num diligere Deum, conſilium eſt, an præceptum? Certe primum, & maximum præceptum in lege. Igitur &
diligere inimicos propter Deum. Non *1. Cor 7*
hæc dico fratres, vt vobis laqueum inijciam. Non eſt neceſſe, vt particulatim in hoſtem animi affectus, actu feratur. Neque enim & in amicos, oportet ipſum amoris actum ferri continenter. Quãdo nec oportet de ipſis ſemper cogitare. Immo nec poſſibile eſt, ſed id totum debet intelligi, vt à dilectione generali, qua omnes homines diligis propter Deum, hoſtes tui non excludãtur. Tui inquam, qui ſcilicet te oderũt, quãdoquidem tu neminem odire debes. Adeò autem non excludantur, vt ſi pro Chriſtianis omnibus oras, vel pro populo, cuius ſunt & ipſi pars, nequaquã illos excipias, quinimo & ſi cõtingeret eos, in neceſſitate conſtitutos, tua opera egere, tu illis præſto ſis, quo ſubleuati, confundantur, & pereant, iamque non ſint amplius inimici, iuxta illud. Filioli, non diligamus verbo, neq; ore,
ſed opere, & veritate. Qui enim vi- *1. Ioan. 3.*
derit fratrem meum, neceſſitatẽ habere, & clauſerit viſcera miſericordiæ eius ab eo, quomodo charitas Dei manet in eo? Si præter neceſſitatem id facis, perfectus es, iam non præceptum modo, ſed conſilium impleuiſti. Verum in neceſſitate ſi non facis, præceptum omnino violaſti. Et qui offenderit in vno, fa-
ctus eſt omnium reus. Neque tamen *Iac. 2.*
tam grande eſt id, quod expoſtulamus,

vt il-

vt illud præſtare tibi durum videri poſſit. Nonne enim exiguum eſt famelico, panem porrigere? vinum, vel aquam præbere ſitienti? Non dico, vt inimicũ dires, inquit Paulus, non vt illum fauoribus magnis proſequaris, ſed illum paſce, illum pota, illius contege nuditatem, hoſpitio eum recipe. Si omnino deſtitutus eſt, ſepulturam da illi, ne exhumatus iaceat. Et bone Deus. Cur non tibi in mentem venit, ſancta illa ſu-
Mat. 5. perbia. Si diligo eos, qui me diligunt, quam mercedem habebo? Nonne & Ethnici, & publicani, & meretrices hoc faciunt? Amicus diligi poteſt, & propter Deum, & propter ſe, quia amicus eſt. At ſi inimicum diligis, vnicè propter id facis. Nulla quippe alia ratio poteſt eſſe, qua eum, qui te perſequitur ames, niſi amor Dei. Tanto ergo fortiorem, in te diuinam dilectionem eſſe oſtendis, quanto eos, qui ex ſe diligi nequaquam merentur, propter ipſam tantummodo diligis. Quis non videat, ignem illum validiorem eſſe, qui ligna vſtioni minus apta etiam urit è longinquo, quam ille, qui maxime uſtioni apta tantum vrit, è vicino? Maximè amabilis eſt amicus ſuapte natura, non oportet itaque admodum, magnam eſſe diuini amoris flammam, vt illum ames, ſed inimicus ab omni abeſt amabilitatis ratione, procul eſt à corde tuo ſuapte natura. Si igitur in ſui pectoris camino, & ipſe ardeat, num indicatur magnam eſſe illam, diuini amoris flammam, quam tuam illam fornacem ſuccendit? Quoniam itaque diuina dilectio, radix meriti eſt, & qui inimicum diligit, longe magis Deum diligit, quàm qui amicum, vt oſtenſum eſt, relinquitur, quod modica ſit eorum merces, qui tantum amicos diligunt, ſi illi conferatur, quam obtinent inimicos diligẽtes. Scio, quod amicum diligere, ſuapte natura melius eſt inimici dilectione. Obiectum enim melius. Propterea, & amicum non diligere peius eſt, quàm ſi inimicum non dilexeris. Verum enimuero, aliunde eſt, quod inimici dilectio melior ſit, & meritoria magis, ex radice ſcilicet vehementis dilectionis Dei. Poteſt enim, qui frigide Deum amat, amicos ardenter amare, tantum virtutis habet amicitia ipſa. At nemo, inimicos vnquam corde amabit, niſi vehementer Deum amet. O felices ergo illos, qui inimicos diligunt.

Habes tandem, Paulinæ huius philoſophiæ finem. Cuius ſcopus eſt, diuina dilectio, quæ ad proximos omnes extendatur. Sit in primis ſincera, non ficta. Ibi. *Dilectio ſine hipocriſi*. Integra. *Odientes malum, adhærentes bono*. Mutua. *Fraterna dilectione beneuoli*. Modeſta. *Honore inuicem præuenientes*. Aſſidua. *Sollicitudine non pigri*. Magna. *Spiritu feruentes*. Altiſſima. *Domino ſeruientes*. Hilaris. *Spe gaudentes*. Patiens. *In tribulatione patientes*. Miſericors. *Neceſſitatibus ſanctorum communicantes*. Benigna. *Hoſpitalitatem ſectantes*. Admirabilis. *Benedicite perſequentibus vos*. Vnanimis. *Gaudere cum gaudentibus, flere cum flentibus*. Transformatiua. *Idipſum mutuo ſentientes*. Humilis. *Non alta ſentientes, ſed humilibus*. Generoſa. *Nulli malum, pro malo reddentes*. Exemplaris. *Prouidentes bona, coram omnibus hominibus*. Pacifica. *Si fieri poteſt quantum in vobis eſt, pacem, cum omnibus habentes*. Prudens. *Non vos vlciſcentes dilecti, ſed date locum iræ*. Longanimis. *Mihi vindicta, & ego retribuam dicit dominus*. Benefica. *Si eſurierit inimicus tuus, ciba illum. &c.* Fortis. *Ne vincaris à malo, ſed vince in bono malum*.

Et his verbis, caput duodecimum completur. Sequitur.

CAPVT

CAPVT TERTIVMDECIMVM.

OMnis anima poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit. Non eſt enim poteſtas niſi à Deo. Quæ vero ſunt poteſtates à Deo, ordinatæ ſũt. Itaq; qui reſiſtit poteſtati, Dei ordinationi reſiſtit. Qui autem reſiſtunt, ſibi ipſis iudicium accipient.

Audis ſublimem hanc Theologiam? altam hanc ſapientiam conſideras? intelligis hanc eccleſiaſticę Hierarchię baſim? Vides hanc Principum, magiſtratuumq; Romani Imperij defenſioné? Cum omnia de more ſapienter, hanc certe Principum cauſam, ſapientiſſimè diſputauit Apoſtolus. Summis ima, & vltima primis coniungit Deus, inquit Paulus noſter, Dionyſiacæ Theologiæ magiſter. Verumtamen, non niſi per media. Inferiora itaque, per ſuperiora regit. O ſententiam verè Paulo dignam. Cum enim ad prouidentiam duo ſpectent, ordinare, quod intellectꝰ eſt, ordinata exequi, quod operatiuæ virtutis. Primum, eò perfectius eſſe cognoſcitur, quo ad vſq; minima penetrat, & attingit. Noſtra quippe imbecillitas eſt, quod vniuerſa intellectu complecti non valeamus. Sexcenta enim excidunt, quæ conſiderare nequaquã poſſumus. Num & ille ſolertior habetur cæteris, qui plura prouidet, & ad minuta deſcendit? Nam qui in vniuerſali tantum agenda præmeditatur, parum prudens exiſtimatur. Secundum vero, præmeditatum, ſcilicet ordinem rebus imponere, tantò excellit, quantò qui ordinauit per plura miniſteria, quę illi ſubſeruiant, ſuam reipſa explicat prouidentiam. Hinc Sabeorum Regina illa, Salomonem admirata eſt, nec remãſit ſpiritus in ea præ ſtupore, quod tot miniſtros haberet, tot ſeruientium ordines, tot famulorum choros, qui eius voluntatem explerent. Indignum profecto videtur, minima quæque Regem per ſeipſum operari, & ſi nihil non cognoſcere, regiam deceat maieſtatem. Hinc & inter artifices, is qui maxime ſapiens dicitur, architectus, minima quæque cognoſcit & ordinat, manu tamen operatur inferior, quem ipſe dirigit. Deus itaque optimus maximus, cuius prouidentia, prouidentiam omné perfectione ſuperat, ſicut & ipſe ſapiẽtes & principes omnes antecellit, (eleuata eſt enim magnificentia eius ſuper cælos,) æternæ ſapientiæ meditatione, omnia & ſingula ordinat, quantumcũque vilia & minima uideantur. At meditatum rerum ordinem, non niſi, per poteſtates ſublimes, quas ipſe non ſecus, quàm artifex inſtrumenta, quàm princeps ſeruos, quàm architectus operarios, mouet, regit, agit, exequi & explicare conſueuit. Hinc elementa per cęlos, mixta per elementa, cęlos per intelligentias, quas vulgo Angelos appellamus, angelos item inferiores, per ſuperiores ſuperiores per ſupremos, gubernat, illuminat, purgat, conſeruat, dirigit. Hinc plantas animalibus ſubiecit, animalia hominibus, ſenſum intellectui· vt potè non cognoſcentia cognoſcentibus, rationalia irrationalibus, brutalem angelico. Quid mirum ergo, cum Deo, tàm magna ſit cura de homine. Iuxta illud. Quid eſt homo, quia magnificas eum, aut quid apponis erga eum cor tuum? Si & inter ipſos homines, hunc ordinem inſtituit, vt alij alios regant, gubernant, dirigant, ſublimes medios, medij infimos, vt tandé omnes excellentioribus, ſublimioribus que principibus ſubijciantur? Si inter greges, ducem natura ipſa poſuit. Si inter grues, inter apes, inter formicas, inter marinas beluas, inter cęli monſtra,

Margin notes: 2. Par. 9. — Pſal. 8. — Iob. 7.

quæ obliquo circulo continentur, qua
ratione, quo colore, fingi poteſt, vt ſola
hominum multitudo, principibus ca-
reat? Ignobiliora ne curauit Deus, præ-
tioſiora deſpexit? Hominum familias,
regum curias, tam ordinatas conſpici-
mus, Dei familiam, homines ipſos, om-
ni ordine carere dicemus? Hæc corpo-
ra noſtra, membra habent, tam mira di-
ſpoſitione conſpicua & admirabilia, ut
ſummis quibuſque philoſophis ſtupo-
rem ingerant, vnum hoc magnum ho-
minum omnium corpus. (Participa-
tione enim ſpeciei, plures homines sũt
vnus homo,) cahos erit? monſtrũ erit?
portentum erit? vt omnes homines ſint
caput, omnes oculi, nemo pedum, ne-
mo brachij, nemo aurium munere fun
gatur? Cur putas natura ipſa, haſce diſ-
ferentias inter homines ediderit maris
& femellæ, patris & filij, ſenioris & iu-
uenis, magiſtri & diſcipuli, niſi ut intel
ligas ipſo iure naturę, homines vniuer-
ſos age quantumlibet, inter ſe eſſe non
poſſe dignitate pares? Prælatos aliquos
eſſe oportet, & aliquos ſubditos, velis
nolis. Nam & populi aliqui, ad domi-
nium ſemper natura nati videntur, vt
populus tuus Roma, aliqui uero ad ſer
uitutem. Hinc magnus ille Philoſo-
phus Aliqui (inquit) natura naſcũtur
domini, aliqui natura ſerui. Qui intel
lectu deficiunt, & corpore ſunt robu
ſti, hos natura in lucem prodire facit, vt
Prou 11. alijs inſeruiant, iuxta Salomonem. Qui
ſtultus eſt, ſeruiet ſapienti. Contra ve-
rò, qui intellectu præeminent, & uiri-
bus ſunt debiliores, hi ad regna, ad prĩ-
cipatus, ad honores, ad imperia nati
Exo.18. ſunt, iuxta illud cognati Moſe: Proui-
de de oĩ plebe viros ſapientes, vt iudi-
cent populum omni tempore. Hallu-
cinatur mihi crede, (vt tandem finiam)
qui hanc humanam Hierarchiam non
agnoſcit, non ueneratur, quam Deus
ipſe & natura, ad diſſenſiones tollen-
das, ſumma ſapientia, maximis rationi-
Pro.8. bus conſtituit. Nonne audis Deum di
centem. Per me Reges regnant, per
me principes imperant, & potentes
decernunt iuſtitiam? Nonne audis,
Reges peculiari quodam modo, Deo
Prou. 21. curæ eſſe? Cor regis in manu domini

eſt, ad quodcunque voluerit, uertet il-
lud. Non legiſti Petrum dicentem.
Subditi eſtote, omni humanæ creaturæ 1.Pet. 2.
propter Deum, ſiue regi, tanquam pręcellenti,
ſiue ducibus tanquam ab eo
miſſis? Num uidiſti Paulum, Timotheo 1. Tim. 1.
ſcribentem. Admone illos principi-
bus, & poteſtatib⁹ ſubditos eſſe? Quod
ſi diceres, admonitio eſt. Num legiſti.
præceptum neceſſitate? Subditi eſtote, 1.Pet. 2.
non ſolum propter iram, ſed propter
conſcientiam. Cum mortalitatem ex-
uentes, immortalitatem induemus, tũc
vnicè regnabit ſuper nos Deus omni-
potens. Iuxta illud. Erit dominus vn⁹, Zach. 14.
& nomen eius vnum. Et illud. Cum au 1.Cor.15.
tem ſubiecta illi fuerint omnia, tunc
& ipſe ſubiectus erit illi, qui ſubiecit ſi-
bi omnia, vt ſit Deus omnia in omni-
bus. Et illud. Agnus reget eos. At do- Apo 7.
nec deſtruatur inimica mors, Hierar-
chichum ordinem hunc, inuiolabilem
eſſe oportet, vt perpetuo ſint inter ho-
mines, qui dominentur, qui ſeruiant,
qui ſint principes, qui priuati. Non id
hominum uis effecit, non tyrannis, nõ
ambitio, Deus ipſe, qui omnia regit,
principes primum hominibus dedit.
Nec eſt, vt principes cauſeris inter-
dum malos fuiſſe. Et ipſos malos prin-
cipes regnare facit Deus. Iobum ha- Iob. 34.
bes. Regnare facit hipocritam, propter
peccata populi. Oſeam habes. Dedi Oſee 13.
eis regem in furore meo. Hinc, qui ini
quo illi Babilonis regi Nabucodonoſor
non paruiſſent, durioribus minis mul-
ctare pollicebatur. Subijcite colla ue- Hier.27.
ſtra iugo regis Babilonis, ſeruite ei, &
populo eius, & uiuetis, moriemini fa-
me, gladio, & peſte ſi obedire illi no-
lueritis. Ob id Baruch. Orate inquit ꝓ Baruc.1.
vita Nabucodonoſor. Propterea. Pe-
trus, primus Eccleſiæ Hierarcha à Deo
edoctus, præcepit. Subditi eſtote in om .1Pet. 2.
ni timore dñis, non ſolum bonis & mo
deſtis, ſed etiam diſcolis. Hæc eſt enim
gratia, ſi propter conſcientiam Dei, ſub
ſtinet, quis triſtitiam patiens iniuſtè. O
illos infelices, qui poteſtatem contem-
nunt. Sed iam poſt Prophetas, poſt Phi
loſophos, poſt Petrum, Paulum noſtrũ
audiamus, legamus, guſtemus, diuinis
illius paſcamur eloquijs. *Omnis enim*

L *poteſta-*

poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit. Qui aũt reſtiterint, ſibi ipſis iudicium accipient.

Mirum profectò, mirum. Quod cũ Apoſtolus, tàm apertè magiſtratũ oẽm, tanquã à Deo inſtitutum, ordinatũuè agnoſci præcipiat, ætate nr̃a pleriq; qui Paulinam Theologiam nomine profitentes, ſapere uolũt pluſquam oportet, non modo poteſtatibus excellentibus parere recuſent, ſed & à nemine parendum eſſe, ſcriptis in lucem editis contẽdant, doceant, & perſuaſum iri uelint. Iam vides, q̃uo in mores, in omnem hominum multitudinem, in publicam pacem, in naturam ipſam, in Deum peccent. Sed anteq̃ cauſam hanc principũ, contra eos examinemus, pro qua tuenda, arenam ingreditur gladiator iſte de cælo miſſus, cur ad hoc deuenerit perquirendum eſt, & qua occaſione ductus fuerit. Neq; enim in caſſum putauerim ego, tanta animoſitate Apoſtolũ, Romanum Imperium, quo tunc orbis totus regebatur, defendiſſe. Attendite. Nihil unquã peſtilentius, priſcis illis & feliciſſimis ſeculis viſum fuit, nihil ad Reipublicę pernitiem conducibilius, nihil quod facilius poſſet imperia, leges, religiones, ſtatus euertere, ipſa rerum innouatione. Hęc Romæ Cæſarẽ exoſum fecit. Hęc Athenis Socratem. Hæc Chriſtum, Paulumq; Iudęis. Noua oĩa erant, ſicut & ſunt nr̃ę legis theoremata, & uerè παραδοξοτατα. Hinc

Act.17. illud. Quæ nam doctrina eſt hæc noua? Et illud. Nouorum dęmoniorũ annunciator eſt. Hinc furebat eo tempore Ro-

Ibidem. ma, contra Chriſti nomen, graſſabantur Cæſares, Conſules, Tribuni in Chriſti aſſeclas, noſtro ſanguine ebrij, noſtrũ ſanguinem ſitiebant. Quid ergo feciſſent, ſi cõfeſtim vniuerſę Gentes, ſuſcepta Chriſti cruce, vexilla, ędicta, leges, iura ſenatus populiq; Romani, abieciſſent? Nouitatem iſtam, nemo principum ferre potuiſſet, coniuratione facta, timentes ſuo ipſorum imperio vniuerſi, chriſtianæ factionis uiros ac mulieres, prorſus exterminaſſent. Atqui nonnulli erant in Eccleſia, ex Iudęis potiſſimum, qui chriſtianam libertatem iactantes, qua lex Moſe abrogata fuerat, hominum in terra ſeruitutem, refugiebant. Infidelium maxime, quales Romani erant principes. Hincque ſanctiſſimæ huius doctrinę diffamationem, retardabant, impedientibus tirannis, quantumuis etiam, veritas illis cognita eſſet, ne multitudine inualeſcerent. Ratum habentes illud uerum eſſe. Si uiolandum eſt ius regnandi gratia, uiolandum eſt. Pro Chriſti gloria itaque, zelo ſucceſſus Apoſtolus, vt omnẽ terram peruolet, vt maria, inſulas, cœlos peruadat, vt nihil obſtet, quo minus omnia replere poſſit, fauſtum hoc, & felix Euangelium, demulcet Principes, tirannos lenit, Romam conciliare ſtudet. Quid tibi nocet Roma, Crux Chriſti? Quid imperio? quid diuitijs? quid gloriæ? quid cenſibus? quid ærarijs, q̃d ſplendori? Mille bonorum genera tibi affert, nec vnum prorſus malum. Chriſtiani omnes tibi parebunt, uectigalia pendent, ſoluent tributa, ne timeas, ne coge exercitus. Fruſtra ſunt omnia, tibi obedient omnes. Num audis Chriſtum meum dicentem. Reddite, quæ ſunt Cæſaris Cæſari, & quæ ſunt Dei Matt.22. Deo? Nihil cõtra te innouauit magiſter meus, abſit ab illo ſeditionis nota. Iudęi potius timuere, ne illius occaſione tu Hieroſolymam quandoq; poſſideres, quod & euenit. Venient Romani, & tollent locum noſtrum & gentẽ. Pro Ioan.11. te dimicamus Roma, non contra te. Eia age, ſiſte furorem, ne deſeuias contra ſeruos tuos. Nos ipſi ſerui tui ſum⁹nos. Igitur Roma, illa tua generoſitate, qua ſoles parcere ſubiectis, & debellare ſuperbos, ſuſcipe, foue, amplectare. Non regna tua petimus, non honores, non iura, terrena nõ ambimus, qui cæleſtia p̃dicamus. Tibi ſubeſſe volum⁹, ĩmo tibi orbẽ ſubijcere ſatagim⁹. Quid doles? Quid habes Chriſtiane nouitie, qui libertatis p̃textu, Romanã abijcis, contẽniſq; p̃tãte? Romanorũ imperiũ à Deo eſt: qui Romanis reſtiterit, Romanorũque vices agentibus, Deo reſiſtet, cuius numine, Roma regnat. Scripſi, vt vos ipſos ſubijciatis Deo. At non id vnquam intellexi, vt tantum Deo. Omnis enim anima, poteſtatibus ſublimioribus ſubdita eſſe debet. Omnis nanque poteſtas à Deo eſt, & qui poteſtati

Nn 2 reſiſtit,

reſiſtit, Deo nec dum reſiſtit, ſed iam reſtitit. Ideo quippe humanam cõtẽnimur poteſtatem, quia primum diuinã contempſimus poteſtatem.

Habes ſcopum, cauſam, occaſionẽque huius apoſtolicæ digreſſionis. Sed iã verbum hoc examinandum eſt. *Omnis anima, poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit*. Neminem excludit cum dicit. *Omnis Anima*. Intelligit autem animæ nomine, hominem, iuxta illud Pe-
1.Pet.3. tri. Octo animæ ſeruatæ ſunt in archa. Credo equidem ego, quod magno myſterio animam nominarit, vt intelligas non modo corpus, ſed animam Principibus ſubditam eſſe: hac ſanè ratione. Quoniam qui illis non paruerit, maieſtatem, poteſtatemque illorum contẽnens, non corpore modo, ſed & anima
1 Reg 16. peribit. Eſt & illud viui Dei verbum. Non te abiecerunt, ſed me, ne regnem ſuper eos. Qui autem Deum abijcit, abijcitur à Deo. Nemo vero ſeruare illum poteſt, quem Deus abiecerit. In naturam totam mihi crede peccamus, cum poteſtatibus ſublimioribus, hoc eſt principibus, ducibus, multo magis Regibus, Cæſaribus, maximè cum Chriſto Domini, cum Summo, Beatiſſimo, Sanctiſſimoque Pontifici, qui eſt princeps omnium regum terræ, reluctamur.

Verumtamen hic multa ſunt, quæ conſiderare oportet.

Primum. Quia Dominium, contra naturam eſſe videtur, inter homines loquor, vt homo ſcilicet homini dominetur. Namque hominem rationalem, ad imaginem Dei factum, non voluit Deus ſubijci niſi ipſi, non hominem homini, ſed hominem pecori præeſſe
Gen.1. voluit. Ita enim dixit. Dominamini piſcibus maris, volatilibus cœli, & vniuerſis animantibus, quæ ſunt ſuper terram. Nullibi autem legitur, dixiſſe Deum, cum hominem cõdidit, vt alter alteri dominaretur.

Secundo. Videtur, quod Chriſtiani ipſo iure, quia Chriſtiani ſunt, poteſtatibus ſublimioribus obedire non te-
Gal.5. neantur. Eſt enim illud Pauli uerbũ. Nolite fieri ſerui hominum, qui eſtis mancipia Dei. In libertatem enim vocati eſtis. Et illud. Omnes vnum ſu- 1.Cor.12
mus in Chriſto. Apud Deum non eſt ſeruus & liber. Illud quoque Iacobi. Cal 3.
Qui perſpexerit in lege perfectæ libertatis. Quomodo enim perfecta libertas eſt, ſi non Deo tantum, ſed & princi- Iac.1.
pibus ſeruire tenemur? Non ſunt ſubditi angelis Chriſtiani. Cum enim Ioannes angelum adorare uoluiſſet, his Apoc.19.
verbis prohibitus eſt. Vide ne feceris, conſeruus enim tuus ſum. Deum adora. Multo minus itaque videtur, quod alijs hominibus ſubditi ſint.

Tertio. Ad minus Principibus infidelibus, Chriſtiani obedire non tenentur. Quandoquidem ſi infidelis princeps dominetur, Chriſtianus contendens cum altero, oportet vt ad illius iudicium confugiat, Verum Paulus hoc prohibet. Audet aliquis veſtrum, negocium habens aduerſus alterum iudicari apud iniquos, ideſt infideles?

Quarto. Durum uidetur, quod tam generaliter loquatur Apoſtolus. Omnis anima, poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit. Nam religioſi ſacerdotes, videntur omnino, & de iure, & de facto, à principum laicorũ obedientia exẽpti.

Ad hæc igitur ſatisfaciendũ eſt. Quo ad Primum. Nulli dubiũ eſſe debet, qđ ſeruitutem culpa peperit, non natura. Canaam.n. filius Cham, qui patris verenda, æbrietate nudata, non abſcõdit, Gen.9.
primus fuit, quẽ dominus ſeruituri addixerit. Hinc non eſt mulieri dictum. Sub viri poteſtate eris, niſi cum peccauit. Cum enim primum ſotia hominis Gen. 3.
eſſet, data in adiutoriũ ſimile ſibi, mox ferè in ancillam migrauit. Subiecta quidem fuiſſet uiro, etiam citra omne peccatum, quandoquidem ſuapte natura, vir muliere dignior. Vnde natura uirum, non mulierem intendit, Cũ non niſi, in id quod perfectum eſt, feratur ſemper. Mulier autem, homo imperfectus eſt, & mas (vt aiunt) occaſionatus. Hinc vir capiti, corpori mulier comparatur. Caput vero, natura, cætera corporis membra dignitate excellit. Verumtamen, & ſi ſubdita fuiſſet, non tamen ſubiectione tanta, quanta nunc ſubijcitur.

At

At protinus cum peccauit, omnino ſub viri poteſtate facta eſt. Vir caput quidem erat, ſed non dominus. In præſenti vero, non modo caput eſt, ſed dominus. Dicamus itaque breuiſſimè. Iure naturæ eſt, quod mulier viro ſubdita ſit, filius patri, ſeni iunior, diſcipulus magiſtro, docto indoctus, meliori bonus, melior optimo, & hunc in modum in innocentiæ ſtatu. Nemo tamen alterius ſeruus fuiſſet. Atque propterea de iure naturæ eſt, quidem ſubiectio, ſeruitus uero minimè. Vis id pulchre intelligere? Ecce. Seruorum eſt cogi, terrore, poteſtate, imperio, vt id agant, quod placet ſuis eorum dominis, non ſibi prorſus. Iſta quippe ſerui ratio eſt, vt opponitur libero. Liber eſt, qui ſui cauſa eſt, ſeruus qui gratia alterius. Agere autem, vt alteri tantum non tibi placeas, magnam triſtitiam ſuapte natura infert. Quoniam natura, quiſque gaudet libertate. Vnde & liberorum eſt in hilaritate ſeruire, Contra ſeruorum, in triſtitia. Triſtitia uero pœna quædam eſt. Pœna autē culpam præſupponit. Quomodo igitur, tandem aliqua tunc, ſeruitus fuiſſet, ſi nulla fuiſſet culpa? Subiectio nihilominus omnino fuiſſet aliqualis, & ita prælatio, & dominatio. Nam ſi inter Angelos ſunt dominationes, cur non inter homines quantumuis innocentes? Erras certè ſi credis, quod omnes homines fuiſſent omnino pares. Ordo enim, eſt parium impariumque rerum ſua cuique loca diſtribuens, congrua diſpoſitio. Tam magnum autem & excellens bonum eſt ordo, vt non niſi temerè dici poſſit, quod in illo naturæ conditæ ſtatu minimè fuiſſet. Fuiſſent igitur aliqui pares, aliqui impares, robuſtiores, minus robuſti, pulchriores, minus pulchri: ſapientiores, minus ſapientes, chariores Deo, minus chari. Qui ergo excelluiſſent, fuiſſent aliorum domini. Veruntamen dominium, per imperij modum nequaquā extitiſſet, ſed magis per modum conſilij. Nunc ſeruis dominantur domini, quoniam eos ad propria ipſorum commoda, non ſeruorum ordinant. Tunc vero ad commune bonum, ad aliorū vtilitatem, ordinaſſent. Vnuſquiſque gratiam, quam accepit, in alterum adminiſtrantes, iuxta Paulum. 1. Pet 4. Cum enim homo ſit animal natura ſociale. Socialis vero multorum vita conſeruari nō poſſit, niſi vnus præſideat, qui communi bono intendere velit. Nam multi per ſe multa intendunt, vnus verò unum, Colligitur quod natura ipſa condita, etiam citra peccatum, dominium requirit, non tamen cum ſeruitute, ſed cum ſubiectione. Eſt nanque illud Politicorum. Quandocunque multi ordinantur ad vnum, ſemper eſt unus, vt principalis & dirigens alios. Ita ergo, hominem condidit Deus; culpa uero naturam inuertit, & vt non ſolum ſubiectio, ſed ſeruitus inter mortales ſit, coegit. Nec propterea dicas, ſeruitus itaque contra naturam eſt. Cōtra quippe naturam eſt, quoad primam naturæ intentionem. Non nego. Sicut & omnis corruptio, ſenium defectus eſt contra naturam, quia natura rerum omnium ſempiternitatem, atque perfectionem intendit: at non contra naturæ intentionem omnino. Sicut, neq; omnino cōtra naturam, eſt generatio rerū perpetua; cum ipſa prima intentione, non intendat ſpeciem, quæ generatione perpetuatur, ſed indiuiduum. Quādoquidem melius eſt ī indiuiduo eſſe, q̄ in ſpē. Vnde & æternæ ſubſtantiæ, in indiuiduo conſeruant. Cum.n.facere nō poſſit, vt naturæ humanę indiuiduū ſempiternitatē conſequat, quod primū intēdebat, ſecundaria intētione agit, ꝓ ſpēi perpetuatione, cuius eſt. Et cū marem generare non pōt, qđ ipſa principaliter intēdebat, fęmellā generat, quā ſecunda intentione intēdebat. Et ita hæc, quæ ſecundario intendit, non dr̄ eſſe contra naturam. Prima igitur naturæ, ac Dei intentio fuit, vt homo liber nō ſeruus eſſet Sicut & quod quilibet homo, bonus eſſet, nullus malus. Malum enim, eſt contra naturæ intētionē omnino. Verū, poſtquam homines peccarunt, ſecunda intentio fuit, vt ad maiora mala cohibenda, poteſtas inter homines eſſet, qua non modo dirigi, ſed iniqui cogi utique poſſent. Conſtituit itaq; principes, ſubditos, dn̄os, ſeruos, vt

vt illi imperent, iſti obediant. Tanquam hic ordo ſit perfectio magna, quā ſupplens hominum imperfectionem, vt boni inter malos tutè uiuere poſſint, & ipſis malis timore gladij, quem non ſi-
1.Pet.2. ne cauſa princeps portat, refrenetur audacia, & nocendi facultas. Qui itaque nunc principibus non paruerit, æternum ſibi acquirit interitum.

Ad ſecundam difficultatem. Nemo niſi perfrictæ frontis dicet. Poſtquā ſanctam hanc Chriſti Ieſu eccleſiam, Deus tam impensè dilexit, propter eam quippe, cœlum extenſum eſt, aer ſparſus eſt, mare diffuſum eſt, terra fundata eſt. Propter Eccleſiam Angeli, Prophetæ, Apoſtoli, Propter cœlum crucifixus, non eſt Chriſtus: Propter Angelos verbum, non eſt caro factum, ſed propter Eccleſiā, vnicè Dei filius, factus eſt homo, crucemque ſubijt. Nemo inquam dicet, ſi adeò excellens decor, ſi adeò inſigne ſpecimem, eſt ordo ſuperioris & inferioris, illum in Eccleſia non eſſe. Video Salomonem ſapientiſſimū, aciei militum ordinatiſſimæ, Eccleſiam
Cant.6. comparare. Quæ eſt (inquit) iſta quæ progreditur, terribilis vt caſtrorum acies ordinata? Quomodo ergo negare poſſumus ab eccleſia, quo colore auferre medias, ſuperiores, ſupremaſque poteſtates? Quæ à Deo ſunt, ordinata
Act.20. ſunt. Eccleſiam ipſe Deus erexit, nullius hominis ope, acquiſiuit ipſe illam ſanguine ſuo, quomodo igitur & eam ipſe non ordinauit? Eccleſiam depin-
1.Cor.12 gunt Petrus & Paulus, poſt Chriſtum,
2.Tim.2. modo corpus, nunc domum, quis hiſce metaphoris, ordinem in eccleſia, non intelligat? Tolle ordinem à domo, quid eſt niſi laterum, lapidumque confuſus aceruus? Tolle ordinem à corpore, quid eſt, niſi rudis, indigeſtaque moles? Pugnabunt calida frigidis, humētia ſiccis. Tolle itaque ab Eccleſia ordinem, iam cahos habes, iam ſchiſma habes. Dicet ille. Ego ſum Pauli, Ego uero Cephæ. Ego autem Apollo: nec compeſci poterunt vlla ratione, ſi nullum ordinem ſtatuas: quilibet enim in ſuo ſenſu abundabit, & illud magis faciet, quod illi libuerit. Sicut de Iudæis legitur, cum regem non haberent. Bone Deus. Si in eccleſia ſemper fuerunt, & Iud.17.
ſunt, & erunt aliquæ hæreſes, quibus, qui electi ſunt, probari poſſunt, quomodo diſſidentibus in Eccleſia viris, extingui poſſent, illo ſanè affirmante, hoc negante, niſi ordo aliquis eſſet, quo diſſinirentur lites, contentioneſq; ſedarentur? Video apud Moſen, ſinagogam, tā Deut.17.
pulchro ordine inſtitutam, vt ſi difficile, quid & ambiguum occurriſſet inter ſanguinem & ſanguinem, cauſam & cauſam, lepram & lepram, ſcirent omnes, ad quos recurrendum foret, nempe ad ſummum ſummi ſacerdotis tribunal, & credam ego Chriſti eccleſiam, pro qua is mori uoluit, vt eam exhiberet vndique glorioſam: (Nōdum enim, Eph.5.
pro ſinagoga mortuus eſt Moſes, ſed pro peccato ſuo.) Credam inquam, ſanctam eccleſiam, omni proſus ordinatione, diſtinctione, poteſtate, ſupioritate, carere? Paulus me docuit, Eccleſiam hanc, quæ in terris militat, ad illius inſtar conditam eſſe, quæ in cælis triumphat. Moſen adducens dicentem. Inſpice, & fac ſecundum exemplar, quod ti- Exo.25.
bi in monte monſtratum eſt. Propterea Apoc.21.
Ioānes ſcribit, ciuitatem illam nouam, deſcendere de cœlo. Cum itaque, tàm admirabilis ſit cæleſtium ciuium ordo, quis dicere audebit, inter Chriſtianos, quoaduſque peregrinamur, nullum eſſe ordinem, nullos gradus, nullas diſtinctiones? Eſaiam habes tam expræſsè dicentem. Ecce ego ſternam lapides tuos Esa.54.
per ordinem. Qui ſunt autem lapides, 1.Pet.2.
niſi Chriſtiani, de quibus Petrus. Ipſi tanquam viui lapides, ſuper ędificamini? Hi ergo priores ſunt, hi poſteriores. Hinc Paulus. Et hos quidem primum Eph.2.
dedit Apoſtolos, deinde Doctores, Euāgeliſtas, Paſtores. Vbi autem prius & poſterius, ibi primum. Nam prius eſſe aiunt, quod primo propinquius eſt. Omnino igitur, in Eccleſia Chriſti, eſt vnus princeps. Adeſte, Quis huic rationi, ualeat reluctari? Non eſt ordo, niſi ponas primum. Tam alte mihi animo inſedit ſemper hęc monarchia eccleſiaſtica, vt oppoſitum, nec poſſem mente concipere. Num ergo illud ignoras. Entia nolunt male diſponi? Non eſt ergo bona pluralitas principatuum, vnus

itaq;

Mat.6. itaque princeps? Num & illud. Miſertus eſt Chriſtus eis, quia ſicut oues errantes, non habentes paſtorem.? Quis ergo vel mediocris ingenij, modo ei non ſit mala mens, malus animus, nō illico mecum ſentiat, ſicut ſanctis omnibus, qui triumphant vnus princeps
Apoc.21. dominatur, de quo illud eſt. Ipſi populus eius erunt, & ipſe cum eis erit eorum Deus. Ita chriſtianis omnibus militantibus, vnum duntaxat præeſſe
Oſee 1. & principari? Huic enim alludit, Oſeas. Congregentur filij Iuda, & filij Iſrael, & ponent, ſibimet caput vnum.
Cant.6. Vna eſt Eccleſia, Vna eſt colūba mea. Vna eſt formoſa mea. Cur itaque non & vnum Monarcham habet? Aſtra omnia, ab vno ſole illuminantur. Riui, ab vno fonte proſiliunt. Ab vno oceano, egrediuntur flumina. Senſus omnes, ab vno capite. Vniuerſos homines, genuit vnus Adam. Orbem totum, condidit vnus Deus. Omnis domus vni innititur petræ. Animal omne, unum caput habet. O effrontes ergo, qui non unum principem agnoſcunt, omnis eccleſiaſticæ poteſtatis. Citra Chriſtum intellige. Hinc adhuc uagiente eccleſia in cunabulis, legimus ſeptua-
Luc.10. ginta Chriſti diſcipulos, qui iudaici populi ſeniores referebant, reliquam plebem, quæ Chriſtum ſequebatur, excelluiſſe. Illis uero ſeptuaginta, ſuperiores fuiſſe duodecim illos, qui honorifico nomine Apoſtoli, vocabantur: tanquam duodecim principes decre-
Luc.6. pitæ ſinagogæ. Omnibus vero, Petrum præpoſitum fuiſſe, tanquam Moſen & Aaron ſimul, omnis chriſtianæ militiæ ducem, totius ouilis paſtorem, huius ſacræ domus fundamentum, magni corporis huius, miniſteriale caput.
Ioan.6. Ecce ordo. Ecce dux ordinis. Plebi ſanè non eſt dictum, vt laboraret in uinea domini, eſt dictum ſeptuagenatio illi numero. Septuaginta uero illis, non
Mat.16. eſt dictum. Euntes in uniuerſum orbem, docete omnes gentes, Eſt dictum duodeno illi choro. Duodecim illis non eſt dictum. Vobis dabo claues re-
Ioan.1 gni cœlorum. Paſcite oues meas. Vni Petro dicta ſunt hæc omnia. Tu uo-
Mat.16. cabetis Cęphas. Beatus es Simon Bar iona, quia caro & ſanguis, non reuela- Ioan.21.
uit tibi, ſed pater meus, qui in cœlis eſt. Diligis me plus his? Et ego dico tibi, Matt.16.
quia tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo eccleſiam meam. Ego Luc.22.
rogaui pro te Petre, vt non deficiat fides tua: Et tu aliquando conuerſus, cō- Ioan.21.
firma fratres tuos. Paſce oues meas. Paſce agnos meos. Vides, Audis, Intelligis? quomodo negari non poteſt, niſi temerè, turbam laicos referre, ſeptuaginta ſacerdotes: duodecim Epiſcopos, Petrum Pontificem? Is enim eſt, qui poſt Chriſtum, princeps eſt omnis eccleſiaſticæ Hierarchiæ, à quo Epiſcopi, à quo ſacerdotes, à quo reliqua omnis chriſtianorum multitudo, paſcitur & regitur. Ne mihi dicas, miſelle. Paſtorem uocauit Petrum Chriſtus, tu Principem vocas. Quid eſt enim paſcere, niſi regere? Ezechielem lege. Hieremiam, Eſaiam, & tropi huius dilucidationem inuenies. Nam & Reges, paſtores uocantur. ποιμένες λαῶν.
Chriſtus eſt princeps regum terræ, habetque in fęmore ſcriptum. Rex re- Apoc.1.
gum, & dominus dominantium. Ob id, deuicta morte reſurgens, inquit.
Data eſt mihi omnis poteſtas, in cœlo, Matt.28.
& in terra. Cęlos autem conſcenſurus, poſtquam ter ſanctiſſimum illum ſenē adiurauit, ſi eum plus vndecim dilige-
ret, illi ſuas vices commiſit. Quis ergo Ioan.21.
non videat, illum Chriſti auctoritate regem factum eſſe, & regum principem? Non iterum dicas. Aaron Rex non erat, neque dux, ſed Moſes. Id quidem uerum eſt. At Aaron, non erat perfectus Chriſti tipus, quare nec Petri, neq; noſtri Aaron & Moſes ſimul Chriſtum referebant. Summa ſacerdotij dignitas, illum illuſtrabat, hūc Imperij vtraque autem inſignis erat Chriſtus, & ſacerdos & Rex. Petrus itaque, non propter Aaron, ſed propter Chriſtum, omni ſpiritali, terrenaque poteſtate decorus fuit. Optime etenim, à diuina ſapientia conſtitutum eſt, vt quæ in inferioribus ſparſa reperiuntur, in ſuperioribus colligantur. Longe autem inferior eſt, ipſa Eccleſia ſinagoga, ni mirum itaque, ſi ſacra hæc munera, quibus illi duo

duces fungebantur, ſimul complectitur noſter Cephas. Si igitur tam graue ſcelus fuit habitum, contemnere Moſen, Aaron reſpuere: (Vindictam
Exo. Dei in Exodo lege, contra eorum rebelles, & peccati magnitudinem intelligere poteris,) quàm inexpiabile putas, Cepham contemnere, qui eſt Moſes & Aaron, verè Melchiſedech primus hominum Rex, & ſacerdos? Ne iacta quæſo Chriſtianam libertatem. *Omnis anima poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit.* Etiam inter Chriſtianos, laici ſacerdotibus ſubditi ſint, ſacerdotes Epiſcopis, Epiſcopi Petro, perfectam libertatem adhuc non habemus, ſed deſideramus, vt ſupra capite octauo, libertatem ſcilicet à miſeria. Liberauit
Rom. 8. nos Chriſtus à lege carnis, à lege Moſe. Hoc enim verba illa omnia adducta, præſeferunt. At nōdum contulit libertatem gloriæ filiorum Dei, vt vni Chriſto pareamus. Verum ſi Iacobi vrgeas li
Iac. 1. teram. Qui perſpexerit in lege perfectæ libertatis. Reſponſio eſt. Legem Chriſti, omnino perfectæ libertatis legem eſſe. Nam & perfectam libertatē futuri illius ſæculi, nemo aſſequi poteſt, citra Chriſti fidem. Abſit tamen, vt ſit ſenſus, in hac uita, nos perfectè ab hominum ſeruitute liberari. Hic quippe eſt iuſtitiæ ordo, quoad hoſpites & aduenæ ſumus, vt inferiores ſuperioribus obediant. Hinc ſecundæ ſpheræ, rapiuntur à prima. Hinc ſecundæ cauſæ omnes, primæ obediunt. Hinc reguli omnes regibus, reges Cæſaribus parent. Iuſtitia autem eſt per fidem Ieſu Chriſti. Quomodo ergo putas, per Chriſti fidem excuſari quēquam, vt ſuperioribus poteſtatibus nō pareat? Obligamur magis omnes, vt verum fatear. Tantum abeſt, vt ab Principum, Sacerdotū, Epiſcoporum, Petri, obedientia abſoluamur. At Petrum inquies non habemus. Si habes ſacerdotes, ſi habes Epiſcopos, habes et Petrum. Habes autem ſacerdotes, habes & Epiſcopos. Aliter enim, non eſſet Eccleſiæ ſanctæ ordo perpetuus. Quare nec ipſa perpetuò conſtaret. Multitudo nanque ſine ordine, diu ſtare nequit. Igitur & Petrum habes.

Quis eſt autem Petrus, niſi Petri ſucceſſor? Sicut & Epiſcopi qui Apoſtolis: ſacerdotes, qui ſeptuaginta diſcipulis ſucceſſere? Petri vero ſucceſſor, quis eſt, niſi inclitæ huius urbis Epiſcopus, vbi Petrus, thronum habuit, vbi cete grandia piſcatus eſt, vbi demones expulit, peccata fugauit, tirannos deuicit, philoſophos ſuperauit, orbem ad Deum, veram docens philoſophiam reduxit: Vbi quæ in cælis, & quæ in terris erant, quo voluit modo, concinnauit, compoſuit, ligans et ſoluens, claudens & aperiens regnum cęli quibus libuit, ſecundum ſibi traditam facultatem. O Romam. O Vrbem. O orbis ſemper principem. Extollant te alij à magnitudine, ab antiquitate, à pulchritudine, ab ædificijs, à principatu, à rebus bellicis, à linguæ lepore, à tiberinis vndis, ab arce, à Vaticano, à ſacris collibus, ob id ego te vnicè colo, te veneror, te dico beatam, te admiror, & ſuſpicio, quod Petrus omnis Eccleſię vertex, quem Ieſus domus ſuæ dominum conſtituit, cui cæleſtis & terreni imperij, iura conceſſa ſunt, te vnam prę cæteris elegerit, cui præſens de uerbis Pſ. 104.
vitę diſſereret, è qua omnibus Chriſtianis, per vniuerſum orbē diſperſis, iura Ioan. 6.
daret: apud cuius lares, uitā finiret, in cuius manibus, ſanctiſſimum illud corpus oībus theſauris lōgè pretioſius, relique rit. Hoc certè te illuſtriſſimā facit. Hoc te toti orbi admirabilem reddit. Hieroſolymam enim olim, tāta ſanctitate pręclaram renuit, Antiochiā reliquit, vbi ſeptem annis ſederat. Huc ſe ſe contulit. Hæc enim eſt illa Babylon, de qua ip
ſe dicit. Salutat vos Eccleſia, quæ eſt 1. Pet. 5.
in Babylone collecta. Hic thronum tenuit, hic vixit, hic occubuit, hic triumphauit, hic requieſcit. O Rome gloriam incōparabilē. Hoc Philo prædicat, hoc Lactantius, qui Traiano erat à ſecretis. Hoc Chriſoſtomus, qui vix trecētis annis, à Chrō elapſis, floruit. Pręteermitto Dionyſios, Cirillos, Bedas, Auguſtinos, Hieronymos, cōemq; hominum omnium famam. Expone tu Babylonem, ſi Roma, non eſt illa, vbi Petrus mortuus eſt, à te expecto ſi non Romæ? Summi ergo (vt tandem finiam) Romæ Epiſcopi Pe-

pi Petro ſuccedũt, quare & parem omnino, quam Petrus habuit poteſtatem, vtinam & parem ſanctitatem, habuerunt, habent, habebuntque per ſecula.
Mat. 20. Qui enim Apoſtolis dixit. Ego ero uobiſcum, vſque ad conſummationem ſeculi, intelligens in ipſis Epiſcopos, quorum tipum geſſere. Eorum quippe nemo centum annos uixit. Ille idem maiore ratione cum diceret Petro. Tibi da
Mat. 16. bo claues regni cęlorum, intelligendus eſt dixiſſe vſque ad conſummationem ſeculi, quaſi Petrum alloquens, nõ modo pro ſeipſo, ſed & pro omnibus ſucceſſoribus, quorũ ipſe vnus tipus fuit, vt & ipſius, Chriſtus, Chriſti uero Melchiſedech. *Omnis ergo Anima*, huic tam ſublimi, excellenti, diuinæ, vnicę in terris poteſtati, *ſubdita eſt*. Huic inquã poteſtati, Romani Pontificis, quem vniuerſalis Eccleſiæ Epiſcopum, ouium & agnorum paſtorem, æternæ vitæ clauigerum, Dei & hominis uices agentem, patrum omnium patrem, paſtorũ principem, chriſtiani omnes ſubditi ſunt. Ipſe ille eſt, qui omnia iudicat, & à nemine iudicatur. Ipſe benedicit omnes. Sine controuerſia autem, qui benedicit, maior eſt eo qui benedicitur. Ipſe
Hier. 1. eſt ſuper Gentes conſtitutus, & ſuper regna, vt euellat, & deſtruat, diſſipet, &
1. Re. 10. diſperdat, ædificet & plantet. Ipſe eſt q̃ Samueli perſimilis, Reges creat, regeſ-
Heb. 5. que deponit. Ipſe eſt qui ſingulari quodam modo, non ſibi aſſumit honorem, ſed uocatur à Deo tanquam Aaron. Ipſe eſt, quem ſcilicet tanti culminis maieſtas, vel dignum inuenit, vel omnino facit. Ipſe eſt, in cuius dominio cũcta ſunt poſita, & non eſt qui ſuæ poſſit reſiſtere voluntati. Ipſe eſt, in cuius pectore ſunt vniuerſæ leges & iura. Ipſe eſt, cui omnes iure diuino tanquam Domino Ieſu obediunt, & omnes mundi primates, caput inclinat, optimè & perbellè, Papa vocatur. Quid eſt enim Papa, niſi pater patrum, paſtor paſtorum? Alij prælati & reges, populos paſcunt. At ſummus Romanorum Pontifex, & paſtores paſcit. Alij ſunt populorum patres. Verum ipſe & patrum pater eſt. Veh illis, qui huius patris, filij eſſe noluerint. Qui è tanti paſtoris ouili, è tãti Principis & Monarchæ regno, per ſchiſmata exierint. At nunc de ſecularium poteſtate dicendum eſt, de qua loquitur, Paulus, cum dicit. *Omnis Anima, &c.*

Poteſtatem enim Pontificiam, quamuis in ea talis gloria ſit, vt nullus pluribus laudibus creſcere, neque cuiuſuis uituperationibus diminui poſſit, quantum vires meæ potuerunt, hactenus, à Pauli propoſito, non tamen extra propoſitum digrediens, extuli, ea arte vſus, qua Paulus vtitur. Is nanq; Chriſtianos, qui chriſtianæ libertatis prętextu, iam ab Imperatoribus deſciſſere incipiebant, comprimit, Imperatoriam, Regiamq; commendans maieſtatem. Ego quoque ſciens, ex eadem libertate anſam accipere contra Imperatorum, Regumq; principem Petrũ, Petri vices agentẽ, in medio vrbis, tanquam in medio orbis conſtitutus, dignum duxi, de ſumma celſitudine, de eminentia pontificiæ dignitatis, tàm ab omnibus labefactate, philoſophari. Reuertamur ergo, ad Paulum, de ſecularibus poteſtatibus diſſerentem. Eo enim tẽpore, ſummi Pontificis dignitas, Romanorũ tirannide deliteſcebat, delituitq; ſemper, vſq; ad Conſtantini tẽpora, qui diuino afflatus numine, ſummũ agnoſcẽs ſacerdotium, ſuapte natura pcellere reges, ſummo ſacerdoti, nõ dñium, (id. n. à Deo habuit in Petro) ſed vſum, quẽ pdeceſſores Cæſares ſibi vſurparant, contulit. Per Deum viuum ſucceſſores obteſtans, vt quod ipſe fecerat, ratum haberent vniuerſi. Sed de hoc ſatis. Quaſi ergo adhuc nihil de textu dictum ſit, nunc tanquam à principio incipiamus. *Omnis anima poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit.*

Durum videtur his peſtilentiſſimis, rerum omnium perturbatoribus, chriſtianos, dominos ſeculares habere, non tantum eccleſiaſticos, ſacerdotes, Epiſcopos, Põtificem, ſed laicos, Prætores, Duces, Reges, Cæſares. Hinc ruſticorũ illi tumultus in nobiles & principes prodierunt ætate noſtra, Ex quibus deinde quot mala Dij boni, orta ſunt? quod ſtrages? quot cædes? quot depopulationes? quod ſacræ ædes dirutæ?

quot

quot ſtupratæ virgines ? quot profinata, ſoloque demum æquata cœnobia? quot urbium direptiones? quot internitiones flaminum? quantus Dei, ſacrorumque contemptus? quàm neglecta religio? quàm profligata pudicitia? q̃ perditi mores? fructus certe omnes hiſcæ arboribus digni, nempe hæreſis. Enimuero, mihi aptior reſponſio, non occurrit, quàm illa Petri Apoſtoli. Cũ
1.Pet.2. enim dixiſſet. Subditi eſtote humanæ creaturæ, ſiue regi tanquam præcellenti, ſiue ducibus tanquam ab eo miſſis, ad vindictam malefactorum, laudem vero bonorum, quia hæc eſt uoluntas Dei, vt ben efacientes obmuteſcere faciatis, imprudentium hominum ignorantiam. Protinus quaſi uidens hæreticorum argumentum à libertate chriſtiana, illudque refellere uolens, ſubdidit. Quaſi liberi, & non quaſi uelamen habentes malitiæ libertatem, ſed ſicut ſerui Dei. O quàm egregia eſt hæc reſponſio. Velamen eſt malitiæ inquit, pallium erroris, ſuperbiæ excuſatio hęc libertas, quam iactat hæreticus, poteſtatibus ſublimioribus nolẽs obedire. Liberi ergo eſtote, ſed tñ non in palliũ erroris, libertatem aſſumite, iuxta illud
Gal.5. etiam Pauli. In libertatem uocati eſtis, tantum ne libertatem in occaſionẽ detis carnis. Seruite libenter principibus veſtris, & eritis ſeruiendo liberi. Nam inuita ſeruitus, vnicè libertati repugnat. Seruite amore, ut ſitis liberi, nõ timore, vt non ſitis ſerui. Amor enim liberorum eſt, ſeruorum timor. Mirum certè, quàm impudẽter blacterant iſti, vt omne abrogent dominium, omnem
ad Philem. ſeruitutem. Paulus quippe, Oneſimum Philemonis ſeruum habuit, illum baptizauit, nec tamen protinus illum à ſeruitute liberauit, ſed ad Philemonem, vt illum adhuc in ſeruum haberet, remi-
1.Tim.6. ſit. Etiam ad Timotheum dicit. Qui ſunt ſub iugo ſerui, dominos ſuos omni honore dignos arbitrentur, ne nomen domini & doctrina blaſphemetur.
Eph.6. Ad Epheſios. Serui obedite dominis carnalibus, cum timore & tremore, in ſimplicitate cordis ueſtri, ſicut Chriſto, non ad oculum ſeruiẽtes, quaſi hominibus placentes, ſed ut ſerui Chriſti, facientes uoluntatem Dei ex animo, cum bona uoluntate ſeruiẽtes, ſicut Deo & non hominibus, ſcientes quia vnuſquiſq; à domino accipiet, qđ fecerit bonum, ſiue ſeruus, ſiue liber. Quomodo igitur adhuc non uerentur dicere, omnes chriſtianos pares eſſe, nullum dominum, nullum ſeruum? Pares ſunt profectò, quoad animã, quoad Deum, quoniam non eſt perſonarũ Act.10.
exceptor, ſed non omnino pares, quouſq; illud uerum eſt de Chriſtiano. Mẽ Rom.7.
te ſeruio legi Dei, carne autem legi peccati, quod ſemper uer ũ erit, Quoaduſ- 1.Cor.15
que mortale hoc induet immortalitatẽ, & corruptibile hoc incorruptionem, ſemper erunt aliqui domini, aliqui ſerui. Quod ſi dicas. Charitas Chriſti dif- Rom.5.
fuſa eſt in cordibus noſtris, per ſpiritũ ſanctum, qui datus eſt nobis. Charitas autem & amor unit. Chriſtiani itaque omnes, non modo pares erunt, ſed vnum. Vbi igitur dominij ratio? vbi ſeruitus? Reſponſio eſt, ex Luca. Multitu Act.4.
dinis credentium, erat cor unum, & anima mea. Affectu, participatione, fide, ſed dominio nequaquam, ſed non auctoritate, non quidem dignitate. Vnde Paulus. Qui dominos fideles habẽt, 1.Tim.6.
non contemnant, quia fratres ſunt, ſed magis ſeruiant, quia fideles ſunt. Intelligis? Subdit. Et ſi quis aliter docet, & nõ acquieſcit ſanis hiſce ſermonibus Ieſu Chriſti, & ei quæ ſecundum pietatem eſt doctrinæ, ſuperbus eſt, & nihil ſciẽs. Quid clarius? Neque argumentum illud uos mouere debet. Liberati ſumus à ſeruitute legis Moſe, per Chriſtum, ergo multo magis ab hominum ſeruitute. Illa enim lex nunc obſeruata, à Chriſto omnes deuiare compelleret. Oſtẽderet nanq; facto eiuſdẽ legis obſeruantia, Chriſtum non aduenisſe, cũ omnia illa legis opera, futurum Chriſti aduentum reipſa proteſtetur. Verumtamen, principum ſeruitus ad Chriſti legis obſeruationem maximè iuuat, atque conducit. Quandoquidem ſub iugo detinemur, humiliamur, deijcimur, obedimus, timemus. Hoc autem omnis ſapientiæ, perfectioniſque chriſtianæ, initium eſt. Sed nonne ſatis eſſe, dominis eccleſiaſticis obedire? Nonne domi-

dominium eccleſiaſticum, ſine ſeculari ſufficeret? Minimè equidem. Quod & tu ipſe probabis vel inuitus, ſi me auſcultabis. Ad humanam ſocietatem, in pace ſeruandam, pleraque neceſſaria ſunt, vt experimẽto patet. Nec vnũ tantum ſufficit. Diuerſa autem à diuerſis longe melius expeditiuſque, quàm ab uno peraguntur. Iſtud enim, fundamentum eſt omnis politicæ adminiſtrationis. Manifeſtum uerò eſt, quædam negocia adeò ſibi inuicem repugnare, & inter ſe contrariari, ut conuenienter ſimul exerceri non poſſint. Propterea illis, qui maioribus deputantur, minora interdicuntur. Quemadmodum humanis legib⁹, militibus negotiationes. Belligerare. n. mercatorum negocia, ſecum haudquaquam patitur. Bellica autem exercitia, maximè illis repugnant muneribus, quibus addicti ſunt Pontifices, Epiſcopi, ſacerdoteſque vniuerſi. Tum quia, maximas bellũ habet inquietudines, quare & animum diſtrahere, impedireque ſuapte natura ſolet à contemplatione, cui uni, illos intẽdere par
2. Tim. 2. eſt. Hinc illud Pauli. Nemo militans Deo, implicat ſe negocijs ſecularibus. Tum particularius. Quoniam eccleſiaſtici ordines, altari ſeruiunt, in quo ſub admirabili illo ſacramento, mors Chriſti Ieſu, perpetua memoria celebratur.
1. Cor. 11. Iuxta Pauli verba. Quotieſcunque mãducabitis panem hunc, & calicem bibetis, mortem domini annunciabitis donec veniat. Quomodo itaque decere poteſt, ſacerdotes, Epiſcopos, Pontifices, pugnare, militare, ad effundẽdum ſanguinẽ, cum illos potius, vt propriç vitç, vnuſquiſq; prodigus, paratos eſſe oporteat? quo id opere expleant, quod miniſterio gerunt, tanquam digni ſeruatoris flamines, qui ſanguinem effu-
Luc 9. dit, pro nobis omnibus, nec uenit ma-
Tit. 1. ctare, ſed mactari? Hinc Paulus horret, cum audit Epiſcopum percuſſorẽ. Propterea diuinitus afflati patres noſtri inſtituere, vt quilibet effundẽs ſanguinem, etiam citra omnem culpam, ſit irregularis, quoniã nulli qui ad aliquod munus deputatus fuerit, id licere dicemus vnquam, quoad prouintiam illã obeundam ineptus redditur. Hinc Paulus, non Chriſtianorum omnium, ſed Apoſtolorum, Pontificum ſcilicet, & 2. Cor. 6
ſacerdotum perſonam agens, inquit. Arma militiæ noſtræ, nõ ſunt carnalia, ſed potentia Dei, ſcilicet orationes, ſalutaria monita, & anathematum fulmina. Atqui bella corporalia, temporibus noſtris neceſſaria ſunt, ad retundendam hominum nequitiam, ad ſeruandam iuſtitiam, ad propagandam pacem. Quo enim pacto Reſpublicas tueremur, iniurias propelleremus, rapinis reſiſteremus, uiolentiam, tirannidemque arceremus? citra bellũ omnia ab improbis turbarentur: nihil eſſet pacatum, cuncta forent in diſcrimine, urbes, regna, domus, ſine belli iure & armorum. Vltra igitur eccleſiaſticos dominos, neceſſarij ſunt laici, Reges, Duces, Cæſares. Qui quod Pontifices lachrimis, præcibus, excõicationibus faciunt, ipſi idem armis, ſtragibus, cedibus efficiant, ad modicum tempus omnia perturbãtes, vt cõmodius perpetua pace deinceps perfruamur. Vides magnam ſeculariũ principum rationem? Caue tamen ne inde exiſtimes, Põtificibus, Epiſcopis, Sacerdotibus, id unicè conuenire, uidelicet vt ſacra faciant, vt orẽt, vt Deo ad aras miniſtrent. Num in Ioſue legiſti, quod ſacerdotes in bellis clangebãt Ioſ. 6.
buccina? nempe magna vehementia, ad pugnam inuitantes. Num legis ſanctiſſimum illum Leonem Pontificẽ maximum, cum rumor inſonuiſſet, ſaracenos ad Romanorum portum venire, præcepiſſe: vt populi ad littora deſcenderent pugnaturi? Num Adrianus ſummis præcibus, & adhortationibus, Carolum Francorum regem, nõ coegit, ut contra Longobardos bellum ſuſciperet? Abſit, vt dicas Reges, corporalia bella, Eccleſiaſticos tantum ſpiritualia ſuſcipere poſſe. Vterq; gladius eſt ſum- 2. Reg 20
morum Pontificum, mihi crede. Dij montium ſunt, & Dij vallium. Conſecrantur vt ſacerdotes, coronãtur vt Reges. Hinc vtroque modo bellari poſſunt. At manu propria, non niſi ſpiritualem gladium illum, qui eſt verbum Eph. 5.
Dei euaginare, materiali Cæſares, Reges, Duces, ad eorum imperium, tanquam eorum miniſtri, organa viua, vti dicuntur.

dicuntur. Hīc & Epiſcopi, & cletici, Pō
tificis aurorirate, bellis iteteſſe poſſunt,
& ad bella procedete, quamuis pugna-
re manu, abuſus omnino ſit, niſi exrre-
ma adſit neceſſitas. Tunc quidem, non
modo de iute poſſunt, ſed tenentut. Li-
cer enim irregularitas, ſemper factum ſe
quatur, inſtante nihilominus pugnādi
neceſſitate, clericus qui pugnarer, quā-
uis irregularis factus, non ſolum non
peccarer, uerum eriam uitam mereret
æternam. Et hæc de dominio ſeculari,
eiuſque iure ſufficiant.

Ad Tertiam difficultatem, De Infide
lium dominio. Tam clata eſt Pauli in-
tentio hoc in loco, vt tergiuerſari non
1. Tim. 6. liceat. Ad Timotheum etiam, cum di-
cit. Qui ſunt ſub iugo ſerui, dominos
ſuos, omni honore dignos atbitrētur.
Manifeſtum eſt, quod de dominis infi-
delibus loquitur, quia mox ſubdit. Qui
autem fideles habent dominos, non cō
temnant, quia fratres ſunt. Sed magis
ſeruiant, quia fideles ſunr, & dilecti.
Et breuiter, omnes Petri & Pauli ſer-
mones, de dominis ſecularibus, de infi
delibus intelliguntut. Eo enim tempo-
re, omnes principes infideles erant.
Tenentur itaq; Chriſtiani, infidelibus
principibus ſubditos eſſe, non dico ſe
ſe ſubdere. Scriptum nanque eſt. Non
poteris alterius Gentis hominem face-
re Regem, qui non ſit frater tuus. Sed ſi
ſubditi ſunr, obedire. Illud peccarum
eſſet, hoc meritum eſt. Vnde & Pauli
tempore, pletique Chtiſtiani, erant de
familia Cæſaris, ideſt Netonis, & in ei⁹
palatio manebanr. Ita enim dicit Phi-
Philip. 4. lippenſibus. Salutanr uos omnes ſan-
cti, maxime autem, qui de Cæſaris do-
mo ſunt. Ad Argumentum aurē, quod
ex uetbis illis, ad Corinthios adduci-
1. Cor. 6. tur. Audet aliquis ueſtrum, habens
negocium aduerſus alterum, iudicari
apud iniquos, & non apud ſanctos. Re-
ſponſio facile patere poteſt ex loquen-
di modo. Audet aliquis ueſtrum. Ar-
guit enim illos duntaxat, qui in iudicijs
actores erant, & cum ad ſanctos recur-
rere poſſent, ideſt ad Chriſtianos, pro
ditimendis eorum quæſtionibus, tan-
quam ad atbitros & cōmunes frarres,
propria voluntate contemptis illis, pro-
fanos ptincipes infideles adibant, &
coram eis contendebant. Quod cerre
magnis rationibus, & repræhenſione,
& mulcta dignum erat. Tum quia fi-
delium autoritati derogabarur, quaſi
nemo inter eos eſſet, qui ſuborientes li
tes, dirimere poſſet, Tum quia eorum
dignitas minuebarur, qui iudicabātut,
cum infidelium iudicio ſe ſe ſubijcerēt.
Tum quia infidelibus occaſionem prę-
ſtabant, vt videntes diſſentire fideles,
eos contemptui haberent, & minus de
eis, quàm par eſſet, ſentirent. Tū quia
fideles facilius opprimi poterant, ſe ſe
infidelium iudicio ſponte ſubijcientes,
falſis, iniuſtiſque ſententijs, quàm alia
via. Intelligitis hæc omnia? ò clerici,
ò ſacerdores, vos conuenio, vos obte-
ſtor. Sicut indignum eſt, Chriſtianum,
infidelium iudicium ſpontè ſubire vel-
le, & coram illis actorem eſſe, cum poſ-
ſit à fidelibus, iudicari, propter haſce
quas adduximus rationes: ita clericis &
ſacerdotibus propter illas eaſdem, in-
dignum eſt, à ſecularibus velle iudica-
ri. Primum, prælatorum autoritati de-
rogatur. Secundo, ſacerdotum digni-
tati. Tertio, præſtatur occaſio de cleri-
cis obloquendi, & de religioſis. Et po-
ſtremo, ſeculares, quo ad poſſunt, vi, ca-
lumnijs, iniuſtitijs, grauaminibus, ec-
cleſiaſticos opprimunt. Hæc omnia ve-
ra ſunt, & nihilominus nemo illa
conſideтat. Incidenter hæc dicta
ſint. Non enim omnes capiunt ver- Matt. 9.
bum iſtud.

Dices antem. Cur etgo Paulus appel
lauit, ad Cæſarem? Ipſe actor erat, &
ſpteto fidelium iudicio, ab infidelibus
iudicari voluit. Non erat cauſa eius,
cum fidelibus, ſed cum infidelibus, cū
Feſto, & cum Iudæis. Iccirco neceſſe
fuit, cum dicere ſedente Feſto pto tribu
nali, declinanteque ad iniuſtitiam, &
ſentētiam ferret in enm. Ad Cæſaris tri
bunal ſto, ibi oportet me iudicari, Iu-
dęis non nocui, ſicut tu melius noſti. Si
enim nocui, aut aliquid dignum morte
feci, non recuſo mori. Si uero nihil eſt
eorum, quæ hi accuſant me, nemo po-
teſt me illis donare. Cæſarem appello.
Cum itaque Pauli cauſa, coram Ethni-
co eſſet, potuit ad Ethnicum appellare.
Tunc

Tunc ergo Feſtus, cum conſilio Reſpō
dit. Cæſarem appellaſti? ad Cæſarem
Act.23. ibis. Sicque Romam uenit, vt illud im-
pleretur. Conſtans eſto. Sicut enim te-
ſtificatus es de me in Hieruſalem, ſic te
oportet & Romæ teſtificari.

Ad quintam difficultatem, de reli-
gioſis & ſacerdotibus. An principibus
ſecularibus ſubdantur. Omnino di-
cendum eſt, quod non. Et ita eſt. Video
nanque in Matthei euangelio, cum illi
Matt.17. à Petro, pro Chriſto Ieſu tributum quę-
rerent. Chriſtum Ieſum interroga-
re Petrum. Quid tibi uidetur Simon?
Reges terræ, à quibus accipiunt tribu-
tum vel cenſum: à filijs ſuis, an ab alie-
nis? Et illo reſpondente, ab alienis, con
cluditur. Ergo liberi ſunt filij. Qui ſunt
autem filij regis regum quæſo peculia-
res, niſi Pontifices, Epiſcopi, ſacerdo-
tes, quorum miniſterio alij omnes Dei
filij efficiuntur, per lauacrum ſanè re-
generationis? Ergo illi ſunt liberi à tri-
butis, à cenſibus, ab omni ſecularium
dominio, vt poſtquam relictis omni-
bus, Chriſtum ſequuti ſunt, Apoſtoli-
cam vitam viuentes, regnum Dei in
alijs propagantes & fouentes, nulli al-
teri regno, quàm Dei ſubijciantur.
Vnde & ipſi in Dei regno, quod eſt Ec-
cleſia præſunt, tanquam ad extremum
cum Apoſtolis, orbem iudicaturi. Ve-
rumtamen inquit Chriſtus, ne ſcanda-
lizemus eos, Vade ad mare, & mitte
hamum, & eum piſcem, qui primus
aſcenderit, tolle & aperto ore eius, in-
uenies ſtaterem, illum ſumens da eis
pro me & pro te. Quid uis apertius
pro ſacerdotum immunitate? Da in-
quit illis, pro me & pro te, Petre. Hac
vna tantum ratione, ne ſcandalizemus
eos. Ergo, nec ego, nec tu, tributa
vel cenſum ſoluere debemus. Cum
enim ſub Petro ſint omnia regna, quo-
modo ipſe tributa ſoluere tenetur? Vis
vt altius repetamus? In naturæ lege, ſa-
cerdotes à tributis, à cenſibus ſemper
liberi fuere. Addam unum, quod ma-
ius eſt. Principes prouidere fuiſſe ſoli-
tos ſemp, vt ſacerdotes è publicis reddi
tibus viuere poſſent. Quęre Moyſen.
Neq;.n.minutulos doctores citare pla-
Gen 47. cet. Magnus ille Moſes, nōne refert tē-
pore illi⁹ ſteriliratis Ægypti, quo Ioſeph
ille ſanctiſſimus, ſeruator mū di appella
tus eſt, oēm Ægyptiorū terrā à Pharao-
ne emptam fuiſſe, vendētibus ſingulis
poſſeſſiones ſuas prę famis magnitudi-
ne, pręter ſacerdotum terrā, quæ à rege
tradita eis fuerat? Illis.n. inquit, & ſtatu-
ta cibaria, ex horreis publicis prębebā-
tur. Iccirco non ſunt cōpulſi, ſuas uēde
re poſſeſſiones. Quid dicent hi nr̄i Prī-
cipes Chr̄iani: quorū nonnulli arbitrā-
tur ſe obſequiū præſtare Deo, cum ſa-
cerdotes, Ep̄os, Monachos, Moniales,
oneribus, expenſis, aggrauant, vt aliqn̄
non tantum poſſeſſiones, ſed dicam &
cruces, calices, ſacram inquā diuini cul
tus ſuppellectilem, uendere cogantur?
Pudeat illos quęſo, tam neglectę religio
nis. In teſtamento uereri quoq;, lata le- Leuit.23.
ge, ſacerdotes, filij ſcilicet leui, ex deci-
marū oblationibus uiuebant. Nonne?
Nunc uero, (proh ſcelus,) deterior eſt
inter Chriſtianos ſacerdotum cōditio,
q̄ Iudæorum. Felicius inter laicos viuūt
Iudęi, q̄ ſacerdotes. Arce Pr̄ ſancte, Pau
le maximę, qui vices Chriſti geris, Arce
inq̄ tyrannorum rabiem, vt & quietam
vita agant ſacerdotes tui, Dei flamines,
& archiflamines. Quis.n. paſcit gregē,
& de lacte gregis non manducat? Quis 1.Cor.9
plātat vineam, & de fructu uineæ nō co
medit? Nō alligabis os boui triturāti. Si
ſpiritualia uobis ſeminamus, magnum
ne uobis uidetur, qui temporalia me-
tamus? At ſi exempti ſunt à laicis pote
ſtatibus ſacerdotes, cur Paulus dicit.
*Omnis anima poteſtatibus ſublimioribus ſub
dita ſit?* Eo tp̄e, ne ſcandalū p̄berēt. Qm̄-
quidē tirānis Romanorū inualuerat, o-
pere p̄tiū erat, ſacerdotes oēs, imo &
Apoſtolos & Petrū tributa ſoluere, vt di
xit Chr̄s. Nr̄o quoq; tp̄e, non vtit' ſua
ptāte & libertate Eccleſia. Nō.n. accipit
decimas ab aliq̄bus terris, vbi nō eſt cō
ſuetudo, pp ſanè ſcādala uitāda. Re ipſa
tn̄, oēs ſummo Romanorū Pōtifici deci
mas dare debēt. Immo ipſi vni tāq̄ ſum
mo ſacerdoti. Nā & Melchiſedech deci- Gen.14.
mas habuit. Nemo aūt ex principib⁹ lai
cis, decimas habere pōt à populis, niſi
ſummus Pontifex conceſſerit. Inſtituta
q̄ppe eſt, decimarū oblatio, pp dei mini
ſtrorum ſubſtentationem, iuxta illud.

Infer

Malac. 3. Infer omnem decimationem in horreũ
meum, vt ſit cibus in domo mea. Iã
autem refrixit religio, vt plerumque ad
vitanda ſcandala, & principibus laicis
ſummus Pontifex decimas, licet dolés
concedere videat, quod eſt permittere,
magis quàm concedere. Quod ſi prin-
cipes intelligerent, nemo eorum eſſet
adeo importunus in petendis, repetẽ-
dis, dicam potius aliquando, extorquẽ-
dis decimis. Agnoſcerẽt enim, quod po
teſtate eis in ædificationem ſanctæ ec-
cleſiæ data, in deſtructionem abutun-
tur. Sed ipſi uiderint. Noſtrum parere
eſt, & ſubijci. Subijcimur quidem Deo
in illis, & ita eis reſiſtentes, reſiſtimus
Deo, iudiciumque nobis ipſis æternæ
ſumimus damnationis. Quod enim
eſt Deus in mundo, & anima in cor-
pore, hoc eſt Rex in regno. Verũtamen
de malis principibus, & qui contra
Deum, contra Pontificem, cõtra Eccle-
ſiam tirannidem exercent, de quibus
Oſee 8. illud eſt. Ipſi regnauerunt, & nõ ex me.
Principes fuerunt, & non cognoui, dif-
ficultas non parua eſt. An illis obedire,
& non potius reſiſtere teneamur. Cer-
te enim, à Deo regnare permitũtur hi
principes. Niſi enim permitterentur,
non regnarent. Sed non omnia, quæ à
Deo permittuntur, bona ſunt. Mala eñ
permittit, quæ niſi permitteret, non fie
rent. Num ergo, malorum principum
poteſtati reſiſtens, quæ à Deo eſt tantũ
permiſſa non ordinata, æternam ſibi dã
nationem acquirit? Hic eſt punctus,
quem Paulus tangit. Reſponſio au-
tem eſt, quod verbum illud. *Non eſt po*
teſtas, niſi à Deo, effectiuè per approba-
tionem, non modo per permiſſionem
diuinam intelligitur. Aliter enim ve-
rum non eſſet. *Qui poteſtati reſiſtit, Dei*
ordinationi reſiſtit.

Sed tunc eſt maior difficultas. Quo-
modo enim Deus, malorum principũ
regimina, dignitates, & poteſtates ordi
nare & approbare poteſt, cum dicat.
Ipſi regnauerunt & non ex me, princi-
pes fueruut, & non cognoſci, & cum id
iniuſtum eſſe videatur, vt inquit Aba-
Abacb. 1. cuch. Quare impius præualet, aduer-
Eſa. 1. ſus iuſtum? Verum, ſi conſidera-
ueris verbum illud. Vindicabo inimi-
cos cum inimicis, optimè intelliges, &
malos principes, à Deo ordinari. Non
modo enim boni, eorum iniquitatibus,
præſſuris, afflictionibus probãtur, exa-
minantur, ſed mali conteruntur, puniũ
tur. Nonne iuſtum eſt, bonos probari,
examinari, malos autem affligi, torque
ri? Itaque & iuſtum eſt, malos principa-
ri. Adde, quod & ipſe iniquus Rex,
ipſo regno ſuæ iniquitatis pęnas luet.
Infelix profecto Rex ille, qui in Dei fa
uore populo conceditur, dominatur.
Homo homini in malum ſuum, inquit Eccl. 8.
ſapiens. Reſponde ergo breuiter. Si
praui Regis demerita, ſublimitatemq;
conſideras, ille honorem dominium-
que cõſequitur, à Deo. Verumtamen ſi
ſubditos, & bonos & malos cõſideres,
pęnamque, quam & ipſe Rex regnan-
do iuſte luit, diuino numine regnat.
Tibi ſanè videtur iniuſtum, ſed nõ eſt
iniuſtum reuera. Nulla poteſtas adeò
iniuſta eſt in vniuerſo, quin aliqua ex
parte iuſta ſit. Quandoquidem à Deò
ordinata eſt. Et propterea poteſtatibus
ſemper obediendum, licet tibi iniuſtè
tirannicèque uideatur. Exemplũ Chri 1. Pet. 2.
ſti habes, qui peccatum non fecit, nec
dolus inuentus eſt in ore eius. Trade-
bat tamen ſe iudicanti iniuſtè, inquit
Petrus, in Iudęorum fauorem: vt &
nos ſequamur veſtigia eius, diſcamuſ-
que principibus non reſiſtere, tanquã
Deo miſſis, ratum habentes illud ve-
rum eſſe. Qui vos ſpernit, me ſpnit. Luc. 10.
Vnde & Chriſtus, iniquo tiranno illi Pi Ioan. 19.
lato dixit. Non haberes poteſtatem in
me, niſi tibi datam eſſet deſuper. At
quid, ſi iubeant aliquid contra Deum,
Principes iſti mali, vel contra Pontifi-
cẽ, vel contra Eccleſiam, vel contra ani-
mam propriam omnium noſtrum, qui
illorum poteſtati ſubijcimur? Nemo a-
deò rudis eſt, vt neſciat illis parendum
non eſſe. Scriptum eſt enim. Obedire Act. 5.
oportet Deo magis, quàm hominibus. Matt. 15.
Et iterum. Irritum feciſtis mandatum
Dei, propter traditionem veſtram. Sed
quid ergo ad Paulum, qui dicit. *Qui po*
teſtati reſiſtit, ordinationi Dei reſiſtit. Mẽs
Pauli ſine interpretatiõe clara eſt. Intel-
ligit enim, qui poteſtati reſiſtit, quo ad
tributum, quoad cẽſus, quoad honorẽ,
quoad

quoad timorem, quo ad uectigalia, non tantum principibus, ſed Deo reſiſtit, & ſibi diuinum iudicium, contra ſe iam accepit.

Quo tamen apertius, fuſiuſque hanc veritatem de iniuſtorum principũ obedientia, intelligas. Aduerte. Leges principum, vel iuſtę, vel iniuſtæ ſunt. Si ſũt iuſtæ, dico tibi, quod quantum ad obligandi vim, à iure naturali non differũt, quia & eorum poteſtas à Deo eſt, ſicut ius naturæ. Obligant itaque in conſcientiæ foro. Vnde qui eas contēpſerit, mortaliter peccat. Tantum abeſt, vt uerti poſſit in dubium. An ſummus Pontifex, poſſit obligare ad peccatum mortale. Habes Petrum dicentem. Hæc eſt gratia, ſi propter conſcientiam ſuſtineat, quis triſtitias patiens iniuſte. Et loquitur de Principum obedientia. Et Paulus parum infra, Neceſſitate ſubditi eſtote, non ſolum propter irã, ſed propter conſcientiam. Et de principibus loquitur ſecularibus. Leges autem humanæ, dicuntur iuſtæ tripliciter. Ex fine, quando ad commune bonum ſunt ordinatæ. Ex legiſlatore, quando lex data ferentis poteſtatem, vel auctoritatē, non excedit. Non eſt enim ſeruus maior domino ſuo. Ex forma, quando ſecũdum æqualitatem proportionis, onera ſubditis imponunt, in ordine tamē ad publicum bonum. Cum enim ſubditorum multitudo ſit, quaſi vnum corpus, quod quiſque illorum habet, & quod eſt, multitudinis eſt illius. Sicut & quęlibet pars corporis, id quod eſt totius eſt. Natura autem detrimentum patitur aliquod parti. Immo infert, nedum patitur, ut totum animal ſeruari poſſit. Leges itaq; onera ſubditis inferentes, pro multiplicationis regni, vel Reipublicæ vtilitate, modo ſecundum iuſtam proportionem inferant, & in conſcientiæ foro obligant. Nemo re decipiat Roma, chriſtianæ libertatis prætextu. Hæc enim malitiæ velamen magis eſt, quàm libertas. Nec tibi liberti iſti, Chriſti verbum adducāt. Nolite timere eos, qui occidunt corpus, animam autē nõ poteſt occidere. Sed timete eum ſolum, qui poteſt animam & corpus mittere in gehennam ignis. Hoc enim nihil eſt contra nos. Loquitur contra tirannos, qui Chriſti aſſeclas occidebant, monetque Chriſtus, ut propter eum mori nõ timeamus. Quandoquidem tantũ corpore morimur, at animas noſtras uita perpetua manet. Quod dicat, eum ſolum, &c. vim non facit. Certè nanq; nõ principes, quorum iura trãſgredimur, ſed Deus vnus eſt, qui animas noſtras, in gehennam mittit. Quoniam iuſtis principum legibus reſiſtentes, Deo ipſi reſiſtimus, ſiue ac ſi viri naturali reſiſteremus, quia de iure naturæ eſt, principum poteſtas, vt oſtenſum eſt. Iniuſtę uero eſſe poſſunt principum leges dupliciter. Vno modo. Quia ſunt cõtra diuinam legem, ut tirannorum leges, quæ idololatriam vel ſimilia quædam præcipiebant. Has leges nullomodo obſeruare licet, quinimmo pro virili agendũ eſt, vt nemo eas obſeruet. Quoniam tenemur iure diuino, aliorũ omnium peccata, (ſi poſſumus) prohibere. Iuxta illud. Mandauit vnicuiq; de proximo ſuo. Talis erat Hębręorum lex illa. Munus quod eſt ex me, tibi profuerit, & non honorat patrem neque matrem. Hinc Chriſtus illum euellere uoluit. Quare & uos tranſgredimini mandatum Dei, propter traditionem vẽſtram? Omnis plantatio, quam non plantauit pater meus cęleſtis, eradicabitur. Hipocritę. Populus hic labijs me honorat, cor autem eorum longe eſt à me. Sine cauſa autem colũt me, docentes mãdata & doctrinas hominum. De his & illud eſt. Veh qui conditis leges iniquas. Et illud. In præceptis patrum ueſtrorum nolite cuſtodire. Iuditia eorum nolite ambulare. Iuditia meis ambulate. Iuditia mea cuſtodite. Et illud. Hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi benè complacui, ipſum audite. Quotquot enim loquuti ſunt cõtra eũ, fures ſuerunt & latrones. Quod ſi dicas. *Qui poteſtati reſiſtit, Dei ordinationi reſiſtit*. Dicendum mihi uidetur, quod nunc poteſtati nos reſiſtimus, ſed poteſtati, Deum qui dedit poteſtatem, anteponimus. Vt omnino verum ſit ſemper. Qui poteſtati reſiſtunt, Deo reſiſtere.

Secundo. Poſſunt eſſe Iniuſtæ leges princi-

Marginalia: 1. Pet. 2. — Rom. 13. — Matt. 10. — Ibidem. — Eccleſiaſtici 17. — Matt. 15. — Eſa. 10. — Leuit. 20. — 4. Re. 17. — Matt. 17.

principum, quia ſunt contra bonum il-
lius multitudinis, quæ ſuæ ipſorum po
teſtati ſubijcitur. Aut ex fine, quia
ſcilicet ad communem vtilitatem non
ſunt, ſed ad propriam principis cupidi
tatem explendam. Aut ex legislatore,
quoniam ultra ſibi poteſtatem cómiſ-
ſam, imperat & præcipit. Vel etiam ex
forma, cum inæqualiter, non ſeruata
proportione, ſubditis onera imponit.
Etiam ſi totum, ad commune bonũ or-
dinetur. Hee autem leges, potius uiolé
tiæ, quàm leges dicendæ ſunt. Non em̃
videtur reuera lex eſſe, quæ iuſta non
fuerit. Ad illas tamen dico, ét ſubditos
omnino teneri, licet minime in conſcié
tiæ foro, niſi propter ſcandalum vitan-
dum. Vel etiam propter turbationem.
Clarum eſt enim, quod propter has ra-
tiones, homo interdum ſuo iuri cedere
debet, niſi peccare uelit. Iuxta illud.
Matt.7. Qui angariauerit te mille paſſus, vade
cum eo alia duo. Et qui abſtulerit tibi
tunicam, da illi & pallium.

His omnibus declaratis, tota hæc li-
tera modo clariſſima erit. *Omnis ani-*
Coloſſ.3. *ma.* Ideſt, quicunque homo, ex animo,
non ad oculum, quaſi hominibus pla-
cens, iuxta Paulum, ſed quaſi ex cor-
de, Deo placere ſtudens, & obedire ut
debet. *Poteſtatibus ſublimioribus ſubdita*
ſit. Quia autem dixit. *Poteſtatibus ſubli-*
mioribus. Declarat hæc duo uerba Pau-
lus. Propterea inquit. Dixi. Subdita ſit
oĩs aĩa poteſtatib⁹. *Nõ eſt enim poteſtas,*
dñandi, vel apud fideles, vel apud infi-
deles, vel apud bonos, vel apud malos.
De hac.n. duntaxat dominandi poteſta
te, eſt Pauli ſermo, vt tollas cauillum,
de potentia peccandi, niſi à Deo. Iux-
Dan.2. ta illud. Ipſe mutat tempora & ætates,
transfert regnum & cõſtituit. Vnde in
1.Par.10 Paralipomenon libro legitur. Deus in-
terfecit Saulem, & tranſtulit regnum
eius, ad Dauit filium Iſai.

Secundo autem declarat illud. *Subli*
mioribus. Ideo (inquit) dixi ſublimiori-
bus, quia non omnis anima, omni pote
ſtati ſubdita eſt. Neq; enim Prætori ſu-
bijcitur Dux, ſed vtiq; Regi, & Rex nõ
duci, ſed Cæſari. Et adde tu. Cæſar nõ
Regi, ſed Pontifici. Præceſſit enim ſem
per regalem dignitatem, ſacerdotalis.

Sublimioribus itaque poteſtatibus id-
eſt ſupremis, omnes ſubditi ſunt. Pon-
tificibus. Cæſaribus, Regibus. Hæc eſt
ergo, quod dicit. *Quæ autem ſunt poteſta-*
tes à Deo, ordinatæ ſunt. Hoc eſt non ſunt
pares, ſed ordinem habẽt. Quædam in-
fimæ ſunt, quædam mediæ, quædã ſu-
premæ. Varij ſunt ordines, variaq; po-
teſtatum nomina, & apud Ethnicos, &
in ſcriptura ſacra. In regnis & imperijs,
ſunt ſub Rege, vel Imperatore, Princi-
pes. Comites, Duces, Marchones, Ba-
rones, Caſtellani, & quibuſdam alijs
nominibus, ſecundum diuerſas regio-
num conſuetudines nominati. Satrape.
Optimates, Magiſtratus, Iudices, vt
apud Danielem, & apud Machabęos,
Tribuni, Centuriones, Pentacontar- *Dan.3.*
chos, Decuriones. In Republicis auté,
ex geſtis Romanorum habent Conſu-
les, Dictatores, Senatores, Principes,
Præfecti, Proconſules, Exconſules, Cé
ſores. Patres conſcripti. Cenſorini, Ta-
belliones. Nulla auté anima vitare, po-
teſt, quin poteſtatibus ſupremis ſubij-
ciatur. Itaque. *Qui reſiſtit poteſtati,* cui
ſcilicet ſubijcitur, & generaliter omnis
qui reſiſtit ſupremæ poteſtati, à qua ne-
mo eximi poteſt, contemnendo eam
modis declaratis, *Dei ordinationi,* primũ
reſiſtit in animo. *Qui autem reſiſterint,*
ſibi ipſis iudicium accipient. niſi reſipiſcãt,
non tantum diuinum, ſed & humanũ.
Pœnam ſcilicet, quàm ipſi principes in-
ferent. A præſentibus nanque voluit
terrere Paulus magis, quàm à futu-
ris. Sequitur.

Nam principes, non ſunt terrori bonis ope
ribus. Ideſt bene operantibus, vel pro-
pter bona opera. *Sed malis*, ideſt, ſed
male operantibus, vel propter mala o-
pera. *vis autem non timere poteſtatem?*
bonum fac, ideſt bene age. Iuſtus enim, *Pro.28.*
vt leo confidens. *Et habebis laudem ex*
ipſa. Ecce quomodo loquitur de pote-
ſtate iuſta, quæ ſecundum Deum, non
contra Deum imperat. *Dei enim mini-*
ſter eſt, tibi in bonum. Si autem malum fece-
ris, vel male egeris. *Time.* Proprium.n.
eſt mali timere, iuxta illud. Fugit impi⁹
nemine perſequente. *Non enim fruſtra* *Ibidem.*
gladium, in iudiciariæ poteſtatis ſignũ
Portat, Dei enim miniſter eſt, vltor ad iram,
ideſt

Ideſt vindictam, vel pęnam, *Ei qui malum egerit*, vel malè. Quæ omnia ideo
à Paulo poſita ſunt, quia principum rebelles terrere voluerat, cohercere, dicens. Qui reſtiterint, iudicium ſibi accipient. Chriſtianus quidem timore, non videtur cogendus eſſe, ſed magis amore alliciendus. Cum timor ſit legis, amor Euangelij proprius aculeus. Quaſi diceret ergo Apoſtolus. Qui ad euangelium Pertinent, non numero tantũ, ſed merito, hi terreni non ſunt. Neque enim ipſi Principes timere debent.
1.Tim.1. Ad hunc enim ſenſum dicitur alibi. Iuſtis non eſt lex poſita, hoc eſt tanquam inuitis, vt ligentur, vt arceantur, licet ſit ſuauiter à Deo inſpirata, cui ſemper obediunt. At qui tantum ad Euangelium, numero ſpectant, hi timore arcendi ſunt. Vnde poſtquam improbos terruit. Sequitur.

Propterea neceſſitate ſubditi eſtote, non ſolum propter iram, Principis uitandam vel Dei. *Sed & propter conſcientiam*. Audis quomodo in cõſciẽtię, foro ad Principum obedientiam obligamur? Praui timeant, propter pęnam, vel iram. Boni propter conſcientiam, ne ſcilicet peccent, Deumque offendant. Vtroſq; ita alloquitur Paulus, bonos & malos iſtis uerbis. Nota autem tu uerbum illud. *Non ſine cauſa gladium portat, Dei enim miniſter eſt*. Vt intelligas, quàm inaniter ſibi hæretici blandiantur, qui dicunt ſuæ ipſorum ſaluti Chriſtianos
Matt.13. occidendos non eſſe, quantumuis perditæ uitæ. Quoniam ſcriptum eſt, Prohibuiſſe patrem familias, zizania extirpare, quaſi uero non & illud ſit, ſpiri-
Exo.22. tus ſancti uerbum. Maleficos non pa-
Pſal.57. tieris viuere. Et illud. Lætabitur iuſtus
Pſ.110. cum viderit vindictam. Et illud. In matutino interficiebam omnes peccatores terræ. Ecce Paulus in arena, quàm apertè pugnat contra eos. *Non ſine cauſa.* (inquit) *gladium portat, Dei enim mi-*
1. Pet.2. *niſter eſt*. Et Petrus. Subditi eſtote humanæ creaturæ, propter Deũ, ſiue regi tanquam pręcellenti, ſiue ducibus, tanquã ab eo miſſis, ad vindictam malefactorum, laudem vero bonorum. Quid teſtimonia quęro? Rõ non ne ſuadet? Quod ſi membrum, quodpiam putri-

dum in corpore ſit, ne totũ inficiat, abſcindatur. Quid eſt Chriſtianorũ eccleſia, niſi vnũ corpus? Patiemur ergo, vt mẽbra putrida, hoĩes iniqui, hęretici, euãgeliorum corruptores, Paulinæ philoſophię falſarij, publicis, priuatiſq; colloquijs, animarũ omnium pernitiẽ moliuntur, & flammis, ferro, eos non abſcindemus? Ego certè ita Paulum intelli-
go. Vtinam abſcindantur, qui vos con- Gal.5.
turbant, Modicum.n. fermentum, totã
maſſam corrumpit. Nec me quæſo rigi- 1.Cor.5.
dum appelles. Pium eſt enim in hæreticos crudelẽ eſſe, immo & in ſceleſtos omnes. Magna quidem pietas eſt, cum iniquus quiſq; è medio tollitur. Si enĩ ingemiſcit, ſeruatur. Quæ pietas maior, hominem hic perditum, in cęli regno ſeruare? Si nõ ingemiſcit & damnatur, omnino finem ponit iniquitatibus. Nõ enim amplius peccabit. O ingentem miſericordiam. Quod vero de zizanijs adducunt, hunc in modum declaratur. Si fieri non poteſt, vt zizania eradicetur, quin ſimul eradicetur & triticum, zizanijs parcendum eſt. Si occidi non poſſunt hæretici, quin fideles multi occidantur, vel quia latent hæretici inter fideles, vel quia magnus eſt eorum numerus, ita vt ſine fidelium periculo, illi interfici non poſſint, tollerãdum eſt. Plꝰ.n. ſollicitos nos eſſe oportet, ut pauci boni ſeruentur, q̃ ut multi mali pereãt. At ſi fieri pt, citra piculũ, vt mali pęnas luãt, ure, ſeca, occide, quo oĩs Iſrael audiens ptimeſcat. Indicauit rñſionẽ iſtã
Pr̃ familias, cũ diceret. Sinite vtraq; cre Matt.13.
ſcere vſq; ad meſſem, ne forte, cũ zizania eradicetis, ſimul & triticũ. Inſinuauit itaq; zizanijs parcendũ nõ eſſe, niſi pp triticũ. Oĩno zizania eradicãda eſſe, ne agrũ dñicũ repleat infelix illa ſeges.

Caue tñ, ne unq̃ putes, priuata autoritate id fieri poſſe, ſed publica tñ Prĩcipis, q tanq̃ Dei miniſter, gladiũ nõ ſine cã portat. Qui.n. autoritate, ppria, maleficũ aliquẽ occiderit, tãq̃ homicida iudicabitur, & tãtò amplius, quãto ptãtẽ ſibi à Deo nõ cõmiſſã, vſurpare, nõ timuit. Fortaſſe tñ tirãnũ, tãq̃ populi oĩs publicũ hoſtẽ, cuiq; de populo interficere li-
cet, qñ ad ſupiorẽ recurri nõ põt. Et ita Iud.3.
Aioth priuatiſſimꝰ vir, Eglõ Regẽ Moab

interfecit. Sed hæc obiter dicta ſint, quia tiranni nomẽ eſt multiplex valde, vt non ita paucis verbis, hæc quæſtio poſſit abſolui. Deinde dicit.

Ideo enim & tributa penditis, vel Pendetis. *Miniſtri enim Dei ſunt, ad hoc ipſum intendentes.* Si legitur, *Penditis*, vt reueratextus Græcus habet. τελεῖτε, hoc pacto expone. Subditi eſſe debetis, nõ ſolum propter iram, ſed propter cõſciẽtiam. Nam in huiuſcemodi ſubiectionis ſignum, iure diuino tributa penditis. Si enim non eſſetis de iure ſubditi, ſecundum conſcientiam, Chriſtus non
Matt.22. iuſſiſſet. Reddite, quæ ſunt Cæſaris Cęſari, & quæ ſunt Dei Deo, qui venit hominem interiorem vndequaq; formaturus. Si legitur *Pendetis*. Expoſitio plana eſt. Dubium nanque videbatur, his qui filij Dei effecti erant per baptiſmũ, Principibus ſoluere tributa. Hi autẽ potiſſimum ex circuncißione erant. Nam Iudęi ad tantam mentis inſaniam deuenere, vt & dubitarint, an oporteret omnino, vel liceret potius, cẽſum dari Cęſari, an non? De hocq; dubium mouerint ipſi Ieſu. Anſam ut puto hinc accipientes, quod primitias Deo darẽt, decimaſq; ſacerdotibus ſoluerent. Videbatur igitur à Cæſarum tributis, exẽpti eſſe. Quo ergo perſuadere poſſet feliciter Apoſtolus, Principibus omnino tributa ſoluenda eſſe, oſtendit primum, ſubiectos nos eſſe debere, non ſolum propter iram, ſed propter conſcientiam. Ratus, ſi illud perſuaſum habuerimus, cõtributiones nequaquam nobis graues videri poſſe. Nam tributum eſt ſubiectionis ſignum. Qui ergo ſubijci noluerit, propter ipſam conſcientiam Principibus, omnino æquo animo tributa pẽdet, vt ſubiectione animi re ipſa teſtetur. Hæc itaque eſt Pauli concluſio. Neceſſitate ſubditi eſtote, non ſolum propter iram, ſed propter conſcientiam. Ideo enim ſi uerè ex animo ſubditi fueritis, propter conſcientiam, non ſolum propter pęnæ timorem, citra omnem fraudem tributa pendetis. Tributum vero, & cenſus hac ratione differunt. Tributum enim certum æmolumentum eſt, quod ab urbibus, à republicis ſoluitur.
Tit.1. Vnde illud. Princeps prouintiarum facta eſt ſub tributo. Cenſus autẽ etiam dicitur, quod à ſingulari perſona ſoluit. Quale illud fuit, qd cum Octauiani edicto, ſcriberetur vniuerſus orbis, naſcẽte Chriſto, Ioſeph & Maria in Bethleẽ Luc.2.
Iudæ profitentes, perſoluerunt. Ita & vectigalia à ſingularibus ſoluũtur perſonis, pro rerum vectura. At tributa à communitatibus. Patet ergo mens Apoſtoli.

Reddit aũt rationem, cur Principib^9 tributa pendi, debeant. *Quia* inquit *ſunt Ad hoc ipſum intendẽtes, ſicut miniſtri Dei.* O quanta ex magiſtratibus, ex Principibus, ex Regibus commoda. Seditionem comprimunt, audaces frenant, bonos tuentur, reſiſtunt improbis, uim prohibent, leges ac iura ciuitatis cuſtodiũt. Vt ſimul in vna ciuitate, cunctus populus iuſtè, ſanctè, & piè in pace viuere poſſit. Cũ ergo ad hæc omnia intẽdant, & inſiſtant, magno iure ſunt illis tributa exoluenda. Et hoc eſt, quod Paulus dicit.

Miniſterium ſuum explent, pro quo gladium portant, intendẽtes ad hoc ipſum, ideſt ad miniſterium Dei, vt ſcilicet pacem propagari, conſeruare iuſtitiã, ſontes à rato inſontibus, pioſq; tueri valeant. Omnino igitur iuſtũ eſt, vt certa quædam æmolumenta illis, nõ donentur, ſed verè pro debito reddantur, tanquam de nobis cõtinenter bene merentibus. Hi enim ſunt, per quos omne hominum genus, olim in montibus errans veluti feræ aium indnens uerè humanũ, vrbes colere cępit, leges accipere, ciuilibus parere mãdatis. Boni ergo oẽs, & qui in pace agere cupiunt, quietemque amant, illis obtemperare debeut, eorumque tributarij eſſe. Nemo 1. Cor.9.
enim militat ſuis ſtipendijs vnquam. Concludit.

Reddite ergo omnibus debita. Iuxta Chriſti verbum, Redde quod debes. Matt.18.
Quid eſt enim iuſtitia niſi conſtãs, perpetuaque volunras tribuendi vnicuique, quod ſuũ eſt? Quid aũt decet magis Chriſtianum iuſtitia ipſa? Reddite ergo omnes quod debetis. *Cui tributum tributum, cui vectigal vectigal.* Vectigal à vehendo dicitur. *Cui timorem timorem, cui honorem honorem.* Ideſt. Cui tributum

tum reddere debetis, reddite, cui debetis uectigalia pro vehẽdis mercimonijs, pro tranſitu, reddite, ne debitum apud vos maneat. Cui timorem debetis, reddite, ne de cętero timeatis, vel timere debeatis. Senſus eſt. Ne peccare. Non peccare enim, eſt timoris debitũ ſoluere. Quia tantum is timet, qui ex dictis malè agit. Cui honorem debetis in ſignum poteſtatis, & dignitatis, reddite, ideſt honorate. Conclude tu autẽ. (hic enim Pauli ſenſus eſt,) Principibus omnia hæc debetis, Tributa, Vectigalia, Timorem, Amorem. Hæc ergo omnia illis exoluite. De tributis, vectigalibuſque dictum eſt. Vt enim eorum imperium & autoritas retineatur, hæc perſoluimus. Timor iudiciariæ poteſtati à malis debetur. De Honore, modo dicendum. Nemini autem veſtrum dubium eſſe debet, Principes omnes, à ſubditis honorandos eſſe. Si enim apud Romanos, vnius ciuis ſeruator, corona graminea donabatur, quam coronam, quam laudem, quẽ honorem promerebitur Princeps, qui multitudinem ſuis legibus obtemperãtem, ſeruat & protegit? Dij boni. Genus hominum, ita natura ſuapte ad mala propenſum eſt, vt niſi Principum freno cohiberetur, nulla mora, cęlum gigãtaui more inuaderet, autoremq; ſuum è ſublimi regno, deturbare auderet. Vnde & modeſtos quandoque, ſi ſoluti fuerint à poteſtate, & aliquantulum liberi, inſoleſcere uidemus; Atq; alios eſſe, quàm apparuerint. Ob id in prouerbio venit. Virum, magiſtratus oſtẽdit. Quia in eo ſcilicet eſt licentia maior. Propterea, & Gentibus quibuſdam ſub eſſe expedit magis, quàm præeſſe, & regi, quàm regere. Nec mirum uidebitur, ſi & populis nonnullis, Auguſtus iure maximo, olim libertatem abſtulit, ea uti neſcientibus. Certè ergo maximo iure, debemus Principibus noſtris, vt illis non modo tributa ſoluamus, ſed illos reuereamur, timeamus, & honoribus omnibus, tanquàm terrenos Deos, proſequamur. Quibus non obedire, Deo reſiſtere fuerit. Nam ubi Rectoris nulla eſt reuerentia, nullus metus, leges ridiculæ, ædicta omnino pro nihilo habẽtur. Contra, barbaras Gentes, populos remotiſſimos, omnis humanitatis ciuilitatiſq; indociles, ab horrido illo uiuẽdi modo, retrahit Rex, cũ illum ipſi inſtar numinis habent, uenerantur, & colunt. Sequitur.

Nemini quicquam debeatis, niſi mutuam dilectionem. Placuit enim infinitum *ἀγαπᾶν*, vertere per dilectionem *ἀγάπην*. Fortaſſe à Principibus transfert nunc ſermonem Apoſtolus, oſtendens qualiter quiſque, cum cæteris omnibus ſe ſe habere debeat. Poteſt tamen etiam totum hoc, ad hunc modum de Principibus intelligi. Omnia ueſtra debita perſoluite, Vectigalia, tributa, timorẽ, honorem, adeò vt ſitis omnino liberi, nulli debito obnoxij cum Regibus. Verum hoc vnum debitum volo, vt vobiſcum ſemper maneat, ſoluatur ſemper, nunquam tamen ſit in integrum ſolutum, mutuæ videlicet dilectionis debitum. Hæc enim uera libertas eſt, vt omnes liberè diligatis, nulli tributa debeatis, nulli vectigalia, nulli timorem, nulli honorem: At omnibus amorem. Amor nanque ex libertate naſcitur. Nemo enim amat inuitus. Intelligis Roma? Quid hoc ipſo tantæ argutiæ verbo, vult dicere Apoſtolus? Hoc, & non aliud certè. Ne putate cum tributa ſolueritis, cum vectigalia, cum honorem, cum timorem, nihil amplius Principibus debere. Amorem perpetuum illis debetis omnes, quoniam ſub eorum vmbra viuitis omnes, ipſi uigilant pro vobis. O quanta ſunt Principum onera, quot anguſtiæ, proculdubio illud uerum eſt de illis. Nullus eſt ſine felle dies. Maximo ergo amore digni ſunt. Propterea orandum, ſemper eſt pro illis. Intelligitis ſubditi? Qui ſemper mala Principibus ueſtris impræcari conſueuiſtis? Orate pro eis indefeſſis præcationibus: nemo ueſtrum deſperet, etiam ſi ſceleſtiſſimi videantur & ſint. Cor enim tiranni durum, lapideum, crudele, poteſt Deus ſtatim lenire, in carneum & humanum vertere. Iuxta illud. Cor Regis ĩ manu domini eſt, ad quod-

Prou. 21. cunque uoluerit, vertet illud. Ipſe re-
Heſt 8. gem Aſſuerum, qui Iudæis omnibus
tanta crudelitate parabat exitium, man
Dan.4. ſuetiſſimum protinus fecit. Ipſe Na
bucdonoſorem, Dei contemptorem,
mox in diuinæ maieſtatis præconem
Exo.59. commutauit. Ipſe videns afflictio-
nem populi ſui in Ægypto, & au-
diens eorum clamorem, Moſen miſit,
qui eos à tiranno liberaret. Non eſt
Eſa. 59. abbreuiata manus domini (inquit Eſa-
ias,) vt populum ſuum à Principum
tirannide, ſaluare non poſſit. Libe-
Ezech.13 rabo (inquit) populum meum de o-
re eorum, qui paſcunt ſeipſos. Ve-
rum enimuero, vt ſubditorum pręces
exaudiantur, peccata relinquere opor
tet, ne deterius eis contingant. Pro-
pter peccata enim, non raro impijſſi-
mi uiri à Deo, Principatum accipiunt
ſuper Gentes. Vbi uero remota fue-
rit cauſa, non remouebitur effectus?
Vnde & Chriſtus languido illi, quem
propter peccata, paraliſis triginta octo
annos tenuerat in infirmitate laboran
Ioan.5. tem, dixit. Ecce ſanus factus es, noli
amplius peccare, ne deterius tibi aliqd
contingat.

Sed iam tempus eſt, vt à ſubditis
ad Principes me conuertam. Quan-
ta eſt quæſo principum gloria? quan-
tus honos? cum à tanto Apoſtolo mini-
Exo.22. ſtri Dei dicantur? Hinc in Exodi li-
bro, iudices vocantur Dij. Apud Ro-
manos quoque, Imperatores Diui di-
cebantur, omneſque ciuitatis recto-
res, & ſeruatores, in Deos transfer-
ri putabantur. Miniſter, ſui ſanè mi-
niſterij, mercedem expectat à domi-
no. Quam ergo mercedem putas ſit
à Deo Princeps conſequuturus? Ma-
gnam certè & inextimabilem. Au-
di, quid dicat Princeps, Principum Pe
1. Pet.5. trus. Paſcite eum, qui in vobis eſt
gregem, vt cum uenerit Princeps Pa-
ſtorum, percipiatis immarceſſibilem
gloriæ coronam. Audi & Eſaiam.
Eſa.28. Erit ipſe dominus ſertum exultatio-
nis, & diadema gloriæ populo ſuo.
Huius mercedis intuitu Dauid, Rex
ille ſapientiſſimus dicebat. Quid mi-
Pſ.72. hi eſt in cælo? & quid à te volui ſup ter-
ram? Adhærere mihi Deo bonum eſt,
& ponere in eo ſpem meam. Ipſe
eſt enim, qui dat ſalutem Regibus,
non corporalem tantum, de qua il-
lud eſt. Homines & iumenta ſalua- Pſal.143.
bis domine, ſed ſpiritualem, de qua
illud. Salus mea, vſque in ſempiter- Pſal.25.
num. Hæc eſt illa vera gloria, qua Eſa.51.
habendi ſunt Principes, vt Cicero-
nis vtar verbis. Quam ſcilicet, non
fallax blandientium lingua, non de-
cepta hominum opinio, ſed interio-
ris conſcientiæ teſtimonium, produ-
cit, & Deus inefallibili ueritate con-
firmat. O gloriam. O honorem in-
comparabilem. Audi, Regem il-
lum. Nimis honorati ſunt amici Pſ.138.
tui Deus, nimis confortatus eſt prin- Pſal.46.
cipatus eorum. Principes populo-
rum congregati ſunt, cum Deo Abra-
ham. Non poteſt autem ex hac glo-
ria, non & illa prodire, quam tan-
ti facimus, in hoc mundo. Vide Sa-
lomonem, qui gloriam illam à Deo o-
ptimo Maximo conſequutus eſt, quàm
glorioſus, coram hominibus eſt effe-
ctus, niſi poſtremo inclinans fęmora Eccleſia-
mulieribus, dediſſet maculam in glo- ſtici. 47.
ria ſua. De Catone illud Saluſti ha-
bes. Quo minus quærebat gloriam,
tanto magis illam aſſequebatur. Magnũ
profecto & mirabile, Gloriam qui ſpre-
uenit, veram habet. Cui vero hæc
duplex gloria, hic duplex honor non
ſufficit, facile tirannus efficitur. Vn-
de & beſtias ſuperat, ſiue crudelita-
tis, ſiue luxuriæ vitijs. Sicut de Ne-
rone Cæſare patet, cuius tanta luxu-
ria fuit, vt nihil ab eo virile metuen-
dum: tanta crudelitas, vt nihil mol-
le habere putaretur. Quàm autem
ſit infelix tiranni ſtatus, ipſi tiranni di-
cant. Neminem diligunt, à nemi-
ne ipſi diliguntur, timentur ab om-
nibus, & ipſi timent omnes, rapiunt,
non ſua, & ſemper ſunt in egeſtate.
In pace regnare moliuntur, & cito à
regnis eijciuntur. Non poteſt enim
diu conſeruari, quod votis multorum Eccleſia-
repugnat. Hinc illud. Sedes ſuperbo- ſtici.10.
rum deſtruxit Deus, & ſedere fe-
cit mites, pro eis. Rex autem, qui Pro 16.
iudicat in iuſtitia pauperes, thronus
eius, in æternum firmabitur.

Habet

Habet tamen hoc principum dignitas, vt ſi aliquando per infirmitatem peccauerint, & apud homines inexcuſabiliores reddantur, & à Deo facilius ueniã conſequantur. Si tamen vt Auguſtinus ait, pro ſuis ipſorum delictis, humilitatis, miſerationis, & orationis ſacrificiũ Deo viuo & uero immolare non negligant. Exemplum habes de Achab rege, qui tam multis, tanque magnis facinoribus obrutus fuerat, de eo tamẽ di-
3. Re. 21. xit dominus ad Heliam. Vidiſti Achab coram me humiliatum? Et ego non inducam malum in diebus ſuis. Felix certè Principum ſtatus, ſi principatu ſemp
1. Pet. 2. abuti noluerint. Illis debemus ſubie-
Ibidem. ctionem. Subditi eſtote, omni humanę creaturę, ſiue Regi, ſiue ducibus. Hono
Pro 24. rem. Deum timete, Regem honorifica-
Ioſ 1. te. Timorem. Time Deum fili mi, & regem. Obedientiam. Sicut obediuimus Moſi, ita obediemus tibi: o Ioſue.
Matt. 22. Tributa. Reddite, quæ ſunt Cæſaris
2. Reg 15 Cæſari, & quæ ſunt Dei Deo. Fidelitatem. In quocunque loco fueris domine
1. Tim 2. mi Rex, ſiue in uita, ſiue in morte, ero tecum. Orationes. Obſecro orationes fieri, pro regibus, & pro omnibus, qui ſunt in ſublimitate conſtituti. Sed non vident miſeri principes, quod hæc omnia ſine cauſa recipiunt, à ſubditis, ſi diuinum miniſterium non ritè perficiunt. Reddite inquit Apoſtolus tributa, vectigalia, timorem, honorem, Dei enim miniſtri ſunt, ad hoc ipſum intendentes. Ipſi ſunt propter populum, non populus propter eos. Errauit ille qui dixit, Exercitus eſt propter ducem, non dux propter exercitum. Immo dux propter exercitum, non exercitus propter ducem. Rex propter regnum, non regnum propter Regem. Paſtor propter oues, non oues propter paſtorẽ, Princeps propter ſubditos, non ſubditi propter principem. Deum mitto, qui eſt princeps, Rex, & paſtor. Omnia enim ſunt, propter eum. At tantum alij principes, ſunt propter populos quibus principantur. Quis enim neſciat primum populos, quàm principes fuiſſe? Tenentur ergo ipſi, principatus iure, populis prouidere, eorumque curam gerere. Quod ſi non faciunt, iam illis, tributa non debentur, non honores. Danda ſunt propter uitanda ſcandala, ſed nõ reddenda. Quod enim redditur, debetur, non donatur. Ideo igitur Apoſtolus dixit. Reddite, vt intelligas, Reges eos primum teneri, vt tanquã Dei miniſtri ſubditos in pace tueantur, & regant. De hinc hoc ipſo miniſterio, populos tributa illis reddere debere, & alia quæ dicta ſunt. Et hæc ſatis ſuperque ſint, de principibus & ſubditis. Deinde dicit.

Qui enim diligit alterum, legem impleuit. Conſolatur autem hoc uerbo Apoſtolus vniuerſos, quibus onera grauia & importabilia, ſuper humeros impoſuiſſe fortaſſe videri poſſet, dicens. Reddite tributa, vectigalia, timorem, honorem, amorem. Diceret enim Iudæus. Vbi noſtra libertas, ſi tot, tantaque debemus? Etiam poſt Chriſti ſuſceptam crucem Principibus? Ecce reſponſio. Nonne te ipſum Regi addixiſti? Verum, quod lex præcipit, vt proximos omnes diligas, quomodo autem principem diligis. (nam & is proximus eſt,) ſi quod illi ipſi abs te debetur, non reddis? Ab hoc debito quidem, non te eximit Chriſtus, quin potius ſancto hoc fraternæ charitatis vinculo, te obſtringit. Ita vt hoc vno præcepto, dicat ipſe legem omnem conſummari. Multitudinem enim oneroſam legis veteris, ſuſtulit prorſus hoc vno mandato contentus, vt inuicem diligamus. Ita nanque ait. Hoc eſt Ioan. 14.
mandatum meum, vt diligatis inuicem, ſicut dilexi vos. In hoc cognoſcent omnes, quod diſcipuli mei eritis, ſi dilectionem habueritis ad inuicem. Nempe rarum habens, quod qui hoc vnum perfecerit, nunquam fornicabitur, nunquam furabitur, nunquã occidet, nunquã mẽtietur falſo teſtimonio, nunq̃ inuidebit, nec aliqd faciet eorũ, quæ lege vetant. Quo itaq; nõ cõuinceris, principem non diligere, ſi quod illi debes, tu perſoluere noluiſti? Furaris manifeſte, ſi quod principis eſt, non reddis illi: qui autem fur eſt, iam proximum, non diligit, A lege

itaque defeciſti, ſi tributa non pendis. Vides quomodo argumento reſpõdit, quod à Chriſtiana libertate contra principes ſumebatur, his ſanè uerbis. *Nemini quicquam debeatis, niſi vt inuicem diligatis. Qui enim diligit alterum, legem impleuit. Hoc enim non mechaberis, non occides, non furaberis, nõ concupiſces, & ſi quod aliud præceptum, in hoc ſermone recapitulatur, in hoc inquam, Diliges proximum tuũ, ſicut teipſum.*

Quod totũ addidit Paulus, propter verbi illius declarationem. Qui diligit alterum, legem impleuit, vt oſtendat, quod non loquitur de ceremoniarum lege, aut Iudęorũ, neq; de phariſaicis traditionibus. Illas.n. per euangelium abrogatas fuiſſe, ſupra oſtẽdimus, ſed de

Exo. 20. lege Decalogi, in qua hæc præcepta cõtinent. Non furaberis, nõ occides, &c. Illa ergo lex tota (inquit) continet, ſummatimq; hoc breui ſermone perſtringitur, quæ legimus in Leuitico. Diliges

Leuit. 19. proximum tuum, ſicut teipſum. Propterea, qui proximum ſuum, velut ſemetipſum dilexerit, omnia hæc, ſingulaq; mandata perficiet. Quõ enim proximo nocebit, qui illum tanquam ſeipſum diliget? Ergo nõ furabitur, ergo nõ occidet, ergo non concupiſcet rem alterius: Breuiter, quod nollet ſibi fieri, nõ faciet proximo, non cogitabit vt faciat. Propterea ſequitur. *Dilectio proximi, malum non operatur.* Concludit. *Plenitudo ergo legis ipſa dilectio,* ſupple eſt. Et intelligitur proximi, vt ſemini meſſis reſpõdeat, cõcluſio ſcilicet pręmiſſis. Nec tñ,

Matt. 22. putes, Paulum euangelio obuiare, quo dr̃. Primum, & magnum mandatum, in lege eſt. Diliges dominum Deũ tuũ. Secundum autem huic ſimile eſt. Diliges proximum tuum, ſicut teipſum. In his duobus pręceptis, vniuerſa lex pendet & prophetæ. Poteſt nanq; in primis dici, quod Apoſtolus loquitur tantum de ea legis parte, quæ ad proximũ ſpectat. Plenitudo illius eſt dilectio ꝓximi. At doctius dicendum. Quod ſicut infra. Plenitudo vnius legis, eſt dilectio proximi. Nam qui proximum diligit, & Deum diligit. Intellige autem, ſi eum diligit, ſicut ſeipſum. Ne ſcilicet vadas ad amorem cõcupiſcentię. Amore enim concupiſcentiæ proximos amamus, cum tñ Deum, non amemus. Verum ſi aliquem concupiſcentiæ amore dilexeris, vti teipſum diligis, & Deum ipſum diligas neceſſe eſt. Deus quippe eſt cauſa amoris, ſicut & bonitatis illi⁹, Ergo & ipſe ſuum inſtillat amorem, ſicut & bonitatem. Quis.n. nutricẽ propter filium amans, non magis filium amat? Qui ergo diligit proximum, ſicut ſeipſum, diligit & Deũ, quia ꝑꝑ Deum proximum diligit. Quod ſi dicas.

Ioannes dilectus diſcipulus, vice verſa argumentabatur. Non quod, qui diligit proximum, diligit Deũ, ſed quod qui proximum non diligit, nec Deum diligat. Qui non diligit fratrem ſuum, 1. Ioan. 4.
quem videt, Deum quẽ non videt, quõ poteſt diligere? Nempe inſinuans. Qui Deum diligit, quem non uidet, à fortiori diligere proximum, quem videt, nõ è contra. A maiori.n. arguere videmur affirmatiue. Si proximum diligimus, ergo & Deum; quem arguendi modum ineptum eſſe, nemo niſi ineptiſſimus ignorat.

Tu hac rõne nodum ſolue. Deus primum ſuapte natura, diligibilis eſt, & magis, quia & prior & maior eſt diuina bonitas, q̃ proximi. At proximus primũ nr̃o occurrit amori, quandoquidẽ Deũ nemo vidit vnquã, proximũ vero ſemper ante oculos habemus. Propterea uerè duri ſunt & inhumani, qui pauperes quos continenter uident animam efflare, non diligunt. Vt egregiè dici poſſit, quod Ioannes dicit. Qui non diligit ꝓximum, quem videt, Deum quẽ non videt, quõ poteſt diligere? Non.n. à fortiori arguit Ioãnes, ſed ab eo, quod primũ nobis occurrit, qui cõſueuimus ex his, quæ animus primo nouit, ad incognita ſurgere, & quaſi confricari incaleſcentes, ad eorum amorem rapi.

Vnum tãtum dubium eſt. Quia Paulus hic inquit. *Dilectio proximi malum, non operatur. Plenitudo ergo legis eſt dilectio.* Argumentum.n. videt nullius eſſe valoris. Nam, non ſufficit declinare à malo, ſed oportet facere bonum. Et hoc lege præcipit, vt patet. Oportuit igitur addere, Dilectio non operatur malũ, & operat bonum. Ergo plenitudo legis, quæ

iubet

iubet vt caueamus mala, faciamus aũt
bona, eſt dilectio: Aliter nõ ſequit. Ergo
eſt plenitudo legis. Plus.n.in lege conti
net, q̃ non facere malum. Verum &
hoc, in Pauli uerbo intelligitur, licet nõ
exprimatur. Qui enim non facit bonũ,
cum tenetur & poteſt, malum operat.
Qui non paſcit pauperem, cũ eſurit, &
põt paſcere, occidit. Si non pauiſti (in-
quit, Pater ille ſanctiſſimus.) occidiſti.
Non erat aũt explicandũ hoc ab Apo-
ſtolo. Dilectio proximi operatur bonũ,
quia non omnes ſemper proximo pro-
ficere põt, quamuis ſemp diligant. Põt
nihilominus ſemp quilibet nõ obeſſe.
Propterea hmõi pręcepta negantia ad-
duxit Apoſtolus. Non occides. Nõ fu-
raberis, &c. à quorũ tranſgreſſione ne-
mo poteſt vllo unquã tempore excuſa-
ri. Si.n.ſemper iuuare illum non potes,
quo tuorum laudũ opera, illuſtris &
clarus habeatur, atq; eius nomen cele-
bret, qñ non potes, non illius famę de-
rogare tuis confictis mendacijs? Si non
tpe omni, illius diuitias augere potes,
qñ non potes, non minuere, non fura-
ri, fraudibus, vi, technis? Si non inter-
dum illius vxorem, quam alius rapuit,
manu forti inuiolatam ſeruare, potes,
qñ non potes non rapere, non adultera
ri? Si non diu, vt pro illo depręceris pſe
uerare potes, bonaq; illius deſideres, q̃
non habet, quando non potes nihil ma
li illi impręcari? nihil quod eius ſit ti-
bi concupiſcere? Si illum periclitantem
ęripere, non nunquam nõ potes, qñ nõ
potes, non occidere, non iugulare? Hęc
itaq;, quæ ſemper quiſq; cauere poteſt,
præcipitur ne faciamus, in lege, quæ du
bio procul nemo faciet, qui proximum
diliget ſicut ſeipſum. Intellige auté, ſi-
cut ſeipſum diligere debet. Nam qui di
Pſal. ligit iniquitatem, odit animam ſuã. Qui
vero ſibi nequã, cui bonus? Sequitur.

*Et hoc ſcientes tempus, quoniã hora eſt iã
nos de ſomno excitari.* Miluus, hirundo,
Hier. 8. turtur, & ciconia (inquit Hieremias) co
gnoſcunt tempus ſuum. Hieroſolyma
Luc. 19. autem non cognouit tempus viſitatio-
nis ſuæ, inquit Chriſtus. Nos ergo tem
pus nr̃m, noſtræ inq̃ ſalutis cognoſca-
Eccl. 5. mus. Omnia.n.tempus habent, & ſuis
ſpatijs tranſeũt vniuerſa. Ecce tps acce-
ptabile. O Iudęi. O Gẽtes. O uos oẽs q 2. Cor. 9.
Romæ eſtis. inquit Paulus. Ecce dies ſa
lutis. Intelligamus igitur, meditemur,
conſideremus, felicia expectataq; tẽpo
ra aduenisse, quę patres nr̃i futura qñq;
ſperabant, & credebant, & pro tem-
poris huius qualitate, operemur. *Et hoc
ergo,* ideſt, & hanc dilectionem, & hanc
legis plenitudinem, & hanc iuſtitiæ ra-
tionem, & hæc omnia, quæ dicta ſunt,
ab initio duodecimi capitis hucuſq;, p̃-
ſtemus, hilari animo corpora noſtra ho
ſtiã Deo ſanctam, viuentem, placẽtem,
offeramus, rationabilem cultum nr̃m.
Ne conformes ſimus huic ſeculo, trãſ-
formemur nouitate ſenſus nr̃i, vtamur
diuinis donis, nõ abutamur. Nemo de
ſe præſumat. Odiamus malum, adhęrea
mus bono. Fraterna charitate mutuo
colligemur. Honore nos inuicẽ præue
niamus. Ferueamus ſpũ, gaudeamus
ſpe. Tribulationes æquo animo fera-
mus, orationibus inſiſtamus. Sanctorũ
neceſſitatibus communicemus. Hoſpi
talitatem ſectemur. Benedicamus per-
ſequentibus nos. Et nemini maledica-
mus. Gaudeamus gaudentibus, Cũ flẽ-
tibus fleamus. Idipſum inuicem ſentia-
mus. Ne efferamur animo. Ne quicq̃
magni nobis arrogemus. Nulli iniurias
rependamus. Pacem cum omnibus ha
beamus. Vincamus in bono malum.
Dimittamus debita debitoribus nr̃is.
Deo obediamus. Principibus, qui Dei
vices agunt, ac primum Eccleſiaſticis, q̃
Laicis, ſuper omneſq; ter maximo ſum
mo, Sanctiſſimoq; Pontifici ſubiecti ſi-
mus, ex animo. Reddamus quod illis
diuino, naturaliq; iure debetur, tribu-
tum, cẽſum, honorem, timorem, hono
rem. Nos ſubditi omnes, qui eorũ mẽ-
bra ſumus. Illi.n.ſunt capita nr̃a, nos in-
quã mutuo fraterna dilectione fouea-
mus. Alter alterius onera portãtes. Ne Gal. 6.
mo quippe eſt, q alterius ope nõ egeat.
Vnuſquiſque ergo alium, tanq̃ ſeipſum
diligat. Ceſsẽt omnino furta, adulteria,
homicidia, falſa teſtimonia, cõcupiſcen
tiæ. Agamus pro virili, vt virtutibus om
nibus ſaginemur. Et hoc ſcientes, tem-
pus iam aduenisse, qm̃. *Hora eſt iam nos
de ſomno ſurgere.* Tẽpus inq̃ eſt, nos oẽs
de ſomno Gẽtilicię ſupſtitionis: de ſom

no phariſaicæ cæcitatis, de ſomno com
munis hoīum inſcitiæ, excitari: ſic itaq;
habes & contextum, & contextus expo
ſitionem: atq; ſimul ſenſum uerborum
Pauli hoc in loco. *Et hoc, ſcientes tempus,*
quoniam.&c. Neq;.n. debet legi, & hoc
ſcientes, neq; & hoc ſcientes tēpus, ſed
& hoc, ſciētes tp̄s, *quoniam hora eſt*, &c.
Conſtructio autem hæc eſt. Et hoc, qm̄
hora eſt iam nos (ſcientes tempus) ſup-
ple eſſe, de ſomno ſurgere. Vt illud ſciē
tes tempus, pro parentheſi interponatᷣ,
Hortatur itaq; his uerbis, immo nō hor
tatur, ſed magna ut ita dixerim uehemē
tia cogit, vſq, ad huius capitis finem, ex
tempore, ex ſtatu chriſtianæ religionis,
bonis operibus incumbendum, inſudā
dumq;, vt regnum cęli, quod olim om-
nibus concluſum, nunc Chriſti bene-
ficio omnibus reſeratum eſt, ingredia-
mur. Vtiturq; tribus metaphoris, qui-
bus per antitheſim perſuadere intēdit,
dimittenda eſſe peccata, virtutibuſque
uacandum. Prima eſt ſomni & uigiliæ,
dormientes quippe iacemus, ex ſom-
no ſurgentes, vigilamus. Secunda eſt,
noctis & diei. Nocte.n. prædones &
fures, ocultis armis muniti, urbem cir-
cumeunt, operaq; faciunt digna tene-
Ioan.3. bris. Nam qui male agit, odit lucē. In-
Pſ 103. ſtar ferarum, de quibus dr̄. Poſuiſti te-
nebras & facta eſt nox, in ipſa pertran-
ſibunt beſtiæ ſyluæ. Effrenis quoq; iuuē
tus, laſciuijs intenta & libidini, noctem
obſeruat. Iuxta illud. Oculus adulteri,
Iob 24. obſeruat caliginem. In die aūt orto ſo-
le, boni uiri à mane vſque ad ueſperam,
exeunt ad operationes ſuas. Nec timēt,
etiam ſi arma deferant palam. Nā eorū
arma, ſunt arma lucis nō tenebrarum.
Quis ergo non uelit magis luci militare
q̄ tenebris? virtuti quàm uitio? Tertia
eſt, veſtium, quæ nocti conueniunt, &
quæ diei. Nemo.n. eſt, qui non ſtudeat
vt minus ſordidus appareat in die corā
cæteris, quàm in nocte coram domeſti
cis. Ecce dies (inquit Paulus,) honeſtis
ergo ueſtibus virtutum induamur. Eth
nici in nocte fuerunt, qui falſam Deo-
rū ſuperſtitionem, pro uera religione
coluerunt. Iudæi in crepuſculo erant,
quibus orientis ſolis aurora aduentum
Luc.1. indicabat. Nūc clara dies appropinqua
uit. Viſitauit.n. nos Sol iuſtitię, oriēs ex
alto. E ſomno itaq; peccatorū expergi- *Luc.1.*
ſcamur, vigilemus. *Opera tenebrarum,*
abijciamus, induamur arma lucis. Ita vt in
hac die, honeſte coram omnibus ambu
lemus. Neq; tanquam ſordidi deſpicia-
mur, probroq; cęli ciues nos habeant,
qui decora ueſte non uiderint nos ami-
ctos. Hoc eſt itaq;, id quod molitur di-
cens. *Nunc enim propior eſt noſtra ſalus,*
quàm cum credidimus. Cum ſcilicet credi
dimus illam affuturam. Iam.n. uenit ſal-
uator, qui tot annorum milibus expe-
ctatus fuit, & deſideratus. Salus gratiæ
acceſſit, ſalutem gloriæ expectamus.
Nox praceſſit, In Gentibus, nullis ſiderū
flammis illuſtrata. Iuxta illud. Nec ſide
rum limpidæ flammę, illuſtrare poterat *Sap 17.*
noctem illam. In Iudæis autem diuino
lumine, non vacua prorſus Iuxta illud.
Nox illuminatio mea. Vmbram.n. ha- *Pſal.: 38.*
buit lex futurorū bonorum. *Dies autem.*
Oriente ſuper terram ſole Chriſto, de
quo illud. Oriens nomen eius. *Appro-* *Zac.6.*
pinquauit. Vide Pauli ſapientiam. Non
dicit. Dies uenit, vel dies eſt, ſed appro-
pinquauit, Plena dies, nō eſt gratię acce-
ptio, ſed erit æternæ uitæ poſſeſſio. De
qua die illud eſt. Melior eſt dies una, in *Pſ.83.*
atrijs tuis ſuper milia. Appropinqua-
uit ergo hæc dies per gratiam. Creſcet
autem per gloriam, iuxta illud. Iuſtorū *Pro.4.*
ſemita, quaſi lux ſplendens, & procedit
& creſcit in perfectam diē. *Abijciamus*
ergo. Non ipſa Dei gratia abijciat, ſine
nobis, nos ipſa adiuti gratia, abijciam⁹.
Opera tenebrarum, Mala, qualia in tene-
bris fiunt, quæ turpe eſt etiam fari. Iux-
ta illud. Nocte turpitudinē ſuam facie- *Pro.7.*
bat. Et illud. Qui dormiunt in nocte, *1. Theſ 5.*
dormiunt, & qui ebrij ſunt nocte, ebrij
ſunt, nos qui diei ſumus, ſobrij ſumus.
Et induamur arma lucis. Virtutes, quæ ar
ma dicuntur, quia nos inuicta firmita-
te tuentur, hoſteſq; conterunt ſub pedi
bus noſtris. Iuxta illud. Induti lorica iu *Eph.6.*
ſtitiæ, galeam ſalutis aſſumite, & gladiū
ſpūs, quod eſt verbum Dei. Per arma iu *2. Cor 6*
ſtitiæ à dextris & à ſiniſtris. Induite ar-
maturam Dei, vt poſſitis ſtare aduerſus
inſidias diaboli. *Arma* vero *Lucis*, quia
ſplendidæ, pulchræ, delectabiles, cæle-
ſtes, ſubtiles, viles, ſicuti lux ipſa, qua

nihil

nihil pulchrius, nihil delectabilius, nihil ſubtilius, nihilq; mundo vtilius. *Sic* inquã induamur, *vt in Die*, iſta gratiæ [Pſ.] Chriſti. Hæc dies quam fecit dominus, exultemus, & lętemur in ea. *Honeſtè ambulemus* [Philip.2.]. Tanquã filij ſcilicet lucis, & nõ tenebrarum, filij in medio nationis prauæ, atq; peruerſę, lucentes tanquam luminaria mundi. Ambulare aũt honeſte, vel vt filius lucis, eſt in melius proficere. Deficit enim, qui non proficit. Vnde illud [Ioan.9.]. Me oportet operari, donec dies eſt. Verum id à contrario exprimit Paulus, declarãs quid ſit inhoneſte ambulare. Vnde ſequitur.

Non commeſſationibus & ebrietatibus, nõ cubilibus & impudicitijs. vel laſciuijs. *Non contentione & æmulatione.* Hoc quippe eſt inhoneſtè ambulare. Hæq; ſunt opera tenebrarum, quæ abijcere oportet, eorum crapulę, quorũ Deus uenter eſt [Philip 3.]. Fornicationes. Fornicatores.n.& adulteri, cęlorum regnum nõ ingrediẽtur [Heb.13.]. Inuidiæ. Inuidia nanq; mors introiuit in orbem terrarum [Sap.2.]. Tribus aũt binarijs, explicat hæc Apoſtolus. Primus binarius gulæ uitium tangit. Secundus Luxuriæ. Tertius Inuidiæ. Gulæ morbo laborabant Gentes. Inuidiæ Iudæi. Luxuriæ, vterq; populus. Iccirco potiſſimum hæc tria peccata tetigit Apoſtolus. Contra Gulam illud eſt [Prou.23.]. Noli eſſe in conuiuijs potatorũ, eorũ qui carnes ad comedendum conferunt. Contra luxuriã [Amos.6.]. Veh qui laſciuitis in ſtratis ueſtris, & dormitis in tectis eburneis. Contra contentiones. Si quis contentioſus uidetur eſſe inter uos [1.Cor.11], nos talem conſuetudinem non habemus, neque eccleſia Dei. *Sed induimini Dominum Ieſum Chriſtum.* Induere autem Chriſtum, eſt illũ opere imitari, illiuſq; virtutes pro tegumento noſtrarum ſordium aſſumere. O veſtem prætioſam. Hæc eſt illa ueſtis nuptialis, de qua illi dictum eſt [Matt.22.]. Quomodo huc intraſti, non habens ueſtem nuptialem? *Et curam carnis ne faciatis in deſiderijs.*

Spiritu itaq; ambulare oportet. Id nãque huic opponitur, quod eſt, curã carnis habere ad deſideria. Iuxta illud. Spiritu ambulate, & deſideria carnis non perficietis [Gal.5.]. Curam carnis facere, eſt carnem curare, ſollicitudinem de carne habere, ſecundum deſideria vel concupiſcentias eius. Hoc ergo ne fiat, monet Paulus. Ideo vero dixit, ad deſideria, vt intelligas, non omnino carnem negligendam eſſe. Nemo.n.carnem ſuam vnquam odio habuit [Eph.5.]. Prouidendum itaq; carni eſt, iuxta neceſſaria, nõ iuxta eius deſideria, ſecundũ quod opportunitas exigit, non ſecundũ quod concupiſcentia, libidoq;, & voluptas expoſcit. Vnde illud. Habentes victum & quibus tegamur, his contenti ſumus [1.Tim.6.]. Nã victus & veſtitus, chriſtianorũ diuitiæ. Hæc qui obſeruat, iam lucis arma ſuſcepit, à ſomno ſurrexit, compoſitèq; & honeſtè ambulat, vt omnia metaphorę triplicis ſenſa, concludamus. Et eſt finis huius tertijdecimi capitis. Sequitur.

CAPVT QVARTVMDECIMVM.

INfirmum autem fide. vel *Eum autem, qui infirmatur fide.* τὸν δὲ ἀσθενοῦντα τῇ πίστει. *Aſſumite,nō ad dyudicationes diſceptationum.*

Mentem Apoſtoli,in vniuerſum primò ſpectare oportet,mox ad uerba facilè deſcendemus. Eorum qui Romæ in Chriſtum credebant, dum hæc epiſtola ſcriberet:multi ex iudaiſmo, multi ex Gentilitate conuerſi fuerant. Gentiles cum audiſſent Hieroſolymis,Concilio illo Apoſtolico decretum eſſe, vt delectus ciborum ille,quem tanta diligentia præceperat Moſes in lege,Chriſtiana iſta libertate, abrogaretur, magna lętitia fruebantur in domino,nihil ad menſam diſcernentes,ſed omnia bona fide, quæ illis apponebantur, comedentes. Eoq; libentius, quò diuturno vſu Gentilitatis, neſcio quid naturæ ſimile contraxerant, vt eſculentis omnibus veſcerentur: horrerentque moſaicam illam ſeruitutem,quæ ſuillam carnem,plurimaq; alia edulia prohibebat. Contra uerò. Iudæi, libertatem iſtā ab Apoſtolis permiſſam,magèquā conceſſam exiſtimantes, nempe quia iudaicæ religionis zelo,adhuc detinebātur, pręſcriptam eſcarum legem,magna perſeuerantia & conſtantia obſeruabāt. Nō enim confidebant citra culpam poſſe,à lege tam cito recedere, in qua nati & aliti fuerant,neque carnem ſuillam,ciboſque reliquos, quos longa conſuetudine refutauerant,citrā nauſeam, tanquam horreſcente ſtomacho,manducare. Ita fiebat,vt diſcumbentibus illis in menſa,alteri alter obijceret,& obmurmuraret.Inuehebantur Gentes contra Iudæos,quod iudaizarent,nec chriſtianam viuerent uitam. Iudæi vero cōtra Gentes,quod uoraces eſſent,atq; gulones,qui à nullis eſcis abſtinerent. Non longe diſſimilis contentio erat inter vtrumque populum,de ieiuniorum temporibus,& feſtorum, letitięq; & mœroris. Obſeruabant Iudæi adhuc ſuas ferias,dies lætas atq; atras,quas lex pręcipiebat Gentes,illas oneroſas dierum diſtinctiones,ferre non ualentes, quādo illis libebat, ieiunabant, comedebant, gaudebant,triſtabantur : nullo delectū habito,vt non ciborū,ſic nec horarum. Ob id irreligioſi à Iudæis,Ethnici habebantur.Contra,ab Ethnicis ſuperſtitioſi Iudæi. Cauſa Gentium, certè fauorabilis erat.Iudæorū nanq; lex, & omnia quæ in lege erāt,iuxta Paulum,fuerant vſque ad correctionis tempus impoſita. Propterea,cum in tipo & figura futurorum, & ſcripta & geſta eſſent, illis aduenientibus, ceſſare debebant, ſicut figmentum luti,quod artifices formare ſolent,antequam uerum opus ex ęre, auro, vel argento, efficiant, quam primum illud expletum fuerit, vt inutile,& vanum confringitur. Verū enimuero, in hoc vno delinquere videbantur, quod Iudæi,cum nōdum id exactè intelligerent, & idcirco perfectè fiderē nequaquam poſſent,omnia munda eſſe mundis,tanquam imbecilli ſuſcipiēdi erant,excuſandi, docendi, in lenitatis ſpū inſtruendi, non reprehendēdi, non obiurgandi, miſereri potius eorū oportuerat, quàm illis infeſtos eſſe calumnijs & maledictis In deſperationē nanque acti Iudæi,à gentibus,ne iudaicæ religionis zelo,à carne ſuilla abſtinere crederentur, detrectarenturq; tanq̄ iudaizantes,ab omnibus carnibus & piſcibus abſtinebant, & oleribus tantū veſcebātur. Hinc autem, deinde acrius contra Gentes inſurgebant, quod ipſi vt vere Chriſti imitatores, & religioſi, in tam magna abſtinentia viuerent.

Heb. 9.

Gentes

Gentes adhuc tanquam atheæ, vetri ſer
uientes non Chriſto, nihil non admitte
rent, ieiunia, ciborumq; delectum om-
nino poſthabentes. Vides quantum of
fendebat Iudæos illa Gentium maledi-
centia? Superbiebant enim, & una ab-
ſtinentia freti, contra libertatem euan-
gelicam, pacem omnem perturbabant.
Venenoque illo phariſaicæ elationis, ui
rorem omnem bonorum operum mor
tificabant. Apoſtolus ergo, ſolita ſa-
pientia, vtrique vult mederi, ne eſcatũ
& potus cauſa ammitteretur Dei re-
gnum, qđ iuſtitia interiore, pacatiſque
animis confirmatur. Medela autem
tanti morbi hæc eſt. Vos qui Chriſtia-
nam amplexi eſtis libertatem, agite, vt
veſtra opera, imbecilli erigantur, doceã
tur, ædificentur. Interim autem non
nihil, tam magnæ libertatis remittere,
opere prætium fuerit, ne cibis offendã-
tur, vel ſcandalizentur illi, pro quibus
Chriſtus mortuus eſt. Nonne enim gra
ue peccatum eſt, ſuorum fratrum ſalutẽ
cibis poſponere? Quid nanq; tibi pro-
ficit Chriſtiana libertas, ſi eam ad proxi
1.Cor.8. mi pernitiem vſurpaueris? Ego ſi ſcirẽ,
propter eſcam ſcandalizare fratrẽ meũ,
non manducarem carnes in æternum.
Vos vero Iudæi, qui adhuc puſilli eſtis
in fide, & tanquam nutãtes, fortiorum
qui vos ſubſtineant, ope valde egetis,
ne quæſo de illis male iudicetis, quod
omnia tanquam munda manducent.
Verè enim, nihil in euangelica lege reij
Act.10. ciendum. Quod ergo Deus purificauit,
vos ne communia, vel immunda dixe-
ritis. Veſtram imbecillitatem agnoſci-
te potius, & ne illorum libertatem cul-
pate, qualeſcunque ſint: Cum ſint de
familia domini, eorum iudicium Deo
derelinquite, non ipſi vobis temerè
vſurpate. Hac arte itaq; vtitur Paulus,
cum Romanis. Quæ unquã quæſo ſa-
pientia maior? Accedamus modo ad
Textum.

Infirmum autem fide, Iudæum nẽpe,
carne robuſtum, puſillum ſpiritu, diui-
tem litera, & ſenſu inopem. Rectè au-
tem. *Qui infirmatur*, non *Infirmum*, vt
intelligas Iudæum, non modo infirmũ
eſſe, ſed in dies magis infirmari. *Aſſu-
mite.* Vobis adiungite, vt inſtruatur, ne
illum à veſtro conſortio expellite Gen-
tes, tanquam iudaizantem, & non chri
ſtianum. Chriſtianus eſt, ſed puſillus.
Veh autem illi, qui ſcãdalizauerit vnũ Matt.18.
ex puſillis. Infirmum autem illum vo-
cat, quod adhuc non exactè cognoſcat
Chriſti beneficio factum eſſe, vt iugum
illud legis graue, e ceruicibus nřis, ſit
excuſſum. Sintq; omnes cibi modo pu-
ri & mundi, quorum magna pars olim
habebatur immunda. Vides paulinam
artem? Cur nõ miraris? Cum.n. Gentes
pungere uideatur, expungit tñ Iudæos.
Illos enim vocat infirmos, tirones, di-
citq; Gẽtium egere opera, vt ab eis eru
diantur, confirment, inſtruantur. Ete-
nim, cum deberetis magiſtri eſſe pro- Heb.5.
pter tempus, rurſum indigetis, vt uos
doceam, quæ ſunt elementa ſermonũ
Dei. Sequitur.

Non ad diiudicationes diſceptationum.
Hoc eſt, quo culpari poterant Gentes.
Diſceptabant enim, cum Iudæis, illoſq;
cum ſimul eſſent, culpabant, iudicabãt-
que, tanquam iudaizantes. Sed & hac
ipſa ratione culpantur Iudæi, quod ta-
lia eorum opera eſſent, vt à Gentibus
olim profanis, non uere Chriſtiani eſ-
ſe iudicarentur. Ex fructibus nanque
eorum, cognoſcebantur ab eis. Fouete
ergo Gentes, inquit Paulus, Iudæos ip-
ſos, non iudicate, non diſceptate, non
repræhendite. O magnam tanti Apoſto
li ſapientiam. Sed continuationem for
te deſideras ad præcedens capitis huiꝰ?
Ecce. Plenitudo legis dilectio. Quomo- Rom.13.
do autem proximum diligis, tu qui per-
fectus es, ſi illum non foues tua opera
indigentem? Infirmum ergo aſſumite.
Item. Induimini dominũ Ieſum Chri-
ſtum. Niſi infirmo opem feras, quomo-
do Chriſtum induiſti? qui pro nobis in-
firmus factus eſt, vt nos confirmaret.
Adhuc. Carnis curam ne feceritis. Iam
ſi tibi tantum placere ſtudes, ſi nõ alio-
rum ſalutem procuras, quæ carnis ſunt
ſapis, Ergo & infirmum fide aſſumite.
Non repellite, non abdicate, non con-
tẽnite, ſuſcipite, fouete, vt ueſtra firmi-
tate fultus, & ipſe firmitatem conſe-
quatur. Hoc eſt enim ſentire, quæ ſpũs
ſunt. Nam ſpũs nõ quærit, quę ſua ſunt
tantum. Intelligis igiť, quæ Chriſtiana
charitas

charitas exigat? vt ex infirmitate peccãtes aſſumas, erudias, ne ſpernas, ne inuulges, ne dilaceres, ne accuſes, excuſes potius, & fraternè corripias.

Declarat autem Iudæorum infirmitatem, Gentiumque firmitatem, primo quo ad cibos, ſecundo quo ad dies. *Hic quidem oĩa fide mãducare.* Gẽtilis in Chriſti fide firmior, atq; fundatior, confidit poſſe citra culpam, cibis veſci omnibus, quos Deus creauit ad percipiendum cum gratiarum actione. *Hic vero infirmus.* ἀδυνᾶν. Ecce vulnus Iudæi, quem ſcrupuli conſcire angunt, quod adhuc ignoret abrogatam eſſe legem. *Olera manducat.* herbas, poma, fragra, vt dum abſtinet, deinde ab eſculentis, quæ lege interdicuntur, non credatur id iudaicæ legis zelo facere, quo tamen mirum in modum detinetur. Vides quomodo Ethnicum, à fiducia laudat, hunc ab infirmitate vituperat? Ecce autem Apoſtoli admonitio. *Qui manducat.* Ethnicus, qui fidit, & confidit, in cibis delectum habendum non eſſe, ac propterea veſcitur omnibus indiſcriminatim. *Non manducantem?* Iudæũ ſcrupuloſum, *Non ſpernat*, iurgijs non exagitet, non laceſſat iniurijs, non probris afficiat, fraternè corrigat, moneat, doceat, non callumnietur, nõ contemnat. Hoc (vt reor) vult dicere Apoſtolus. Nã non dicit. Dimittat, non curet, non arguat. Sed non ſpernat. Intelligit ergo erudiat, inſtruat, confirmet, non negligat adeo, vt in infirmitate perſiſtat, ſed illum aſſumat, vt ſanetur. *Et qui non manducat.* Iudæus, qui oleribus tantum veſcitur, ab omnibuſque alijs cibis abſtinet, etiam iudaica lege conceſſis: ne iudaizare depræhendatur, *Manducantem*, Ethnicum, ſcilicet bona cõſcientia omnibus veſcentem licitis, & prohibitis lege, *Non iudicet.* Nedum non ſpernat tanquam voracem, ventrique ingluuiẽ ſaturare volentem, ſed nec etiam prauũ iudicium afferat, nihil mali cogitet de hac ipſius libertate & fiducia. Vides quomodo Gentibus, contemptum dũtaxat Iudæorum interdicit? At Iudæis etiam iudicium, de Gentium actionibus, vt oſtendat Iudæos longe eſſe Gentibus inferiores. Superiores enim, non modo iudicant, ſed ſpernunt inferiores. At inferiores iudicant, quidem, ſed ſuperiores non ſpernunt. Qui itaque perfectus eſt, (inquit Apoſtolus) ſi ſuperior fuerit, non contemnet, ſi inferior, non temere iudicabit. Proſequitur autem in Ethnici fauorem, Chriſtiana libertate fruentis, quem Iudæus impudenter coarguit. *Deus enim illum aſſumpſit.* O magnum Dei fauorem. Deus Gentilem ipſum aſſumpſit. Ad quid? ad hanc libertatem, quamuis exter fuerit. Ab omni nihilominus illum labe curauit, ineffabilemque illi contulit gratiã: illum ſibi fecit familiarem, peculiarem ſeruum, vt non ſeruire legi, ſed illi ſoli teneatur. Nota autem emphaſim. *Deus aſſumpſit*, non homo *illum*, Ethnicum confidentem, non Iudæum ſcrupuloſum. Maiore ergo ratione arguere poteſt Gentilis ipſe, quàm argui à Iudæo, iudicare, quàm iudicari. *Tu quis es.* Circunciſe? cuius auctoritatis? *Qui iudicas*, temerè, *alienum ſeruum*? bono & malo animo fieri poteſt, vt indifferenter quiſpiam cibis omnibus ſine delectu veſcatur. Eſto ergo iudiciũ hoc Dei, qui cordium dominus eſt, num vt uentri inſeruiat, manducet omnia Ethnicus, aut meditationibus internis intentus, exteriora hæc, nec animaduertat quidem, ſed dies, ciboſque vniuerſos pares eſſe ducat, nec ulla ratione diſcernendos. Cum enim uides, Pontificis ſeruum, familiarem, vniceque dilectum quidpiam agere, quod illi placere poſſit, & diſplicere. Num debes illico iudicare, quod in Pontificem machinetur? Minime. Iudicet Põtifex qui eum in ſuã gratiam aſſumpſit. Tu potius iudicare debes, quod Põtifex, tàm magni iudicij, nequaquam illum ſibi aſciuiſſet, illius fidelitatem non expertus. Si ergo uides Ethnicum, tam impenſe à Deo dilectũ, carne ſuilla, omnibuſque ędulijs ſine diſcrimine veſci, cur tu temerarie Iudęe, minus de illo ſentis, quàm ſentiendum ſit? Iudicet Deus, qui occulta nouit, qui illum aſſumpſit, vt peculiarem ſeruũ. Nanq;. *Seruus proprio domino ſtat, aut cadit.* Si ſtat in fidelitate, ſtat proprio domino, ideſt lucrum domini eſt. Si à fidelitate cadit, domino cadit, ideſt dã-

num

num domini eſt. Iudicium igitur do-
mino relinquatur, ipſe diſquirat, exa-
minet, veſtiget, Num fidelis ſeruus il-
le ſit, vel non. Nihil enim tibi eueniet
lucri vel dãni, ſi fidelis vel infidelis fue-
rit. Tu vero ne quæſo ſis curioſus, vt ve
lis hanc ſimilitudinem ſerui & Ethni-
ci, Dei & domini per omnia quadrare.
Nam neque lucrum eſt Dei, ſi ſtat Eth-
nicus in fide, neque damnum ſi à gratia
Iob 33. cadit. Iuxta illud. Quid illi nocebis, ſi in-
iuſtus fueris? Et ſi bene egeris, quid re-
cipiet? Niſi uelis dicere, & Dei glo-
riam, bonis operibus inter homines di-
Matt. 5. latari. Iuxta illud. Vt uideant opera ue-
ſtra bona, & glorificent patrem ueſtrũ
qui in cęlis eſt. Malis quoque diuinum
nomẽ blaſphemari. Iuxta illud. Nomẽ
Rom. 2. Dei, pp vos blaſphemaẗ inter Gentes.

Quia autem ex hac ſimilitudine, non
videbatur Paulus, plenè Iudęum cohi-
buiſſe, dicens. Tu quis es, qui iudicas
alienum ſeruum? Domino proprio ſtat,
aut cadit. Hac enim diſiunctiua, ſub du
bio poſuiſſe viſus eſt. Num Ethnicus,
qui omnia citra culpam mãducari poſ-
ſe confidit, ſtet in fide, an non? Vtrum
ſit conſcientia eius bona, an non? Vtrũ
tandem, ſit ſaluandus vel non? Iudica-
uit quippe ex arbitrij libertate, vtrum-
que euenire poſſe, diuiſim intellige.
Propterea, in illius fauorem, modo al-
teram partem concludit, dubia in me-
liorem partem interpretatur. *Stabit au-
tem.* Ne tamen inde Gentilis extolla-
tur, exiſtimans Apoſtolum ſentire, qđ
ipſe ſua virtute ſtaret, & non caderet,
eum reprimit. *Potens eſt enim Deus.* Vel
poteſt enim Deus *Stabilire illum.* Vnde
& textus Græcus non habet, ſtabit au-
tem, ſed ſtabilietur autem, σαθήσεται
δὲ. Inſinuans apertè, quod non ex ſe
ſtabit, ſed ex aliena ope. Tunc autem
explicat, ex diuina, cum dicit. *Potens eſt
enim Deus ſtabilire illum.* Nam ut oſten-
ſum eſt, etiam ſuſcepta gratia, nemo
poteſt in illa ſtare & perſeuerare, niſi
Dei dono, propter quod petimus ſem-
per. Tua nos Domine gratia, præue-
niat & ſequatur. Humiliatur ergo
Ethnicus hoc uerbo, & ſimul attolli-
tur. Humiliatur cum oſtendit, quod
ex ſe ſtare non poſſet: attollitur cum
diuinum fauorem, tam eximium eſſe
intelligit erga ſeipſum, vt omnino ſit
ſtabiliendus, ne cadat. Principum ſer
ui, non illorum fauore permanent fi-
deles, nec illorum culpa, à fide ca-
dunt: virtus propria eſt ſi pmanent, cul
pa propria ſi cadunt. Verum qui Deo
ſeruiunt, diuina gratia permanent, &
ſtant. Qui tantum cadunt, ſuo ipſorum
vitio cadunt. Multis enim eſt cau-
ſa ſtandi Deus, nemini uero cadendi.
Et hæc de cibis. Sequitur modo de
diebus. Et continuatur ad illud uer-
bum, in principio. Infirmum fide aſſu-
mite, non ad diiudicationes diſcepta-
tionum. Hic quidem fidit, mandu-
care omnia. Hic vero infirmus, ole-
ra manducat. Statim ergo ſubijcia-
tur. & *Hic quidem iudicat diem ad di-
em*, tanquam infirmus. *Hic autem iu-
dicat omnem diem*, tanquam perfectus.
De iudicio autem collationis, eſt ſer-
mo, cum dicit. *Hic* ſcilicet Iudæus,
iudicat diem ad diem. Et ſenſus eſt. Con-
fert diem, ad diem, ſaturniã ad ſolarẽ,
ſaturniãq; pfert. Cũ aũt dicit. *Hic vero
iudicat omnem diem*, accipitur iudicium
pro electione, & forte vtrobique
iudicium, pro electione accipitur.
Nam textus ni fallor, non dicit diem
ad diem, ſed diem præter diem ἡμέ-
ραν παρ' ἡμέραν. Et tunc non eſt ſenſus,
iudicat, ideſt confert, ſed iudicat, id-
eſt eligit diem aliquam, præter aliam
diem, aptam ſcilicet lætitiæ, mœro-
ri, ieiunio, ferijs, & cæt. Genti-
lis vero, omnem diem eligit, ſine di-
ſcrimine. Ecce modo ſententia, & deci
ſio Apoſtolica, & de cibis & de diebus.

Vnuſquiſque propria menti ſatisfaciat.
Neminem laudo, neminem reprehen-
do, bono & malo animo poſſunt di-
ſtingui tempora, atque eſculenta. Item-
que bono & malo animo poſſunt pa-
ria duci omnia. Adſit ergo bona, di-
ſcernendi intentio cibos & dies, &
non diſcernendi, & tunc vnuſquiſque
proprio iudicio faciat ſatis. Nam ne-
que diſcernere, neque non diſcernere,
ſuapte natura peccatum eſt. Sed omnia
licent, modo mala intẽtione illicita nõ
fiant. Et ſi quis aliter euangelizauerit,
anathema ſit.

Verum

Verum non eſt diſſimulandus locus iſte Apoſtoli: tanta animoſitate pro libertate euangelica defendentis, & eos, qui dies omnes atque eſcas pares ducunt, & eos qui magnam, eſcarum atque dierum habent rationem. Hinc.n. anſam acceperunt, qui ieiuniorum legem, ciborum delectum, ſacros dies feſtos, vniuerſaſque cæremonias exteriores, tanquam onera importabilia, & quæ nos Iudæos non Chriſtianos faciat, pro uiribus tollere nituntur, quaſi ab oſcuris homunculis, & non potius à ſanctiſſimis Eccleſiæ Chriſti procerib⁹, præſcripti fuerint quidam dies, quos ſolennes & feſtos appellamus. Itemq; ſtatuta ieiunia, interdictuſq; ieiunij tẽpore, carnium vſus. Vt enim in primis ſtatos dies defendamus. Origenem adduco, ſcriptorem uetuſtiſſimum, Apoſtolorum temporibus ſatis proximum. Floruit quidem ante trecentos & mille annos ſub Alexandro principe Mammeæ Filio. Is ergo contra Celſum teſtatur, ſua ætate dies feſtos, dominicos, paraſceues, & Pentecoſtes ab omnibus fidelibus celebrari ſolitos. Sed quid Origenem adduco? Paulus Apoſtolus, ſuo tempore feſtum Pẽtecoſtes apud Ephe-
1.Cor.16. ſios celebrauit. Permanebo īquit Epheſi, vſque ad Pentecoſten. Quem locũ ægregiè annotauit Ambroſius. Nec mihi dicas. Pentecoſten intelligit Iudæorum, non chriſtianorum. Epheſij.n. Gentiles erant ad Chriſtum conuerſi. Tantum abeſt ergo, vt cum Gentilibus iudaizarit, vt plus abeſſe non poſſit. Qua fronte ergo dicunt iſti, Pauli tempore dies feſtos neſciebat Eccleſia? Oportebat, (vt ratione agamus) cum iudaici ſabbathi obſeruatio aboleretur, aliquem diẽ in ebdomada inſtitui, quo Deum coleremus. Sicut euangelium legi, ſacerdotium ſacerdotio, circuncisioni, baptiſma ſucceſſit. Cur non, & vna dies ſabbatho ſuccedere debuit? Adde. Nanque & morales Philoſophi, de iure naturæ eſſe dicunt, vt una dies in ebdomada Deo optimo maximo dedicetur. Inde igitur dominica dies, (vt verbis magni Ambroſij utar,) nobis ſolennis eſſe cæpit, quia in ea ſaluator, uelut ſol otiens reſurrectionis luce emicuit. Hinc & illam diẽ, excellenti quadam alia dignitate, fecit illuſtrem. Nã magnæ illę, Ioannis Euangeliſtæ reuelationes, die dominica factæ ſunt. Ita eñ
inquit ipſe. Fui in ſpiritu in dominica Apoc.1.
die. Vis vt fortius, quid tibi dicam? Ecce, Eadem eſt ratio de die & de hora. Nec enim puto te huic aduerſaturum.
Legimus autem, Petrus & Ioãnes aſcẽ- Act.5.
debant in templum, ad horam orationis nonam. Pater familias, exijt primo Matt.20.
mane ad horam tertiam, ſextam, & nonam, & vndecimam, vt cõduceret operarios in vineam ſuam. Chriſtus dicit.
Nondum uenit hora mea. Et Ioannes. Ioan.2.
Nemo miſit in eum manus, quia non- Ioan.7.
dum uenerat hora eius. Omnem itaq; impietatem ſuperat, dicere, ſuperſtitioſos eſſe, qui aliquem ſtatum diem obſeruãt in Chriſtiana religione. Adhuc. Par ratio eſt de loco & de tempore. Atqui de loco orationis, tam magnã curam habuerunt Apoſtoli. Erant eñ Eccleſiæ, in quibus conueniebant chriſtiani, & pro percipiendo dominici cor
poris ſacramento, & pro collectis. Vn- 1.Cor.11
de Apoſtolus, in eos inuehitur, qui in
eccleſia manducabant. Scribit Lucas, Act.2.
quod Apoſtoli, quotidie ſtabant in tem Act.17.
plo, cum tamen Paulus dicat. Hic cum Matt.16.
cęli & terræ ſit dominus, non in manu factis templis habitat. Chriſtus ſemper
erat in templo. Petrus cum Ioanne ora Act.3.
rurus aſcendebat in templum, cum ta-
men Paulus dicat. Volo uiros orare in 1.Tim.2.
omni loco. Quis ergo exiſtimare poteſt, quod ſicut ex Apoſtolis inſtituta ſunt templa: ita non & tempora, quib⁹ colatur Deus omnipotens? Sunt ergo mihi crede, ſtati quidam dies, pro Deo colendo, ſicut & eccleſiæ quædam diui no cultui dicatæ, cum tamen vbiq; coli poſſit. At inquies. Statos hoſce dies dominicos, itemq; vniuerſos illos, qui in honorem eorum & memoriam celebrantur, quę pro nobis vel geſſit, vel pͤpeſſus eſt Chriſtus, probamus omnes. Sed tam magnum dierum otioſorũ numerum, qui ad animorum & corporũ diſſolutionem magis, quàm ad ueram pietatem vim habent, probare nõ poſſumus. Quaſi uero, non & priſcis temporibus, feſta non Chriſti modo, non Virginis,

Virginis, non Apoſtolorum, ſed etiam ſanctorum Martyrum ſolennia habetētur. Diuus enim Auguſtinus meminit diei ſollennis ſancti Cipriani. Itemque ſancti Laurētij, quem huius templi tutelarē colimus. Hieronymus in Epiſtola, ad Galatas inquit. Pro varietate regionum, diuerſa in honorem martyrū conſtituta fuere feſta. Quod ſi hinc auocantur homines magis à diuino cultu, quàm promoueantur, quid inde? Num ob id Cāticum illud amatorium.
Cant. 1. Oſculetur me oſculo oris ſui, &c. è ſacris literis detrahēdum eſt, quod lubrici homines perditis furoribus acti, ne dicam amoribus, ſuauiſſimo illo carmine pelliciantur? Non eſt carnem in crimine, ſed furentis libido. Ad hunc ergo modum, ſanctum eſſet omnem diē ducere feriatum, quo Deo uacamus, at ſi inde perditi homines, delinquēdi anſam accipiunt, num propterea feſti dies abutendi? Veſtram ignauiam culpate, qua toto corde terrenis hiſce rebus abſorpti, etiam dies feſtos, quos ſancta Eccleſia inſtituit, vt in illis domino vigilātius ſeruiatis, in ludis, in choreis, in ſaltibus, in uenationibus, utinam & non in negotiationibus, & in ſcortationib⁹, expenditis. Culpanda pia mater nō eſt, culpandi eſtis vos ingrati filij. Quæ unquam Gens fuit, tàm barbara, tàm corruptis, perditiſque moribus, quæ non aliquas quorundam dierum religiones haberet, & hos quidem atros mœroti deputaret, illos uero feſtos atq; lætos celebraret? Tàm magna, tàm ingentia ſunt beneficia illa, quæ nobis chriſtianis contulit Deus optimus Maximus, vt non vnam duntaxat diem, quemadmodum Hæbræi, ſed omnes dies indifferenter, feſtos ducere conueniret, vt dicere poſſemus. Per ſingulos dies be-
Pſ 33. nedicimus te. Benedicam dominum in omni tempore. Hoc enim, qui perfecti ſunt, reipſa perficiunt. Sicut, nanque per ſingula momenta, diuina beneficia recipiunt: ita perpetuo diuinis obſequijs mācipari, nulla die, nulla hora, hoſtiam uiuam Deo, non ſe ſe immolant. At quia pleriq; imperfecti ſunt, qui vel nolunt, vel nequeunt omnes dies feſtos habere, ſtatos quoſdā ſancta omnium Chriſtianorum mater Eccleſia pſcripſit, eoque plurimi, quàm Iudæorū ſinagoga. Quod longe maior eſt, iuſtitiæ, diuinique cultus perfectionem exigat Deus à Chriſtianis, quàm à ſcribis, & phariſeis. Iuxta illud. Niſi abundauerit iuſtitia ueſtra pluſquam ſcribarū, & phariſeorū, nō intrabitis in regnum cęlorum. Mat. 5.

Sed omnino inquies, illud Chriſtianis dici poterit, quod Paulus in Galatas olim inuectus dicebat. Dies obſeruatis, & tempora, & menſes, & annos. Gal 4. Immo uice uerſa. Dies non obſeruatis, nec tempora, nec menſes, neq; annos. Illi enim hac ratione, ſtatos dies obſeruabant, quaſi ſcilicet in illis vnis ſacrafacere liceret, & agnos immolare, nō in alijs, quod iudaicum erat. Verum, nemo Chriſtianorum, hac ratione dies obſeruat. Nemo enim eſt, qui non intelligat, licere nobis, omnes dies ducere feſtos, omnibus diebus Deo libare, omnibus euangelium audire, omnib⁹ hoſtiam offerre. At poſtquam non omnibus diebus hæc peraguntur, nō omnes ſaltem, in mundanis negocijs expendendos pdicamus. Sed aliquos ſanctificandos, diuinoque cultui dedicandos. Heccine eſt obſeruare tempora, menſes, dies, an potius non obſeruare tempora, neque dies, neq; menſes?

Sed audi Roma quæſo, quid iſti chriſtianæ religionis euerſores uenantur. Quoſdam inquiunt videmus, paupertate animam exhalantes, cū uxoribus, cū liberis, nonne illis expediret magis, vt laborarent, quàm tot dies ducerent feriatos? O immiſericordem miſericordiam. Quem (obſecro) vidiſti tu unquā fame periclitari, eo quod debitum honorem, & obſequia præſtarit altiſſimo? Num Chriſtus mendax eſt, qui ait. Mat. 6. Nolite ſolliciti eſſe dicentes, quid manducabimus, quid bibem⁹, aut quo operiemur? Scit enim pater veſter, quod his omnibus indigetis. Reſpicite volatilia cęli. Conſiderate lilia agri, non laborant, neque nent, & Deus paſcit, & ueſtit illa. Quærite primum regnum Dei, & iuſtitiam eius, & hæc omnia adijcientur vobis. Multos magè vidiſtis,

ſtis, in ſumma mendicitate conſtitutos, fameq; & inedia laborantes, ob eorum deuotionem, cum omni familia ſaluaros & ſubleuatos. At donemus, id contingere poſſe, vt vxor & liberi fame periclitantur, Te diem feſtum in templis agente. Egredere illico, accurre, labora, exerce, vt illis ſubuenias. Caue ne aliquid prætermittas, quod pro illis ſub leuandis fieri poſſit. Nec te ſcrupus an-
1.Ioan.3. gat diuini cultus. Qui enim non diligit fratrem ſuum, quem uidet, Deum quem non uidet, quomodo poteſt di-
1.Tim.5. ligere? Qui ſuorum curam non habet, maxime autem domeſticorum, infidelis eſt, & omni infideli deterior. Nonne tibi plene modo factum eſt ſatis, de feſtiuis, ſollennibuſque Chriſtianorum temporibus?

Sed Paulus hoc loco (dices) tollit omne dierum diſcrimen Infirmoſque vocat eos, qui iudicant inter diem & diē. Neque uult illos reprehendi, qui tempora omnia paria ducunt. Alibique di-
Coloſſ. 2. cebat. Nemo vos iudicet in parte diei feſti. Verum conſtat, dierum obſeruationem iudaicam, hic arguere Paulum. Neomeniæ obſeruationem, ſabbathi, expiationis, propitiationis, oblatio-
Gal 4. nis, &c. Itemque ad Galatas, cum dicit. Dies obſeruatis, & menſes, & tempora, & annos. Timeo ne fruſtra in uobis laborauerim. Quanquàm & illud fortaſſe, contra Gentilium ſuperſtitiões eſt dictum, qui ſiderum aſpectus, tanta irreligioſitate obſeruare conſueuerunt.
Hier.10. Contra quos de cęlo dicitur. A ſignis cęli nolite metuere. Iuxta vias Gentiū nolite diſcere. Sed quid ſi dicam, chriſtianam religionem ea ætate, cum adhuc in infantia eſſet, & in cunis vagiret, non omnes ritus, non omnia inſtituta habuiſſe, quæ poſtea ſeipſam excolens & muniēs, adulta ſuſcepit? Multa tunc præterire, multa permittere oportebat, quoad uires acciperet, ut omnia vitarentur, quæ euangelij negotio, poſuiſſent eſſe impedimento. Num ergo ſequitur. Viuente Paulo dies feſti, non agnoſcebantur, præſcriptio igitur feſtorum humana autoritate inoleuit, non diuina? O argumentationem illepidam, atque ineruditam. Auguſtinū lege ad Ianuarium. Illa quę non ſcripta, ſed tradita obſeruātur in toto orbe terrarum, intelliguntur vel ab Apoſtolis, vel à Concilijs ſtatuta fuiſſe. Sicut feſtiuitatum obſeruatio, quibus noſtri myſteriorum memoria celebratur recdemptoris.

De cibis autem nunc dicendum. Plus enim (inquiunt iſti, qui callumniā di occaſionem quærunt) ſuperſtitionis eſt in ciborum delectu apud Chriſtianos, quàm olim fuerit apud Iudæos. Chriſtus dicit. Manducate quæ appo- Luc.10.
nūtur vobis. Non quod intrat in os, coinquinat hominem. Et Paulus neminem vult iudicari, ſi Chriſtiana vtēs li- Mat.15.
bertate, omnia comedat. Et paulatim, ex Monachis irrepſit conſuetudo, quæ diem veneris, nobis piſculentum reddidit. Adiuncta eſt & deinde, & ſabbathi dies. Nunc etiam mercurij dies periclitatur: quaſi uero Monachi, ieiunium ante omnes inſtituerint, & primo carnium eſum interdixerint. Dieſq; quoſdam reddiderint piſculentos, cum ante Monachiſmum omnem, fuerint celebrata ieiunia, habituſque magnus cibo rum delectus. Vt enim ueteris teſtamēti loca prætercam. De Ieiunio ī primis, quot teſtimonia habemus in euāgelio? Hoc genus (inquit Chriſtus) demonio- Mat.17.
rum, non eijcitur niſi oratione & ieiunio. Paulus Apoſtolus, non fuit ad tertium cęlum raptus, niſi poſt triduanum ieiunium. Tribus nanque diebus, non 2.Cor.12
manducauit, neque bibit. Apoſtoli, nō Act.1.
ſine ieiunio die Pentecoſtes, ſpiritum Luc.2.
ſanctum accepere. Non dabant ſpūm ſanctum ipſi alijs, niſi ieiunantes & orātes. Anna illa prophetiſſa, non meruit Mat.17.
Chriſtum uidere, abſque continuis prę cationibus atque ieiunijs. Bone Deus: Quid eſt ſemetipſum caſtrare propter regnum cęlorum, quod tā magni fecit Chrs, niſi ciborum affluentiam reſecare, & abſtinentia vti miniſtra? Qūo.n. apud nos caſtitas interrupta ſeruabit, niſi arctioribus continenter fulta ſubſidijs? Hinc illud Eccleſiæ. Deus qui corporali ieiunio, uitia comprimis mentem eleuas, virtutem largiris & præmia.

De cibis autem deligendis. Nonne

Ægeſip-

Ægeſippus antiquiſſimus refert, & Ioſephus, Iacobum fratrem domini, ita ieiunare fuiſſe ſolitum, vt perpetuo
Matt. 3. aquam biberet? Ioannes Baptiſta, nõne mella ſilueſtria, locuſtaſque, & prçterid nihil aliud manducabat? De Timotheo Epiſcopo, Pauli diſcipulo, nõne conſtat, quod tam arcta erant eius ieiunia, ut nunquam vinum biberit? adeo vt magiſtrum illi iubere oportue-
1.Tim.5. rit. Modico uino vtere, propter ſtomachum, & frequentes tuas infirmitates. Diuæ Paulæ epitaphium, auctore Hieronymo oſtendit, quàm aſpera fuerint eius ieiunia. Nunquam enim illi perſuadere potuerũt ſanctiſſimi Epiſcopi, vt vinum, etiam grauiſſimis ægritudini bus laborans, deguſtarit.

Quod ſignatè de carnium eſu dicũt. Miraret certè, niſi penitus carnales eſ-
Pro 23. ſent. Non ne enim ſcriptum eſt? Noli eſſe in conuiuijs eorum, qui carnes ad comedendum conferunt. Item. Ante diluuium, nonne ex Moſe ſcimus homines poma, fragra, corna, mora, glandes duntaxat, pro cibo habuiſſe? Ægypti ſacerdotes, quis ignorat carnibus & vino abſtinuiſſe? Sub Pigmaleone, nemo carnibus ueſceban tur. In Eleuſinæ templo, vbi legum prçcepta præſcripta erant, hoc legebatur. Carnibus non veſcendum. Magi, & Pragmanes, atque Orpheus, ſuis carmi nibus carnes deteſtabantur. Quid dicent ad hæc iſti carniuori? Chriſtus Ieſus, præter agnum illum, quem in Paſchate vt legi ſatisfaceret, duceretque ſinagogam ad ſepulturam cum honore, cum Apoſtolis manducauit, nunqnam carnes legitur comediſſe. Omnes autem dies, piſculentos habuit, ſi locis illis innitimur, vbi de illius menſa agunt Euangeliſte. Hæc ſatis eſſe deberent. Sed vt de delectu, communiter dicamus. Ecce. Poſt diluuium, cum Deus carnes, conceſſit hominibus ad veſcendum. (conceſſit dicam ne, an permiſit?) nonne &
Gen. 9. delectum quendum præſcripſit? Piſces maris (inquit) vobis tradidi, & omne quod mouetur ſuper terram, & viuit, erit vobis in cibum; quaſi holera virentia, excepto quod carnem, cum ſanguine non comedetis. Audis? Cum etiam primo homini herbas, fructus, arbores, in cibum dediſſet, nonne & generalem illam libertatem coarctauit? De omni ligno, *Gen. 2.*
quod eſt in medio paradiſi comede. de ligno autem ſcientiæ boni & mali, ne comedas. Num ergo dices amplius, Monachos eſcarum & potus legem præſcripſiſſe? Angeli Sanſoni *Iud. 13.*
præſcripſcere, ne vinum biberet, aut ſiceram, quod Nazarenus domini futurus eſſet. Rechabitas tantis laudi- *Hier. 35.*
bus extulit omnipotens, quod vinum non biberent, ab eorum patre interdictum. Quid vis apertius? Omni igitur tempore, etiam in naturæ conditæ ſtatu, præceptum fuit de deligendis cibis. Ieiunia ne fortaſſe culpabis, aut ieiuniorum legem? Certe Apoſtoli *Act. 13.*
ieiunabant. Chriſtus ieiunauit. Ie- *Matt. 4.*
iunauit Paulus, vt veteris teſtamenti, *Act. 9.*
Helias, Danieles, Ioheles, Dauides, Moſes, Annas, Samueles, Sanſones, & inter Chriſtianos, Origenes, Hieronymos, Chryſoſtomos, Macharios, Hilariones, Paulos Heremitas, Anachoritaſque ſilentio prætercam. Ieiunij lex, à Saluatore præſcripta eſt. *Luc. 5.*
Cum auferetur ab eis ſponſus, tunc ieiunabunt. Modum item ieiunij, cum ieiunantibus, Auguſtinum lege. Ego (inquit ille ad Caſulanum,) in Euangelicis, & Apoſtolicis literis uideo ieiuniũ eſſe prçceptũ. At vellem (inquies,) vt carnibus veſci liceret, cũ ieiunamus. Ne rigiditatis accuſa quæſo Eccleſiam. Audi Hieronymum. Tempore ieiuuij, exemplo Danielis, nec carnes comedere, nec vinum bibere debemus. Et nihilominus tuæ infirmitati condeſcendens Eccleſia, ſubſtinet vt uino utaris. Quid doles? Quid angeris? Sed multi (inquis) in grauiſſimas incidunt ęgritudines, quod carnibus abſtineant. O velamen malitiæ. Pauperes qui uix aridum panem habent ad ſatietatem, longius viuunt, quàm diuites: uictus quidem ipſius parcitate. Et tu audes dicere, qui exquiſitis carnium dapibus non ueſcitur, in magnas incidit infirmitates? Vera eſt dubio procul mihi crede, Magni Baſilij ſententia.

Ieiunio ſanari corpora, non infirmari. At vellem (dices) liberum cuilibet eſſe, à carnibus abſtinere. Optarem vt omnes abſtinerent. Sed lex iram operatur. Illam legem odio, quam qui nō ſeruat, deliquiſſe conuincitur. Obedientiam ergo refutas, perfide Hipocrita? Melior eſt autem obedientia, quàm victimæ. Reſponde mihi. Neque enim technæ tuæ, te ſeruare poterunt. Vel bonum eſt abſtinere, vel non. Si non. Cur abſtinet Ioannes Baptiſta, Iacobus, & cæteri? Si ſic. Ergo & bona eſt lex, quæ iubet vt abſtineas. Et eò melior ipſa abſtinentia, quo ipſi abſtinentiæ, obedientiam iungit. Verum rurſum inquies. Non omnia opera bona, ſunt præcipienda. Certè verum eſt, neque omnia præcipiuntur, non Virginitas, non rerum abdicatio, non religionum ingreſſus, Conſuluit multa Chriſtus, & pauca præcepit. Sed poſtquam ieiunium ipſe, viuę uocis oraculo, ciborum delectum, Eccleſia ipſius afflata numine præcepit, quid murmuras? quid turbam moues? quid tumultum excitas? Neceſſitatem (inquit) refugio. O felix neceſſitas, quæ ad meliora compellit.

Rom. 4.

1. Reg. 15

At præſcriptionem dierum Veneris, Sabbathi, & quartæ feriæ onerosam nimis, & importabilem eſſe, dices. Audi. Certè. Si ſabbatho ieiunamus, maxima ratio nos impellit. Cū maximam noſtram diei dominicæ celebritatē antecedat, ad cuius myſteria, pro dignitate celebranda, ieiunos oēs eſſe oporteret, vt purgata mente, altius in Dei optimi maximi contēplatione, eleuati poſſēt. Adde. Quod Sabbathū, hunc diem hilarem, lætumq; ducebāt Iudæi. Quo contra par eſt, vt nos illū atrum habeamus: & lugubrem. Diem ſextam, Gentes obſcenæ, Veneri ſacram fecerant. Quo ergo, à tanto errore, à tantis flagitijs die illa reuocarentur ſapiētes noſtri, magna ratione mærori dedicarunt. Mercurij diem, cum ſit in ebdomada medius, cur non eſt carnis caſtigatione dedicandus Deo? cui adeò ſemper medij, & locus & tempus placuit? Sed Auguſtinum audi ad Caſulanum. Cur quarta & ſexta feria, maximè ieiunat Eccleſia? Illa ratio reddi videtur, quod quarta conſilium fecere Iudæi ad occidendum dominum. Sexta autem dies, fuit paſſionis ipſius. Die ſabbathi, Eccleſia Romana, & multæ aliæ præſertim Occidentis, ieiunant, quoniam illa dies dominus, in monumento requieuit.

Sed dices. Hoc eſt, quod arguo. Vellem enim, vt quiſq; etiam die dominica ieiunare poſſet, ſi liberet, dices. O fucatam pietatem. Commeſſationibus, & ebrietatibus vacas, & pietatis prætextu, dicis, vellem die dominica ieiunare? An ignoras, deteſtabilem illam Manicheorum hæreſim, quæ unicè Dominicum diem conſtituebat, ieiunijſque dedicabat, in cauſa fuiſſe, vt eccleſię ſanctæ patres, (ſi Auguſtino credimus vbi ſupra) præceperint, neminem die Dominica ieiunare, niſi qui ſine ulla cibi refectione, vltra ebdomadam ieiunium perpetuare poteſt? Nonnulli enim ætate illa feliciſſima, quadraginta dierum & quadraginta noctium, diuina uerbi cæleſtis refectione alti ieiunarūt. Age. Abſtine integram ebdomadam, & die dominica etiam tibi ieiunare licebit. Quod ſi non potes, vel non uis, tu qui ciborum delectum deſtomacharis, Cur magis die dominica, quàm alijs ieiunādum eſſe, tàm frigida ſuperſtitione cōtra ueterum patrum inſtituta, cōtēdis? Iā ut uides, nec angulū hæreticis iſtis, ad euadendum reliquimus. Hic unus remanſiſſe videtur. Tā magnum enim illum quadraginta dierum numerum, verum quoque illud quadrageſimæ tēpus, fortaſſe repręhendent. At dicant quæſo. Eſt ne hoc nouum inſtitutum? Ex geſtis, Beati Petri Apoſtoli, manifeſtè patet, illum quadrageſimale ieiuniū præcepiſſe, ab vniuerſo populo celebrari. Vis autem pias, & ſanctas huius numeri rationes? Quadraginta horis Chriſtus mortuus iacuit in ſepulchro: Et quadraginta diebus fuit, cum Apoſtolis, antequam ad cęlos aſcenderet. Act. 1. Hoc ergo numero, & nos ieiunamus, vt peccato moriamur, & ad cœlos perueniamus. Quadraginta diebus purgabatur in lege puerpera. Leuit. 12. Quid mirum igitur ſi & nos, tot dierum numero per

ro per ieiunium ſcũm, purgamur à vitijs, virtutibuſque formamur? Verum inquies, tempus reprehendo. Non eſt enim noſtræ quadrageſimæ tempus, illud quod Chriſtus ſuo ſancto ieiunio, conſecrauit. Sed temere reprehendis. Nonne enim in vere, maxime libidinum motus, carniſque pruritus in nobis incipiunt? Tunc ergo abſtinentiæ, lege frenandi ſunt. Putas autem hoc inſtitutum recens eſſe? Teleſphorus Pontifex Maximus, Apoſtolis propinquiſſimus. (Apoſtolicæ nanque ſedi præfuit, cum Antonius imperaret, poſt Diocletianum, cuius tempore viuebat Ioannes Euangeliſta,) ieiunium illud hac ratione inſtituit, vt tempori paſſionis atque reſurrectionis nulla intercapedine, iungeretur ſacer ille quadragenarius, quem Chriſtus ſuo ſancto ieiunio conſecrauit. Putas ne ergo autoritate propria id factum fuiſſe, an non potius id ipſum ab Apoſtolis, per manus Teleſphoro, in mandatis traditum fuiſſe? Patet ergo abunde, quàm teme- *2.Tim.3.* re gulones iſti, ſpeciem pietatis habentes, virtutem autem eius abnegantes, ieiunio, ieiuniorũ legi, eſcarumq; præſcriptionibus derogent, & detrahant.

Quo vero ad iſtum Pauli locum attinet, animaduertendum eſt. Apoſtolus enim, Chriſtianæ libertatis fideiuſſor, pugnaciter agit, vt neque Iudęi, neque Ethnici ad illas deligendorum ciborũ leges, credant ſe ſe teneri, ſed magis eorum quiſque intelligat, poſſe citra piaculum cibos deligere, iuxta legem Moſe. Et item omnibus veſci cibis, iuxta Ethnicam libertatem. Ducenda quippe erat ſynagoga ad ſepulturam cũ honore. Ita tamen, vt ſinagogæ honor euangelij negotio non officeret. Si lex aliquorum ciborum præſcripta fuiſſet, non parum Euangelio officere potuiſſet. Gentes enim, facile illam detrectaſſent, qui libertate in qua uixerant, maxime gaudebant. Si item ſtatutum fuiſſet, vt qui cibos aliquos refutaſſent, Chriſtianæ legis rei haberentur, ex Iudæis vel nemo, vel pauciſſimi admodum, Chriſtianam religionem amplexi fuiſſent. Media ergo via incedendum fuit, quouſque poſt ſepultam ſinagogam, adoleſceret eccleſia, ita vt quiſque permitteretur, ſuæ menti facere ſatis, vel indifferenter veſci, omnibus cibis, vel inter eos delectum habere: modo tamen Iudæi deligentes cibos, delectũ ipſum non crederent pluſculum, quid diuinæ gratiæ eis afferre, quàm Gentibus, qui confidebant omnia manducare poſſe. Et Gentes item, hanc libertatem non darēt in occaſionem carnis. Hæc eſt Apoſtoli intentio, hoc in loco, & ad Corinthios, & ad Galatas, & alibi.

Num ergo, quia illis temporibus, laxata eſt ciborum lex Iudæis, Gentibuſque arctata, ſemper in eccleſia eadem lege viuendum eſt? Num ignoras miſelle, pleraque expedire vno tempore, quæ alio haudquaquam expediunt? Hinc in agibilibus, quot leges quandoque ab eccleſia magna ratione præſcriptæ ſunt, quæ alio ſeculo multo maiore ſunt reuocatæ? Nec enim putare *Heſt.16* debetis (inquit magnus Rex ille in Heſter libro,) ſi diuerſa iubeamus, ex animi noſtri uenire leuitate, ſed pro temporum qualitate & neceſſitate, vt reipublicę poſcit vtilitas ferre ſententiam. Quamuis itaque, tunc vnicuique liceret ſuæ menti facere ſatis, in eſcarũ legibus, nunc tamen minimè licet. Mirum autem profecto, mirum, quanta impudentia illud Chriſti verbum exaggerāt. Non quod intrat in os coinquinant hominem. Quomodo eorum ebrietates, crapulaſque, hoc inuicto clipeo tuētur, & protegũt. Nō quod intrat in os coin *Matt.15.* quinat hominem. Certè enim ſi expugnare poteſt parcitatem, abſtinentiã, ciborum delectum, & commeſſationibus, & ebrietatibus patrocinari poterit. Verum enimuero, non credo illos hucuſque inſoleſcere velle. Dicamus itaque, hunc eſſe verbi illius ſenſum. Cibo, qui corporeus eſt, ſpiritalem animam fędari non poſſe, etiam ſi ipſe con ſpurcatis manibus attrectatus, fœditatem maximam contraxerit. Patet ergo hoc verbo, Apoſtolorum cauſam defenſatam fuiſſe, quibus obijciebatur, quod manus non abluerent ad menſam accedentes. Quare nihil contra nos eſt, qui ieiunia prædicamus. Illud uero. Man-

ducate quæ apponuntur vobis. Vt ex euangelio conſtare pōt, omnibus dictū eſt Apoſtolis, cum in omnem orbem p̄dicaturi miſſi ſunt, ne hoſpitibus ſuis onerosi eſſent, ne delicatiorem mēſam expeterent, ſi eos ad pauperū caſas declinare contigiſſet. Quare cum ad viatores ſpectet, non video quomodo militare poſſit, contra ciborum delectum, ad concupiſcentiam refrenandam. Vnde reuera puto, quod & illo tempore primitiuæ Eccleſiæ, diebus illis, quibus ieiunabant, nedum Apoſtoli, ſed omnes Iudæi & Ethnici, à carnibus, & à vino abſtinerent. victu ſimplici & minime exquiſito contenti. Qui ſcilicet tantum naturam ſubſtentaret, non ſaginaret. Plurimi polēta tantum, pane arido, & aqua pura viuebant. Magna quoque pars fortaſſe, radicibus agreſtibus, crudis herbis, & aqua veſcebantur. Cui coctum aliquid accepiſſe, luxuria erat. Nonnulli vero, toto ieiunij tempore, nihil deguſtabant. Talia credo ego, fuiſſe eccleſiæ naſcentis inſtituta, vt paucis, minimiſque contenti eſſent. Hoc præſeferre videtur verbum illud. Manducate quæ apponuntur uobis, hoc eſt. Ne voluptuoſa eſculenta quærite. Vobis ſat ſit, naturam ſu-
1. Cor. 9. ſtentare. De cætero carnem caſtigate, & in ſeruitutem redigite, ne cum alijs prædicaueritis, ipſi reprobi efficiamini.

Illud vero. *Vnuſquiſque menti ſuæ ſatisfaciat.* Generatim intelligatur, contra perpetuum ciborum delectum. Excludantur tamen ieiuniorum dies, quibus credendum eſt, & tunc vel lege, vel cōſuetudine à diuinis illis ducibus, utriq; populo præſcripta cibaria eſſe: Plures tamen gradus habentia, & modo quo dictum eſt, quoniā neque omnes paria ieiunia ferre poterant.

Vna tantum difficultas eſt, propter Pauli verbum illud ad Timotheum.
1. Tim. 4. Spiritus manifeſte dicit, quia in nouiſſimis temporibus, diſcedent quidam à fide, attendentes ſpiritibus erroris, & doctrinis demoniorum in hipocriſi, loquentium mendacium, & cauteriatā habentes conſcientiam, prohibentium nubere, & abſtinere à cibis, quos Deus creauit ad percipiendum cum gratiarū actione fidelibus, & his qui cognouerunt ueritatem. Videtur itaque, quod non tantum, pro eo tempore, quo lex cum euangelio currebat, ſed vſque ad nouiſſima tempora, ciborum delectus abhominetur Apoſtolus, & deteſtetur. At ſi id quod ſequitur, non detruncaſſes, iam Apoſtoli mens, quàm clara ſit, ſinguli intelligerent. Addit enim, quia omnis creatura Dei bona eſt, & nihil reijciendum, quod cum gratiarū actione percipitur. Ex quo patet, Paulum, hoc perſuadere duntaxat, vt nō credas Manicheis, qui dicebant, & nuptias damnabiles, & cibos aliquos ſuapte natura illicitos eſſe, carnes, oua, vinum, verè hipocritæ. Tam caſti enim videri cupiebant, vt & nuptias damnarent: & tam abſtinentes, vt & Dei creaturas manducantes ſine delectu, iudicarent. Quales & illi fuere, qui apoſtolici arrogantiſſimè nuncupari voluerunt, qui in ſuam communionem vxoratos non accipiebant, neq; proprium aliquid poſſidētes, quos hæreticos fuiſſe, ex Auguſtino in libro de hęreſibus, nemo neſcit. Ita enim eſt caſtitas & abſtinentia prædicanda, vt ne fornicationis crimen incurrant, qui continere nō poſſunt, nuptias concedamus. Et ne in Iudæorum veterem religionem labantur, omnes cibos mūdos eſſe ſuapte natura doceamus. Propter quod alibi Apoſtolus. Omne inquit quod in macellum venit, manducate, nihil interrogantes propter conſcientiam. Omnino eſt verum eſt, quod cibi nullius vſus, apud Chriſtianum eſt ſecundū ſe, malus. Nullius quippe rei vſus malus eſſe poteſt, ſecundum ſe, niſi res ipſa mala ſit. At omnia quæ creauit Deus, bona ſunt. Si itaque manducando aliquid, peccamus, hoc ſanè aliunde eſt. Peccatum nanque non eſt in cibi ſumptione, neque eſſe poteſt. Multifariam autem contingit nos in cibis peccare, quanquam hęc omnia accidunt cibo, cum ſecundum ſe conſideratur. Primo, ſi cōtra conſcīētiam comedatur: vt infra dicet Paulus. Secundo. Si comedimus propter finem, qui fini ciborum aduerſetur, vt ſi voluptate allecti, cibis vtamur
1. Cor. 10

vitæ noſtræ, & ſanitati contrarijs, vel ſe-
cundum ſpeciem, vel ſecundum quan-
titatem. Ciborum enim proprius fi-
nis eſt, humanam naturam nutrimen-
Prou. 25. to, non perdere, ſed ſeruare. Vnde il-
lud. Mel inueniſti, comede quantum
tibi ſufficit, ne ſaturatus cogaris euome
re. Secũdo. Si accuratius cibis vtamur,
quam noſtræ facultati conueniat, vel
alijs, & aliter quam eorum mores fe-
rant, quibus conuiuimus. Tertio. Si
propter concupiſcentiam refranendam
ad tempus, interdicti fuerint. Et interdi
centis poteſtate contempta manducen
tur. Caue tamen, quia ad tempus dixi,
ne me exiſtimes, ſactas illas religiones
condemnare velle, quæ perpetuo car-
nium eſum interdicunt. Perfectio qui-
dem maxima eſt, etiam à licitis abſtine-
re. Ob id enim virginitatem matrimo-
nio præferendam clamãt omnes leges,
vetus & noua. .·. Si autem bre
ui compendio, quæ circa cibos cauẽda
ſint, intelligere deſideras. Ecce. Primo.
Modus acquiſitionis illicitus. Iuxta il-
Tob. 2. lud. Videte ne hedus ille furtiuus ſit.
Non enim licet ex furto edere, aut con
tingere. Secundo. Materia libidinis
prouocatiua. Luxurioſa res eſt vinum.
Pro. 20. Tertio. Saturationis ſuperfluitas. Man
ducauerunt, & ſaturati ſunt nimis.
Luc. 9. Quarto. Senſuum & rationis hæbeta-
tio. Attendite ne grauentur corda ve-
ſtra, crapula & ebrietate. Quinto. Ho-
Luc. 21. ræ anticipatio. Veh terræ cui⁹ rex puer
Eccl. 10. eſt, & cuius princeps mane comedit.
1. Reg 1. Sexto. Luxus in apparatu Non acci-
piam carnem coctam, ſed crudam, vt
Eccleſia- ſcilicet lautius præparetur. Septimo.
ſtici. 37. Auiditas in epulando. Noli eſſe aui-
Hier. 50. dus in omni epulatione. Octauo. In-
epta lætitiæ diſſolutio. Effuſi eſtis ſicut
1. Cor. 8. vituli ſuper herbam. Nono. Fratris ſcã-
dalum. Si propter eſcam ſcandalizaue-
ro fratrem meum, non manducabo car
nes in æternum. Tempus modo eſt,
ad Pauli textum redeundi. Docet au-
tem, qua nam intentione fieri poſſit, ut
ſine omni culpa Gentes, nec cibos, nec
tempora diſtinguant. Contra Iudæi,
vtriuſque delectus habeant rationem.
Et ſimul his uerbis vtroſque excuſat,
quo pacem conciliet inter illos, cui vni

potiſſimum ſtudet. Oſtendens, quod
bona intentione ille abſtinet, iſte ve-
ſcitur, ille curat diem, iſte uero diem
à die non diſtinguit. Hæc autem bo-
na intentio eſt, ad Dei laudem omnia
referre. Dicit ergo. Iudæus. *Qui cu-
rat Diem*. φρονῶν. enim hic, non vide-
tur poſſe melius verti, quàm curat, vel
rationem habet, aut conſiderat. Di-
cere enim, quod ſentit vel ſapit, non vi-
detur plenè propoſitum explicare.
Domino curat. Et qui non curat diem, Gen-
tilis, *Domino non curat*. Ille ſuperſtitio-
ſus non eſt, nec irreligioſus iſte, vter-
que eſt Deo deuotus. Conuertit au-
tem ordinem modo, Gentilem propo-
nendo, vt nemo ex Apoſtoli ſententia,
ſeſe præferendi anſam arripiat. *Qui
manducat*, licentia chriſtiana, *Domino
manducat*, videlicet Gentilis. *Gratias e-
nim agit Deo*, quod importabile illud le-
gis iugum, per filij eius euangelium ſu
ſtulerit, illumque à tanta deligendo-
rum ciborum ſeruitute liberauit, in uo
latilibus, in piſcibus, in beſtijs terræ.
Quod carnis petulantiam ſua gratia,
adeò refrenarit, vt ſicut cæteri, ieiu-
nij abſtinentia, ad illam domandam,
haudquaquam indigeat. *Et qui non man
ducat*, Iudæus. *Domino non manducat*. Et
pro ideſt, *Gratias agit Deo*. Quod illi tã
ægregium abſtinentiæ donum dederit,
vt etiam à licitis abſtinere poſſit, quo
carnem, in ſpiritus ſeruitutem redi-
gat, atque caſtiget. Quod illam tan-
ta charitate feruere effecerit, vt Chri-
ſtiana velit libertate non uti, quo a-
lios Iudæos poſſit lucrifacere. Non
multum ergo, inter ſe diſtare viden-
tur Iudæus & Ethnicus, ſi hac in-
tentione, ille abſtinet, iſte uero mi-
nime. Et uterque in gratiarum actio-
ne deſinit.

Verum. Quia hoc dubium eſſe po-
terat. Num ille bona intentione ab-
ſtineret, iſte non abſtineret, quod ta-
men Paulus, determinare aſſeruit, vt
pote docens, de omnibus bene ſen-
tiendum eſſe, maxime autem de Iu-
dæis, de quibus minus credebatur;
quod propter Deum abſtinerent, con-
feſtim ſuam ipſius fidem, quam de v-
triſque concepit, & explicauit, probat.

Nullus enim noſtrum, qui Chiiſtum colimus, vel præputiati, vel circunciſi. *Sibi ipſi viuit, & neque vnus ſibi ipſi moritur. Nam ſiue viuimus, domino viuimus: ſiue morimur, domino morimur: Siue ergo viuamus, ſiue moriamur, ipſius domini ſumus.*

Summã rationis huius, bteuibus accipe. Vitam omnem, Chriſtiani dirigunt ad Dei laudem. Ita quoque mortem. Quj enim verè Chriſtianus eſt, iux Philip 1. ta Paulum alibi, nihil aliud quærit, niſi vt in eo magnificetur Chriſtus, ſiue per mortem, ſiue per vitam. Non appetit vitam, niſi vt Deo ſeruiat, non appetit mortem, niſi vt Deo fruatur. Si itaque vitam, atque mortem referunt Chriſtiani vniuerſi ad Dei honorem, quo colore credi poteſt, abſtinere iſtum à cibis, à diebus, vt legi ſeruiat? Contra, non abſtinere illum, vt ventri indulgeat, & non potius, vtrumq; hoc unum intendere, vt Deo toto corde & opere, contrarijs itineribus procedentes, famulen tur? Iam enim non viuit Deo, ideſt ad Dei laudem, ſed legi, qui propter legẽ abſtinet. Ita non viuit Deo, ideſt ad Dei laudem, ſed ventri, qui propter ventris ingluuiem, minime abſtinet. Neq; cum moritur, Deo moritur, ſcilicet ad Dei laudem, qui alia ratione abſtinet, quàm propter Deum. Similiter nec moritur Deo, qui libertate vtitur, at nõ propter Deum. Qui autem Deo non viuit, neq; moritur, iam non eſt Dei. Nos omnes vocati ipſius Chriſti Ieſu, Dei ſum⁹. Illi ergo viuimus & morimur. Quare q abſtinet, Deo gratias agit, & qui non abſtinet, item Deo gratias agit. Nec tu ergo Ethnice, Iudæum culpato: nec tu Iudæe Ethnicum, quiſque de altero bene opinetur & ſentiat. Id tamen magis in Iudæi fauorem ſpectat. Quoniam cóſtat Gentilem, hoc patrocinio, non egere, qui perfecte nouit Chriſti beneficio factum eſſe, vt omnibus cibis quiſque citra culpã veſci poſſit. At Iudeus notanter infirmus eſt. Ille igitur excuſatur, quod ab his abſtineat, quæ illicita putat, quoniam id totum ad Dei honorẽ refert, Iudicio quidem peccat, magis quàm malitia, timẽs ſi diuerſum faciat, Deum offendere præ ſua ipſius imbecilla ſimplicitate.

Quia autem dixit, Chriſtianos uitá, & mortem ad Deum, Deique gloriam pſertim referre, viuos & mortuos Dei, non ſui ipſorum eſſe, propterea ſtatim myſterium ppulchrũ adiecit, inſinuás à Chriſti morte & rediuiua vita.

Ad hoc enim Chriſtus & mortuus eſt, & reſurrexit. Et pro ideſt *reuixit, vt & mortuis & viuentibus dominetur*. Mirabile myſterium certè, quo Iudæos expungit. Homines aurum, argentaue exponere conſueuerunt, & ita ſibi, ſuos ſeruos vendicant. Chriſtus, vt nos omnes in ſeruos emeret, vitam propriam expoſuit. Quos ergo tanto prætio emit, quorum dominium tanto labore acquiſiuit, hi non erunt ſerui illius? Ingratiſſimus eq dem erit homo ille, qui Chriſti morte emptus, alteri ſemire voluerit. Quaſi igitur dicere velit Paulus cõtra Iudęos. Lex non te emit Iudæe, Cur itaque ad legem recurris, & non potius ad Chriſtum, qui pro te talia tantaque perpeſſus eſt, ut tuæ vitæ, tuæque mortis ſcopus ille vnus conſtitueretur? Nihil lucri à lege retuliſti. Omnia tibi bona largitus eſt Chriſtus. Chriſto ergo, famulare non legi. Chriſto uiue, non legi. Chriſto gratias age, cum abſtines, non legi: illius intuitu abſtine, non legis. Reprǽhẽſo vero Iudæo his verbis, nè ęgre ferat, vide rurſus, quomodo vtrumque aggreditur, Iudæum & Gentilem, quaſi vterque pari culpa teneatur: Neq; ullum inter eos diſcrimen exiſtat.

Tu vero quid iudicas fratrem tuum? Iudæe? *Aut etiam, tu quid deſpicis fratrem tuum?* Ethnice? Inurbanum eſt, & indecorum, fratrem à fratre deſpici: aut etiã temerario iudicio iudicari, probroque haberi. Quod ſi id non uos mouet, audite quid ſequitur. *Omnes enim ſtatuemur ante tribunal Chriſti. Scriptum eſt enim,* Eſa. 45. *Viuo ego dicit dominus. Quod mihi flectetur* Philip. 2 *omne genu, & omnis lingua confitebitur domino. Sane ergo vnuſquiſque noſtrum de ſeipſo rationem dabit Deo.*

O ſemper expaueſcendam vocem. Omnes ſtabimus horrendo illi Chriſti, tribunali, & unuſquiſque ſine delectu onus ſuum portabit. Non tu Ethnice, pro Iudæo pęnas lues, vult dicerę Apoſtolus.

ſtolus. Nec tu Iudæe, pro Ethnico. Chri
Luc.16. ſtus in tribunali ſedens, vtrique dicet.
Redde rationem villicationis tuæ. Ip-
ſius erit iudicium, non legis ô Iudæe.

Cur ergo temetipſum eccleſiæ corpꝰ
ſcindens, à Chriſto ſepares, & legi rur-
ſus adiungis? Cur tu Ethnice ſeueriorẽ
iudicem agis? Nõ tu dominus es Iudęi,
vt illum condemnes. Chr̃s eſt, tui & il-
Matt.22. lius dominus. Vos fratres eſtis. Conſi-
derate omnes, mentiſque oculo intue-
mini, communem dominum in throno
ſedentem. Ita enim fiet, vt Iudæus ci-
borum delectu Ethnicum nõ offendat.
Ethnicus duriore increpatione Iudæũ,
non in præceps ruere cogat. Hæc autẽ
dicta ſunt, non vt correctio fraterna ne-
gligatur. Ob id quod, vnuſquiſque ra-
tionem reddet de ſeipſo tantum. Sed
vt nemo, cum alium quempiam corre-
xerit, etiam ſi pœnitentiam non egerit,
deſpicere audeat. Domino enim ſta-
mus, & domino, non proximo cadi-
mus. Ipſe noſtros omnium exitus no-
uit, non proximus. Ab illo condemnan
di ſumus, vel abſoluendi, non à pro-
ximis.

Difficile nihilominus videtur hoc,
quod hic Apoſtolus dicit, cum alibi de
Heb.13. præpoſitis dicat. Quod ſunt rationem
Ezech.3. reddituri, pro animabus noſtris. Et Deꝰ
per Prophetam dicat. Sanguinem eius
de manu tua requiram. Quod ſi dicas,
hæc prælatis tantum dicuntur. Hic au-
tem de ſubditis ſermo eſt. Illorũ enim,
nemo rationem reddet, niſi pro ſeipſo.
Contra hoc eſt; quia mãdauit Deus vni
cuique de proximo ſuo. Etiam igitur
pro alijs rationem reddituri ſumus, ſi
noſtrorum fuerint, participes pecca-
torum.

Verum reſponſio eſt, quod per acci-
dens intelligitur, nos eſſe de alijs ratio-
nem reddituros. Per ſe enim tantũ de
nobis ipſis reddemus. Paulus autẽ eo,
quod eſt per accidẽs neglecto, id quod
per ſe eſt, attendit. Reddenda nanq;
eſt à nobis ratio, de actionibus noſtris,
& quatenus malę in ſe, & quatenus oc-
caſio mali fuere. Incrementumq; ſup-
pliciorum nobis erit, ſi non modo ipſi
deliquerimus, ſed & alijs peccandi oc-
caſionem dederimus. Nam & ſerpens
ille callidiſſimus, grauiore pęna, quàm
mulier affectus eſt, & mulier quàm
vir. Et Iezabel acerbioribus ſupplicijs,
quàm Achab, qui vineam rapuit, mul- 1.Reg.21
ctata fuit. Quoniam & ſerpens, peccati
mulieris occaſio fuit, mulier autem vi-
ri, Iezabel Achab. Neque tamen ſerpẽs
niſi pro ſeipſo reddidit rationem. Ita
mulier non pro viro. Iezabel non pro
Achab. Et tu igitur mi frater, vbi alijs
ruinæ cauſam dederis, pro te vno qui-
dem rationem dabis Deo: At duriora
tormenta, quàm hi, qui tua culpa ceci-
derunt, perſolues. Non enim tam per-
nicioſum eſt peccare, quã alios ad pec-
candum inducere, etiam ipſo ſilentio,
cum arguere poſſis. Vnde ſupra Apo-
ſtolus, cum Gentium facinora expro-
braret, dicebat. Non ſolum ea faciunt, Rom.1.
ſed & conſentiunt facientibus. Intelli-
gis? Arguere igitur, & increpare peccã-
tes, neceſſe eſt. Nam, non modo ſi ad
mala impellamus, ſed & ſi à malo non
retrahamus, perditionis illorum nos ip
ſi pęnas luemus. Et hæc fortaſſis cau-
ſa vna eſt, qua præter particulare iudi-
cium, quo quiſque cum naturæ cedit,
diem claudens extremum iudicatur, iu
dicio generali omnes iudicandi ſunt, in
nouiſſima die. Actiones enim noſtræ,
quatenus malæ vel bonæ, cum è corpo
ribus noſtris ſpiritus diſſoluuntur, ſta-
tim iudicantur. At quatenus alijs perni-
cioſæ fuerunt, vel utiles, iudicari non
poſſunt, niſi alijs præſentibus, quibus
ruinæ vel ſalutis occaſio fuere. Hinc
creſcent illa die tormenta reprobis, gau
dia quoque beatis. *Omnes ergo aſtabi-
mus* inquit Paulꝰ *ante tribunal Chriſti, vt
referat vnuſquiſque, ſiue bona, ſiue mala.*
Omnes inquam Iudæi & Gentiles, iu-
ſti & impij, fideles & infideles. Iuxta il Apoc.1.
lud. Ecce veniet cum nubibus, & vide Pſ.1.
bit eum omnis oculus. Quod ſi ſcriptũ
eſt. Non reſurgent impij, in iudicio. Ali
bi expoſitum eſt. Peccatores non ſur-
gent iudicaturi, ſed iudicandi tantum.
Sancti iudicabunt, non modo iudica-
buntur. Iuxta illud. Viri niniuitæ ſurgẽt Matt.12.
in iudicio, cum generatione, & con-
demnabunt eam. Regina Auſtri ſur-
get in iudicio, cum generatione iſta, &
condemnabit eam. Vos qui ſequuti Matt.19.

eſtis me, ſedebitis ſuper ſedes iudicantes duodecim tribus Iſrael. Amplius. Infideles, diſcuſſionis iudicio, non iu-
Ioan.3. dicabuntur. Qui enim non credit, iã iudicatus eſt, ſed tamen & ipſi ad Chriſti tribunal comparebunt, ad illius gloriam intuendam. Vnde & condem nationis iudicio, iudicabuntur. Teſti-
Eſa 45. monium vero Eſaiæ, quod adducit clarum eſt. Iurat quippe Deus. *Viuo ego, mihi curuabitur omne genu.* Mentis &
Pſal.71. corporis. In vniuerſali illa reſurrectione, Adorabunt eum omnes reges. *Et confitebitur omnis lingua.* Omne, ſcilicet genus hominum. Vel omnis lingua, id eſt & interior, quæ eſt conſciẽtia apud omnes eadem: & exterior hec,
Gen. quæ in turris Babel deſtructione diuiſa fuit. Non modo laudis confeſſione, me glorificabit, ſed etiam corã me, omnium operum ſuorum reddet rationẽ. Perinde autem eſt dicere. *Viuo ego,* ac ſi diceret, per meipſum viuentem iu-
1.Reg 17. to. Eſt enim frequentiſſimus mos iſte Hæbręis, in iureiurando. Viuit anima
Iob 27. mea. Viuit Deus. Ex his concludit Apoſtolus. *Non ergo amplius alter alterum iudicemus.* Illum vt iudaizantem, hunc vt incontinentem: Deum omnium noſtrum iudicem expectemus, qui cordium conſilia reuelabit. Ho-
1.Re.16. mo enim videt, quæ foris patent, Deus autem intuetur cor. Dei ergo iudiciũ eſt, non hominis. Quis nanque de oc-
Cor.4. cultis dignè iudicare poteſt? Hinc illud. Nolite ante tempus iudicare, quoadúſque veniat dominus, qui illuminabit abſcondita tenebrarum. Quis item
Luc.6. de dubijs? Nam verbum Chriſti eſt. Nolite iudicare, & nõ iudicabimini. Adde, quod & indignum eſt de ſibi ſoli no
Matt.18. tis iudicare. Scriptum eſt enim. In ore duorum, vel trium ſtet omne ver-
Rom. 2. bum. De ſimilibus. In quo alterum iudicas, teipſum condemnas. Peius autem, in diuerſum iudicare. Veh qui
Eſa.5. dicitis malum bonum, & bonum malum. Itemque de impertinentibus.
Luc.12. Iuxta illud domini. Quis me conſtituit iudicem inter vos? *Sed hoc iudicate magis, ne ruina fratri ponatur, aut ſcandalum.*

Iudicium hic pro conſideratione, diſcretione que accipitur: quomodo communiter iudicium accipitur, cum dicitur. Hic vir, boni iudicij eſt. Apoſtoli autem intentio ſatis clara eſt. Poſtquã enim egit de re in ſe, nunc de ruina, & de ſcandalo vitando agit. Qui quidem ſermo vtroſque tangit, & circuncifos, & præputiatos. Offenditur quippe vel ſcandalizatur præputiatus, ex iudaico ciborum delectu. Ruit autem in deſperationem circuncifus, ex Gentilium libertate. Contra ergo monet Apoſtolus, vt nemo alterum iudicet, vel condemnet, ſed vterque ſua ipſius opera iudicet, examinet, diſquirat, ne quid inde mali alteri perueniat. Ille Iudæi ruinam caueat, hic Ethnici ſcandalum. Sunt enim duo nomina græca, προσκομμα, σκάνδαλον. Primum, caſum, ruinamque ſignificat, ſecundum caſus, vel lapſus, ſiue ruinæ occaſionem. Et hæc à corporalibus ad ſpiritualia transferuntur. Sicut enim per falloſas uias ambulantes, quandoque cadunt impingentes, quandoque illis ſe ſe aliquod offert impedimentum, quo facile cadere poſſunt, licet qui fortes ſunt nõ cadãt. Ita nobis per ſpiritualem hanc virtutum Chriſtianæ religionis, arduam, ſalebroſam viam tranſeuntibus, contingit, vt quandoque alieno exemplo labamur, & peccemus, quandoq; peccandi occaſionem quidem habeamus, non tamen peccemus. Apoſtolus duo dicit, ne fratri ruinam ponamus, neq; etiam ſcandalum, hoc eſt ne fratris tantum peccatum caueamus, ſed peccati occaſionem. Quandoque enim alicui peccandi occaſionem damus, ille nihil minus ex ſua perfectione, non peccat. Sed reuera nos rei ſumus. Licet nanq; ruinam non poſuerimus, poſuimus tamen ſcandalum, hoc eſt lapſus, & ruinæ occaſionem. Et quantum ex nobis fuit, ille cadere debuerat, licet non ceciderit. Magna itaque diligentia eſt adhibenda, ne quicquam imbecilli videant, vel audiant, quod vel malum ſit, vel mali ſpeciem habeat. Iuxta Apoſtolum. Ab omni ſpecie 1.Tim.5.
mala abſtinete vos. Quale eſt, (vt exemplum demus) in idolo recumbere. Iuxta Paulum. Licet enim illud Act.21.

ex

ex ſe malum non ſit, ſpeciem tamen mali habet. Præſefert enim idolorum venerationem. Propterea Paulus prohibuit, ne Gentes idolothitis, veſcerentur, quo Iudæorum ſcandalum vitari poſſet, qui erant infirmi. Facile enim infirmi, cum aliquid malum, vel mali ſpetiem habent, vident vel audiunt, alieno exemplo, à bono ad malum commouentur, huius uero nulla ratio alia reddi poteſt, niſi conſcientiæ infirmitas, vel imbecillitas. Nullus enim commouetur, qui immobili alicui firmiter inhæret. Perfecti ergo, qui Deo immobili, toto corde adhærent, quamuis aliquid verè malum, nō modo mali ſpetiem habens videāt, in alijs etiam, in prælatis, à Deo non mouentur, quinimmo illi ſemper inhærent, & ita à ſua rectitudine haudquaquam recedunt. Iuxta illud. Qui
Pſal. 124 confidunt in domino, ſicut mons Sion, non commouebitur in æternum: Et iterum.
Pſ. 111. Generatio rectorum non commouebitur. Non itaque ſcandalizantur. Quid enim eſt ſcandalum, niſi illius animum commoueri, qui à bono ſcanda-
Pſ. 118. lizatur? Hinc illud. Pax multa diligentibus nomen tuum, & non eſt illis ſcandalum. Infirmorum igitur tantum eſt ſcandalizari. Hinc illud. Qui
Matt. 18. ſcandalizauerit vnum de puſillis iſtis, expedit ei, vt ſuſpendatur mola aſinaria in collo eius, & demergatur in profundum maris. Vbi Diuus Hieronymus. Qui ſcandalizatur, paruulus eſt, maiores enim, ſcandala non recipiunt. Ob id ergo tanta cura fuit Chriſto & Paulo, ne ſcandalum præberemus, quādoquidem ſumma ope adnitendū eſt, ne puſilli impediantur, quo minus adoleſcant, & robuſtiores efficiantur. Impediuntur autem mali exempli occaſione. Intellige tamen hic peccandi occaſionem, ex aliquo ſumi, alicuius opera dupliciter. Primo. Quia opus illud ſuapte natura peccatum eſt, vel ſaltem peccati habet ſimilitudinem. Quamuis etiam iſte, qui agit, ad peccatum quemquam inducere non intendat. Tunc enim, qui offenditur, uerè occaſionem ſibi datam, ſumit ad peccādū. Et ita hic ſcandalum paſſiuum eſt, & ſcandalum actiuum. Licet nanque ſit præter operantis intentionem, non eſt tamen præter operis intentionē & naturam, quod ille ſcandalizetur, quia opus præbet ruinæ occaſionem & peccati. Secundo autem. Quia & præter operantis intentionem, & præter operis naturā, aliquis male affectus, ex uerbo aliquo vel opere non malo, nec mali ſpetiem habente, ſed minus perfecto, qualia nec ſanctiſſimi uiri vitare poſſunt. In multis enim offendimus omnes, peccandi occaſionem accipit, & Iaco. 3.
peccat. Et tūc ſcandalum paſſiuum eſt, ſine actiuo. Sine ſcandalizāte quidem, occaſione accept, a ex ſe ille ſcandalizatur. Quoniam uero dixi, male affectum hominem, interdum, ſine occaſione data ſcandalizari. Aduerte id duobus modis intelligi poſſe. Primo ſanè, vt ſit male affectus ex cauteriata conſcientia, videlicet liuore, odioque, & malitia, denigrata. Hoc enim eſt diaboli cauterium. Huiuſmodi autem phariſæi erant, qui ſcandalum, inter plebeculam concitarunt, cum dominus diceret. Non quod in- Matt. 15.
trant in os, coinquinant hominem. Veritate nihilominus ipſis perſpecta. Hæc modo ſcandala negligenda eſſe, docuit Chriſtus. Dicentibus enim Apoſtolis. Scis, quia phariſæi audito hoc verbo, ſcandalizati ſunt? Reſpondit. Sinite illos. Cæci ſunt, & duces cæcorum. Poteſt autem contingere, vt qui ſcandalizatur, ſit imbecillitate, ignorationeq; male affectus. Indubiè verò, quomodocunque is ſcandalizabitur, vel occaſione data, vel accepta, maxime adnitendum eſt, vt hæc ipſius ſcandala, vel euitentur, vel tollantur omnino. Is profectò puſillus eſt, pro puſillis autem ſollicitus quiſque eſſe debet, vt perfecti efficiantur, & ad Chriſtum accedere poſſent. Iuxta illud. Sinite paruulos ue- Matt. 19.
nire ad me.

Sed dices fortaſſe, dura nimis eſt Pauli Lex. Nam aliqui ſunt adeò ad ſcandala propenſi, vt non modo difficile, ſed ppe impoſſibile ſit, illos quauis occaſione, non ſcādalizari. Cauere poſſū, ne illis ſcandali occaſionem præbeam, ſed

ſed ne ipſi accipiant, quis poterit? Ecce antidotum. Si id quod agis ad ſalutem propriam neceſſarium eſt, ne eorum ſcandala cura, primum enim quiſque debet animæ propriæ ſollicitus eſſe, q̃ cęterorum. Sin uero neceſſarium non eſt, ſecretius illud age, ne ipſi cum te illud agere viderint, offendantur. Quod ſi te illud agere oportet corã eis, ne ſis præceps, temporis nanq; diIatione, ſolidiotis cibi paſtu, perfectum Chriſti robotabuntur in virum. Verum me oportet (inquies) ſtatim id muneris explere, Adi illos ergo, ſi ſcandali periculum imminet, redde eis tuarum actionum ra-
Matt. 18. tionem. Si te audierint, lucratus eris fratres tuos. Si te non audierint, perfice quod cępiſti. Nam ex malitia uidetur eos ſcandalizari, cum audita, percepta q; ratione, adhuc offenſi fuerint, tu animam tuam liberaſti. Neceſſe eſt au-
Matt. 18. tem (proh dolor) neceſſe inquam eſt, ut veniant ſcandala. Ita enim inquit Chriſtus, & verum eſt, ſi animorum uidelicet malignitatem, & ignorationis tenebras, quibus vndiq; omnes vniuiuſq; generis homines obuoluũtur, nõ exuerimus. Hic nanq; fuit redemptoris ſenſus, proinde ac ſi peritus medic⁹ dicat, neceſſe eſt, vt iuuenes iſti, qui tam diſſolute viuunt, cito pereant, niſi gulam arceant abſtinentiæ frenis. Plures enim occidit gula, quàm gladius. Vnde quęſo putas hic morbus originem habeat, quo uidelicet, tam facile homines ſcandalizantur, niſi quia vel nimium maligni ſunt, vel nimium ignari? Nemo mihi crede ſcandalizatur, qui verè ſit pius & bonus, ac doctus, ſed hipocritę quidam perditæ mentis, & minutuli uiri, atque mulieres, quæ Dei viam non intelligunt, ſcandalum patiuntur. Neceſſe igitur eſt, vt ſcandala veniant, quia
1. Ioan. 5. totus mundus in maligno potius eſt, & ignorantiæ tenebræ omnem Chriſtianorum multitudinem noſtris temporibus perſuadit. At veh illi per quem ſcandalum venit, qui ſcilicet ſcandala ſuſcitat, tumultus, ſectas, errores. Expedit enim, vt ſuſpendatur mola aſinaria
Matt 18. in collo eius, & demergatur in profundum maris, quod quidem ſecundum Palleſtinorum conſuetudinem dictum eſt Illis nanq; mos erat, vt mortis reos, hũc in modum occiderent. Eos enim ligato ad collum ſaxo, præcipitabant in mare. Eſt ergo ſenſus. Minor pęna hæc illis eſſet, ea ipſa, qua in infernis ſupplicijs perpetuo mulctabuntur. O te miſerum hęreticum, qui aduerſus filios Pſ. 64.
matris tuæ, ponebas ſcandalum, iuxta Dauidem: & miſeros illos, qui propter hæreticos ſcandalum paſſi ſunt, & à ſancta Eccleſia deſciuerunt. Propterea Matt. 18.
inquit Chriſtus. Veh mundo à ſcandalis. Non tam autem excellẽs perfectionis portio eſt, non ſcandalizare: quàm non ſcandalizari. Vnde Chriſtus bea- Matt. 11.
tos illos vocat, qui non ſcandalizantur. Beatus inquit, qui non fuerit ſcandalizatus in me. Quoniam ut dictum eſt, plerique abſque ſcandalizante, ſcandalizantur. Propterea ergo, quia peccatum magnum eſt ita facile ſcandalizari, immo ſemper ſcandalizari, peccatum eſt. Eſt enim (vt iam diximus,) à bono ad malum commoueri. Ideo Apoſtolus, ad Iudæos, qui ad ſcãdala patienda admodum faciles extiterant, nunc ſe ſe conuertit, quò perſuadeat eis, indifferenter cibi ueſci omnibus, neque malum eſſe, neque mali ſpeciem habere, ac proinde illos gratis & temerè de Gẽtibus ſcãdalizari, occaſione accepta nõ data, vt illi vni non Gẽtes in culpa ſint. Remediũ vero, quod illis affert, vt non ſcandalizentur, hoc eſt. Conſcientiam illam ueſtram errantem deponite, qua putatis cibos aliquos communes eſſe, hoc eſt immundos. Similitudine quippe à vaſis tracta, quorum quæ Deo dicata erant, ſancta dicebantur. Quæ autem communia, & non Deo dicata, immunda. Cibos quos ſibi peculiariter, Moſes conceſſerat, puros & mundos Iudæi dicere conſueuerunt: quos uero interdixerat, immundos, communeſque atheis omnibus, & profanis Gẽtibus, tanquam ipſorum vitæ non dedicatos, qui Dei peculium erant. Ita eñ fiet, ſi errantem hanc conſcientiam, (ſicut par eſt) depoſueritis, vt non modo Gentibus, ſed & vobis ipſis indiceris, omnibus ſine diſcrimine veſci licere. At quouſq; putatis aliquos cibos communes eſſe, uos non ſine culpa poteſtis

illos

illos manducare. Gentes autem quas errantis conſcientiæ uinculum illud, non retinet, omnibus veſcentes, nequaquam peccant. Vos igitur uni peccatis, O Iudæi. Gentes nulli peccato ex libertate iſta, ſunt obnoxiæ. Inquit ergo.

Scio & perſuaſum habeo. Non ex ingenio, non ex humana ratione, ne dicas me falli poſſe, quod homo ſim. Sed in *Domino Ieſu. In* pro *Ex*, Hebraico more. Non incaſſum autem Iudæe, Dominũ, Ieſumque nominat, ſed magna profecto ratione, vt cum Dominum intelligis, legislatoris autoritatem pertimeſcas: cum Ieſum, Saluatoris dilectioni, non ſis ingratus. *Quod nihil commune,* hoc eſt profanum, ſupple eſt. *Per ſeipſum,* ideſt nullus cibus, ſua ipſius ratione immundus eſt. Verum ſi aliquis immundus eſt, hoc eſt per aliud, per accidens, vt ſupra annotabamus. Explicat autem hoc modo, ad conſcientiam recurrens. Alios enim modos pretermittit. *Niſi ei qui arbitratur aliquid commune eſſe. Illi* inquam, *Commune eſt.* Lege cautè. Non dicit. Commune eſt, ſed *Illi commune eſt.* Ex ſe mundus eſt cibus ſemp. Tua enim conſcientia, non facit illum immundum eſſe, ſed facit vtique, vt tibi immundus ſit: Quamobrem & illicitus. Non ſimpliciter, ſed tibi qui pro illicito illum habes. Conſcientiam illam depone, &c, tibi ſicut alijs licitus erit.

Ex quibus Apoſtoli verbis, illud omnino conuincitur, Conſcientiam erroneam ligare, non quidem vt ſequens, quod erronea conſcientia dictat, rectè agas: ſed vt deuians ab illa pecces. Neque enim Iudæus, qui conſcientiæ aculeo uehementer pungitur, vt credat carnem ſuillam comedere, peccatum eſſe, à carne ſuilla abſtinens, ſecundum errantem eius conſcientiã recte agit: ſed tamen ſtante conſcientia illa, ſi comedit, peccat.

Tu ſtatim obijcies. Vtroque igitur modo peccat, & propterea neceſſario peccat. Oportet enim eum, vel comedere, vel non comedere: hæc nanque cõtradicunt, nec inter ea medium eſſe poteſt. Peccat autem ſi comedit, quia cõtra conſcientiam agit. Peccat item, ſi propter id non comedit, quia cõſcientiam erroneam ſequitur. Reſponſio eſt. Nõ neceſſario illum peccare, quia conſcientiam illam errantem exuere poteſt, rectamque probamque induere, quod & omnino facere debet. Verum inquis. Conſcientia illa perſeuerat. Fateor ergo illũ, ex hac hypotheſi neceſſario peccare, vt cõcludebatur. Perinde enim ſe ſe habet, ac ille qnem inanis gloriæ uentus inflauit. Qui enim omnia opera facit, vt uideatur ab hominibus, & cum eleemoſinam impendit pauperi, quod hipocritarum mos eſt, in ſinagogis, & in vicis, tuba canit ante ſe: Cui dubiũ, quod cum indigenti ſubuenire teneatur, neceſſario peccat? Si enim dat eleemoſinã peccat, quia finis inanis eſt gloria, Cuius finis malus, ipſum quoq; malum. Si non dat, item peccat, quoniam præceptum Dei eſt. Frange eſurienti panem tuum. Quis tamen vel mediocris ingenij dicet, illũ ipſum neceſſario abſolutè peccare? quandoquidem à malo fine illo auerti poteſt, & ad meliora cõuerſus, Deo facere ſatis. Sed durãte malo illo fine, neceſſario peccat. Si enim cõſcientia tua erronea, tibi dictat malum eſſe ieiunare tempore quadrageſimæ, vel ieiunes, vel non ieiunes, peccas. Si non ieiunas, ideo peccas, quia ieiunare teneris. Si ieiunas, peccas, quia contra conſcientiam agis. Hæc certe eſt Pauli intentio, quo propenſiores ad ſcãdala, & ſcrupuloſi, hoſce conſcientiæ ſtimulos deponãt, territi vel hac una ratione, quia niſi conſcientiam erroneã deponant, neceſſario, & ineuitabiliter peccant, quare & neceſſario damnantur. Intelligitis?

Matt. 6.

Eſa. 58.

Dubitanti autem quomodo conſciẽtiæ errores & ſcrupuli tolli poſſint. Reſpondendum tibi forte videretur. Cõſule doctiores. At quoniam de more diſſentiunt, aliquibus affirmantibus, negãtibus alijs, nonnullis dubitantibus. Dico tibi ego. Quod prælatus conueniendus eſt, illiuſq; conſcientiæ, tua cõſcientia committenda atque credenda. Caue autem ne dicas. Non audeo animã meam illius conſcientiæ confidere. Non enim in manus hominis, animam

tuam

tuam poſuiſti, ſed in manus Dei. Tanquam Deo igitur, non tanquam homini illi pareas. Adeò nanque tua illa obedientia placebit altiſſimo, etiam ſi ille indigniſſimus fuerit, vt ſtatim omnes ſcrupuli diuina gratia ſint receſſuri. Immo eo fructuoſior erit, quo ille fuerit indignior, cui propter Deũ ſubijci uoluiſti. Heu quàm dolenda, & deflenda eſt noſtræ ætatis hominum conditio. Quis nanque illi ſunt, qui pro ſedãdis ſuis conſcientijs, ad prælatos recurrãt? vel ſi recurrant, eorũ decretis obediãt? Vnuſquiſque vult, ſecundum propriũ ſenſum ſuum ambulare. Proh ſcelus. Si tantopere paruulorum ſcandala cauenda ſunt, quanto magis prælatorũ, quos ſibi Deus modo quodam exequare voluit, ſibimet imputans illorum & reue-

Luc.10. rentiam & contemptum? Qui vos audit, me audit, & qui vos ſpernit, me ſpernit. Num enim non magno iure ſcandalizatur prælatus, dum te uidet illius monitis, non obtemperantem? In teſtamẽ-

Deut.17. to ueteri habetur. Qui non obedierit ſacerdotis imperio, morte morietur. Et ſi difficile, & ambiguum occurrerit in

Mal.2. lege, aſcende ad ſacerdotem. Labia ſacerdotis cuſtodiunt ſcientiam, & legẽ requirent ex ore eius, quia angelus domini eſt. Et in teſtamento nouo, longè dignioribus ſacerdotibus & pontificibus, non credis? in dubijs non pares? A quo (Roma) quærenda ſunt diuina cõ-

1. Cor. 4. ſilia, niſi ab illis, quibus myſteriorum Dei diſpẽſatio credita eſt? Quem ergo, pro Deo babemus, in his quæ Dei ſunt, quicquid ipſi dixerit, tanquam Deum audire debemus. Si certum tibi fuerit,

Act.5. illum contra Deum dicere, regulam habes. Obedire magis oportet Deo, quã hominibus. At ſi dubium tibi ſit, dicat ne ſecundum Deum vel nõ, ne ſol-

Ezech.3. licitus ſis, Prelato crede, illius culpa erit ſi peccabis. Animam meam exquiret Deus de manibus ſuis. Ego ut ingenue fatear, plus vni ſummo Pontifici crederem, in his quæ fidei myſteria tangunt, quàm mille Auguſtinis, Hieronymis, Gregorijs, ne dicam Ricardis, Scotis, Guilielmis. Credo enim & ſcio, quod ſummus Pontifex, in his, quę fidei ſunt, errare non poteſt, quoniam Eccleſiæ autoritas determinandi, quæ ad fidem ſpectant, in Pontifice reſidet. Et ita Pontificis error, vniuerſalis error eccleſiæ eſſet. Vniuerſalis autem eccleſia, errare non poteſt. Ne mihi dicas de Concilio. Credo enim, quod plus atteſtetur ſpiritum ſanctum regere eccleſiam, ſi iudicium penes Pontificem ſit, quàm ſi penes concilium. Humanæ quippe ſapiẽtiæ opus eſſe uidere poteſt, quod concilium patrum non erret. At videri non poteſt, niſi Dei opus eſſet, ſicut reuera eſt, quod vnus homo, qui ſuapte natura facile errare poteſt, nunquam erret in fide. Vnitas quoque fidei, iudicis vnitatem in fide, qui ſcilicet toti præeſt eccleſiæ, expoſcit, vt patet. Caue tũ hic. Non enim dico, Pontificẽ, vt ſingularis q̃dã pſona eſt, errare nõ poſſe. Scio q̃dẽ multos à fide erraſſe atque exhorbitaſſe, ſed aſſero, quod vt Pontifex, & eccleſiæ caput, errare non poteſt. Hoc eſt dictu. Vt decernat aliquid eſſe de fide, vel credendum, vel non credendum, à chriſtianis, indubie errare non poteſt. Hinc Cirillus, Maximus, Auguſtinus. Quoties fidei ratio ventilatur, arbitror omnes fratres noſtros, nõ niſi ad Petrum, ideſt ad ſui nominis autoritatem referri debere. Hieronymus ad Damaſum. Hæc eſt fides Papa beatiſſime, quam in cathedra didicimus Eccleſiæ, in qua ſi minus perite, aut parum caute forte aliquid poſitum eſt, emendari cupimus à te, qui Petri fidem & ſedem tenes. Si autem hæc noſtra conſideratio, Apoſtolatus tui iudicio comprobabitur, quicũque me culpare voluerit, ſe imperitum, vel maleuolum, vel non catholicum oſtendet, non me hæreticum comprobabit.

Difficultas tamen videtur eſſe, ꝓpter Nicolaum tertium, & Ioannem vigeſimum ſecundum, qui oppoſitas aſſertiones in fide, determinaſſe uidentur: alter ergo errauit. Item propter Innocentium tertium, & Celeſtinum, ſimiliter propter Pellagium. Sed tamen omnes facilè diſſoluuntur, nec opus eſt hic immorari. Vides itaq;, quàm tutum ſit, animam tuam in Pontificis manibus committere, cum te conſcientię ſcrupuli angunt. Sequitur.

Porrò

Porrò ſi propter cibum frater tuus contriſtatur, non iam ſecundum dilectionem ambulas.

Arguit autem hic Paulus, ni fallor, contra Gentes particulatim, probatque non nihil remittendum illis eſſe Chriſtianæ libertatis, dum diſcumbunt, cũ Iudæis, duabus rationibus. Hæc autem prima eſtà ciuitate. Nauſeam enim patitur Iudæus, (inquit Apoſtolus,) cum in menſa carnem ſuillam videt, ſtomachus illi conturbatur, totus mærore conficitur. Inuitatus autem, tuo amore, interdum manducat, quod ſuſtinere non poteſt. Quomodo ergo Iudæum Ethnice diligis? (Ambulare enim in dilectione, diligere eſt.) ſi illum turbatione, triſtitiaque afficis?
Act. 15. Ob id in Concilio Hieroſolymitano, decretum fuit, vt Gentes abſtinerent à ſuffocato. Aliter enim, cum circuncifis conuiuere non potuiſſent. Quibus à diuturno iudaicæ menſæ vſu, omne ſuffocatum abhominabilis cibus factus fuerat. Ratio ſecunda eſt à pietate. *Nec cibo tuo illum perdas, pro quo Chriſtus mortuus eſt.* Num apud te, tantum Chriſti amor haudquaquam poteſt, vt illius intuitu, Iudæũ pro cuius ſalute ſupplicia extrema, adde & mortem turpiſſimam perpeſſus eſt, vna eſca perdere nolis? Certè. Si Iudæi ſalus, te mouere adeo nequit, vt illi cibo tuo ſcandalum omnino præbeas, ſiſque ruinæ eius ſpiritualis occaſio. Si ciuilitas non te cogit, vt edulia illa à menſa reijcias, quibus ille contriſtatur, ad minus Chriſti amor, te mouere debet, qui pro illo interimi voluit, vt ſeruaretur. Quomodo enim Chriſtum amabis, ſi illum exiguo cibo perdere volueris, quem Chriſtus omni uita ſua ſaluare voluit? Tu ne Chriſtum amas, qui illi cibum preponis, cui Chriſtus poſtpoſuit vitam? Qui leuiſſima eduliorum quarundam abſtinentia, illius ſalutem redimere negligis, quem Chriſtus, tam magno ſui ſanguinis pretio comparauit? Non peccas in fratrem, inquit Paulus, ad cor peccas, in Chriſtum, in Deum, cum adeo proximum paruifacis, vt nec ab uno cibo, propter eius ſalutem abſtinere uelis, quando Chriſtus illum, tam magnifecit, vt pro illo omnium eduliorum inedia pati, adde, venundari, torqueri, crucifigi, mori demum appetierit. Nonne enim reipſa iudicas te ſentire, quod Chriſtus fruſtra illum tanti exiſtimarit? poſtquam tu illum nullipendis? Scopus autem, ad quem tendit hæc Pauli ratio, hæc eſt. Si propter eſcam frater tuus ſcandalum patitur abs te & peccat, nonne ſpiritualiter perit? Verum, qui venit de cœlis Dei filius, mortemque ſubijt, vt ille ſeruaretur, nihil ergo illi proficiet Chriſti mors, tua ipſius culpa. Quandoquidem tuo offendiculo perditum ibit, nec ſaluabitur. O Scelus. Irritam facere cibo vno, Chriſti mortem, & meritum. Hoc ſanè, peccato Eſau, deterius eſt, qui vno lentis edulio, uendidit primogenita. Tu enim Chriſti ſanguinem uendis. Peius eſt Iudæ proditione. Iudas enim triginta denarijs Chriſtum prodidit, tu vendis vna tantummodo eſca. O piaculum inexpiabile. Gen. 24. Matt. 26.

Sequitur modo ratio, à Chriſtianæ religionis infamia, quæ Iudæis & Gentibus communis eſt. *Non ergo blaſphemetur bonum veſtrum. Non eſt enim regnum Dei cibus & potus. Sed iuſtitia, & pax, & gaudium in ſpiritu ſancto. Qui enim in his ſeruit Chriſto, acceptus eſt Deo, & probatus hominibus:* Cuius ſumma hæc eſt. Si propter eſcas, contentiones inter vos oriuntur, vt alter alteri ſe ſe in Dei regno, in eccleſia præferat. Nonne offenſi infideles, Chriſtianum hoc regnum, immo & æternam ſalutem, in eſca, & potu conſiſtere exiſtimabunt, quando audient vos de eſcarum legibus inuicem contẽdere? quos tamen publica fama norunt, ad cæleſtia regna aſpirare? Ridebunt ſanè, & irridebunt, faciam hanc Chriſti religionem, quaſi per eſcas & ſimpoſia, ſuperna regna promittat. Cum tamen nihil minus intendat Chriſtus Ieſus. Quæ unquam blaſphemia, aut male-

maledicentia maior? Ne ergo quæſo tã
tæ blaſphemiæ anſam p̃beatis. Regnũ
enim Dei iuſtitia, pace, gaudioque, non
eſca, aut potu obtinetur. Et qui iuſtꝰ eſt
coram Deo, qui pacem cum proximo
ſeruat, qui gaudet in ſeipſo, in ſpiritu
ſancto, hunc dicit Chr̃s placere Deo,
hominibusq; probari. Non illum qui
eſcarum & potus dũtaxat rationem ha-
bet. Hæc eſt Pauli ratio, vt uides. Sed
O quanta impietate torquetur locus
iſte. Regnum Dei non eſt eſca & po-
tus, ſed iuſtitia & pax. Edamus ergo, bi
bamus, ad quid ieiunia? ad quid piſcu-
lenti dies? Siquidem Paulus ſtat in acie.
Regnum Dei non eſt eſca & potus. Cõ
ſidera diligenter, non dixiſſe Paulum,
regnum Dei, non eſt abſtinentia & ſo-
brietas, Contra iſtos, qui ieiunium tol
lere volunt, ſed non eſt eſca & potus.
Supra item non dicit. Noli ieiunio tuo
illum perdere, pro quo Chriſtus mor-
tuus eſt, ſed noli cibo tuo illum perde-
re. Non dixit. Si propter ieiunium tuũ,
frater tuus contriſtatur, ſed ſi propter
cibum tuum contriſtatur. Non aduer-
tunt hi, qui Paulum profitentur hęc my
ſteria, aduertamus nos. Si ieiunio tuo
ille ſcandalum patitur, ne cura, ſed
ſi cibo, caue. Si ieiunio tuo ille
perdirur, non tu illum perdis, ille ſe-
ipſum perdit. Neceſſarium eſt enim
ieiunium ad ſalutem, loco & tempore,
vt oſtenſum eſt. Et propterea cuiuſcũ-
que ſcandali intuitu, non ommittendũ.
Deo enim magis, & propriæ animæ,
quàm alteri, ſatisfaciendum eſt. Verum
potus, eſca, haudquaquam neceſſaria
ſunt, ideo dimittenda, vel differenda,
quoad ſcandala euitentur. Hac itaque
ratione non dicitur. Regnum Dei nõ
eſt abſtinentia & ſobrietas, ſed dicitur,
Non eſt eſca & potus. Quomodo eñ
interior iuſtitia habetur, ſi caro ſpiritui
non ſeruit? Quomodo autem ſeruit, ſi
ieiunij lege domata non fuerit? Quo-
modo pacem habemus, ſi ſenſus cõtra
rationem inſurgat? Quomodo uero fre
natur, ſine continentiæ habenis? Quo-
modo gaudium plenum in nobis erit,
ſi hæc ancilla in domo noſtra remurmu
ret ſemper? Quomodo autem ſedabit

ſatura? Peccatum quidem Sodomæ, ſa- Ezech 16
turitas panis, & otium, inquit prophe- Hier 5.
ta. Et illud. Saturaſti eos, & mechati Exo. 32.
ſunt. Manducauerunt & biberunt, &
ſurrexerunt ludere. Cum ergo, Apoſto
lo teſte, regnum Dei ſit iuſtitia, & pax,
& gaudium in ſpiritu ſancto, ieiunium
à Dei regno non excludit, quippe quia
per ipſum hæc facilius aſſequimur. Ex-
cluditur autem cibus contra abſtinen-
tiam, potuſq; contra ſobrietatem. Hæc
enim ad Dei regnum non attinent. Nã
neque eſca, neq; potu regnum Dei ob-
tinetur. Et hic eſt Pauli ſenſus. Cauſa-
lis enim eſt propoſitio hæc, vt reor. Re-
gnum Dei, non eſt eſca & potus. Iuxta
illud. Eſca nos non commendat Deo.
Nec tu ergo Gentilis, qui carnem ſuil- 1. Cor. 8.
lam comedis, nec tu Iudæe, qui oleri-
bus tm̃ ueſceris, inquit Apoſtolus, ole
ribus, vel carne ſuilla in diuinam gra-
tiam recipieris. Sed *Iuſtitia ipſa, pace, &*
gaudio. Ponit autem hæc per ordinem.
Nam ex iuſtitia oritur pax. Iuxta illud.
Orietur in diebus eius iuſtitia, & abun Ps. 71.
dantia pacis. Et illud. Opus iuſtitię pax. Esa 32.
Ex pace uero gaudium. Iuxta illud. Pax Coloss. 3.
Chriſti exultet in cordibus ueſtris. Di-
cit autem gaudium in ſpiritu ſancto, ne
diſſolutam, ineptamq; lætitiam, quæ ex
crapulis, & ſimpoſijs naſcitur, de qua il
lud eſt. Effuſi eſtis ſicut vituli ſuper her
bam, tibi diuinum regnũ comparare, Hier. 50.
intelligeres. Iuſtitiam ergo nacti eri-
mus, ſi fratri noſtro exemplum, non ſcã
dalum præbuerimus. Hæc eſt enim iu-
ſtitia inquit Chriſtus, vt quæcunq; vul
tis uobis faciant homines, & uos illis Matt. 7.
faciatis. Pacem autem, ſi perfecti diui-
na gratia exiſtẽtes, infirmiores nõ ſpre-
uerimus. Si infirmi noſtra imbecillita-
te, ſuperiores non iudicauerimus. Gau
dium in ſpiritu ſancto, ſi conſciẽtię trã-
quillitatem, ſedatis ſcrupulis, maiorum
noſtrorum obedientia, fuerimus conſe
quuti. Ita fiet vt, *In his*, idest *Per hæc.*
Chriſto puro corde ſeruientes, per gau
dium hoc ſpirituale, placeamus Deo pa
tri. Hilarem enim ſeruum diligit Dꝰ. 2. Cor. 9.
Vnde Paulus dicit. Gaudete in domi-
no ſemper, iterum dico gaudete, proba Philip 4.
tique ſimus apud homines, per iuſti-
tiam

tiam & pacem. Non modo enim, pro viriliagendum eſt vt Deo, ſed etiam vt hominibus placeamus, iuxta illud. Pla-
1.Cor.10 cete omnibus, ſicut & ego omnibus, per omnia placeo. Non quidem vt popularem auram, fauorē, gloriolam ambiamus. Veh enim illis, qui ſic hominibus placere ſtudent. Scriptum eſt enim.
Pſ 52. Dominus diſſipat oſſa eorum, qui ho-
Gal. 1. minibus placent. Et Paulus inquit. Si hominibus placerem, Chriſti ſeruus non eſſem. Sed ut ipſi, bonis noſtrū omnium operibus, excitentur, ædificētur, & tandem noſtra opera, ad Dei gloriam, ad virtutes promoueantur, ſalutemque conſequantur. Iuxta illud.
Matt 5. Luceat lumen ueſtrum coram hominibus, vt videant opera veſtra bona, & glorificent patrem veſtrum, qui in cęlis eſt. Deinde dicit.

Itaque quæ pacis ſunt ſectemur, & quæ mutuæ ædificationis. Quid non ſit agendum hactenus dictum eſt. Quod ſcilicet non eſt contriſtandus, neque ſcandalizandus frater. Sed nec occaſio prębenda infidelibus maledicentiæ. Nunc quid agendum ſit, Paulus diſſerit. Quod ſcilicet enitendum eſt, vt quiſq; pacem cum altero habeat, alterumque ædificet. Cibis neſtris contentiones ſuboriuntur continue, vult dicere Paulus. O Iudæi. O Gentes. Itemque alter ab altero offenditur. Si igitur pacem, ædificationemque cibi veſtri non largiuntur, ſed potius hæc cōtraria ſubuertunt & patiunt, non ne ſatius eſt parua hæc aſpernari, & ad ſumma illa & præcipua bona, vnanimi conſenſu aſpirare? Hinc tangit Ethnicum. *Ne cibi gratia deſtruas opus Dei.* Quod ſcilicet Deus indies ædificat, Iudæorum videlicet ſalutem. Tuū eſt ædificare, vt ſis Dei adiutor in ædificio, non deſtruere. At cibo illo tuo vide, quàm leuiſſima cauſa, non modo non ædificas, ſed deſtruis. Ne autem hoc verbo Iudæus, contra Ethnicum inſoleſcat, quaſi contra diuini ædificij deſtructorem, mox eum reprimit, ueritatem euangelicam aperte prænuncians. *Omnia quidem munda.* Ne dicas
Act. 10. de cætero (Circunciſi) aliquos cibos communes eſſe. Quod Deus purificauit, tu ne commune dixeris. Confeſtim autem ad Ethnicum reuertitur, ne licentioſè omnibus ueſcens, ruinæ occaſio ſit Iudæo. *Sed malum eſt homini, qui per offendiculum manducat.* Et eſt Per pro Cum. ſicut ſupra ſecundo capite. Per Rom. 2.
literam & circūciſionem præuaricator es legis, id eſt cum literali circunciſione, quam ſeruas, legem totam tranſgredetis. Licet ergo omnia ex ſe munda ſint, ſi tamen tu proximo ſcandalū præbeas, iam cibus ille, tibi ſpiritualiter noxius efficitur. Hinc tamen & Iudæum taxat, vt vides, quod re, quæ ſuapte natura bona eſt, offendatur. Id enim indicat illius infirmitatem. Vnde ſequitur. Latius declarans quod intendit.

Bonum eſt non manducare carnes, neque bibere vinum, neque quicquam in quo, id eſt per quod. *In* pro *Per, frater tuus impingit, aut ſcandalizatur, aut infirmatur.* Vide Pauli ſapientiam. Non dicit. Bonum eſt non manducare panem, neque aquam bibere. Sed *Bonum eſt non manducare carnes, & non bibere aquam.* Nam initium neceſſariæ rei ad vitam hominis, aqua & panis, inquit Eccleſiaſticus. Et propterea hæc propter ſcan- Eccleſiaſtici. 29.
dalum, non ſunt omittenda, ſed carniū eſus, vinique potus, ad hominis vitam neceſſaria non ſunt. Ideo ſi carnium eſu, vinique potu frater tuus, vel actu impingit & ruit in præceps, vel occaſionem ſaltem, à te datam ad ruendum accipit: Aut etiam ſua imbecillitate ſibi ruendi occaſionem ſumit, licet nō ruat, (hæc.n. p tria uerba illa. *Impingitur, ſcandalizatur, infirmatur,* intelliguntur,) omnino tu culpa non cares. O nepharios iſtos, qui omni quadrageſima, die etiam Veneris ſacroſanctæ, qua caro illa Dei ſanctiſſima, cruci affixa eſt, carnibus palam veſcuntur, cum alioquin eriā opiparis piſculentæ menſæ dapibus, ſaginari poſſint, dignos certè, qui ad Caucaſiam rupem relegari, à vulturibus roderentur.

Ego inquit Paulus. *Si ſcirem propter eſcam ſcandalizare fratrem meum, non mā ducarem carnes in æternum.* Et tu una die tantum, vel leui carniū abſtinentia, fratris tui, pro quo Chriſtus mortuus eſt, ſalutem redimendam non exiſtimas.

O ſi-

O fides. O pietas, noſtris male cognita ſeculis. Cum vero audis. *Neque quicquam in quo frater tuus offenditur.* Idolotita, ſanguinem ſuffocatum, butirum, caſeum intellige, vel alia id genus, quæ ad corporis ſalutem neceſſaria nõ ſunt, ſcandalum nihilominus puſillis pariũt, vel infirmis. Videte itaque omnes inquit Paulus, ne forte hæc licentia veſtr, aoffendiculum fiat infirmis. Si enim quis uiderit eum, qui habet ſcientiam, in idolo recumbentem, nonne conſciẽtia eius, cum ſit infirma ædificabitur, ad manducandum idolotita, & peribit in tua conſcientia frater, propter quem Chriſtus mortuus eſt: Sic autem peccantes in fratres, & eorum conſcientiam infirmam percutientes, in Chriſtum peccatis.

Verumtamen durum videtur. Si licet cibis veſci omnibus. Quod propter proximi ſcandalum, debeam ab aliquibus abſtinere: Nam hoc eſt magis illius imbecillitatem fouere. Cum enim viderit Iudæus, me à carne ſuilla abſtinere, meo exemplo in ſua ipſius infirmitate confirmabitur, credetque reipſa, malum eſſe carnibus ueſci ſuillis. Lõge ergo melius eſſet, ſine delectu omnia comedere, oſtendereque reipſa huius Chriſtianę libertatis ueritatem, quę nullum diſcrimen habet vel eſcarum, vel dierum, quàm ſecus. Et hoc palliolo, ſe ſe moderniores contegere ſtudẽt, qui ponunt tenebras lucem, & lucem tenebras. Quaſi uero ad hoc argumẽtum non reſponderit Apoſtolus, ecce reſponſio. Iſa. 5.

Tu fidem habes. Qua ſcilicet credis licere oĩa, & fidis citra culpam, ſine delectu oĩbus veſci poſſe. *Apud temetipſum habe coram Deo.* Scilicet tantum, nõ coram proximo. Periculoſum valde eſt, hãc tuam fiduciam coram infirmis ꝓdere. Non enim deſinent ſcrupuli eorum, non ædificabuntur, ſed magis ſcãdalizabuntur. Potiſſimè ſi ſacerdos ſis, vel ſi doctus habeare. Tuo nanq; exẽplo, argumentum ſument irreligioſitatis, voracitatis, incontinentiæ. Ad crapulaſque & ebrietates, ædificabuntur. Non quæ dixeris, ſed quæ feceris, imitantes. Hæc enim eſt infirmorum proprietas, vt longè magis factis, quàm verbis moueatur. Cum alioquin Chriſtus oppoſitum iuſſerit. Quęcunque dixerint vobis, ſeruate & facite, ſecundum vero opera eorum, nolite facere. Mat. 23.
Hanc ego tuam fiduciam laudo, illam tene, caue ne vnquam ab ea dimouearis. Attamen ne in publicum prodas, excuſa te coram Deo, & id ſat tibi ſit. Deus enim tua corda rimatur, nihil nãque abditum eſt illi. Sed confirmatur (inquis) in ſua imbecillitate. At nonne peius eſſet ſi rueret, & periret? Quod peius eſt ergo, deuita. O ſi hæc conſiderarent pſeudo Apoſtoli noſtri, quoties ponerent oſtium circunſtantiæ labijs ſuis, memores uerbi Chriſti. Multa habeo uobis dicere, ſed non poteſtis Ioan. 16.
portare modo. Itemque dictū illius Apoſtoli. Non potui vobis loqui tanquã ſpiritualibus, ſed tanquam carnalibus, lac potum dedi vobis. Nondum enim poteratis, ſed nec adhuc poteſtis. Plurima mihi crede ſupprimenda ſunt, vt dum eos, qui audierint uolumus facere doctiores, peiores faciamus. Sed nõne ueritatem propter ſcandalum dimittere nefas eſt? Oportet itaque ſemper teſtari ueritatem, & uerbo & opere. Si itaque uerum eſt, quod licet cibis ueſci omnibus, cur non licet id palam docere & facto oſtendere? De ueritatibus, quorum cognitio ad ſalutem omnibus neceſſaria eſt, id totum ueriſſimum eſt, quales ſunt, quæ ſymbolo continẽtur, quas quiſque ſcire tenetur, nedum maiores, eccleſiæ patres. Verum ſcire & credere expræſſe, cibos omnes mũdos eſſe, omnibuſque diebus licere ſine diſcrimine ſuapte natura, non eſt puſillis neceſſarium ad ſalutem, vt conſtat. Propterea poteſt hæc ueritas, interdum ad euitanda eorum ſcandala, diſſimulari, differri, dimitti. Hac tamen ratione, ut intelligas, nunquam licere propter ſcandala uitanda, falſitatem prædicari: etiã in non neceſſarijs virtutibus. Taceatur ergo, quandoque ueritas, vbi expedit, nunquam tamen falſitas dicatur. Quoniam qui facit mendacium, filius eſt diaboli. Illi enim, qui dicebant. Faciamus mala, vt eueniant bona, à Paulo ſupra, reprobati ſunt. Quia autem Apoſto-

1. Cor 3 · Apoc. 22. · Rom. 3.

Apoſtolus à fiducia Gentilem laudauit, ne ipſe occaſione accepta ſuperbiat, arbitreturque ſe ſe iuſtum eſſe, & hac ipſa exiſtimatione, & arrogantia à iuſtitia labatur. (Nihil enim pernicioſius, quàm phariſaica elatione ſibi iuſtitiam arrogare.) Vide quod ſequitur. *Beatus qui non iudicat ſeipſum, in eo quod probat.* Accipitur hic iudicare pro iuſtificare. Eſtque ſenſus. Ille beatus eſt, qui probat, quod agit. Ideſt qui primum probè agit, creditque etiam probè, & piè ſe agere, contra errantis conſcientiæ ſtimulos. Nec tamen in eo. ideſt per id quod probe agit, ſe ſe iuſtificat. Iuxta [1. Cor. 4.] Paulum alibi. Nihil mihi conſcius ſum. ſed non in hoc iuſtificatus ſum. Qui autem iudicat, ideſt iuſtificat me, dominus eſt. Fortaſſe autem aliò ſpectat hoc uerbum. *Beatus qui non iudicat.* Ideſt non conſiderat ſemetipſum. *In eo* opere, *Quod probat*, vel laudat, ſed aliũ conſiderat, ideſt qui non tantum curat, quid ſibi probum & pium ſit, ac uideatur, ſed quid proximo vtile ſit, & expediens. Ac propterea non omnia illa agit coram omnibus, quæ ſibi liceret, ſed ea tantum, quæ videntibus ſuo iudicio prodeſſe poſſunt. Timens ne ſuo [1. Cor. 6.] exemplo ipſi pereant. Hinc Paulus aiebat. Omnia mihi licent, ſed non om[1. Cor. 9.]nia expediunt. Et iterum. Non vſi ſumus noſtra poteſtate, ſed omnia ſubſtinemus, ne quod offendiculũ demus euangelio Chriſti.

Sed, cur repræhenſus eſt Petrus à Paulo, qui ne ſcandalum præberet Iudæis, iudaizabat in menſa? Quoniam Gentes ſcandalizatæ ſunt. Sanctiſſimus enim ille Petrus Apoſtolus, ſuam ipſius firmitatem attendens, ſed non quantum oportuit Gentium infirmitatem, cum eſſet Antiochiæ, priuſque venirent quidam ex Iudæis conuerſi, in Gẽtilium menſa, Gentilitio more, cibos omnes ſicut cæteri indifferenter comedebat. Cum autem veniſſent illi, ſubito ſe ſe ſubtrahere cępit, & à carne ſuilla abſtinere, ne Iudæis illis ſcandalo eſſet. Inde vero offenſæ ſunt maximè Gentes. Propter id ergo excanduit Paulus, acerrime contra ipſum, quem tamen æque ac dominum colebat & venerabatur. Firmus erat, & fundatiſſimus ille Apoſtolici collegij vertex. Ab illa enim prima infirmitate, lachrimarum irriguo fortior ſurrexit. Sciebat quod Chriſti beneficio, omnia munda erãt facta: ſciebat, quod cibis omnib⁹ ſine delectu veſci poterat. Nunquam ab hac mentis & fiduciæ firmitate, quamuis cibos deligeret, excidit. At hoc ſatis nequaquam erat. Debuit enim Gentium infirmitatem conſiderare, quæ factum videbant, intentionem non videbant. Cæperunt enim angi, torqueri, & dicere intra ſe. Quid eſt hoc? Non licet ergo cibis veſci omnibus. Oportet itaque & nos iudaizare, poſtquam eccleſię princeps iudaizat. Quis hoc importabile pondus ferre poterit? Heu. Simulat ne primus iſte Hierarcha, aut ex animo à cibis noſtris abſtinet? Simulare Pontificem non licet. Quod igitur agit: ex ſententia agit. Vera eſt itaq; illorum hæreſis qui dicunt. Niſi ſeruetis legem, non poteſtis ſaluari. Audis gra[Act. 15.]ue Gentium ſcandalum? Infirmitatem fortaſſe dices, Iudæorum conſiderauit. Fateor. Ita enim ſe habet textus. Time[Gal. 2.]bat eos, qui ex circunciſione erant, ne illa licentia offenderentur. Sed oportuit, quoniam & Gentes aderant, illis, etiam timere, non modo Iudæis, licet nanque erat Iudæorũ Apoſtolus, erat nihilominus omniũ paſtor. Ob id poſtquam ipſe Iudęorum ſcandalum euitarat, Apoſtolus Paulus zelans, pro Gentib⁹, quę ſibi creditę fuerãt, egit vt neq; ipſe ſcandalum paterentur. In faciẽ n. reſtitit Petro, dixitq; ei coram omnib⁹, vt oĩum vulnera ſanarent. Si tu Iudæus [Ibidem.] cũ ſis, gentiliter viuis, Iudæis abſentibus, cur Gentes modo tuo exẽplo cogis iudaizare? Probè agis, gentiliter viuens cũ Gentibus, iudaice cũ Iudęis. Id nãq; & ego ſeruare conſueui. Verũ nequaquam, id in Gentium, vrbe probari põt, quod diſcũbens ad mẽſam, comedẽſq; gentiliter cum Gentibus, quã primum circunciſi aduenere, te à gentilium libertate ſubtraxeris. Intelligunt n. tuo exẽplo gentes, cõtra euãgelij veritatẽ, iudaizandum eſſe. Acquieuit repręhẽdenti ſummus ille, ſanctiſſimuſq; Põtifex, & ſublata ſunt omnia ſcandala.

Erit fortaſſe, qui dicat. Non poterat Petrus vtrumque ſcandalum euitare. Sed certè poterat. Illico enim aduentantibus ex Hieroſolyma Iudæis, ſi Ethnicis rationem expoſuiſſet, cur ſe ſe à cibis Iudæorum lege interdictis, ſubtrahere vellet, nemo ſcandalum fuiſſet paſſus. Sed finge, quod omnino Gentes ſcandalizatæ fuiſſent, etiam poſt prolixum Petri ſermonem. Finge, quod Iudæi ſimiliter ſcandalizati fuiſſent, ſi non abſtinuiſſet, à carne ſuilla. Quid Petro agendum erat? Vitandum magis erat Gentium ſcandalum, quandoquidem Antiochia vrbs Gentilium erat. Seruandus itaque patriæ mos fuerat. Vnde regula illa Ambroſij orta eſt. Ad quancumque Eccleſiam veneris, illi te conformes. Adde. Quia hoc fauorabile magis erat euangelij negotio. Rurſus. Iam Concilium illud celebratum fuerat, lataque ſententia Hieroſolymis tenoris huiuſcemodi. Viſum eſt ſpiritui ſancto & nobis, nihil vltra imponere vobis oneris, quàm hæc neceſſaria, Vt abſtineatis ab immolatis ſimulachrorum, à ſanguine & ſuffocato, & fornicatione, à quibus cuſtodientes vos bene agetis. Cui & adiunge. Iam viſionem illam apparuiſſe Petro, lintheiſcilicet, in quo erant reptilia, ſerpentia, quadrupedia, auditamque domini vocem. Macta & manduca. Cui cum reſpondiſſet Petrus. Abſit domine, quia nunquam manducaui omne commune & immundum. Et vox iterum ſecundo ad eum. Quod Deus purificauit, tu commune ne dixeris. Peccauit ne ergo Petrus? Clarum ſpiritus ſancti teſtimonium habes. Reprehenſibilis erat. Scandalizauit Gentes? Minime. Scandalizari non poterat, ergo multo minus ſcandalizare. Verum Gentes occaſione accepta ſcandalizatæ ſunt. Non itaque peccauit ipſe. Dices, ſed Gentes peccarunt. Immo & ipſe non eſt immunis à culpa. Quoniam adeò cautè debuit agere tantus pontifex, vt Gētes adhuc infirmæ, ſcandali occaſionē ab eo haudquaquam acciperent. At ipſe iudicauit ſeipſum, in eo quod probabat, non alium quidem. Licebat enim eo tempore ſe ſe à Gentium cibis ſubtrahere, ſicut & veſci licebat. Hoc ipſe conſiderauit duntaxat, ſed eum oportebat etiam Gentilium imbecillitatem conſiderare, quod vtique non fecit. Sed quis eſt, qui non aliquando delinquat: cum ſanctiſſimus ille dicat. Si dixerimus, quia peccatum non habemus, ipſi nos ſeducimus, & veritas in nobis non eſt? Ex genere, malum non erat à carne ſuilla abſtinere. Cum igitur ipſe nequaquam mala intentione, ſed bona abſtineret, timens, ſcilicet Iudæorum ſaluti, non peccauit niſi, (quod aiunt) venialiter. Nam lucerna corporis, oculus eſt. Si oculus ſimplex fuerit, in huiuſcemodi, quæ mala non ſunt ex genere, totū corpus lucidum erit.

Act.15. (margin, beside "ris huiuſcemodi")

Act.10. (margin, beside "viſionem illam")

1. Ioan.1. (margin, beside "non habemus")

Matt.6. (margin, beside "oculus ſimplex")

Vnde certè non video, increpitum fuiſſe Petrum hac ipſa eius abſtinentia, ſed ob id tantum, quod præter & contra illius intentionem Barnabas, plurimique alij, eius exemplo ad iudaizandum ducebantur, vt & ipſi omnes, à cibis lege prohibitis, tanquam profanis abſtinerent. Magis ergo ad illos monendos, quam ad Petrum corrigendum reſtitit illi in faciem Paulus. Nam non dicit textus, quod Petrus ad euāgelij veritatem non ambularet, ſed Barnabas, & alij non ambularent. Cum inquit uidiſſem, quod non recte ambularent ad veritatem euangelij, dixi Cephæ coram omnibus. Si tu cum Iudæus ſis, Gentiliter viuis, & non iudaicè, quomodo Gentes cogis iudaizare? Duro autem uerbo illo reprehendendus fuit, vt audita tanti principis reprehenſione, reformidarent Iudæi, de cætero ſpem aliquam in aliorum delectu conſtituere. Gentes quoque, libertatem illam cęlitus ſibi datam intelligerēt, cū reprehenſioni illi nec tantillum reluctaretur Petrus, qui & vniuerſalis paſtor erat, & peculiaris circūciſorum pṝ, quibus fauere illū poterat parē videri, A Paulo autem magna ratione, quoniam ipſe ſeruandæ gentilitatis onus incumbebat. Adde. Quod & hoc ipſo Iudæis & Gentibus innotuit, quanta eſſet in Eccleſia, Pauli, qui primū pſeudo Apoſtolus

Gal.2. (margin, beside "phæ coram omnibus")

ſtolus credebatur, authoritas, cui Cephas obiurgatus publicè, ceſſit, nec verbum quidem reſpondere auſus eſt. Simulque Petri humilitas maximè claruit vniuerſis populis, qui cum Chriſti vices ageret, à nouitio Chriſti Apoſtolo, qui etiam Chriſtum perſequutus fuerat, & quem Iudæa omnis infenſum habebat, coram omnibus commoneri & coargui paſſus eſt. In illa potiſſimum vrbe, in qua Pontificiam ſedem erexerat, & cui ipſe tanquā metropoli omnis Eccleſiæ, præſidebat. Sequitur.

At qui diiudicat, ſi manducauerit condemnatus eſt, quoniam non ex fide. ſupplēdum eſt, comedit. *Omne enim, quod non eſt ex fide, peccatum eſt.* Minus dicit, vt vides Apoſtolus, ſed plus ſignificat. Senſus nanque eſt, per antitheſim eorū quæ de Gentibus dicta ſunt, vt patet ex contextu. Iudæus qui inter cibos diiudicat, huncque licere, illum vero nō licere credit, ſi illum quem credit non licere manducauerit, ſuopte iudicio cōdemnandus eſt, quia contra fidem, cōtra fiduciam ſcilicet agit. Ideſt contra conſcientiam, dictantem ei, vt omnino fidat & confidat peccare illos, qui carne ſuilla ueſcuntur. Omnia enim quæ contra hanc fiduciam, contra hanc conſcientiam agimus, videlicet contra id quod credimus agendum eſſe, (vt breuiter dicam,) peccata ſunt. Hoc quidem molitur Paulus, & tamen longè minus dicit. *Condemnatus*, inquit eſt Iudæus, *Qui diiudicat ſi manducauerit, quia non ex fide.* Vult dicere. Quia contra fidem. Vnum quippe credit Iudæus agendum eſſe. Abſtinendum, videlicet à carne ſuilla. Agit nihilominus contrarium. Ex hipotheſi enim manducat, vere ergo condemnandus eſt. Quiſquis nanque credit vnum agē dum eſſe, & oppoſitum agit, reipſa peccat, iudice & teſte conſcientia ipſa, cuius tribunal toti orbi terrarum, iure maximo anteponitur. Si tamen placet vt ſit mera negatio. *Omne quod non eſt ex fide, peccatum eſt.* Qui ergo diuidit cibos, ſi manducauerit condemnatus eſt, quia nō ex fide, potes illud hoc modo optime interpretari. Omne qđ ad conſcientiam attinet, ſi non fiat ex conſcientia, peccatum eſt, deligere cibos ad conſcientiam attinet Iudæi, qui ex conſcientia ſua diiudicat hunc licere, non iudicat illum, ſi ergo manducauerit illum, quem non iudicat licere, condemnandus eſt, quoniam non ex fide, quia ſcilicet non fiducialiter comedit, cum tamen iudicet fiducialiter aliquibus cibis tantum veſcendum eſſe. Abſolutè itaque non eſt verum, quod omnia quæ non ſunt ex fide, peccata ſunt, ſed tantum, quæ ſunt contra fidē. Contra id ſcilicet, quod credimus. At in materia de qua ſermo eſt. Omne qđ non eſt ex fide, peccatum eſt, quia non loquitur Paulus, niſi de actionibus ad fidem attinentibus, quæ ſcilicet dicuntur fieri cum fiducia, quod illicitæ non ſint. Et intelligitur peccatum propriè, (vt Pauli mentem rectè habeas,) peccata quoquomodo. Inquit enim. *Condemnatus eſt, qui comedit non ex fide.* Accipit ergo peccatum verè & propriè, vt eſt actus, qui penes Deum iudicium condemnationis meretur. Et ita omnia, quæ ſic agimus non ex fide, vel quæ credimus non eſſe agenda, vel quæ non credimus agenda eſſe, modo declarato, peccata ſunt, quantumuis bona videantur.

Verum enimuero hoc reuera admodum difficile eſt. Si ſemper fides & cōſcientia recta eſſent, nullus poſſet dubitate. Nam contra conſcientiam agere, eſſet agere contra legem Dei. Sed cum interdum erret, vt in Apoſtoli exēplo clare conſtat, de Iudæi conſcientia, cibum aliquem purum, aliquem vero impurum eſſe iudicantis. Cum Deus omnia purificauerit, non poteſt facile capi, quomodo agens contra huiuſmodi conſcientiam, peccet. Nam ſecundum Dei legem agit, cui conſcientia cō tradicit. Igitur non peccat. Tiranni, qui Chriſti aſſeclas occidebant, rem Deo gratiſſimam agere arbitrabantur. Iuxta illud. Venit hora vt omnis, qui interficit vos, arbitretur ſe obſequium præſtare Deo. Manifeſte nihilominus patet, eos peccaſſe maximo peccato. Si ergo eos non occidiſſent, nequaquam peccaſſent, contra conſcientiā tamen egiſ- Ioan. 16.

ſent. Non omne itaq; , quod eſt contra conſcientiam, peccatum eſt.

Verum ſi duo hic inſpexeris. Primum, quod conſcientia errans, licet diuinæ legi contraria dictet, illa tamē cōtraria legi Dei, dicit eſſe diuina lege pręſcripta. Secundum. Quod ille qui cōſcientiam errantem habet, credit & confidit illam rectam eſſe, aliter enim non erraret. Et ita illi inhæret, non quatenus erronea, ſed quatenus recta, per ſe conſcientiam ſequens, & per accidens conſcientiæ errorem, quia videlicet contingit conſcientiam, quam putat rectam eſſe, errore teneri. Ex his duobus, videbis apertiſſimè: quod qui contra conſcientiam errantem agit, quouſque illa manet, peccat. Quoniā quantum in ſe eſt, habet voluntatem Dei legem tranſgrediendi, quam ſeruandam eſſe conſcientia dictat, quæ ab illo recta, & non errans exiſtimatur.

Argumentum vero illud facile ſoluitur. Qui facit contra conſcientiam erroneam, facit ſecundum Dei legem. Per ſe enim hoc falſum eſt. Qui nanq; à conſcientia, etiam errāte recedit, quouſque illa manet, per ſe à Dei lege recedit, quoniam ille eam putat rectam, & præcipientem vel dictātem ſecundum legem Dei. Si à conſcientia erronea, vt erronea recederet, argumentum concluderet, ſed recedit à conſcientia erronea vt recta, à Dei lege itaque vult recedere. Per accidens tamen eſt, quod Dei legem faciat, quia illi ipſi accidit, illam eſſe conſcientiam errantem, contraque Dei legem dictantem. Nemo autem dubitat, ea quæ per accidens ſunt, ab arte relinquenda eſſe. Illi ergo non peccarunt, (dices) qui Apoſtolos, martireſq; occiderunt. Illatio nulla, immo maximè peccarunt, quia conſciē tiam erroneam ſequuti ſunt. Neque enim, vt ſupra dictum eſt, aſſerit Paulus, Omne quod eſt ex conſcientia, rite agitur, ſed omne quod eſt contra conſcientiam, peccatum eſt. Peccarunt erho occidendo, itemque peccaſſent ſi nō occidiſſent, ſed quod peccatum maius, occidere, quia conſcientia erronea erat, quam exuere oportebat. Nihil ergo agamus, nihil dicamus, nihil contra conſcientiam cogitemus, vel recta ſit, vel erronea, quoniam omnia hæc peccata ſunt. Hoc tantum intereſt. Nam ſi ſecūdum rectam agimus conſcientiam, recte aginius, ſi tamen ſecūdum erroneā agimus, adhuc peccamus. Vtroq; ergo modo peccamus, & ſequentes, & recedentes. Et ideo verè dicitur ligare conſciētia erronea, vt à peccati vinculo nequaquam abſolui poſſimus, quoaduſque illa permanſerit. Nec mirum, quoniam & ipſe conſcientiæ error, peccatum eſt, cum ex ignorantia eius contingat, quod ſcire oportet. Peccatum autem ſuo pondere, ad aliud trahit. Caueamus ergo & fugiamus quantū quiſque poteſt nobis ipſis, erroneam conſcientiam formare. Nihil enim nobis pernicioſius contingere poteſt.

Et hic, finis eſto huius capitis. Ex quo manifeſte patet, propoſitionem hanc. Omne quod non eſt ex fide, peccatum eſt, temere aſſumi ab iſtis nouis magiſtris, qui iam probare cōtendunt, omnia Iudæorum, teucrorumq; opera peccata eſſe. Quoniam ſcilicet Chriſti fidē non habent. Nihil enim magis diſtat ab intentione Pauli loco iſto. Nō enim de fide in Chriſtum, ſermo eſt, ſed de fide, qua quis credit aliquid ſibi licere, vel non. Cōcluſioque & explicata, & probata eſt. Quiſquis credit Deū optimū maximum, quapiam eius actione irritari vel offendi, ab illa tn̄ hoc aīo ſtante, & hoc iudicio, nō abſtinet, peccat. Qm̄ qđ credit ſibi nō licere, agit. Dem' tn̄, & de Chr̄i fide id ītelligi poſſe, nihil adhuc cōcludere pn̄t. Qn̄quidē Apoſtolus vſurpat, vt oñſum eſt, non ex fide eſſe, ꝑ cōtra fidē eſſe. Cōcedēdū ergo eſt. Oīa quę cōtra Chr̄i fidē agunt, peccata eſſe. At nullo pacto oīa quę agūt. Quāq̄ tn̄ illud magni, ſctiſſimiq; pr̄is Auguſtini, ſit uerū. Oīs infideliū uita, pc̄tm̄ eſt. Non. n. dicit. Oīs actio infidelium, peccatū eſt. Sed oīs vita. In omni quippe uita, pollutio illa eos tenet, in qua cōcepti ſunt, niſi tanta labes Chriſti, ſanguinis profluuio detergatur, Quod ſanè non efficitur, niſi ſuſcepta ab eis fide in Chriſtum Ieſum, lauacri baptiſmaliū undarum acceſſione. Vnde & ſic, illud Pauli intelligi debet. Coinquinatis nihil

eſt

eſt mundum. Sed inquinatæ ſunt eorum, & mens, & conſcientia. Quamuis enim aliquas actiones moraliter bonas efficiant, nullo tamen eorum opere, à ſorde illa originaria mundari poſſunt. Nihil ergo quod ad eos intus attineat, prorſus mundum eſt, nec proprijs actionibus mundari poteſt. Peccatum nanq; originale, omnes potentias inficere & coinquinare nemo eſt,
Apoc. qui neſciat. Infectionem uero illam is vnus tollere poteſt, de quo dicitur. Dilexit nos, & lauit nos à peccatis noſtris in ſanguine ſuo. Sed tamen eorum actio, aliqua munda eſt, (dices,) tua ſententia, cũ alioquin Paulus dicat.
Tit. 1. Nihil eis mundum eſſe. Abſit, vt aſſeram aliquam actionem infidelium, omnino mundam eſſe. Quis enim vel cogitare poteſt, mundam actionem de corde immundo exire? Actiones mundæ, regnum cælorum promerentur. Quomodo ergo mundæ erunt illorum actiones, qui penitus ſuperno illo regno indigni ſunt? Sat nobis ſit, quod non omnes ſunt peccata, nulla tamen eſt verè perfecta. Inter hæc enim dari medium, nemo dubitare poteſt. Fideles nanque non omnibus & ſingulis eorum actionibus, merentur. Infideles itaque, non omnibus eorum actionibus demerent. Hi quantumcũque perfecti, minutas culpas vitare nõ on poßunt: illi quantumcunque perditi, in omni uita aliqua bona efficiunt. Minutis culpis, Chriſtiani ad inferos, non condemnãtur: minutis bonis, infideles ad ſuperos non euehuntur. Quis quæſo ſanę mentis, pertiuacius oppoſitum, poterit ſubſtinere? Verum Paulus, diſtat ab hac queſtione, immenſo interuallo, vt dictum eſt & cæt.

CAPVT QVINTVMDECIMVM.

Ebemus autem nos, qui potentes ſumus, infirmitates impotentium portare. & non nobis ipſis placere. O quanta felicitate, quæ ſeminauit Paulus, in calce ſuperioris capitis, huius initio, tanquam optimus, & fortunatiſſimus agricola metit. Atqui diiudicat ſi mãducauerit, cõdemnatus eſt, quoniam non ex fide. Omne enim quod non eſt ex fide, peccatum eſt. *Debemus autem nos, qui potentes ſumus, infirmitates impotentium portare, & non nobis ipſis placere.* Vide quæſo ægregiam omnium horum conſequutionem. Quicquid homo fecerit eo animi iudicio, ea ſententia, vt credat id ſibi non licere, quamuis ſua ipſius natura peccatum non ſit, illi peccatum eſt. *Debemus ergo nos*, ſimplicium ouiũ duces, puſilli gregis ſimplicitatem interdum ferre, ſinereque vt quoad errantem conſcientiam exuerint, diem à die, eſcam ab eſca diſcernant, ne noſtra ſeueritate perculſi, noſtris præceptis terriri, diuinam metuẽtes iram, anathematumque noſtrorum fulmina, conſcientia illa manente, contra conſcientiam eorum, & dies, & cibos pares ducant. Noſtra enim occaſio ne facientes aliter, quàm ipſi conſciẽtia dictante, iudicent eſſe faciendum, Deum offendent, ſeipſos condemnabunt: & nos quoque coram tribunali illo horrẽdo Chriſti Ieſu, ſuæ perditionis reos conſtituent. Contra uerò, ſi ingentia hæc pericula contemplati, tanquam pij & prudentes, ratione bona, & conſilio Chriſtiano, infirmioribus ſatisfacere ſtuduerimus, accommodare nos ipſos, atque ad illorum ſententiam inflectere, paulatim illos à conſcientia illa errante, ab animi infirmitate, à iudicij tenuitate liberatos, quaſi manu in locum ſtabilem atque tutum Chriſtianæ perfectionis trahemus, vt pares nobis virtute & fidei firmitate ſint, nihil nobis conſtantiæ, & firmitatis perdiderimus, ſed tamẽ paululum nos ipſos demittentes, vt cum infirmis efficiamur infirmi, aliquid eorum infirmitari, conſuetudini, iudicio, concedentes, qd & medici corporũ, cum ægrotis facere ſolent. Illos non modo ſanauerimus, ſed & ad ſummum robur, ad ſublimen gradum pacati animi, ſedatæ conſcientiæ, optimi iudicij, chriſtianęq; uitæ, iuuante Deo perduxerimus. Non ergo quæramus ſola noſtra ſententia viuere, nos qui in domini vinea excellimus, non noſtro duntaxat iudicio niti, vt infirmos alto ſupercilio, repente mandatis, excommunicationibus, reprehenſionibus, legibus, minis cõpellere, in noſtramque ſententiam trahere velimus. Vellẽt profectò puſilli nos imitari, at non poſſunt. Illis ergo parcamus, nos ipſos ad eorum vtilitatem ſummittamus, magna charitate inſtruamus, vt noſtra adiuti opera, cum fortes euaſerint, in cælorum regno nobis, tanquam ſuis ſeruatoribus, ſerta & coronas intexant. O egregium documentum, & uerè Paulo dignum. Quid putas Roma, verbum illud ſibi voluerit. Si præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos qui ſpirituales eſtis, huius modi inſtruite in ſpiritu lenitatis & mãſuetudinis: Et illud. Alter alterius onera portate, & ſic adimplebitis legem Chriſti? Niſi quod ſuperiorum vel maiorum lenitas, & inflexio illa, atque demiſſio, ad infirmorum ſententiam, ad eos ædificandos, in fideque & charitate radicandos, plurimam vim habere, experimẽto comprobatur? Generoſus mihi crede eſt ſuapte natura hominis animus, vt lenitate ducatur magis, quã ſeueritate

Gal 6.

Ibidem.

ſeueritate trahatur. Nemo tamen hinc, ſanctæ eccleſiæ patres, quod nimia ſeueritate vtantur, reprehendere audeat. Quis enim neſciat, diuerſa tempora, diuerſoſque hominum ſtatus, diuerſos mores poſtulare? Quis item haud intelligit, nō cum omnibus hominibus, eodem modo agendum eſſe? Notior eſt illa vox, quā ut hic referatur. Oderunt peccare boni, virtutis amore. Oderunt peccare mali, formidine pęnæ. Hinc Chriſtus ſummus, æternuſq; ſacerdos, cuius lenitas incomparabilis
Mat.11. erat, adeò vt diceret. Diſcite à me, qa mitis ſum, & humilis corde. Se ſe enim tam ad ima, pro nobis in altum attollēdis demiſerat, vt magis deſcendere nō
Pſal.87. poſſet. Vita inquit mea, inferno appropinquauit. Verbis nihilominus & factis, nonne in phariſeos illos deſeuit,
Ioan.2. quos è templo tanto furore mēſas euertens, nummulariosque percutiens eie-
Num.12. cit? Moſes, quem omnium hominū, qui erant ſuper terram, mitiſſimum fuiſſe refert ſpūs ſanctus, hoc eſt poſt Chrm. (Is enim non de terra eſt, de cęlo venit,
Ioan 8. & ſuper omnes eſt.) Et ipſe aliquando nonne in Ægyptum illum quem ſabu-
Exo.2. lo abſcondit, ſeuerior fuit? In ſeditioſos Chore & Abiron? In ſabbathi violato
Num.16. rem? Helias Propheta, nonne propria manu, tam multos prophetas Baal interfecit? Quid dicam de Phinees, qui ſcortum, & ſcortatorē occidit? De Elea-
3.Re.18. zaro in eos animaduertente, qui cum
Num.25. alienigenis ſe ſe profano concubitu cōmiſcuerant? Vides itaque, quod non ſemper hominum peccata, portare & ſubſtinere debemus, ſed interdum deſeuire opere pretium fuerit. Verū fortaſſe, noui teſtamenti (dices) & Pauli ſpo tiſſimum, exempla deſidero. Audi. An parum ſupercilij & rigoris tibi uidetur
1.Cor.5. fuiſſe in Paulo? Ego (inquit) abſenſus corpore, præſens autem ſpiritu, iudicaui fornicatorem illum tradere ſathanæ, quæ animaduerſio quæſo maior? Iterū.
1.Tim.1. Ex quibus eſt Himeneus & Alexāder, quos tradidi ſathanę, ut diſcant nō bla-
Deut.17. ſphemare. O atrocem Apoſtolum. In vetere lege, quicunque ſacerdotibus, non obtemperaſſent, aut extra caſtra poſiti à populo lapidabantur, aut gladio ſubiecta ceruice ſacerdotis contēptum cruore expiabant. At Pauli rebellis, cōfeſtim eiectus de eccleſia, rabido demonis furore agitur & diſcerpitur. Vix Apoſtoli dederant illi manus, vix in eccleſia receptus erat, & inuentum illum Elimam Magum, audi quàm du- Act.13.
re perſequitur. O plene dolo & omni fallacia diaboli, inimice omnis iuſtitiæ, non deſinis peruertere uias domini rectas? & nunc ecce manus domini ſuper te, & eris cæcus. Et confeſtim cecidit in eum caligo, & tenebræ, & circūiens quærebat qui illi manus daret. Num ergo Paulus voluit ſuper maiores mãſuetudine uti? Abſit. Ex operibus eius id agnoſcere potes. Sed cum Chriſtianis inquies, uerbis ſaltem, lenis erat. Audi. O inſenſati Galatæ, quis iterum uos fa- Gal 3.
ſcinauit non obedire ueritati? Iterum. 2.Cor.13
Prædixi & prędico his, qui peccauerūt, ſi venero non parcam. Adhuc. Ideo Ibidem.
hæc abſens ſcribo, vt non præſens durius agam. Rurſus, ad Titum. Sūt mul Tit. 1.
ti inobediētes, & vaniloqui, quos oportet redargui, tu increpa illos dure. Amplius. Hæc loquere, exhortare, argue Tit.2.
cum omni imperio. Sed quid immoror? Nonne manifeſte patet, Paulum vtraque manu fuiſſe vſum, vt manſuetudine interdum, & interdū uirga ferrea? Vultis inquit veniam ad vos in uirga, 1.Cor.4.
vel in ſpiritu? Optas forte, alterius tui luminis Petri Apoſtoli, poſt Paulū teſtimonia? At illud tibi ſit ſatis. Saphira Act.5.
enim & Anania, agri prætium venditi defraudantibus, quid legimus Petrum feciſſe? Dixit em̄ Petrus, ad Ananiam. Cur tentauit ſathanas cor tuum mentiri te ſpiritui ſancto, & fraudare de prætio agri? Nonne manens tibi manebat, & uendutum in tua erat poteſtate? Quare poſuiſti in corde tuo hanc rem? Nō es mentitus hominibus, ſed Deo. Audiens autem Ananias uerba hæc, ſtatim cecidit, & expirauit. O vindictam omni excommunicatione maiorem? Idem poſt tres horas, Saphiræ vxori eueniſſe legimus. Verba ſuperciliosa quęris? Audi. Cum vidiſſet Simon Magus, Act.8.
quod per impoſitionem manus Apoſtolorum, dabatur Spiritus ſanctus, obtulit eis pecuniam dicens. Date & mihi

hanc virtutem, vt cuicumque impoſuе-
romanus, accipiat ſpiritum ſanctum.
Petrus autem dixit ad eū. Pecunia tua,
tecum ſit in perditionem, quia exiſti-
maſti donum Dei pecunia poſſideri. Vi
des graue ſupercilium? frontem rugo-
ſam? ardentes oculos? Audis ſeueram
principis eccleſiæ increpationem? Non
eſt itaque, vt reprehendas, quod hac p-
dita ætate noſtra, in tam magno contu-
macium, rebelliumque hominum nu-
mero, ſanctæ eccleſiæ proceres, nil ni-
ſi minas, excōmunicationes, & anathe
mata concrepent. Longe plus enim eſt,
Pauli & Petri tempore, ter vel quater
excommunicationis ſententiam latam
fuiſſe, in tam exiguo fidelium numero,
in tanta primitiuæ illius eccleſiæ ſancti
tate, quàm ſi hodierna die, in tanta &
Chriſtianorum, & ſcelerum copia, cen
ties mucro ille ſpiritualis euaginetur.
Illud tamen eos monere non deſinam,
tela iſta & fulmina, non quidem ob le-
uiores cauſas immittenda vel exercen-
da fore, ſed tantum in grauiſſimis, peri-
culoſiſſimiſque negotijs. Imperitum ſa
ne militiæ, illum nemo, non dixerit, qui
in exiguo quoque negotio, enſem exe-
rit, & vibrat. Frequentiore enim vſu,
mucro hebetatur, eiuſque acies retun-
ditur potius, quàm acuatur. Ita ergo &
vileſcit authoritas, de qua ſæpe & teme
rè pericula facimus. In contumaces ita-
que, & nefandis criminibus obrutos,
opere pretium fuerit animaduertere.
At infirmis omnibus & ſingulis, iuxta
Apoſtolicam ſententiam, parcere, con-
deſcendere, ſeſe accommodare, vt ado
leſcere poſſint, neceſſe eſt, vt quiſque
1.Cor.11 cum Paulo dicere poſſit. Quis infir-
matur, & ego non infirmor? Quis
ſcandalizatur, & ego non vror? Om-
nibus omnia factus ſum, vt omnes
1.Cor.9. lucrifacerem. Factus ſum infirmis
infirmus, his qui ſine lege erant, tan-
quam ſine lege eſſem, cum in lege eſ-
ſem Chriſti. His qui ſub lege erant,
quaſi ſub lege eſſem, cum ſub lege nō
eſſem, vt infirmos ex lege, legique
ſubditos, Chriſto meo, amori meo, meo
theſauro lucrifacerem. Hoc eſt, quod
hic molitur Paulus. Exemplo autem
res dilucidior fiet. Tu crucifixi ima-
ginem vides, protinus vt par eſt, defi-
xis in eam oculis, mente adoras, quod
in ipſa intueris, atque genuflectis. Eſt
infirmus quiſpiam tecum, ex iudaiſ-
mo nuper conuerſus, vel ex ſarace-
nis, qui nondum intelligit imaginum
honorem ad prototipon referri, offen-
diturque ſtatim, cum videt te manu-
um ſimulachra, quæ artifex effinxit,
pronis in terram vultibus, adorare.
Tu itaque abſtine, declina, ſubueni
fratri tuo, negotium aperi. Nam De-
us eſt, quod imago docet, ſed non
Deus ipſa. Hanc videas, ſed men-
te colas, quod cernis in ipſa. Ita
fiet, vt illum magno tuæ animæ lu-
cro, ab illa iudaica, maumethanaque
opinione dimoueas, & in fide con-
firmes. Tu ſtomacho languens, con-
templatiuæ vitæ intentus, ne corpo-
ris infirmitatibus, à reliquis pietatis o-
peribus abducare, vtriuſque medici
conſilio, nullo non die carnibus, &
vino vteris. Exiſtimabit infirmus il-
le & illiteratus, te gulonem eſſe &
voracem, libidinique inſeruientem,
quod in carnibus, & in vino luxuria
ſit, prauumque iudicium ſuo ipſius,
maximo damno, de te concipiet.
Demitte te ad fratris tui opinionem,
ne cauſam illi praue ſuſpicandi affe-
ras, contine, paululum oſtende, non
eſſe in crimine eſcam, ſed affectum
declara. In quibuſcumque rebus a-
gendis, rationem in primis diuinæ glo-
riæ habendam, ad huncque ſcopum,
omnes hominum actiones, dirigen-
das eſſe. Et propterea ſpiritalia pie-
tatis opera, corporalibus præferenda
eſſe, vbi ſimul omnia haberi non poſ-
ſunt. Ita illius conſcientiam, ſcru-
pulorum, errorumque nebulis pertur-
batam, ſerenabis, & lucratus eris fra-
trem tuum. Tibique poſt Deum,
animam ſuam debebit perpetuis tem-
poribus. Iſtud ergo eſt, infirmorum
imbecillitates geſtare. Ad hunc quo-
que modum intelligi debet, ſi quiſ-
piam iracundus fuerit, ſi contume-
lioſus, illum Chriſtiana modeſtia fe-
rendum eſſe. Non maledictis proti-
nus repercutiendum, ne magis illum
furere & debachari contingat, ſed tol-
letandum,

lerandum, inſtruendum, leniendum. Tu perfectus es? Nonne? Tuo merito ne, an Dei dono? Certe dono Dei. Deo igitur uices repende, is te tollerauit, & ex infirmo fortem effecit. Memento ergo, quod & tu puſillus eras, & fortis euaſiſti. Huncin modum debiles fouebis, vt & ipſi tecum diuina gratia, fortes efficiantur. Vult enim Chriſtus ſuam munificentiam, non quidem in teipſum, ſed in proximum retaliari.

Vnuſquiſque noſtrum, inquit Paulus, noſtrum inquam, qui potentes ſumus, & gratia, & authoritate, qui primas habemus in eccleſia: quibus Deus maiora dona contulit: qui imbecillitatem eximus, *proximo placeat in bonum, ad ædificationem*. Etiam, ſi quandoque nobis ipſis diſpliceamus. Qui enim ſibi ipſi tantum placere ſtudet, infirmorum defectus ferre non poteſt. Quo itaque læto animo puſillorum onera portare poſſimus, & imperfectiones tollerare, cum id præcepiſſet Apoſtolus, protinus hoc addidit, ne nobis vnis, ſed & alijs placeamus. Addidit autem, *in bonum*, ne in nefario opere, proximo placendum putares, quamuis etiam ille ſcandalizaretur, ſi id nequaquam expleres. Per bonum vero etiam id intellige, quod ad bonum & ad malum indifferens eſt. Modo enim opus non ſit malum, proximo placēdum eſt, eius ſcilicet infirmitati condeſcendendum. *Ad ædificationem autem*. Hic eſt huius charitatis finis, ſi nulla ſit eius ędificationis ſpes, nequaquam illi placendum eſt. Sed conſtanter agendum, quod cæptum eſt. Etiam ſi ille ſuopte vitio, ex bono opere offendiculum patiatur. En itaque, quanta eſſe debet charitas Chriſtiana, ne ſcilicet propria commoda quæramus, ſed proximos noſtros ædificare nitamur. Licet nanque, de maioribus tantum loquatur Apoſtolus, à fortiori nihilominus de imperfectioribus intelligit. Si enim perfecti in perfectis placere debent, multo magis è contra. In exemplum autem Chriſtum inducit, qui ſane ſcopus ille eſt, ad quem ſemper oculos noſtros, in omnibus agendis habere debemus. Iuxta illud. Inſpice, & fac ſecundum exemplar, quod tibi in monte monſtratum eſt. Exo.25. Omnis quippe Chriſti actio, noſtra inſtructio eſt. *Etenim* ergo. *Chriſtus*, cum ſibi ipſi maximè placere poſſet, quia peccatum non fecit, nec facere potuit, tamen. 1. Pet. 2. *Non ſibi ipſi placuit, ſed*, ſupplendum eſt, diſplicuit ſibi, quò alijs placeret, *Sicut ſcriptum eſt*. In Dauid, qui Chriſti vices agens dixit. *Opprobria opprobrantium tibi ceciderunt in me*. Pſ.68.

Verba ſunt hæc Chriſti Ieſu ad patrem dicentis. Quoniam zelus domus tuæ comedit me, opprobria opprobrantium tibi ceciderunt in me. Amor ille vehemens eccleſiæ tuæ, Pater Optime. Qui me comedit, non ſecus, quàm ignis ardentes flammæ ſtipulam ſiccam deuorare uidentur, in cauſa fuit, vt cum vnice tibi placere cuperem, & quos mihi dederas, non perdere ex eis quemquam, nondum ſaturi Iudæi illi ingratiſſimi, qui olim tibi exprobrabant, maieſtatem tuam ſemper in ſecula ſeculorum, benedictam, amen, blaſphemantes, maledicentes, tentantes, irritantes, per deſerta in me quoque, qui tuum honorem defendebam, deſeuierint, & tanquam canes, poſt innumera opprobria, meam obſederint vitam, atque dilaniauerint. Tibi mortem intentare non potuerunt. Finis ergo conuitiorum, quibus perditæ Gentes ille te affecere, ad me tanquam tuas vices getentem, deuolutus eſt, me occiderunt. Ecce morior, cum nihil horum fecerim, Dan.13. quæ iſti malignè compoſuerunt aduerſum me. Libens tamen & lubens morior, vt improperiorum illorum pęnas, quibus tibi & mihi exprobrarunt, ego ipſe proprio ſanguine luam, vt peccata illa in me cadant, vt hac ipſa corporis mei oblatione, quod offero in ara crucis, illis agnoſcas. Factus ſum illis in parabolam. Aduerſum me loquebantur, qui ſedebant in porta. In me pſallebant, qui bibebāt vinum. Tu ſcis improperium meum, & confuſionem meam, & reuerentiam Pſal.68. meam. Ego vero orationem meam, Ibidem. ad te domine. Tēpus beneplaciti Deus.

Ignoſce

Luc.22. Ignoſce illis pater. Nō enim ſciūt, quid faciunt In multitudine miſericordiæ
Pſ.68. tuæ, exaudi me in veritate ſalutis tuæ. Hæc omnia ex pſalmo illo, vnde iſtud verbum deſumpſit Apoſtolus. Vides quomodo Chriſtus nō ſibi placuit, ſed
1. Pet.2 patri, ſed hominibus. Peccata enim noſtra pertulit in corpore ſuo, millæq; improperia quę carni diſplicuiſſe poterāt, pro diuina gloria, proque noſtra ſalute ſubſtinuit, cum dicerent illi. Samarita-
Ioan 8. nus es tu. Demonium habes. Blaſphe-
Matt 26. mauit. Nō eſt hic homo à Deo, qui ſabbathum non cuſtodit. Inſanit, quid eū audis? Ecce homo vorax, potator uiui.
Ioan.9. Deſcende de cruce. Alios ſaluos fecit,
Matt 11. ſeipſum non poteſt ſaluum facere.
Matt.26. Vah qui deſtruis templum Dei, & in tribus diebus reædificas illud. In Beelzebub principe demoniorum, hic eijcit
Luc.11. demonia. Nonne hic eſt filius Fabri?
Luc.4. A Nazareth poteſt ne aliquid boni eſ-
Ioan 1. ſe? Quem teipſum facis? Reus eſt mortis. Nonne poterat facere, vt non expro
Ioan.10. braretur? vt non pateretur? vt non male dictis laceſceretur? Potuit vtique, ſed nobis, & diuinæ gloriæ proſpiciens, ſua
Matt. 26. carne neglecta, contumelias, cōuitiaq; perferre, & malum nomen apud plurimos habere voluit. Durum ne ergo, & graue tibi videri debet, vt ſi iniurioſum virum, iracundumque, & contumelioſum tua patientia feras? Si infirmioribus te accommodes? ſi pleroſque puſillorum defectus diſſimulare ex animo ſtudeas? Iniqui homines te ſtupidum, vilem, inſenſibilem, ſimulatorē, vafrum, & minime generoſi animi virum prædicent in plateis. Si iam dudū æterno patri maledicere conſueuerūt, in filium qnoque Dei inſaniere, quid mirum, ſi & tu eorum iacula deuitare, non potes? Longe melius eſt, à perditis viris vituperari, exprobrari, quàm laudari, glorificari. Propterea Chriſtus dū probro ab eis haberi non abhorruit, ueram gloriam eſt conſequutus, gloriam inquam, quæ ſemper durat, ſpiritalium rerum. Nam terrena, hæc gloria, inſtar puncti. *Quæcunque enim præſcripta ſunt, ad noſtram doctrinam ſcripta ſunt, vt per patientiam, & conſolationem ſcripturarū, ſpem habeamus.*

Ne putes hæc, quæ de Chriſto tot antea ſeculis cecinit uates, hac tantum ratione ab eo ſcripta eſſe, vt Chriſti hiſtoriam texeret. Sed vt per eam hiſtoriā, nos ipſi diſcamus, non modo nobis placendum, ſed proximis, improperiaq; malignorum negligenda. Quod & de euangelica hiſtoria intelligendum eſt; Omnia quæ à prophetis de ſanctis hominibus ſcripta ſunt. Id enim intelligit cum dicit. *Præſcripta.* Hoc eſt antequam fierent ſcripta. *Ad noſtram eruditionem conſcripta ſunt.* Vt nos illis edocti, & confirmati, quæ futura erant legentes, & poſtmodum præfixis temporibus facta, reipſa comprobantes, in hiſce mundi agitationibus, magnam, ingentemque conſolationem, ex libris ſanctis accipiētes, aduerſam fortunam forti animo patiamur, ſummaque animi hilaritate, felicia illa æternæ gloriæ gaudia, ſperemus. Ita enim omnes ſan
cti & ſanctę Dei, habentes ſolatio libros 1.Mac.12.
ſacros, Chriſti Ieſu patientiam legentes, tormenta, vincula, carceres, æquo animo perpeſſi ſunt, ad gloriam illam incomparabilem aſpirantes. Et nos ergo Chriſtum, ſanctoſque omnes legentes, pro fratribus ſuis multa perpeſſos fuiſſe, noſtris miſerijs ſolatium capimus, patientiaque robuſtiores, & ſpe animoſiores euadimus, vt nec deſperare, nec à fide dimoueri poſſimus. Quia autem dicit. *Per patientiam & conſolationem ſcripturarum, ſpem habeamus.* Quo ordine ſpes & patientia ſe ſe habeant rectè ſcimus. Neq; enim bonum ſperat, qui mala nō patitur. Quod quippe bonum habet quis, quid amplius ſperat? Agnoſcitur ergo, & probatur illum ſperare, qui lubens mala perpeſſus fuerit? At reipſa, patientia ſpes equidem prior eſt. Neq; enim lubenti animo mala perferimus, niſi quia in futuræ felicitatis ſpe, gloriamur. Ex ſpe igitur patientia naſcitur, verum ſpem patientia probat. Vt tamē effectibus augentur cauſæ, ita patientia ipſa ſpes augeſcit, potiſſimū ſi libri ſcti adiūcti fuerit, ſicut hic dicit Apoſtolus. Nam patientia operatur probationem, probatio ſpem, id eſt ſpei augmentum. Contendendum itaque eſt, inquit Apoſtolus,

ſtolus, vt inuicta patientia fulti, ſanctorum librorum ſolatio, & ſpe ſemper gaudentes, Chriſtum imitemur, qui non ſuæ carni placuit, ſed aliorum incumbens ſaluti, exemplum nobis omnibus præbuit, vt proximorum noſtrorum ſtudioſiſſimi ſimus. Sed qs (inquies) Chriſtum in tam eximia charitate, ſuis niſib⁹ imitari poteſt? Apud homines hoc im-
Mar. 10. poſſibile eſt, apud Deū verò omnia poſſibilia. Ideo ſubditur.

Deus autem patientiæ & conſolationis, det vobis idipſum ſentire mutuo, ſecundum Chriſtum Ieſum.

Oratio impetrat, quod natura non obtinet. Precatur ergo Paulus pro Romanis. Hoc enim in omnibus neceſsitatibus noſtris vnicum refugium eſt, vt ad Deum preces fundamus. Deus eſt,
Pſ. 70. qui nobis patientiam largitur, iuxta Pro
1. Cor. 1. phetam. Tu es patientia mea. Deus eſt qui nos conſolatur. Audi: Benedictus Deus, pater miſericordiarum, & Deus totius conſolationis. Deus itaque, qui patientiam (inquit) contulit, & conſolatur, ſua gratia efficiat, vt vos omnes tanta alter in alterum charitate ferueatis, vt vnuſquiſque ita alterius ſalutem quærat, & curet, ſicut ſuam. Hoc enim verbo illo.

Idipſum ſentire mutuo, intelligitur. Sicut Chriſtus ſua morte, omnes à morte ſaluauit. Hoc quippe verbo illo. *Secundum Chriſtum Ieſum* intelligitur, id eſt ad Chriſti imitationem. Licet & ſenſus eſſe poſſit, Quiſque alteri ſeſe accommodet, & placeat æque ac ſibi in his quæ Chriſti non quæ mundi ſunt, vt malam concordiam ſcindat, & bonam ędificet. Ecce autem finis, huius mutuæ conſenſionis & pacis, glorioſus & verè chriſtianus. *Vt vnanimiter vno ore glorificetis Deum, & patrem Domini noſtri Ieſu Chriſti.*

Vnum os dicitur, ſi per diuerſa ora, ſenſus idem, ſermoq; procedat. Vnum ergo animum exigit Apoſtolus, & vnum os, vt ſciſſuræ tollantur, & contentiones. vt idem corde credant, idem ore confiteantur omnes, menteq; & labijs eaſdem Dei laudes perſonēt, quaſi
Io. 17. illis ſit cor vnum, & anima vna. Hoc eſt enim quod Chriſtus precabatur ad patrem. Pater, pro eis rogo, vt ſint vnum, ſicut & nos vnum ſumus. Ego in eis, & tu in me, vt ſint in vnum conſummati. Ob id itaque Paulus, vult domini noſtri Ieſu Chriſti patrem glorificari, vt illi ſcilicet agantur gratiæ, quod filij vocem pro eis exaudierit. Ne tamen tibi ſubrepat, Ieſum Chriſtum glorificandum non eſſe, nam ipſe inquit, Pater, & mea omnia tua ſunt, & tua mea ſunt, & clarificatus ſum in eis. Pater itidem, & clarificaui, & iterum clarificabo. Sed quomodo glorificandus, vel clarificandus, ſi ipſe ſplendor eſt gloriæ, & figura ſubſtātiæ eius? id verbo aſcribe, hoc homini. Verbum autem, & homo vnus eſt Chriſtus, igitur & glorificauit Chriſtus, & glorificat. Quia vero dicit. Deū & patrem. Nemo putet copulam illam inter diuerſa eſſe. Idem enim eſt Deus, & pater domini noſtri Ieſu Chriſti. At ſenſus eſt, glorificandum eſſe Deum, vt Deum, & vt patrem domini noſtri Ieſu Chriſti. Hæ quippe rationes diſtinctæ ſunt, vt patet. Deum nanque, & qui vulgo Philoſophi dicuntur, credunturque athei, glorificant. Verum, vt patrem domini noſtri Ieſu Chriſti nemo, niſi verè fidelis, & catholicus.

Propter quod inuicem vos aſſumite (ſicut, & Chriſtus aſſumpſit nos) ad gloriam Dei.

En modus, quo finem iſtum optabiliſsimum facile nanciſci nemo non poteſt. Videlicet, vt vnanimes vno ore, Deum glorificemus, & opere. *Propter quod, ergo,* id eſt, vt hoc aſſequamur, vt vnanimiter vno ore glorificetis Deū, & patrem domini noſtri Ieſu Chriſti; alter alterius onera portate. Chriſtus noſtras portauit infirmitates, quanto ergo magis nos ipſi noſtras infirmitates, alternis humeris ſubſtinere debemus?
ſubſtineamus autem, vel feramus, (inquit) non quidem ad peccantium impunitatē, ſed ad dei gloriam. Fortaſsis autem hoc ab Apoſtolo additum eſt, vt nobis omnibus calcaria adhibeat. Si enim vrbanitas, ſi fratris amor, ſi imbecillitatis propriæ experientia, ad id perſuadendū, non ſufficit, vt chriſtiana pietate alter ad alterum ſe ſe inflectat, certè diuinę gloriæ intuitus, vniuerſos compellere, Gal. 6. Act. 17.

re debet, vt quiſque fratris onera ferat. Cuius enim gloriam zelare debemus, Act. 17. niſi Dei? In quo viuimus, mouemur, & ſumus. Ad Dei gloriã aũt ſpectat, vt nemo alteri offendiculũ paret, quo quiſq; ſeruari poſſit. Offendunt uero infirmi ſepiſſimè, niſi ſemp ad eos leuandos & geſtãdos propẽſi ſimus. Illud itaq; interpoſitũ eſt. *Sicut Chriſtus aſſumpſit nos.* Huiuſque ſententiæ lectio hæc eſt. Propter quod inuicem vos aſſumite, ad Dei gloriam. *Sicut Chriſtus aſſumpſit nos.* Tunc autem declarat, quomodo Chriſtus aſſumpſit nos Et quia dicens, nos Chriſtianos, omnes intellexit. Chriſtiani verò & ex Iudæis, & ex Gentibus in vnum populum coaleſcunt, de vtriſq; diſſerit breuiſſime, quomodo aſſumpſerit eos Chriſtus, præputiatos ſcilicet, & circuncifos. Hic modo attendite omnes, ſi poſt tam aſſiduos labores, ab huius epiſtolæ ſcopo, aberrare non vultis. Hic enim omnium contentionum finis eſto.

Hactenus nanq; diſputatum eſt. Nũ propter Iudæos, an propter Gentes venerit Chriſtus Ieſus. Hoc enim illud eſt, quo ſuperflua contentione in hac vrbe Romæ Iudæi, & Gentes alter alteri, ſe ſe præferebant. Vterque nanq; euangelicam Chriſti Ieſu gratiam, ſibi primum deberi arrogabat. Præter multas enim huius epiſtolæ, quæſtiones, hæc prima eſt, propter quam tantũ negotium ſuſcepit Paulus. Plurimæ erãt vtrimque rationes, hucuſque Paulus, cauſam agitauit. Quandoque Iudæis fauiſſe viſus eſt, quandoque Gentibus, nondum tamen apertè ſentẽtiam tulit. Ecce modo iudicium.

Dico autem Ieſum Chriſtum, miniſtrum fuiſſe circuncifionis, pro veritate Dei, ad firmandas diuinas promiſſiones patrum. gẽtes autem, pro miſericordia glorificent Deũ.

Quis huic ſententiæ, quam talis, tãtuſque arbiter diuino edoctus oraculo protulit, contradicere non uereatur? Audet ne forte Iudæus ſe ſe Paulo opponere, qui pro ſinagoga zelat, dolet, ingemuit, triſtatur, aduocat, præcatur, optat anathema eſſe à Chriſto, quo illa ſeruetur? Audet Ethnicus, pro cuius gloria pugnat, digladiatur, lapidatur, blaſphematur, irridetur, moritur? O inurbanos. O impios vniuerſos, qui tanto iudici reluctari uoluerint. Qui etiam extrema illa die, ſanctorum choris pręfectus, propè regis regum tribunal, angelos iudicabit. *Dico autem ego.* Ego inquam doctor, Apoſtolus, & magiſter. Ego, quem vas electionis ablata rubigine, finxit dominus, vt portem nomen eius coram Gentibus, & filijs Iſrael, Ego, ſiue in corpore, ſiue extra Act. 9. corpus neſcio, Deus ſcit, raptus in pa- 1.Cor. 11. radiſum, vbi audiui arcana, quæ non licet homini loqui. Ego dico, immo nõ ego dico, ſed dominus dicit. An experimentum eius, quæritis qui in me lo- 2.Cor. 13 quitur Chriſtus? Ego Paulus, immo nõ Paulus ipſe ego, ſed mirabili quadam transformatione in Chriſtum mutatus. Viuo ego, iam non ego, viuit autem in me Chriſtus. Gal. 2. Ego dico, non humano Gamalielis ſpiritu edoctus, ſed verè θεοπνευστος. Puto enim, quod & ego ſpiritum Dei habeam. Ego dico, Ieſum 1. Cor. 7. mundi ſaluatorem, Chriſtum uerè un- Heb. 1. ctum præ participibus ſuis, olim multifariè, multiſque modis promiſſum fuiſſeque patribus in prophetis Iudæorũ, veniſſe itaque ad Iudæos, ne de diuinarum promiſſionũ veracitate, nulla poſſet à male affectis Iudæis, haberi ſuſpitio. Iuſtum erat, vt quod iureiurando ſinagogę patribus, pollicitus fuerat Deꝰ omnipotens, quandoque perficeret. Non eſt enim Deus, vt homo vt men- Num. 23. tiatur. Nunquid enim incredulitas eorum, fidem Dei euacuauit? Abſit. Eſt Rom. 3. enim Deus verax, omnis autem homo mendax. Verumtamen non ad Iudęos tantum, ſed ex miſericordia illa immẽſa, qua omnes homines vult ſaluos fieri, etiam ad Gentes, ſuæ lucis iubar dimanare voluit. Vt à ſolis ortu vſque ad Malac. 1. occaſum, magnum eſſet nomen domini in Gentibus. Erras Iudæe, ſi teipſum vnicè, curæ Deo fuiſſe arbitraris. Erras Ethnice, ſi cum oleaſter inſititius ſis, tibi arrogas, quod oleam fęcunditate pceſſeris. Erratis omnes, ſi uobis debitã fuiſſe Chriſti incarnationem & gratiã, inaniter effingitis. Gratis ille tibi promiſerat Iudæe, gratis ad te venit Ethnice. Tu patribus debes circunciſe, qui- Luc. 1.

bus iuſiurando iurauit, daturum ſe nobis altiſſimus. Tu vnicè debes Deo præputiate, quem à ſummis ſceleribus, citra promiſſa omnia, ingenti pietate ſeruauit. Cui plus dimittitur, plus diligere debet. Iuſtitia venit ad Iudæos. Sed ne inſoleſce ò Iudæe, non iuſtitia tua, iuſtitia Dei. Debebat exoluere, quod promiſerat, ſed ſibi, non tibi debebat. Miſericordia autem venit ad Gentes. At nec uos animo efferamini, quod magis gentilitatem, quàm ſinagogam dilexerit. Id totum gratiæ, non meritorum veſtrorum munus eſt. Qui plus diligitur, plus diligat. Iudæus per legem ipſam, occaſione accepta irritatus, ſine qua peccatum mortuum erat, in ſcelerum omnium ſtercore computruit, à Moſe vſque ad Chriſtum. Verè itaque ſuppliciorum omniũ tenebatur reus. Tantum abeſt, vt dignus eſſet, in quo diuinæ pollicitationes implerentur. Chriſtus tamen, vt maledictum legis, crucis maledicto ſuſtolleret, miſericordia propulſatus, venit, prædicauit, miracula egit, cruci; affixus eſt, reſurrexit, ne exciderent à tanto bono, quod propter diuinas illas promiſſiones expectabatur. Gentes naturali ſapientia prædite, Deum, quem ex mutis hiſce rebus agnoſcere poterant, haud coluerunt, turpiſſimis facinoribus ſe ſe totos obruere, reprobaque mente acte, & furentes, nullum non admiſere impietatis genus & idololatriæ. Miſertus eſt & illarum Chriſtus benedictus, propterea & ad illas tranſmigrauit, vt ſua luce de tenebris, ſua ſanctitate de uitijs, ſua maieſtate & gloria de fece tãta eruerentur. Quis hic audeat, vel in circũciſione, vel in præputio merita iactare? Quæ enim vtriuſque populi merita fuere niſi mala? Hæc eſt Apoſtolicæ ſententiæ concluſio, vt circunciſi diuinæ fidelitatis iuſtitiam, Gentes immenſam miſericordiam fateantur, neq; propria merita cognoſcant vel ſentiant. Cum ergo audis, Circunciſionem hic à Paulo, Iudæorum populum intellige. Hic enim mos eius eſt, vt circunciſos, circunciſionis nomine deſignet: tanquam à ſigno vel caractere, quo à cæteris dignoſcuntur, & ſuper cæteros gloriantur. Chriſtus itaque dicitur, miniſtrum fuiſſe circunciſionis, id eſt populi circunciſi, quoniam illis ſacramenta, verba, gratiam, miniſtrauit. Non autem ipſe Gentibus miniſtrauit, ſed Apoſtoli Chriſti miniſtri, ab eo miſſi, illis miniſtrarunt. Poſtquam eos, tàm magnis contradictionibus repulit circunciſio. Cum enim Apoſtolos recipere noluit ſinagoga, Chriſtum repuliſſe dicitur. Illius ergo delicto, diuina miſericordia, mala omnia in bonũ uertente, Gẽtibus ſalus facta eſt. Quoniam ipſe ad gentes tranſmigrauit. Gratias itaque perpetuas agant Gentes diuinæ miſericordiæ, inquit Paulus. Iudæi ſuam vnicè perfidiam & impietatem accuſent. Hinc pſalmographus cecinit pro Chriſto. Eripies me de cõtradictionib⁹ populi, (Pater optime,) populi inquam iudaici, qui cum Gentibus vbiq; terrarum diſperſis, ipſe vnus vni tus eſſet, merito populus dicebatur. Et conſtitues me in caput Gentium. Populus enim quem non cognoui, quem ſcilicet præſentia mea, neque per legem, neque per Prophetas haudquaquam uiſitaui, ſeruiuit mihi, cum primum ſeruiret idolis, in auditu auris tantum, citra viſum oculorum, obediuit mihi. Quaſi dicat. Miracula adeò magna ſicuti Iudæi, non vidit, coram quibus ſigna feci, quæ nemo alius fecit vnquam, tantum præcones meos audiuit, & credidit. Filij alieni, olim mei, nunc alieni, filij diaboli, mentiti ſunt mihi. Nouum enim teſtamentum, quod illis attuli, recipere noluerunt. Filij hi alieni inueterati ſunt, in terreni hominis uetuſtate permanſerunt, & claudicauerunt à ſemitis ſuis. Bene ſuis. Deſerentes enim legis intelligentiam genuinam, ſuis ſuperſtitionibus & traditionibus, agebantur. Claudicauerunt ergo tanquam vno pede debiles facti, cum vetus teſtamentũ profitentes, nouum reijciant. Ab ipſis itaq; Iudæis inſurgẽtibus in me, exaltabis me, cũ ipſis ſumma ope adnitẽtibus, vt me extinguerent, de terraque viuentium eraderent, tu inter gentes per omnem orbẽ, me glorioſum conſtitues. Vides igitur quan-

Luc. 7. Pſ. 17. Ioan 16. Pſ. 17.

quantum debent Gentes diuinam miſe
ricordiam collaudare, illique gratias a-
gere, quæ Iudæis cadentibus, illos ere-
xit, & in Chriſtianam ſuſtulit nobilita-
tem? Cœna Iudæis parata erat, ſed Gē-
tes Chri gratia, dapibus illis potiri ſunt.
Deum itaque collaudare, glorificareq;
non deſinant. *Sicut ſcriptum eſt, propterea
confitebor tibi in gentibus, & nomini tuo pſal
lam.*

Propterea, propter ea ſcilicet, quæ di-
cta ſunt ſtatim, ex eodem pſalmo deci-
mo ſeptimo. Ego (inquit Chriſtus,) O
Pater, pro Gentibus. (In enim hoc in
loco eſt. *Pro,*) confitebor tibi in omne
euum, laudis confeſſione laudabo te
eorum nomine, quod eas ad tantam ꝓ-
uexeris dignitatem. Laudabo inquam
te, non mutis elogijs, ſed & nomini tuo
canam, mente, oreq; tibi gratias agam.
Confitebor tibi in gentibus. ideſt efficiam,
vt Gentes tibi confiteantur. *Et nomini
tuo canam.* Faciam, vt Gentes canant.
O clarum, pro præputij conuerſione te
ſtimonium. Extulerat admodum circū
ciſionem Paulus, à patrum promiſſioni
bus, ne ergo inde præputium ſpernat,
antiqua prophetarum oracula, etiam de
Gentibus adducit. Ita quippe tollit Iu-
dæis arrogantiam, cum & de Gentibus
fuiſſe prædictum oſtendit. Verū enim-
uero, ne temere Gentes ſe ſe efferant,
Iudæos priores fuiſſe oſtendit. *Rur-
ſus dicit. Lætamini gentes, cum populo eius.*
Principalitatem igitur dat circūciſis ele
ctis, quibus Gentes dicit eſſe, tanquam
comites adiūgendas, vt ſimul vno ore
Deum glorificent, lætenturq; vno ani-
mo, quod vtrique populo ſalus facta ſit
redemptoris beneficio. Iudæus ergo re
frenatur, cum audit nō ſeipſum ſolum
in domino lætari. Gens autem depri-
mitur, cum intelligit promiſſiones de il
lius ſalute, non Gentibus, ſed Iudæis fa
ctas eſſe, vt & Iudæis ſe debere intelli-
gant. Idcirco enim Gentes Iudæis, non
autem Iudæi Gentibus adiunguntur.
Vterque populus ſedatur, cum à pro-
phetis dictum eſſe intelligunt, quod ex
Gentibus & Iudæis vnus populus co-
aleſcet, fiet unum ouile, ſub vno pa-
Ioan. 10 ſtore Deo.

*Et rurſum. Laudate Dominum omnes gen
tes, Græcæ, Barbaræ & Latinæ. Lauda-
te eum omnes populi.* Quoniam cum Iu-
dæis ad ſalutem vocati eſtis. Confirma Pſal. 116.
ta eſt enim ſup nos miſericordia eius,
ſicut cum illis ueritas domini manet in
æternum. Prima autoritas contra Iu-
dæos concludit, Chriſtum etiam ꝓpter
Gentes veniſſe: Propterea confitebor ti
bi in Gentibus, & nomini tuo canam.
Secunda, contra Gentes, Chriſtum ad
Iudæos principaliter miſſum fuiſſe. Læ-
tamini Gentes, cum populo eius. Ter-
tia vtroſque pacificat. *Et rurſus Eſaias* Eſa. 11.
*dicit. Erit radix Ieſſe, & qui exurget prin-
cipari gentibus, in ipſo Gentes ſperabunt.*

Quis ueſtrum ignorat Ieſſe, qui &
alio nomine Iſai dicitur Dauidis, patrē 1 Reg 16.
fuiſſe, hominem popularem, & inco-
gnitum mundo, antequam tantam, ta-
lemque prolem, mundo effunderet?
Radicem ergo magna ratione, eum no-
minat Vates, quod radicis inſtar, quaſi
ſub terra lateret. Vt autem ex paruis
radicibus magnæ arbores ſurgunt, ita
ex Ieſſe, reges & proceres, atque duces
per generationum ſarmēta prodiere.
Maxima arbor certè fuit Dauid. Ex qua
demum uirga illa egreſſa eſt. Virgo dei-
para, quæ illum campi florem, fructū-
que dulciſſimum gutturi noſtro ſuper
mel & fauum, mundo edidit, Chriſtū
Ieſum. Is itaque ille eſt, qui de radice
Ieſſe, exurrexiſſe dicitur, qui & cum ra
dice ſub terra latens, deſpectus, inglo-
rius, mortuus tandem & ſepultus, mi-
ro quodam & ineffabili modo, triūpha
ta morte atque deuicta ſurrexit, & ſu-
blimi illa exaltatione, trahēs omnia ad
ſeipſum, gentibus leges per Apoſto-
los dedit, iuraque præſcripſit. Vnde &
Gentes in eo, ſpem omnem collocaue-
runt, vt poſſit & velit eas tandem ad ui
tæ fontes aquarum traducere, vt non
eſuriant, neque ſitiant amplius, neque Apoc. 7.
cadat ſuper illos Sol, neque eſtus. Cur
autem putas vltimo loco Apoſtolus,
hoc Eſaiæ vaticinium ſeruauerit, quo
Gentes à ſpe in Chriſto extollit, niſi
vt arbitrariæ ſententię finem imponēs,
quo memoriale perhenne in auditorū
animis relinquat, Iudæos extimulet, ꝓ-
uocetque ad æmulandum carnem ſuā,
& aliquos ex eis ſaluos faciat? Quaſi
itaque

itaque dicat Paulus. Scriptum eſt, quod Gentes in Chriſto ſperabunt. Non eſt ſcriptum de vobis, ô Iudæi. Vos in Moſe ſperatis. Maledictus qui ſpem ponit in homine. Erubeſcite. Nam Gentes, quæ heri vel nudius tertius, ſimulacra colebant, nunc ſperant in Deo, illi ſe totos dedunt. Vos cur Deum abijcitis? Chriſtum inquã, qui eſt Deus de Deo. Eſt qui accuſat vos. Moſes, in quo vos ſperatis, quia non ſperatis in Chriſto. Sed quia inanes & irritæ ſunt præconum voces, niſi numen petram ſuæ ictibus gratiæ percutiat, propterea præcatur Paulus.

Hier. 17.

Ioan. 5.

Deus autem ſpei impleat vos omni gaudio & pace in credendo ad hoc, vt abundetis in ſpe, in potentia, id eſt per potentiam *Spiritus ſancti.*

Non vacat myſterio hæc ſecũda Pauli præcatio. Oracula enim adduxit de Gentilium & Iudæorum vnione, de vtriuſq; populi lætitia ſpirituali: de mutua inter eos conſenſione. Orandum ergo fuit, vt hæc omnia implerẽtur. Nam neq; ea, quæ prædeſtinata ſunt, & pronuntiata, citra orationum ſuffragia proficiſuperius declaratum eſt. Deus ergo ille inquit Apoſtolus, in quo ſperatis. Hoc enim accipit pro conſtanti, Romanos in domino ſperare, quod neque alicui citra Dei donum cõtingere poteſt. Ob id dicitur. *Deus ſpei.* Quod noſtræ ſpei actor ſit, & ſcopus. *Impleat vos omni gaudio.* Vt & in domino, & in proximo, & in vobis ipſis adeò gaudeatis, vt in cordibus veſtris vndequaque ſpiritalis lætitia exuberet. *Impleat, item, pace.* Vbi enim pax non fuerit, nec gaudiũ eſſe poteſt. In diſſenſione nanque, vniuerſus meror eſt, atque triſtitia. Omne vero gaudium ibi habetur, vbi pax reperitur. Ideo poſt gaudium, pacem poſuit, quaſi cauſam poſt effectum. Intelligitur autem, impleat pace, vt pacẽ vobiſcum, ſedatis animi perturbationibus, pacem cum proximo, iurgijs, contentionibuſque poſt poſitis, pacem cũ Deo, expiatis peccatorum ſordibus, habeatis. Impleat item *Fide*, vt & quæ prædicta ſunt futura, quæ etiam futura prædicta eſſe credatis. Hac triade, gaudio, pace, fide, triadem noſtrarum animarum repleri, quis eſt qui ignoret? Gaudium enim vim concupiſcibilem, pax iraſcibilem, fides replet rationalẽ. Qui autem gaudio, pace, fideque repletus eſt vitæ perhennis ſpe vndique exuberat. Spes vero iſta non confundit, quoniam ſpiritus ſancti potentiæ innititur. Si tuis innixus meritis æterna illa gaudia ſperas, quicunque es, vana eſt ſpes & incerta. At ſi ſpiritus ſancti potẽtiæ, nulla firmior, nulla certior. Neque enim à promiſſis deficere poteſt, neq; vult, neque nouit. Propterea ſpiritus ſanctus, & eius potentia hic nominatur, vt in ſpiritu intelligas, quod uelit implere. Quid enim eſt ſpiritus, niſi amor, i ſanctitate quod norit? Eſt enim ſanctus ἅγιος, ſine terra, cæleſtis totus, ac ideo ſummus intellectus, in potẽtia, quod nullatenus valeat impediri. Infirmitatis quippe eſt, & impotentiæ, vt ſcienti, volentiq; aliquid, obſiſtere poſſit. Præcemur itaque omnes prouolutis ad Deum mentibus, vt abundemus ſpe, non in noſtrorum meritorum imbecillitate, ſed in potentia ſpiritus ſancti. Huius autem ſpei ſcopus ſit Chriſtus Ieſus, vt quiſque noſtrum cũ Propheta dicat. In te domine ſperaui, nõ confundar in æternum. Ab illo nanque ſperandum eſt, & hic auxilium, & in cęlis pręmium. Ita ergo fiet, vt ad ſperata illa promiſſa, gaudij, fidei, atq; pacis plenitudine, eiuſdem ſpiritus ſancti virtute, intus & foris muniti, quibuſcunque etiam nobis repugnantib⁹, mundo, carne, & demone, perueniamus. Et hic huius epiſtolę negotium terminatur. O finem fauſtiſſimum, verè Paulo dignum. Vide tu quæſo, & addiſce ſummam hãc Pauli noſtri pietatem, hanc repletionem, hanc diuinam mentem. A Deo exorſus erat. Primum quidem gratias ago Deo meo, quod fides ueſtra annuntiatur in vniuerſo mũdo. In Deum finit. Deus autem ſpei repleat vos omni gaudio & pace in credẽdo. Initium rei cuiuslibet, totius virtus eſt. Finis eſt conſummatio. Iure ergo in cuiuſcunq;, ſiue magni ſiue parui operis principio & fine, Pauli exẽplo, Dei numen agnoſcendum eſt. Quis enim incipere quicquam poteſt, aut quis fine

Pſ. 30.

Deo

Deo cõſummate? Ego inquit ſum A, &
Apoc.1. ω. principium & finis. Irati Dij mihi crede excandeſcunt, vbi humana nota cęleſtibus ſe præferunt. In his ergo, quæ modo ſequuntur, vſque ad capitis huius finem, quid facit? quo charius, dulciuſque legatur ab omnibus hæc epiſtola, omnes mira arte, in vniuerſum demulcet Apoſtolus, atque lenit. Quæ.n. epiſtolas familiares iucundas, gratas, & voti compotes reddere ſolent, potiſſimum ſunt, illius qui ſcribit amoris, & beneuolentiæ inſignia. Ob id & epiſtolarum initio & calce, adniti conſueuimus, vt hi ad quos literas damus, intelligant, quàm in amando ſemper ueri, ſemper immodici ſimus, quo inter hęc, compręhẽſum negotium noſtrum, vndequaque reddatur fauorabile, & tanti amoris, quo nihil non poſſumus efficacia, auſpicatum exitum ſortiatur. In his itaque uerſatur nũc Apoſtolus, plurima verba maximum illius amorẽ indicãtia, epiſtolæ huius initio propoſuerat. Ne autem illorum obliti, prolixis hiſce ſermonibus, (epiſtolarum enim anguſtiam videtur hic tractatus exceſſiſſe) de illius erga eos charitate frigidiuſcule ſentirent, noua quædam adiungit, quo refricati incaleſcant, & cum incaluerint, haſce literas, (quid dico literas?) hoſce veraces theſauros inquirant, effodiant, circunferant, amplectantur, diuinas haſce ambroſias bibant, rebibant, ingurgitent vſque ad ebrietatem. Hæc ſacra και μεγαλα μυςηρια legant, relegãt, perſcrutentur: has opes cęleſtes ſitiant, eſuriant, acquirant, rapiant, poſſideant. Ita ergo fari incipit.

Perſuaſum autem habeo fratres mei, & ipſe ego de vobis, quod & ipſi pleni eſtis bonitate, impleti omni cognitione, valentes & inuicem alius alium admonere.

Magna laus hæc eſt, & dubio procul magni indicium amoris. Intuere mecum. *Pleni eſtis bonitate.* Non modo boni eſtis. Ecce quàm eos extollit ab affectu. *Pleni eſtis omni cognitione*, non ſolũ docti. Ecce quàm commẽdantur ab intellectu. Plerique autem boni ſunt & docti, & doctrina ac bonitate pleni, ſed nihilominus alijs ſua bonitate, aut doctrina proficere neſciũt. Non enim omnibus hoc datum eſt: Ecce igitur tertia Romanorum, laus. *Valentes & inuicem alius alium admonere.* Ecce à ſufficientia cæteros erudiendi. Verumtamen nonnulli, & boni ſunt, & docti, valentque etiam cęteros inſtruere. ſed id mundũ latet. En quarta Romæ laus, à publica fama. Attamen inquit Paulus. *Perſuaſum eſt.* Exploratum iam diu habeo, qđ pleni eſtis bonitate, impleti omni cognitione, valẽtes, & inuicem alius aliũ admonere. Cum autẽ dicit. *Perſuaſum autem habeo, & ipſe ego.* Hunc eſſe ſenſum intellige. Non modo plebeculam, publica ueſtrarum virtutum fama percurrit, ſed & ad meas peruenit aures. Non leui quodam rumuſculo, ſed adeò ingenti, vt mihi orbis magiſtro perſuadere potuerit, vt ita eſſe omnino credã, ſicut ubiq; prædicatur. En laudum vrbis Romæ faſciculus. Nemo dicat, Adulatorem agit Paulus, aſſentatur, uafer; fictis laudibus blanditur, quò eos ſibi in gratiam conciliet, quos primum exacerbauit, irritauit, repræhendit. Audi illum potius, quiſquis ei detrahere audes. Loquimur, non quaſi hominibus Eph.6.
placentes, ſed Deo qui probat corda noſtra. Neque enim aliquando fuimus in ſermone adulationis, ſicut ſcitis. At uera ſunt ne, hæc ipſius uerba, quibus 1.Theſ.
tàm egregiè Romani laudantur? Veriſſima ea eſſe, nemo dubitare debet. Scis autem quo pacto? Non alio ſanè, quàm Chriſti eccleſia tota pulchra & formoſa, ſancta & immaculata dicatur, cũ tamen minor fidelium numerus, ſanctus ſit, & immaculatus. Id enim maximè oſtendit, membrorum Chriſti in eccleſia communionem, quod partis ſanctitas efficiat, vt vniuerſum corpus ſanctũ eſſe credamus, & aſſeramus. Magna autem ratione, tropum iſtum imitatus eſt Apoſtolus, vt ſupra in vniuerſum eos oẽs coarguerat, & nunc in vniuerſum eos oẽs extollat. Huiuſmodi nanq; cõmẽdatio, ad inanem gloriam minus incitare videt, ſicuti & huiuſmodi repræhenſiones, ad indignationẽ minus prouocare ſolent. Et quid mirum, Bone Deus, ſi omnes laudat, quamuis etiam ſupra, omnes repræhenſionibus durioribus affecerit? Ad id enim, illum diſſen-

ſionum.

ſionum, contentionũq; vrbis fama coe
gerat. Ad hoc autem ſe ſe ex animo
impellit. Neminem enim ipſe nouerat
eorum,qui iurgijs,hæreſi, ſeditionique
anſam dederant. De omnibus ergo, vt
par eſt, piè ſentit. Adde,quod bonus
doctor, quò ad profectum calcaria di-
ſcipulis addat, diſcipulos vniuerſos lau
dare debet, vt in his qui laudandi ſunt,
virtus laudata creſcat, Hi vero, qui de-
generes exiſtunt,erubeſcant prorſus te
ſte conſcientia,tales minime eſſe, qua-
les à magiſtro putantur. Sed nõne mo
dũ ĩ laudãdo excedit? *Pleni* inquit *Eſtis*
bonitate,pleni omni cognitione. Grandia ni
mis ſunt hæc. Verũ, nõne lõge melius
eſt,de quibuslibet bene ſentire cũ ex-
ceſſu,q̃ vel tantillum deficere? Illis no-
ces& tibi ſi deficis,nulli ſi excedis. Ne-
mo tñ,cũ vocẽ illã audit. *Pleni*,admire-
tur.Quoniam de vno Chriſto Ieſu ſcri-
ptum eſt. Non dedit illi Deus ſpiritum
ad menſuram. Vidimus eum plenum
Ioan 3. Ioan 1. gratiæ & veritatis.Nam & Oceanus ple
nus eſt aquis, & fons, & riuulus, &
vas,& inter vaſa,hoc quidem magnũ,il
lud vero paruum, omnia plena eſſe poſ
ſunt. Chrs, Oceani plenitudinẽ habet,
Maria fontis, Apoſtoli riuulorum : va-
ſorum Chriſtiani omnes. Vnde & de
Stephano dicitur, quod erat plenus gra
Act.6. tia & fortitudine. Et ad Hæbræos in-
Heb.10. quit Paulus. Accedamus in plenitudi-
ne fidei. Quod vero dicit. *Pleni om-*
ni cognitione, de eorum cognitione,
quæ ad ſalutem neceſſaria ſunt, tantũ-
modo intelligi debet. Hæc autem in-
numera non ſunt, ne tibi magnum q̃d
dicere videatur Paulus. Quinario e-
nim numero compræhenduntur. Ali-
qua, nanq; credere oportet,fidei myſte
ria, quæ ſimbolo. Aliqua agere, quæ
decẽ p̄ceptis cõtinent. Aliqua ſperare,
æterne uite p̄mia. Aliqua timere, infero
rũ ſupplicia. Aliqua cauere, peccata le-
thalia.Hoc eſt ille quinari⁹, de quo Pau
1.Cor.14 lus, ſ.in eccleſia malo quinq; verba ſen
ſu meo loqui,q̃ decẽ millia verborum
in lingua. Hæc vero huius quinarij
cognitio,ex vtroque teſtamento,quàm
facile habetur. Qui ergo hæc nouerit,
dicitur ab Apoſtolo, plenus cognitio-
ne. Contra, qui hæc ignorat quomo-

do, ſi etiam omnia philoſophorum vo-
lumina teneret memoria,non inſipien-
tiſſimus dici poteſt? Literas mihi crede
profectò neſcit, qui ſacras ignorat.
Sapientes ſunt, vt faciant mala, bene Hier.4.
autem facere neſcierunt. Sapientia 1.Cor.3.
huius mundi, ſtultitia eſt apud Deum.
Sed quoniam in Chriſtiana profeſſio-
ne, ſcire,aut parum,aut nihil eſt, vti au
tem & exercere,plurimum. Affectum
enim & opus magè ſpectat lex Chriſti,
quàm intellectum. Propterea adiun-
xit, id quod primo loco poſuit tanquã
principale. Pleni eſtis bonitate.Cum
autem bonitatem audis, in mentem
tibi venire debet,integra probitas, per
antitheſim ad odia, ad contentiones,
ad rixas,de quibus ſupra rigidiuſculus
eos coarguerat.

Audacius autem, ſcripſi vobis fratres
ex parte,quaſi veſtram memoriam excitans
per gratiam, quæ data eſt mihi à Deo,vt ſim
miniſter Chriſti Ieſu in Gentes.

Ecce ſecundum amoris inditium.
Laudauit primum Romanos. Nunc ſe
ſe ſimul accuſat & excuſat, quod durio
ribus quandoque verbis eos reprehen
derit. Parcite (inquit) chariſſimi fra-
tres. Noui quod audaciuſculus fui in
reprehenſionibus meis, cum ſcirẽ vos,
& bonitate,& cognitione plenos eſſe.
Non me inſcitia , non odium, non li-
uor adegit,ſed importunus amor ille,
qui me huc illucque, pro ſalutis veſtræ
deſiderio rapit & agit.Timebam enim,
ne ex veſtra memoria, quandoque ex-
cidiſſet,quales vos ipſi ſitis, & quæ vos
deceant,tantis gratijs inſignitos. Rem
itaq; pijſſimã me facturum duxi, ſi illa
vobis ſuggererer, nõ quaſi vos noua &
incognita docẽs,ſed quaſi ſepultos igni
culos,ex obliuionis cineribus excitans.
Nulla autem temeritas me impulit, vt
ad tantam vrbem , quam vniuerſus ſu-
ſpicit orbis,literas meas darem,ſed Dei
optimi maximi munus, quo citra om-
nia merita mea, quæ nunquam fuere 1.Cor.15
niſi mala, (Perſequutus enim,ſum ec-
cleſiam Dei,) vnice ex eius gratia,
in Gentibus vniuerſis fungor. Acci-
uit nanq; me Deus omnipotẽs gratis, Gal.1.
ſecundum propoſitum voluntatis ſuæ,
& ſegregauit ex vtero matris meæ,

vt ſacrum Chriſti Ieſu euangelium inter Gétes, diſſeminarem & ſpargerem. Ob id igitur, ne diuino huic muneri
1. Cor. 9. deeſſem. Veh enim mihi ſi non euangelizauero, vobiſcum quaſi doctoris officium egi, & quæ ad fidem, & quæ ad mores, & quæ ad communem pacem ſpectare poſſunt, præcepta tradens, diuinis hauſta conſilijs. Ne itaq; vos obſecro, id moleſtè feratis. Non ipſe hunc honorem mihi aſſumpſi. Deus me quãuis indignum elegit, eligendo autem dignum fecit. Non ergo tanquam mea, ſed tanquam Dei, qui me dignum habere voluit à Gentibus vniuerſis mea uerba ſuſcipite. Sed nunquid, non decebat maxima tantæ vrbis dignitate conſiderata, mollius & humilius loqui? Non equidem. Ferire opus erat, & cruorem effundere, vt animæ veſtræ hoſtia
Leuit 1. Deo accepriſſima efficerentur. Non enim ſine ſanguine, ſacrificia vel hoſtias offerunt Deo. Propterea addit, vt ſim miniſter Chriſti Ieſu in Gentes. *Sacrificans Euangelium Dei.* Tunc euangelium Dei ſacrificatur, dum ſacro miniſterio miniſtrantur, diſſeminantur. Sacrum autem euangelij miniſterium
Heb. 4. eſt, vt per euangelium quaſi per gladiũ ſpiritalem, qui pertingit, vſque ad diuiſionem animæ & ſpiritus, animæ Deo ſacrificentur, quaſi immaculatæ victi-
Pſal. 50. mæ. Sacrificium enim Deo ſpiritus cõ tribulatus. Percutiendo ergo erant Romanorum pectora, vt ſanguis ille ſordidus exiret. de quo dicitur. Libera me de ſanguinib⁹ Deus, Deus ſalutis meæ. Et dealbatæ Deo ĩmolarentᷓ. Vnde ſeqᷓ. *Vt fiat oblatio Gentiũ acceptabilis.* Hoc modo conſtrue. Vt gentiũ oblatio, vt ſpiritus proprij, quos Gentes offerunt, ſint oblatio Deo accepta. Mactati ſcilicet, mortificati, excarnificati q; reprehenſionibus aſperioribus. *Et ſanctificata in ſpiritu ſancto.* id eſt per ſpiritum ſanctum. Eo enim ſanctificamur. Nec hoſtia aliqua Deo placere poteſt, niſi ſancto illo
3. Reg. 18. igne de cælo ad Heliæ præces, hoc eſt animæ feruentis deſcendente. Sancto inquam & diuino ſpiritu ſanctificata.
Sap 7. Sanctificat autem, cum in animas noſtras ſe ſe transfert, illis inuiſibiliter illabitur, & amicos Dei nos conſtituit.

Et hæc quidem fuiſtis (inquit Paulus 1. Cor. 6. enumerans peccata quædam horribilia & magna,) ſed abluti eſtis, ſed ſanctificati eſtis. Si quis dicat. Se ex ſeipſo ſanctificari, ſuperbus & mendax eſt. Verum enimuero, ſi ex ſancto ſpiritu quiſque dicat credentium, ſe ſe ſanctum eſſe, & cum Dauide clamet fidenter, ad dominum. Cuſtodi me domine, quia Pſ. 85. ego ſanctus ſum, non eſt iſta elati ſupbia, ſed non ingrati confeſſio. Non ignis & ligna, non ara, aut gladius ad Gen. 22. ſanctificandos nos, ad hoſtias noſtras immolandas, nobis ſunt amplius neceſſaria. Vetera abierunt, facta ſunt 2. Cor. 5 omnia noua, poſtquam Deus, qui ſpi- Ioan. 6. ritus eſt, carnem induit. Caro vniuerſa migrauit in ſpũm, & propterea dicit. *Sanctificata in ſpiritu ſancto.*

Habes itaque Pauli excuſationem. At quia ſe ſe ſatis depræſſerat, Romanos item magnis extulerat laudibus, vide quomodo ſeſe commendat, quantis præconijs ſe ſe effert, vt autoritate illius audita, timeant non parere. Ita eñi oportuit Romanos modo retundere, modo mollire, quod optimè ſemper geſſit Paulus, vere Protheum agens, & Cameleontem quendam, at non ad fallendum, ſed ad perſuadendum. Ego (inquit) cum eſſem aſtutus, dolo uos cę 2. Cor. 12 pi. In omnia verſus, & omnibus omnia factus. Dicit ergo. *Habeo igitur vn-* 1. Cor. 9. *de glorior in Chriſto Ieſu ad Deum. Non enim auſim quicquam eorum fari, quæ non effecit per me Chriſtus, (ad hoc vt Gentes obediant) verbo & facto in poteſtate ſignorum ac prodigiorum, in virtute ſpiritus Dei.*

Occaſionem negotij huius ſumit ab eo, quod ſtatim dictum eſt, propter gratiam, quæ data eſt mihi à Deo, vt ſim miniſter. Habeo ergo inquit vnde merito gloriari poſſim, & debeam, at nõ in me ipſo, ſed in Chriſto Ieſu. Qui glorietur, in domino glorietᷓ, non enim 1. Cor. 1 qui ſeipſum commendat ille probatus eſt, ſed quem Deus commendat. Gloriari autem poſſum, & reipſa glorior, *Ad Deum*, id eſt, quo ad Deum, non quo ad mundum. Scio quod mundi ſapientes me ſpermologon vocant, ina Act. 17. nium verborum ſeminatorem. Et hi

amplius

Ibidem. amplius nouorum demoniorum annũtiatorem, quanta perpetior à principibus, à populis vniuerſis? At ſi inglorius ſum hominibus, glorioſus ſum apud
Luc.16. Deum. Quod altum eſt hominibus, abominatio eſt ipſi Deo. Contempti-
1.Cor.1. bilia mundi elegit Deus, vt glorioſa deſtrueret. An hæc parua gloria eſt pro ab hominibus haberi? deſpici, lapidari, blaſphemari, in vincula conijci?
2.Cor.12 Libenter gloriabor, in infirmitatibus meis, vt inhabitet in me virtus Chriſti. Verum neque id mihi arrogo. Mihi enim donatum eſt, non ſolum vt Deo ſeruiam, ſed vt propter eum maledictis, tormentis, & cladibus afficiar. Sed longè maiores, & plures ſunt diuinæ gratię, quę me citra omnia merita mea, illuſtriſſimum efficiunt. Quid enim dicam de ſermonis copia & efficacia? Quid de prodigiorum ſtupore vt cætera mittam? Nihil enim auſim celebrare, quod mihi nõ contulerit Chriſtus. Inaniter ſibi de propria excellẽtia, pſeudo Apoſtoli hominum, cauponatores blandiuntur. Ego ea vnicè commemoro, quæ per me Chriſtus efficit, non ef-
Pſ.71. ficio ego. Deus operatur mirabilia magna ſolus. Non ſunt mirabiles homines, mirabilis Deus in hominibus eſt.
1.Cor.15 Magna quidem ſunt, quæ per me Chri-
Rom.11. ſtus effecit. Gratia Dei mecum. Illi honor & gloria. Quæ ego ſine Chriſto efficio, omnia quiſquiliæ ſunt. Quid eſt igitur vnde poſſim gloriari? Sapientiã hominum, qua ad pedes Gamalielis edoctus fui. Iuſtitiam ciuilem, qua ſi-
Gal.1. ne querela conuerſatus ſum. Zelum illum, & legis æmulationem, in qua ſupra coetaneos meos proficiebam, omnia hæc, quæ primum mihi magna videbantur, arbitror vt ſtercora. Illa vnice extollo, quæ mihi contulit Chriſtus. Nihil aliud eſt in me magnum, vel ſingulare. Noluit minutatim de duobus hiſce donis, ſermonis & operis diſſerere Paulus, ne modeſtiæ limites ſe ſe laudans immodicè excedere videretur. Nos ergo ne tanto Apoſtolo, ſimus & videamur ingrati, illius laudes ſilentio prætereuntes, poſtquam nobis ſe ſe offerunt ſponte, agè duas haſce χαριτες, quibus ipſe in domino gloriatur, linguę & ſignorum explicamus. Sed in tam vbere, tamque immenſa dicendi copia, vnde quæſo initium, aut vbi finem noſtra reperiet oratio? Nulla certè lingua, paulinam linguam, niſi paulina: nullus ſermo, Pauli ſermonem, niſi paulinus digne laudare põt. Quis mihi det paulinam linguam? Quis mihi det paulinum ſermonem? O linguam omnibus linguis ſacratiorem. O verba, verbis omnibus potentiora. O ſermonem ineffabilem. O ora ſuauiſſima. Quæ miracula quæſo non egit lingua illa, os illud, ſermo ille? Demonum phalanges expulit, peccata fugauit, tirannos deuicit, philoſophos ſuperauit, leniuit Cæſares, Barbaris veram Philoſophiam aperuit. Athenas in ſtuporem uertit, Romam ad Deum reduxit, proſtrauit Hieroſolymam, Sinagogas omnes confudit, Damaſcum docuit, Antiochiã confirmauit. Petro Apoſtolorũ coripheo perſuaſit, euertit magicas artes, inferorum regna perterruit. Angelis multiformem Dei ſapientiam demonſtrauit, omnem eccleſiam inſtruxit. O linguam benedictam, quæ dominum ſemper benedixiſti, & alios benedicere conſueuiſti. Hæc eſt illa lingua, quæ infirmorũ vlcera lingebat: lingua medicinalis, q̃ morboſos curabat, mortuos reſuſcitabat ad vitam, errãtes arguebat, puſillos cõſolabat, terrebat duros & peruicaces. Quo uis tonitruo terribilior erat lingua illa, cum in hæreticos inuehebatur. O Leonem admirabilem, qui vulpium greges inuaſiſti, diſpſiſti, euertiſti, quę vineam demoliebant. O canem fideliſſimũ, qui dñi vineam cuſtodiuit, catuloſq; ad cuſtodiendũ inſtruxit. O linguã potentiſſimam. Ad illius linguę imperium, demonum turmæ adulterum diſcerpere incæperunt, & eadem lingua cũ voluit, illũ ex eorum manibus, eis inuitis extraxit. Non tñ nobis timoris incutiũt fulgura, quantũ latratus ille, vox illa horrẽda demonijs. Si emortuas Pauli veſtes, metuebant lemures, & furiæ illæ, quid mi raris ſi viuã vocẽ ferre nõ poterant? O linguam nunquam ſatis laudatam, quæ coram Regibus diſſerebat, quę neminẽ uerebatur. Cuius ſermo, vt facula ardens erat, per quam Chriſtus loqueba-

 tur.

tur. A qua pendebant angeli, vnde vox effluebar omni tuba vehementior: muſicis ſuauior organis, terremotu potentior. O linguam linguis igneis plenam. O ignem veraciſſimum. O gladiú, quouis gladio penetrātionem. O malleum conterentem petras. O ſecurim vſque ad radicem arboris poſitam. Hæc lingua, Hic ignis, hic gladius, hæc ſecuris, hic malleus, Deorum aras, piramides, lucos, ſimulachra, arcus, ſtatuas, templa, combuſſit, contriuit, comminuit. Hac flamma ęther purgatus eſt. Hoc gladio profligati ſunt ſpiritus nequam. Hac ſecure, ſinagoga exciſa eſt. Hoc malleo petra percuſſa eſt, & fluxerunt aquæ. Ecce tres illi fontes, quos lingua illa vel emortua, fodit, cum iubente Nerone. (O ſcelus immane) decollaretur Paulus, ingeminaretq; ſanctiſſimum, dulciſſimumq; illud nomé, quo nihil illi vnquam altius cordi inhęſerat, *Ieſus*. Tunc enim (mirabile dictu) caput illud. O caput, angelicis tremendum ſpiritibus. O caput, altius cęlo, latius terra, ſole clarius, potentius igne, adamante ſolidius. Caput ne Pauli dicam, an Chriſti? an Dei? in quo omnes theſauri erant diuinæ ſapientiæ reconditi. Caput ergo illud in altum ac ſublime volans, quaſi alas haberet, tres haſce dicimus fontes, potétiſſima uoce illa, tibi Roma dedit. Et quid mirum? Fōs erat lingua illa, fluuius caput illud, vel magis Oceanus, à ſe fluuios fundens, fluuios inquam aquæ viuentis. Exibant noctu, & interdiu à capite illo lachrimarum flumina, vnde ſaliebāt fontes ad irrigandum, non terræ ſuperficiem, ſed mortalium corda. Deficiet me dies, ſi de lingua illa, deque ſermone illo, longius diuagari voluero. Facta vero, ſigna, & portenta, quis cō memoret? Cum tot & tanta fuerint,
Act. 14. vt licaonici clamarent. Dij ſimiles facti hominibus, deſcenderunt ad nos. Ea tātum ipſi delibabimus. Omnia enim, quæ de eo leguntur, admirabilia eſſe, nemo neſcit. In primis enim. Nonne omnem excedit admirationem, miraculoſa illa & tàm ſubita Pauli mutatio? Iā dudum enim, patrias leges tutans, & proauorū dogmata, cedibuſq; aſſiduis ſanctam Chriſti Ieſu plebeculam diſcerpere contendens rapidus, ſtatim poſt tenebras, diuino lumine, verum cæpit cognoſcere lumen, mira fides rerum, ſubito trans ęthera vectus, illi noſce datum, quid poſſent præmia vitæ. Colloquijs domini fruitur, ſecreta reſeruat. Quæ deinde gentibus ac populis prædicare habetur. At Paulum, nonne tātos mirum eſt, ſuperaſſe labores? Verbera, vincla, famen, lapides, rabiemq; ferarum. Carceris illumine, uirgas, tormenta, cathenas, naufragium, lachrimas, ſerpentis dira venena. Pone tibi ob oculos Paulum, & illum totum videbis admirabilem. Manum Pauli in primis. Nonne illa eſt, qua hee epiſtolę ſcribebantur? O manum. Quis mihi det, vt illi affigar? Manum lōge ditiorem & ſanctiorem, q̄ manus Moyſi, & Aaron.
Illam inquā manū, vt vipera ſenſit, protinus in igné decidit, ne illi manui noceret, quæ ſuo labore ſanctos Chr̄i pauperes refouebat. Quæ impoſitione ſua, ſpiritum ſanctum influebat, ne vna manu mortua, veneno totus orbis periclitaretur. Oculi illi. O oculos micātibus Act. 28.
ſtellis lucidiores, Oculos columbæ puriſſimæ lacte lotos, qui īter lilia iuxta, ſacrarū ſcripturarū fluēta, ſp reſidebant. Oculi ergo illi pulcherrimè cęcati, ad totiꝰ orbis ſaluté ꝓſpiciētes, Chr̄m in corpore intueri potuerūt. Miracula cernebant, quę videri nō poterāt, ſomnū neſciebāt, noctibus medijs vigilabāt, nec dolores, aut morbos, quibꝰ alij oculi afficiſolēt, ſubſtinebāt, terrena videbant & nō uidebāt. Pedes oī vento velociores, qui vniuersū circū currentes orbé, vbiq; Chr̄i nomē portarūt. Aſtringunt compedibus, at mox tā nō ferēdo ſcelere indignata terra, ſeipsā quatit, cōcutit carcer, aperiunt oſtia, vinculaq; ſoluunt. Cor illud, cor mundi. Ita.n libet, Pauli cor appellare, tāq̄ vitę orbis pricipiú, & elemētū. Siquidē inde ſpūs uitę manabat in oēs. Bone Deꝰ, q̄ miraculoſum, q̄ ꝓdigiosū erat? Tā paruū, tā magnū erat, vt ītegras ciuitates, cūctos populos caperet, & nationes. Cor meū īgt dilatatū eſt ad vos, O Corinthij. Cor Cant. 5.
2. Cor. 6
illud erat ſpūs ſancti tabella, & Chriſti gratiæ codex, ſcriptus nòn atramento,
ſed

ſed dignito Dei viui. Venter ille, quis
Gal 4. credere poterit, quot filios parturijt, nec ſemel, ſed bis? Filioli inquit mei, quos iterum parturio, donec formetur in vobis Christus. O ſtupor & gaudium. Quid quæſo in Paulo erat, quod vndequaque mirabile non eſſet? Angelicus homo erat, in cuius emortuis mundo membris, Chriſtus ipſe cum ſtigmatibus vitam agebat cœleſtem, ſpiritualem. O membra cruci affixa, viua & non viua, mortua & non mortua, membra Chriſti, Chriſtum induta. Templum ſpiritus ſancti, ædificium ſanctum, habens Chriſti notas, & cicatrices. O corpus ſpiritale, quod cęlum tertium conſcendit. O ſpiritum corporeum, qui terrenis membris alligabatur. O Paulum, miraculum mundi. O ſummi Iouis fulmen, quo vno perterruit orbem, ſine quo nunquam crux eleuata eſſet in nationibus. O Deű terrenű. O hoĩem cæleſte. Nullus vnquã ueſtrum, (obſecro,) Paulum mirari deſinat, omni orbi, iure maximo admirabilem. A quo lumen effulſit, omni ſplẽdore corruſcantius. Qui errantibus nobis veritatem inuexit. Qui euangeliű per terras, perque maria ſparſit. Per quem ſpiritus ſanctus hæc oracula ede revoluit. Cuius eloquijs Deum didicimus. Cuius exemplis veri Dei colentes euaſimus. Quo propagata eſt eccleſia, plantata fides, reuelata iuſtitia, ſpes immortalitatis adaucta, radicata charitas. Quo caro infrenis domita eſt, innouatus ſpiritus, è tenebris eruta ratio, ſenſus ſubactus, religio inſtituta. Quo Moſes periit. Quo Chriſtus reuixit. Quo abrogata eſt omnis ſeruitus. Quo agnita, redditaque libertas. Quo incantatus orbis. Quo ho
2. Cor. 5. minum piſcatio, tam magna facta eſt. Quo uetera tranſierunt, & facta ſunt, omnia noua. Hæc nonne maiora ſunt & mirabiliora illis omnibus, quæ ſtulto, vanoque errore decepta gentilitas, de ſuis ipſius Philoſophis atque Magis, ne Thianeum quidem ommittam, quem Deum vocant, refert conſtantiſſimè? Admiremur itaque Paulum omnes, virum verè admirabiliſſimum, ſi virum eum nominare fas eſt, tot mirabilium operum patratorem. Verum enimuero, admirari & obſtupeſcere ſatis non eſt, oportet & illum imitari, quemadmodum ipſe clamat, in hoc & admirabiliſſimus. Imitatores mei eſtote, ſicut & ego Chriſti. Ita digni erim', 1. Cor. 11
vt qui pro nobis in hac vita laborauit, in alia immenſo amore, quo exeſtuat totus, noſtræ inhians ſaluti, continenter ad dominum deprecetur. Quis. n. illum in morum probitate, in ſancta hac Philoſophia imitari non poſſit? Nõne Paulus homo erat, eiuſdem nobiſcű naturæ, omniaque habens communia? Carnis ne ſtimulo caruit Paulus? Audi. Rom. 6.
Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Video enim aliã legem in membris meis, repugnantem legi mentis meæ. An non tentauit Pau Eph. 6.
lum Sathanas? Audi. Non eſt nobis colluctatio aduerſus carnem & ſanguinẽ, ſed aduerſus principes, & poteſtates tenebrarum harum. An non à malis hominibus infeſtabatur Paulus? Audi. O- 1. Cor. 6.
ſtium apertum eſt, ſed aduerſarij multi. An non quandoq; & ipſe ſupra modű afflictus ferè concidebat? Audi. Supra 2. Cor. 1.
modum grauati ſumus, vt tederet nos etiam viuere? An non & ipſe peccare poterat? Audi. Caſtigo corpus meum, 1. Cor. 9.
& in ſeruitutem redigo, ne cum alijs prædicauerim, ipſe reprobus efficiar. Num ſemper in orationibus exaudiebatur? Audi. Ter dominum rogaui, vt 2. Cor. 12
diſcederet à me ſtimulus ille, & dixit mihi dominus. Virtus in infirmitate perficitur. Quid habes, ergo vnde non ſine ratione dicere poſſis, quis valet Paulum imitari? Excitemur, vigilemus, ſanctum illum diuinæ gratiæ igniculű, in nobis noſtro vitio conſopitum, accendamus, & Paulum, quàm facile, ſi non proximè, à longe ſaltem poterimus imitari. O inuictű Chr̃i militẽ. O Heroum ſapientiſſimum. O ducem nulli ſecundum. Eos felices, qui te colunt, qui te venerantur, qui tibi ſtudent, quorű tu curam geris, quibus tu patrocinaris. Quos tu præcibus tuis Deo commẽdas. Gaude, Gaude felix Roma, quæ tantű theſaurum poſſides. Hæc de Pauli laudibus ſufficiant.

Nemo autem miretur, ſi Paulus ad Romanos ſcribens ſeſe laudat. Si enim tritio Æneæ non datur, quod dixerit. Sum pius Æneas, fama ſuper ęthera notus, cum alioquin modeſtus fuiſſe, ſcribatur, hoc ideo, quia ignotis, & quibus ipſe etiam ignotus erat, loquebatur, cur vitio Paulo dari debet, quod Romanis ignotus, ſe ſe non à propria virtute, ſed à diuino munere agnoſci voluerit? Oportebat compeſcere eos, qui illi detrahebant. Erant autem innumeri. Magna igitur ratione, ſua priuilegia recenſuit. Sed vide quot verba hiſce laudibus adiecit, humilitatis antemuralia, ne illum tamen inflari crederes. *Habeo vnde glorior in Chriſto Ieſu.* Ecce primum. *Ad Deum.* Ecce ſecundum. *Non enim auſim quicquam fari eorum quæ per me non effecit Chriſtus.* Ecce tertium. *Ad obedientiam Gentium*, vel ad hoc, vt obediāt mihi Gētes. Ecce quartum. Non enim datæ ſunt hee gratiæ, propter me, ſed ad Gentium ſalutem atque vtilitatem. Sunt gratiæ gratis datæ iſtæ. Nemo me ob id ſanctum exiſtimet. Non enim gratiæ gratificæ ſunt. *In virtute Spiritus Dei.* Ecce quintum. Non enim mea virtute, non humano ſtudio, non magicis artibus, ſed diuina ſpiritus ſancti virtute datum eſt mihi gratis, vt tàm potens exiſtam. *Verbo & opere, in ſignis & prodigijs.* Signa miracula ſunt, vt morboſos curare: prodigia uero, mirabiliora, vt mortuos ad vitam reuocare. Quæ omnia, humana virtus ſibi aſciſcere nō poteſt. Diuina quippe ſunt, & virtutem indicant Dei immenſam. Tunc autem ſui muneris functionem declarat Apoſtolus. *Ita vt ab Hieruſalem vſq; ad Illiricum, etiam circumcirca impleuerim euangelium*
Pſ. 147. *Chriſti.* O quàm velociter currit ſermo
Pſal. 44. eius. Lingua ſua calamus ſcribe, velociter ſcribentis. Verè illorum vnus erat
Eſa 60. Paulus, de quibus Eſaias. Qui ſunt iſti qui vt nubes volant? Ab Hieruſalem inquit, vſque ad mare Græciæ, quod ab Illirio, quod in fine Greciæ ſitum eſt, Illiricum nominatur. Non recta pergens, & via regia tantum, ſed omnes quę circumcirca ſunt regiones perluſtrans. Vbique Chriſti euangelium pręedicaui. Non Phęnicem tantum, Siriam, Ciliciam, Cappadociam, peragraui, ſed & quæ circūcirca ſunt omnia, Perſidem, Armeniam, & Aſiam omnem quæ ad Auſtrum vergit. Et in his, ciuitates, Prouintias, Oppida, Gentes, Populos, & qui ſub Romanis erant, & qui ſub Barbaris. Omnium enim Gentium linguis 1. Cor. 14
loquor, & nemini quantumuis barbaro, ſum ego barbarus, pererraui. *Impleui euangelium.* Ideſt plene prædicaui, exacte illud edocui, & diſſeminaui. Non 1. Cor. 15
ego, ſed gratia Dei mecū. Mira res profectò. Videbatur Paulus volatilis auis inſtar factus, qui vbique circumuolitabat, nuſquam manens, nuſquam conſiſtens. Vides quomodo, cum ſupra ſe ſe comēdarit ab autoritate, à munere nūc ſeſe commendat, à laboribus pro Chriſto perpeſſis? Abundantius inquit Apo Ibidem.
ſtolis omnibus laboraui. Sed quia hoc quandam gloriam præſeferre uidebatur. Vide quomodo id temperauit. *Sic autem ſtudens euangelizare, non vbi nominatus erat Chriſtus, ne ſuper alienum fundamentum ædificarē, ſed ſicut ſcriptum eſt,* Eſa. 51.
quibus non fuit annuntiatum De eo videbūt, & qui non audierunt intelligent.

Inter Hieruſalem, & Illiricum, peregrinationis meæ fines, illum à quo, hūc ad quem, pleraque loca erant, in quibus duodeni illius chori aliquis prædicarat Chriſtum, & annuntiarat. Illuc ergo ipſe non prædicaui, inquit Paulus, ſed tantum in illis locis, qui mea opera Ibidem.
indigebant, vt iuxta Prophetam. Hi quibus adhuc non erat euāgelizatus Chriſtus, Chriſtum uiderent. Viderent inquam fide, per ſpeculum in enigmate. Hoc eſt enim quod ſubditur, quaſi eius expoſitio. *Eſt.* pro *Ideſt, qui nō audierunt, intelligerent.* Id autem ex animo, ſtudioſe faciebam. *Ne ſuper alienum fundamentum ædificarem.* Ideſt à Gētibus crederer ędificare. Quaſi prædeceſſores mei, non bene ędificaſſent. Talis eſt & loquutio illa. Ne in vanum; ſiue in vacuum cucurriſſem; ideſt currere exiſtimarer. Illi Gal. 2.
optime ædificarant, Indignum igitur erat hominem, qui gloriam propriam non quærit, qualis ego ipſe ſemper fui, in aliorum meſſem introire. Si propriæ gloriæ cupido, meum animum titillaſſet, illuc vbi alij pręedicarāt, acceſſiſſem,

vt &

vt & ipſe nonnihil inter eos eſſe uide-
rer. Sed abſit, vt id unquam fecerim.
Ipſe fundamenta iacere volui, & ædi-
ficate, non vt gloriam meam dilatarē,
ſed vt Apoſtolicæ gloriæ nihil detrahe-
Leuit. 19. retur. Adde. Quod id pſeudo Apoſto
lorum cōiſſimus mos eſt, vt ſuper ſata ſe
mina, auenas ſteriles, recedentibus agri
colis ſuperſeminent. Ne itaq; me pſeu
do Apoſtolum ſuſpicaretur orbis, qui
bono ſemine ſeminato in agro domini
zizania ſuperſeminarem, eos qui prius
ab anteceſſoribus meis Apoſtolis Chri
ſtum didicerant, nunquam adire vo-
lui, vt non modo vitio, ſed & uitij ſuſpi
tione carere poſſem. Hoc enim præſta-
re debent Chriſti præcones, vt & con-
ſcientiam tueantur & famam, ne con-
temptibilis eius prædicatio habeatur.
Ita habes Pauli munus, munerisq; fun-
ctionem. Non vacat autem myſterio il-
lud. *Vt qui non audierunt, intelligent.* Non
modo ſcilicet audiunt gentes, ſed intel-
ligunt. Quo contra de Iudæis dicitur.
Mar. 4. Audietis, & non intelligetis. Vide mo-
do quàm bellè, epiſtolæ finē cum prin-
cipio magna concordia iungit. Nolo
Rom. 1. vos ignorare fratres (dicebat,) quia ſæ-
pe propoſui venire ad vos, ſed prohibi-
tus ſum, vſque adhuc. Ecce ratio. *Pro-
pterea & impeditus fui, plurimum, quo mi-
nus venerim ad vos.* Quæ res præcipuè il
lius deſiderium aperit, quo Romā viſe
re pluries propoſuerat. quando pluries
dicit ſe impeditum fuiſſe, ne huc acce-
dere poſſet, quo maxime ſibi Roma-
nos in beneuolentiā conciliat. In cau-
ſa ergo, quod hucuſque Romam nō ue
nerit, fuit continuus prædicationis la-
bor, quo in Orientis partibus, pro mu-
nere Apoſtolatus obeundo, detinebat.
Vnde ſubdit. *Nunc vero non amplius
locum habens in his climatibus.* Oportebat
enim. Orientem primum erudire, nē-
pe mūdi dextrum, vnde incipit omnis
motus, quàm Occidentem. Nā & Chri
ſtus Ieſus noſter, Orientem, ſuis ſacris
myſterijs voluit decorare. *Deſiderium
autem,* antiquum illud adhuc. *Habens
veniendi ad vos ex multis annis,* maius, in-
gentiuſq; redditum. *Vt ſi in Hiſpaniam
proficiſcar, veniam ad vos.* Hoc totum ſu-
ſpenſe legatur. Sequitur modo cōclu-
ſio. *Spero ſanè* γαρ, pro δε, vel μεν.
*Tranſiens videre vos, & à vobis deduci
illuc,* in Hiſpaniam, ſcilicet. *Si vobis pri-
mum ex parte ſatiatus fuero.*

O quanta arte ſibi Romanos deuin-
cit. *Tranſiens in Hiſpaniam veniam ad
vos.* Vos opera mea non indigetis, &
pleni eſtis bonitate & doctrina, & Pe-
trum habetis, qui eccleſiæ columna eſt,
& collegij apoſtolici uertex. Hiſpania
indiget, cui adhuc non eſt annuntiatus
Chriſtus. Non itaque vt vobiſcum mo
rer, vt vobis prædicem, veniam, ſed in
Hiſpaniam proficiſcēs, ſi Deus illud mi
hi dederit, ueniam Romam, vt aliqua
ex parte vobis ſatiari poſſim. Vide quā
vehemēter amat, vide quàm ardet cha
ritate. Si vobiſcum ſemper eſſem, non
poſſem, veſtra conſuetudine mihi ſem-
per optatiſſima & iocundiſſima ſatiari.
Deſiderio nihilominus deſidero, aliqua
ex parte vobis meis amoribus, meis
delitijs perfrui. Scio quod feſtinate me
in Hiſpaniam oportebit. Periculum. n.
eſt in mora. Verum tam ardenter uo-
bis afficior, vt omnino cogar, etiā itine
ris longitudini non parcens, tranſeun-
do venire ad vos. Morior quippe, lan-
gueo præ nimio amore, quo omnino
neceſſe eſt, me aliqua ex parte vobis ſa-
tiari. O verba ſummi amoris. Arden-
tius æquidem loqui non poteſt pater,
cū filijs, quàm Paulus, cum Romanis.
Vos felices Romani, quos Paulus tanto
amore proſequitur.

Qui autem Petrum Romæ non fuiſ-
ſe, inaniter poſt innumera teſtimonia
contendūt, quo ἀπίστοι dici poſſint, ma
gnam & ægregiam laudem putantes, ſi
increduli & non Chriſtiani vocentur,
hic attendant. Si Petrus Romæ nō fuit,
non poteſt mea quidem ſententia excu
ſari Paulus, cur tranſiens terras, & in
Hiſpaniam tendens, velit Romam ve-
nire, & cum Romanis non morari. Cū
enim ipſe Gentium Apoſtolus eſſet, &
Roma orbis caput exiſteret, nonne ma
gis illi curæ eſſe debebat vna Roma, q̄
oppidula mille in quibus prædicarat?
Ex animo itaque, & non ſolum in tran
ſitu, Romam eum venire oportuerat.
Adde. Quod cum tanta in vrbe Roma
diſſenſio eſſet, opere pretium erat, vt

Paulus huc moraturus veniret, & prædicaturus, quo zizania eradicaret. Tam magnum enim erat hoc negotium, vt præſentiæ eius indigere videretur, etiã ſi alius quiſpiam Apoſtolorum citra Pe-
Act. 8. trum Romæ fuiſſet. Nam & vides Samariam Petrum adiuiſſe, vt ſpiritum ſanctum reciperent, quamuis Philippus adeſſet. Res quidem illa, tanti momenti, Petrum exigebat. Ita indubiè Romanorum ſeditio, Paulum requirere videbatur, qui eos conueniret, obiurgaret, reprehenderet viua voce, & non ſcriptis tantum emortuis, ſi Petrus hic non erat. Proteſtatur autẽ ipſe nolle Romam venire, niſi in tranſitu, immo ſub conditione. *Si* (inquit) *proficiſcar in Hiſpaniam*, Vel ergo muneri ſuo defecit, & peccauit animo ſaltem, vel Petrus hic aderat, cuius maieſtate intelligebat Paulus, eius præſentiam ſuperfluam eſſe. Amplius. Viuæ vocis
Act. 23. Chriſti oraculum habuerat Paulus. Cõſtans eſto Paule. Sicut enim teſtificatus es de me in Hieruſalem, ſic te oportet & Romæ, teſtificari. Cur itaque dicit, Tantum tranſibo per vos, & non potius veniam ad vos, docebo vos, teſtificabor vobis? Aliquid eſt mihi crede, quo Paulus ſe ſe indignum iudicabat, qui Romam inſtrueret. Nempe ſanctiſſimi illius & venerandi ſenis præſentia. Id certè mihi concludit. Quoniam Petrum Paulus adeò venerabatur, vt ex Damaſco Hieroſolymam aſcenderit, hac tantum ratione, vt eum videret. Illum ipſum, Romam eo tempore, quo hæc epiſtola ſcribebatur, cum diſcipulis ſuis incolere. Et propterea Pauli præſentiam in hac vrbe, ſicut in Hiſpania, neceſſariam non fuiſſe. Vnde proculdubio Paulus, nũquam Romam venit, niſi coactus ad Cæſarem appellare. Tenebatur equidem ex officio Romam venire, verum Petri præſentia, & non aliter à debito abſoluebatur. Ille enim erat totius orbis paſtor, potiſſimum autem Romæ, quæ imperij, ſedes erat. Et Bone Deus, Cur Paulus in epiſtolæ principio ſe ſe excuſans, quod Romam non veniſſet, dixerit. Quantum in me eſt, ſæpe propoſui venire ad vos, niſi quia ſignificare uoluit, aliunde eſſe, quod non veniret, quia ſcilicet luminare maius in hoc cęlo fulgebat, nẽpe Petrus? Sol n. Petrus erat, Luna Paulus. Ob id Apoſtolus ille Iudęorũ fuit, qui erant quaſi dies: iſte Gentium, quibus affuit ſemper hoc perpetua, quouſque lux illa Chri magna, vndiq; tenebras expulit. Adde etiã. Quod vrbis huius Chriſtianos, tam magnis extollit ꝓconijs, vt efficaciter perſuaderi cuique poſſit, Petrum illorũ magiſtrum fuiſſe, qui Chri vices agebat. Neſcio. n. quo pacto, citra capitis eximiam hanc ſanctitatis excellentiã, tantis laudibus digni eſſent. Tandẽ. Vbi fuit Petrus, ſi Romæ non fuit? Vbi vixit? Vbi occubuit? Mirum certè, vt de alijs quibuslibet Apoſtolis hæc omnia, vel fama, vel ſcriptis, ſciamus, de vno Petro quem Prencipẽ eccleſiæ Chriſti, æternæ uitæ clauigerũ fuiſſe conſtat, cuncta prorſus ignorentur? O ſtolidos & amentes, qui tanto furore bacchantur.

Nunc igitur vado Hieroſolymam, miniſtrans ſanctis. Ne diceret Roma atq; Hiſpania. Cur hoc tempore, peracto miniſterij tui curſu, non venis ad nos? Derides nos certè, dicẽs, te nobiſcũ eſſe deſiderio deſiderare. Cum enim locum nũc minime habeas ĩ Oriẽtis partibus, vbi te prædicare oporteat, venires profecto, ſi vel tantillum cuperes noſtra cõſuetudine frui. Audi q̃ ęgregie ſe ſe ex-
cuſat. Cum Apoſtoli, mihi & Barnabæ Gal. 2.
dedere manus, vt inter gentes prædicaremus, id nobis iniũxerũt, vt pauperũ memores eſſemus. Vado ergo Hieroſolymã, nõ quo ꝑdicem, ſed quo ſctis pauperibus, qui ibi ſunt ex Iudęis modo cõuerſi, ſubminiſtrẽ. Hi. n. etiã bonorum ſuorũ rapinam, quę increduli eis rapuere, cũ gaudio ſubſtinuerũt, dignũ igit eſt, vt illis incumbam atq; inſeruiã. Inter tot & tantos hoſtes uerſantur, vt periculũ ſit ne fame pereant, niſi eis ſubueniat. Vado itaq; citeriore paſſu, vt illis opem feram. Sed nunquid non poteras Paule, aliorũ opa illis ſubuenire? Hoc mihi demandatũ eſt munus, inqt Paulus, iſtud epiſcopis conuenit, miniſtrare pauperibus. *Placuit enim Macedoniæ, & Achaiæ cõionem quandam facere in pauperes ſanctorum*, ideſt fidelium. *Qui ſunt*

ſunt in Hieruſalem. Non ſunt mihi annonæ & redditus, ait Apoſtolus, vt ex mea abundantia, illorum poſſim inopiã ſupplere. Quippe quia, manus iſte plerũq; mihi neceſſaria miniſtrauerunt, ſed Macedones & Achaici populi, bona volũtate, illis voluerũt de ſuis ipſorũ bonis temporalibus, aliquid communicare. Vado itaq;, vt has eleęmoſinas afferam illis, atq; diſpenſem. Felices Macedones, tãtæ pietatis viros, qui & frequẽtiſſime, à Paulo in magnis neceſſitatibus
2. Cor. 11. poſito, ſuccurrerunt. Cum (inquit) eſſem apud vos, ò Corinthi, & egerem, nulli onerouſus fui. Nam quod mihi deerat, ſuppleuerunt fratres, qui uenerũt
Act. 20. ex Macedonia. Beatius eſt dare cuilibet, quàm accipere, dicebat Chriſtus. O quàm beati ergo illi erant, qui tali, tantoq; viro opem ferebant, in æterna tabernacula mihi crede, illius meritis recepti ſunt. Intelligis Roma? Prudenter enim hortatur Paulus hic Macedoniæ, & Achaiæ exemplo vos omnes, vt & ipſi velitis, veſtrarũ diuitiarum opulentia pauperes recreare. Facilius quidẽ deuoti, generoſiq; animi exemplis, quàm verbis ad virtutes inuitantur. Hic eſt annus Roma, quo tibi pores cœlorum regnũ comparare. Da pauperi diues nũmum, vt tu à Chriſto ꝓ paupere regnũ recipias. Da micam, vt menſam accipias. Da illis, vt des tibi. Quicquid enim dederis pauperi, tibi reponitur, non perditur. Gazophilatium Chriſti, pauperis manus eſt, ſinus Abrahæ, cæliq; theſaurus. Quicquid nanque ille habuerit, tu ſanè habebis, quod illi non dederis, habebit alter.

Sed ne cõfeſtim ſuperbias, cum pauperibꝰ erogaueris, audi quid ſequitur. Oſtẽdit enim te debere, illis ſaltem pauperibus ſubuenire, qui tibi ſpiritualia largiũtur. *Placuit inquam, & debitores eorum ſunt. Nam ſi ſpiritalibus ipſorum bonis communicauere Gentes*, Macedoniæ, & Achaiæ. Iudæi nanque fuere omnes, qui Gentibus prædicarunt, atq; hunc in modum, per Iudæos Ethnici participes facti ſunt ſpiritualiũ bonorum, tanquam ſotij radicis, & pinguedinis oliuæ. *Debent & Gentes, in carnalibus miniſtrare illis,* vt vtrinque bonorum communicatio in alterutrum fiat. Hinc ſpiritualium, illinc carnalium. Vnde illud aliud eſt. Si nos vobis ſpiritualia
ſeminamus, magnum non eſt, ſi carnalia veſtra metamus. Et illud expreſſius. 2. Cor. 9.
Dominus ordinauit his, qui euangeliũ Ibidem.
annunciant, vt de euangelio viuant. Neſcio qua fronte audent dicere nonnulli, ſaccos mendicitatis religioſorum delendos. Certè enim Paulus illud. Nõ alligabis os boui trituranti, de diuinis flaminibus, qui in uerbo & in doctrina laborant, interpretatur. Proprerquod magnus Hieronymus, contra Vigilantium. Qui in lege domini meditantur die ac nocte, & patrem non habent in terra, niſi ſolum Deum, dignum eſt, vt totius orbis miniſterio foueantur. Et Auguſtinus de opere Monachorũ. Qui euangelium docent, poteſtatem habẽt, vt ſumptibus fidelium viuant. Vnde &
refert Lucas, quod mulieres quædam Luc. 8.
ſequebantur Chriſtum, & miniſtrabãt
illi de facultatibus ſuis. Hinc Paulus. 1. Tim. 5
Qui bene præſunt præsbyteri, dupplici honore digni ſunt, maxime qui laborant in verbo & doctrina. Quo nempe honore niſi reuerentiæ & ſubuẽtionis? Bone Deus. Chriſtiani omnes, qui mala valetudine detinentur, nec laborare poſſunt, alienis opulentijs foueti debent. Et tu indignum putas, ſi qui diuini euangelij prædicatione occupatur, qui primo fidelibus, tam multa patitur, qui ſudat & alget, qui plus olei, quàm vini inſumit, cuius cutis oſſibus hæret, cuius carnes pallor & ſquallor tabefecit, fidelium eleæmoſinis viuat?
Si corporalis exercitatio ad modicum 1 Tim. 4.
vtilis eſt, vt inquit Paulus, Pietas aũt ad oĩa valet, quomodo dices, (niſi rõnem exueris,) oportere, vt ſummã hãc meditandi in lege dñi pietatem, pro quærẽdis uitæ neceſſarijs, poſthabeamus? Audi Apoſtolos. Nõ eſt æquũ nos derelin
quere verbum Dei, & miniſtrare men Act. 6.
ſis. Audi Chriſtum. Sine, vt mortui Matt. 8.
ſepeliant mortuos ſuos, Tu autem vade & annuntia, & prædica verbum Dei. Si tributa Principibus præſtatis, quoniam miniſtri Dei ſunt, in hoc ipſum ſeruientes, cur non multo maiore ratione, qui ſacræ ſcripturæ inſiſtunt,

ſiſtunt, ex qua pendet animarum non modo corporum ſalus, quo omnibus curis ſoluti, expeditiores ſint liberioreque animo ſanctorum ſtudijs librorum vacare quæant? Non iſtam ſibi arrogant, ſed planè vendicant poteſtatẽ. Nemo putet, me meam tueri cauſam,
1.Tim.2. & ad quæſtum hoc dicere. Nunquam enim fuit ſermo meus, ſicut nec in adulatione, ita nec in auaritiæ occaſione, vt verbo Pauli vtar. Deus mihi teſtis eſt, & vos ſcitis. Singulariſſimus patronus & Mecęnas meus, cum natalium ſplendore illuſtriſſimus, tum dignitate Reuerẽdiſſimus, vere Pharnes. (Eſt nãq; Pharnes, aſſiria & hæbręa lingua Paſtor. Vnde Salomon in Cantico amatorio, inqt. Amicus meus mihi & ego illi Pharnes inter lilia) ab illa die, qua primum has edes adiui, quo liberius ſacris literis vacare poſſem, confutandis hæreticis, confirmandis fidelibus, diſſoluendis dubijs, mihi magnificentiſſimus fuit & eſt. Ille mihi, ſi adagium ſapientum illud verum eſt. Homo homini Deus, eſt mihi Deus, illeque Deus mihi, hęc otia fecit. Vos item omnes, omnis ordinis viri, & viſu, & verbo, & opere, veſtrã erga me beneuolentiam teſtati eſtis, adeò vt veſtra ingenti humanitate con-
Gal.4. fidam dicere, ad gloriam veſtram, cum Paulo. Excepiſtis me, non ſicut hominem, ſed ſicut angelum Dei. Vnde tibi Roma, omnis hæc vita mea, qualis, qualis eſt, debebir perpetuo. Non ergo ꝓpter me hũc in modum digreſſus ſum, cui certè ſuperſunt plura, & nihil deeſt, gratias ago Deo meo, per Ieſum Chriſtum. Sed in hæreticos inuectus ſum, cum quorum erroribus vniuerſis, tu noſti Roma, eſt mihi bellum irreconciliabile. Hi enim, non modo qui altari ſeruiunt, ſed & Apoſtolos prædicatores, ad manuum laborem, veteres hæreſiarchas imitati compellere ſtudent, nõ alia vt opinor ratione, niſi vt ſic grauati, & vitæ tedio afficiantur, & à ſacrarum literarum ſtudio auertãtur, quo in ſimplices Chriſti oues, ipſi deinde tutius debacchari poſſint. Dum nullus fuerit, qui ex ſcripturis, quas ipſi clipeos faciunt, lanceas, & tela facere nouerit, ad illos confodiendos & interimendos. Mihi ſanè videntur impij iſti, Ægyptijs illis perſimiles eſſe, qui de ſanctis Iſraelitis dicere ſoliti erant. En populus Num.13.
filiorum Iſrael multus eſt, & fortior nobis. Venite ſapienter, opprimamus eũ. Præpoſuerunt itaque eis magiſtros operum, vt in palea, luto, & latere laborarent. Audi verò, quid dicat Diuus Hieronymus contra hoſce, qui etiam ſuo tẽpore ita infeſtabant. Si fiſcellã iunco texerem, aut palmarum folia complicarem, ut in ſudore vultus mei comederem panem meum, & ventris opus ſollicita mente pertractarem, nullus morderet, nemo reprehenderet. Nunc autem, quia iuxta Saluatoris ſententiam, volo operari cibum, qui non perit, & Ioan.6.
antiquam diuinorum voluminum viã, ſentibus, virgultiſque purgare, error mihi geminus infigitur. Iterum, cum Iobi interpretationem offerem. Fratres dilectiſſimi, vnicum nobilitatis & humilitatis exemplar, pro flabello, calathis, ſportelliſque munuſculis monachorũ, vos à me ſpiritalia hæc, & ſemper manſura dona ſuſcipite. Vides? Audis? Intelligant omnes eos, qui euangelio pro communi vtilitate incumbunt, eos qui ſacras literas interpretantur, docẽt, nequaquam ad manuum laborem teneri, ſed à Chriſtianis omnibus fouendos eſſe, quod ipſi operentur pro eis cibum, qui non perit, ſed manet in vitam æternam. Non enim in ſolo pane viuit ho- Matt.4.
mo, ſed in omni verbo, quod procedit de ore Dei. Verum enimuero, quid cũ Paulum habemus, tam aperte nobis patrocinantem, alios quærimus? *Placuit*, (inquit) *Macedoniæ, & Achaiæ, communicare pauperibus ſanctis, qui ſunt Hieroſolymis*, bona ſua. *Placuit inquam, ſed & debitores ſunt*. Nota verbum. *Sed & debitores ſunt*. Addit rationem. *Si enim illi communicarunt eis ſpiritalia ſua, euangelium, doctrinam, debent & ipſi illis ſubminiſtrare*. Temporalia, vt illorum abundãtia, eorum ſuppleat inopiam. Vt hi eorũ eleæmoſinis viuant, qui ſua doctrina, profecerunt, vt ab his illi paſcantur corpore, quos ipſi primum pauerunt ſpiritu. Quod ſi Paulum mihi dicentẽ ad- 1 Theſ.4.
ducas. Operamini manibus veſtris, ſicut præcepimus nobis. Et iterum. Si 2. Theſ.3.

quis

quis non vult operari, non manducet.
Eph.4. Rurſus. Laboret operãdo manibus ſuis quod bonum eſt, vnde tribuat neceſſitatem patienti. Si exemplum eius vrgeas, qui dicebat. *1.Cor.4.* Laboramus operantes *Act.20.* manibus noſtris. Item. Ad ea quæ mihi opus erant, miniſtrauerunt manus *2.Theſ.3.* iſte. Amplius. Neque gratis manducauimus panem ab aliquo, ſed in labore & fatigatione, nocte & die operantes, vt noſmetipſos formam daremus vobis ad imitandum nos. Obijciam ego tibi Moſen, prolixa hiſtoria enarrantem. Ægyptiorum flamines, qui religionis eorum myſteria interpretabantur, pu-*Gen.47.* blico erario, etiam in maxima illa ſterilitate, ſummo otio vitam duxiſſe, Quo factum eſt, vide quantum debet omnis orbis ſacerdotibus, & eorum otio. O felix otium, negotiorum omnium negotioſiſſimum, vt ſcientias Mathematicas, omnium ſcientiarum fores, ſi magno Platoni credimus, qui præ ſtudioli ſui foribus inſculpſerat. Nemo huc (inquit) Mathematicarum expers adinuenerint. Audebis ne de cætero, ſacerdotum otium reprehendere? Caue ne tibi dicam, tua hæc verba vocem illam præſeferre, quam compeſcuit Chriſtus, vocem inquam Marthæ, quæ diuinæ contemplationis ignara, plurima ſollicitudine anxia, actioni prorſus intenta, *Luc.10.* de Mariæ quiete murmurauit. Non eſt tibi curæ domine, quod ſoror mea reliquit me ſolam miniſtrare? Dic ergo illi, vt me adiuuet. Otium quippe Mariç, nõ modo excuſauit Chriſtus Ieſus, ſed & omni actioni, prçferendum eſſe cenſuit, dicẽs. Martha, Martha, ſollicita es, & turbaris erga plurima. Maria optimam partem elegit. Quo ad Pauli loca, nullus eſt locus quem noſtri iſti inimici, immo Apoſtolorum, quinimmo *Eph 4.* Chriſti, non mutilauerint. Ita nanq; inquit Apoſtolus ad Epheſios. Qui furabatur, iam non furetur, magis autem laboret operando manibus ſuis. Ex quo patet, illis duntaxat præcipere Paulum, vt laborent, qui furtis & rapinis ſibi uictũ *1.Theſ.4.* procurabant. Ad Theſſalonicenſes, prima epiſtola, ſic habet. Operamini manibus veſtris ſicut præcepimus uobis, vt honeſtè ambuletis ad eos, qui foris ſunt, & nullius aliquid deſideretis. Ex quo dilucidum eſt, manuum laborẽ, ad uitandam alienarum rerum concupiſcentiam, quæ etiam furti rationem habet, præcepiſſe. Eſt enim furtum ſpiritale. Secũda vero Epiſtola hic inquit. Cum eſſemus apud vos, denunciabamus vobis, quod ſiquis non vult õperari, nec manducet. *2.Theſ.3* Audiuimus enim quoſdam inter vos ambulare, cum inquietudine, curioſe agentes, nihil operantes. His ergo qui eiuſmodi ſunt, denunciauimus in domino Ieſu Chriſto, & obſecramus, vt cum ſilentio operantes panem ſuum, manducent. Vnde pſpicuum eſſe poteſt, illos ad manuum laborem cogi, qui turpibus negotijs inſeruiunt, & otiari malunt inutiliter, vel ſeruire libidini, ſcortis, veneri, & baccho, quàm laborare, vt ſibi & alijs proficiant. Inutilia terræ pondera, quouſq; vos patietur Deus? Exempla itẽ Pauli perperam detorquẽt. Ad Corinthios *1 Cor 4* enim prima epiſtola, refert ſe laborare, *Ibidem.* quia nemo illi dabat vnde viueret. Nã & exprobrat eis. Vſque in hanc horam eſurimus, ſitimus, nudi ſumus, & colaphis cedimur, inſtabiles ſumus, & laboramus operantes manibus noſtris. Maledicimur & benedicimus, perſequutionem patimur, & ſuſtinemus, blaſphemamur, & obſecramus, tanquã purgamenta huius mundi facti ſumus, omnium peripſema vſque adhuc. Non vt confundam vos, hæc ſcribo, ſed vt filios meos chariſſimos moneo. Nam ſi decem millia pedagogorum habeatis in Chriſto, ſed non multos patres. Nam *1.Cor.4.* in Chriſto Ieſu per euãgelium ego vos genui. Audis Pauli querelam grauem? Si itaque loco huic innitamur, conſtat omnes, & laicos, & religioſos in neceſſitatis caſu, ad laborandum teneri, quo furta vitentur, & uita ſeruetur. Nihil eſt pro religioſis, quàm pro cæteris peculiarius. Quod ſi loca alia accipiunt, manifeſtum eſt Paulum, cum populi ipſi neceſſaria ad vitam ſuppeditabãt, nõ laboraſſe, niſi harum altera rationum, vel ad prædicandi occaſionem, pſeudo Apoſtolis prorſus tollendam, qui tantum ad quæſtum prædicabant, & in pecunia (iuxta Prophetam) diuinabãt. *Mich.3.*

Ita enim ad Corinthios habet ſecunda epiſtola. In omnibus ſine onere me ſer-
2.Cor.11 uaui & ſeruabo, quod autem facio, facio, & faciam, vt amputem occaſionem eorum, qui volunt occaſionē, vt in quo gloriantur, inueniātur ſicut & nos. Vel ne quidam, quibus Apoſtolo prouidere graue videbatur, vt viuere poſſet, auaritia perciti, ob id illius ſermones audi-
2.Cor.12 re nollent. Nam & ipſe illis dicit. Quid minus habuiſtis à me præ cæteris eccleſijs, niſi quod ego non grauaui vos? Donate mihi hanc iniuriam. Non.n.quęro, quæ veſtra ſunt, ſed vos. Ego aūt libentiſſime impendam, & ſuper impendar ipſe pro animabus ueſtris. Aut demum, vt otioſi quidam, non intelligentes quantum ſit laboris in ſtudijs. Occu-
Eccl.1. pationem.n. hanc peſſimam inquit Salomon, dedit Deus, filijs hominum, vt occuparentur in ea. Videntes Paulum non laborare, ſuæ otioſitatis fouendæ exemplum haudquaquam ſumerēt. Inde enim mille ſcelerum genera ſeque-
2.Theſ 3. bantur. Proprerea ad Theſſalonicenſes ſecunda epiſtola, cum dicit. Neq; gratis panem manducauimus, ſed in labore, & in fatigatione nocte & die operātes. Vide quid ante propoſuit. Subtrahatis vos ab omni fratre ambulāte inordinate. Nomine aūt fratris non hi, quos cucullatos appellamus, vel Monachos & fratres, ſed oēm Chriſtianum intelligite. Ipſi.n.ſcitis quemadmodum oporteat nos imitari, q̄m non inquieti fuim⁹ inter vos, neq; gratis panem manducauimus. Et concludit. Non quaſi, nō habuerimus poteſtatem, ſed vt formā daremus vobis ad imitandum nos. Audiuimus enim quoſdam ambulantes inquietē, nihil operantes, ſed curioſè agētes. Ex his vt puto apparet, q̄ inaniter ex Pauli, vel verbis, vel exemplis, noui iſti errorem illum, tàm impudentem aſtruant. Et de hoc ſatis, ſuperq; ſatis ꝑpter illud Apoſtoli verbum. *Et debitores ſunt, etenim ſi ſpiritualia*, &c.

Non vacat & myſterio, anteq̄ quod ſequit aggrediar, illud quod Paulus dicit. Macedones Paulo, illas eleemoſinas dediſſe, vt paup eribus manu eius, diſpenſarentur. Certe enim non leuiter illos expungit, qui Epiſcoporum odio, nouitates in Chriſti eccleſia videre cupiunt. O ſimplices. Stolidos dicam, nō puros. Quomodo vultis Eccleſiam innouari? Reſpondete quæſo. Nulla profecto innouatio maior fieri poteſt illa, quæ in primitiua erat Eccleſia. Sed i primitiua Eccleſia, nonne Epiſcopi oīum dñi erant? Vendebant (inquit Lucas) Act.2.
omnia, & portabant prętium ad pedes Apoſtolorū. Neſcitis quid petatis, miſeri. dum Concilia, reformationem quęritis contra Epiſcopos. Contra vos erunt omnia, non contra eos. Reuincent Reges, & Cæſares, ſi Cōcilium coactū fuerit. Vtinam poſſit celebrari, victoria noſtra eſt, ne dubita Roma. Videre videor gloria maiore Romam fulgere, ſummū Pontificem, & eius fratres ep̄os, q̄ nunquā fulſerint. Illis colla ſubijciēt Reges, & tiranni, velint, nolint, modo Conciliū ſit, & non Conciliabulum, modo nō vi, ſed ratione agatur, literis non armis. Hoc obiter dictum eſt, dū illud conſidero, Macedones, ſuas ipſorum eleæmoſinas, alia manu diſpenſari noluiſſe, quā Pauli, qui erat Gentium Primas & Patriarcha. Sequitur.

Hoc ergo cum perfecero, & conſignauero ipſis fructum hunc, ideſt eleęmoſinas haſce in locum tutum repoſuero, vnde ſecundum exigentiam poſſit pauperibus illis ſanctis ſubueniri. Vocat aūt eleemoſinas *Fructum*, inſinuans, quod & utiles ſunt, & fructum afferunt his qui illas erogauerant. Tunc *reuertar, per vos in Hiſpaniam*. Non eſt ſenſus, quod alias in Hiſpaniā Paulus, profectus fuerit, ſed ab Hieruſalem reuertar, iboq; in Hiſpaniam per veſtram tranſiens vrbem. A Corintho enim, ſi quiſpiam ire voluerit in Hiſpaniam, ſi Hieroſolymā proficiſcatur, illum reuerti oportet, vt ex Coſmographia conſtat. Mirum aūt, quod iterum Hiſpaniæ meminit. Cordi nempe ipſius Pauli mihi crede, erat felix illa & optimorum ingeniorū mr̄ Hiſpania, vel hac ratione ſaltem, innumeris alijs poſthabitis, veneratione atque amore digniſſima. Quod Paulus non vult Romam venire, niſi hac intētione, vt per Romam in Hiſpaniā proficiſcat. Sed nunq̄ hoc deſiderium ſuum, explere potuit Paulus videdę Hiſpanię. Do-

lete

lete Hiſpani, quod tanta tuba in autes veſtras non perſonuetit. Aliud nanque de illo decreuit omnipotēs, propterea ſupra dicebat. Si ꝓficiſcar in Hiſpaniā. Sunt tñ, qui dicant, & in Hiſpaniam illum profectum eſſe, & in Galliā, in prima ſatisſactione à Nerone dimiſſum, ſecundo Neronis anno. At ſaltē hoc ex ſacris literis, nō habemus, & in decretis oppoſitum expręſſe aſſeueratur. Quāq̄ & illis pro Hiſpaniæ fauote poſſit, non inepte reſpondete. Sed de hoc laborandum non eſt. Vnum profecto eſt, quo Hiſpani gloriari poteſtis, quod vehemēter deſiderio, vt vos videret, flagrabat,
Eſa.49. & ęſtuabat. Quo illud impletetur. Dedi te in lucem Gentiū, vt ſis ſalus mea vſq; ad extremum terrę. *Scio autem quod veniens ad vos, ad plenitudinem benedictionis euangelij Chriſti veniam.* Euangelij benedictio eſt, vt in terram bonā cadens, fructum afferat trigeſimum, ſexageſimum, centuplū. Scio ergo inquit Paulus fide, quæ ſcientia omni certior eſt, confido in dño, quod ad vos veniens, inueniam in vobis morū plenitudinem, probitatis, continentię, pacis, & vniuerſarū uirtutum. Et ita ego ueniā ad benedictiouis euangelij Chriſti plenitudinē. Sic.n. verti debet, ni fallor. Eſtq; modus Rethorum iſte, quo laudes præoccupādo, monent eos, qui laudātur ad profectū. Verum hęc dicens, repente ſpū prophetico tepletur Paulus, quo vidit Iudæos illos iniquiſſimos, in illum tanq̄ inagnū Lupos vel Leones inſilire in vrbe Hieroſolymā. Propterea illico ſermonē vertit, & ſeſe Romanis commendat, quod & in epiſtolis ſemp facere ſolemus omnes. Romanoſq; præcatˀ, vt pro illo ad dñm rogare velint, quo ab eorum inſidijs liberetur, vt ſemel Romam videre valeat, & à tantorum ęſtu laborum, quos in omni vita perpeſſus fuerat, ſecum refrigerari.

Obſecro autem vos Fratres, Per Dominū noſtrum Ieſum Chriſtum.

Vide quàm affectat eorum præcibus iuuari. Non enim ſimpliciter orat, ſed obſecrat, obteſtatur, adiurat. Nec tantum adiurat, ſed per dñm noſtrum Ieſum Chriſtum, noſtræ ſalutis auctorem adiurat. *Et per dilectionem ſpiritus*, ideſt per dilectionem ſpiritalem, meam ſcilicet atq; veſtram, quæ diffuſa eſt in cor
dibus noſtris, per ſpūm ſanctum, qui Rom.5.
datus eſt nobis, qua vos ego, qua me ipſi proſequimini. *Vt in orationibus veſtris, pro me ad Deū meū certetis.* Ioſue pugna-
bat cōtra Amalech, Verū plˀ Moſes orō- Exo.17.
nibus, quàm Ioſue armis certabat. Cū enim manū Moſes eleuabat, fugiebat Amalech. Ipſi ergo me adiuuate quæſo, pro me mecum certantes, orationibus veſtris. Aduerſarij crucis mecum certant, & orationibus & manibus, ſed contra me. Vos mecum præcibus tantum per me certantes, orate, non vt eos vincam, non vt ipſi pereant, ſed *Vt liberer ab incredulis in Iudæa.* Non dicit ex Iudæa, vel Iudæis, ne palam Iudęos ab incredulitate taxare videatur. Vide hic Pauli humilitatem. Aſſerit.n. ſe aliorū præcibus indigete, ob iniquorum hominū inſidias euitandas. Addit. *Et ut Miniſterium meum in Hieruſalem acceptū ſit ſanctis.* Vide quàm illos ſanctos pauperes magnifacit. Vult nanque Deum præcari, vt illis hee eleemoſinæ placeant, & gratæ ſint. Optime intelligens ſanctos, non eleemoſinas, ſed erogantium animum ſpectare. Timet igitur, ne illi ſancti aliquid in Macedonibus & Achaicis videant, quo hee ipſe eleemoſinæ futuræ, ſint illis ingtatæ. Propterea Deum à Romanis rogari deſiderat. *Vt in gaudio*, ideſt cum gaudio *Veniam ad vos*, poſt longa deſideria. *Per voluntatem Dei*, ſicut & ſu-
pra dicebat. Si quomodo aliquando Rom.1.
iter proſperum habeam veniēdi ad vos, in voluntate Dei. *Et vobiſcum*, recreer, aut refociller, vel refrigerer, ſiue reſpirem, aut (& melius,) requieſcam. συναναπαύσωμαι. Et mihi videtur) vt veram dicam,) hoc verbo Paulum in urbe Roma, ſibi mortem præſagire, vt (inquit) vobiſcum requieſcam. Nunquam enim uerè requieſcimus, niſi
cum morimur. Hinc illud. Beati Apoc.14.
mortui, qui in domino moriuntur. Amodo dicit ſpiritus, vt tequieſcant à laboribus ſuis. Et illud. In pace
in idipſum, dormiam & requieſcam. Pſ.4.
Homo.n.naſcitur ad laborē. Et, Militia Iob 5.
eſt vita hominis ſuper terrā, inquit Io- Iob 7.
bus.

bus. Et proculdubio Paulus, quam unquā requiem habuit Romæ, niſi cū iuxta deſiderium ſuū diſſolutus eſt, & fuit cum Chriſto? Tunc veram quietem ſortitus eſt. Tunc ſup cęlos aſſumptus, tot tantorumq; laborū pręmium ſumpſit. Mortis vero Pauli cauſam, breuibus accipite, Nero. vt publica fama noſtis, vir erat impudicitia, ſceleribuſq; omnibus admodum inſignis. Primuſq; ac ſolus in tanto imperij culmine, nouos quoſdam laſciuiæ, flagitij, atq; turpitudinis modos excogitauit, exquiſiuit, inuenit, exercuit. Pellicem habebat ſibi chariſſimam. Huic Beatiſſimus Paulus, melliflui illius & potentiſſimi ſermonis efficacia ſuaſit & perſuaſit, impurum illum congreſſum declinare. Tamq; feliciter illi ceſſit negotium, vt & illam Chriſtianæ fidei ſacramentis initiari induxerit. Relatum eſt Neroni, & quod Chriſtianæ ſectæ cauſa, cum illo non potuit aduerſus Paulum, potuit libido infamis, & furor inſanus. Vereri uidebat Apoſtolum Nero, quāuis nouā religionem aſſereret, vt pote uirum diuinum, qui omnes ſermone & ſignis, in ſtuporem verteret. Vnde & Iudęos oēs, publicis ędictis eiecit è Roma. Mox autem illū corruptorem, flagitioſumq; appellans, ſummaq; crimina illi obiectans, in uincula coniecit, & tandem cum puellę, vt à Pauli conſilijs ſalutaribus recederet, perſuadere non poſſet, illum necauit.
Mar. 6. En alterum Baptiſtam, puellæ cauſa decollatum.

Deus autem pacis, ſit cū omnibus vobis. Pulchre in pace epiſtolam finiuit, duobus populis ad concordiam reuocatis. Hoc enim vnicè moliebatur, vt Iudęorū & Gentium diſſenſiones tollerent. Non eſt.n. diſſenſionis Deus, ſed pacis. 1. Cor. 14
Amen. Impræcatio eſt, Vtinā fiat, quod Deus cum pace vobiſcum inhabitet. Cū pace, quam mundus dare non poteſt. Belle aūt octo & ſeptem capitibus cōpræhenditur epiſtola, quo Ebdoade Ioan. 14.
veteri legi, Ogdoade vero nouæ fiat ſatis. Hoc nanq; in cauſa fuit, vt Apoſtolus Petrum conueniens in urbe Hieroſolyma, diebus quindecim apud eū māſerit. Iſto.n. myſterio Ebdoadis & Og- Gal. 1.
doadis, futurus gentium pręsaid predicator inſtruendus erat, vt ęgregiè Diuus Hieronymus annotauit. Quo tamen & numeri ſacrum myſterium, tantis huius epiſtolę myſterijs & perfectioribus, adiungeret, commendationibus, ſalutationibus, gratiarū actionibus, caput ſextum decimum conflauit. Eſt enim hic numerus quadratus, quod ex quaternario in quaternarium ducto, ſurgat. Numeros vero quadratos, magna myſteria cōtinere nemo ignorat. Nam & ſuperna illa Hieroſolyma, quadrata deſcribit, & electos quadrato numero compræhēdi in Apocalypſi, deſignauit Ioannes, numerum duodenarium in duodenariū du-
cens. Vidi inquit, centum quadraginta Apoc. 7.
quatuor millia ſignatos. Duodecies em̄ duodecim, hunc numerum perficiunt, vt apparet. Sumit aūt huius ſextidecimi capitis initium, à commendatitijs verbis, quaſi dicens, Poſt ſcripta. &c.

CAPVT

CAPVT SEXTVMDECIMVM.

*COmmendo aũt vobis Phe-
ben ſororem noſtram, mi-
niſtram Eccleſiæ, quæ eſt
in Cenchreis: vt eam ſuſci-
piatis: in Domino digne
ſanctis, & aſſiſtatis ei in
quocunque negotio veſtri indiguerit." Etenim
ipſa quoque aſtitit multis, & mihi ipſi.*

O bonæ mentis virum illũ, qui ſi cõ-
tigiſſet ipſum, die aliqua nulli fuiſſe au-
xilio, dicebat. Diem perdidi. En Paulus
adeò, quibuslibet proficiẽdi cupidus,
vt & ad commendandum mulierẽ, Ro
manis ſe ſe deijciat, & inclinet. Mirum
aũt, quanto affectu commendat, nõ fri-
gidis uerbis, ſed ardentiſſimis. A ſuo er
ga illã amore, ĩ primis. *Sororem noſtram.*
A muneris dignitate quo fungebatur.
Miniſtram eccleſiæ, quæ eſt in Cenchreis. A
Romanorum debito. *Suſcipiatis eam pro
dignitate ſanctorum.* Sicut vos ſcilicet de-
betis ſi vultis digne agere. Eſtis.n.San-
cti Sãctis vero omnibus proficere con-
uenit. Ab indigẽtia illi". *Adſitis ei in quo-
cunque negotio vobis indiguerit.* A meritis.
Nam cunctis aſtuit, & mihi ipſi. Cernis
quot calcaria addit Romanis, vt in ipſa
pietate Romanis propria, celeriore paſ
ſu currant? Cum autem audis mulierẽ
hanc Eccleſiæ Cenchree miniſtrã fuiſ-
ſe, intellige quod in tẽporalibus nego-
tijs, Chriſtianis, qui ibi erant, miniſtra-
bat, & Paulo ẽt. Erat.n.locus ille Co-
rinthi portus. In Corintho autẽ manſit
Paulus annum integrum, & ſex mẽſes,
Act.. vt in actis Apoſtolicis legimus. Potuit
itaq; facilè, huius præſtantiſſimæ mulie
ris opera ſæpius indigere. Illa ergo ei
deſeruiebat. Ei inquã, cui? Ei orbis ma-
giſtro, Gentium omnium doctori, qui
vbiq; terrarum colit & canitur. O feli-
cem mulierem, cui datum eſt Paulo mi
niſtrare, cui non modo Reges & Cæſa-
res, ſed Angeli, & Archangeli ſunt infe
riores. Accedens itaque ipſa Romam,
negotij alicuius cauſa, fortaſſe etiã hãc
epiſtolam deferens, magna rõne com-
mendat. Quod ſi vel nomẽ ſpectas Phe
bes, nequaq̃ mirabere ſi verbis, tã ardẽ
tibus commendauerit eam Apoſtolus.
Erat. n. virago nõ mulier. Verè hoc phe
beo nomine digna. Vnde & dicitur il-
lam, quandoq; prędicare fuiſſe ſolitam,
quod & de Maria Madgalena tradunt.
Longe.n.poſtea præceptum illud dima
nauit. Docere mulieri non permitto. 1.Tim.2.

Accedit autem deinde, ad ſalutatio-
nes. *Salutate Priſcã & Aquilam cooperato
res meos in Chriſto Ieſu. Salutate Epenetum
dilectum meum. Salutate Mariam, quæ mul
tum laborauit erga vos. &c.* Quoſdã enim
ipſe ſalutari rogat. Itemq; adiungit ſibi
ſalutantes nonnullos. *Salutat vos Timo-
theus adiutor meus, & Lucius, & Iaſon, &
Soſipater cognati mei.* Omnes in vniuersũ
ſalutat ipſe, nomine ſuo. *Gratia Domini
noſtri Ieſu Chriſti, ſit vobiſcum.* Noĩe om-
nium eccleſiarum orientaliũ. *Salutant
vos omnes eccleſiæ Chriſti.* Et intelligitur
orientis, vbi ipſe prædicauerat. Neq; ve
ro putetis (quod plurimi ſolent,) inanes
eſſe haſce ſalutationes, & tanto Apoſto
lo indignas. Magna quippe & multa, ex
hiſce ſalutationibus monita, documen
taq; ſalutaria colligimus. Hinc primũ,
(ad verecundiã veſtram dico) oſtendit,
q̃ magnus erat piorum virorũ numerus
in vrbe Roma, eo tempore, quo vix na-
ta erat Chr̃i eccleſia, cum nr̃a ætate, ſit
tàm exiguus, (O ruborem.) Noĩatim n.
ſalutãur viginti quinq; ad minus, quos
Paulus ſanctos eſſe iudicat, & dignos,
qui ab eo ſalutent, præter eos quos pro
miſcue vult ſalutari. Vtinã poſſemus nũc,
decem inuenire viros, quos unus Pau-
lus ſanctos iudicaret. Paulus inquã, qui
linceos habebat oculos, qui fucos hipo
criſis detegere egregie nouerat. Te feli-
cem

cem vrbem, & per vrbem orbem. Se-
cundo. Reprehendimur tacite de cha-
ritatis tepore. O quãtum in nobis pro-
ximorum charitas refriguit. Vide tu an
te omnia, quanta charitate ardeat ſacrũ
illud Pauli pectus. Non. n. ſat illi fuit di-
cere. Saluto uos omnes, ſed noĩbus ꝓ-
prijs eos ſingulos voluit appellare. Rur
ſus, & vnumquemq; proprio epitheto
fecit illuſtrem. *Salutate Priſcã & Aqui-
lam adiutores meos. Salutate Epenetum dile
ctum meum. Salutate Mariam, quæ multum
laborauit in vobis. Salutate Ruffum electum.
Salutate Appellem, probatum in Chriſto.
Salutate Andronicum & Iuliam concapti-
uos meos. &c.* Et hinc comprobabis, q̃
in amando frigidi ſimus. Vel. n. cum ali
cui nr̃as literas damus, nemini etiã eo-
rum, qui in eius ſunt domo, vel frigidis
verbis ſaltem (vtinam non & fictis) ſalu
tationem dicimus. Immo & mos inole
uit, vt illum ipſum cui ſcribimus, ſaluta
re erubeſcamus. Illotis enim, vt aiunt
manibus, rem aggredi ſolent, qui ſapiẽ-
tes dici volunt, quaſi antiqui Chriſtiani
ſapientes non fuerint. Quod ſi ſaluta-
mus, audi quæſo quanta tepiditate.
Cornelius Alexandro. S. D. Si vales be-
ne eſt. Ego quidem valeo. Quaſi hæc,
quam Paulus tradidit ſalutandi forma,
ardentior non ſit, nõ vehementior, nõ
excellentior, nõ elegantior. Cornelius
Alexandro. Dilecto Dei. Vocato Sãcto.
Gratia tibi & pax à Deo patre noſtro, &
Dño Ieſu Chr̃o. Sed Ciceroni oẽs eſſe
volunt, nemo Paulinus eſſe deſiderat,
nemo Chr̃ianus, quaſi Cicero & non
Paulus, & non Chriſtus mundum deui
cerit. Quaſi in Ciceronis & non in Pau
li, & non in Chr̃i verba iures, cũ ablue
ris vnda. Quaſi à Cicerone, & non à
Chriſto, & non à Paulo redemptus fue
ris & edoctus. Et quod nuper intelligo
Roma, erubeſcitis fere omnes, Chri-
ſtianorum & ſanctorum noĩbus vocita
ri. Quiſq; gaudet filijs, Lentuli, Flaminij,
Fabij, Curtij, Hoſtilij, Pompeij, Pompi-
lij nomen imponere, nemo vero Pauli,
Petri, Franciſci, Ioannis, quaſi abſq; du-
bio, non ſint longe illuſtriora, quę Pau-
lus geſſit, quæ Petrus, quæ Franciſcus,
quam quæ Lentulus, quæ Cæſar, quæ
Pompeius, quæ Scipio. O ſuperbiam
verè Ethnicam, non Romanam. Quin-
immo, O inſcitiam erubeſcendã. Nõne
maius eſt ſeipſum expugnare, q̃ Cartha
ginem euertere? q̃ Galliam profligare?
q̃ Aphricam debellare? Tam ergo præ-
ſtat Paulus, Petrus, & hi nr̃i heroes tuis
heroibus, q̃ tu Romane barbaris natio
nibus. Quod ſi dicis, Romanos meos
Auos & Atauos ęmulor, & Petrus &
Paulus, & Franciſcus, & Ioãnes oẽs Ro
mani fuere, oẽs Chr̃iani, Roma Roma
ni ſunt. Hæretici vni, nobilitatis Roma
næ non merent participes eſſe. Sancti
omnes, hanc ſanctam ſedem venerati
ſunt, huius capitis membra fuere. Cur
ergo eos Romanos appellare dedigna-
ris? Hos itaq; imitari velis Roma, quib⁹
longe facta es coram Deo illuſtrior, q̃
olim tuis Scipionibus coram hoĩbus.
Tertio. Exemplum prębetur omnibus,
perfectæ humilitatis, in hiſce quidem
chariſſimis ſalutationibus. Putas. n. ſu-
perbus ille ad procerem illum ſcribẽs,
dignaretur eos ſalutare, qui illi mini-
ſtrant? Minime. Paulus autẽ electionis
vas, cui mundum crediderat Deus, in-
numeros ſalutat. Antiquiſſimus Roma
eſt mos iſte ſalutandi in epiſtolis fami-
liaribus ad calcem, cum ad negotij finẽ
peruentum eſt. Apoſtolus itaq; epiſto
lam ſcribens, quãuis verè opus dici poſ
ſit, mage q̃ epiſtola, ſalutationes pręter-
mittere nequaq̃ debuit, ne epiſtolarũ
morem ignorare videretur. Adde.
Quod & ſalutare etiam citra epiſtolam,
maximum eſt charitatis inditium. Vn-
de & Chriſtus præcepit, vt etiã inimi-
cos ſalutaremus dicens. Si ſalutaueritis Matt. 5.
fratres veſtros, q̃ mercedem habebitis?
Nonne & Ethnici hoc faciunt? Apoſto-
lis quoq; iniunxit. Intrantes domum, Luc. 10.
ſalutate eam dicentes. Pax huic domui.
Et ipſe rediuiuus ſurgens ab inferis, mu Matt. 28.
lieribus occurrit, ſalutauitq; eas dicẽs.
Auete. Quo cõtra præceptum eſt, vt hæ
reticos excõicatoſq; non ſalutaremus,
quo erubeſcere cogant. Si quis venit ad 2. Ioan. 1.
vos, & hanc doctrinam non affert, noli
te recipere in domum, nec dixeritis ei
aue. Qui. n. dicit illi Aue, communicat
operibus eius malignis. Mitto quod no Luc. 1.
ſtrę initiũ felicitatis, ſalutatio angelica
illa fuit ad Mariam. Immo & ipſa nr̃a fe

Gen. 49. licitas, ſalus & ſalutatio dicitur. Et Chri
ſtus ſalutaris vel ſalutare. Salutare tuũ
Luc. 3. expectabo domine. Videbit omnis ca-
Pſ. 50. ro ſalutare Dei. Redde mihi lætitiam
ſalutaris tui. Nulla ergo ratione culpa-
ri poteſt Paulus, ſi in ſalutando in om-
nibus ſuis epiſtolis, ſemper eſt ſtudio-
ſiſſimus, ſemper immodicus. At in ſa-
lutando inquies, eos quos ſalutari deſi-
derat, laudat pluſquam par ſit, ſcriptũ
eſt enim. Ne laudaueris hominem in
vita tua. Cui & finitimum illud eſſe
exiſtimatur, quod a Magiſtro Apoſtolis
Luc. 10. præceptum eſt. Neminem per viam ſa-
lutaueritis. Quod exponi ſolet, Nemi-
nem ſalutandum eſſe dixeritis, quoad
viuit. Veruntamen nullatenus eſt ar-
guendus Apoſtolus. Vbi enim profe-
ctus ſperatur, eum qui meretur, lauda-
re etiam coram, opere pretium fuerit.
Eſt enim laus & honor, virtutis p̄miũ.
At vbi non ſperatur illum ad meliora
prouocari, laudandus non eſt. Verbũ
vero Chriſti illud, aliò tendit certè, quã
communiter arbitretur, ſimile nanque
illi eſt, quod ad Giezi dixit Heliſeus,
cum eũ ad ſanctam illam mitteret Suna
mitem, quo filium eius defunctum ad
4. Reg. 4. vitam ſuſcitaret. Accinge lũbos tuos,
tolle baculum meum in manu tua, ſi oc
currerit tibi homo, ne ſalutes eum. Et ſi
quiſpiam te ſalutauerit, ne reſpõdeas il
li. Non erãt inurbani Heliſeus & Chri-
ſtus, vt neminem ſalutari, vel ad minus
reſalutari vellent. At quo celerius apo-
ſtolicę prædicationis negotium exple-
retur, per hiperbolam dixit Chr̄s. Adeò
ſollicitos, ad huius miniſterij conſum-
mationem vos eſſe volo, vt nec etiã ami
corũ ſalutationibus, in itinere detinea-
mini. Heliſeus quoq;, tam impenſe ado
leſcentis illius vitam ſitiebat, vt merito
iuſſerit Giezi, ne ad momentum qui-
dem remoraret. Licet n. ſimplices ſalu-
tationes retardare non ſoleant, familia-
res nihilominus, & ceremonioſę retar-
dãt nonnihil, quales illę erant, quibus
phariſæi geſtire ſoliti erant, iuxta illud.
Matt. 23. Amãt ſalutationes in foro, & vocari ab
hoĩbus Rabbi. Has ergo ſalutationes
ad literam, prohibet Chr̄s & Heliſeus.
Omnes autem tãtum per hiperbolam.
Luc. 10. Et hoc ſit vobis cordi. Illam vero expo-
ſitionem. Neminem per viam ſaluta-
ueritis, ideſt neminem ſaluum eſſe di-
xeritis in hac vita, non refuto, ſed di-
co literalem non eſſe. Hæc de ſaluta-
tionibus, & de eorum laudibus, qui ſa-
lutantur.

Mox autem tanquã prouidus paſtor
& p̄r, prænoſcens futurũ eſſe, vt in oui
le dñicum intrarent lupi rapaces, qui
ẽt ſuã ipſi' doctrinã corrũperẽt, atq; p-
uerterẽt, hortaĉ, monetq; vt ſint cauti,
vt eos obſeruẽt, qui diſſenſiones faciũt
in eccleſia, quo deuitentur, abſcindan-
tur, ne modicum fermẽtum totam maſ Gal. 5.
ſam corrumpat. *Per dulces enim ſermo-
nes*, inquit, *Et benedictiones ſeducunt cor-
da innocentium.* Vide quæſo, quàm gra-
phicè eos dipingit, qui noſtra ætate dul
cibus uerbis Chr̄i gratiam, fidem, miſe
ricordiam, eius paſſionis meritum ſem
per inculcantes, ſimplices corrumpũt
animulas, vt deinde liberum arbitrium
& opera humana, omnia peſſum eant.
O vtinam Deus det illis reſipiſcentiam.
Vide autem, quæ calcaria Romanis ad-
dit, vt hæreticis hiſce, & pſeudo Apo-
ſtolis, minime credant. *Veſtra enim obe-
dientia in omni loco diuulgata eſt.* Nolite er
go à prima fide recedere, alioquin om-
nis orbis leuiſſimæ mentis viros, vos
exiſtimabit, quod tanquam paruuli cir-
cunferamini omni vento doctrinę. Ne Eph. 4.
autem dicerent. Quid ſi falſum credi-
dimus hactenus? Protinus addit. *Gau-
deo autem in vobis.* Ideſt de vobis. Si eñ
decepti eſſetis, nequaquam gauderem.
Verum facilè, nimis fortaſſe credidi-
mus dicent Gentes. Dicant, inquit Pau
lus. Bonum eſt eſſe ſimplices in bono,
ideſt puros, & abſque multa cogita-
tione, ſubito illi adhærere. In malo
autem aſtutos oportet eſſe, vt minu-
tatim omnia cogitemus, & præterita,
& præſentia, & futura, vt ab illo auer-
tamur omnino. Sed iſtis pſeudo Apo-
ſtolis, qui ſunt adeò in malo aſtuti, vt
nos ſeducant, nos quomodo reſiſte-
mus? *Deus pacis conteret ſathanam,*
& Apoſtolos eius. *Sub pedibus veſtris.*
Sed interim patimur & perimus. Ne
dubitate, cito id fiet. Vnde concludit.
Velociter. Nec alia ſunt in hoc capitulo,
vt patet.

Vna tantum ſupereſt dubitatio, qua interdum, qui doctiores ſunt, hallucinari coguntur. Cum.n.Paulus Apoſtolus, tam prolixa ſalutatione cõcludat epiſtolam, cur vnus Petrus ſilentio pterit? Si is Romæ erat, mirum certe, qd Petrum vnice prętermiſerit. Id vř fidem facere, qđ Petrus Romæ non eſſet. Verum & exigui momẽti hæc rõ eſt. Poſſum.n.in primis ſatisfacere ſi dixero. Petrum aliquibus diebus Romam dimiſiſſe, vt ciuitatibus alijs euangelizaret. Prædicauit.n. in Gallia, in Hiſpania, propterea ni mirum, ſi noïatus non eſt. Tunc nanque aberat. Quid inde? At, ergo tunc debuit Romam venire Paulus, abſente Petro? Minime. Nõ.n.dicebať ſimpliciter, abeſſe Petrus, quãuis ad tempus aliò diuertiſſet. Nec dignum erat, vt Paulus ſuper aliud fundamentum ædificaret. Secundo, Poſſum dicere, Nequaquam conueniens fuiſſe, vt Petrus ſic promiſcuè, cum cæteris noïaretur, Pontifex alioquin ſanctiſſimus, colẽdiſſimus, oĩ exceptione maior, & quem Paulus lõge magis, q̃ nřm quiſpiam ſummũ Pontificẽ, venerabatur. Licet Paulus & ipſe ſanctiſſimus eſſet, & nos viles homũtiones. An.n.decet, vt ſi quiſpiã modo ad Romanos ſcribat, ſalutatẽ dicat, ſummũ Pontificem? Non eſt hic cõueniens modus, vt res ipſa declarat. Ad Pontificem dandæ ſunt literæ, quibus intelligat ſuam illius charitatem, atq; beneuolentiam. Credo itaq; ego, vel quod Paulus ad Petrũ, literas dederit familiares, breues, quibus totum huius epiſtolæ negotium aperiret, idq; ſuæ ſanctitati committeret, à ſctã hac ſede iudiciũ expectans, ne in vanum cucurriſſe crederetur. Vel ſi non ſcripſit, illi qui hãc epiſtolam detulit, in mandatis dedit, vt primum Petrum conueniret. Vnde non puto hanc epiſtolã, niſi Petri iudicio autoritatẽ obtinuiſſe, nec citra eius cõſenſum lectã fuiſſe. Tanta erat Pauli modeſtia. Tantus Petri erga Paulum amor. Certum nanq; illud eſt. Petrum hanc Pauli epiſtolã lectitaſſe, aliter quidẽ nõ diceret, In epiſtolis chariſſimi fratris
1. Pet. 3. mei, ſunt quędã difficilia intellectu, quę indocti & inſtabiles deprauant. Quod ſane de hac dř potiſſimum. Nunquam autem crediderim ego, Petrum cum cæteris promiſcuè illam legiſſe, tanquam à Paulo erudiendum, nec vllus hæreticus etiam id dixerit. Magno itaq; iure credi poteſt, quod primum Petrus illã legerit, & deinde nõ ſolum Romæ, ſed omnibus eccleſijs propria auctoritate legendam tradiderit. Hee duę reſponſiones certe, vt verum fatear, nullam q̃ ego videre poſſim, callumniam patiuntur. Attamen eſt tertia, quæ omniũ ora poterit obſtruere. Pugnabant Iudęi cũ Gentibus in vrbe Roma, in diſcrimineq; eorum cõtentionibus, euãgelij negotium erat. Romæ rumor erat, Paulũ quendam Chři Apoſtolũ, in Oriẽte euãgelium diſſeminare, iudaiceq; ſuperſtitionis ſinagogas expugnare atq; pſternere. Illum Gentes quoties cum Iudęis contendebant, in medium, tanq̃ gentilitatis fautorem adducebant. Iudęi vice verſa, infenſum illum habebãt, Petriq; autoritate gloriabantur, qui circunciſioni indulgentior eſſe videbatur. Paulus hęc oĩa publicis rumoribus intellexit. Compeſcere igitur hinc inde cupiens lites, hunc in modũ in hoc negotio agere debuit, vt diuinus ſpũs, non humanum ingenium, ad concordiam eos reducere videret. Studendum itaq; fuit, vt Paulus Petro, Petrus item Paulo incognitus eſſe crederet. Hoc.n.viſo, qđ eadem Petri & Pauli doctrina eſſet, cũ tñ alter alterum vix agnoſceret, ſuſpicari non potuerunt, niſi Deum vtrumq; afflaſſe. Impoſſibile.n.eſt diuerſos, in rebus, quæ neq; euidentia, neq; ratione probari pñt, idem ſentire oĩno, niſi vel eiuſdem magiſtri diſcipuli fuerint, vel alter alterum pceſſerit. Poſterior.n. non habens rõnes contradicendi, idẽ credere põt, quod prior docuit. Vel à Deo illuminãtur. Petrus & Paulus non fuerunt condiſcipuli. Eodem tẽpore pdicabant. Idem omnino, alter in Oriẽte, alter in Occidente, de his quæ neque ratione, neq; ſenſu pbari poſſunt: Impoſſibile igitur eſt exiſtimare, vt alio magiſtro, quàm à Deo eſſent eruditi. Ob id ergo par fuit oſtendere, quod vix ſe ſe agnoſcerent. Aliter enim ſuſpirioſi illi & contentioſi dixiſſent, confęderati ſunt iſti Apoſtoli, ſimul cõmunicaue-

nicauerūt, vt nos omnes decipere poſſint. Ecce, ille iſtum ſalutat, iſte vult, vt illius epiſtola æque ac euangelium legatur, dolus hic eſt. Verum enimuero, cū Paulus ſerias haſce literas ſcribens, nec verbum quidem Apoſtolorum principis fecit. Ille autē uiſa epiſtola, eam approbauit, ablata eſt omni doli ſuſpicio. Indubie quippe credere potuerunt omnes, ambos hoſce Apoſtolos, eodē diui no ſpiritu afflatos, pacem inter Iudæos & Gentes moliri. Quamuis ille acrior, pro Gētibus, iſte pro Iudæis benignior videret. Hac enim epiſtola oſtenditur, & Iudæi infirmitatem tollerandā eſſe, quod faciebat Petrus, & Ethnicum ſcādalizandum non eſſe, quod Paulus cōtendebat. Optime ergo omnes, qui Romæ erant, & ex Petro, & ex Paulo ædificari potuerunt. At ſi amicitiæ & familiaritatis vel tātillum, erga Petrum Paulus oſtendiſſet, actum fortaſſe erat. Vis autem uidere, quod hæc tāſio ſcopum tangat: Ecce. Nam & hoc argumētum, pro ſuæ doctrinæ veritate adduxit Paulus, cum ad Galatas ſcribens diceret. *Gal.1.* Eram ignotus facie eccleſijs Iudeę, quæ erant in Chriſto. Tantum autē audituma habebant, quoniā qui perſequebatur nos aliquando, nunc euangelizat fidem, quā aliqñ expugnabat, & in me *Gal.2.* clarificabant Deum. Deinde autē aſcēdi Hieroſolymam, & qui videbantur collumnæ eſſe, nihil mihi contulerunt, ſed dextras mihi dederunt, & Barnabæ. &c.

Oritur nihilominus difficultas. Quia videtur quod Paulus mentitus fuerit facto ſi non verbo, quoniam reuera Petrum cognoſcebat, immo iā cum eo fuerat in Antiochia. Reſponſio eſt. Quod nequaquam mentitus eſt. Veritatem profectò occultauit, at falſitatem non dixit. Id autem & licet, & expedit quandoq;, vt ſupra oſtenſum eſt. Alia conſideranda in præſentiarū non occurrunt circa eos, qui ſalutantur & ſalutāt, niſi quædam pauca. Priſca & Aquila Iudæi erant, Priſca mulier vel Priſcilla, Aquila vir, ideſt coniunx, tabernaculorum opifices, cuius artis erat etiā Paulus Apoſtolus. Amicique ob id maximi fuerunt in vrbe Corinthi. Illuc enim fuerant, dum pulſi eſſent è Roma Iudæi. Manebat autē Paulus apud eos, Chriſtianique effecti ſunt, adeò autem clari euaſerunt, vt Priſcillæ opera doctiſſimus Apollo Iudæus, ad Chriſtū conuerſus, plurimum in via domini pfecerit. Quia uerò magnas pſequutiones à Iudæis Paulus paſſus eſt, tu cogita, quoties & Priſcilla & Aquila propter eum afflicti ſunt, verberibus, ieiunijs, tormentis, mortibus. Mariam debet legi, non Mariam, accentu in vltima. Nō enim eſt nomen Græcum ἡ μαρια, ſed Hæbræum, μαριὰμ, vti & nomen virginis θεοτοκου, habetur enim in Euangelio. Nonne nomen matris eius Mariā? Quo intelligimus, nomen eſſe indecli- *Matt.13.* nabile, ſicuti Abraham, licet quandoq; nos declinemus neſcio, qua ratione Abraham Abrahæ. Modo.n. dicimus filij Abraham, modo filij Abrahæ. Tertius & quartus, virorum propria ſunt noīa. τερτιος κουαρτος. Olimpam legi debet, nō Olimpiadem, Oeconomus legatur, vel procurator ciuitatis, non Archarius, οἰκονόμος τῆς πόλεως. Caium baptizauit Paulus, Timotheum Chrſtianum circuncidit, atq; epiſcopum ordinauit. De reliquis pauci ſunt, quorum hiſtorias ex ſacris literis nouerimus. Hic ergo finis eſto.

Porro, quia æternus, ineffabilis, ac omnipotens Dei ſermo, qui infinita illa magnitudine cęlos, terras, & maria implet, vt hominem quem peccata, tā admirabili maieſtate deiectum, ad anguſtiſſimam paruitatem deduxerat, in diuinæ gloriæ celſitudinem pronehere, & attollere poſſet, quamuis diuinam illam non depoſuerit ſuæ virtutis immēſitatem, nr̄a tamen aſſumpta breuitate, exinaniri, breuisq; & anguſtus fieri uoluit. Legem quoq;, quam non niſi magno, ptolixoque itinere ad felicitatem aſcendere homines poterant, ne nullus excuſari poſſet, breuiſſima ſumma concluſit. Iuſtitiam.n. vno præcepto cōſumauit. Dei verbum caro factum. Cognitionem, breui compræhendit ſymbolo. Intentionem, exigua oratione reformauit. Hinc illud, olim priſcis ſe- *Eſa.1.* culis cecinerant Vates, Sermonem ab- *Rom.9.* breuiatum faciet dominus ſuper terrā.

Age igitur & nos, Roma, omnis Chri-
ſtianæ religionis, *ανακεφαλαίσιν* com-
pendioſam, quam ſemper præ oculis
poſſis habere, ne de prolixitate quæ-
ratur quiſpiam, qui verè Chriſtianus
non fuerit, perſtringamus. Vniuerſam
enim legem noſtram Paulus, hac epi-
ſtola ad Romanos edocuit. Hic aũt, ſi
alias vnquã, nũc vos attẽtos eſſe velim.
Duas quæſtiones duntaxat, ſcire opor
tet Chrĩanos oẽs. Quid nam credere
oporteat in primis, & deinceps quid
agere. In his duobus, fide ſcilicet recta,
& morũ probitate, oẽ negotiũ pendet,
oĩs lex, & prophetæ. Paulus itaq; oĩum
Chrĩanorum magiſter, ſacrã hanc vrbẽ
Chriſtianæ religionis tribunal, & per
vrbem orbem hæc duo docet. Primũ
agit diſputationibus, vſq; ad vndecimũ
caput incluſiue. Secundum adhortatio
nibus & monitis, vſque ad finem. Ma-
gna autẽ ratione, primum credenda do
cet, q̃ agibilia. Quandoquidem nulla
actio, niſi ex recta fide ortum habuerit,
recta eſſe poteſt. Cum ſola fides ſcopũ
oſtendat, quo noſter curſus dirigatur.
A quo qui aberrauerit, iam in vanum
cucurriſſe, citra controuerſiam mani-
feſtum eſt. Quia vero è longinquo ſcri
bebat Paulus. (Erat enim Corinthi,)
viſum eſt illi, in epiſtolæ familiaris mo-
dum, ad Romanos, ſui erga eos amo-
tis, perpetua monumenta dare. Nihil
enim abſentis amici amorem exprimit
magis, quàm epiſtolæ, ſiquidem quaſi
ſimulachrum viuum, nõ animum ſolũ,
ſed cogitationes, conſilia, dolores, gau-
dia, curas, omnes deniq; affectus, &
quæ ipſe ſibi uix præſens loquitur, ani-
mi ſecreta, ad amicum abſentem fideliſ
ſime tranſmittit. Propterea neceſſe illi
fuit, duobus hiſce negotijs, pleraque
cum in principio, tum in fine coniun-
gere, quæ omnia epiſtola exigit, Saluta-
tionem, Excuſationem, Commendatio
nem, Præcationes, & alia id genus.
Incępit itaq; à ſalutatione, cum à ꝓprio
nomine, in epiſtolas ſcribẽtium morẽ,
exorſus eſt. *Paulus ſeruus Ieſu Chriſti.* Id
enim neque Moſes fecit, neque Da-
uid, neq; euangeliſtarum nullus, quod
illi præſentibus, hic abſentibus ſcribe-
ret: quod illi libros, hic epiſtolam texe
ret. Salutatio uero illa. Bone Deus, q̃
ab omnibus alijs differt ſalutationibus?
Non modo enim facundiæ plena eſt,
plena gratiarum, plena amoris, & bene
uolentiæ, ſed myſteriorum plena, plena
doctrinæ, & talis quidem doctrinę, qua
lem perpauci intelligere queant. Om-
nem nanq; euãgelicæ philoſophiæ ma-
teriem, paucis uerbis complectitur. illic
vſque. *Primum. Quidem. &c.* Quum em̃
nomen proprium, ſtatum, munuſque
quo fungebatur. *Paulus ſeruus Ieſu Chri
ſti, vocatus Apoſtolus, ſegregatus in euange
lium Dei.* explicandum duxit, quid om
ne euangelium contineret, cuius ipſe
ſe ſe præconem profeſſus erat. Ita enim
ad euangelicam hanc epiſtolam, legen-
tium animos non præparauit modo,
ſed inuitauit, ſed accendit, ſed coegit.
Reddens eos ante omnia dociles, & at
tentos. Vbi nos diſputauimus. Cur poſt
euangelia, voluerit ipſe Apoſtolus ſcri-
bere, quaſi Euangelia ſatis non ſint ad
Chriſtianos erudiendos. Cur tanta dif-
ficultate, Pauli doctrina ſcateat. De eius
epiſtolarũ ordine, de numero, cur qua-
tuordecim. Cur ad tres populos tan-
tum, Hębręos, Græcos, & Latinos. De
Pauli nomine. De vocatione æterna &
tẽporali. Cur nomini ꝓprio addiderit.
Seruus, vocatus Apoſtolus, ſegregatus. Ha-
bent enim omnia hæc adiuncta, ꝓprias
emphaſes. Ab antiquitate autem, ne
nouum, euangelij nomen putaretur,
euangelium illud extulit, quod ante
promiſerat per Prophetas ſuos, in ſcri-
pturis ſanctis. Mox ad materiem de-
ſcendens, in duas partes illam diſtin-
xit. Altera eſt de capite Chriſto. Al-
tera de corpore Eccleſiæ. Plura enim
his duobus continere euangelium,
nemo dixerit. De capite ſex teti-
git myſteria. Primo declarauit per-
ſonam, quod Filius Dei eſſet. *De Fi-
lio ſuo.* Secundo, incarnationem, in-
carnationiſque modum, atque etiam
Genealogiam ſecundum carnem. *Qui
factus eſt ex ſemine Dauid, ſecundum car-
nem.* Tertio. Hanc filij Dei, cum ho-
mine vnionem, ex ſemine illo Dauid,
ſecundum carnem. Quæ à Iudæis in
ius vocatur: quam Gentes irrident:
quam nos ſuſpicimus & adoramus.

Probauit

Probauit à reſurrectione. *Qui definitus eſt filius Dei in virtute, ſecundum ſpiritum ſanctificationis, ex reſurrectione Ieſu Chriſti Domini noſtri.* Quarto. Glorioſum illud nomen *Ieſu* explicauit. Quinto. Regiam dignitatem. *Chriſti.* Sexto. Omnium rerum dominium: In quo & iudicandi poteſtas includitur. *Domini noſtri.* Qui.n.hominibus dominatur, vniuerſarũ rerum dñs eſt. In his vero, totum ſymbolum Apoſtolicum de Patre, de Filio, de ſpiritu ſancto, de Cõceptione Chriſti ex virgine deipara, de paſſione, de morte, de ſepultura, de Reſurrectione, de iudicio, facilè intelligere potes. Ego autem ſuper his, tria diſputaui. Primum, Deum habere filium, contra hæreticos. Illum hominẽ induiſſe, contra Philoſophos. Et quod is, Ieſus noſter fuerit, contra Iudæos.

De Eccleſia vero, quæ eſt huius capitis miſticum corpus, quinq; propoſuit. Ibi. *Per quem accepimus gratiam.* Primo, quod à Chriſto vegetatur & regitur, ſicut corpus à capite. *Per quem.* Secundo, quod varij ſunt huius capitis influxus, & dona, quę pro animarum ſalute, eccleſiæ cõicantur, *Accepimus gratiam & apoſtolatum.* In his enim gradibus, reliqui ſubſtentantur. Tertio. Quod vnus eſt omnium proprius finis intrinſecus, vna ſcilicet fides. *Vt obediatur fidei.* In ſingulari. Quarto. Quod vna eſt tantum eccleſia. *In omnibus Gentibus.* iuxta Chriſti verbum. Fiet vnum ouile, &
Ioan.10 vnus paſtor. Quinto, quod & caput, & corpus ſunt ad laudem Dei: tanquã ad finem extrinſecum. *Pro nomine eius.* Vbi nos gratiam, in gratis datam & gratificam diſtinximus. Apoſtolis Epiſcopos ſucceſſiſſe, Apoſtolatum, per mortale peccatum, non amitti. Paulum Apoſtolum, non quia pro euangelio acriter pugnaturus præuideretur, ſed vt acriter pugnarit, gratis electum eſſe, oſtendimus. Habes in his omnibus reliquã ſymboli partem. Credo vnam ſanctam eccleſiam, ſanctorum communionem. Remiſſionẽ peccatorum. Carnis reſurrectionem. Vitam æternam. Atq; hunc in modum, totum Euangelium vides, quàm breuiter Paulus inuſitata hac ſalutatione, complexus fuerit.

Ent. ad Rom.

Quod ſequitur. *In quibus eſtis & vos vocati Ieſu Chriſti Domini noſtri.* Eſt de ratione Epiſtolæ, vt Epiſtola. Deſcendit enim ad eos, quos vult ſalutare. Demum ſalutat. *Omnibus qui ſunt Romæ dilectis Dei, Vocatis ſanctis. Gratia vobis, & Pax à Deo patre, & Domino noſtro Ieſu Chriſto.* Vbi nos magna ratione diximus factum eſſe, vt Roma Chriſtianæ religionis caput eſſet. De virtutibus Romanorum. Chriſtianos omnes dici ſanctos. Summumq; Pontificem Sanctiſſimum. De modis quibus Deus vocat, per ſe notauimus, omnibuſque vocationibus quãtumuis efficacibus, nos poſſe reluctari.

Poſt hæc, ad epiſtolam accedit. *Primum quidem gratias ago Deo meo, per Ieſum Chriſtum, pro omnibus vobis, quia fides veſtra annuntiatur in vniuerſo mundo.* Et primum quidem, quinq; modis, Romanorum beneuolẽtiam captat. Ex hoc in primis, quod gratias agit Deo, de eorum fide, & publica fama, illic vſque. *Teſtis eſt mihi Deus.* Secundo, à præcibus aſſiduis, quas pro eis fundit ad dominum, vſq; ibi. *Obſecrans, ſi quo modo tandem aliquando, Proſperum iter habeam in voluntate Dei, veniendi ad vos. Deſidero enim videre vos. &c.* Tertio, à fruẽdi deſiderio illorũ conſuetudinẽ. Vſq; ibi. *Nolo aũt vos ignorare fratres, quia ſæpe propoſui, venire ad vos, &c.* Quarto. Ab antiquo viſendę Romę propoſito. vſq; ibi. *Græcis & Barbaris, ſapientibus & inſipientibus, debitor ſum.* Quinto, & vltimo. A prõptitudine Romanis euangelizandi, & doctiſſimis & eloquentiſſimis, humile crucifixi euangeliũ, citra oẽm pudorem, vſq; ibi. *Non enim erubeſco Euangelium.* Vbi à nobis examinatũ eſt, cur Paulũ nõ exaudiuit Deus, vt Romã veniret. An ſint vanę hoïum præces, quia Deus mutari nõ põt. Et cur nobis inuitis quandoq; agimus, quod Deus vult, vt Ionas, quem belua ad Niniue litus euomuit, Niniuitas effugiens.

His expletis, quæ epiſtolam dictanti, neceſſaria erant, negotium aggreditur, vt inſtruat, quæ nam à chriſtianis credenda ſint. Hæc autem omnia, vnica concluſione conſtringit, quæ tanquã theſis proponitur vniuerſæ huius

doctrinæ, & baſis omnis Chr̃ianæ ſtru-
cturę, gr̃a Chr̃i euangelica. *Virtus eſt in*
ſalutem omni credenti, vel Iudæo, vel Græco.
Et qm̃ contendentibus in vrbe Roma,
Chriſtianis, præputiatis & circuncißis,
quiſq; ſibi aliquo quæſito colore blan-
diebatur. Iudæus à lege. Genrilis à ſa-
pientia. Hic nanq; per legem, ille p ſa-
pientiam naturalem, coram Deo iuſtũ
euadere atq; ſaluari potuiſſe ſemper, &
poſſe dicebat. In hoc uno laborat Pau-
lus, vt vtrumq; omni tempore erraſſe
demonſtret. Quo, iuxta concluſionem
aſſertã, ſtatim, ſola Chr̃i gratia, quã euã
gelium continet, adoretur, tanq̃ nõ mo
do hac noſtra ætate ſufficiens, ſed pri-
ſcis ſeculis antequã veniret Chriſtus,
vnicè ad ſalutẽ neceſſariã. Iudæũ autẽ
in primis cõuincit, ſicut digniorem, ita
& obſtinationẽ, vſq; ibi. *Reuelatur enim*
ira Dei, de cœlo ſuper omnem impieta-
tem. &c. Oraculum adducens prophe-
tæ dicentis. *Iuſtus ex fide viuit.* Vbi nos
hæc omnia declarauimus. Vnde orta ſit
contentio illa Romæ. Græci noĩe, oẽm
Ethnicum intelligi. Et cur Gręce ſcripſit
Paulus, non Hæbreè, non Latinè. Quid
ſit Iuſtitia Dei. Quid iuſtificatio, Modũ
iuſtificationis, ẽt Prophetam de Chriſti
venturi fide, intelligere. Qua olim ſan-
cti patres, gratiæ vita viuebant, quicq̃d
Hæbræi contorqueant. Fidẽ quoq;, Dei
quidem donum eſſe, non donari tamẽ
adultis, citra liberæ volũtatis aſſenſum.
Oportereq; illam, bonorum operũ fera
cem eſſe. Aliter nanq; nõ iuſtificat, ſed
condemnat magis. Et quæ differẽtia ſit,
inter iuſtificationem & ſalutẽ. Iuſtifica
tionẽ quoq; duplicem eſſe. Baptiſmalẽ
alterã ſine operibus. Alteram Pęniten-
tialem, non ſine operibus. Quid ſit cre-
dere Chriſto, Chr̃m, in Chr̃m. Mox aũt
ad Gentes conuerſus, oſtendit vſq; ad
finem capitis primi, à peccatorum mul
titudine, & magnitudine, quę à genti-
bus, ẽt à ſummis earum Philoſophis, p-
petrata fuere, ſuã ſapientiam ad ſalutẽ
nequaquã illis profuiſſe. Qm̃ ea abuſi,
Deũ quẽ ex hiſce rebus cognoſcere po
terant, non coluerunt, ſed immortalis
gloriam Dei, anſeribus, cocodrillis de-
dere, ſed & imaginibus emortuis. Quò
factum eſt, vt reproba mente acti, Deo
neglecto, & à Deo ipſi neglecti fuerint,
dicenteſq; malum bonum, & bonum Eſa. 5.
malum, lucẽ tenebras, & tenebras lu-
cem. Etiam in ipſam naturã peccare, nõ
fuerunt veriti. Oẽm infandam turpitu
dinem operantes. Vbi nos oſtendim⁹,
ſeptem modis, inuiſibilia Dei per ea, q̃
videntẽ, noſci poſſe. ex origine, magni-
tudine, multitudine, pulchritudine, ple
nitudine, operatiõe, ordine, propterea
illos inexcuſabiles fuiſſe, Deũ eos me-
ritò neglexiſſe, nec tñ eorum peccata,
in Deum reflecti poſſe. Quid ſit idolo-
latria. An omnis imaginũ cultus, idolo-
latria ſit, examinauimus. Modũq;, quo
Deus tradit in reprobum ſenſum. Et an
traditi ſeruati pñt, cum libero non ca-
reant arbitrio. An quoq; aliquẽ tradat:
& ſi tradit, an ad tempus, an vt pereat,
& vtrum peccatum ſequens, ſit pœnã
prioris.

In ſecundo capite autẽ. *Propter quod*
inexcuſabilis es, &c. vſq; ibi. *Quicunq; ſi-*
ne lege peccauerunt. &c. Arguit cõtra Iu-
dęos, quod & ipſi paria peccata fecerĩt
eo tpe, quo nondum legẽ habuerãt, &
propterea pare iudicio extrema illa die,
à Deo iudicandos fore, qui ſine perſo- Pſ. 74.
narum delectu, cũ acceperit tẽpus, iuſti Matt. 16.
tias iudicabit, & reddet vnicuiq; ſm̃
opera ſua. Indignumq; iccirco eſſe, vt
Ethnicũ Iudæus coarguat, eiſdẽ ſceleri-
bus obnoxius. Vbi nos, An futurũ ſit
iudicium vniuerſale, & cur, q̃uo fiet.
Quis erit iudex, & an meritis nr̃is, vel
Chr̃i tantum merito, ſeruabimur. Vtrũ
ẽt ſit perſonarum exceptor. Et q̃uo red-
det vnicuiq; ſm̃ opera, ſi gr̃a Dei, vita
æterna. Ab illo uerò loco. *Quicunque ſine*
lege peccauerunt, ſine lege peribunt. Oſtẽdit
quod lata lege, habitoq; à Deo ſignacu
lo circunciſionis, lõge maioribus pecca
tis, & minori excuſatione, lege ipſa abu
tentes, ſe ſe coinquinarunt, cum rõne,
tum autoritate. Rõne quidem, vſq; ad
finem capitis ſecundi. *Cum Gentes, quæ le*
gẽ non habent. &c. Si aũt tu Iudæus cognomi
naris. &c. Qui prædicas non furandũ fura-
ris. Qui dicis non mechandũ mecharis. Vbi
nos tetigimus. Cur Gentibus data non
eſt lex, ſed Iudæis tantum. Cur nõ oſtẽ-
ſa ſigna Sidonijs? Cur Capharnaitis?
Q̃uo Gentes, naturaliter legis pręcepta
ſeruare

ſeruare poterant. Hoc.n.Pellagianũ videri poſſet. Vtrum quis redarguere aliũ debeat de pcõ,quo ipſe tenet. Auctoritate vero,vſq; ad medium tertij capitis. Ibi. *Per legem cognitio peccati. Nunc aũt ſine lege iuſtitia.&c.* Vnde Dauidis oraculũ citat. *Oẽs declinauerunt.&c.* Et cõcludit. *Scimus enim,quod quæcunq; lex loquitur, his qui in lege ſunt,loquitur, vt oẽ os obſtruatur, & ſubditus fiat oĩs mundus Deo.* Vbi ego, id non de culpa originali mortali interpretatus ſum, ſed de mortali. At nõ ſm id quod fuit, ſed ſm id quod fuiſſet. Inde vero oſtendit,quod nõ modo lege abutentes, non fuerunt coram Deo iuſtificati, ſaluatiq; per legem, ſed quod ẽt, ſi illius neq; iotã præteriiſſent, non fuiſſent iuſtificati,neq; eius uirtute ſaluati: qñquidem iuſtificare,vim legis excedit, atq; etiã finem propter quẽ lata eſt. Præcedens ergo rõ fuit, à legis abuſu,hæc ab eius infirmitate. Oſtẽdit enim,legem pctã prodere tm̃,non tollere hac rõne.Legem quippe Iudæis tantummodo dedit. Deus aũt vult Iudæos & Gentes iuſtificare. Non eſt.n.diſtinctio,quia oẽs peccauerunt.Non eſt aũt Deus Iudæorum tm̃,ſed Gentium. Nõ eſt itaq; ad iuſtificandum data.Hęc vſq; ad capitis tertij finem. Vbi nos declarauimus,neq; decalogum iuſtum hoĩem efficere,non modo non ceremonias,& iudicia legis. Dubiumq; diſſoluimus.Si lex tm̃ pctã prodit, cum id naturæ lege feliciter efficiatur. An ſit inutiliter mũdo data. Amplius,cur non antea data. Quod nequaq̃ humanis legibus uilior ſit,]quæ ciues bonos facere intendunt. Qũo reuelata mundo, ſine lege iuſtitia,à lege nihilominus teſtificata. Quomodo per Chriſti fidem,euacuata lex. Quomodo impleta.

Pſal. 7.

Rom. 3. Ibidem.

In capite autem quarto, per totũ ferẽ,vſq; ad locum illum. *Traditus eſt propter delicta noſtra*, ad idem,Abrahæ patriarchæ exemplum adducit, qm̃ ante legem,in gentilitate Deo placuiſſe oſtẽdit, atq; in gentilitate per fidem iuſtificatum fuiſſe,quam ſane habuit de Chriſto ſibi à Deo patre promiſſo, cum præputiatus eſſet, & nondum circunciſus. Ipſe.n.contra ſpem, in ſpem credidit, in Deũ qui vocat & cognoſcit ea q̃ non

Rom. 4.

ſunt,tanq̃ ſint,& reputatum eſt ei ad iuſtitiam, vt queadmodum ex 3.cap.liqt. Legem ad iuſtificationem hoĩbus cõparandã infirmã fuiſſe. Ita ex quarto oſtẽdatur,eam neceſſariam non fuiſſe, cui & Dauidis in diuinã grãm, oẽm nrãm iuſtificationẽ referentis teſtimoniũ adiunxit,pſalmo ſanẽ illo. *Beati quorum remiſſæ ſunt iniquitates,&c.* Vbi nos, Pauli & Iacobi contradictionẽ,in Abrahæ exemplo diſſoluimus. Altero quidẽ dicente ſine operibus, altero,ex operib⁹. Circunciſionis vim declarauimus, qđ iuſtitię interioris tantummodo ſignum eſſet. Iuſtitiã duplicem eſſe, corã Deo, & coram hoĩbus. Legẽ quoq; pedagogũ fuiſſe,non Iudæorũ magiſtrum, & quõ. Et mira facilitate, diuinæ cognitionis æternitate, quoad põt humanũ ingeniũ aperuimus,oſtendentes inde,futura oĩa cõtingentia,ad Deũ relata, neceſſitatẽ dicere. Proprerea quod, oẽ id quod eſt, qñ eſt,neceſſe eſt eſſe. Neque tñ certitudine illa, vel tantillum rerum contingentiæ deperire, quia cognoſcit & res futuras eſſe,& eo modo quo futuræ ſunt. Et quid ſit æternitas,& qũo illi omnia æque præſentia ſunt,ẽt & pręterita & futura. In illis uero vltimis uerbis quarti capitis. *Qui traditus eſt propter peccata noſtra.&c.* concludit. Si non ſapientia,ſi nõ lex, neq, circũciſio hoĩem iuſtificat, Chri gratiã itaq; tandẽ fateri oportebit,hoĩes iuſtificare,quaſi à partium coarguẽs enumeratione. Et ut nulla cauillatio eſſe poſſit, tanq̃ uerus philoſophus,à poſteriori illud probat,ab effectu videlicet, vſq; ad illum capitis qnti locum. *Propterea ſicut per vnum hominem,&c.* Effectus quippe iuſtificationis coram Deo, pax cum Deo eſt, atq; Dei dilectio,& grã,& ſpes gloriæ, & gloria in tribulationibus. Ecce pulchra gradatio. Nunq̃ tñ effectus hoſce,conſequuti fuere hoĩes, niſi Chriſti beneficio, qui tã magna charitate aĩam ſuam poſuit, pro inimicis ſuis, vt reconciliationem acciperemus. Iuſtificatio itaq; nõ aliunde,q̃ Chri ſanguine parta fuit. Ita.n.per ſpũm ſanctum, qui datus eſt nobis, charitas Dei diffuſa eſt in cordibus noſtris. Vbi nos quid præcedat, an iuſtificatio ſpẽ,fidẽ,charitatẽ,an ſpes, fides, & charitas

Pſal. 31.

Rom. 5.

ritas iuſtificationem. Quid ſit charitatẽ
diffundere in cordibus noſtris, per ſpi-
ritum ſanctũ. Quid gr̄a ſit. Quid ſpũs
ſanctus. Cur ſic dicat. Cur mori volue
rit Chr̄s Ieſus, cum innumeris alijs mo
dis, nos reconciliare poſſet. An pro om-
nibus mortuus ſit. Cur pro inimicis ſi
maiorem charitatem nemo habet, vt
ipſe dixit, q̃ vt animam ſuã ponat quis,
pro amicis ſuis: Quid maius ſit, an im-
pium iuſtificare, an iuſtum glorificare,
declarauimus. Mox autem ad peccatũ
originale primi parentis aſcendens, tã-
quã à proprijs ad communia, à riuis ad
fontem, ibi. *Propterea, ſicut per vnum ho*
minem peccatum, in hunc mundum intra-
uit. &c. vſq; ad quinti capitis finẽ, oſtẽ-
dit, mirum non eſſe, ſi vnius hominis
merito, ſeruatus eſt mundus, qñ & vnius
hoĩs delicto, perierat totus. Cum tñ lon
ge propenſior ad ſeruandum, q̃ ad per-
dendum ſit Deus. Illum vero Iudæorũ
heroem Moſen, peccatum illud, ſua le-
ge nequaq̃ ſuſtuliſſe, ſed auxiſſe potius
Chriſtum aũt vnicè illum fuiſſe, qui ſua
gr̄a labem illam deterſerit: obedientia
ſua, adæ inobedientiam vincens, & hu
militate ſuperbiam, ac propterea plus
ſatis in regeneratione ſpirituali ſua gra
tia potuiſſe, q̃ ille peccato ſuo, carnali
Rom. 5. poſſit generatione. Qua vitiatæ radicis
infecti rami, naſcunt oẽs. Vbi.n. abũda
uit delictum, par fuit, vt gr̄a ſuperabun
daret. Vbi nos, peccatum originale con
tra Philoſophos quantũ potuimus, p-
ſuaſimus: Quid ſit pc̃tm̃ illud. Quõ con
trahitur. An ſit voluntarium. Qua iuſti
tia, propter parentum pc̃tũm, pereunt
filij. An ſit efficacius Chr̄i donum deli-
cto Ade. Virginem, illo peccato caruiſ-
ſe, & præter eam, neminẽ. Quę ſit pue-
rorũ pęna, qui in peccato originali mo
riunt. An mors ſit huius peccati pęna,
an naturæ conditio. Vtrum Adam ſi
non peccaſſet, in euum vixiſſet, & alia
plura aperuimus.

Ad Sextum autẽ caput accedens, mo
dum quo peccatum illud Chr̄i merito
diluatur, oſtendit. adducens in princi-
pio capitis, vndarum baptiſmalium la-
uacrum. *Quid ergo dicemus? Manebimus*
in pc̃tõ, vt gratia abundet? Abſit. Quicun-
que bapti͡ʒati ſumus. &c. Deinde propor-
tionem mortis Chriſti, & baptiſmi no-
ſtri declarat. *Conſepulti enim ſumus illi per*
baptiſmum in mortem. &c. Sicut.n. Chri-
ſtus carni mortuus eſt, ita baptizatus
moritur peccato. Sicut Chr̄s à mortuis
reſurgẽs, immortalitatem adeptus eſt,
ita qui baptizatur, poteſt in vita gratiæ
ppetuo pſeuerare, minime vero pecca-
re. Hinc baptizatorum ſtatũ, gratiæ ſta-
tum uocat. Ibi. *Non.n. eſtis ſub lege, ſed ſub*
gratia. Peccatum.n. vobis non dominabitur.
Cuius occaſione, mox oſtẽdit vſque ad
Sexti capitis calcem, hominem abſque
gratia, etiam ſub lege, ſeruum peccati
eſſe, liberari autem tm̃ per gratiam, vt
Deo ſeruire poſſit & velit, quo peccati
ſtipẽdia, nequaq̃ recipiat, ſed gratię do-
num, vitam æternam conſequatur. Ita
enim finit. *Nunc liberati à peccato, ſerui*
autem facti Deo, habetis fructum in ſancti-
ficationem, finem vero vitam æternam. Stipẽ
dia.n pc̃ti mors. Gratia aũt Dei vita æterna.
Hic aũt nos p multiplices baptiſmos,
baptiſmi nr̄i efficaciã oñdimus. Cur ad-
huc cõcupiſcẽtię fomes manet poſt ba-
ptiſmũ. Cur Chriſtiani à peccato origi-
nali expiati, filios generant in peccato
originali, æque ac turcæ & Iudæi. An
pueri baptizandi ſint. Vtrum abſq; ba-
ptiſmo, quis ſeruari poſſit. An infantes
in vtero ſignati. Vtrum illi excuſari poſ
ſint, qui inter Barbaras Gentes viuunt,
vel in nemoribus. Et quid illis agendũ
eſt, qua etiam lingua loquerentur, inci
denter eſt dictum. Poſtremo. An homo
extra gratiam, liberi ſit arbitrij. Quid li-
berum arbitrium ſit. An qui ſub lege
erant, gratiam habebãt. Quomodo pu
gnent gratia & liberum arbitrium, V-
trum neceſſario peccarent illi, qui ſub
lege erant, ventilauimus.

Ex his, in capite ſeptimo cõcludit. Si
gratia cum lege pugnat, nunc autẽ gra-
tiæ tempus aduenit, ceſſauit igitur lex.
Quod probat ſimilitudine à matrimo-
nio ſumpta. Si.n. vir moritur, libera mu
lier eſt, vt alteri nubere poſſit, vſq; ibi.
Quid ergo dicemus? Lex peccatum eſt? Vbi
nos diſſoluimus, illa teſtamenti veteris
loca, quæ legem circunciſionemque
potiſſimum, in æternum duratura eſſe
teſtantur, & difficultatem illam de di-
uortio viri atq; mulieris, & vtrum pro-
pter

pter fornicationem liceat vxorem dimittere,aliamq; ducere, quod negatiuè determinauimus: quia, quos Deus coniunxit,homo non ſeparet, & de libello repudij in Moyſi lege,prolixe enucleauimus.

Poſtea verò. Ibi. *Quid ergo dicemus? Lex pctm̄ eſt? Abſit.* Oſtendit legem minime ceſſaſſe, quia mala, ſed quia impfecta eſſet,& minus bona, qm̄ legem in mēbris, repugnantē legi mētis, hauduaquam tollebat, Immo potius occaſio erat augendæ cōcupiſcentiæ carnis, adeò, vt quaſi pietate ductus eorū, qui legis vinculo detinentur.(Non.n.quod volunt bonum facere pñt, lege carnis reluctante,) clamauit. *Infelix ego homo quis me liberabit de corpore mortis huius? Gratia Dei,per Ieſum Chriſtum Dominū noſtrum.* Vbi nos leges multiplices diſtinximus.Naturæ. Moſis, Carnis. Chriſti. Moſi legem in tres partes. Iudicia,Mores.Ceremonias.Occaſionē,in acceptā & datam.Dubiumq; illud declarauim⁹, An qui eſt in peccato,nec reſurgit,poſſit pctā ſequentia deuitare, vel oīa, vel ſingula, vel aliqua. Et quod uelit bonū facere,vel omne,vel aliquod. Manifeſtauimuſq;. Quid ſit hoīem facere, qđ in ſe eſt, vt à peccato quo tenetur,reſurgat. Ex hoc autē,quod ceſſauit lex,concludit,ſummam eſſe Chriſtianorū felicitatem,quod nulla eos maneat condēnatio. *Nihil ergo eſt dānationis his,qui ſunt in Chriſto Ieſu.*, in capite octauo vſq; ibi. *Scimus,quoniam diligentibus Deū,oīa cooperantur in bonū.* Lex.n.eos primum accuſabat,peccataq; per accidens augebat. Damnabat igitur eos dupliciter, per ſe accuſando, per accidens concupiſcentiam augendo. Ipſa ceſſante, gratiaque Dei illis patrocināte, nihil eſt quod eos dānare poſſit, niſi ipſi ſemel acceptam libertatem, in carnis occaſionem dare velint, & à ſpiritu ſe ſe ſubducere. *Si enim Deus pro nobis,quis contra nos,*niſi nos ipſi? Si ſecundum carnem viuamus. Nam qui in carne ſunt, Deo pla-
Rom.8. cere non poſſunt. Sed qui ſpiritus deſideria perficiunt, hi filij Dei ſunt, pignus hæreditatis habentes ſpiritū ſanctum, quo aguntur, clamantes Deum patrem, magnamque illam reſurrectionis, & æternæ vitæ gloriam expectātes, quā & omnis creatura magnis deſiderijs præſtolatur, ingemiſcens, & parturientis inſtar, ſuſpirans & dolens ſemper,quo ad illa optata dies aduenerint. Vbi nos declarauimus. An homo habita Chriſti gratia, poſſit omnia peccata cauere. Cur neceſſe eſt ſemper orare: ſi poſſumus. An agamus, an agamur in bonis operibus. Quid ſit Dei ſpiritu agi. An neceſſitatem inferat, diuinus ſpūs. An erit carnis reſurrectio. Quomodo reſurgemus. Vtrum omnes moriemur. Qualis erit mundi innouatio. Vtrum cęli motus ceſſabūt.Inde autem. *Scimus quoniam diligentibus Deum.* &c. vſq; ad finem capitis vndecimi, occaſione accepta ab eo quod ſtatim de diuinæ gratiæ efficacia dixerat,qua Chriſtiani adiuuantur,modo ſibi ipſis, deeſſe ipſi noluerint, negotium (labirinthū ne dicam magis,)de diuina prædeſtinatione ingreditur. Quæ nihil aliud eſt, quàm gratiæ præparatio. Et circa myſterium hoc,ſex puncta notabilia tangit. Oſtendit in primis,Deum ante ſecula eos,qui ſalutem conſequuntur,prædeſtinare. Deinde in ſeculo vocare,iuſtificare,ac tandem glorificare,vſque ad finem capitis octaui. Secundo autem. Non omnes Iudæos quantumuis filij Dei ſint, prædeſtinatos eſſe, non Iſmael, non Eſau, ſicut nec à figulo vaſa omnia,in honorem etiam ex eadem maſſa, finguntur, vſque ad medium noni capitis. *Quos vocauit non ſolum ex Iudæis, ſed ex Gentibus.* Tertio. Etiam ex Ethnicis pleroſque electos eſſe, vel prædeſtinatos. Vſque ibi. *Iſrael autem ſectando legem iuſtitiæ, in legem iuſtitiæ non peruenit*, quaſi ad finem. Quarto. Rationem reddit,cur pleriquе Iudæi à Deo abiecti fuere. Dicitque illam fuiſſe incredulitatem, contumaciamq; inexcuſabilem,*Quoniam offenderunt in lapidem offenſionis*, Finis.n.legis Chrs erat,
cuius ſonus in omnem terram exiuit. Rom.10.
At ipſi aberrarunt à fine,ignorantes iuſtitiam Dei, & ſuam quærentes ſtatuere, iuſtitiæ Dei non ſunt ſubiecti. Expandit quippe Chriſtus, ad eos manus ſuas in cruce,ipſi autē ei cōtradicebāt, vſq; ad locū illū vndecimi capitis.

Dico

Dico ergo. Nunquid ſic offenderunt, vt caderent? Quinto. Reddit rationem, cur electæ ſint Gentes, & ait, illam diuinã fuiſſe bonitatem, tanquã cauſam vnicam: Incredulitatẽ tñ Iudæorum, tanq̃ occaſionem. Illis. n. ſua culpa cadentibus, Deus in eorũ loca, Gentes gratuito ſubrogauit. Oſtendens Iudæis primum, fauiſſe ſummum patrem, & dñm noſtrũ Deum, q̃ Gentibus. Vnde & eos oleæ, comparat, Gentes inſititio oleaſtro, vſq; ibi. *Sed et illi, ſi non permanſerint in incredulitate.* Sexto. In ſpem viuam abiectos erigit, dicens. Quod & alterna viciſſitudine ſi voluerint, occaſione accepta p Gẽtium ſalutem, poterunt & ipſi ſalutem conſequi, quam propria incredulitate perdidere. *Cæcitas contingit in Iſrael, donec plenitudo Gentium intraret, & tunc omnis Iſrael ſaluus fiet.* Qm̃ Deus ſuorũ non pęnitet promiſſorum. *Sine pœnitentia. n. ſunt Dona & vocatio Dei. Concluſit autem Deus omnia in incredulitate, vt oĩum miſereatur.* Et tunc quaſi in mari abſorptus, exclamat. *O altitudo diuitiarum ſapientiæ & ſcientiæ Dei, &c.* Vſque ad vndecimi capitis finem.

In his vero myſterijs enucleandis, ꝓ rei dignitate, tam prolixi fuimus, vt nõ facile poſſim breui ſermone oĩa pſtringere. Deum. n. præuidere, prouidere, deſtinare, prædeſtinare, vocare, iuſtificare, glorificare, oſtendi, & quid ſint hæc omnia. Quæ ſit vocatio ſecundum propoſitum, quæ non ſm̃ propoſitum. Prædeſtinationem nõ eſſe niſi bonorũ. Non paucos eſſe prædeſtinatos. Prædeſtinationis non eſſe cauſam, meritorum prænotionem. Effectum prædeſtinationis, vel finem, neminem ſine meritis aſſequi poſſe. Prædeſtinatorũ numerum, Rom. 1. nec augeri, nec minui, illũ ſoli Deo notum eſſe, & Cur. Prædeſtinationem certam eſſe, & neminem tñ quantũuis prædeſtinatum, neceſſario ſeruatũ iri. Et qũo. An Deum quandoq; ſuorum pęniteat promiſſionũ. Quod nequaq̃ gratis reprobauit Deus Eſau. Quod nõ gratis Pharaonem obdurauerit. An figuli exemplum ſit conueniens. Qũo miſeretur cuius vult, & quem vult obdurat: nec tñ iniquus eſt. Cur quoſdam prædeſtinat, non oẽs. Cur hos, non aũt illos. Reprobos non neceſſario perire. Noſtra culpa tm̃, damnari, Diuina gratia, noſtriſq; meritis ſeruari. Qũo prædeſtinatis omnia cooperant̃ in bonum, ẽt peccata. Qũo reprobis omnia cooperant̃ in malũ, ẽt orationes. Qũo hiperbolæ iſtæ intelligant̃. Non eſt volentis neq; currentis, ſed miſerentis eſt Dei. Quomodo oĩs Iſrael ſaluus fiet. Qua arte Deus, mala omnia vertit in bonũ. Quomodo culpari pñt Iudæi, ſi illos excæcauit Deus. Vtrum ex ignorantia. An ex malitia cruci Chr̃m affixerint. An verum ſit, quod in oẽm terrarum orbem, exiuerit Chr̃i nomen. Et hunc in modum cõpleta eſt prima pars epiſtolæ principalis, qua docuit Paulus, quid nã oẽs credere oporteat. Illud. n. eſt Chriſtum, Chr̃iq; gratiam, virtutem Dei eſſe omnibus credentibus, ad ſalutem & iuſtitiam. quod nouem modis probatũ eſt. Primum, ab oraculo. Iuſtus ex fide viuet. Secundo, à peccatis gentium & Iudæorũ ante legem. Tertio, à Iudæorũ peccatis, qui ſanctiores lata lege uidebant̃. Quarto, ab ipſius legis infirmitate. Quinto, à iuſtitia Abrahæ per hæreditatem ante legem adepta. Sexto, ab effectibus iuſtificationis, quos niſi p Chriſtum minime conſequimur, tum inter Iudæos, tum inter Gentes. Septimo, à labe originaria etiã puerorum, quã vnus Chr̃i baptiſmus abluit. Octauo, à legis ceſſatione per Chriſti euangelium, qua ſanè lege damnabamur. Nono, à Iudęorum &, Gentium prædeſtinatione gratuita, quorum quiſq;, qui Chr̃o nõ crediderit, excidet. Nam Iudæus excidit, Gentes excidere pñt, ſi in fide non pſeuerauerint. Qui item crediderit, ſi excidit reſurget. Iudæi quidem reſurgere poſſunt, & de facto per fidem in Chriſtum reſurgunt.

Secunda pars modo ſequitur, quę eſt de agibilibus. Obiecta aũt nr̃arũ actionum, tria eſſe pñt, quamuis principale ſit vnũ tm̃. Deus, nos ipſi, & proximus. Docet ergo Apoſtolus, quid erga Deũ agere debemus, in duodecimi capitis principio. *Obſecro itaq; vos Fratres, per miſericordiam Dei. Vt exhibeatis corpora veſtra, hoſtiam viuentẽ. &c.* Quid erga nos. *Et nolite conformari huic ſeculo, ſed reformamini*

mini

mini nouitate mentis veſtræ, vt probetis quæ
ſit voluntas Dei Bona, Bene placẽs, & Per-
fecta. Tertio, quid erga proximum. *Si-*
cut enim in vno corpore multa membra ha-
bemus. &c. Et quia proximi quidam pa-
res ſunt, quidam ſuperiores, quidã in-
feriores. Q̃uo erga pares agendum ſit,
declarat, vſq; ad duodecimi capitis fi-
nem. Quomodo erga ſuperiores, ꝑ to-
tum caput tertium decimũ. *Omnis ani-*
ma poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit.
Q̃uo erga inferiores & imperfectos, ꝑ
totum quattumdecimum, vſq; ad locũ
illum, capitis quintidecimi. *Dico enim Ie*
ſum Chriſtum, miniſtrum fuiſſe circuncisio-
nis. Hinc in duodecimo, de mutua be-
neuolẽtia diſſeruit. In tertiodecimo, de
principum obedientia. In quattodeci-
mo & quintodecimo, de infirmorũ tol-
lerantia. Hinc aũt nos collegimus, de
ſacrificiorũ veteris legis ceſſatione. De
ſacrificij ſpiritalis, ſpũs nẽpe cõtriti &
humiliati perfectione. De Monachorũ
cęlibatu. De gratijs gratis datis, maxi-
me de Prophetia. Vtrumq; naturaliter
poſſimus prophetare. Vtrum hæc dona
De, identur ſecundum naturæ capacita
tem. De inimicorũ dilectione, an conſi
lium ſit, an præceptum, & q̃uo. Vtrum
dñium ſit de iure naturæ: quod dñandi
poteſtas à Deo ſit. Quod vna ſit in Chr̃i
eccleſia poteſtas, ſpũalis, & temporalis,
illamq; Pontificiam eſſe, in cuius manu
vterq; gladiꝰ eſt. A qua, & Reges & Cę
ſares iure diuino pendere debent. Sum
mum Pontificem vero, Romanum eſſe
Ep̃m. Ob id quod Petro ſuccedat, quẽ
autoritate primum inter Apoſtolos fuiſ
ſe probauimus. Et illũ vnum, regni cęlo
rum claues habuiſſe. Pontificẽq; in his
quæ fidei ſunt, errare non poſſe, quate-
nus ſcilicet, determinat aliquid creden
dum, vel non credendum eſſe. Idcirco
iudicio ſuo ſtandum eſſe, magis q̃ mille
Auguſtinis, ſi viuerent. De infidelium
ptãte. De malis principibus Chr̃ianis.
De Tributis, & Vectigalibus. De ſcan
dali puſillorum vitando. An Petrus in
Antiochia Gentes ſcandalizauerit. Cur
reprehenſus eſt à Paulo. Poſt hęc de ie
iunio. De ciborum & dierum delectu.
De ſacris diebus feſtis. De Conſcien-
tia errante. De remedio. De Præla-
torum excõicationibus, pertractauimꝰ.

Quia uero ex hac epiſtola, tantis diffi
cultatibus obuoluta, quæ nam eſſet Pau
li ſnĩa, ad dirimendas Iudęorum et Gẽ-
tium lites, nondum clarè poterat inno-
teſcere. Oẽs.n. expugnaſſe viſus eſt, &
nulli fauiſſe. Propterea ad epiſtolę finẽ
accedens, ſnĩam tulit, pro diuinarum
promiſſionum ueracitate, Chr̃m ad Iu-
dæos primum ueniſſe. Gratis autẽ, &
ex mĩa ad Gentes ſecundo. Qua tandẽ
ſnĩa lata, relinquitur probata concluſio
illa in principio poſita. Chr̃s, & Euan- Rom. 1.
gelium Chr̃i, virtus Dei eſt in ſalutẽ oĩ
credenti, ſed Iudæo primum, deinde &
Græco. *Dico.n. Ieſum Chriſtũ, miniſtrũ fuiſ*
ſe circuncisionis. vſq; ibi. *Perſuaſum aũt ha-*
beo & ego ipſe de vobis, quoniã & ipſi. &c.
Et ſic habes totum Epiſtolæ negotium.

Reliquum erat, vt epiſtolarum morẽ
non prætermitteret in fine, ſicut nec in
principio prætermiſerat. Solent.n. qui
epiſtolas ſcribunt, tractato negotio, ſe ſe
excuſare, ſi audacius ſcripſerint: oſten-
dereq;, q̃ vehementer eos coram cõue
nire deſiderent. Quibus ſcribunt, illis
ſe ſe commendare, atq; interdum lite-
rarum latorẽ. Salutare amicos & aliorũ
item nomine eos ſalutare. Qñq; etiam
monere eos, ſi quid periculi immineat,
ex ſimulatis præſertim amicis, qui cum
illis verſant̃. Præcari illis felicitatẽ. Con
cludere.n. conſueuimus oẽs. Vale. Hæc
omnia igitur facit Apoſtolus. Primum,
ſe ſe excuſat. *Perſuaſum autem habeo. &c.*
Audacius autem ſcripſi vobis fratres, &c.
Laudans Romanos ab affectu, ab intel-
lectu, à fama, à ſufficientia, atq; oſtẽdẽs
eum amore, ad ſcribendum impulſum
fuiſſe. Secundo. Oſtendit deſiderium
eos videndi. *Propter quod & impediebar*
plurimũ venire ad vos. Nunc autem, &c.
Tertio, ſe ſe eis commendauit. *Obſecro*
vos per Dominũ noſtrũ Ieſum Chriſtum, &
charitatẽ ſancti ſpũs, vt adiuuetis me in ora-
tionibus. vſq; in finem capitis quintide-
cimi. Quarto. Eam cõmendauit, quæ epi
ſtolas deferebat. *Commendo vobis Phebẽ*
ſororem noſtram, &c. Quinto. Salutem
precatus eſt ſuo noĩe dici amicis ſuis.
Salutate Priſcam & Aquilam adiutores
meos. Sexto. Salutauit eos aliorum noĩe.
Salutant vos oẽs Eccleſiæ Chriſti. Septimo,

cautos eos fecit, vt ſimulatos obſeruēt amicos. *Rogo autem vos, vt obſeruetis eos, qui diſſenſiones & offendicula faciunt. &c.* Octauo, nomine proprio ī vniuerſum ſalutem dixit. *Gratia Domini noſtri Ieſu Chriſti, cum omnibus vobis. Amen.* Nono, Præcatus eſt illis omnia bona. *Es autem, qui potens eſt. &c.* Vbi nos tam multa diximus, de ſalutationibus, de Romanorum laudibus. Cur Petrum non ſalutauit. Si Petrus Romę erat. Cur Paulus, non niſi coactus ad Cæſarem appellare, Romam venit, cum Romæ Gentiū caput eſſet, quibus ex officio incumbere tenebatur. De Pauli peregrinatione, ab Hieruſalem ad Illiricum. De eleemoſina, quam ex Macedonia & Achaia ſanctis attulit in Hieruſalem. Quod Prędicatores, debeant totius orbis miniſterio foueri. De laudibus Pauli, de ſermone & ſignis, de morte, deq; mortis cauſa.

Ecce tādem theſaurum Alma Roma, theſauris omnibus prætioſiorem, quē conciuis ille tuus Paulus Romanus, p me, quem & genuit Romanorum colonia, tibi offert. Neque enim fas erat, vt Romanæ coloniæ, ciuis Romani opes alibi, quàm Romæ effunderet. Eia age, ne deſpice Roma Paulinam hāc, immo Chriſtianam Philoſophiā. Suſcipe, admirare, lege, relege, volue, reuolue. Quis ueſtrum nolit hoc ingenti theſauro, quem non Indicum mare, non Luſitanum regnum, non inſulæ, non Ægyptus, non Syria, ſed cęlum, ſed ſupercæleſtis paradiſus, ſed paradiſi rex, magna illa temporum felicitate, mundo dedit, diteſcere? O cur non adeſt mihi hodie ea dicendi vis, quam Ogmio ſuo generoſi Galli tribuebant, mortales oēs catenulis à lingua, in aures defixis, quo vellet circunducente. Aut ea qua Pericles, non aures modo, mox peritura uoluptate demulcebat, ſed tenaces aculeos, in auditorum animis relinquebat, rapiens, transformans, multo alios dimittens auditores, quàm accepiſſet, vt Romanos oēs ad hanc uerè Romanam ſapiētiam, qua nihil abſolutius, nihil efficacius, nihil utilius, nihil diuinius, accenderem, traherem, allicerē, cogerem. Literas quas auriculus dederit, ſeruamus, exoſculamur, circūferimus, iterū atq; iterū, relegimus. Et hāc epiſtolā, q̄ dulciſſimus ille & incomparabilis amicus tuus Paulus tibi ſcripſit, qui & pro tua ſalute anguſtiabatur, qui tanto tui deſiderio tenebatur: qui tā magno periculo ad te venit, qui pro te tanta paſſus eſt, qui tecum mori, tecumq; quieſcere voluit, hanc inquam epiſtolam, roſeo illius ſanguine ſubſcriptam, non leges, non oſculaberis, non adorabis, memoriæ non mandabis, nō habebis ſemper in pectoris ſcrinio? Cęſarum leges, medicorū libros, ciceronis nugas, poetarum fabellas, hominum traditiunculas meditabere, & Pauli hæc ſenſa admirabilia, ſolida, & (vt aiunt) irrefragabilia poſt habebis? Si diſcere cupis, ecce doctorem nulli ſecundum. Si uiuendi formam quæritas, ecce exemplar & archetipus. Si pharmacum ſpiritale cōtra animi ęſtus deſideras, nullibi certe remedium præſentius. Si torpida pectora excitare mauis lectione, vbi igniculos tam uiuos, tam efficaces reperies? Si tedio affectus à curiæ negotijs, ab huius vitæ curis vis auocari atq; ſecedere, vbi tibi aderunt maiores delitię? O Paulum. Quis tibi nolit commori? Quis tecum non degere? quis tecum nō philoſophari? Maumethei ſuum Maumethem habent: Iudæi Moſen ſuum. Græci ſuum Solonem. Et tu Paulum vnum non habebis ſemper in manibus, in corde, in ore? Populi omnes, vniuerſæ ſectæ regulas callent, Tu una Roma, tuā regulam ignorabis? Hæc eſt regula tua, quam Paulus, dictante Chr̄o, tibi tradidit obſeruandam: qui illam uiolare prę ſumpſerit, indignationem omnipotētis Dei, & Apoſtolorum eius Petri & Pauli, ſe nouerit incurſurum.

Ei autem, qui poteſt vos confirmare. Totum quod ſequit̃ parentheſis. *(Secundum euangelium meum, & prædicationem Ieſu Chriſti, ſecundum reuelationem myſterij temporibus æternis taciti, manifeſtati autē nunc, & per ſcripturas propheticas ſecūdum præceptum æterni Dei, ad obedientiam fidei in omnes Gentes notificati.)* Hic clauditur parentheſis: qua illud, quod in principio breuiter dixerat Paulus, Euangeliū patribus in ſcripturis ſanctis ꝓmiſ-

ſum

ſum eſſe, latius aperit, dicens. Myſterium conuerſionis Gentium, ſalutiſq; eorum, temporibus æternis ignotum fuiſſe. Et eſt hipetbola, ſignificans magnis temporibus, id ſub prophetarum inuolucris celatum eſſe. Nec tamen ſequitur inde. Quin paucis cognitũ fuerit, etiam antequam Chriſtus adueniſſet. At nunc omnibus innotuit, Chriſto adueniente, Pauloque Chriſti præconem agente, in omnem terrarum orbem, ad confundendos Iudæos. *Soli ſapienti Deo, per Ieſum Chriſtum. Ei gloria in ſecula Amen.* Oratione, gratiarumque actione, vt mihi videtur, epiſtolam concludit Apoſtolus, vt ſicut à Deo incæperat, ita in Deum terminet. Cum enim
Pſ.67. dicit. *Ei qui potens eſt vos confirmare.* Perinde eſt ac ſi præcetur. Confirma hoc Deus, quod operatus es in nobis. Cum autem dicit. *Ei gloria in ſecula.* Deũ laudat, illique omnia fert accepta. Repetit *Ei*, propter longam parentheſim, ὧ, enim non debet verti *Cui*, Sed *Ei*. Frequenter nanq; articuli, pro ſubiunctiuis præponuntur, & è contra, apud Gręcos. Deum itaque, & nos præcemur prouoluta mente, poſt gratiarum actiones, vt vos in hac ſancta veritate, tum doctrinæ, tum vitæ, quam à Paulo didiciſtis, confirmet, vt nihil credatis, quod à pietate, nihil agatis, quod à virtute declinet. Præcemur ergo hunc in modum, ex omnis epiſtolæ negotio, orationem texentes, quam continenter perſonemus.

Abba Pater. Qui impias Gentes ab orbe condito, ex his quæ videntur, inuiſibilia tua, mentis acie conſpicientes, meritò deſpexiſti. Quod ſcientia inflãte gloriam maieſtatis tuæ, tanquam euaneſcentes in cogitationibus ſuis, ad corruptilia quęque, & ad emortuas imagines, tranſtulerint. Vnde reproba mente furentium inſtar, turpitudinem omnem, magna impudentia perpetrarunt. *Abba Pater.* Qui Iudæos tibi aſciuiſti, quibus legem, qua peccata cognoſcerent, oracula, circuncisionis ſignaculum, concrederes. Quique ne vllo vnquam tempore à fidelitate deficeret, quantumuis illi in fide fuerint, & in ſcelerum præceps lapſi non ſemel, inexcuſabiliores effecti ſint Gentibus, quæ legem non habebant, nec circunciſionem. Stato tempore, Abraham eorum patrem, in lucem mundo edidiſti, tua gratia per fidem iuſtificatum. Ex eoque, tuum illum vnigenitum filium, in ſpe contra ſpem, naſci voluiſti, eo potiſſimum tempore, quo vniuerſus orbis maxima peccatorum colluuie abundabat, vt abũdantibus morbis, medicinæ illius cœleſtis gratia, vere gratia donata non reddita, cognoſceretur. *Abba Pater.* Qui duriſſima illius morte, inimicos omnes tibi in gratiam reconciliaſti, vt oſtenderes tibi magis celeſtis huius hominis obedientiam & charitatem, placuiſſe, quàm olim tibi terrigenæ illius Adæ inobedientia, & contemptus diſplicuerit. Propter quem, ſumma iuſtitia, humanum genus morti addixeras. Iccircoq; baptiſmalium vndarum renaſcentiam inſtituiſti, vt qui per Adam, qui eſt forma futuri, mortis mancipia naſcimur, per Chriſtum, deuicta morte viuamus ſemper; liberati à ſeruitute legis, à peccati tirannide, qua interdum operamur quod nolumus: obſecramus per ſanguinem filij tui domini noſtri, quẽ propoſuiſti propitiatorem ad oſtenſionem iuſtitiæ tuæ, inſere pectoribus noſtris, & auge fidem, vt credamus te hæc omnia hac ratione egiſſe, quo tibi vni creatori noſtro, & ſeruatori, de inimicis noſtris liberati, in ſanctitate & iuſtitia, toto pectore ſeruiamus, tuam maieſtatem amãtes magis, quàm timentes. Ita enim, tanquam veri filij, pignus æternæ hæreditatis habentes ſpiritum ſanctum, actiones carnis, ſpiritali gladio mortificabimus, vanitatem aſpernati omnis huius vitæ, & magnis ſuſpirijs, parturientis inſtar ingemiſcẽtes, quoad illa dies felix aduenerit, qua mundus totus innouabitur, & nos ex hoc mortis corpore liberati, quod nunc ſperamus, & non videmus, ſed per patientiam expectamus, aſſequemur, libertatẽ ſcilicet gloriæ filiorum Dei. *Da Pater*, vt confidamus, nos omnes, qui in mortem filij tui baptizati ſumus, è maſſa pdita ſelectos fuiſſe, à te prædeſtinatos & præſcitos

ante

ante ſecula, vocatos de ſeculo, Iuſtificã-
dos in ſeculo. poſtſeculumq; glorificandos: ita vt cum tua illa inuicta dextera pugnet pro nobis, nihil poſſit eſſe contra nos, niſi nos ipſi, nobis ipſis deeſſe voluerimus, Iudæos imitati, qui offenderunt in lapidem offenſionis, & in petram ſcãdali. Illis enim ſua ipſorum culpa cadentibus, ne quæ de tuis labijs ꝓceſſerũt, irrita fierent, atheas Gentes in eorum loca ſubrogaſti, vt in Chriſtum crederent, quem non audierant. Ita.n. quo altius euecti, ſine meritis, tua gratia fuerimus, eo attẽtius, ne noſtra culpa labamur, & alius accipiat coronam noſtram timentes, cauebimus. Et ſi ceciderimus ſemel, reſurgemus, tua iuuãte gratia, qua mala omnia vertis in bonum electis tuis, qui te puro corde diligunt, quos tu ſecundum propoſitum vocaſti, ſecundũ profundam illam iudiciorum tuorum abiſſum, quæ veſtigare nemo, adorare quiuis debet. Nam & oleaſtrum oleæ inſeruiſti, rurſumq; inſeres exciſam oleam radici ſanctæ. Da Pater. Vt actiones noſtras ad te toto corde dirigamus, vt animam & corpus, hoſtiam viuam, tuę maieſtati in cordis ara offeramus, vt nos ipſos vita & morib⁹, tunc viuamus in vtroque homine, vt proximos tanquam commembra diligamus, vt principibus tanquã tuis miniſtris obediamus, ne illis reſiſtentes, tibi reſiſtamus. Vt infirmiores tuo amore, feremus, qui noſtras impietates poſuiſti in corpore filij tui. Ita pater, omni muſica ſuauiorẽ armoniam audies, noſtrum omnium, qui vnanimiter & vno ore, te Deum glorificabimus. *Per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum.* Vt eo ordine refluant gratiæ, quo fluxerunt. *Amen.*

FINIS.

VENETIIS APVD IVNTAS.
M D LXXXVIII.